DECISIONVM NOVISSIMARVM DIVERSORVM SACRI PALATII APOSTOLICI AVDITORVM,

Volumen Tertium.

OPVS SANE PER QVAM VTILE,

& in foro versantibus summè necessarium.

His accessit practica quædam notabilium quorundam eiusdem Rotæ perpetuò quidem memoriæ commendanda.

CVM SVMMARIIS ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.

Hac postrema editione à multis mendis, quibus scatebat, accuratissimè repurgatum.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDCXVIII.

Apud Hæredem Damiani Zenarij.

NOMINA ILLVSTRIVM, ET CLARISSIMORVM ROTÆ ROMANÆ AVDITORVM,

Qui harum Nouissimarum Decisionum, in hac Tertia Parte contentarum, sunt Auctores,

Adiuncto cuiuslibet folij numero, vt studiosus Lector facilius inuenire, & considerare possit, quid singuli in præclarissima de iure respondendi palæstra præstiterint.

PEREGRINI FABII fol.1.2.
P. FAB. Corambonii. fol.2.
P. ANTON. Augustini. fol.2.
P. MOHEDANI. fol.3.4.6.7. 12. 15.19.20.22. 25.26.29.32.36.37.38.39.40.41.43.
MARISCANI. fol.4.
FABII à fol.4.5. vsque ad folium 31. & iterum à f.33. vsque ad folium 202. inclusiue.
FABII Accoramboni. fol.5.11.13.16.18.19.24.26.
PVTEI. fol.6.8.11,13.15.18. 24.25. 27. 28.29.31.34. 37.38.41.42.43
SANCTÆ CRVCII. fol.8.9.10.17.18.19.21.30.
AVGVSTINI. fol.9.23.32.35.43.44. & à fol.408, vsque ad fol.464. inclusiue.
THOLOMÆI. fol.9.10.
EPISCOPI MARSICANI. fol.10.
THOMÆ DE ZANIS. fol.13.31
HIERONYMI VERALLI. fol.17.
NEOMANI. fol.22.
IOANNIS PAVLI. fol.23.30.
THAVI. fol.27. & a fol.464. vsque ad folium 491, inclusiue.
FABII PROSPERI. fol.32.33.34.37.38.42.72.
RAVELLENSIS. fol.34.
PALÆOTTI. à folio 202. vsque ad folium 330. inclusiue.
THOLOMÆI. à folio 330. vsque ad folium 408. inclusiue.

Inscriptiones, seu Tituli Decisionum Rotæ Romanæ, quæ in hac Tertia Parte continentur, iuxta ordinem Alphabeti distributæ, & primo

LIBRI PRIMI.

LIBRI SECVNDI.

a 2 Iudi-

LIBRI TERTII.

Ele-

Prædio,

INDEX LOCVPLETISSIMVS MATERIARVM,

QVÆ IN TERTIA PARTE NOVISSIMARVM Decisionum Rotæ Romanæ continentur.

A

a 2 num. 1.

Appel.

B

vt

Codi-

Com-

Con-

an

De li-

&

Dotis

Ponti-

G

per

H

I

parteni

Iudi-

erat

pellan-

d 2 solu

possunt

P

Par-

iu con-

potest

e nem

nec

inter

S

Sen-

Societas

Spolium

poterit

Testes

Testium

Veniens

Villa

Index Tertiæ Partis Decisionum Rotæ Romanæ, Finis.

NOVISSIMARVM DECISIONVM DIVERSORVM ROTÆ ROMANÆ AVDITORVM, PARTIS TERTIÆ

Tribus Libris Distinctæ,

LIBER PRIMVS.

PEREGRINI FAB.

De alimentis in vna Romana de Lenis, 19. Nouembr. 1547.

SVMMARIA.

1 *Religio fratrum Prædicatorum præsupposito quòd in particulari fratribus suis alimenta ex obligatione non præstet, an etiam ad sumptus litium ijsdem in foro iudiciario agentibus, teneatur.*

2 *Huius affirmatiua Dominorum consensu Auditorum ex sententia decisoria Bisig. fuit approbata.*

3 *Et quid in simili casu alias a DD. Rotæ Auditoribus fuerit decisum.*

DECISIO I.

IN vna Romana de Lenis Dom. Fabius proponens, dubitauit † præsupposito quod religio Fratrum Prædicatorum non teneatur, neque consueuit dare alimẽta Fratribus eiusdem ordinis negocia propria tractantibus, *numquid deberentur Fr. Thomæ in caussa, de qua agitur; sumptus litis, ac alimenta?* Et licet multa contra Fr. Thomam, & facultatem sibi datam à Generali opponerentur, tamen præsuppositis omnibus habilitatibus, & in iure solum de hoc dubitatum fuit. Omnes
2 Domini † dixerunt, quòd sic, amplexi decis. Bising. 2. de
3 iudic. quem sequitur Afflict. decis. 10. Et † ita fuit dictum plúries Rotam resoluisse in prima instantia non obstante dicto Paul. Castren. in l. si instituta, ff. de inoff. testamen.

FABII.

De appell. & mandatis in vna Salamantina, 10. Ianuarij 1547.

SVMMARIA.

1 *Ad caussarum deuolutionem appellationis intimatio, vt de iure requiritur, pari modo, & procuratori (quam partem appellationis dicunt Doctores) intimatio est necessaria.*

2 *Contrarium huius vide ex Clementina caussam, de elect. num. & seq. Quæ loquens de appellationis interpositione, id quo præsente procuratore ipsius appellati, docet appellationis intimationem nullatenus tali casu requiri.*

3 *Per insertum de procuratorio mandato appellãtis si constiterit, an legitima fiat probatio.*

4 *Insertum an præsumptionem aliquam iudici facere possit, cum opinione multorum indicia pariat, & probationes saltem semiplenas inducat.*

5 *Procurator alicuius quis præsumitur, penes quem caussæ instrumenta reperiuntur, & iura actoris.*

6 *Intimatione nullatenus facta, caussa in præiudicium appellantis ex appellati voluntate deuoluitur.*

DECISIO II.

IN vna Salamantina coram D. Fabio fuit dictũ, quòd
1 sicut ad deuoluendum caussam † requiritur intimatio appellationis, ita etiam requiritur intimatio procuratoris, quòd dicitur esse pars appellationis. Aegid. decis. 58. in primo. Staphil. dub. 35. caussa 15. fol. 3. c. cum
2 contingat, de rescrip. Contrarium † dicebam, quia prædicta procedunt in terminis Clemen. Caussam, de elect. quæ loquitur de appellatione interposita præsente procuratore appellati, quo casu sicut non requiritur intimatio appellationis, Card. in d. Clement. caussam, q. 14. Ita pari ratione non requiritur intimatio procuratoris, quia pars, quæ erat præsens, si non potest, debet sibi imputari, argum. not. per Ias. post alios quos allegat in l. si vniuersa, colum. 1. C. de precibus Imper. offer. Vnde in casu isto dicebam sufficere quandocumque apparuerit illum, qui appellauit esse legitimum, procuratorem, prout præsupponitur in casu isto constare, & post dies
3 mandatum originale † fuisse productum. Et licet per incertum constaret de mandato procuratoris appellantis, tamen dixerunt omnes Domini sufficere, cum incertum non prohibet. In quo adhuc dicebam contrarium, quia sicut dicit Cardinalis in dicta Clementina caussam, quæst. 26. quod non requiritur in casu huius probatio concludens, sed sufficit præsumptiua, ita debebat sufficere, quòd de mandato præsumptiuo consta-
4 ret. Vnde videbatur esse dubium insertum, inducere præsumptionem, cum secundum multos in auth. si quis in aliquo, inducat & faciat semiplenam probationem,
5 & non poterat negari, præsumi debere hunc esse procuratorem, cum haberet iura principalis in manibus, siue instrumentum quoddam possessionis, ad not. per Felin. in cap. coram, de offic. deleg. maximè parte nihil dicente pro prædicta appellatione. Fuit etiam tunc dubitatum, an saltem quoad appellationem caussa esset deuoluta? Et fuit dictum quòd non, ad notat. per Bonifac. de Vital. in dict. Clemen. caussam, quæst. sexta,

Et licet vnus ex Dominis defenderet contrarium per dicta per eumdem Bonifac.6.quæst. per Aegid.decis.272.
6 & † multos alios, qui dicunt quòd non facta intimatione deuoluitur caussa in præiudicium appellantis, tamen per Dominos respondebatur, id debere intelligi appellato volente, de qua voluntate non cõstabat in casu illo in quo versamur, immo potius de contraria.

F A B I I.

In eadem Salamant. portionis die 19. Ianuarij 1547.

S V M M A R I A.

1 *Indulta in fauorem, in odium nequaquam de iure veniunt retorquenda.*

2 *Appellato tacente an actio ipsius saltem contemplatione ad alium iudicem, quam coram quo in præsens agitur deuoluatur.*

3 *Caussa commissione facta, & habita concessione per obeptum de decernendo citationem, prius quàm caussæ executio fiat, ratione committentis in pendenti esse dicitur, & beneficium in actoris præiudicium habetur pro litigioso.*

4 *Forma appellationis neglecta, aut non obseruata, appellatio penitus nulla est, nec actionis vllam inuito appellato parit deuolutionem.*

IN eadem Salamantina portionis, eodem Domino Fabio proponente dubitatum fuit, vtrum non seruata forma Clement. caussam, de electio. caussa esset deuoluta, saltem quoad appellantem: & quòd de voluntate appellati non constaret, dubium erat nonnullis, qui licet in extremo iudicialiter appellauerat, formamque non seruauerit, tamen si appellatus volebat prosequi caussam appellationis etiam inuito appellante, quod
1 poterat, quia clementina caussam, quæ fauore appellati erat inducta, non debet in eius odium retorqueri, l. quòd fauore. ff. de leg. & ita ibi gloss. & Doct. omnes, & Rota 37. in nouis. cum multis allegabantur. Sed dubiũ erat appellato nihil dicente, an caussa saltem quoad illum esset deuoluta? Et dicebam ego quòd sic, quia Aegid. decis. 273. dicit simpliciter, quòd in præiudicium appellantis caussa esset deuoluta, & idem videtur velle Bonifac. in dicta clement. caussam, §. si intimationi, quæst. 6. Et mouebar
3 Secundò, quia † ex eo quod dicitur, sicut quando quis committit caussam, & obtinet decerni citationem, & antequam exequatur caussa, quoad ipsum committentem dicitur pendere, & beneficium in eius præiudicium esse effectum litigiosum, Rota decis. 6. vt lit. penden. in nouis, aliàs 75. in antiquis, 475. eodem modo dicitur caussa deuoluta, sine voluntate appellati in præiudicium appellantis. Hanc eamdem opinionem tenebat Dominus Puteus, addens decisionem, quam sumebat ex præallegata decis. 38. in nouis, cũ ante dispositionem dictæ clementinæ, dantis caussam, sine dubio caussa esset deuoluta. Ergo & post clement. quæ non venit propter aliud, nisi vt fauerit appellato, caussa debet dici deuoluta remoto præiudicio appellati. Prosper dubitabat & promisit votum, postquam melius cogitasset. Alij erant in contrarium, & intelligebãt omnia prædicta semper interueniente voluntate appellati. Et hanc opinionem dicebant tenere Bonifac. in loco præallegato, in septima opinione. in secundo membr. suæ distinctionis.
4 Et dicebatur quòd non obseruata forma, appellatio ex toto nulla erat nec caussam deuoluebat, nisi appellato volente, cuius fauore clementina erat facta, vel si Papa voluisset contra illum caussam committi, iuxta gl. in dicta clem. Sed fuit mandatum informari super isto puncto, & die 28. Ianuarij 1547. fuit conclusum, caussam nõ esse deuolutam Domino Puteo, videlicet, & me pro Fabio in contrarium, rationibus supra deductis. Quibus bonum responsum non videtur accommodari.

FAB. ACCORAMBONI.

In vna Oxonien. beneficij expectatiua, 16. Nouembris 1548.

S V M M A R I V M.

1 *Acceptans beneficium Ecclesiasticum vigore expectatiuæ, quod acceptare non poterat, gratiæ consumptionem sibi parit, nec per sententiam caussæ decisionem expectare tenetur, sed possessionis facere cessionem.*

D E C I S I O III.

1 CONsilio Roman. 229. obseruatur in Rota, videlicet quòd † quotiescumque quis acceptat beneficium vigore expectatiuæ, quod non poterat acceptare, consumit gratiam, quòd sciuit beneficium non cadere, quia fuit in mora admittendi illud: Vnde non debet expectare sententiam, sed sciens debet statim cedere possessionem, aliàs si insistit, adhuc consumitur gratia, nec incumbit onus probandi aduersario, sed acceptandi, quòd statim dimisit possedisse. Et ita fuit conclusum in vna Oxonien. coram Domino Fabio coram bono.

ANTON. AVGVSTINI.

De alternatiuis, in vna Corduben. die 10. Nouembris.

S V M M A R I A.

1 *Papa si cõcedat alicui Episcopo collationem beneficiorum suæ Diœcesis in mensibus alternatiuis, vtrum ordinariæ eidem remaneat Episcopo in reliquis collatio.*

2 *Summus Pontifex facta concessione talium mensium alternatiuorum, ex coniecturata mente præsumitur sibi reliquorum collationem, ex regula octo mensium reseruasse.*

3 *Expectatiua suo in vigore persistente reuocatio fit Regulæ octo mensium in caussa collationis præbendarum.*

4 *Ordinarius concessa sibi per summum Pontificem alternatiua, an vigore iuris communis non facta reseruatione expressè vel tacitè, beneficia in reliquis mensibus possit conferre.*

D E C I S I O IV.

1 FVit conclusum in vna Corduben. coram Domino Antonio Augustino, † quòd licet Papa, qui concesserat Episcopo Corduben. quod liberè conferret in Februario, Aprili, & sic in sex mensibus alternatiuis, non reseruasset sibi collationem in alijs sex mensibus, quæ reseruatio non debet præsumi, & propterea tamquam casus omissus debeat relinqui in dispositione iuris communis, adeò quòd in alijs sex mensibus debeat ex facultate ordinaria a iure communi sibi concessa posse conferre in illis sex mẽsibus nihil dabat de nouo, sed solum remouebantur obstacula, prout do. indultis Cardinalibus concessis, dicit Cassad. 13. de priuileg. Pro quo allegabatur, quòd dicit Staphil. in literis grat. & Iust. 4. & 5. propriè loquens de alternatiuis. Dixerunt Domini
2 contrarium † ex coniecturata mente Pontificis concedendo alternatiuam, qui illam concesserat sub hac præfatione, quòd dudum remanserant sibi alij sex, quia remanebant seruati per regulam octo mensium, de qua in præfatione fecerat mentionem. Et præsupponebatur, quod in isto casu, tempore quo vacabat beneficium, esset regula octo mensium, qua non obstante adhuc dubitabatur, quia hoc vacauerat in mense Martij, qui non erat de octo mensibus, tamen dixerunt contrarium, propter tacitam mentem Pontificis, qui dando sex, videbatur alios sibi reseruasse, eo maximè, quia in alternatiua huic Episcopo concessa dicebatur: Ita tamen, quòd facultate per nos concessa Prælatis, & alijs perso-

nis

bis Ecclesiasticis, in certis tunc expressis mensibus per constitutionem nostram non vtaris. Quod intelligebatur de quattuor mensibus ordinarijs reseruatis tempore exspectatiuarum. Vnde licet dando illi collationem in alijs sex alternatiuis mensibus, voluit, quòd vteretur facultate sibi concessa per Regulam quattuor mensium, eodem modo ne in alijs mensibus vltra illos sex, per regulam reseruatoriam octo mensium. Ex omnibus d. Proponens colligebat rationem, ad not. per Staphil. in loco
3 præalleg. † quod quia durantibus exspectatiuis, vt loquitur Staphil. reuocatur regula octo mensium, pote-
4 rit † ordinarius habens alternatiuam conferre etiam in alijs mensibus de iure communi, cum non esset exspectans, nec esset qui litteras expediuisset, ex quo non reperitur reseruatio facta expresè per Papam in alijs sex mensibus, neque tacitè non existente aliqua regula reseruatoria. Et idem dixit dictis reuocatis exspectatiuis, antequam fieret regula octo mensium, quia poterit ordinarius liberè conferre in sex mensibus alternatiuis, in alijs autem licet non ita liberè, poterat beneficia tamen non reseruata conferre.

MOHEDANI.

De clausula anteferri, in caussa Leodien. Decanatus. 8. Februarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus illegitimo toro procreatus habēs clausulam anteferri, prærogatiua verum frui debeat ratione sacerdotis presbyteri licet legitimè progenati.*

DECISIO V.

IN caussa Leodien. Decanatus coram Domino Mohe-
1 dano fuit dictum, † quòd habens clausulam anteferri illegitimus Diaconus, deberet tamen præferri etiam non habilitatus, legitimo licet & presbytero, cum non sint qualitates considerata neque a iure, neque a regula Cancellariæ de concurrentibus super beneficio iuxta qualitates.

MOHEDANI.

De mandato de prouiden. Barchionen. Prioratus, 9. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Exspectatiuis litteris impetratis, & mandato de prouidendo pariter obtento, beneficij acceptatio an fieri possit litteris nondum per Archiuij scribas expeditis.*

2 *Clausula reseruationis octo mensium sublata vi regularum exspectatiuarum, nequaquam dicitur intercepta, nisi fulminatis processibus super ijsdem gratijs exspectatiuis.*

3 *Mandatum de prouidendo ipsis exspectatiuis præstantius & pinguius habetur.*

4 *Exspectatiuis generaliter reuocatis etiam in generali, amissionem præstini omnino vigoris perpetiuntur.*

5 *Regulæ semel in desuetudinem abeuntes, cùm reuiuiscere denuò nequeant veteri vigore destituuntur.*

6 *Rotæ iudicium quid in mandatis de prouidendo, & beneficiorum acceptatione per vsus obseruationem induxerit.*

DECISIO VI.

IN caussa Barchionen. Prioratus coram Reuerend. P.
1 Domino Episcopo Mohedano, fuit dictum, † quòd licet de mense Aprilis, 1545. fuissent concessæ exspectatiuæ, & de mense Augusti eiusdem anni, concessum mandatum de prouidendo Hieronymo de Agata, tamen potuit acceptare etiam ante expeditionem litterarum gratiæ suæ nō obstante Regula, quæ habet, quod nullus vigore gratiæ exspectatiuæ, seu specialis reseruationis possit acceptare litteris non expeditis, quia regula illa cum alijs propter exspectatiuas factis, non habet locum, neque effectum aliquem ante fulminationē processuum super gratijs exspectatiuis, quæ nō fuit facta, nisi de anno sequenti, scilicet 1546. 4. Februarij. Et pro hoc adducebatur in contrarium, quod S. D. N. per Datarium si-
2 gnificauerat Rotæ, † quòd clausula reseruatoria octo mensium quæ per regulas exspectatiuas tollitur, non erat intentionis suæ, quod intelligeretur sublata, nisi fulminatis processibus super gratijs expectatiuis, quasi illę regulę effectum non sortiantur, non impediunt quo minus habens mandatum de prouidendo, possit acceptare litteris non confectis, nulla alia ex lege prohibetur: imò de sola signatura supplicationis gratia dicatur perfecta. Cassador. decis. 8. de restit. spol. Et quia dicebatur quòd regulæ nouæ exspectatiuarum cōcessarum per Paulum
3 obstabant, quia mandatum de prouidendo dicitur pinguius exspectatiuis, ideo regulæ, quæ debent reseruari durantibus exspectatiuis, habent etiam locum in mandato de prouidendo, quo statim concessio regula illa de non acceptādo, nisi litteris expeditis intrat, tamen etiam fuit dictum illas nō obstare, quia cum fuerint factæ pro exspectatiuis generaliter concessis, & illis durantibus debent obseruari, vt dicitur in procemio dictarum re-
4 gularum statim quod exspectatiuæ illæ generales fuerunt reuocatæ, illæ generaliter suum admiserunt vigorem. Et licet postmodum aliquæ speciales reseruationes, vel prorogationes exspectatiuæ concedantur, tamē
5 illæ regulæ, quę semel desierunt esse in obseruantia, non possunt reuiuiscere, & ex dispositione iuris communis ualebit acceptatio litteris non expeditis. Et ita fuit di-
6 ctum per omnes, vno excepto, licet D. Paulus diceret se semper vidisse in Rota dictum fuisse obseruatum, quòd habens mandatum de prouidendo, non potest acceptare, nisi litteris expeditis, de qua obseruatione alij non meminerunt, & quia materia exemplaris est, iterum super hoc dubitabitur.

MOHEDANI.

In eadem Barchionen. Prioratu. 9. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Concessio si facta fuerit mandati de prouidendo, beneficij acceptatio, etiam litterarum expeditione nondum fieri poterit, cum ex sola supplicatione fine litteris gratia dicatur adimpleta.*

2 *Processibus nondum fulminatis Regulę de non acceptando robore solito destitutę, faciunt exspectantes beneficij possessionem acceptare non posse.*

3 *Clausula regularum exspectatiuarum a Paulo III. concessarum, de particularibus etiam reseruationibus, prout sunt mandata de prouidendo, quæ pingues etiam exspectatiuæ vocitantur, intelligi debent.*

DECISIO VII.

PRoponente iterum Reueren. P. Domin. Ouellen, in eadem caussa Barchionen. Prioratus Virginum su-
1 per eodem dubio fuit dictum, quòd Hieronymus concesso sibi mandato de prouidendo, potuit acceptare Prioratum litteris non confectis, quia ex sola supplicatione, siue litteris gratia est perfecta. Et licet daretur Regula de non acceptando litteris non expeditis, tamen dicebatur, regulam illam non habere locum, nisi in exspectatiuis, non vltra, vt in procemio dictarum Regularum patet. Et licet diceretur, quod ante mandatum de prouidendo, exspectatiuæ erant concessæ &
2 publicatę regulę, tamen dicebatur, & ita fuit † tentum, quòd ex quo processus nondum erant fulminati, Regulæ illæ nullius momenti erant, nec exspectatores interim possunt acceptare, & propterea ex parte Sanctissimi Domini N. venit Datarius ad nos congregatos in loco consueto, & dixit, quòd Regula, octo mensium, quæ tollitur per regulas exspectatiuas, non erat mentis Pa-

pæ, quòd tolerantur nisi fulminatis processibus quòd a-
lia ratione non potuit esse, quam quia sicut exspectati-
uæ non habent vim, ita neque Regulæ propter exspe-
ctatiuas: sed in hac caussa, quòd saltem regulæ additæ
anno primo Pauli Tertij, quando iterum concessit ex-
3 spectatiuas obstare, quia clausulæ illæ loquuntur, ne-
dum de exspectatiuis, sed etiam de particularibus reser-
uationibus, quæ particulares reseruationes, prout sunt
mandata de prouidendo, dicebantur pingues exspecta-
tiuæ. Sed adhuc Domini dixerunt, nec illas aliquid ob-
stare, cum essent reuocatæ exspectatiuæ: & dum loque-
bantur de reseruationibus particularibus concessis, de-
bebant intelligi de his, quæ durantibus exspectatiuis
conceduntur, prout solet communiter fieri, quia post
aliquot annos, quibus durarunt exspectatiuæ, solebat
Summus Pontifex concedere mandata de prouidendo,
prout iam nunc cœpit facere etiam durantibus exspe-
ctatiuis, & die 26. Maij fuit tertio firmata ista resolutio
subtiliter informante de Castello.

MARISCANI.

De præscriptionibus, 27. April. 1541.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum ex quo vim litis contestationis nanciscitur, præscriptionis interruptionem indubitanter producit.*

2 *Præscriptio interrupta interpositi vigore iuramenti, vim statutorum an efficaciter elidat.*

3 *Dispositio aliqua generalibus verbis prolata, utrum etiam ad iurata extendi possit.*

4 *Statuto si vis probatoria instrumento adimatur, nullam vt fidem facere possit, nulliusque sit in futurum momenti, tali instrumento probatio nulla de interpositione iuramenti habita fieri potest.*

5 *Præsupposito per instrumentum fidem de iuramento fieri nequaquam, consequens est, præscriptionem statuti procedere non obstante instrumento iurato.*

6 *Statutum quæ facere possit, & an debitum tollere queat vi præscriptionis, & per idipsum probatio instrumenti auferatur.*

7 *Interpellatio quæ induci videtur per iuramentum, si ficta fuerit, statutum quod dicitur in casu proprio intelligi, & vero, ad illum neutiquam extendi potest.*

8 *Statutum aliquando interpellationem in iudicio faciēdam & extra legitimè licet probatam excipere dicitur.*

DECISIO VIII.

DVbitatio ista fuit disputata inter Dominos in vna
Romana domus inter Capuanos, & illos de Theo
bolis, coram Dño Mariscano. In qua dicebatur. Primū,
1 ꝙ ex quo iuramentum habet vim litis contestationis, vt
per Ang. Rom. & Ias. in l. nā & postea, §. si is qui in tem-
poral. ff. de iure & litis contest. interrumpit præscriptio-
nem, vt est tex. in l. nec bona fides. C. de præscript. longi
tempor. & not. in d. §. is qui. & per Doct. in l. fi. ff. de vsu-
2 cap. Ergo, † cum præscriptio fuit interrupta per iuramē-
tum, cōcludendum videbatur, statutum non habere lo-
3 cum in instrumento iurato. Item quia dispositio genera-
liter loquens non extenditur ad iurat. prout notabiliter
in l. constitutum, de rescript. & in Authen. Sacramenta
puberum, C. si aduersus venditionem, omnes tamē Do-
mini, vno excepto, qui fuit Dom. Rainald. Petrucius, te-
4 nuerunt contrarium, moti quia ex quo statutum proce-
dit vlterius auferendo vim probatoriam ab instrumen-
to, statuendo nullā facere fidem, & esse nullius momen-
ti, quod tale instrumentum non poterat probare iura-
mentum interuenisse, vt per Paul. de Castro cons. 61. in-
cipiente notandum est primo, in 2. vol. Alex. consil. 170.
5 volum. 7. Soc. cons. 79. num. 1. in fine. Vnde cum de iu-
ramento non facit fidem instrumentum, sequitur præ-
scriptionem statutorum procedere, non obstante instru-
mento iurato, cui Reueren. P. Dom. Episcopus addidit
auctoritatem Socin. cons. 120. col. 2. versic. quarto prin-
6 cipaliter, lib. 2. vbi considerat statutum duo facere. Pri-
mò tolli debitum per præscriptionem. Secundò aufert
probationem instrumenti, & tunc videtur præscripta
probatio ad alias species probatorias, vt per Specul. tit.
de instrum. edit. §. restat. vers. sed & si antea, & Abb. &
Modern. in cap. 2. de consuet. & alia allegata per Socin.
in d. consil. Quo casu, cum species probationis ista per
instrumentum sit sublata, præscriptio statuti inuitat, &
consequenter capit etiam & instrumenta iurata. Alle-
gabant etiam aliqui ex Dominis consil. Roman. 83. &
7 Soc. cons. 88. Et quia interpellatio, quæ videbatur in-
duci per iuramentum, iuxta alleg. in d. §. si is qui tempo-
rali, est ficta, statutū, quod dicitur intelligi in casu pro-
prio & uero, non extenditur ad illam, iuxt. text. in l. 3. §.
hæc uerba, ff. de neg. gest. Dicebatur etiam non obstare
dictum fundamentum de interpellatione caussa iura-
8 menti, † quia statutum excipit interpellationem iudi-
cialem & extraiudicialem legitimè probatam: unde ui-
debatur se referre ad omnes aliàs interpellationes ultra
factas, per iuramentum inductas.

MOHEDANI.

De dilationibus, in una Barchion. die 4. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Iuri patronatus an aliquando etiam quidpiam derogari possit per recentem prouisionem.*

2 *Dilationum concessio an aliquando denegari possit petenti.*

3 *Condemnatio ratione expensarum per reuocatoriam non semper facienda est in præiudicium eius, pro cuius partibus stant iura.*

DECISIO IX.

IN una Barchion. de priuil. coram R. P. D. Mohedano
Episcopo Rauell. in qua quoddā ius fuerat per duas
sententias canonizatum, & demum in tertio demōstra-
tum, quod illud ius nō erat bonum, quia fuit probatum
1 beneficium esse de iure patronatus, & sicut fuit produ-
cta alia noua prouisio, in qua iuri patronatus derogaba-
tur, & quia procurator petebat dilationem ad cōsulen-
dum principalem suum; fuit dictum, quod ex quo erat
instructa, & termini seruati, si in termino ad dicendum
2 contra ista iura producta, non fuerunt petitæ dilationes,
non debebant amplius concedi: nam aliàs concederen-
tur, si infra terminum ad articulandum petuntur. Et
fuit dictum, quod illud ius nouiter productum debebat
3 canonizari, nec debebat condemnari in ista reuocatio-
ne in expensis ille, pro quo erant iura, si terminus ad ar-
ticulandum erat per reiterationem seruatus, aliàs cum
male esset seruatus, ut communiter fit, non præiudicant,
& poterant peti dilationes, & fuit allegatus Dec. in c. 1.
in fine, de except.

FABII.

Liguriens. Canonicatus, die 27. Aprilis.

SVMMARIA.

1 *Dilationes ad partes an sint dandæ, & terminus seruandus ad videndum admitti, aduersario instante de suorum admissione articulorum.*

2 *Concessis dilationibus iudicis officium necessario quiescit.*

DECISIO X.

DIe 27. Aprilis Peregrinus Fabius proponens in una
Liguriens. Canonicat. sine dubio dato, quæsiuit à
1 Dominis, † *an essent dandæ dilationes ad partes, simul & seruandus terminus ad videndum admitti?* Ille enim qui
ex cessione nouiter ad caussam uenerat, concedebat ad-
uersario dandas esse dilationes, sed simul uolebat suos
articulos admitti, & examinari testes. Quod dixerunt
2 Domini non posse fieri, † quia ex quo erant dandæ di-
lationes, etiam officium iudicis debebat conquiescere,
qui

qui Peregrinus credebat, quod erat ratio, quod ille qui
petebat dilationem, volebat informationē de partibus,
vt magis instructus posset facere interrogatoria.

F A B I I.

De conformatione vtili vel inutili. Caligutit. Abbatiæ.
Die 27. Aprilis 1547.

S V M M A R I A.

1 *Electio Abbatissæ etiam concordi voluntate facta, incapacis ratione ætatis, secuta prouisione noua per subreptionem obtenta & confirmatione, an sit penitus nulla.*

2 *Noua prouisio de quibus fructibus percipiendis, aut perceptis facta intelligi debeat.*

3 *Confirmationis prætextu habita, pœna non raro legibus irrogata remouentur.*

4 *Locum tamen non habet idipsum nullitate ex defectu iurisdictionis caussata.*

5 *Noua prouisio vbi gratiosa non fuerit, sed mandatum solum de prouidendo non auxiliatur petenti.*

6 *Properans nimium se ingerendo importunè, ius si quod habet amittit.*

DECISIO XI.

IN vna Caligutit. Abbatiæ fuit dubitatum per Peregrinum Fabium proponentē, an amiserit ius propter
1 c. auaritiæ, vel eius † noua prouisio sit subreptitia. Ioanna enim ista fuerat electa a Monialibus concorditer, &
confirmata per superiorem suum, quia tamen erat incapax propter ætatem, quia erat in 15. anno, confirmatio
erat inutilis, propterea obtinuerat a Papa nouam prouisionem, quæ prætendebatur subreptitia, cum in eā narraretur adeptam fuisse possessionem ante nouā prouisionem, nullos tamen fructus percepisse ante nouam prouisionem: sed postea non habuerunt Domini nouā prouisionem pro subreptitia, licet aliquo modo constaret fructus saltem spirituales percepisse administrando Ab-
2 batissatum: quia dixerunt, quod noua prouisio, seu narrata in ea, intelligantur de talibus fructibus, seu temporalibus, propter quos solui solet compositio datariæ. Dixerunt tamen, quòd inciderat in cap. auaritiæ, Decr. 6.
quia facta electione est cōfirmata. Ex quo nulla erat cōfirmatio ex defectu iuris confirmantis, adhuc habebat
locum illud cap. Et licet exemplum allegaretur Mil. in repert. in versic. pœna decretalis auaritiæ, dicendum,
3 † quòd confirmatio etiam excusat à pœna d. cap. Tamen
4 dixerunt Domini hoc non † habere locum, quando nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis, vt distinguit glo.
in vers. quamuis, in cap. fin. de elect. in 6. & in Franc. Et contrarium eius quod dicit Mil. voluit Cardinalis cons.
31. Rom. cons. 330. aliàs 130. Et licet diceretur, quod ipsa vigore confirmationis non administrauerat, nec fructus perceperat, sed tamen vigore nouæ prouisionis tantum, saltem de administratione Abbatiatus in spiritua-
5 libus, constabat nouam prouisionem, † nec noua prouisio ei suffragabatur, quia non erat gratiosa prouisio, sed
mandatum de prouidendo: mādauerat enim Papa cuidam, vt si illam idoneā inueniret, prouideret illi de Ab-
6 batissatu, quod factum esse non constabat. † imò statim habita noua prouisione, se ingesserat in administrationem Abbatissatus perceptione fructuum, propterea tanquam nimis properans ius suum amiserat, & sic in cap. auaritiæ, inciderat.

F A B I I.

Chrochien. Portionis, prima Aprilis 1544.

S V M M A R I A.

1 *Protestatio facta & intimatio procuratori speciali à postmodum condemnato portionario, an releuet eundem in restitutione perceptorum.*

2 *Protestatio in caussa iudiciaria cui, an procuratori vel principali fieri debeat.*

3 *Tutus si non accessus detur, remediū iudicis implorādum venit, faciendaq; citatio executorialiumq; intimatio.*

DECISIO XII.

FVit dub. Chrochien. Portionis de Belmonte, coram
1 R.P.D. Peregrino Fabio, † vtrum sufficeret protestatum fuisse, & intimatum procuratori speciali, quòd quis
intenderat, & inseruire, ad effectum, vt postmodum cōdemnatus portionarius, seu canonicus teneretur etiam
ad id, quod ex distributionibus quotidianis percepisset, attento maximè quod ad locum, vbi erat portio non patebat tutus accessus. Et domini dixerunt, quòd non,
2 quia debet fieri protestatio principali ad effectū, vt ad-
3 mittat possessionem. Et licet non pateret tutus accessus, erat sibi succursum remedio iudicis intimando per edictum prout iam fecerat, citando illum ad caussam, &
intimando executoriales.

F A B I I.

De solutionibus, Ianonen. pecuniaria, 11. Febr. 1547.

S V M M A R I A.

1 *Debitum si contractum fuerit caussa necessarij vsus in personam collati, an per successorem veniat dissoluendum.*
Et quid in salario aduocati pro elocutione operarum sustinendum in pari negocio, num. 2.

DECISIO XIII.

COram R.P. Dom. Iacobo Puteo Decano, in vna Ianon. pecunia. In qua quidam Doctor præstiterat patrocinium ipsi carcerato ei dando pecunias, & pro eius necessitatibus expēderat, fuit dictum successorem tene-
1 ri ad omnia: quia cum ista fuerint debita contracta pro necessitate personæ Episcopi successor tenetur, ut not.
Abb. in c. ex præsentium, uers. ex hoc, de pign. & in cap.
2 per tuas, 2. not. de donat. & salarium etiā aduocati propter præsentiam, & operam præstitam ipsi Prælato, ad not. per Abb. in c. relatum, 2. col. de testam. & Ias. cons. 222. vers. similiter tenetur, lib. 2.

FAB. ACCORAMBONI.

De fide instrum. Salamant. portionis, die 4. Febr. 1574.

S V M M A R I A.

1 *Liber non deputatus ad scribendum, sed memoria caussa iuuandæ saltem comparatus, in iudicio fidem nullatenus facit.*

2 *Registrata commissio in processu in partibus celebrato, si ex defectu iurisdictionis nullus est, ad probationem etiam dicitur insufficiens, nec vllam facere fidem in iudicio.*

3 *Instrumentum originale inhibitionis vnà cum inserta commissione non probatis vllatenus insertis, nullum obtinet vigorem.*

4 *Sententia executorialibus litteris inserta fidem omnino facit: quod an locum habeat in casu, vbi de prabenda commissione agitur eo fine, vt beneficium reddatur litigiosum, num. 5.*

DECISIO XIV.

IN caussa Salamantina Portionis coram R. P. Do. Fabio Accorambono, dubitatur, *nunquid constaret de quadam commissione quæ prætendebatur præsentata dict. Simoneta in caussa appellationis exequi interposita in partibus, & commissio originalis erat deperdita, nec reperiebatur registrata coram dict. Simoneta in hac caussa, quia registrum non erat completè confectum, sed reperiebatur in libro Bachodi adnotata commissio caussæ Salaman. Portionis, de anno 1530. inter Bertrandum Robles, & Didacum Flores, inter quos erat in partibus litigatum de distributa Simoneta.* Dixerunt Domini die 4. Februa-
1 rij 1547. † librum Bachodi non facere fidem, quia non erat deputatus ad scribendum, sed pro sua memoria librum tenebat, & esset in potestate unius Copistæ, qui scriberet super illo libro, apponere distributā esse com-

miſsionem, ultra id, quòd ex dicto libro non apparebat,
quòd eſſet commiſsio appellationis prout requirebatur:
2 item etiã commiſsio reperiebatur regiſtrata in proceſſu
de partibus, vbi cœperat lis ſuper iſta portione in quadã
inhibitione emanata a Simoneta vigore illius commiſ-
ſionis, quod etiam fuit dictum non ſufficere: quia pro-
ceſſus ille de partibus erat nullus, ex defectu iuriſdictio-
nis, & ideo regiſtrata in eo non faciebant fidem tamquã
non regiſtrata: apud acta etiam reperiebatur iſta cõmiſ-
ſio in quadam cauſſa ſpolij vertente inter Thomam de
las caſas, & Didacum prætatum inſerta in quadam com
miſſione emanata vigore iſtius commiſsionis a D. Simo-
3 neta, & Creſcentio cognitoribus iſtius cauſſæ, & exſta-
bat inſtrumentum originale iſtius inhibitionis, in quo
erat inſerta cõmiſsio, quod etiam dixerũt non ſufficere,
quia inſerta non probant. Auth. ſi quis in aliquo, C. de e-
den. cum ibi not. per Doct. Quod mihi durũ videbatur,
4 quia ſnĩa inſerta in executorialibus facit fidem. Ad dec.
5 Rotæ 57. dec. 732. in antiq. nõ procedere in terminis no-
ſtris, vbi tractabatur de probanda commiſsione ad effe-
ctũ faciendi beneficiũ litigioſum, quod valde odioſum
erat. Reperiebatur etiã in manuali notarij coram Dño
Simoneta decretam eſſe citationem, & ſingula deberẽt
non prodeſſe, nec omnia ſimul coadunata coadiuuabãt,
quod mihi durum admodum viſum eſt.

MOHEDANI.

Cordubenſis præſtimonij.

4. Febr. 1547.

SVMMARIA.

1 *Notarij relationi ex auctoritate Bal. in rubr. C. de fide in-*
ſtrumen. an ſemper ſit credendum, & id quomodo in-
telligatur.

2 *Acta iudicis fidem faciunt etiam ſine teſtibus deſcriptis a*
tabellione publico.

3 *Declaratoria aliquando ſine vlteriori citatione lata, an ſit*
de iure nulla?

DECISIO XV.

IN vna Corduben. præſtimonij coram D. Mohedano
4. Februarij 1547. fuit dictũ, quod exequutio citatio-
nis facta in partibus de qua notarius faciebat fidem per
inſtrumentum celebratum coram tribus teſtib. quorum
duo voluerunt dare nomina ſua, nõ erat legitimè facta,
quia inſtrumentum non faciebat fidem, quia ſi pars vo-
1 luiſſet approbare teſtes, non potuiſſet. Et licet dicerent
credendum eſſe relationi notarij, ad no. per Bal. in rubr.
C. de fide inſtrum. tamen dicebatur illud eſſe verum in
nuncio & curſore ad hoc deputato, cuius officium eſt
talia facere, non tenetur propterea apponere teſtes, &
alia requiſita gl. in l. generaliter. C. de tabel. & Felin. in
2 c. 1. col. 3. num. 2. de fide inſtrum. Et † licet acta iudicis
faciãt fidem ſine teſtibus deſcriptis a notario, ad c. quo-
niam contra, de probat. tamen hoc erat extraiudicialiter
factum, & in eadem met cauſſa fuerant decretæ litteræ
exequutoriales a D. Mohedano die intimato, & poſt in-
timationem fuerit coram A. C. ſeruati quattuor termi-
3 ni ſubſtantiales, ad docendum ſe paruiſſe, poſtquos fue-
rat lata declaratoria ab Aud. C. ſine alia citatione. Et fuit
dictum, quòd talis declaratoria erat nulliter lata, quia li
cet coram eodem A. C. qui decreuerat exequutoriales,
iam intimatas, potuiſſet procedere ſine alia citatione, ſi
Auditor Cameræ volebat ritè procedere & erat opus ci-
tatione, vt atteſtabatur D. Puteus, tempore ſuo Rotam
ita voluiſſe quod ſeruaretur, poſtquam cognouit talem
declaratiuam eſſe nullam.

FABII.

De ſequeſtr. poſſeſs. & fruct. Tolet. penſ.

7. Ianuarij 1547.

SVMMARIA.

1 *Reuocari ſequeſtra eo quod odioſa ſint, nec de iure in penſio-*
nibus beneficiorum apponenda.

2 *Sequeſtrum ob cauſſam cum cautione data relaxari po-*
teſt.

DECISIO XVI.

COram Peregrino Fabio in vna Toletana penſionis,
1 ſeu pecuniaria † inſtabatur pro reuocatione ſeque-
ſtri per Aud. Cam. appoſiti, ex quo ſequeſtra ſunt odio-
ſa, nec de iure apponenda in his caſibus, & quia Audit.
Cam. habuerat iuriſdictionem ſequeſtrandi, citius ſine
commiſsione feciſſet. Et ita fuit concluſum ex quo nul-
lus iſtorum, nec creditor, nec debitor erat curialis, quod
potuiſſet beneficia ad inſtãtiam creditoris ſi eſſet curia-
2 lis; & † hoc videtur ſequeſtrum propter cauſſas cum
cautione relaxandum, tamen ſimpliciter fuit dictum,
quod relaxaretur.

PVTEI.

De ſenten. & re iudic. Hiſpalen. portionis.

24. Martij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Filij vel nepotes hæreticorum, aut eorum qui per reconci-*
liationem rediere, per ſtatutum ante inhabilium, an
contineantur ſub ſtatuto, ſi ſponte regreſſi fuerint, aut
reconciliati eorum parentes.

DECISIO XVII.

IN vna Hiſpalen. portionis coram Peregrino Fabio
1 fuit per eum dubitatum, *an ſtante ſententia de qua ap-*
ponitur ſtatutum inhabilitans filios vel nepotes hæretico-
rum, aut reconciliatorum, comprehenderet nepotem ex re-
conciliato ſpõte in tempus, quod comprehendatur in ſtatuto?
Et quia iſta ſententia non erat in forma probanti, nec e-
rat legitimè probatum, quòd iſte, qui ius ceſſerat in Al-
phonſum Aluarum, qui defendebat cauſſam deſcende-
re a reconciliatis, mandauit dari remiſſoriam ad hoc
probandum, & pro adducendo iura in forma probanti.

FABII.

De reſtit. in integ. Calagurirana Archid.

20. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio in integrum ablatæ poſſeſsionis vigore rei iudi-*
catæ inſtituta gratia ex actis non apparente, an fieri
poſſit.

2 *Commiſsio ſuper reſtitutione impetrata alicuius præbendæ*
vigore trium conformium ſententiarum alicui ablatæ
efficit, vt in integrum reſtitutio fieri non poſſit, niſi in
conſequentiam gratia partis aduerſæ canonizata.

3 *Et quid in ſimili reſpondeatur ad doctrin. Bart. in l. ab ho-*
ſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. maior. in
vltima quæſtione.

4 *Legitimo priuatus modo pro recuperanda poſſeſſione v-*
trum agere poſſit interdicto recuperandæ.

5 *Poſſeſſio conſiderabilis licet ſit, & veniat reſtitutio in in-*
tegr. aliquando tamen eius conſideratio nulla habetur
niſi gratia canonizata.

DECISIO XVIII.

IN cauſa Calaguritana Archidiaconatus per Peregri-
1 num Fabium proponẽtem fuit dubitatum, poſito ſi-
ne veri præiudicio, quòd ex actis non appareat fuiſſe in-
ſtitutam gratiam quondam Ioannis de Auguſtino, *An*
Martinus ſit reſtituendus in poſſeſſionem, quæ fuit ſibi ab-
lata vigore rei iudicatæ. Et quod ipſe non inſtituet ſuam
gratiam, nec doceat de bono iure ſuo. Et dixerunt Domi-
2 ni non eſſe reſtituendum, † quia commiſsio interpretata
eſt ſuper reſtitutione beneficij ſibi per tres cõformes ab-
lati, per quas gratia aduerſarij fuit canonizata: vnde oõ
ſeruit pro reſtitutione beneficij poſſeſsionis, niſi in cõſe-
quentiã, quia de plena reſtitutione ad beneficiũ conſe-
quitur poſſeſsionem fructus, & ea quę per ſententiam a-
3 miſit, q non obtinebat, niſi iuſtificata gratia ſua. Et hoc
modo reſpondebatur ad doctr. Bart. in l. ab hoſtib. §. ſed
quod

quod simpliciter. ff. ex quib. causa maior. in q. vl. de qua per Ias. in §. rursus, nu. 26. Inst. de actio. & per Abb. in c. tam ex litteris, col. fi. in prin. de in integ. rest. Et dixerunt
4 etiam, quod si ad istam possessionem hoc modo amissam ageretur interdicto recuperandæ, quod non potest obtinere, ex quo ritè ille priuatus fuit, licet non rectè, vt Ias. post alios declarat in l. iustè possidet, ff. de acq. poss. Nã
5 licet possessio sit considerabilis, & veniat in restitutione in integrũm, tamen non constituenda venit hoc casu, nisi canonizata gratia sua, & constituto quoad ius beneficij.

MOHEDANI.

De citatione Sorretran. 14. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Citatio de aliquo facta parochiano non personaliter apprehenso, etiam diligentia non apparente inquisitionis facta valida est.*

DECISIO XIX.

1 IN vna Sorretã. coram D. Mohedano Episcopo Tranallen. fuit dictum, quod citatio facta in cathedrali, et in parochiali, cum ageretur de parochiali, erat bona, licet citatus non fuerit personaliter apprehensus, nec cõstat de aliqua diligentia pro eo requirendo, licet ex forma citationis viderent, quòd deberet perquiri. Ex quo de iure tenetur residere in parochiali, præsumitur quod sciuerit, & habuerit notitiam de citatione.

FABII.

De sent. & res inter alios acta, Dertusensis Sacristiæ, 1547.

SVMMARIA.

1 *Gratia alicuius cõtra intrusũ, an canonizari possit tertio quodam admisso pro interesse iura sua producente.*

2 *Iure tertij iustificato probabiliter, gratia licet alteri sit concessa contra intrusum eidem tertio in præiudicium non cedit.*

DECISIO XX.

1 FVit dubitatum in vna Dertusen. Sacristiæ coram Peregrino Fabio, *vtrum gratia Gulielmi possit canonizari contra intrusum, qui nihil habebat, non obstante, quod Io. de Mila veniat ad caussam, & fuit admissus pro interesse, et ius suum produxit: ius enim Ioannis de Mila erat melius iure Gulielmi, & probatis habilitatibus Ioannis, ius illius veniret canonizandum:* tamen Domini dixerunt pro maiori parte,
2 † quòd poterat ferri sententia contra intrusum, & quòd postquam erit bene iustificatum ius Ioannis, quod tunc poterat etiam ferri sententia pro Io. cui ista sententia contra intrusum lata nihil præiudicabat.

FABII.

De fide instrum. Annen. Abbatiæ, 18. Martij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Caussa etiam sine registro expediri possunt, actis originalib. perlustratis, præsumptione exorta nõ apparere registrum culpa retardantis processus expeditionem.*

DECISIO XXI.

PRoponente Domino Peregrino Fabio in vna Annẽ. Abbatiæ, die 18. Martij 1547. fuit per eum dubitatũ, *an fuerit vera lis inter Cardinalem, & Alphonsum subrogatum, & agens pro Ioanne Solano vellet informare sine*
1 *registro deperdito.* Dixerunt Domini, quòd † expediretur caussa sine registro visis actis in Manuali, attento, quod eramus in tertia ex eisdẽ, & oriebatur quædam præsumptio, registrum non apparere culpa retardantis expeditionem, & caussa satis calumniosè defendebatur, prout aliàs ante festa mandaruot, quòd etiam eadem expediretur visis originalibus.

FABII.

De præscript. & inhibit. in caussa Toletana matrimonij, 14. Martij 1543.

SVMMARIA.

1 *Iudex, cui inhibitum est virtute commissionis habentis signaturam, constito de assertis, debet supersedere.*
2 *Testium examinatio facta licet inhibitione, an fieri possit.*
3 *Inhibitione facta de iure nihil fieri vlterius debet commissionis reformatione nondum obtenta.*

DECISIO XXII.

1 QVia † fuerat inhibitum per Audit. Cameræ. & per Gubernatorem, quòd non procederetur in caussa ciuili pendente criminali, & signaturam dederat constito de assertis, dubitabatur propterea in caussa Toletana
2 matrimonij † numquid non obstante tali inhibitione possent examinari testes, quos instabat Comes examinari. Et die 14. Martij 1543. proponente Reuerend. P. Domino Peregrino Fabio dixerunt Domini, quòd licet stãte signatura commissionis conditionali, cõstito de assertis, non debuissent iudices inhibere sine caussæ cognitio-
3 ne, † tamen ex quo erat inhibitũ, nihil fieri debebat, maximè quia erat facilè Comiti reformare commissionẽ, & obtinere, quòd procederetur ad examen, non obstante inhibitione, vel quòd mandaretur inhibitio.

FABII.

Legionen. parochialis, 10. Iunij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per vnum Auditorem, potest per aliũ in vim generalis commissionis, subrogatum subscribi.*

DECISIO XXIII.

IN vna Legionen. parochialis coram Domino Peregrino Fabio, fuerat eidem D. Fabio præsentatum registrũ caussæ, in qua bon. mem. Thomas de Fanis pro-
1 nunciauerat, vt subscriberet sententiam, quod petitum fuerat a Dominis, an posset subscribi ex commissione generali, siue speciali. Et dixerunt, quòd sic.

FABII.

Cæsaraugustana parochialis, 19. Nouemb. 1548.

SVMMARIVM.

1 *Termini nõ possunt in tantum omitti etiam si commissio dicat, terminis non seruatis, & terminus ad contraria intra producta factus, seruit pro termino ad dicendum contra producta.*

DECISIO XXIV.

FVit dictum in vna Cæsaraugustana parochialis, de commenda coram R. P. D. Peregrino Fabio, die 19.
1 Nouembr. 1548. quòd licet commissiones debet, quod Auditor procedat sine aliqua obseruatione terminorum, tñ termini substantiales sunt seruandi, quia vigore illius commissionis iudex tantum potest abbreuiare, vt in decis. 33. in nou. 488. in antiq. non autem ex toto omittere. Et licet Cassad. dec. 2. de iud. dicat, quod si omittatur terminus ad dicendum contra producta, tamen sustinetur sẽtentia, si quando intra fuerunt producta, fuit citatus ad dicendum contra: secus est in casu huius quæstionis, vbi omnes termini erant in totum omissi.

FABII.

Quando ciuilis actio criminali præiudicet Tolet. matrim. 1. Aprilis 1547.

SVMMARIA.

1 *Ciuili caussa vtrum per criminalem præiudicetur, quominus in ea procedi possit in iudicio.*
2 *Caussæ ciuiles, & criminales si ita se habeant in incompatibilitate, quòd criminalis absorbeat ciuilem, an vna alteri præiudicet ex Doctorum quorumdam opinione.*

DECISIO XXV.

1 PRoponente R. P. D. Peregrino Fabio in vna Toletana matrimonij, fuit per eum dubitatum, *vtrum caussa criminalis, de qua agebatur, præiudicaret ciuili, & an ea procedi non possit?* Et licet multa hinc inde dicerentur, tamen procurator qui comparuerat in caussa criminali pro Dom. Beatrice, & eius filio, non habebat sufficiens mandatum. Caussa dicebatur agi criminalis inter fiscum & Anas Comitem, ciuilis autem inter Do. Beatricem, & filium, & vna, & Comitem Anas ex altera. Propterea,

pterea, an essent istæ caussæ inter diuisas psonas, vna nõ
poterat aliã impedire, l. cęcum anno. actio la 3. ff. de act.
ter. amot. Ita sumuntur secundum secũdam lecturam,
& ibi per Bal. & Sali. in l. 1. col. 2. in 10. oppo. C. qñ com.
act. tenet Bar. in d. l. rer. amot. ver. vel alter, quæ est secũ
da lect. iudicatur istam opinionem limitare, quã sequi-
2 tur Salic. & alij in d. l. 1. † quando sunt inuicem incom-
patibile, ita quòd criminalis absorberet ciuilem, quòd
tamen iudicatum fuit non esse in huiusmodi caussa.

P V T E I.

De constit. Leod. custodiæ, 14. Ianuarij.

S V M M A R I A.

1 *Regulæ dicitur sufficienter derogatum, si fuit derogatum vni loquenti in illo proposito addita clausula, & alijs clausulis contrarijs & præsertim si constabat de mente Papæ, quod pariter derogasset.*

2 *De Principis voluntate satis constare videtur si in vna regula voluerit derogatum similiter, & in alia si eius memoriam habuisset.*

D E C I S I O XXVI.

DIctum fuit in vna Leodien. custodiæ coram D. Iaco
1 bo Puteo Decano, † quòd licet aliàs requiratur spe
cialis derogatio Regularum Cãcellarię, imò indiuidua
videlicet talis Regulæ, vt per Sarnen. q. 8. in prin. tamen
ex quo in derogatione erat expressè derogatum nonnul
lis regulis, & vni maximè de eadem materia loquẽti, de
qua dubitabatur, & postmodum dictum est, & alijs cõ-
stitutionib. Apost. & quod alijs regulis intelligatur dero
2 gatum, quia † de voluntate Principis dicebatur satis cõ-
stare, quod sicut derogauit alij ita in specie, ita & hic si
de ea recordatus fuisset derogatus, qui per ea, quæ com
muniter dicunt Doct. in l. si quis, in prin. de leg. 3. per ca
non. in c. nonnullis, maximè Fel. de rescript. Et maximè,
quia in casu isto erat illa quorum tenores, iuxta not. per
Ant. de Butr. in vulg. cons. 4. Et maximè, quia gratia ista
erat facta ad instantiam maximi Ducis de Austr. dulcis-
simi Principis, a quo fuisset petitum derogari huic regu
læ vtique fuisset, ad gl. in l. tale pactum, C. de pactis.

P V T E I.

De iureiurando Messanensis Baroniæ, 9. Martij 1547.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum perhorrescentia, licet in vim Bullæ Innocentiana possit præstari in quacumque parte litis, & conualidentur acta in curia, non tamen validantur gesta in partibus, quia talis Bulla non seruit, nisi quo ad gesta coram Auditoribus Rotæ.*

D E C I S I O XXVII.

IN vna Messanen. Baroniæ coram R. P. D. Iacobo Pu-
teo Decano die P. Martij 1547. fuit dictum, licet per
1 Innoc. iuramentum perhorrescentiæ possit præstari in
quacumque parte iudicij, hoc tamen habebat locum
quantum ad hoc, vt possit procedi in curia, non autem
quoad hoc, vt retro acta in partibus nõ essent nulla pre-
stito iuramento perhorrescentiæ.

P V T E I.

De iure patronatus Bonon. beneficij, 9. Maij 1547.

S V M M A R I V M.

1 *Impetratio facta cum expressione, quod beneficium est de iure patronatus forsan ex fundatione, vel dotatione, debet iustificari, quia verbum, forsan, nõ tollit præsumptionem, de qua in dec. Cassad. 7. de iure patr. Generi per speciem nequaquam debet derogari.*

D E C I S I O XXVIII.

1 FVit dictum † in vna Bonon. S. Thomæ de Brauia, co-
ram R. P. D. Iacobo Puteo Decano, quòd Nicolaus
Viegeus, qui dixerat beneficium esse de iure patr. laico-
rum forsan ex fundatione vel dotatione, dicebatur con-
tineri beneficium esse de iure patron. ex qua confessione
facta ex dispositione iuris requirebatur, ꝙ esset ex fun-
datione, & dotatione, addita per Cassad. decis. 4. de præ-
ben. & 7. de iure patron. Et licet diceretur, quòd per illa
verba, forsan ex fundatione, videbatur recessum ab alia
confessione generali per magis specificam expressionẽ,
ad not. per gl. & Bal. in l. quæsitum, §. si quis fundum, ff.
de fide instrum & instrumentum legis: tamen dixerunt
Domini, quòd ista verba, forsan ex fundatione, erant po
sita augmentatiuè, non autem restrictiuè, & ideò genus
remanebat, nec generi per speciem derogatur, per ea
quæ not. Aim. in reg. generi per speciẽ, in 3. casu, & ma-
ximè, quia in casu isto non eramus in dubio, sed magis
in claro, quòd augmentatiuè erant posita illa verba, &
de intentione satis constabat, quia noluit habere benefi
cium a Papa, nedum si esset de iure patronatus simplici
ter, sed etiam ex fundatione, & dotatione. Et verba illa
ex fundatione, & dotatione, non negabant beneficium
esse de iure patronatus, sed vltra, quòd esset de iure pat.
dubitabat, ne forsan etiam esset ex fundatione, vel dota-
tione.

S A N C T Æ C R V C I I.

De regressum in caussa Maioricensi, 22. Octobr. 1546.

S V M M A R I V M.

1 *An in regressibus procedat Concilium Lateranense concessis Cardinalibus post Concilium, ad beneficia minoris valoris ducatorum 200.*

D E C I S I O XXIX.

FVit dubitatum in vna Maioricen. corã R. P. D. Pro-
1 spero de Sancta Cruce, *an in regressibus Cardinaliũ
circa beneficia minoris valoris, quam 200. duc. requireretur derogatio Concilij Lateran.* Fuit dictum, quòd omisso
hoc dubio prius videatur de origine regressus, tamẽ die
22. Octobris 1536. fuit dictum, quòd consilium præser-
uans regressus, si quis haberet, intelligitur de pręsentib.
non de futuris, non obstante doct. Bal. in l. si debitor, de
contrahen. emp. quia de mente Concilij apparebat. Fuit
etiam dictum, quòd Concilium nedum prohibebat ad
beneficia statim admittenda, quod patet ex verbis Cõ-
cilij facientis eos habiles ad beneficia familiarium, cum
hoc, quòd infra sex menses dimittant, per duos tantum
sint votata, alijs nihil dicentibus, ex quo caussa erat per
aliud dubium terminandum.

F A B I I.

De iure emphyt. Mediol. bonorum, 26. Maij 1547.

S V M M A R I A.

1 *Emphyteuta potest propria auctoritate expelli ob canonis non factam solutionem per biẽnij, aut triennij moram.*

2 *Limitatur idipsum in domino, vt ibid. nu. seq.*

D E C I S I O XXX.

FVit dictum in vna Mediolanen. bonorum proponen
1 te D. Fabio Accorambono, dictum emphyteutã, q
cessauerat per biennium, vel triẽnium a solutione cano
nis, ita quod ceciderit, propria auctoritate posse expelli,
per not. per glo. in l. 2. C. de iure emphyt. tamquã magis
communiter approbatam, vt patet per late deducta, per
Ias. ibidem, & per Canon. in c. potuit, de loca. & cõduct.
vbi de hoc maximè per Innoc. & per Dec. in consil. 246.
col. 3. ver. capio secundum dubium. Et quia caussa hæc
habebat aliquod dubium in facto, fuit dictũ d. Ponẽti,
ꝙ ex se firmaret. Et licet ex capite lineæ finitæ, & aliena
tionis factæ iure quæsito domino res esset deuoluta, &
ipso iure, vt voluit glo. cõmuniter approbata, in l. 3. §. 6.
2 C. de iure emphyt. tñ fuit dictum, ꝙ nõ sequebatur. Er-
go propria auctoritate dominus potuit ingredi, ad dec.
Afflict. 97. num. 2. & seq. adde cons. vulg. 2. in fine.

F A B I I.

De offic. Vicarij Oneten. Canonic. 20. Maij 1547.

S V M M A R I V M.

1 *Substitutus a Vicario Episcopi habente facultatem substituendi, potest exequi commissa Vicario substituenti, & incapta per substitutum possunt perfici per substituentem, & si postea dubitaretur de iurisdictione, &*

non

non fuisset oppositum in partibus, nec in curia, quòd processus saluari potest, secus si fuisset oppositum.

DECISIO XXXI.

Dubitauit R.P.D. Peregrinus Fabius in vna Ouetē.
1 canonicatus & præben. † *An gesta per Vicarium substitutum valeant*, & quòd possunt, legitimè constitutus cum facultate constituendi, quoties ipsi abesse contigerit per Episcopum, qui postmodum loco sui substitue ear alium in officio, cui litteræ Domino Romano erant præsentatæ, & cæperat process. & coram eo iurauerant testes, deinde superuenerat constituens, & corā eo perfectus erat processus. Fuit dictum, quòd ex quo liquidatio erat concessa sub nomine officij, non autem proprio, quod substitutus erat eadem persona in iurisdictione, & propterea potuit Camera delegatū exequi, vt p Car, in c. quoniam Abb. extra de offic. deleg. Abb. ibidē, col. 3. num. 10. ver. item Ecclesia prædicta. Eò maximè, quia non fuerat suffectus in locum mortui, sed in officio viuētis absentis, per not. per Doct. in d. c. quoniā Abb. Quia autem dubitatur aliquo modo, an fuisset Episcopus ille, qui eum Vicarium fecerat cum facultate substituendi, dubitabat D. Peregrinus, ex quo in partib. nihil fuit oppositum, quia nemo comparuerat pro eo, an gesta p eū valerent, & cum diceretur valere, ad decis. Dec. 47. in nou. repositum etiam in antiq. 497. Et dixerunt Domini, quòd ex quo statim transportato examine hic in curia fuit appellatum ab isto examine, & oppositum de iurisdictione iudicis, quod ista contradictio sufficiebat, & pars teneretur ostendere hunc esse Vicarium constitutum ab Episcopo. Vide q. 33.

FABII.

Bononien. parochialis, 19. Ianuar. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Licet facultates legatorum fuerint reuocatæ, & moderatæ, nihilominus si legati vsi sunt suis prioribus facultatibus, prout vtebantur ante reuocationem spatio decem ann. valent gesta per eos, & etiam absque tanto tempore, si aliquando reuocatio non fuisset recepta.*

DECISIO XXXII.

IN vna Bononien. parochialis S. Andreæ, coram D. Peregrino Fabio dicebatur, ꝙ licet facultates Cardinalis Cibo, in quibus cōtinebatur, quòd Legati possent derogare regulæ, de 20. diebus, essent limitatæ, & sublatæ, tamen ex quo per testes probatur, ꝙ tam ipse legatus Cardinalis Cibo, quàm alij legati post ipsum, derogauerunt huic regulæ, quod illis limitationibus non obstantibus, tanquam vsu non receptis, quia illis obseruatis p decem annos, & vltra, prouisio de ista parochiali facta
2 cum derogatione istius † regulæ, valebat, per not. p Fel. in cap. 1. de treuga & pace. Nam aut prouisio facta per Principem non recipitur a sciente, & patiente Principe illi contrauenitur, & tunc per duos, vel tres casus contrarios illi censetur esse derogatum, sine aliquo cursu temporis, aut ab omnibus fuit recepta, & sufficiunt decem anni, Fel. in loco proximè allegato.

FABII.

Cenetensis Canon. die 22. Iulij, 1547.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij gesta post resignationem Ecclesia, an valeant.*

DECISIO XXXIII.

IN vna Ceneten. Canonicatus, & præbend. dubitauit R. P. D. Peregrinus Fabius proponens, *an Vicarius deputatus ab Episcopo cum facultate substituendi ad alium loco sui in casu absentia, potuerit post resignationem Episcopi in manibus Papa de dicto Episcopatu, ante aduentum successoris, & notitiam resignantis, non solum officium exercere, sed adueniente casu absentia, etiam alium loco sui substituere, vigore dicta deputationis?* Et domini non resoluerunt materiam, licet inclinarent, quòd sic, per not. per Fel. in ca. Abb. sane, de rescri. qui vult, quòd Vicarius habens facultatem conferēdi beneficia, possit conferre etiam post renunciationem ignoratam. In cōtrarium tamen allegabatur cons. Cald. in tit. de iud. vbi vult, ꝙ sententia lata per Vicarium post translationem Episcopi sit nulla, quia cessat facultas, quòd ignoraret translationem, quòd consilium Domini non viderant, ideo dubium resolutum non fuit.

SANCTÆ CRVCI.

De pactis in caussa Placentina, 27. Maij. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quod de contractu fiat instrumentum, dicitur perfectum, etiam si scriptura non fiat, & reprobatur doctr. Pau. de Cast.*

DECISIO XXXIV.

IN vna Placentina coram Domino Prospero de sancta Cruce, satis dixerunt domini, ꝙ non est verum dictum Pau. de Cast. in l. *ut res, C. de proba. col.* 1. volentis,
1 quòd † quando partes agunt, ꝙ de contractu fiat instrumentum, quòd contractus non dicitur perfectus, nisi facta scriptura, qui & idem dixerit, in l. contractus, col. 4. C. de fi. instru. quem multi sequuntur, de quib. per Dec. cons. 11. col. 1. vers. 4 comprobatur hoc efficaciter, & in cons. 159. col. pen. prope fi. ver. prædicta conclusio corroboratur. Hanc opi. dixit Ias. in cons. 25 1. 1. vol. bene intelligi, & declarari ex dictis per Ias. cons. 260. col. 3. in fine. ver. in contrariū fortiter facit cōi practica. Et ꝙ ista sit cōis opinio attestatur Dec. consi. 140. col. 1. versi. 5. & vl. Gram. cons. 107. col. 2. ver. respōdetur, vol. 1. & dictū Pau. de Cast. improbat Soc. cons. 22. col. 2. in fi. cum seq. vol. 3. versic. neq; est curandum, & Dec. in consi. 349. Et fuit additum, ꝙ idem voluit idem Dec. in l. qui bis idē, vbi et Aret. de verb. oblig. Et sic fuit dictum, communē opinionem esse contra Paul. de Cast. qui vt bene loquatur, debet intelligi, quādo per partes fuit dictum, quod non valeat conuentio, nisi in scriptis dirigatur, vt per Dec. in l. Penum, quod bona fide, col. 2. versi. ex hoc refert, C. de pact. Grat. cons. præalleg. 107. col. 1.

AVGVSTINI.

De procuratoribus, & clausula transferendi in Compostellana parochiali, 28. Iunij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Vigore mandati ad consentiendum pensionis reseruationi, non potest prestari consensus super supplicatione, in qua sit facultas transferendi, licet consentire possit alijs clausulis supplicationis per Papam concessis.*

DECISIO XXXV.

FVit dictum in vna Cōpostellana parochialis de Aldea, coram R.P.D. Antonio Augustino, ꝙ licet Alphonsus dedisset mandatum amplissimum ad consentiendum reseruationi pensionis 60. duc. in fauorem Petri, qui resignauerat parochialem, tamen illud mandatum non erat sufficiens, ad consentiendum facultati trāslationis pēsionis, prout continebatur in supplicatione,
1 noluit aliter, neque alio modo resignare, cum istud trāsferre esset munus insolitum, & præiudiciale. Et fuit per vnum ex dominis, consideratum, quòd clausula mandati, quantumcumque generalis, non poterat ad hoc extēdi, quia mandatum erat, consentiendum reseruationi pensionis, in fauorem Petri soluendæ eidē Petro, donec vixerit. Vnde consentire translationi pensionis non poterat, quia esset hoc consentire pensioni in fauorem alterius, quam Petri, ad quod mandatum nullo modo extendebatur, & clausulæ omnes intelligebantur respectu pensionis reseruandæ Petro.

THOLOMEI.

Clausula ex cuiuscumque persona, in vna Abulen. 20. Nouembr. 1545.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, ex cuiuscumque persona capit beneficium vacans ex persona alterius, quoniam gratia non est subreptitia, vt hic, quod fuit narratum aliàs sibi prouisum per obitum,*

enim, & dubitabatur de iuribus illius pensionis, & præposite Papa concedebat cum ista clausula, & sic noua prouisio sit nulla.

DECISIO XXXVI.

FVit conclusum in vna Abulen. villa capo coram R. P.D. Paulo Tholomeo, quod clausula ex cuiuscumque persona vacet, quæ solet apponi in nouis prouisionibus
1 capit † beneficium, etiam si non uacet ex persona eius, cuius narratur uacare, & etiam si non uacaret tempore, quo prima prouisio fuit facta, prout obuenit in casu illo, in quo quis impetrauerat beneficium a Papa per obitum accolyti, per cuius obitum fuerat prouisum alteri ab Episcopo habente indultum. Vnde stante indulto prouisio Apostolica non valebat, prouisus a Papa impetrauit nouam prouisionem statim 6. mensibus, infra quos prouisus ab ordinario tenebatur impetrare nouã prouisionẽ, & expedire litteras iuxta formam indulti, et sic amiserat beneficium, quod tunc temporis erat in persona eius cui ab episcopo fuerat prouisum. Nam fuit dictum, quod licet nõ vacaret ex persona ipsius tempore primæ pensionis, tamen ex quo Papæ omnia narrata erant, & sic gratia nõ poterat dici subreptitia, noua prouisio per illam clausulam capiebat beneficium, quia clausula loquitur per verba præsentis temporis, ex cuiuscumque persona vacet, non esset talis vacatio, quia tamen fuit dubitatum, vtrũ ex tali vacatione collatio de nouo spectaret ad Episcopum vigore indulti, propterea fuit dubitatum iterum informari in hac caussa super hoc dubio.

SANCTÆ CRVCII.

De litteris non expeditis, in quadam Aquensi præceptoria, 7. Februarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Decedente aliquo qui non expediuit litteras beneficij, dicitur vacare per obitum.*

DECISIO XXXVII.

COram R.P.D. Prospero de S.Cruce, fuit dictum in vna Aquen. Præceptoriæ, quod si alicui sit prouisio de
1 beneficio per solam supplicationem, qui ante confectionem litterarum obierit, beneficium dicitur vacare per eius obitum. Cassad. dec. 8. nu. 6. de rest. spol. licet Ægid. decis. 609. & 644. dicat contrarium, sed non seruatur in Rota, vt in Cancellaria.

FABII.

De erectione nouæ dignitatis Ilacensis Cantoriæ, 11. Febr. 1554.

SVMMARIVM.

1 *Gratia erectionis noua dignitatis non dicitur subreptitia, licet non sit facta mentio de mansionarijs Ecclesiæ, sed tantum de Capitulo.*

DECISIO XXXVIII.

PRoponente Domino Prospero in vna Ilacen. Canto-
1 riæ, fuit dictũ, quod † licet in creatione ipsius dignitatis non fuit facta mentio de mansionarijs, de quorum præiudicio tractabatur, tamen gratia non erat subreptitia, quia si Papæ illud dictum fuisset, non minus consensisset, tamen attenta paruitate præiudicij, tum quia non solet fieri mentio, nisi de Capitulo, & cuius consensus solus sufficit, tamquam quod de alijs qui non habent vocem, non sit habenda ratio. Papa enim erigendo nouam dignitatem, quia vult de distributionibus quotidianis participare, intelligitur hoc non posse fieri sine præiudicio aliorum, ideo non est subreptitia gratia, facit quod not. Abb. Ant. & alij, in cap. dudum, de priuil. & Cassad. dec. 1. eod. tit.

FABII.

De indulto, & cess. Tullens. paroch. 14. Febr. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Comensis Cardinalis habens indultum Papa cum clausula præter quam per resignationem in manibus Papæ factã, non potest conferre beneficium cessante vniona, vel commenda facta ex resignatione in manibus Papæ.*

DECISIO XXXIX.

DVbitauit R. P. D. Peregrinus Fabius in vna Tullen.
1 parochialis S. Pauli coram eo pendẽte, † vtrũ prouisio Ioannis valeat de consensu Cardinalis, aliàs enim fuerat resignatio ista parochialis in manib. Papæ in fauorem Vualdini, & Papa per resignationem vniuit alteri parochiali, per Do. Vualdini obtentę ad vitam, mortuo D. Vualdino Pap. de eadem prouidit D. Ioanni, dicebatur prouisionem hanc non valere, stante indulto Cardinalis Lotharingiæ. Et cum diceretur, indultum non habere locum in beneficio vacante per resignationẽ in manibus Papæ factam, & an dissoluta vnione beneficium diceretur vacasse, vt prius, valet per resignationẽ, Pap. potuit prouidere non obstãte indulto: sed replicabatur, quòd intelligebat de prima vice, quod beneficium fuerat resignatum, Vnde dissoluta vnione, licet diceretur adhuc vacasse per resignationem, tamen in hac secũda vice, saltem de consensu Cardinalis debeat fieri prouisio, aliàs non valeret, tamen Domini dixerunt contrarium, per Cassador. decis. 5. de priuil. vbi interim dicitur ista caussa, & in decis. 2. de vnio.

FABII.

De vnione in caussa beneficiali, 14. Maij 1546.

SVMMARIVM.

1 *Collatio de beneficio alterius Diœcesani, quod fuit vnitum ad aliud beneficium in ea Diœces. spectat ad collationẽ meam, neque teneor requirere cõsensum illius alterius Episcopi alterius Diœces. licet forte secus, si essent vnita inuicem, vel æquè principaliter.*

DECISIO XL.

1 FVit dictum, quod † quando vniuntur duo beneficia in diuersis Diœces. consistentia, & vnitum taliter, quod accedit alteri, & aliud, cui fit unio, est principale, quod uacante isto beneficio, licet unio intelligitur fieri sine præiudicio Diœcesani, c. 2. de relig. dom. tñ cum beneficium unitum est, eo ipso dr fieri præiudicium quoad hoc ipsi in conferendo beneficiam, consensus illius non expectabatur. Et concluserunt Dec. Io. And. Ægid. Fab. in d. c. et clarius alijs, ubi hoc expressè uoluit, ut in casu isto, & Cattiahup. in tract. in 8. ar. princ. uers. 26. quarto in contrarium solum allegabatur Petr. de Perus. in tracta. de unio. Eccl. 10. c. in fin. Sed fuit dictum, quod poterat saluari in unione trãsfusa, prout cõcludit Fab. in d. c. 2. licet Æg. diceret contrarium, aliàs malè loquebatur, & nihil allegabat, & deinde loquitur dubitatiuè per uerbum, uidetur. Et ita fuit conclusum in prima parte, in una Vrbinaten. & foro Semptonien. unionis corã R. P. D. Thoma de Zanis.

EPISCOPI MARISCANI.

De gratia subreptitia Bellicen. prioratus, 29. Aprilis 1541.

SVMMARIVM.

1 *Porrectio fructuum minima quãtitatis facit gratiam subreptitiam, si in eadem de illis non fiat mentio.*

DECISIO XLI.

BEllicen. Prioratus coram R. P. D. Episcopo Marsi-
1 can. fuit dubitatum, † *an perceptio fructuum minima quantitatis faciat gratiam subreptitiam, si de illis in ea non fit mentio?* Et maior pars Dominorum tenuit, uidelicet septem ex eis, quod esset subreptitia, & mouebantur, quia ex quo sumus in gratiosis, in quibus subreptitia uitiat etiã in minimo, ut in cap. si proponente, de rescript. & cap. si motu proprio, de præbend. in 6. Ita etiam maximè, quia sumus in delictis, quæ etiam in minimo committuntur, §. Gallinarum. Insti. de rer. diuis. & in modica re proponit prælatus, cap. per tuas, de sim. Item propterea, quia uidebatur tenuisse in fraudem Cancellariæ Apostolicæ, cum teneretur componere, ut per Felin. in capit. in nostra, de secundo corollar. & in cap. postulasti, in fine, de rescriptis, Et licet sit nimium malè perceptum, datur occasio

occasio componendi super toto beneficio. Allegabatur stylus datarij, & Cancellariæ, quia volunt componere, & si beneficium excedat ducatos 24.& in minima summa soluit annalia. Tres alij ex Dominis fuerunt in contrario voto, dicendo, quòd illa tantum surreptio vitiat, quæ poterat retrahi per Papam a concedendo gratiam, vel quod saltem ea narrata difficilius concessisset, per reg. vulg. Vnde si fuisset narratum de ista minima fructuum perceptione, vtique nõ retraxisset, nec difficilius concessit, cum tamen minima res non sit in consideratione apud statum Principis, quia parum, & nihil æquiparantur, cap. licet caussam, §. quamquam, de probat. & Instit. ad leg. Falcid. in princ. adeò quod de minimis nõ curatur, l. scio, & quod ibi per Doct. ff. de restitut. in integr. & per Ias. in l. sciendum, in princ. col. 3. & seq. ff. qui satisdare cogan. Et maximè, quia per illas nec minimũ se retraxisset Papa, iuxta cap. dudum, in ver. considerantes, de præben. in 6. & in cap. si non pro clericis pauperibus, eod. Et hoc fortius comprobatur, quia talis expressio fructuum perceptorum non requiritur de iure communi, sed solum per obseruantiam, & pro interesse Cãcellariæ Apostolicæ, iuxta not. in c. ad omnes, per Felin. colum. 9. versi. noua collatio, de rescript. & in c. super litteris, col. 3. eod. titu. & per Dec. ibi, col. 3. Et tanto magis hoc suaderũr, quia de huiusmodi mala perceptione põt inquiri per ordinarium, vt per Cassad. dec. 6. de præben. in 6. Ex quo sequitur quod talis mentio requiritur pro interesse Cancellariæ, contra iuris dispositionem: istis tñ non obstantibus maior pars Dominorum tenuit contrarium, *vt supra dictum fuit.*

FABII ACORAMBONI.

De restit. in integrum Bonon. hæred.

10. Febr. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio aduersus præscriptionem 40. annorum datur hæredi, & legatario ex capite ignorantiæ, & istud procedit, etiam si post 40. ann. esset lapsum quadriennium.*

DECISIO XLII.

COram Domino Ioanne Fabio Accorambono, in vna Bononien. hæreditatis de Papazonibus fuit di-
1 ctum, quod † ad præscriptionem 40. annorum datur restitutio ex capite ignorantiæ, siue loquamus in Ecclesia, siue in priuato, vt est magis communis conclusio, prout attestatur Bal. in tract. de præscript. in 4. par. q. 29. Et ita fuisse hanc opinionem tentam pro communi in Concilio Neapol. refert Afflict. dec. 57. incip. pro tenui, vbi tenet contrarium post antiquas allegationes. Et fuit etiã dictum constare satis de ignorantia in casu isto, ex quo contra hæredem substitutum curreret præscriptio. Et tenet idem Afflict. decis. præalleg. 329. & ibi de legatario tenet Bald. in d. q. Et licet post 40. annos esset lapsũ quadriennium, quod datur ad petendum restitutionem, tamen ex quo concurrit contra ignorantem, non releuat, quia tempus illud est vtile ab initio, nec ignoranti concurrit, ac etiam post centum annos ignorans posset petere restitutionem in integrum vt tenet Bald. in prædicta q. 19. ante fi. Et quòd cum in hac eadem caussa dubitaretur, numquid præscriptio concurrisset aduersus hospitale, ex cuius iure veniebat Papazonus, dixerunt Domini, quòd sic, per c. de quarta, & cap. illud, de præscrip. Et ex quo constabat, de initio temporis successiuè, dixerũt nedum tempus præsumi vt continuatio diceretur possessio 40. annor, licet allegaretur Nat. tenuisse contrarium, in not. 11. q. quem refert & sequitur Bal. in l. Celsus, nu. 30. vers. ex quo infertur, de vsucap. Et ita dixerunt aliàs in alijs caussis fuisse tentum. Et hoc fuit dictum incidenter, quia Papazonus dicebat, quòd quoad hospitale non erat opus restitutione.

IACOBI PVTEI.

De præscriptionibus in vna Toletana decimarum, 16. Nouembris 1545.

SVMMARIVM.

1 *Gratia concessa regul. de motu proprio & gratis expedita cum aliqua tamen expensa præsumitur acceptata per ipsum.*

DECISIO XLIII.

IN vna Toletana Decimarum coram Domino Iacobo Puteo fuit dictum, quòd licet non constaret Re-
1 gem Hispaniarum acceptasse gratiam † sibi a Pontifice motuque proprio factam, tamen ab vsu patrisfamil. psũmebatur, maximè per impensam factam in expeditione gratiæ, quia licet esset expedita gratis, tamẽ non erat ita modica, quod nõ præsumeretur gesta de mandato, iuxta not. per Dec. in l. cum seruus, de verborum oblig. vbi licet aliqui dicant, quòd ex impensa non præsumatur mandatum, si alia non concurrant, tamen fuit dictum, quòd illa opinio, quam attestatur Sarnen. in regul. de trienn. q. 32. quod scilicet distinguatur inter modicam, & magnam impensam seruabatur in no... licet communis opinio sit in cap. 1. de iudic. quod etiam ex impensa facta circa citationem, quæ modica est præsumatur facta de scientia, & mandato principalis, quam opinionẽ tenet dec. Neapol. in nou. in 5. dub. tamen his non obstãtibus præualuit sententia, quòd in caussa esset data remissoria ad probandum, quòd reg. non fuit not. hæc gratia. Nam hæc dicebantur ad faciendam gratiam surreptitiam.

FABII.

De fide instrumentorum temp. pest. in Tudertina bonorum, 20. Maij 1574.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Archiuij contra notarios non descriptos in Archiuio non procedit, quando quis fuit rogatus tempore magnæ pestis.*

DECISIO XLIV.

IN vna Tudertina bonorum coram R.P.D. Pereg. Fabio Episcopo Vestano fuit dictum, quòd Bulla Archiuij, quæ vult notario non matriculatos in Archiuio
1 non posse conficere † instrumenta, imò pro falsarijs posse condemnari, non habet locum in notario non descripto conficiente instrumentum tempore magnæ pestis per multa, quæ tunc in informationibus fuerunt latissime allegata. Vide eadem latissimè tit. de testib.

ACORAMBONI.

De priuilegijs Calagurit. Canonic.

14. Ianuar. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia scriptorum dum loquuntur de beneficio reseruato, intelliguntur de regulari beneficio tantum.*

DECISIO XLV.

DVbitaui in vna Calaguritana Canonicatus, & præbendæ de Longione coram Dom. Fabio Acoram-
1 bono, *an priuilegium scriptorum Apostolicorum haberet, quod vigore gratiarum expectatiuarum possent acceptare vnum beneficium sæculares, vel regulare etiam non reseruatum in mensibus ordinarijs collatoribus concessis?* Nam de rescriptis nullum erat dubium, & quantumcumque priuilegij verba satis clara viderentur, siue regulare, siue sæculare esset, tamen posset acceptare, & si non esset reseruatum, tamen placuit Rotæ quòd intelligerentur tãtum de regulari, quia in c. quòd priuilegiorum, procedit illud, super quo cadebat dubitatio, quòd incipiebat, *Ipsique scriptores,* facta fuerit mentio de regulari beneficio, & diu tamen, vt præfertur reseruatum, & qualificatum. Vnde regula, quæ subsequatur, in cap. subsequenti, incip. quodque singuli scriptores, in quo cadebat dubitatio, dicebatur vnum ex sæcularibus aut regularibus beneficijs huiusmodi, etiamsi, vt præfertur reseruatum seu affectum, & aliàs qualitercumque qualificatum, vel etiam, nec reseruatum, nec affectum. Et propterea iungendo illud, cap. cum præceden. & secundum illud intelligendo, sicut in præced. loquebatur, vt præ-

præfertur qualificatum,& sic ad præcedentia videbatur haberi relatio.

FABII.

De indultis coadiut.Canonic.Toletan.

20.Octobr.1547.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio indulti Cardinalium, non requiritur in coadiutoria cum futura successione.*

DECISIO XLVI.

Fuit dubitatum in caussa Toletana coadiutoriæ Canonicatus,& præbendæ coram R.P.D.Peregrino 1 Fabio.die 20.Octob.1547. *Vtrum in coadiutoria cum futura successione esset necessarium derogare, indulto Cardinalis Toletani.* Et quatuor ex septem Dominis fuerunt in opinione,quod non, videlicet Roman. Prosper Puteus, & Fabius,tres autem alij,videlicet Anton. Augustinus, Mohedan.& Thom.erant in contraria opinione, quia res est exemplaris,& non caret difficultate. Fuit iterum die 25.Octobr. 1547.idem dubium propositum, & fuit dictum, quòd aliàs coram D.Ioanne Paulo fuerit decisum, quod fic de mense Februar.1544. In vna Toletan. Archipresbyteratus de Madrid.ostendente dec script.a tergo informationis, in qua fuisse ita decisum nemine discrepante dicebatur. Sed Dominus Puteus referebat se eodem anno 3. Martij annorasse Rotam inclinasse in hanc partem,pro qua est conclusum hodie coram eodē Domino Peregrino,& vltra decis. Cassador.vnic.de pactis,quæ allegabatur,& 4.de priuileg.vbi arguitur de concordatis ob indulta ,& ideo secuta concordia comprehendunt coadiutorias,licet non regressus,vt in dicta decis. Ita etiam in indultis esse debebat. Fuit dictum, pro ista parte faciebat,quia in indultis excipiebantur beneficia resignata ,& ideo cum coadiutoria non sit propriè reseruata,& quòd sit de consensu, indultum illam capiebat,nisi illi derogaret. Et ita fuit cōclusū:tribus in primis auditorib.existentib.in cōtraria opinione, qa magna erat differēria inter concordata emanata ob publicā vtilitatē,& indulta,q̄ merè vtilitatē priuatā respiciebāt

MOHEDANI.

Leodien.Decanat.14. Ianuarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimo non sufficit probare,quòd incessit in habitu, sed debet probare se dispensatum ad clericatum per litteras: vide decis.tertiam, infra incip. Hispal.canonicatus clericatus illegitimi, vel vlterioris habētis præscriptionem contra se,probatur etiam ex communi opinione.*

DECISIO XLVII.

1 Fuit † conclusum, quòd etiam licet aliàs ex communi reputatione non probetur clericum, quia probare debens,habet præscriptionem contra se, Bes1gn. dec. 2.de probat.& in antiq.84.Et maximè in illegitimo.Gomes.in reg.de annal.q.58.tamē in vna Leodien.Decanatus coram R. P. D. Mohedano, die 14. Ianuarij 1547. cōcurrentibus alijs coniecturis fuit dictum,quòd probaretur ex communi opinione.

FABII.

De fide instrum. Segobien. canon.

11.Febr.1547.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ si reperiantur expeditæ sub plumbo, concedentes menses alternatos,& alia per breue,concedentes collationem in omnibus mensibus de eadem data standum est litteris sub plumbo per rationes hic positas.*

DECISIO XLVIII.

In vna Segobien. Canonicatus, & præbendæ coram Domino Peregrino Fabio idem dubitauit, *vtrū Cardinalis Camerarius, posset vigore primi indulti conferre in omnibus mensibus, vel alternatiua, prout in alijs litteris fuerat,etiam vigore litterarum in forma breuis concessum & indultum Camerario conferendi beneficia in Diœc. Segobien. accedente consensu.* Quo accedente, etiam erat 1 concessa alternatiua, neque de consensu Camerarij expeditorum litterarum sub plumbo dubitabatur, quæ litteræ essent attendendæ per prædicta. De rigore iuris res posset aliquo modo reuocari in dubium. Primo, quia de consensu Episcopi, & Camerarij aliquo mō constabat, & propter verisimilitudinem, & quia litteræ sub plūbo magis sunt,& ab vsu patrisfamil. Nā quotidie ista fiūt, & hoc modo conceditur alicui Cardinali indultū conferendi beneficia in aliqua Diœcef.in omnib.mensibus & datur etiam ad reseruata: diuiditur illud indultum per alias litteras, & cōceditur alternatiua Episcopo, ex qua Episcopus nedum lucratur duos mēses,sed etiam quod in alternatiuis mensibus sibi concessis possit conferre reseruata, quod non habuisset ex simplici alternatiua, quæ non solet dari ad reseruata, dixerunt omnes Dominorum Camerariū solum alternatam posse conferre.

FABII.

Non admissionis in militem in caussa Valentina, 28.Iunij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Copiæ standum est, quando ipsa originalia sunt penes aduersarium, si ipse recuset ostendere originalia ipsa, vel non permittit, quod formiter extrahantur.*

DECISIO XLIX.

Dubitauit Dominus Peregrinus Fabius in vna Valētin.non admissionis in militem *vtrum iura producta sint talia, quibus in hoc casu sit adhibenda fides per partem illius,qui in militem non fuerit admissus.* Contra religionem & magnum magistrum Hierosolymitanum fuerat producta sententia lata per magnum magistrum, quædam stabilimenta, & quædam alia iura,quæ erant simplicis copiæ extractæ ex libris Religionis,quibus non 1 se fidem adhibendam, dicebatur per iura vulgata in contrarium inter alia, quæ videbantur iuuare. Allegabatur decis.Bartoli, in l.publicati, C.de testamentis.quem sequitur Ias.in Auth.si quis,in aliquo,col.4.versi.7.fallit, C.de eden.Dec.consil.36.incip.pro tenui,colum.2.vers. nō obstante allegata,vbi voluit, quòd copiæ detur fides, quando originale est penes aduersarium, qui potest illud producere eo casu,quo dicat copiam ab eo discordare, tamen hoc & alijs additis non obstante, dicebat Domini,quòd iste debet habere compulsoria, & extrahere iura in forma probanti, quod si posset impedientib. aduersarijs, tunc dabunt fidem copijs, nisi originale p eos producatur. Et contrarium curarunt dicendo, quòd non obstabat, quòd originalia essent penes religionem, quantumcumque ille, qui dederat copiam, diceret illa extraxisse ex libris consiliorum religionis, & esset recognita manus illius,qui esset secretarius.

FABII.

De probat. in caussa Barchionen. pensionis,

3.Decembris 1547.

SVMMARIVM.

1 *Vera probatio per litteras clericatus, in quibus apparet, quòd quis fuit ordinatus, post assignatam sibi pensionem præfertur putatiuæ, quòd tempore assignationis habeatur pro clerico.*

DECISIO L.

Proponente Reueren. P. Domino Peregrino Fabio, in caussa Barchionen. pensionis, fuit dictum per Do 1 minos, quòd † ex quo post obtentam pensionem apparebat, quod pensionarius faceret se clericali charactere insigniri, & per eius aduersarium erant productæ litteræ clericatus, quod per testes probaretur, quod fuerat habitus, & reputatus pro clerico, quòd istud non sufficiebat, quia vera probatio præualet illi probationi per reputationem.

FA-

FABII.

Burgen. beneficij, 25. Octobr. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Probatio super stylo alicuius loci facta in alia caussa inter diuersas personas sufficit.*

DECISIO LI.

1 IN caussa Burgen. beneficij de Cantorio pro paupere clerico I caussa erat processus de partibus productus qui dicebatur nullus esse ob defectum citationis. Nam non apparebat, nisi vnica citatio in principio processus, & præsupponebatur illam citationē sufficere, quia ita erat de stylo in Diœc. Burgen. Fuit dictum, quòd si produ cerentur testes in examinari in alia caussa, probantes talem stylum in eadem Diœcesi Burgen. quod illa probatio sufficeret, licet inter alios facta. Et proponente Domino Peregrino Fabio, Domini remanserunt firmi.

FABII.

Spolium Iacen. 14. Februarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Annexio non probatur per duos testes de fama, etiam ad obtinendum super spolio nomine Ecclesiæ, cui dicuntur beneficia annexa, neque confessio Decani, & duorum canonicorum præiudicat Capitulo.*

DECISIO LII.

PRoponente Domino Peregrino Fabio in vna Iacen. de Sabiniacō ergo pro Domino Thoma Fort, in qua procedebatur per contradictas, & prætendebat Dominus Thomas se fuisse spoliatum, seu Ecclesiam suā quibusdam annexis huic parochiali per Capellanū Iacen. & agebatur spolio. Et licet extrema satis bene fortassis
1 essent probata, † quia tamen de annexione non constabat, nisi per duos testes de publica voce & fama, dixerunt Domini, quòd melius deberet probare annexionē, nec curarūt, quòd Decanus nomine Capituli scriben. D. Thomæ videretur annexionem, & etiam spolium fatetur, neque quòd testes deponerent, quòd duo Canonici nomine Capituli rogassent D. Thomam, quod vellet cōsentire dismembrationi horum annexorum, vt incorporarentur Capitulo, quia dixerunt, quòd isti poterant prę iudicare Capitulo.

FABII.

Astoricen. beneficij, 26. Aprilis 1547.

SVMMARIVM.

1 *Habilitati illegitimi probantur per diaconum, etiam quod non fuerit promotus per proprium Episcopum, sed per alium, dicentem habere licentiam a proprio Episcopo.*

DECISIO LIII.

DVbitatum fuit per Reu. P. D. Peregrinum Fabiū, in caussa Astoricens. parochialis Sancti Brixiani, *vtrum satis cōstaret de clericatu Antonij, & quod Abbas esset Abbatia, cui venit beneficium, de quo agitur.* Nam de clericatu stabat per testes examinatos deponentes de cōmuni reputatione & fama, dicebatur non sufficere, quia erat illegitimus, vnde vltra hoc produxerat litteras Diaconatus, sed dicebatur hoc nō sufficere, quia nō constabat, quòd ille, qui dederat ordinem, esset Episcopus, neque quod haberet licentiam ab Episcopo Burgens. in cuius absentia ordinauerat: Tamen Domini habuerunt has acceptationes pro friuolis, & dixerunt
1 satis † esse probatum. Similiter ad probandum, quòd esset Abbas, erant productæ litteræ prouisionis, quibus dicebatur non esse standum, quia essent subreptitiæ, & multæ subreptiones dabantur. Quibus non obstantibus Domini dixerūt satis sufficere quo ad effectum, de quo agebatur, quia nunc non tractabatur, an prouisio Abbatiæ esset bona, sed an esset Abbas, quod etiam notorium est.

FABII.

Abulen. Parochialis 9. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas probatur per testes dicentes, quod dabantur pecunia pro victu, prout alijs familiaribus, qui comedebant in tinello.*

DECISIO LIIII.

IN vna Abulen. parochialis de Cōtemeros pro Dom. Peregrino Fabio proponente fuit dubitatum, præsup
1 posito, † quòd testes dicāt Alphonsum Maldonado fuisse vnum ex consiliarijs Cardinalis, ex quo ei dabantur pecuniæ annuatim pro victu, vt alijs familiaribus consiliarijs, qui non comedebant in tinello, & caussa scientię, quia vidit, & scit, & est publica vox, & fama, vtrum & per hoc probetur familiaritas ad effectum, de quo agitur. Vltra id, quod continuetur in puncto, lecti fuerunt testes a principio, vsque ad finem, & Domini fuerunt in hac opinione, quòd testes optimè probarēt, & quòd melius probari non possit familiaritas, quam si quis fuerit continuo commensalis, & sic, quòd non tenuit collatio Papæ non seruatis, de quibus, de reg. de impetr. benefic. vacan. per obitum famil. Card.

THOMÆ DE ZANIS.

Valentin. Canonicatus, 11. Octobr. 1546.

SVMMARIVM.

1 *Licet mandatum reuocatur per mortem naturalem, & ciuilem, videlicet per cessionem beneficij si fiat cessio post litem contestatam, tenet sententia quo ad expensas, &* 2 *fructus præsertim si cedens remansit in detentione, vt hic.*

DECISIO LV.

1 FVit tentum in vna Valentina canonicatus & præbēdæ coram R. P. D. Thoma de Zanis, quod est, † si per cessionem reuocetur mandatum ad litigandum de beneficio datum, sicut per mortē. Rot. dec. 28. de proc. aliàs 386. in no. Sarnen. in reg. de annal. q. 62. in princ. tamen ex quo post litem motam cessit sententia lata cōtra istum procuratorem, poterat sustineri quo ad expen
sas & fructus, maximè in caussa ista, in qua cessione reseruauerat sibi fructus, & in facto dicebatur resignantē remansisse in detentione, & propter interesse, quod adhuc prætendebat procurator, si prosecutus erat litē non erat reuocaturus: ideo sententia contra citato lata, poterat sustineri. 1

ACORAMBONI.

Salamantina portionis, die 10. Decemb. 1546.

SVMMARIVM.

1 *Licet ad intimandum appellationē extraiudicialem requiratur speciale mandatum, tamen non requiritur indiuiduum, & sufficit mandatum ad acceptandum beneficia in illa Diœces. & pro illis appellandum.*

DECISIO LVI.

IN vna Salamantina portionis coram R. P. Domino Fabio Acorambono fuit conclusum, quòd licet Clemen. Caussam, de electio. velit, quòd ad hoc, vt procurator appellantis possit per extraiudicialem citationem
1 deuoluere, requirebatur speciale mandatum, † tamen in hac caussa, in qua erat dictum mandatum ad accēptandum beneficia vigore expectatiuæ in Diœcesi Salamantina vacantia, & pro his ad appellandum a quocūque grauamine tam illato, quàm inferendo, quod istud erat speciale mandatum, licet non erat indiuiduum ad appellandum.

IACOBI PVTEI.

Placentina bonorum, 16. Martij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad omnes, & singulas caussas, comprehendit etiam futuras, licet cōstituens caussas de præsenti haberet, cum distinctione tamen.*

DECISIO LVII.

COram Reu. P. D. Iacobo Decano pendebat caussa Placentina bonorum de Palauicinis. Fuit per Do- 1
B minos

1 minos conclusum, quod † mandatum generale ad omnes & singulas causas comprehendat etiam futuras, licet constituens procuratorem, & de præsenti tempore constitutionis caussas haberet, per id, quod dicitur in decisio. Rotæ 413. in nouis, quæ indistinctè loquitur. Et ista est communis opinio, vt attestatur Alexander in Apostilla ad Bartol. in l. damno infecto, §. si is qui, versicul. futuras caussas, de damno infecto. Et licet Alexander ibi videatur distinguere, non tamen distinguit communem opinionem, sed dicit; quòd posito, quòd opinio Bartol. quæ contrariatur communi, esset vera, ita distinguenda esset. Allegabatur etiam Mil. in repertor. in versiculo propterea generaliter cõstitutus. Et licet Rota in decisio. 19. videatur distinguere, tamen dixerunt, illam fuisse opinionem Compilatoris in additione, quæ etiam sub dubio loquitur. Et licet Augustinus, Castren. & Imola, in dicto capit. si is, qui. videretur innuere contrarium, tamen distinxerunt Domini eorum dicta intelligenda, quantum ad hoc, vt possit procurator cogi, non autem quantum ad hoc, vt habens etiam futura possit compelli.

FABII.

Perusina ciuitatis Castelli,

1. Aprilis 1547.

SVMMARIVM.

1 *Procurator informando in caussa non videtur acceptasse mandatum alia sunt clara, tamen scias, quod Domini in vna Lunen. Sarzanens. coram Peregrino Fabio tenuerunt, quod quando cõstat procuratorem talem habuisse registrum à Notario, satis probatur eum acceptasse.*

DECISIO LVIII.

PErusina ciuitatis Castelli, causa die prima Apr. 1547. fuit per Reuerend. Patre Dominum Peregrinũ Fa-
1 bium proposita. Fuit dubitatum, † vtrum processus sit nullus, & deberet fieri condemnatio in expensis? Fuerat commissa caussa nomine Germani de la Staffa, & Curius Bealuis obtinuerat nomine proprio decerni citationem, & inhibitionem, & multos actus fecerat, omnes nomine proprio. Quibus factis pars aduersa dederat commissionem caussæ nullitatis, & dictus Curius cessErat. Post modum dederat mandatum cum ratificatione gestorum, & obtinuerat decerni remissoriam ad partes, citato Domino Fabio Murante: qui licet esset constitutus procurator, tamen non acceptauerat mandatum, licet in hac caussa comparuisset informando. Dixerunt Domini totum processum esse nullum, neque ratificari posse, cum nomine ratificantis actus gesti non essent. Et licet allegaretur pro saluando processu error Notarij, tamen dixerunt imputandum parti, quæ non bene inspexerat, quid inscriberet Notarius. Et licet etiam allegaretur doctrina Bartol. in l. 1. §. nunciatio, versiculo fateor tamen, in 3. colum. de noui operis nunciatio. Et de anno 1561. coram Caputaquen. in vna Balneoregien. pro Domino Galesio contra Dominum Episcopum Balneoregiẽ. dixerunt, extraneũ sine mandato admitti ad informandum, & instare pro subscriptione sententiæ, quia isti sunt actus iudiciales: tamen dixerunt non facere ad propositum, vt clarè patet cuilibet intuenti, nec per hoc, quòd compareat informando, videtur acceptare mandatum, cum iam alius procurator acceptasset, & videmus quotidie informantes non esse procuratores.

FABII.

Valentin. parochialis, prima die

Aprilis 1547.

SVMMARIVM.

1 *Procurator qui acceptauit ad effectum substituendi tantum, non potest examinari in caussa, neque debet poni ad partem.*

DECISIO LIX.

IN vna Valentina parochialis de consentanea, coram Reuerend. P. Domino Peregrino Fabio, die 1. Aprilis
1 1545. fuit dubitatum, *vtrum † procurator, qui acceptauerat ad effectum substituendi tantum, posset examinari in causa?* Dixerunt Domini, quòd non, quia ex quo ad illum transmissum erat mandatum vltra hoc, quod censebatur acceptasse & esse procurator, vt est not. in Clem. de procur. tũc præsumebatur scire secreta causæ, & propterea æquum non erat, quod examinaretur quantumcumque pars instaret, debere examinari saluis exceptionibus, & poni ad partem.

FABII.

Corochen. beneficij 4. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Procurator licet commissa caussa contra dominum suum in Rota, & eo monito coram Auditore Cameræ, dederit mandatum coram eodem Auditore Cameræ, cum postmodum actor citari fecisset in Rota, potuit procedi in Rota per contradictas, non citato procuratore.*

DECISIO LX.

POstquam R. P. D. Peregrinus Fabius in caussa Corochen. beneficij ad Villar de Larmes fuerat pronun-
1 ciatum per contradictas. consuluit Doct. quia † post pronũciationem comparuerat procurator rei, & vltra id, quod apparuit, instabat etiam ne subscriberetur sententia, attento, quòd post commissionem caussæ super isto in Rota actor vigore Eugenianæ traxerit in Curiã aduersariũ coram Audit. Cameræ, coram quo procurator prædictus comparuerat, & defenderat principalem suum. Et cum actor coram Audit. Cameræ nihil posset consequi, ex eo, quod postmodum spoliatus fuerat, non poterat probare, redijt iterum ad Reueren. P. Dominum Peregrinum Fabium, & fecit citari aduersariũ personaliter. Vnde dicebat procurator aduersarij, quòd iste, ex quo sciebat illum esse procuratorem, debebat illũ citare, vt non procederet per contradictas, quòd calumniosè erat factum. Vnde debebat Rota pati, quòd cum istis calũnijs sententiam extorsisset, & dicebat etiam sententiam, & processum coram Domino Iacobo, tamquam attentatum esse reijciendum, postquam cœperat procedi coram Audit. Cameræ. Tamen Domini dixerunt, sententiam esse subscribendam, postquam principalis fuerat personaliter citatus ad comparẽdum coram eodem R. P. D. Peregrino Fabio, nec poterat dici calumnia propter hoc, nec attẽtatum, postquam caussa eidem D. Peregrino Fabio fuerat commissa, & diuersa erat caussa, & quæ coram Audit. Cameræ pependit.

FABII.

Braccharen. spolij Prioratus.

3. Iulij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio facta est minorem inquantum concernit eius fauorem, est valida etiam quo ad spolium.*

DECISIO LXI.

COram R. P. D. Peregrino Fabio in vna Braccharẽ. spolij Prioratus quidam, qui non erat procurator, præsentauerat commissionem, & fecerat decerni processum per aduersarium, qui fecerat examinari testes super non tuto accessu, deinde fuerat constitutus procurator per principalem, qui erat minor 14. annorum sine curatore cum ratificatione gestorum. Vnde videbatur, quòd ratificatio non valeret. Tamen dixerunt Domini, quòd ex quo tenebat in fauorem pupilli, quòd ratificatio esset bona, & in eademmet caussa, cum constaret primo Archiepiscopum spoliasse, quòd Archiepiscopus poterat condemnari in fructibus per eum perceptis, & deinde Camera in spolio, quia vltimo loco spoliauerat. Et ita fuit factum.

FABII.

Toletani matrim. 2. Octobr. 1542.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratoris substituentis in prima instātia generaliter in caussa, & caussis vertentibus inter talem, & talem, positi in locum substituentis, vt possit omnia facere, quæ ipse posset, est sufficiens ad appellandum, sed etiam ad appellationem prosequendam.*

DECISIO LXII.

IN caussa Toletana matrimonij coram me fuit conclu
1 sum, quòd † mandatum procuratoris substituti in prima instantia generaliter in caussa, & caussis, quæ vertebantur inter talem, & talem, & positi in locum substituentis, vt posset omnia facere, quæ potest ipse substituens vigore sui mandati, cū omnimoda potestate, & sufficiente non solum ad appellandum, sed etiam ad appellationem prosequēdam, licet in tali mandato substitutionis sic verbum huiusmodi caussis, quæ dictio huiusmodi non restrictiua solū est ad caussas primæ instantiæ, argum. l. denique, de pignor. Et ad hoc, vt mandatū extendatur ad prosequendam appellationem, debet esse generale ad caussas motas, & mouēdas, Bat. Aug. Ang. Alex. & alij, in l. inuitis, C. de procur. per canon. in cap. non iniusti, eodem tit. Tamen secundum maiorem partem Dominorum in mandato procuratoris constituti, non autem in substituto hęc procedunt. Cum enim non sit trāsfusa potestas appellandi, & appellationem prosequendi in procuratore constituto, & ipse ponat substitutum in locum suum, dans omnimodam potestatem vigore sui mandati, quæ sunt in suo mādato, erat hæc potestas prosequendi appellationem, ita videtur transfusa in substitutum, argumento, l. asse toto, de hæred. instit. Et quia in substitutione dicebatur in caussa, & caussis huiusmodi, vnde illud verbum, caussis, positum in plurali, poterit verificari in caussa primæ instantiæ, & in caussa secundæ instantiæ, & verbum, huiusmodi, poterit stare similitudinariè & non restrictiuè, cap. 1. & 2. de foro competenti, in 6. & dicta l. denique. Et maximè, quia verba improprientur vt actus sustineatur, Bald. in l. tantum & postea, §. etiam si iurauero, de iureiurao. Propterea in tali substitutione dicebātur tam coram Reuerend. Patre Domino Ioanne Paulo, quàm coram alio Auditore, siue Iudicibus & commissarijs, quæ verba non possunt verificari solum in prima instantia, quia diceretur, quod coram subrogato vel suffecto. Propterea etiam, quòd talia verba restringerentur ad caussam primæ instantiæ: tamen cum procurator substitutus in ea habuerat facultatem appellandi, & appellationem prosequendi, & substitutus caussam habere debet, & maximè de stylo notariorum, hic in curia substitutiones non fiunt aliter: vnde multæ sententię corruerent, si secus decisum fuisset.

FABII.

De clericis in duello pugn. Dertus. Sacrist.

10. Decembris 1547.

SVMMARIVM.

1 *Cap. primum, de cler. pugn. in duello, reddit inhabilem etiam laicum ad obtinenda beneficia.*

DECISIO LXIII.

DVbitauit R. P. D. Peregrinus Fabius in caussa Dertusen. Sacristię. Pręsupposito, quòd Ioānes de Milla pugnauerit in duello, ita vt fuerit factus inhabilis ad beneficia obtinenda. Et Domini pro maiori parte dixe-
1 runt, quòd sic, quia licet † cap. primum, de clericis pug. in duello, loquatur de clericis, & non esset probatum, quòd Ioannes de Milla esset clericus, tamen ex quo licet esset laicus propter pugnam, erat factus criminosus, erat ipso iure inhabilis ad beneficia obtinenda, vigore gratię suę reseruanti sibi beneficia, per not. per Doct. quos refert & sequitur Felin. in c. 2. col. 2. versi. limita etiam omnia prędicta, de rescript.

FABII.

In eadem caussa Dertusen. Sacrist.

SVMMARIVM.

1 *Pugnans in duello etiam debilitatus oculo, si mors non sequatur, neque mutilatio membri, non efficitur inhabilis, omissa distinctione quando prouocauerit.*

DECISIO LXIV.

IN eadem Dertus. fuit dubitatum, pręsupposito, quòd aliqui testes deponunt, audiuisse a Ioanne de Milla,
1 & aliqui de publica voce & fama deponunt in † duello Ioannem de Milla fuisse vulneratum in oculo. An ex hoc resultet, quòd crimen sit enorme, & fuerit factus inhabilis ad beneficia obtinenda? Superioribus enim conclusum fuerat ex solo duello facto per Ioannem de Milla, quem tunc temporis non constabat esse clericum, non esse factum illum inhabilem, quia hoc crimen non erat ita enorme, prout videtur requiri, & per not. per Fel. in cap. 2. de rescrip. aliàs alleg. Nunc augebat difficultatem vulnus sibi illatum in oculo, quasi quod ex pugna illa subsequuta fuisset mutilatio mēbri, ad c. 1, & 2. de cler. pug. in duel. tamen die 11. Februarij 1547. proponente eodem Peregrino Fabio, omnes Domini fuerunt in opinione, quòd hoc non argueret tale delictum, quòd esset factus inhabilis ad obtinendum beneficia, quia debilitatio membri non inducit irregularitatem, sed abscissio, Abb. & ceteri, in cap. 1. de cler. pug. in duello, Abb. in c. 3. qui cler. vel vouen. Felin. in c. repetitio, col. 1. de hom. Et licet in exemplum allegabatur, cap. 1. de cler. pug. vbi est, pugnantes in duello, quos pugiles appellat, verè homicidę sunt, vt dicit text. tamen dixerunt Domini, istud non accipiēdum simpliciter, sed solum, quando ex duello sequitur vel mors, vel mutilatio membri, vt per Abb. in d. cap. 1. & per Host. in Sum.

PVTEI.

Qui filij sint leg. In causa Agnanina Castri Serualle.

2. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Legitimantur filij per subsequens matrimonium etiam sine instrumentis dotalibus non extantibus legitimis, & quamuis etiam iure Canonico non requirantur dotalia, etiam in terris Imperij, tamen quo ad successionem seruatur ius ciuile.*

DECISIO LXV.

OMnes Domini in caussa Agnanina Castri Serualle, coram D. Iacobo Puteo Decano tenuerunt, † quòd
1 dispositio iuris ciuilis, habens quòd filij per subsequens matrimonium nō legitimentur, nisi confectis dotalibus instrumentis, non habeat locum, quando nulli filij legitimi sunt, §. si vero vi, Auth. quibus mod. nat. effic. leg. & Bald. per illum text. in l. cum mulier, C. de donat. ante nupt. Angel. in l. contrahitur, de pignor. Ias. consil. 108. colum. 2. versic. tertio nor. 4. vol. Hipp. singul. 250. Paris. consi. 13. nu. 49. vol. 2. Firmata fuit etiam alia conclusio tamquam magis communis, quòd licet Angel. in cons. 29. & 250. Cur. iun. cons. 130. nu 10. Soc. cons. 162. nu. 1. vol. . & Ruin. cōs. 211. 1. vol. videatur velle, quod licet quoad legitimationem filiorum seruetur ius Canonicum, & propterea dotalia instrumenta non requirantur, vt dicit Ang. in pręalleg. consil. etiam in terris Imperij, tamen quoad successionem seruatur ius ciuile, per ea, quę latius in informationibus dicūtur, & cum de nouo in sequenti audientia fuisset dubitatum, super veritate primę conclusionis, omnes nemine discrepante, eamdem conclusionem firmarunt.

MOHEDANI.

De spons. & matr. In caussa Parmens.

9. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium præsumptum inducitur etiam sine tractu decem annorum.*

DECISIO LXVI.

PRoponente Reu. P. D. Ioanne Mohedano Episcopo Rauellen. caussa Parmen. bonorū de Casalibus, fuit

dictum per cons. Socin. 59. nu. 1. vol... concludentis, plu-
1 ra copulatiuè requiri † ad probandum matrimonium præsumptum, non erat tenendum: volebat requiri mutuum tractatum per decem annos, quia Doct. communiter in cap. illud, de præsumpt. si bene numerentur & ponderentur, tenebant contrarium ibi, requisita non requiri, & maximè in casu, de quo agebatur, vbi principaliter non requirebatur de matrimonio, sed de legitimatione filiorum ad effectum successionis, vt latè prosequitur Paris. cons. 57. nu. 45. & 46. vol. 4. Vbi respondet omnibus adductis per Socin.

ACORAMBONI.

De acquiren. & repudian. hæreditate. Bonon. hæred.

24. Ianuarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Non requiritur sollemnitas in successione hæreditatis nondum adita, neque in concessione inducitur aditio.*

DECISIO LXVII.

IN vna Bononien. hæreditatis de Papazonibus, coram
1 Domino Iacobo Acorambono dubitabatur, † ex quo hęredes hospitalis S. Marię de Monte cesserant iura sua, quæ habebant in ista hæreditate, D. Antonio Mariæ de Papazonibus sine sollemnitatibus requisitis per Paulinam, *An valeret ista cessio?* Et dicebatur quod sic, quia sicut prælatus in quærendis potest præiudicare Ecclesię, & nolle acquirere, vt per Ias. post alios communiter, in l. legatum, de leg. 1. ita & hospitalarij, de quibus idem iudicatur, quod de prælatis, vt per Felin. in cap. de quarta, de præscript. Sed replicabatur, quòd hospitalarij cedendo acquirebant, & adhibant hæreditatem tamquam necessarium antecedens, non enim potuissent cedere, nisi prius saltem ordine intellectus intelligerentur adiuisse, allegabat cons. Ruin. 170. vol. 1. col. 2. Sed replicabatur, quòd licet cedendo viderentur acquirere hospitalarij, tamen ex quo ista cessio non erat ordinata ad acquirendum & cedendum principaliter, sed potius ad renunciandum, quod illa acquisitio momentanea, quæ fit, non erat in consideratione. Et allegatur ferè in terminis Socin. cons. 53. in 4. vol. Et ita Rota amplexa est istud cons. quod videtur procedere in terminis propriè, in quibus loquitur, quando ex actu, qui fit ad renũciandum, sequitur acquisitio, secus si fuissent facti duo actus separati, licet incontinenti vnus post aliũ, puta si hospitalarij prius adiuissent, quia fortè secus esset, vt latè adducit Socin. cons. 25. licet non omnino in istis terminis.

ACORAMBONI.

De actio. & obligat. Florentina pecuniaria,

11. Februarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Cessio actionis facta suo creditori non est bona, licet aliàs constet alium esse suum creditorem, quam per cessionem cedentis.*

DECISIO LXVIII.

COram Domino Fabio Acorambono in vna Florentina pecuniaria, inter Franciscum Soderinum &
1 Aloysium de Rodulphis fuit dictum, quòd † quãdo debitor cedit creditori, nisi constet quòd sit debitor, cessio præsumitur simulata, ex communi doctr. Bald. & aliorum, in l. per diuersas, C. mandat. dum vult, legem illam loquentem in venditione, habere locum in quacumque cessione facta ex causa onerosa. Et istam esse communem opinionem dicit, & sequitur Rom. 177. colum. fin. versic. sed ista inuestigatio. Tamen fuit dictum, quòd illud consil. Aret. 136. non erat tenendum, quia loquebatur alia ratione, nisi quòd eramus in casu permisso, in l. per diuersas, vers. exceptis, quia vbi dicitur, quòd debitor potest cedere creditori, neque præsumitur simulata, & propterea sine alia probatione debet stari simplici dicto creditoris. Sed fuit dictum, ꝙ ex lege pręsumebatur constare de debito cedentis, quo casu cessio valet. Et eodem modo respondebatur ad l. 2. C. si cert. pet. quæ prima facie videtur etiam probare contrarium die 14. Maij 1547. in eadem caussa coram Domino Fabio fuit firmata decisio superius scripta, quòd quando creditor cedit debitum debitori suo, nisi constet de debito cesso, pręsumitur simulata cessio. Et fuit aliàs a Dominis additum hęc tenuisse Iacob. de Sancto Georg. in l. 1. exponendo textum in l. per diuersas, C. mand. versi. & hic. Et fuit etiam dictũ, quòd licet iste esset casus exceptus, non propterea sequebatur, quòd non deberet constare de debito, quia exceptio nõ extat in hoc, vt in casibus exceptis stetur confessioni cedentis, vt dicebat Aret. cons. 136. sed stat in hoc. Et licet, quando per venditionem ceditur actio pręsumitur simulata, nec teneat pro concurrenti quantitate pretij soluti, hoc non habet locum, quando cessio fit in casibus ibi enumeratis, puta quãdo creditor accepit insolidum nomine debitoris, quia etiam pro modico dato tenet cessio in totum. Et ita glos. ibi intelligit, & Bal. ibi in 4. col. in princ. dum vult, quòd vbicumque fit cessio ex necessitate, habeat locum ille versic. ex his, quia potest fieri cessio etiam modico dato. Et Bald. met post glos. exponens text. in d. versic. ex his, habet casum nũc pro excepto casu, & tamen vult, & expresse sentit, quòd debeat constare de debito quod ceditur. Vnde dicit, quòd si poneres, quòd debitum fingeretur, vbi non est, ꝙ tunc non solum non valeret, imò ius, quod habet amitteret, vt in l. ab Anastasio, eod. tit. Et ex hac consideratione corruunt omnia quæ ex aduerso adducebantur, & firma remanet hęc decisio, in qua opin. Rota semper fuit ter posita caussa, licet Do. Prosper non tamen se resolueret, & potius teneret contrarium, & Mohedan. & D. Fab. proponens.

FABII.

Galasquens. Pręceptorię, 23. Martij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Capacitas considerari debet tẽpore resignationis, adeò quòd licet resignatarius postea efficiatur capax, resignatio facta cum clausula, & non aliàs, aliter, nec alio modo, non conualescit.*

DECISIO LXIX.

IN vna Galasquen. seu Glasquen. Pręceptorię coram
1 D. Peregrino Fabio, fuit dictum † & si ibi pręstat consensum supplicationi à tergo ipsius, in qua resignauerat beneficium in fauorem certę personę, & non aliàs, quòd si tempore resignationis resignatarius erat incapax, licet postea efficiatur capax, tamen resignatio non tenet, nec resignatarius debet habere beneficium, quia requirebatur nouus consensus, & noua Papę prouisio, nec prius facta tempore incapacitatis proderat.

FABII.

De renunc. Tullens. parochialis, 3. Iunij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facta de beneficio reseruata sibi validè pensione, cum clausula, & non aliàs, aliter, non conualidatur, etiam si resignans acceptet postea pensionem & illam extinguat.*

DECISIO LXX.

IN vna Tullens. parochialis S. Pauli, dubitauit D. Pere-
1 grinus Fabius, † *vtrum resignatio Desiderij in Baltrannum valeret*, non obstante, ꝙ pensio sibi reseruata fuerat nulla, cum de facto illam acceptauerit & extinxerit, resignationem nullam nõ dixerit: Hic enim Desiderius resignauerat reseruata sibi validè pensione super hac parochiali resignata, & non aliàs, aliter, nec alio modo. Dixerunt Domini resignationem ab initio non valuisse, licet presupponebatur pẽsionem fuisse nullam reseruatã. Vnde licet resignãs illam acceptauerit, & extinxerit, tñ ꝙ nullũ fuit, non potest conualidari, & quia ius remansit in resignante, quod ab ipso abdicari non potuit sine facto Papę, ab Abb. in c. cũ olim, col. 7. de re iud. & habetur in c. admonet, & in c. quod in dubijs, de renunc. Vnde est, quòd Desiderius expresse voluisset resignationẽ

tenere,

tenere, & abdicare ius à se non potuisse sine facto superiorioris, per prædicta. Et ad ea, quæ ex aduerso allegabantur, respon. quòd loquebatur in profanis, & in casu, in quo non tractatur de transferendo iure, & de vna persona ad aliam, prout in decis. 4. de... quæ pro exemplo allegabatur, & dicta per Sarnen. in regu. de annal. q. 49. num....

SANCTÆ CRVCII.

De appel. in vna Hispalensi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, appellatione remota, operatur in rescriptis per contradictas, & similibus, quæ non emanant ex certa scientia.*

DECISIO LXXI.

1 Licet † clausula appellatione remota secundum omnes Doct. in c. pastoralis, & in c. vt debitus, de appel. vbi Abb. non impediat executionem, & appellatione remota, tamen ista opinio reprehenditur in scripto emanato ab officio contradictarum per viam conquestus, ex quo illa clausula passim in omnibus commissionibus per illud officium conceditur, sine aliqua causæ cognitione. Et propterea debebat seruari opinio illorum, qui dicebant de consuetudine contrarium obseruari, quòd si in signatura Papæ discusso negocio committeretur causa appellatione remota, tunc seruaretur communis conclusio, de qua supra. Et ita fuit tentum per omnes Dominos in vna Hispalen. Bonadij coram R. P. D. Prospero de S. Cruce.

FABII.

De Decreto irritan. Salamant. præstimonij, 13. Martij. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Decretum appositum indulto, & non super certo corpore, non inficit possessionem, neque titulum.*

DECISIO LXXII.

IN vna Salamantina præstimonij de Legione, coram R. P. D. Peregrino Fabio, fuit dictum, quòd decre-
1 tum irritans, appositum indulto Cardinalis S. Crucis non inficiebat, neque titulum, neque possessionem prouisi ab Ordinario, ex quo indultum nō erat super certo corpore beneficij, neque erat notorium, ad dec. Cassad. 1. & 2. de rest. spol. cum ibi allegatis.

FABII.

De verb. signif. Maioric. Canon. 14. Martij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Verba ad id expresso consensu accedente, intelliguntur quod accessit.*

DECISIO LXXIII.

IN vna Maioricen. canonicatus & præbend. coram R. P. D. Peregrino Fabio, fuit dictum de voto abbre-
1 uiatorum, quòd † verba quæ in bullis solent apponi ad id accedente expresso consensu, stant dispositiuè non conditionaliter, hoc est, quia accessit cōsensus, nec bullę cum illis verbis expediuntur, vt nisi viso consensu, illam abbreuiatores, quando consensus non interuenit, quia debet interuenire, dicunt, dummodo ad id consensus expressè accedat, licet de rigore iuris verbum illud expressè, importet specialem, & indiuiduum consensum, tamen non ita intelligitur, sed ex stylo verbum illud semper apponatur.

FABII.

De fide instrum. temp. pestis. Tudertina bonorum, 16. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Bulla archiuij contra notarios non descriptos in archiuio, non procedit, quando quis fuit rogatus tempore magnæ pestis.*

DECISIO LXXIV.

1 IN vna Tudertina bonorum coram R. P. D. Peregrino Fabio, fuit dictū, quòd † bulla archiuij, quæ vult, notarios non matriculatos in archiuio non posse conficere instrumenta, imò pro falsis posse condemnari, non habere locum in notario non archiuista conficiente instrumentum tempore magnæ pestis, per multa quæ tunc in informationibus fuerunt legitimè allegata.

HIERONYMI VERALLI.

De titulo colorato. Cartaginen. bonorum. 9. Ianuat. 1541.

SVMMARIA.

1 *Titulus coloratus datur per gratiam reuocatam.*

2 *Coloratus titulus ab eo concedi dicitur, qui eum conferendi habet auctoritatem.*

3 *Decretum irritans inficit titulum & possessionem, idque per se solum.*

4 *Regula reuocatoria facultatis expressè inficit factas collationes.*

5 *Clausula reuocatoria expectatiuarum, de spolio agenti non officit, & consequenter tribuit vim tituli colorati.*

DECISIO LXXV.

FVit dubitatum coram R. P. D. Hieronymo Verallo Episcopo Britonorien. in vna Cartaginen. bonorum pro Alphonso Diez, contra Ioannem Transyluanum,
1 & Ioannem Amor in prima instantia, † vtrum gratia reuocata daret titulum coloratum in spolio? in quo factum sic se habebat, videlicet Didacus Valdez, resignauit in articulo mortis vigore facultatis in fauorem Ioannis Valdes eius fratris, & deinde obijt, per cuius obitū ordinarius contulit Ioanni Transyluano, & Ioanni Amor, qui ceperunt possessionem spoliando Ioannem Valdes. Postea Dominus Ioannes cessit Alphonso, qui habuit etiam prosecutionem quoad spolium, & agebant spolio contra prædictos Ioannem Transyluanum, & Ioannem Amor, qui contra Alphonsum spolio agentem obiecerunt, quod non habebat titulum coloratum, ex eo, quia facultas resignandi, cuius vigore Didacus cessit Ioanni Valdes eius fratri, fuerat per biennium ante resignationem prædictam reuocata, per regulam generalem Clementis Septimi, lectam in Cancellaria de anno 1536. die 22. Septembr. anno eius septimo. Ideo dubitatum, *vtrum Alphonsus haberet titulum coloratum?* Et contra Alphonsum multa dice-
2 bantur. Et primò, † quia coloratus titulus dicitur datus ab eo, qui habet auctoritatem concedendi, vel in quo... non est inducta ipso iure & facto a Ioanne, vel ab homine, ad not. per Abb. in cap. litteras, in vlt. not. & in cap. in nostris, ad fin. de concessio. præben. & per Cap. alleg. 30. & alleg. 116. & per Fel. in cap. in nostra, & 2. & 36. cortolar. de rescript. Sed hic per istam reuocationem facultatis, quę habet decretum irritans, collationes sunt nullius roboris vel momenti, & nullius effectus, ad not. in cap. vt nostrum, de appellat. & in Clement. 1. in verbo, pro infectis, vbi etiam per Cardin. & alios, de... Eccles. & per Cardin. in cap. ad petitionem, 4. col. in 5. oppos. de accus. Ergo talis titulus nullo modo potest di-
3 ci coloratus. † Secundo, quia decretum irritans inficit titulum & possessionem de per se solum, vt per Rot. decis. 3. de restit. spoliat. in nou. & decis. 2. & 11. eod. tit. in antiq. Igitur hoc magis succedere debet in casu nostro,
4 vbi † regula reuocatoria facultatis inficit expressè collationes, & per alia verba, *& inde sequuta quæcumque inficit possessionem.* Merito potest dici titulus coloratus, quod maximè procedere debet, quòd alias per Rot. illa verba, *inde sequuta quæcumque*, pro possessione sæpius interpretata sunt. Refert R. P. D. Episc. Sarnen. coadiutor super reg. de annal. q. 78. & cauetur expressè, in c. si eo tempore, de elect. in 6. & declaratur per Socin. & Abb. Dom. & alios, contra Aret. in l. rem, quę nobis, col. 14. & in q. 9. de acq. poss. Tertiò, quia in d. regula reuocatoria fuit sublata potestas aliter iudicandi in fauorem dictarum facultatum, ex quo ex illis coloratus titulus considerari non potest, vt probatur not. per Cal. in cap. quia diligentia, in 3. q. de elect. & per Gundis. de Villadieg,

in tract. de leg. quæst. 7. Istis tamen & multis alijs, tunc latè adductis ad not. non obstantib. maior pars Dominorum consuluit pro Alphonso, & sic pro colore tituli, Et potissimum mouebantur, quia alias fuit tentum, & resolutum inter ipsos Doct. de Episcop. Britonorien. &
5 Abulen. quòd † clausula reuocatoria expectatiuarum non obstabat agenti spolio, & per consequens dabat titulum coloratum, quia licet decretum irritans inficiat titulum & possessionem, vt supra dictū est, & est decis. Cassador. super regula, tamen non impedit restitutionem in spolio, nisi sit speciale positum super certo corpore beneficij, vel clausulæ votorū in corpore iuris clausum, iuxta dictam decis. 3. de restit. spoliat. in nou. & per Cassador. decis. 2. in princ. eod. tit. Vnde quia multones expectatiuæ reuocantur ignorantibus & inuitis expectantibus, conueniens fuit in alium spoliatum dari, non obstante reuocatione colorati tituli, quæ il. 20. quia pariformiter militare potest reuocatoria facultatis resignandi, metuo idem iudicandum. Et talis resolutio facta fuit die 19. Ianuarij 1541. vbi tantum aderant Auditores quattuor, quorum quidam fuerunt pro colore, & quidam contra colorem, videlicet Reu. P. D. Episcopus Aquen. Maceraten. Episcopus Mariscanus, Dom. Marcus Antonius Mariscotus, & Ioan. Paulus Tholomæus pro colore, & R. P. D. Episcopus Sarnen. & Iacobus Puteus, & Thomas de Zanis cōtra colorem. Et deinde fuit per eundem Dominum Episcopum Britonorien. dentum ad alia dubia. In causa fuerunt & alia multa considerata circa intellectum dictæ regulæ reuocatoriæ facultatis, quæ consulto omnia, qui totus erat circa prædictas considerationes.

ACORAMBONI.

De caus. poss. & propriet. in causa Bonon. Castril.
20. Nouembris 1545.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium semper potest suspendi vsque ad conclusionem in caussa, etiam quod spoliatus petijsset discuti petitorium, & obtinuerit commissionem quod super vtroque procedatur, & licet quando constet de bono iure spoliantis notoriè, non possit suspendi, tamen non dicitur constare de bono iure, nisi post conclusionem.*

DECISIO LXXVI.

FVit resolutum in vna Bononien. Castrilani coram Domino Fabio Acorambono, quòd licet pars, quæ prætendebat se spoliatam, postea fecerit discuti petito-
1 rium, necnon alijs dederit commissionem, quod super vtroque procedatur, tamen poterat opponere, quòd super spolio deberet procedi, quia potest quandocumque ante conclusionem in caussa suspendi petitorium, cap. pastoralis, de caussa poss. & propriet. at secus, potest suspenso petitorio reuerti ad possessionem, Rot. in nou. decis. 387. quam etiam in materia prosana allegat Socin. consil. 10. col. 4. versic. octauo dat. & est tex. cum glos. in cap. significauit, de testibus, & licet in contrarium allegarentur tex. in cap. 1. vbi Abb. in versic. not. quod si per text. de restitut. spoliat. & Alexand. in §. nihil commune, a. colum. 12. vers. 14. fallit, tamen fuit dictum, quòd non erat ad propositum, qui loquitur, quando ita fuit processum in petitorio, quòd de bono iure spoliantis constat, & tunc non suspenditur petitorium, sed non dicitur vmquam constare, nisi postquam fuit conclusum in caussa, vel renunciatum probationibus, glo. in d. cap. significauit, de testibus.

FABII.

De sequest. poss. & fruct. Fulginaten. Prioratus.
10. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrator dari potest in secunda instantia ad instantiam rei, cum eius procurator non nominauerit in prima, ex quo personas notas habebat.*

DECISIO LXXVII.

IN vna Fulginaten. Prioratus, cum lata sententia con-
1 tra possessorem fuisset datum sequestrū, duo† sequestratores ad instantiam actoris, cum procurator rei cessit, & datum nesciret, quem deberet nominare ex parte sua, nisi prius consulto principali, postea in secunda coram D. Peregrino Fabio proponente, fuit præsentata commissio, vt arbitrio suo deputaret sequestratorem ad instantiam rei, & cum pro parte actoris hoc negaretur debere fieri, attento quòd duo homines probi iam deputati fuerunt, quibus initia fierent dato illis consocio: dixerunt Domini non debere negari reo, cum etiam ipse nominaret, & ad eius instantiam opponeretur etiam nouus sequestrator.

SANCTÆCRVCII.

De adoptio. Bononien. adoptionis.
10. Decembr. 1546.

SVMMARIVM.

1 *Pater adoptiuus extraneus, qui non habet filium adoptiuum in potestate, non succedit.*

DECISIO LXXVIII.

IN vna Bononien. adoptionis coram R. P. D. Prospero de Sancta Cruce fuit conclusum, per text. in l. cum in adoptione, §. sed nec articulum, C. de adopt. & §. sed hodie, Instit. de hæred. c. abientes, de feud. in quibus ta-
1 xatiuè dixit tex. † adoptionem imò in hoc prodesse filio, vt patri adoptiuo ab intestato succedat, è conuerso autem filius est. Nec Corrol. opponatur, cum in his terminis sicus sit, cum ponamus patrem naturalem viuere, quod non erat in casu isto, vtique sine dubio pater adoptiuus filio non succedit, sed pater naturalis, & tamen filius patri adoptiuo succedit, vt notissimum est.

PVTEI.

De simonia. Corduben. Capellaniæ.
30. Octobris 1547.

SVMMARIVM.

1 *Simonia non inducitur licet in mandato dicatur, cum habeam intentionem resignandi fauorem talis, constituo eum procuratorem meo nomine liberè resignandi in manibus Papæ, vel Legati.*

DECISIO LXXIX.

IN causa Corduben. Capellaniæ coram Reuerend. P.
1 D. Iacobo Puteo Decano † quidam resignare volens suum beneficiū constituit procuratorem per hęc verba, *videlicet: an ex libera voluntate decreuit beneficium resignare ad fauorem d. clerici, & ideo constituit procuratorem eius nomine resignandi liberè in manib. S. D. N. Papæ, seu alterius ad id potestatem habentis, seu Reuer. Legati, & dictam renunciationem, & resignationem fecit in fauorem Ioannis Baptistæ?* Fuit tentum per Dominos, quòd resignatio vigore dicti mandati cum his verbis facta non erat simoniaca, ex quo mandatum erat ad resignandum liberè, & potuisset ille, in cuius manibus fiebat resignatio, liberè conferre cuicumque.

SANCTÆCRVCII.

Toletana parochialis,
20. Nouemb. 1545.

SVMMARIVM.

1 *Notarius rogatus de instrumento simoniaco, non potest opponere de simonia.*

DECISIO LXXX.

CVm dubitaretur in vna Toletan. parochialis de Al
1 pedrete per R. P. D. Prosperum de S. Cruce, † *an notarius rogatus de instrumento simoniaco, potuisset opponere de simonia?* Et fuit conclusum per omnes Dominos, die 20. Nouemb. 1545. quòd notarius possit cōtra simoniam opponere vigore illius instrumenti simoniaci per eum facti, & facere, quòd simoniacus priuaretur suo beneficio, & notarius haberet, ex quo iste notarius detegebat suam turpitudinem, nec poterat se hoc instrumento iuuare, & quòd hoc casu habebat locum tex. c. ibi no. in cap. ex

cap. ex litteris, de transact. Quòd licet loquatur in mediatore, tamen omnino habet locum etiam in notario.

FABII.

Calagurit. portionis 28. Ianuarij 1547.

SVMMARIVM.

1. *Simonia inducitur propter mandata correspectiua eodem die facta de retrocessione & regressu.*

DECISIO LXXXI.

IN vna Calaguritana integræ portionis, in qua eadem die coram eisdem notario & testibus fuerat vnū datum mandatum ad consentiendum regressui, & semper ijdemmet procuratores erant constituti, fuit dictum die 28. Ianuarij 1547. proponente Reuerend. Patre Domi-
1 no Peregrino Fabio, † propter correspectiuitatem istius resignationis fuisse simoniacas & nullas, ad nota. per Bald. in l. penul. C. si vir. ff. soluto matrimon. & per Felyn. in cap. pastoralis, colum. 4. versic. scias etiam, quod si vnus, ex quo in supplicatione nulla facta fuerat mentio de hoc facto. Et licet aliàs Rota non soleat in similibus iudicare, quia rigor dictat, vt supra, & multitudo talia committens excusatione digna videtur, Rota mandauit causam concordari: tamen quia in hoc casu pars resignans videbatur fecisse, vt concluderet vnum registrum reseruatum, & validè vni, qui cesserit hanc portionem in hunc resignantem, propterea Rota mandauit pronunciari resignationem hanc fuisse simoniacam, & ius remansisse penes resignantem, adeo quòd per eius obitum vacauerit portio, & habuerat effectum primus regressus.

SANCTÆ CRVCII.

Oscen. Canonicat. simonia. 7. Februarij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca dicitur resignatio facta in vim mandatorum correspectiuorum eodem die factorum.*

DECISIO LXXXII.

FVit dictum in vna Oscen. Canonicatus proponente
1 R.P.D. Prospero de Sancta Cruce, † quòd ex mandatis confectis eodem die coram eodem notario & testibus, quod propter correspectiuitatem sine dubio erat facta simonia, non obstante, quòd in omnibus mandatis esset dictum reseruato beneplacito Summi Pontificis, quæ resignatio nihil facit, nisi obtineatur beneplacitum, narratis omnibus ipsi Pontifici in supplicatione. Item tamen simonia, quantum potest fieri, excusanda propter multitudinem in eam incidentium. Nam ferè omnia mandata, quæ de partibus veniunt ad resignandum, simoniaca sunt. Ideo ne infinitæ lites suscitentur, excusantur, proinde statuerunt Domini & istam excusare.

Canonic. & præben. 22. Iunij 1544.

SVMMARIVM.

1 *Simoniam conuentionalem committens, efficitur incapax ad alia beneficia obtinenda, licet Episcopus cum eo dispensare possit.*

DECISIO LXXXIII.

IN vna Sancti Andreæ Canonicatus & præbend. fuit
1 propositum dubium, † præsupposito quòd Georgius commisisset simoniam conuentionalem, *An ex hoc esset incapax ad aliud beneficium?* Et fuit resolutum quòd sic, & istud tenet Mil. in repert. suo, in verbo, simoniacus, in beneficio simoniaco receptus inhabilis est ad aliud, post Anton. in cap. pen. de elect. col. 1. versic. ad secundum, dū dicit, quòd Episcopus dispensabit, vt aliud obtineat, & sic sentit, quòd absque dispensatione non possit tenere. Et ibi Ioann. Andr. post alios, dum dicit, quòd Episcopus dispensat cum simoniaco, vt in alia Ecclesia beneficium obtineat, & sic absque dispensatione obtinere non potest, & quod isti Doctores non faciunt differentiam inter conuentionalē & realem, imò committitur promittendo, prout dando, cap. fin. de simon.

Non obstat quod Cassador. decis. 5. de constitut. facit differentiam inter simoniam conuentionalem & realem, quia illud procedit, quando ad pœnam priuationis, de qua in Extrauag. Pauli. Et ideo nisi daretur differentia inter vtramque simoniam, in casu nostro dicebatur, quod tenenda erat decis. Doct. in d. c. penul. col. 1. versic. ad secundum.

MOHEDANI.

Parmensis bonorum, 20. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinantur super interrogatorijs partis, quando fuerunt examinati sine illis, & dubitabatur de validitate, licet realiter Domini velint quod inducatur per reum.*

DECISIO LXXXIV.

IN vna Parmen. bonorum de Casalibus coram D. Iacobo Puteo Decano, erant in vltimis audientijs examinati testes, quod examen in secunda corā D. Mohedano Episcopo Rauellen. dicebatur nullum. Ex multis tamen Domini institerunt, quod in vltimis non seruarent
1 rent ordinem. Est ordo maximè, † quia ipsi testes erant examinati super legitimatione personarum, & erant legales, fide digni, & omni exceptione maiores, & deponebant de re notoria, vel saltem verissima: quia tamen fuerunt examinati sine interrogatorijs partis aduersæ Casalium, dixerunt Domini 30. Maij 1547. quod ex quo testes erant præsentes in curia, quod liceret illis testes repetere datis suis interrogatorijs.

ACORAMBONI.

In vna Parmensi, 20. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Fallentia Socin. in regula 403. tenetur in Rota.*

DECISIO LXXXV.

PRoponēte Reueren. Patre Domino Fabio Acoram-
1 bono in vna Parmen. Vallium, † fuit tenta fallentia Socin. in regula 403. in 3. fallen. dum limitat cap. fraternitatis, cum similibus, de testibus, quam opinionem dicit in practica seruari, decis. Neapol. 216. nu. 4. in antiq. Et retulit Dominus Iacobus Puteus ita etiam aliàs fuisse seruatum in alia causa.

FABII.

Dertusen. Sacrist. 2. Ianuarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest ex officio testes interrogare.*

DECISIO LXXXVI.

QVia in probatione legitimitatis Ioannes de Milla dixerunt, nedum illum reputari communiter clericum, sed etiam quod viderunt litteras clericatus, pars aduersa, quæ habebat publicationem testium, petebat, posse interrogari testes, in cuius manu viderant litteras Reuer. P.D. Fabij Peregrini in vna Dertusen. Sacristiæ, die 24. Ianuarij 1547. Dubitarunt Domini ān hoc permittendum esset? Et licet non dubitauerint super hoc, tamen vtraque pars verb. informauit. Et dixerunt Do-
1 mini † quòd absque eo, quod allegaretur, quod idem D. Fabius deberet ex officio illos interrogare, facit cap. cum clamor. de testibus.

FABII.

In eadem Dertusen. Sacristiæ, 14. Februarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Testibus semel examinatis non possunt ijdem testes contra eumdem examinari super eisdem articulis, vel alijs similibus reformatis fortè sic contra alium.*

DECISIO LXXXVII.

IN eadem Dertusen. Sacristiæ coram eodem Domino Fabio, quia fuerūt de nouo dati articuli super duello Ioannis de Milla, quòd licet essent magis distincti, ta-
1 men † in effectu idem continebant, & volebant aduersarij examinare eosdemmet testes, & pars reclinabat, dicens esse timorem subornationis, propterea Reuerend. P. Domin. Peregrinus Fabius consuluit Dominos, quid agen-

agendum esset. Et dixerunt alios testes examinari posse, sed non eosdem nec, qui si in aliquo fuissent interrogati, poterant ex officio interrogari, sed cum prius fuissent examinati contra intrusum, si inuicem instaurarentur, & examinarentur contra Ioannem de Milla, qui ad causam pro suo interesse venerat, fortè non poterit negari cum forte examinarentur.

FABII.

In causa Abbatiæ Salamantinæ, 13. Nouembr. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Lis non dicitur pendere cum resignatario, qui non fuit subrogatus quo ad litem, etiam quòd procurator generalis comparuerit ad causam, ad hoc vt resignatarius dicatur collitigans.*

DECISIO LXXXVIII.

1 LIcet † inter duos fuerit lis, vnus cesserat in fauorem alterius, durante lite, eius procurator generalis resignatarij dederat mandatum in actis ad effectum substituendi tantum, & substituerat. Fuit dictum in vna Salamantina Abbatię, coram Reuer. P. Domino Fabio Peregrino die 13. Nouembris 1547. quòd ex sola productione mandati, dicebatur esse lis inter cessionarium & alium, qui prius litigabat cum cedente, quia necessarium est, quod veniens ad litem, causam prosequatur, & faciat citare, Clemen. 1. vbi Doctor. vt lite penden. Alia ratione fuit dictum in huiusmodi causa non esse litem, quia commissio causæ inter illos duos tantum erat, & non alios, nec erat clausula apponi solita, *omnesque alios, &c.* Nam vltra mandatum requiritur citatio, quæ licet in casu isto facta fuisset de primo procuratore substituto, qui fuerat citatus ad videndum inhiberi iuxta formam commissionis cũ clausula, ex quo post primum substitutum sequenti die alius erat substitutus, primus intelligebatur reuocatus, l. si quis cũ procuratorio. §. fin. ff. de procurator. Rot. decis. 121. in nouis, & cessionarius non erat subrogatus in omni iure, & ad omne ius cedentis, & ad litem.

FABII.

Cæsaraugustanæ parochialis.

SVMMARIVM.

1 *Pacificus dici non potest, qui commisit causam contra vnum tanquam intrusum qui non erat, licet errauerit in nominatione personæ, quia error non dicitur sibi suffragari, ex quo habebat animum committendi quoad ipsum.*

DECISIO LXXXIX.

LIcet ex sola commissione causę cum decreto citationis non executæ beneficiũ dicatur litigiosum quantum ad obtinentem, decis. vt lite penden. in nouis, aliàs 75. in antiq. decis. 4. vt lite penden. aliàs 426. Cassad. decis. 6. super reg. in princ. tamen in causa huius quæstio-
1 nis, † ex quo per errorem erat nominatus in commissione, & citatione, & citatus vnus tanquam intrusus, & non erat, & non constabat, quòd voluit committere causam contra alium, quem citare fecit, & causam contra illum prosequutus fuit, quod propter illam commissionem & decretum citationis beneficium non dicebatur litigiosum, & maximè in casu isto, de quo constabat. Quia citatio erat decreta ad partes, & nominatus erat præsens in curia, ex quo perpendebatur manifestè error, quia nominauerat vnum pro alio. Nam falsa demonstratio non debebat nocere, l. falsa demonstratio, de condit. & demonstr. Dicebatur tamen, quòd & qui talem commissionem, & citationis decretum impetrauerat, non poterat dici pacificus possessor. Et ita fuit resolutum in vna Cæsaraugustana parochialis de Toralua coram Reuer. P. D. Peregrino Fabio.

FABII.

In vna Hispalen. dimidiæ portionia 22. Octobris 1546.

SVMMARIVM.

1 *Commissio impetrata litteris non expeditis, facit beneficium litigiosum quoad committentem.*

DECISIO XC.

1 FVit resolutum, † quod licet commissio causæ litteris non expeditis nõ faciat beneficium litigiosum quoad illum, contra quem committitur: tamen contra committentem, & ita odiosum illius beneficium efficitur litigiosum, allegat. decis. Cassador. 2. super regul. Cancellariæ, & Gomes. in tract. vtriusque signaturæ, folio 84. nu. 64. & nemine discrepante fuit dictum die 22. Octobris 1546. in vna Hispalensi dimidiæ portionis coram R.P.D. Iacobo Puteo.

FABII.

Gerund. Camerariæ, 31. Ianuarij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Quando procurator generalis attentauit sciens, statim debet renunciare.*

DECISIO XCI.

DOmini dixerunt in vna Gerunden. Camerariæ co-
1 ram R.P.D. Fabio, quòd † si procurator meus lite pendente acceperit possessionem beneficij, super qua litigabatur, si statim habita notitia ego renuncio illi possessionem, nec illam ratam habeo, quòd nõ propter hoc debeat retardari processus causæ: secus si hoc cognitio substinuissem litem super attentatis, & sic ratificassem possessionem: quod tũc licet postmodum cessissem possessioni, non propter hoc super negocio principali potest procedi, nisi postquam cum effectu purgata essent attentata & restituta possessio illi, qui lite pendente spoliatus est, Dec. in term. Aegid. 51.

MOHEDANI.

In causa beneficiali.

SVMMARIVM.

1 *Quando constat de bono iure attentantis, non reuocantur attentata, quod tamen non procedit sine distinctione.*

DECISIO XCII.

FVit dictum eadem die coram Domino Mohedano
1 Episcopo Rauellens. quòd † quando ex actis constat de bono iure attentantis, attentata non veniunt reuocanda in beneficialibus. Est decis. Rot. 384. & 65. in antiq. & 55. in nou. idem est etiam in profanis, Bart. in l. 1. §. si is cui, ff. de iureiuran. Ias. in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, Abb. & Dec. in cap. cum contingat, de iureiuran.

FABII.

In causa Pampilonen. parochialis, 14. Martij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta virtute executorialium, licet regulariter dicatur attentata, tamen quando aduersarius non contradixit, non potest dare de attentatis.*

DECISIO XCIII.

IN causa Pampilonen. parochialis de Alicenda, in
1 qua † vigore executorialium sine vlteriori processu propria auctoritate fuit capta possessio beneficij, & post longum tempus petebat possessionem illam tanquam attentatam debere reuocari, iuxta tradita per Cassadorum decis. 1. de causa possess. & proprietatis, ante finem. Sarnen. in regula de annali, quæst. 44. numero septimo, & octauo, tunc fuit dictum coram Domino Peregrino Fabio, quòd non erat attentata, quia quando vigore exequutorialium quis ingreditur possessionem vacuam, vel plenam sine contradictione, & violentia, tunc præsumebatur voluntas ex cursu tam longi temporis. Fluxerunt enim 20. anni. Nam sicuti possessio decem annorum, ius quod Petrus & eius successores habent in hac, tamen nihil aliud erat factum, nisi quod Iordanus commiserat causam, & obtinuerat decerni citationem, quæ fuerat exequuta, sed tamen nunquam reproducta, quæ citatio circumducta, & pro non facta habetur.

betur. Ideo neque præscriptionem interrumpit, leg. & post edict. §. 1. de iudic. & ibi Bald. cum alijs, de quibus per Fel. in c. illud, col. 4. in princ. de præscrip. quæ decisio notanda est ad limitationem aliarum decisionum, quæ quotidie allegantur, quod lis non finitur, nisi per sententiam, quæ in rem iudicatam transiuit, decis. 10. vt lite pend. ex not. per Doct. communiter in c. fin. & ibi per gl. in verbo, limit. & latius Franc. vt lit. pend.

FABII.

Salamant. Abbatiæ, 7. Februari, 1547.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta alio etiam possidente tribuit ius, & electio facta per capitulum, inter quod & alios lis erat; venit ad instantiam aduersariorum capitulo, & illius, qui apprehendit possessionem reuocanda, qui debet saltem illi renunciare.*

DECISIO XCVI.

Vtrum sit procedendum in negocio principali reiectis attentatis in causa Salaman. Abbatiæ, die 7. Februarij, 1547. coram R. P. D. Fabio fuit dubitatum? Et dixerunt Domini prius esse reuocanda attentata, c.
1 non solum de appell. in 6. Rot. 56. in nou. Et † licet diceretur, non esse reuocanda quoad possessionem captam lite pendēte per Alphonsum de Maior, quia illa possessio fuerat momentanea, & constat, quod Didacus Ruga possidebat: qua possessione stante electio Abbatis, quod erat aliud attentatum, non videbatur deberet reuocari, quia postquam ille erat in possessione sua, nihil videbatur sua interesse, neque quoad vnum, neque quo ad aliud interesse. Vnde non videbatur audiendus, dec. 411. in nou. Tamen firmarunt omnes Domini contrarium, quia immo poterat sua interesse aliquo tempore hanc possessionem captam non esse. Et postquam Alphonsus non possidebat, minus sua non intererat renunciare illi possessioni, prout & electioni de eo factæ, quia licet in electione ipse non attentauerat, sed collegium, quæ ipsum eligebat pendente lite inter illum & capitulum: minus tamen recusando renunciare videbatur attentare, & propterea prius & ante omnia erat reuocanda.

FABII.

Salamantinæ portionis, 26. Nouembr. 1547.

SVMMARIA.

1 *Si resignans post resignationem spoliatur, & demum attentando spoliet suum spoliatorem, & demum resignatarius intret, non dicitur attentare, sed efficitur pacificus possessor, adeo quod post eius mortem erat locus alleg. Lapi.*

2 *Successor possidentis per olennium pacifice & absque aliqua controuersia, vtrum se iuuare possit regula de triennali.*

3 *Possessio vitiosa & attentata ad quemcumque transierit cum vitio ipso dicitur transire.*

4 *In lite non existens nec possessionem alicuius beneficij habens ab aliquo litigante, sed per se, non dicitur attentasse, neque vitium aliquod tali possessioni inesse potest.*

5 *Resignationis facta vigore omnis amittitur possessio, ideoque si spolium superuenit, detentatio solum dicitur amitti.*

6 *Amissa omni possessione litigantis alicuius in caussa beneficiali, non tamen parti aduersæ acquiritur animo non existente eidem acquirendi.*

DECISIO XCVII.

1 Didacus † resignauerat portionem in Petrū, & post resignationem apprehensa possessione Petri, Didacus fuit spoliatus a Thoma, & commissa causa pro interesse, admissus fuerat quidam Beltrandus, & decreto mandato executiuo in fauorem Didaci contra Thomam, quod præsupponebatur male decretum ex pluribus. Et ideo cum vigore illius Didacus resignans apprehendisset possessionem, quæ præsumpta fuit vitiosa attētata, & Petrus postea post paucos dies suæ resignationis apprehendit possessionē a capitulo, fuit dubitatum,
2 vtrum † successor possidentis per octo annos absque aliqua controuersia possit se iuuare regula de triennali, & an allegationi Lapi locus esset? Et fuit multum dubitatum, & sæpissime informatum per excellentissimos aduocatos.
3 Ideo dubitatum fuit, quia † cum possessio capta per Didacum esset vitiosa, & attentatā, ad quemcumque transit cum suo vitio, cap. ex parte, vbi Innocen. de testibus, refert, & sequitur Franc. in cap. bonæ, in versic. 3. conclusio, de appel. cum multis allegatis in contrarium, tamen allegabatur, quod dicit Sarnen. in quæst. 4. in regula de triennal. qui loquitur in fortioribus terminis. Quod dictum licet per aliques fuerit dictum esse dubium, & non verum; tamen fuit dictum successorem Petri iuuari regula de triennali, & alleg. Lap. quia Pe-
4 trus † numquam fuit in lite, neq; accepit possessionem ab aliquo ex colligantibus, sed ex se vigore sui primi tituli, adeo ipse non potest dici attentasse, nec aliquod vitium est in possessione sua: sicut nec ille, qui possessionem vacantem, vel ab eo, qui non erat in lite, accepit. Et sunt multæ decis. Rotæ clarissime hoc dicentes, quæ al-
5 legabantur & præsupponebantur in hac causa, † quod ex quo Didacus resignando amiserat omnem possessionem, cum postmodum fuerit spoliatus, solam detentationem amiserat, quam etiam recuperauit, & non amisit possessionem. Vnde possessio apprehensa per Petrum erat vacans, quia Thomas per apprehensionem
6 Didaci omnem possessionem amiserat: † tamen non fuit acquisita Didaco, quia non habuit animum acquirendi, cum cepit contra Thomam solum ad effectum recuperandi. Et Petrus possessionem apprehendere potuit, prout apprehendit post octo vel decem dies. Et attentata in contrarium dicebatur, quod concludebatur & Thomam & Didacum, qui fuerant in lite super possessione, potuisse agere contra Petrum ad recuperandum possessionem. Sed alij, qui non fuerant in lite subrogati quoad persecutionem litis super possessione, nec poterant agere nec contra Petrum, nec contra successorem, & venientem ex iure Petri. Fuit & per aliquos consideratum & ponderatum, quod Petrus non tamquam esset lis, habebat titulum in beneficio, qui resignationem acceptauerat. Tamen per maiorem partem fuit dictum, quod istud non erat considerabile, his omnibus multum reclamante Decano Ioan. Paulo, sed tamen requieuit. Et ita fuit conclusum in vna Salmantina portionis, coram R. P. D. Fabio Accoramboni die 26. Nouembr. 1547.

SANCTÆ CRVCII.

Mutinen. Parochialis, 16. Maij, 1547.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali seu tempus illi non currit, quando quis est impeditus facto aduersarij.*

DECISIO CXVIII.

1 Fuit dictum in vna Mutinen. parochialis de Saltu, coram Prospero de Sancta Cruce, quod † si quis non seruauerit regulam de annali, propter quod infra annum non fecerat illam terminum, si hoc fecerit culpa aduersarij, vt fecerat in casu illo, qui commiserat causam attentatorum, licet potuerit tali impedimento facile prouidere faciendo prorogare terminum anni, vel obtinendo commissionem, quod præfigeretur terminus aduersario ad docendum de prætensis attentatis, tamen in quo hoc facto aduersarij veniebat, non tenebatur facere istas diligentias, sed & solum a regula excusabatur, & maxime in casu illo, quo compertum fuerat asserta attentata fuisse calumniosa.

FABII.

Parochialis Sancti Ægidij ciuit. Castellæ.

14. Martij, 1547.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali beneficijs vacantibus per obitum familiarium Cardinalium, non tollit quin possit agi super spolio.*

DECISIO XCIX.

DVm causa ciuitatis Castelli parochialis S. Aegidij, coram R.P.D. Prospero Fabio pendebat, idem du-
1 bitabat, † vtrum possessio Domini Anastasij esset restituibilis? fuerat enim cõmissa causa super ista parochiali, & demum suspensum petitorium, & procedebatur super spolio, & erant probata extrema necessaria. Sed dicebatur possessionem istam non esse restituibilem, quia vacauerat beneficium per obitum familiaris Cardinalis, & erat datum de regula habente decretum irritans, quod inficit nedum titulum, sed etiam possessioné, Rot. 16. in nou. in princ. Omnes Domini dixerunt contrarium, quia illud intelligitur de reseruatione, non autem. Item in casu isto, in quo potest esse dubium, an sit familiaris, & non constaret, vt declaratur in decis. præallegata. Item in casu isto non constabat de familiaritate, nisi post suspensum petitorium. Quo casu etiam possessio est restituibilis, vt dicitur in d. decis. 16. Imò propterea dici nullo modo constare, quia erant examinati testes saluis exceptionibus, & mandatum quod poneretur ad partem, quia pars spoliata negabat posse examinari testes, cum non tales essent quibus adhiberetur fides. Vt in hac eadem die fuit pronunciatum.

FABII.

Veronen. parochial. 22. Aprilis 1547.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium commendatum Episcopo, & per eum tenendum, donec duxerit illud conferre alicui alteri, subiacebit huic regulæ de infirmis, quia commenda est perpetua, & non temporalis.*

DECISIO C.

DVbitauit D. Peregrinus Fabius proponens in causa Veronen. parochialis de Trientiolo, vtrum cõ-
1 menda, † de qua agitur, subiacebat regulæ de infirmis. Hanc enim parochialem Veronen. Episcopus obtinuerat sibi commendari vigore indulti sui ab eius Vicario, quoad ipsum alicui personæ benemeritæ, & sibi gratæ cui duxerit conferendam, & interim posset disponere de fructibus, perinde ac si in titulum obtineret. Huic commẽdę cesserat Episcopus per paucos dies ante mortẽ eius. Vnde dubitabatur, *an subiaceret huic regulæ tanquam commenda esset temporalis, & non perpetua, ad not. per Sarnen. in 3. quæstio. super eadem regula.* Tamen Domini habuerunt talem commendam pro perpetua, & per consequens ex dictis per eundem Sarnen. eidem regulæ subiacebat. Ponderarunt etiam.... regulæ simpliciter loquentis, & dicentis, si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, adeò quod habuerunt pro constanti hanc cessionem subiacere huic regulæ.

FABII.

Columbrien. canonicatus, 23. Octobris, 1547.

SVMMARIVM.

1 *Regula, quod si dispensationes, non suffragantur litteris non expeditis, quando sunt expedita super prouisione, censentur expedita super dispensatione posita in eadem supplicatione.*

DECISIO CI.

PRoponente eodem R. P. D. Peregrino Fabio in vna Columbrien. canonicatus & præbendæ, fuit dubita-
1 tum, *an † dispensatio Francisci Consta per supplicationem, sufficiat in casu, de quo agitur.* Et fuit dictum, quòd sufficiebat, nec tenebatur expedire litteras dispensationis. Nam ex quo in eadem supplicatione erat sibi reseruata pensio, & regressus, super quibus erant expeditæ litteræ, satis erat quod de dispensatione constaret per supplicationem. Nec habebat locum regula, quod dispensationes non suffragentur litteris non expeditis, per decisio. Cassad. super reg.

MOHEDANI.

Lucanæ Præpositurę. 13. Martij, 1547.

SVMMARIVM.

1 *Mensis exprimi debet tam in vacatione iuris, quàm facti. Limita & declara ... vt num. 2.*

DECISIO CII.

IN causa Lucana Præpositurę coram R.P.D. Mohe-
1 dano Episcopo Rauellen. fuit dictum, quòd † regula de mense exprimendo, habet locum quando petitur pronunciari in beneficio vacanti in mense reseruato, dico *vacante de iure, & de facto*, sed etiam de iure tantum, puta si moriatur, quando habet locum ius alio existente in possessione, cum regula loquatur simpliciter, & vera vacatio est, quæ fit per mortem illius, qui habebat ius, Mil. in vet. obtinere, & Bell. in tractat. de char. subsid. quæst. 121. Nam etiam beneficia, quæ vacant de facto, comprehendũtur in regula decisio. Rotæ 8. de electio. in antiq. & in alleg. tamen quatenus verum ius non sit apud aliquem, Bellon. in tract. q. 122. Cassad. decisio. 12. de constit.

NEOMANI.

Segobien. beneficij, 27. Maij, 1547.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria istius regulæ, quod tempus currat a die resignationis, & non consensus, non habet locum, quando præstatur consensus post mortem. Ideo hodie est fracta regula.*

2 *Resignatio non est perfecta, nisi vbi resignantis consensus fuerit a resignato obtentus.*

3 *Regula prædicta an aliquando fraus fieri possit.*

4 *Odiosa omnia & contra iuris communis dispositionem introducta veniunt restringenda.*

DECISIO CIII.

PRoponente R. P. Domino Neomano in vna Segobien. beneficij de Villa Castri, fuit resolutum per
1 maiorem partem Dominorum, † regulam Dom. Pauli declarãtem regulam de publican. resig. vt tempora currant a die resignationis, non a die præstiti consensus, non habere locum in resignationibus, in quibus vigore Alexandrinæ præstatur cõsensus post obitum resignantis, de qua per Cassad. decis. 1. de renunc. sed tantum in resignationibus, in quibus præstatur consensus viuente resignante, vt tunc tempus currat a die resignationis, nõ au-
2 tem a die præstiti cõsensus. Et ratio potissima, † quia ante præstitum consensum resignatio nõ est perfecta, ideo de illa regula non debet intelligi, sed de resignatione perfecta. Et cum ex aduerso prætendentes contrarium
3 replicarẽt, quod † poterat fieri fraus regulæ, & declarationi, sententia voluit variare. Fuit dictum, quod hoc
4 non erat considerandum, quia † odiosa & contra dispositionem iuris communis, & propterea strictè debebat intelligi, & ad litteram, prout iacebat. Et ita per Dominos fuit firmata conclusio.

FABII.

In vna Paduana Custodiæ. prima Aprilis, 1547.

SVMMARIVM.

1 *Regula Protonotariorum reseruat etiam beneficia Protonotariorum, qui sunt familiares Cardinalium, intelligitur tamen in veris familiaribus.*

DECISIO CIIII.

IN vna Paduana custodiæ coram Do. Peregrino Fa-
1 bio, idem Dominus dubitauit, † *an regula Pauli reseruans beneficia, illorum, qui sunt Protonotarij, & familiares Cardinalium?* Et Domini dixerunt, quod sic: per illud quod dicit Cassad. decis. 9. de præb. sequitur Sarn. in regula de benef. vacãt. per obitum familiaris Card. q. 15. Et licet ex aduerso diceretur, dicta eorum procedere in veris familiarib. secus in istis, qui sunt ficti, per regulã familiares, tamen dixerunt Dñi, quod & isti sunt veri familia-

familiares, quia in regula Papæ ita dicit illos esse veros, & non fictos familiares, cum maius lumen offuscet minus, vt dicitur in locis præallegat. solùm.... familiares Papæ & non Cardinalium. Et ita non est casus nullus, vt possit dici non comprehendi sub regula loquente de simplicibus ad legem, si ita scrip. de liber. & posthum. not. in l. 2. de verb. oblig. sed simplex, quia tamen est familiaris Papæ.

IOANNIS PAVLI.

Valentina Parochialis. 20. Nouemb. 1546.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Protonotariorum sunt reseruata etiam antequam assumant insignia protonotariatus, & præstetur iuramentum fidelitatis.*

DECISIO CV.

IN vna Valentina Parochialis de Laren. coram R. P. Dom. Ioanne Paulo die 20. Nouembris, 1546. fuit di-
1 ctum, † quòd beneficia Protonotariorum sunt reseruata, etiam antequam assumant insignia Protonotariatus, & præstetur iuramentum fidelitatis ea ratione, qua propter hoc non est, quando gratia fit pura, nec etiam resolutiua sub conditione, vt per d. Aduocatum dicebatur, iuxta l. 2. de in diē adiect. Nam illud tantū opponitur, quantum ad præstationem insignium, & quod antequam exercebat, debeat præstare iuramentum: tamen est pura & statim Protonotarius.

FABII.

In Paduana custodiæ. 4. Ianuarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Regula declaratoria quoad Protonotarios non dicitur tollere ius quæsitum.*

DECISIO CVI.

IN vna Paduana custodiæ coram R. P. D. Peregrino Fabio 3. Ianuarij 1547. dubitatum fuit, *an per regulam Bononiæ publ. catam possit tolli ius quæsitum?* Et Domini dixerunt, quòd sic, quia regula est merè declaratoria aliarum regularum loquentium de Protonotarijs,
1 per quas fuerat per ordinarium prouisum.... Deinde post hanc prouisionem fuit facta illa regula Bononiæ, qua dubitabatur, per quam Papam declarat intellexisse tam de Protonotarijs participantibus, quàm non participantibus. Vnde cum vacasset beneficium per obitum Protonotarij Apostolici beneficium erat reseruatum, & prouisio Ordinarij, qui etiam habebat indultum, nihil valuit, quantumcumque post prouisionem superueneric ista declaratoria, cum sit merè declaratoria regulæ, ad not. per Cassad. l. hæredes palam, §. si quis, ff. de testam. cum alijs allegat. per Sarnen. q. 13. in regula, de non tollen. iure quæsito.

FABII.

In vna Valentina beneficij. Die 20. Octobris.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia quando in primo anno prorogantur, non datur secundus annus, & lapsus quatuor dierum sufficit, vt sententia transeat in rem iudicatam, nec est mera modici temporis, præsertim si constat de bono iure.*

DECISIO CVII.

FVit resolutum in vna Valentina beneficij sancti Michaelis, proponente R. P. Domino Peregrino Fabio, quòd licet de stylo curiæ faciendi aliquid infra annum, soleat dari biennium in caussa appellationis fine
1 aliqua caussa, † tamen ex hoc, quòd quis obtinuit infra annum prorogari fatalia, non propter hoc habebit biennium, quia non est actus tendens ad prosequutionem caussæ, qualis esse requiritur. Et ratio est: cum in illa caussa obtineret secundum prorogationem post lapsum quattuor vel quinque mensium, per quattuor dies habuerunt caussam pro deserta, & mandarunt decerni executoriales, quia etiam petendo prorogationem ad 6. menses videtur nedum facere actum, vt biennium habeat, sed potius renunciare beneficio iuris sequendo aliam viam prorogationum. Et ita fuit conclusum eo maximè, quia caussa ista male olebat, cum iam essent latæ duæ cōformes, & numquam aliquid fuerat productum, quod releuaret, & tertia instantia iam per sex annos durauerat semper prorogando fatalia fine aliqua productione iurium. Vnde videbatur esse calumniosè factum, vt numquam beneficium desineret esse litigiosum.

FABII.

Valentina beneficij, alia 10. Octob. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Caussa dicitur deserta, si infra annum appellans nihil aliud fecit, nisi quod commissionem præsentauit, & terminum seruauit ad videndum prorogari fatalia.*

DECISIO CVIII.

FVit decisum per maiorem partem Dominorum coram R. P. D. Peregrino Fabio in vna Valentina be-
1 neficij, quòd † si pars, quæ appellauit præsentauit commissionem, & infra annum nihil fecit, nisi fernare termi num ad videndum prorogari fatalia, quod nihil in caussa fecit dicere tur, & ideo esset caussa deserta, per ea quæ dicit Fastol. caussa 17. dubio 37. vbi vult, quòd infra annum debet aliquid in caussa facere, & si non fecit in terminis & infra annum aliquid in caussa, videtur potius fatalia velle prorogare.

AVGVSTINI.

Hispalen. canonicat. 10. Maij, 1547.

SVMMARIVM.

1 *Tertio veniente ad caussam pro interesse citato altere tantum, an censeatur lis quo ad reum, & dicitur quòd sic ex contingentia facti, & dicit sufficit constare de inter esse, etiam quod pars non citetur ad dicendum contra.*

DECISIO CIX.

COram Domino Antonio Augustino in vna Hispalen. canonicatus & præben. inter Canonicum Cau-
1 rien. & Ioannem de Vrbina fuit dubitatum, † *si inter duos fuit lis super beneficio, & tertius vigore commissionis veniat ad caussam pro interesse citato tantum altore, an inter istum tertium, & reum, qui non fuit per eum citatus sit lis?* Et Domini fuerunt varij aliquibus dicentibus quod sic, per dec. 103. in nou quæ videbatur velle, quòd tertio veniente pro interesse secus fit, quam si simpliciter sit lis inter duos reos. Nulla est lis nisi de nouo per aliam commissionem detur iudicio, ergo tertius veniens ad caussam habet litem cum omnibus. Et sic est differentia inter istos duos casus, alijs dicentibus, quod illa decisio aliter debebat intelligi secundum responsum eeuolutionis, vt licet iste tertius non esset nominatus in commissione, tamen in lite esset. Quod tamen non placuit, quia casus iste fuisset indubitatus. Et licet alium intellectum habeat illa decisio, dixerunt tamen, quòd cum iste tertius, qui venerat ad caussam, & citauerat actorē habentem bonum ius, licet non citasset reum intrusum, tamen ex quo actor cesserat liti & iuri in fauorem intrusi, remanebit lis inter istū, & reum, vt in quem transfueratius actoris litigiosi per citationem tertij, qui venerat ad caussam. Et in eadem caussā dixerunt, quod si quis petit se admitti ad caussam pro suo interesse, satis est, qd aliquid sit productum, per quod constet de interesse, licet ad dicendum contra illud pars non fit citata, quia de isto interesse non debet constare parte citata, & sic caussa cognita: sed satis est, quod constet quomodocumque ex productis.

AVGVSTINI.

Hispalen. canonicat. & præbend. 16. Maij, 1547.

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur extincta si postquam quis fuit admissus pro interesse per decem, quod non fuit prosequutus litem si ius*

SUMMARIUM.

1 *Aegidiana non procedit in secunda instantia, vel in caussa appellationis.*

DECISIO CXIII.

IN caussa Romana spolij erant latæ duæ sententiæ conformes, & cum instaretur pro tertia sententia, fuit dictum illas duas facere rem iudicatam. Tamen ex statutis vrbis, super quibus nihil fuit dictum ab vna parte in suis informationibus, quia dicebant aliàs fuisse resolutum, statuta Vrbis non vindicare sibi locum inter istas personas, propterea super statuto non valuit. Sed
1 quia † etiam præsupponebatur, standum Aegidianæ, sententiam secundam fecisse rem iudicatam, reprobatur, quod tempore, quo fuit lata sententia Aegidiana, nondum vsu erat recepta, & propterea licuit appellare. Et cum replicaretur, Aegidianam respicere præterita, dum in eo dicitur, quòd habebat locum etiam in caussis pendentibus, prætendebatur non procedere in caussis pendentibus ante Aegidianam. Nam si nunc ferretur sententia super possessorio, vtique ab illa propter Aegidianam appellare non posset, sed postquam iam pendet per appellationem, ante illam interpositam, ad hanc caussam extenditur Aegidiana. Et allegabatur gl. in Clemen Dispendiosam in glo. fin. de iudic. & c. licet canon. in glos. de elect. in 6. Abb. in capit. 1. colum. 2. de iudic. cum simil. vt trad. Felin. c. in fin. col. 10. vers. hanc fallen. limit. de constitut. Tamen ad talem caussam Aegidiana non debet extendi, nisi expressè dictum fuisset, locum esse in caussis pendentibus per appellationem, vt prællega. glos. in l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles. quia cum semel fuit sententia finita, quo ad hoc non dicitur vlterius pendere lite pendente per appellationem. Et iste est vnus casus, in quo sententia per appellationē nec suspenditur, nec extinguitur, ut declarat in dict. c. fin. col. 4. uer. notandum. Et ita est, & ita pertransiverunt omnes, licet D. Puteus, & Fabius dicerent superioribus diebus fuisse teutum contrarium, uidelicet 22. Octobris, ut supra annotatum est, tamē ille casus est multum diuersus, & propterea, quia erat diuersitas in facto, fuit firmata alia decisio, in quantum huic uidetur contraria. Hæc autem facta suadet ita debere dici. Quare si non permitteretur appellat. sententiarum, quæ sunt, in quo transitum fecissent in rem iudicatam, sed forte pro pter istas decisiones contrarias caussa iterū ponetur, & ista uidetur de iure melior, cum alia multos habuerit al tercatores, hæc ante m fine altercatione processerit. Et ita dictum fuit 7. Febr. 1543. proponente R. P. D. Fabio Acorambono.

MOHEDANI.

Vasionen. Canon. & præben. 23. Martij 1547.

SUMMARIUM.

1 *Rei iudicata censetur renunciatum patiendo quòd post illam producuntur iura, & dentur articuli, licet fuit dictum generalia contra, quia debuit appellare ab vlteriori processu.*

DECISIO CXIV.

FVit resolutum in una Vasionen. Canonicatus, & præben. coram R. P. D. Mohedano Episcopo Reuel
1 len. die 23. Martij 1547. quòd † ex quo post rem iudicatam erant producta iura, dati articuli, & multa alia facta per istum processum censeatur renunciatum rei iudicatæ, ex quo non fuerat appellatum, sed tantum dictum generalia contra. Et hoc per Doctor. communiter & uulgariter in c. quoniam contra, de probat. & in cap. inter monasterium, de re iudic.

PUTEI.

Calagurit. Abbatissat. 20. Martij 1547.

SUMMARIUM.

1 *Exceptio subreptionis gratiæ post rem iudicatam non admittitur ad effectum impediendi exequutionem.*

DECISIO CXV.

DVbitatum fuit per Reu. D. P. Peregrinum Fabium die 20. Martij 1547. in vna Calaguritan. Abbatissa
1 tus de..... *An † post sententiam & rem iudicatam, & litteras exequutoriales parti aduersa intimatas, possit opponi de surreptione gratia canonizata ad effectum impediendi exequutionem?* Et dicebatur, quòd non, ad not. per Bart. in l. 4. §. condemnatum. de re iudicata. Et licet opponeretur de not. per Felin. in cap. inter ceteros, col. 2. versic. octauo declara, & in versic. quarta declaratio, de re iudic. tamen dixerunt Domini, quòd non erat ad propositum noster casus, cum ista subreptio, de qua opponebatur, non erat clara. Et licet fuerit disputatum pro subreptione, tamen dixerunt Domini, quòd non debuit disputari, sed exequi sententia. Et summa ratio in hac resolutione fuit, ex quo ista aduersaria Leonoræ, videlicet Ioanna, contra quam erat lata sententia, quæ in rem iudicatam transiuerat, fuerat tunc contumax, nec vmquam voluerit parere litteris Apostolicis, & post tres sententias in spolio, quibus sententijs conatus fuerat renunciare, & mandato Cœcilij Regij, quòd pro isto sententia esset exequenda, & quia erat commissa caussa est Antonius in integrum Aduocatus rem iudicatam, & dicebatur, quod super hoc..... videatur, nisi quoad expensas. Fuit dictum, quod si quis vellet super hoc mandatum, quod dubium.

FABII.

Vicentina matrimonij, 1. Iulij 1547.

SUMMARIUM.

1 *Sententia licet nulla, confirmatur tamen quando de eius iustitia constat.*

DECISIO CXVI.

PEndente caussa Vicent. matrimonij in Rota coram Reuerend. Patre Domino Peregrino Fabio, fuit dubitatum 1. Iulij 1547. *utrum expensa factae in partibus veniant reficienda Domino Antonio Nicolae, vel contra Dominam Lucretia. prout in sententia Domini Fabij Acorambono praetendebatur,* † *expensas esse reficiendas Antonio, ex quo processus de partibus prætendebatur nullus, & etiam sententia.* Sed de processu nullum erat dubium,
1 quòd erat validus, & super eius validitate satis fuerat in secundo disputato coram Dom. Fabio Acorambono, & habitus pro bono: sed remanebat de sententia lata in partibus quia post reuocationem iudicis lata, & dicebatur aliàs in Rota fuisse resolutum pro nullitate illius per consil. Alexan. 67. in 6. volum. & secundum Alexan. in l. si finita, in principio, num. 8. in fine, ff. de damno infect. Grammat. in cap. dilecta, quæst. 47. de appellat. Sed per istos Doctores aliàs Domini, & hodie dixerunt, sententiam, quo erat iusta, posse confirmari, etiam quòd esset nulla, & propterea eius nullitas non esset consideranda, & sic mandarunt confirmari simpliciter sententiam Domini Fabij Acoramboni.

PUTEI.

Massanens. bonorum, 20. Martij.

SUMMARIA.

1 *Dispensatio, in qua narratum est, quod erat coniuncti in secundo, & non fuit dictum, quod erat in duplici secundo est subreptitia licet sit secus in indulto concesso ad dispensandum.*

2 *Dispensationem vbi constiterit per obreptionem obtentam cum odiosa sit, nullius penitus est momenti.*

3 *Casus mixtus sub simplici nequaquam continetur.*

DECISIO CXVII.

PRoponente Do. Iacobo Puteo Decano in vna Massanens. bonorum die 20. Martij, fuit firmata conclusio, de qua per Dominos, in l. 2. in principio, de verbor. oblig. maximè per Claud. in d. l. 2. colum. 2. in principio, versiculo sed circa pertinentia. per Abbat. capitulo at si

 clerici,

clerici. §. de adulterijs. colum. 5. versiculo, certè seruan-
1 da, & faciunt not. per Oldrad. consil. 247. † videlicet,
quod quando petitur ab aliquo dispensari secum, vt pos
sit remanere in matrimonio coniuncto, non obstat,
quòd sit in secundo gradu coniunctus: quod si reperia-
tur in duplici secundo, quod dispensatio est surreptitia,
2 & non valet, quia dispensatio hæc est odiosa, nec † casus
mixtus comprehenditur sub simplici: secus vero si con-
sideratur alicui puta Episcopo, quòd possunt dispēsare
cum coniunctis in secundo, quia tunc cum nũ sit bene-
ficium Principis, latissime est interpretandum. Pote-
rit etiam cum coniunctis duplici secundo dispensari, e-
tiam quod esset illi concessum respectu certarum perso-
narum, dummodo non ad petitionem illarum, cum qui
bus dispensatur. Et hoc est, quod voluit Calder. d. cons.
1. de consanguin. & affin.

FABII.

Pensionis Granatensis translatæ,
16. Februarij 1547.

SVMMARIA.

1 *Pensionis translatio licet facta sit de mense Septembris, tamen integra paga currens en festo natiuitatis debetur translatori.*

2 *Differunt inter se pēsionis necessaria, & voluntaria translatio.*

3 *Ex translationis forma in pensionibus mens transferentis colligi facilè potest ad fundandam intentionem translatarij.*

DECISIO CXVIII.

PRo parte, Reuerend. P. Dom. Peregrini Fabij Epi-
1 scopi Vestani de vna Granaten. † pēsionis inter Re-
uerend. Cardinalem Polum, & hæredes Ioannis Mat-
thæi Episcopi Veronensis, qui de mēse Septembris tran
stulerat pensionem in prædictum Reuerendissimum,
fuit dubitatum, *numquid pensio, seu terminus soluendus
in festo Natiuitatis Domini deberetur tota præfato Car-
dinali, an pro rata temporis deberet inter ipsum, & hæ-
redes diuidi, sicut diuidendus fuisset, si per mortem extin-
cta pensio fuisset?* Quia hæredes mortui debuissent con-
sequi pensionem pro rata cursi, sicuti de vsufruct. & in
pensionario voluit Caccialup. in tractat. quæstio. 25. &
Gag. quæst. 53. Dixerunt Domini pro maiori parte die
16. Februarij 1547. quod totus terminus Reuerendis-
2 simo Cardinali debebatur † faciendam differentiam in-
ter necessariam translationem pensionis, & voluntariã,
vt in hoc casu, quia totum debetur, per doctrinam Bart.
in l. fin. de iure fisci, dum opponit de lege si defuncta, &
sequitur Rom. consil. 10. & Alexan. consil. 82. volum. 2.
in fine, tamen istud fundamentum a multis fuit non be-
ne tentum, quia Bartol. postmodum opponendo contra
hoc latius distinguit, ex cuius distinctione potius vide-
tur dicendum contrarium in casu nostro. Vnde alia ra-
3 tione mouebantur, quæ magis potuit, videlicet † ex for-
ma translationis, ex qua videbatur colligi mens trans-
ferentis, qui voluit totum illum terminum transferre in
translatarium, & præiudicare hæredibus. Nam titularis
liberatur a solutione transferendi faciēda, vt fieret trās-
latio pro dimidia in festo Natiuitatis Domini, & alia in
festo Sancti Ioannis, quòd videbatur intentio transfe-
rentis, vt integra translatio solueretur. Et ita remanse-
runt Domini duobus dubitantibus, scilicet Reuerend.
P. D. Mohedano, & Neomano.

ACORAMBONI.

Calagur. pensionis, 14. Februarij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Papa nõ censetur velle derogare priuilegijs in vim contractus etiam iurati concessis, quantumcumque derogatio fuerit amplissima.*

DECISIO CXIX.

IN vna Calagurritan. pensionis coram Reuerend. Pa-
1 tre Domino Fabio Acorambono fuit dictum, † quòd
Papa derogando indultis, & priuilegijs Cardinali Vlte-
rano concessis, quantumcumque derogatio esset amplis-
sima, non intelligebatur tamen voluisse derogare priui-
legijs eidem concessis, & post in contractum iuratum
deductis. Et licet informaretur super eo, quod Papa nõ
potuisset sine caussa, & stante iuramento, tamen ex hoc
capite, non discussis alijs, resoluerunt difficultatem, sci-
licet Papam non voluisse.

MOHEDANI.

Leodiens. Decanatus, 14. Febr. 1547.

SVMMARIA.

1 *De prima dispensatione non est facienda mentio, quãdo ambo tendunt ad diuersos effectus.*

2 *Dispensatio vtraque, & prima, & secunda si per subreptionem fuerint obtenta nullam vim habent.*

DECISIO CXX.

IN vna Leodien. Decanatus coram Reuerend. P. D.
Fabio Mohedano Episcopo Rauellensi, fuit dictum,
1 quòd istud, quod † dicitur in secunda dispēsatione, de-
beret fieri de prima, aliàs secunda, non valeat tamquam
subreptitia, & ideo, quòd si Papa sciuisset semel dispen-
sasse, fortassis iterum non dispensasset, capitul. 2. de filijs
presbyt. num. 6. Quod intelligitur quando ista dispen-
satione fuissent obtētæ, propter diuersa, secus si ad vnũ,
& eumdem finem, qui tunc de prima non est necessa-
2 riũ facere mentionem, cum vna sufficiat: † non autem
valet prima & secunda quãtumcumque subreptitia, &
de ea non est necesse facere mentionem. Et volunt hoc
communiter, in l. 2. nu. 6. & est decisio Rotæ 280. in an-
tiq. aliàs, & filius presbyter.

FABII.

Cauriens. Abbatiæ, 27. Aprilis 1547.

SVMMARIA.

1 *Regula de impetrando certo modo non comprehendit eos qui impetrauerunt prim, & an comprehendat cessionarium illius, qui impetrauerat certo modo, quando cessionarius habuit ius a pluribus.*

2 *Regula de impetrando certo modo, an ante factam ipsius in curia publicationem possit actorem ad obtentionem beneficij inhabilitare.*

DECISIO CXXI.

DVbitatum fuit per Reueren. P. Dominum Peregri
num Fabium proponentem in vna Caurien. Abba
1 tiæ, † *vtrum Alphonsus de Fonseca sit inhabilis ad obti-
nendum beneficium, de quo agitur propter regulam vlti-
mo loco pro parte aduersa productum?* Hic enim Alphon-
sus habuerat multa iura diuersarum personarum per il
larum cessionem, inter quæ erat ius Stephani de Rami-
ro, qui habebat impetrationem certo modo, propter
quod ex regula Paulina erat omnino inhabilis ad obti-
nendum istud beneficium, & nedum Stephanus, sed
etiam Alphõsus eius cessionatius erat factus inhabilis,
vt cãtant uerba regulæ Pauli editæ de anno 1540. Vnde
ex hoc prætendebatur Alphonsum penitus inhabilem,
quia constabat in facto resignationem factam fuisse in
Alphonsum ante publicationē regulæ, & regula loqui-
tur per uerbum de cetero, & sic respicit tantum futura.
2 Dixerunt Domini † regulam non inhabilitare Alphon-
sum, & ita pronunciari posse.

MOHEDANI.

Lucens. Præpositura, 23. Martij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Mensis exprimi non debet in beneficijs reseruatis.*

DECISIO CXXII.

PRoponente Reuer. P. Dom. Ioanne Mohedano Epi
scopo Rauellensi, in una Lucē. præposituræ die 23.
1 Martij 1547. Fuit conclusum, quòd † ex quo erat aliàs
reseruata ista præpositura pluribus reseruationibus, in
eius impetratione non erat facienda mentio de mense,
in quo istud beneficium uacauerat, quia regula octo
mensium, in qua cauetur debere fieri mentionem de
mense,

mense, nõ loquitur de beneficijs aliàs reseruatis, sed de his, de quibus Ordinarij prouidere possunt, cuiusmodi non sunt reseruata.

THANI.

Conchens. parochialis, 27. Ianuat. 1547.

SVMMARIA.

1 *Vero valore non expresso per resignatarium in resignatione per Papam admissa ius vacat ex ipsius resignatarij persona nisi in supplicatione esset expressus verus valor, vel talis, qui cum augmento, quod solet dari, ascenderet ad verum valorem, & probaretur, quod litteræ essent expedita ex interuallo.*

2 *In litterarum expeditione, non expresso beneficij legitimo valore, beneficijs subsequitur vacatio.*

DECISIO CXXIII.

IN vna Conchen. parochialis de Azeberon corã Domino Thoma de Thanis fuit conclusum die 27. Ia-

1 nuarij 1547. quòd † si resignatio fuit facta in manibus Papæ in fauorem certæ personæ, & resignatarius expressisset malè valorem, quod ex quo grana à principio est nulla propter regulam de exprimendo vero valore in litteris, & sic a principio nullum ius fuit resignatario quæsitum, per consequens non fuit a resignante abdicatum, per text. in l. neque vtilem, ff. ex quibus caussis maior. ex quo erat factã in fauorem certæ personæ. Quod intelligebant Domini, nisi in supplicatione resignationis esset expressus verus valor, quia poterat expedire, secundum

2 verum valorem fuit a principio ius quæsitum, † & postea expediendo litteras non expresso vero valore ius vacaret ex persona ipsius. Et ideò fuit dictum, quòd videatur, an in supplicatione sit expressus verus valor vel talis, qui cum augmento, quod solet dari ascenderet ad verum valorem, & probaretur, quòd litteræ ex interuallo essent expeditæ.

FABII.

Veron. parochial. 23. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Regula quod non iudicetur iuxta formam commissionis sententia absolutoria non est danda, nec quãdo litteræ ordinarij non possunt canonizari, sed venit canonizanda noua prouisio si litteræ non sunt expeditæ, & sit datum de regula prædicta, sed litteræ sunt expediendæ, & postea canonizandæ.*

DECISIO CXXIV.

FVit dictum, R. P. D. Peregrino Fabio caussam Vero-

1 nen. parochialis proponente, quòd † licet in actis essent productæ litteræ ordinarij, ex quo tamen illæ non poterant canonizari, sed instabatur pro canonizatione nouæ prouisionis, licet litteræ super noua pensione non essent expeditæ. Et cum esset datum de regula de non iudicando, & instaretur pro absolutione, quia litteræ non erant expeditæ, fuit dictum per Dominos, quòd non pronunciaretur, sed quod daretur tempus congruum ad litteras expediendas.

PVTEI.

Promissionis impetratio prioratus Fulgin. 11. Februarij 1547.

SVMMARIA.

1 *Nõ excusatur quis a mala expressione valoris propter schedulas decimarum, & arrendamentorum, nisi concurrente fama, & præcedentibus prouisionibus.*

2 *Ius alteri si quæsitum fuerit in spiritualibus, restitutionem annullat.*

DECISIO CXXV.

1 IMpetrans † prouisionem prioratus Fulginaten. à Papa non expresserat verum valorem, & volebat se excusare propter quasdam schedulas recipiendi decimas, quibus fuit dictum proponente Domino Iacobo Puteo Decano die 11. Februarij 1547. nullam fidem esse adhibendam, quia poterat minus debitis percipere, sicut neque arrendamenta Bart. excusant, vtique verum valorem probant, nisi concurrat fama, aut præcedentes prouisiones. Aliàs autem si ex libris Cameræ, vel Cancellariæ valorem expressissent, potuisset excusari, Cassador. decis. 20. super regul. Satnẽ. super regul. de valo. In eadem caussa, qui malè valorẽ expresserat, petebat se restitui in integrum, quia minor. Fuit dictum, quòd non

2 debebat restitui, quoniã † in spiritualibus post ius alteri quæsitum quis non debet restitui, cap. ex parte, vbi gloss. & Abb. col. 1. num. 5. & 28. vers. non concludo, & versiculo si autem beneficium, de restitut. spoliat. vbi etiam ceteri Doctores idem tenent.

FABII.

Alborensis Archiepiscopatus.

SVMMARIA.

1 *Acceptatio administrationis etiam coram notario publico Archiuij facta in forma, & modo consuetis, non obstat quin fraudis suspicio subsistere possit.*

2 *Rota Romana vtrum opinionum suarum aliquando mutationem fieri patiatur.*

3 *Instrumenta acceptationum non registrata in libris, sed folijs extensa, facile occultantur in præiudicium partis.*

4 *Dictio, alibi quam vim habeat, & quod determinet hoc casu.*

DECISIO CXXVI.

IN caussa Alboren. Archiepiscopatus dubitatũ, vtrũ ex instrumentis duarum acceptationũ in specie quoad Diœces. cum subsequentibus, prout iacent in facultate concessa in gratia, quod possent exprimere Diœces. in litteris, vel alibi colligenter releuatur, quod dominario Diœces. fuerit facta ante prouisionem singulorum saltem, vt transferatur onus probandi in actorem dicẽtem contrarium. Supra enim in hac caussa fuerat resolutum, non constare de tali erectione Diœces. quãtumcumque in vno instrumento acceptationis in specie fuis-

1 sent nominatæ Diœces. quia † cum talis acceptatio fuisset facta, vt solet fieri coram vno notario Archiuij, tamen ex hoc nõ tollebatur suspicio fraudis, de quo aliàs supra in hac eadem caussa, quia talem acceptationẽ potuissent facere corã alijs pluribus Notarijs in alijs Diœces. & ita expedire vacationem alicuius beneficij pin-

2 guis in quacumque Diœces. † Vnde tunc præsupponebat, Rotam nunc mutaturum opinionem, ex quo nedum erat instrumentum, sed duo, & deinde plures acceptationes in genere, & in multis dicebatur, vt supra. Tamen Domini pro maiori parte fuerant in eadem opinione eadem ratione, quia non plus mouebatur ex illa multitudine acceptationum, quàm ex vna, quia in omnibus militabat eadem ratio, quia similiter potuissent hæ plures acceptationes fieri in diuersis Diœces. coram diuersis notarijs. Et ideò cum iste non elegerit Diœces. in Cancellaria, vel contra cotam Notario & testibus, semper fraus præsumebatur. Duo tamen ex Dominis

3 dicebant, hanc sibi communem placere, si talia † instrumenta, & acceptationes factæ fuissent in folio, quòd de facili potuissent occultari, secus si in libro, in quo & aliæ essent acceptationes descriptæ. Vnde decreuẽ, quòd in Rota videatur originale, ex quo res melius posset decidi, & considerari. Et ita fuit factum, sed fidem, quod ad hoc voluerunt adhiberi, vt supra. Fiebat etiam aliud fundamentũ, quia in supplicatione Diœces. in litteris ex-

4 primendum, vel alibi ex quo prætendebatur † per dictionem alibi posse vbique acceptare: sed Domini fuerũt in opinione omnes, quòd dictio, alibi, nõ determinaret verbum exprimendum, sed illud verbum, quod immediate subsequebatur, scilicet consistendi. Sed tamen hoc visum fuit modici præiudicij, quod referretur ad vnum, vel ad aliud, ex quo in supplicatione habeatur gratia, quod possent exprimere litteris nõ confectis. Ergo alibi quã in litteris poterant Diœces. exprimi. Sed, vt supra

C 2 dixe-

dixerunt Domini, quòd debebat intelligi in loco conue-
nienti, & apto, & commodo, quo fraus cessaret, vt in
sequenti audientia ostendi librum, cui quantum ad hoc
noluerunt adhibere fidem aliquam, & perstiterunt in
eodem voto, & concurrerunt.

FABII.

Pampilonensis Prioratus.

SVMMARIA.

1 *Regula octo mensium reuocatoria, an durantibus expectatiuis locum habere possit, nulli si extiterint expectantes.*

2 *Verbum, interim, in expectatiuis denotat temporalem habendam gratiam expectatiuarum.*

3 *Finis expectatiuarum præcipuus est, vt per eas pauperum difficultati, & bene meritorum commodo consulatur.*

4 *Et quid in ijs de stylo Cancellariæ Apostolicæ obseruetur.*

5 *Ordinarij prouisio, quando per Papæ prouisionem tanquam anterior non infringatur.*

DECISIO CXXVII.

IN caussa Pampilonen. Prioratus de Villala dubitaui
1 iterum, † vtrū regula reuocatoria octo mensiū habeat
locum tempore expectatiuarum, vbi expectantes non
sunt. Et dubium faciebat, quia illa regula cessat propter
expectatiuas concessas fauore expectantium, vt in illis
mensibus possent acceptare, post quā alijs quatuor Or-
dinarijs sunt reseruati. Vnde vbi non sunt expectantes,
reseruatio debet durare, quia cessat dicta ratio. In con-
trarium tñ fuerunt omnes quia clausula illa facta est, vt
interim donec generalis expeditio expectatiuarum fiat,
Papa prouideret pauperibus, & alijs bene meritis, vt cā-
2 tant verba regulæ, † quæ demonstrant illam esse tem-
poralem, propter illa verba, *interim & donec concessis
expectatiuis*, cessat, quia tempus ..... quo reseruatio fa-
3 cta fuerat. Cessat etiam ratio, quia † per expectatiuas
prouidetur pauperibus, & alijs benè meritis, cum non
4 est opus reseruatione propter hoc. Et † propterea vide-
mus etiam in stylo Cancellariæ, quòd quando expecta-
tiuæ sunt concessæ, numquam in alijs fit mentio de tali
reseruatione, prout fit, quando non sunt expectatiuæ. Et
hanc opinionem allegabant tenuisse Card. Paris. con-
sil. 10. num. 4. vol. ... Staphil. in tract. de lit. grat. & iu-
stit. fol. 50. vers. ex prædictis infertur, & Sarnen. in tra-
ctat. expect. in 1. nume. 20. vers. ex quibus infertur. Et
5 ideò † fuit conclusum, prouisionem Ordinarij esse bo-
nam, & preualere prouisioni Papæ, quia anterior.

FABII.

Segobiensis de Villa Castri resignatio per procurat. mandat.

SVMMARIA.

1 *Valetudine graui pressus si per mandatum procuratorium resignationem beneficiorum faciat in coniunctam personam vel nepotem, valetudine pristina tandem recuperata, & inhibitione nouiter aut reuocatione mandati facta, an valida persistat resignatio, necne.*

2 *Resignans etiam porrecto supplici libello signando, an pœnitentia prioris placiti possit duci, vel voluntatis, fuit tentum quod sic.*

3 *Contrarium decidit Cassad. decis. 1. de re iudic.*

DECISIO CXXVIII.

IN caussa Segobien. de Villa Castri dubitaui, præsup-
1 posito, quòd probaretur, quòd † Alphonsus tempo-
re constitutionis procuratoris ad resignandum dixerit
suæ intentionis esse, quòd eius nepos post eius obitum
haberet beneficia, & quòd post præsentationem man-
datum, & post conualescentiam de infirmitate, qua la-
borabat, scripserat procuratoribus suis, quòd conualue-
rat, & quòd propterea in resignatione nihil faceret, nisi
de nouo eius ab eo aduisare, vtrum resignatio, de qua
agitur, sit valida; De prima parte nihil dubitarunt,
quia licet ante mandatum illud dixerit, tamen postmo-
dum datum liberè videtur recedere ab eo, quod prius
dixerat. Sed de secundo dubitarunt, quia licet, quòd
præsupponatur, etiam quòd litteræ mandantis non per-
2 uenissent ad manus procuratoris, tamen † dicebatur,
resignantem, etiam post porrectionem supplicationis
signandæ posse pœnitere. Et ita dixerunt fuisse tentum
3 in multis caussis, licet † contrarium videatur obseruare
Cassad. dec. 1. de re iudic. Vnde dubitarunt, an ex quo
scripserat dans mandatum ad resignandum, esset indu-
cta pœnitentia ex mutatione voluntatis. Et posito, quod
sic, an requiratur intimationem fieri procuratoribus ad
effectum, quòd non potuerint præstare consensum, pro-
ut in ista caussa factum fuerat.

Libri Primi Tertiæ Partis Decisionum Rotæ Romanæ, Finis.

LIBER SECVNDVS.

FABII.

Palent. benefic. 20. Octobris, 1545.

SVMMARIVM.

1 *Stylus curiæ obseruans facienti aliquid infra annum concedi biennium caussa appellationis, obtentis tamen intra annum fatalibus, non habebit locum concessio biennij.*

DECISIO I.

IN vna Palent. beneficij S. Michaelis me
proponente 26. Octobris 1545. fuit cō
1 clusum, quòd licet † de stylo curiæ fa-
ciens aliquid infra annum soleat dari
biennium caussa appellationis sine ali-
qua caussa, tamen ex hoc, quòd quis
obtinuit infra annū prorogari fatalia,
non propter hoc habebit biennium, quia non est actus
tendens ad prosecutionem caussæ, qualis etiam requiri-
tur in facto diebus tribus. Et ideò cum in caussa illa ob-
tinuisset primam prorogationem post lapsum sex men-
sium, quattuor dies habuerat caussam pro deserta, &
mandarunt decerni exequutoriales, quia prætenden-
do prærogatiuam, non videtur, nedum facere actum
vt biennium habeat, sed potius renunciare beneficio
iuris, sequendo aliam viam prorogationis. Conclusit
Rota ita esse.

PVTEI.

Simonia Corduben. Capellaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficij vigore mandati facta, mandato existente ad liberè resignandum, an simoniaca dici possit.*

DECISIO II.

IN vna Cordub. Capellaniæ proponēte D. Puteo fuit
1 ferè per omnes resolutū, quod † resignatio vigore mā
dati, cuius verba sequuntur, non erat simoniaca, ex quo
mandatum erat ad resignandum libere, & potuisset il-
le in cuius fauorem fiebat resignatio conferre cuicum-
que voluerit, quòd N. de libera voluntate decreuit

bene-

beneficium refignate in fauorem Domini Elici, & ideò
conftituit procuratores ad eius nomine renunciandum
in manibus fanctiffimi, feu alterius ad id poteftatem ha
bentis, feu Reuerend. Legati, & dictam refignationem
admitti, petendo fauorem fupradictorum.

FABII.

Appel. Hifpalen. donat.

SVMMARIVM.

1 ***Claufula appellatione remota in refcriptis cõmiffionis cauf-
fa, licet executionem non impediat, tamen non habet lo-
cum in refcripto emanato per viam conqueftus.***

DECISIO III.

IN vna Hifpalen. donat. fuit me proponente refolutũ,
1 quòd † claufula appellatione remota in refcriptis cõ-
miffionis cauffæ, licet fecundum conclufiones, de qui-
bus in cap. vt debitas, vbi Abbas de appellat. non impe-
diat executionem, etiam appellatione interpofita, nec
talis executio poft appellationem veniat per viam attẽ
tati reuocanda, tamen ifta opinio non debebat recipi in
refcripto emanato ab officio per viam conqueftus, ex
quo illa claufula paffim in omnibus cõmiffionibus per
illud officium conceditur fine aliqua cauffæ cognitio-
ne. Ex propterea debebat feruari opinio illorum, qui
dicebant de confuetudine feruari contrarium, vt fi a Pa
pa difcuffo negotio appellationis cauffa committeretur,
remota tunc feruaretur commiffionis conclufio, de qua
fupra. Et ita conclufum fuit, tribus tamen ex Dominis,
qui tunc erant decem, volentibus contrarium etiam in
cafu ifto.

FABII.

Vt lite pend. Salamantina Abbatiæ.

SVMMARIA.

1 ***Sola mandati procuratorij productione litis conteftatio non
præfumitur inter partes.***
2 ***Citatio vltra mandatum procuratoris partium omnino re-
quiritur.***

DECISIO IV.

IN vna Salamantina Abbatiæ de Medina del Campo
fuit per me datum dub. *an effet lis?* Et fuit refolutum
ferè per omnes, quòd licet inter Dominos fuerat lis, quo
rum vnus cefferat Abbatiam in fauorem Cardinalis To
letani durante lite, vt ius Cardin. Procurat. generalis de
derat in actis mandatum ad officium fubftituendi tan-
1 tum, & fubftituerat quòd † ex fola productione mãdati
non dicebatur effe lis inter Cardinalem Cæfarinum, &
alium, qui prius litigabat cum cedente, quia neceffariũ
eft, quòd veniens admittens profequatur, vel faciat ci-
tare, vel aliàs, Clem. 1. & ibi Doct. vt lite pend. Alia etiã
ratione fuit dictum in cauffa illa non effe litem, quia cõ
miffio cauffæ erat inter illos Dominos tantum, & non a-
lios, nec erat claufula folita apponi, omnefque alios.
2 Nam † vltra mandatum requiritur citatio, quæ licet in
cafu noftro facta fuiffet de primo procuratore, fubftitu-
tus primo intelligebatur reuocatus, l. fi quis cum procu
ratores, §. fi. ff. mandat. Rom dec. 135. in nou. Et in cauf-
fã ifta ceffio erat fimpliciter facta de Abbatia, non au-
tem erat fubrogatus in omni iure, & ad omne ius ceden
tis, nec ad litẽ, quamuis in claufulis fupplicationis, quę
fola erat producta, cum litteris effe expeditas non con-
ftaret, etiam effent claufulæ, quòd litteræ poffent expe-
diri per viam fubrogationis.

MOHEDANI.

Iurifpatronatus in cauffa Eluenf.

SVMMARIVM.

1 ***Doctrina Ant. Butr. in c. dilectus, de offic. deleg. intelligitur
habere locum in magnis dominis, in quibus præfumitur
patronatus ius potius vfurpatum, quam quod ex dotatio-
ne habeant, vel fundatione.***

DECISIO V.

IN vna Eluen. fuit refolutum D. Mohedano proponẽ
1 te, quòd † doctrina Ant. de Butr. in c. dilectus, col. pen.
ver. quæro a ver. q. 11. de offic. delegat. habeat locum in
magnis Dominis, vt præfumatur potius patronatus eo-
rum ex vfurpatione, quã ex dotatione feu fundatione,
& quòd Rota cõfueuit femper dicere, & limitare, quod
dicit Caffador. decif. 4. de probat. & in decif. fin. de iure-
patron. & quod præfumitur patronatus ex fundatione,
& dotatione.

FABII.

De conceff. præben. Oxonien parochial.

SVMMARIVM.

1 ***Acceptans beneficium vigore expectatiua quòd non pote-
rat acceptare, gratiã confumit fi ftatim quod fciuit, fuit
in mora.***

DECISIO VI.

IN vna Oxonen. parochialis de caucezo corã Domi-
no Fabio, fuit dictum, quòd confilium Romani 320.
feruabatur in Rota, videlicet, quòd quotiefcunque
1 quis † acceprat beneficium vigore expectatiuæ, quod
non poterat acceptare, gratiam confumit, fi ftatim,
quod fciuit, fuit in mora dimittendo. Vnde non de-
bet expectare fentẽtiam, fi ante fciuit, & refignam poft
fententias tres conformes, debet ftatim dimittere pof-
feffionem: aliàs fi inftat adhuc, confumitur gratia, nec
incumbit onus probandi aduerfario, fed acceptanti, qui
ftatim dimifit poffeffionem, ex quo conftat, etiam femel
poffediffe.

PVTEI.

De præfumptionibus in Toletana decimarum.

SVMMARIA.

1 ***Gratia conceffa a Sanctiffimo, Regi Hifpaniarum motu pro-
prio, quamuis non conftet eam acceptatam, ratione ta-
men expẽfarum in expeditione factarum acceptata præ-
fumitur.***
2 ***Impenfa in expediendis litteris facta, an præfumere fa-
ciant præceffiffe mandatum ex doctrina Sarnen. licet à-
lia concurrant.***
3 ***Diftinctio quæ fit inter magnas, & medicas expenfas ex
doctr. eiufdem Sarn. contra communem feruatur a Rota.***

DECISIO VII.

IN vna Toletan. decimarum pro Duce de Alua corã
1 Puteo fuit refolutum, quòd † licet non conftaret Re
gem Hifpaniarum acceptaffe gratiam fibi a Papa motu
proprio factam, tamen attento vfu patrisfamilias præ-
fumitur maximè propter impenfam factam in expedi-
tione gratiæ, quæ licet effet expedita gratis, tamen non
erat immodica, quod non præfumeretur facta de man-
dato, vt in lege cum feruus. ff. de verb. obliga. Vnde licet
2 aliqui † dicant, quòd ex impenfa non præfumitur man-
datum, fi alia non concurrant, tamẽ fuit dictum, quod
illam opinio, quam atteftabatur Sarn. in reg. de annali.
3 q. 32. Quod † diftinguebatur inter modicam, & magnã
impenfam, feruabat Rota, licet communis opinio fit in
contrarium, in c. illud, quòd ex impenfa facta circa cita
tionem, quæ modica eft, nõ præfumatur citatio facta de
fcientia, & mandato principalis, quam opinionem te-
nuit Lap. dec. 4. in 5. dub. Tamen his non obftantibus
fuit pronunciatum, quod effet danda remifforia ad pro-
bandum, quod Rex nõ fuerit vfus hac gratia: nam hæc
dicebantur ad faciendam gratiam fubreptitiam.

FABII.

De iudicijs, & terminis Cæfaraugust. paroch.

SVMMARIVM.

1 ***Commiffio fi fiat iudici, vel auditori, vt in cauffa ventila-
tione, vel decifione procedat fine aliqua terminorum ob-
feruatione, id ita intelligendum eft, vt tamen termini
fubftantiales obferuentur.***

DECISIO VIII.

IN vna Cæfaraugust. paroch. de Confueg. fuit dictũ,
1 q † licet commiffio detur, quòd auditor procedat fi-
ne aliqua terminorum obferuatione, tamen termini fub
ftantiales funt feruandi, quia virtute illius commiffio-

nis Iudex potest abbreuiare, vt in decis. 53. in nou. & 47.
in antiq. in Authen. non autem in totum admittere licet
Cassad. decis. 2. de iudic. dicat, quòd si commutatur ter-
minus dicendo contra producta, tamen sustinetur sen-
tentia, si, quando iura fuerunt producta, fuit citatus ad
dicendum contra: tamen secus est in caussa huiusmodi,
vbi nonnulli termini erant in totum omissi,

FABII.

De restit. spoliat. in causa Bononien.

SVMMARIA.

1 *Petitorium ante causa conclusionem, aliquando suspenditur, & potest fieri eo suspenso ad possessorium regressus.*

2 *Petitorium quando de bono iure spoliantis constiterit, an suspendi possit.*

3 *Constare de iure partium non dicitur, nisi in causa sit conclusum, aut probationibus adductis renunciatum.*

DECISIO IX.

IN vna Bonon. Castro Liuiani D. Fabio proponente
fuit resolutum, quòd licet pars, quæ prætendebat se
1 spoliatam, passa fuerit petitorium, † imò in actis dedit
commissionem, quod super vtroque procedatur, tamen
opponebat, quod super spolio deberet procedi: quia po-
test quandocumque ante conclusionem in causa suspen
di petitorium, c. pastoralis, de causa poss. & propr. & sæ-
pius potest suspenso petitorio reuerti ad possessorium.
Rota 282. quam etiam sententiam profanam allegat Go-
zad. cons. 10. col. 4. ver. octauo dato. est text. cum gl. in c.
significauerunt. de test. Et licet in contrarium allegare-
tur tex. in c. 1. vbi Abb. in verb. quod si per testes, de re-
stit. spolia. & Alex. in c. nihil commune, col. 17. ver. 14.
fallit tamen aliquando. Fuit dictum, quòd esset ad pro-
2 positum, quia loquitur, † quando ita fuit processum in
petitorio, quòd de bono iure spoliantis constet, & tunc
3 non suspenditur petitorium † sed non dicitur vmquam
constare, nisi fuerit conclusum in causa, vel renuncia-
tum probationibus, gl. in d. c. significarunt.

IOANNIS PAVLI.

De præbend. & rescript. Abulensis beneficij.

SVMMARIA.

1 *Clausula ex cuiuscumque persona in nouis prouisionibus quando dicatur vacare.*

2 *Ordinario loci habente indultum de conferendo, Apostolica prouisio an cesset.*

3 *Episcopus qui infra semestre nouam prouisionem non impetrauit ratione collationis beneficiorum, an ex hoc præiudicium aliquod generetur.*

DECISIO X.

IN vna Abulen. beneficij de Viglarear coram D. Ioan.
1 Paulo fuit cõclusum, quòd † si clausula ex cuiuscũq;
persona vacet, quæ solet apponi in nouis prouisionibus
capit beneficium, etiam si non vacet ex persona eius, ex
quo narratur vacare, etiam si non vacaret tempore, quo
prima prouisio fuit facta, prout erat in casu illo, in quo
impetrauerat a Papa per obitum accolyti, per cuius obi
tum fuerat prouisum alteri ab Episcopo habente indul-
2 tum. Vnde † stante indulto, quòd prouisio Apostolica
non valet, & prouisus à Papa impetrauit nouam proui-
3 sionem tempore, quo prouisus ab † Episcopo, qui infra
sex menses non impetrauit nouam prouisionem, amise-
rat beneficium, quod tunc temporis vacabat ex persona
eius, cui ab Episcopo fuerat prouisum. Nam fuit dictũ,
quòd licet non vacaret ex persona ipsius tempore præ-
dictæ prouisionis, tamen ex quo Papæ omnia narrata e-
rant, & sic gratia non poterat dici subreptitia, & noua
prouisio per illam clausulam capiebat beneficium, quia
clausula loquitur per verba præsentis temporis ex quã-
cumq; persona vacat de præsenti. Vnde sufficit, licet tẽ-
pore primæ prouisionis non esset talis vacatio, quia ta-
mẽ fuit dubitatum, vtrum ex tali vacatione collatio de
nouo spectaret ad Episcopum vigore indulti, propterea
fuit mandatum iterum informari supra hoc dubio.

PAVLI.

Præben. parochial. de torrente.

SVMMARIVM.

1 *Gratia si pura extiterit sub aliqua conditione non venit resoluenda.*

DECISIO XI.

IN vna parochiali de torrente eodem proponente fuit
1 resolutum † beneficia Protonotariorum Apostolico-
rum, etiam antequam assumerent insignia protonota-
riatus, non obstare, quando in gratia, quod antequam
insignia reciperent, nec prius iuramentum fidelitatis su-
sciperet, quia Papæ hoc non est notum, cum gratia sit
pura, nec est resoluenda sub conditione, & per aduoca-
tum dicebatur iuxta l. 2. ff. de adiectio. Nam illud tan-
tum opponitur, quantum ad præstationem insignium,
& quod antequam exerceret, debebat præstare iuramen
tum, non est pura, & statim efficitur protonotarius A-
postolicus.

FABII.

Vt lite penden. Cæsarens. parochialis.

SVMMARIA.

1 *Beneficium litigiosum an dicatur, si commissio fiat causa cum decreto citationis, non executione aliqua secuta.*

2 *Falsa demonstratio in qua vnum pro alio demonstratur vtrum noceat demonstranti.*

3 *Cõmissio per citationis decretum impetrata ab aliquo, præsupponit ob id in facto pacificam possessionem.*

DECISIO XII.

IN vna Cæsarens. parochialis de Cotiana fuit dictum,
1 quod licet † ex commissione causæ cum decreto cita-
tionis non executæ beneficium dicatur litigiosum quan
tum ad obtinendum, deci. 12. vt lit. penden. in nou. aliàs
23. & in antiq. 4. vt lite pend. alias 426. Cassad. decis. 6.
super reg. in primo, tamen in casu huiusmodi, vbi per
errorem erat nominatus vnus ex commissione & cita-
tione tanquam intrusus, & non erat, & constabat, quòd
noluit committere cõtra illum, sed contra alium, quem
citari fecit, & cõtra illum prosecutus fuit, quòd propter
illã commissionem, & decretum citationis beneficium
non dicebatur litigiosum. Et maximè hic, de quo con-
stabat, quia citatio erat decreta ad partes, & nominatus
in commissione, & citatus erat præsens in Curia: ex quo
perpendebatur manifestè error, quia demonstrauerat
2 vnum pro alio. Vnde † falsa demonstratio non debebat
nocere, l. falsa demonstratio, de condit. & demonstrat.
3 Dicebatur tamen † quòd ille, qui talem commissionem
per citationis decretum impetrauerat, non esset posses-
sor pacificus.

SANCTÆCRVCII.

De except. de simonia Toletanæ Parochial.

SVMMARIVM.

1 *Notarius de instrumento simoniaco rogatus, non potest opponere contra simoniam vigore illius instrumenti, nec cogitur turpitudinis propriæ esse detector.*

DECISIO XIII.

IN vna Tolet. parochialis del Pratetta proponente D.
1 Brospero fuit resolutum, quod † notarius, qui fuerat
rogatus de instrumento simoniaco, non opponere pote-
rat contra simoniam vigore illius instrumenti, & face-
re, quod priuaretur suo beneficio, & notarius illud ha-
bet, ex quo ipse notarius detegebat turpitudinem suã,
nec poterat se hoc instrumento iuuare, & quod hoc ca-
su habebat locum text. cum ibi not. in c. litteris, de tran-
sact. licet loquatur in mediatore, tamẽ ideo habet etiam
locum in notario.

FABII.

De regula de annal. & allegatione Lapi
Salaman. portionis.

SVMMARIA.

1 *Successor possidentis pacifice per octennium, an possit iuuari regula de triennali ex allegatione Lapi.*

Possess-

2 *Possessio adepta ab aliquo quæ vitiosa est, cum suo semper vitio transitum facit ad quemcumque peruenire contigerit.*
3 *Contrarium decidit Sarn. in 14. q. in regula de triennali.*
4 *Resignationis medio, an omnis possessio amittatur.*
5 *Animum acquirendi non habenti nulla fit inuito acquisitio.*

DECISIO XIV.

IN vna Salamant. portion. coram D. Fabio, in qua Didacus resignauerat portionem in Petrum, & post resignationem ante apprehensionē possessionis per prædictum Didacum erat spoliatus a Thoma, & commissa caussa per Didacum contra Thomam super spolio, ad quam pro interesse admissus fuerat quidam Beltrandus, & decreto mandato exequutiuo in fauorem Didaci contra Thomam, quod præsupponebat malè esse decretum ex pluribus, & ideò cū vigore illius Didacus resignans cepisset possessionem, quæ præsupposita fuit vitiosa, & attentata, & Petrus postea vigore suæ resignatio
1 nis cepisset possessionem a Capitulo, fuit dubitatum, † *vtrum successor Petri, cum Petrus possidebat per octo annos, absque controuersia, posset se iuuare regula de triennali, & allegatione Lapi.* Et fuit multum dubitatum, & sæpissimè informatum per excellentissimos Aduocatos.
2 Ratio dubitandi, quia † cum possessio capta per Didacum esset vitiosa, ad quemcūque transit cum suo vitio, c. ex parte, de restit. sequitur Franc. in c. bonæ, in versic.
3 tertia conclusio, cum multis alijs alleg. In † contrarium tamen allegabatur, quod dixit Sarn. in q. 14. in regul. de triennali, quia loquitur in fortioribus terminis, quod dictum, licet per alios esset dictum esse falsum, & non verum, tamen fuit dictum, successorem Petri iuuari regula, & allegatione Lapi, quia Petrus numquā fuit in lite, nec accepit possessionem ab aliquo ex colligātibus, sed ex se, vigore sui primi tituli. Ideo non potest dici attentasse, nescimus ille, qui possessionem vacātem, vel ab eo, qui non erat in lite, accepit, vt sunt multæ decisiones nostræ clarissimè hoc dicentes, quæ colligebantur. Præsupponebatur enim in hac caussa, quòd ex quo Didacus re-
4 signando amiserit omnem possessionem, † & postmodum fuerit spoliatus solam detentionem amittendo, nō
6 fuit acquisita Didaco; qui † non habuit animum acquirendi, cum ageret contra Thomam solum ad effectum recuperandi, vt Petrus posset apprehēdere, prout apprehēdit post octo, vel decem dies. Et articulata in contrarium dicebatur, quod concludebāt, & Thomam, & Beltrandum, & etiam Didacum, qui fuerunt in lite nec fuerogari ad prosecutionem super possessione non posse, nec contra Petrum, nec contra successorē... & venientē pro iure Petri. Fuit etiam per aliquos multum ponderatum, quod Petrus, antequam esset lis, habebat titulū in beneficio, quia resignationem acceptauerat, tamen per maiorem partem fuit dictum, quod istud non erat considerabile ex omnibus multum reclamāte Decano, qui tamen acquieuit.

THOMÆ.

De præben. & vnio. Vrbeuet. Forosempronien.

SVMMARIA.

2 *Vnio in caussa beneficiali diuersarum Diœcesiū quomodo fieri debeat, & quomodo sine præiudicio aliqua suum sortiatur effectum.*
2 *Et quid in vnione transfusiua hoc casu statuendum.*
3 *Verbum videtur dicitur esse dubitatiuum.*

DECISIO XV.

IN vna Vrbeuetan. Forosempronien. Vnion. D. Thoma proponente fuit conclusum, quod quando vniūtur duo beneficia in diuersis Diœcesibus consistentia;
1 & † vniuntur aliter, quòd vnum accedit alteri, & illud, cui fieret vnio, est principale, quod vocante isto beneficio, vnio intelligatur fieri sine præiudicio Diœces. capit. primo, de relig. dom. tamē cum beneficium vnitum eo ipso dicitur fieri, quo ad hoc ipsum duorum: ideò in conferendo beneficio consensus illius non expostulatur, vt concludunt Dec. Ioan. Andr. Aegid. & Lamber.
2 in d. c. 2. clarius alijs Zabarel. ibi † hoc expressè volens, quando vnio est trāsfusiua, vt in casu isto, & Caccialup. in tract. suo 8. art. princ. vers. 16. 420 in contrarium solū allegabat Pet. de Perus. in tract. de vnio. Ecc. 10. cap. 16. Fuit dictum, quod poterat saluari in vnione non transfusiua, prout concludit Zab. in d. c. licet Aeg. dicere videatur contrarium, aliàs male loquatur, & nihil allegabat, & deinde loquitur dubitatiuè, per verbum, videre.

FABII.

De re iud. & melioramen. in caus. Parmēsi. Vallium.

SVMMARIA.

1 *Sententia executio vtrum fieri debeat, sine possessione adipiscenda post datam de refundendis melioramentis cautionem, vel satisfactionem.*
2 *Possessio danda est ex opinione Ruini melioramentis effectualiter solutis.*
3 *Pars quæ melioramenta fecit, si ea liquidare sit parata auditur.*

DECISIO XVI.

IN vna Parmen. Vallium, inter illust. D. Corrigia, &
1 Comitem de Salta fuit dubitatum, † *vtrum deberet dari executio sententiæ, quo ad possessionem Vallium præstita cautione de soluendis melioramentis, cum essent liquida?* Et fuit dictum per maiorem partem, quod executio esset facienda, per not. per Doc. in leg. 4. §. prætor. ff. de re iud. quibusdam tamen contradicentibus per id quod dicit dec. Neap. in nou. ag. Quæ fuit opinio Compil. quam
2 opinionem etiam tenuit Ruin. cons. 34. vol. 1. † qui voluit, quod ex quo datur retentio pro melioramentis, nō sit danda possessio, nisi illis effectualiter solutis, qui tamen in caussa ista de melioramentis constabat, & eorū quantitas, & qualitas probata erat, licet non plene, vo-
3 luerunt Domini, quòd si † Comes de Sala, qui fecerat melioramēta, esset paratus ea liquidare, quod audiretur nec exequeretur præstita cautione, prout petebat Corrigen. Et in sequenti audientia fuit iterum firmata ista decisio, postquā fuit resolutum melioramentorum quantitatem non probari.

THOMÆ ZANI.

Procur. in Palentin. Canon. & præben.

SVMMARIA.

1 *Cessio vbi facta fuerit a parte, mandati ad litigandum dati sit reuocatio in caussa beneficiali.*
2 *Resignans vbi detentator remansit, & de interesse adhuc caussa prætendit, non videtur procuratorem reuocasse: vnde sententia lata, & citatio facta subsistere possunt.*

DECISIO XVII.

IN vna Palent. Canonicatus, & præben. corā D. Tho.
1 de Zanis, fuit dictum, quod etiam † si percussionem reuocatur mādatum ad litigandum super beneficio datur per mortem. Rot. decis. 18. de proc. Sarn. in regu. de annal. 61. in princ. tamen ex quo post litem morā cessit sententia lata contra ipsum procuratorem, poterit sustineri, quo ad expensas, & fructus, maximè in caussa ista, in qua ipse in cessione reseruauerat sibi fructus, & in fa-
2 cto dicebatur, † resignantem temāsisse detentatorē. Vnde & pp detentationē, & propter interesse, quod adhuc prætēdebat, procurator, qui prosecutus erat litē, nō erat reuocatus. Ideo sentētia, & citatio lata poterit sustineri.

PVTEI.

Vt lit. pend. Hispalen. dimidiæ portionis.

SVMMARIVM.

1 *Commissio ante litterarum expeditionem non facit beneficium litigiosum respectu illius, contra quem committitur.*

DECISIO XVIII.

IN vna Hispal. dimidiæ portionis corā D. Puteo fuit
1 dictum, quòd licet † commissio litteris non expeditis,

non

non faciat beneficium litigiosum quo ad illum, contra quem committitur, tamen contra committentem, & in odium illius beneficium efficitur litigiosum, additur decis. Cassad. super reg. & Gomez. in tract. vtriusque signaturæ, fol. 34. nu. 64. Et ita nemine discrepante fuit dictũ.

MOHEDANI.

De caus. poss. de re iudic. & de Aegidiana in caus. Vrbeuet. spolij.

SVMMARIA.

1 *Aegidiana constitutio in omni possessorio vetat fieri appellationem.*
2 *Limitatur nisi notoriè sententia lata fuerit iniqua.*
3 *Reus si habuerit in fauorem sententiam, & sequatur reuocatoria ex parte actoris, nulla fit sequestratio.*
4 *Temporum diuersitas parit & diuersitatem decisionum.*
5 *Statutum loquens de appellatione, locum habet in ordinatorijs, non decisorijs.*
6 *Aegidiana constitutio, an in interlocutoria, vel diffinitiua sententia habeat locum.*
7 *Et quid si daretur aliquod remedium reparabilis praeiudicij.*
8 *Extensio inusitata per decretum Principis vim perfectam adipiscitur, ita vt pro vsitata iampridem omninò habeatur.*

DECISIO XIX.

IN vna Vrbeuet. & Perusin. spolij castrorum, proponente D. Mohedano, dum dubitaretur, quia ante receptionem Aegidianæ erat lata sententia in fauorẽ rei, a quo fuerat appellatum, & factæ probationes, ex quibus constabat, quòd sententia lata erat iniqua: deinde hic Romæ, & in toto dominio Ecclesiastico erat rece-
1 pta † Aegidiana prohibens appellationem in quolibet possessorio, & fuerat postea sententia lata, pro actore fuit dictum, quòd licet non posset peti primam sententiam exequutioni demandari, hoc est, vt dixi, quod nõ
2 licet appellare, † quia tamen de illius iniquitate constabat, & propterea ex textu illiusmet Aegidianæ poterat appellare, tamen eius erat dubium, *an a secunda liceret*
3 *appellare?* Et ratio dubitationis erat, quia † sicut lata vna sententia pro reo, si deinde feratur sententia reuocatoria pro actore, non ponitur sequestrum, Clemen. 1. cum ibi not. per Doct. de sequestr. possessionis, & fructuum, & Ioan. Andr. qui rationem assignat in addit. ad Spec. de transact. in tit. de sequestr. possess. in add. magna. ver. sed propter Clementinam prædictam. Item quia licet Aegidiana diceret, quòd dispositio illa traheretur etiam ad negocia pendentia, tamen non intelligebatur ad pẽdentia per appellationem, in auth. vt cum de appellat. cogn. in princ. Tamen pars dominorum firmauit contrarium, quod non liceret appellare propter Aegidianam, quæ prohibet in quolibet possessorio appellationem. Nec obstat simile de sequestr. quia diuersitas tem-
4 porum caussat diuersam dec. Nam tempore, quo fuit lata 1. sententia, non vigebat Aegidiana. ideo licuit appellare, & appellatum est tempore, quo vigebàt. ideo lex seruari debet etiam in sequestro ratione ... quia in sequestro ab vtraque sententia appellatur. Vnde nullã habet hanc præsumptionem. ideo sequestrum non opponitur, sed in casu, ex quo a sententia secundà non est licitum appellare, resultat præsumptio, quæ ex re iudicata nascitur. Quæ ratio mihi non videbatur bona, quia hoc erat, de quo principaliter dubitabatur, *vtrum liceret appellare.* Quod si diceremus, quod si quæramus in pari ratione cum sequestro: ad secundam rationem respondebatur, quod prætendebat in decisorijs: secus in ordinarijs, prout est appellatio, & statutum loquens de
5 appellatione respicit ordinatoria, vt per Alex. in l. 1. col. fi. de leg. 2 per Fel. in c. fin. de constit. col. 5. Et licet repli
6 caretur, † quòd prædicta inquirerentur, quando appellaretur ab interloquutoria, secus si a diffinitiua, vt declarat Dec. in c. Eccl. S. Mariæ, de const. col. 18. vers. ex prædicta conclusione, tamẽ respõdebatur, ꝙ idẽ Dec. ibidẽ loquebatur, & volebat prædicta locum habere in interlo-
7 locutoria, † quoniam remedium erat irreparabile. Vnde etiam in diffinitiua si remedium erat reparabile, prout in possessorio, ꝙ est reparabile in petitorio, videbatur prædicta habere locum. Et licet ego dicerem, quòd præiudicium esset irreparabile, in hoc iudicio, tamen fuit dictum, quòd posset reparari in petitorio via ordinaria. Respondebatur etiam alio modo, ex not. per Fel. in loco præal. in 3. limit. qui dicit, prædicta procedere in cõstitutione noua: secus si non esset omnino noua, prout ista, quæ fuit multo ante in Marchia, tamẽ postea fuerat recepta, & extensa ad omne dominium Ecclesiasti-
8 cum, & ante primam sententiam, † sed in illa extensione vsu recepta noua fuerat. Paulus Tertius voluit recipi, & sic recepta fuit, tamen hæc non placuit, nisi D. Fabio dicenti vni alio, videlicet D. Thomæ, quia omnino erat noua constitutio hic Romæ, ex quo per prius recepta nõ fuerat, & sic ex multis varietatibus processit hæc decis. adeo quòd dubitauit proponens, numquid deberet illam pro re soluta dare. Et Domini dixerunt quod sic, attentis quibusdam in facto.

FABII PROSPERI.

De præben. & de dispen. Maioticen. Prioratus.

SVMMARIA.

1 *Prorogatio in regressibus Cardinalium circa minoris valoris beneficium, quam ducentorum ducatorum Concilij Lateran. an requiratur.*
2 *Et quomodo id sit intelligendum, an præteritorum, an verò futurorum ratione.*
3 *Quod tempus Illust. Card a Concil. Lateran. sit statutum in huiusmodi regressibus de futuro.*

DECISIO XX.

IN caussa Maioricen. Prioratus proponente D. Fabio
1 Prospero, † *an in regressibus Cardinaliũ circa minoris valoris beneficia, quam ducentorum ducator. requireretur derogatio Concilij Lateran.* Fuit dictum, quòd omnino
2 hoc dubio videretur de origene regressus. Tamen † fuit dictum, quòd Concilium præseruans regressus, si quos habebant, intelligebatur de præteritis, & non de futuris, non obstante doctr. Bar. in l. si debitori, de contrah. empt. quia de mente consilij apparebat. Fuit etiam dictum, quòd Concilium nedum prohibet commẽd. Car-
3 dinalium, ne possent reseruare, † sed etiam eos inhabilitabat ad beneficia statim dimittenda. Quod patet ex verbis Concilij, faciens illos habiles ad beneficia familiarium, cum hoc, quod infra sex menses dimittantur. Per duos tamen fuit caussa votata, aliàs nihil dicendũ. ex quo caussa per aliud dubium erat terminanda.

ANTONII AVGVSTINI.

Concess. præb. Cordub. pensio.

SVMMARIA.

1 *Papa concedens alicui ordinario collationem in mensibus alternatiuis, an videatur sibi in reliquis collationem beneficiorum reseruasse.*
2 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*
3 *In huiusmodi concessione si addatur dictio clausularis, liberè conferre, quid operetur.*
4 *Expectatiuis alicui ordinario in sua Diœcesi concessis, vtrum indulto de alternatiuis habitis in reliquis mensibus beneficiorum collationem facere possit.*
5 *Reseruationem per summum Pontificem concessa in alternatiuis collatione cuidam Episcopo sibi retinuisse, ex coniectura ata mente eiusdem Pontificis præsumitur.*
6 *Regula quattuor mensium quos pariat effectus.*

DECISIO XXI.

IN vna Cordub. pensio. proponente D. Anton. Aug.
1 fuit resolutum, & conclusum, quod † licet Papa, qui concesserat: Episcopo Corduben. quod posset liberè conferre in Februar. Aprili, & sic in 6. alternatiuis mensibus, non reseruasset sibi collationem in alijs sex mensi-

mensibus quæ reseruatio debet præsumi, & propterea
2 tamquam † casus omissus debebat remanere in disposi-
tione iuris communis, adeo, quòd in alijs sex mensibus
debebat etiam ex facultate ordinaria a iure communi
3 sibi concessa posse conferre: eo maximè, † quia Papa
concedendo, quòd libere posset conferre in illis sex mẽ-
sibus, nihil dabat de nouo, sed solum remouebat obsta-
cula, prout de indultis Cardinalibus concessis dicit Cas-
sador. decis. 5. de priuileg. pro quo allegabatur, quod di
cit Staphil. in tract. de litteris gratiæ, vel iustitiæ, pag. 1.
4 & 5. prope fi. loquens de exspectatiuis, vbi dixit, † quòd
concessis expectatiuis in aliqua Diœcesi... Poterat Or-
dinarius habens alternatiuam, conferre etiam in alijs
mensibus iure ordinario. Tamen Domini omnes exce-
pto Fabio, & Mohedano, qui non dixerunt contrarium
5 ex † mente coniecturata Pontificis concedentis alterna-
tiuam, quia illam concesserat sub hac præfatione, quod
dandam reseruauerat sibi collationem in octo mẽsibus,
quòd concedendo in sex alternatiuis episcopum posse
conferre, reseruauerat sibi alios sex menses, qui nõ ma-
nebant reseruati per regulam octo mensium, de qua in
præfatione fecerat mẽtionem. Præsupponebatur, quod
in casu isto, tempore quo vacabat beneficiũ, esset regu-
la octo mensium. Quo non stante, adhuc dubitabatur,
quia beneficiũ hoc vacauerat de mẽse Martij, qui nõ est
de octo mensib. tñ dixerunt contrarium, propter tacitã
mentem Pontificis, quia dando sex, videbatur alios sibi
reseruasse eo maxime, quia ĩ alternatiua huic Episcopo
concessa dicebatur, ita tamen quod facultate per nos
concessa prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, in certis
tunc expressis mensibus per constitutionem nostrã non
vtaris. Quod intelligebatur de quattuor mensibus Ordi
narijs reseruatis tempore expectatiuarum. Vnde sicut
dando illi collationem in 6. alternatiuis mẽsibus Ordi-
6 narijs reseruatis, † voluit, quòd vteretur facultate sibi
concessa per regulam quatuor mensium, eodem mo-
do: nec in alijs mensibus vltra illos sex propter regulam
reseruatoriam octo mensium, ex quibus ego colligebã
responsionem, ad not. per Staphil. reuocata regula o-
cto mensium, poterat Ordinarius habens alternatiuã
conferre etiam de iure communi, quando non est inter
expectantes, vel essent qui litteras expedissent. Vnde
non repetitur sententia facta expresè per Papam in
alijs sex, nec tacitè, non existente alia regula reserua-
toria. Eridem dicerem reuocatis expectatiuis, ante-
quam fieret regula octo mensium, quia poterit Ordina-
rius libere conferre in sex alternatiuis, in alijs autem
idem licet non libere, quia beneficia tantum non re-
seruata conferat.

PROSPERI.

De success. ab intest. & de testam. Bonon. adoptionis.

SVMMARIVM.

1 *Pater adoptiuus extraneus non habens filium in potestate, non succedit filio in hareditate.*

DECISIO XXII.

IN vna Bononien. adoptionis proponente D. Prospe-
1 ro, fuit conclusum, † quod pater adoptiuus extra-
neus, qui non habet filium adoptiuum in potestate,
non succedebat filio ab intestato, per leg. comm. ado-
ptionum, & §. sed hodie, Instit. de adopt. necnon in §.
admonendi, Instit. de hær. quæ ab intestat. deferuntur
in quibus taxatent, dicit tex. tantummodo in hoc pro-
desse filio, vt etiam ab intestato succedat patri, & è con-
uerso: secus est cum in correlatiuis hic operatur, cum in
his terminis secus sit. Si enim poneremus patrem natu-
ralem viuere, quod non erat in casu nostro, vtique si-
ne dubio pater adoptiuus filio non succedit, sed pater
naturalis, vt non filius patri adoptiuo succedat, vt no-
tissimum est.

FABII.

De procur. Salamant. portionis.

SVMMARIVM.

1 *Speciale mandatum an requiratur ad hoc, vt procurator appellantis per extraiudicialem appellationem possit negocium deuoluere.*

DECISIO XXIII.

IN vna Salaman. portio. coram Fabio fuit cõclusum,
quòd licet Clementina caussam, de elect. velit, quod
1 ad † hoc, vt procurator appellantis possit per extraiudi-
cialem appellationem deuoluere negocium, requiratur
speciale mandatum, tamen in caussa, in qua erat datum
mandatum ad acceptandum beneficia vigore expecta-
tiuæ, in Diœc. Salaman. vacantia, & pro illis appellan-
dum a quocumque grauamine, tam in lato, quàm infe-
rendo, quod istud erat speciale mandatũ, licet non erat
indiuiduum ad appellandum, in caussa Salaman. por-
tionis; pro informationibus.

FABII.

Appellation. in eadem caussa Salamant.

SVMMARIA.

1 *Ad deuolutionem caussarum in beneficialibus, vt appellationis intimatio requiritur, ita etiam procuratorij, quæ pars dicitur appellationis.*
2 *Et quomodo hæc sint intelligenda, quibus ve in caussis procedant, & an parte præsente vel absente.*
3 *Appellatio si interponatur præsente procuratore, non requiritur intimatio appellationis.*
3 *Insertum quamuis non probet plenè, inducit tamen præsumptionem probatoriam, & semiplenam etiam aliquando probationem inducit.*
5 *Procurator is præsumitur, penes quem iura principalia reperiuntur.*
6 *Intimatione non facta, caussa in præiudicium appellantis deuoluitur, appellati tamen consensu.*

DECISIO XXIV.

1 IN eadem caussa fuit dictum, quòd licet ad † deuol-
uendũ, requiratur intimatio appellationis, ita etiã re
quiritur intimatio procuratorij, quæ dicitur esse pars ap
pellationis, Aegid. 58. in princip. facit dubi. 35. casu 20.
Fel. in c. cũ contingat, 76. in 7. conc. de rescr. Ego solũ di
2 cebam contrariũ, † quia prædicta procedũt & loquun-
tur in terminis Clementinæ, caussam, de elect. quæ lo-
3 quitur in appellatione interposita parte absente, † in ca-
su autẽ huius quæstionis, præsupponebatur appellatio-
nem interpositã esse præsente procuratore, appellante,
quo casu non requiritur intimatio appellationis. Cardi-
nalis, in d. Clem. q. 14. In pari ratione non requiritur in-
timatio procuratori, quia parti, quæ erat præsens, debet
imputari, si non petit, argumento not. per Ias. post alios
quos allegat, in l. si vnquam. rescrip. col. 1. C. de precib.
Imper. offer. Vnde in casu isto dicebant sufficere, quan-
documque appareat illum, qui appellauit, esse vltimum
procuratorem, prout præsupponebatur in casu isto, &
post triginta dies mandatum originale fuisse productũ.
Et licet per instrumentum constaret de mandato procu
ratoris appellantis, tamen dicebant omnes Domini
4 non sufficere, cum † insertum non probet, in quo adhuc
dicebatur contrarium, quia sicut dicit Card. in d. Clem.
caussam, in 26. q. quod nõ requiritur in casu huius Cle-
mentinæ probatio concludens, sed sufficit præsumptiua,
ita debebat sufficere, si de mandato præsumptiue cõsta-
ret. Vnde non videbatur esse dubium insertum induce
re præsumptionem, cum secundum multos, in dicta Au
thentica, si quis in aliquo, videat & faciat semiplenam
5 probationem, & non † poterat negari præsumi debere
hunc esse procuratorem, cum haberet iura principalis
in manibus per instrumentum possessionis, ad not. per
Felin de off. deleg. maximè parte nihil dicente. Per præ-
dicta fuit tunc dubitatum, *an saltem quoad appellantem caussa est deuoluta?* Et fuit dictum, quòd non, ad
not. de Bonif. de Vital. in d. Clement. 2. in dict. q. Et licet
vnus ex Dominis acutè diceret contrarium, per eũdem

Vital.

Vital. in 3. parte, & decis. Aegid. 277. & multos alios,
6 qui dicunt, quod † non facta intimatione deuoluitur
caussa in præiudicium appellantis, quia per Dominos
respondebatur, id debere intelligi appellato volente, &
de voluntate non constabat in casu isto, immo potius de
contraria.

FABII.

Priuil. Calaguritan. Canonicat.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiuarum vigore gratiarum an priuilegia scriptorum Apostolicorum dicantur extendi ad acceptionem beneficiorum, tam sæcularium, quàm regularium.*

DECISIO XXV.

IN vna Calagurit. Canonicatus dello Grogno, coram
1 Domino Fabio dubitabatur, *an † priuilegia scriptorum Apostolicorum intelligerentur, quòd vigore gratiarum expectatiuarum possent acceptare vnum beneficium sæculare, vel regulare etiã non reseruatum in mensibus ordinarijs collatoribus concessis.* Nam de reseruatis nullum erat dubiũ, & quantũcumque verba priuilegij satis clara viderentur, vt siue sæculare, siue regulare esset, tamẽ posset acceptare, & sic non esset reseruatum. Tamen placuit Rotæ, quod intelligeretur tantum de regularibus, in c. quodam priuilegio procedente, super quo cadebat dubitatio, quod incipiebat, ipsiq. scriptores fecerãt mentionem de regulari beneficio, & dictum, vt præfertur reseruatum & qualificatum. Vnde clausula, quæ sequebatur, in c. subsequente, incipiente quodq; singuli scriptores, &c. in quo cadebat dubitatio, dicebatur vnum ex sæcularibus non regularibus beneficijs huiusmodi, etiam si vt præfertur reseruatum seu obtẽtum. Et propterea iungẽdo istud c. cum præcedẽti, loquebatur, de regulari tantum reseruato, qualitercumque qualificato. Ita etiam subsequens de illo tantum debeat intelligi. Nam ibi dicebatur, vt præfertur qualificatum, & sic ad præcedentia videbatur habita ratio.

RAVELLENSIS.

De probatione clericatus.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus licet ex communi reputatione non probetur, vbi eiusdem probatio non requiritur, habet tamen contra se præsumptionem.*

DECISIO XXVI.

EAdem die coram D. Rauellen. fuit conclusum, ꝙ
1 licet † aliàs ex communi reputatione non probaretur clericatus, quando probari debet, habet præsumptionem contra se, Bisig. decis. 11. de probat. in antiq. 84. & maximè in illegitimo. Gomez. 58. in regula de concordan. tamen in vna Leodiensi. Decanat. concurrentibus alijs coniecturis, fuit dictum, quod ex communi reputatione probatur clericatus.

PVTEI.

De priuileg. regularium & eorum derogatione, Leodien. custodiæ.

SVMMARIA.

1 *Regularum Cancellaria Apostolica, si derogatio fiat aliqua, ea, vt ad speciem & etiam indiuidua producatur est necesse.*

2 *Vbi de Principis constat voluntate ratione derogationis clausula alicuius, vt in vna, sic & in alia pari modo censetur derogatum, si de ea memoria Principis existat.*

DECISIO XXVII.

IN vna Leodien. Custodiæ coram Puteo, fuit dictum,
1 ꝙ † aliàs licet requiratur specialis derogatio regularum Cancellariæ, imò indiuidua, videlicet talis regulæ, vt per Sam. in 5. q. in proœmio regularum, tamẽ ex quo in derogatoria erat expressa derogatio nonnullarũ clausularũ, & vnius, maximè de eadem materia loquentis. De quo dubitabatur & postmodum dictũ, ex alijs constitutionibus Apostolicis, & quod aliæ etiã clausulę in-
2 telligebantur derogatæ, quia † de voluntate Principis satis videbatur constare, quòd sicut alijs derogauit in specie, ita & huic, si de ea recordatus fuisset, per ea quæ communiter Doctores dicunt: in c. sicut, in prin. de rest. ff. de leg. 3. per Cag. in c. nonnulli, maximè Felin. de rescrip. & maximè, quia in casu isto erat clausula, quorum tenore, iuxta not. per Ant. de But. cons. 2. Aliàs gratia erat facta ad instantiam Margaritæ de Austria dilectissimæ Principis, a qua si derogari petitum fuisset huic regulæ, vtique fuisset concessum, ad Glo. in l. tale pactum, de pact.

FABII.

De appellat. & deuolutione. Salaman. portionis 18. Ianuarij.

SVMMARIA.

1 *Fauore partis appellantis introducta in eiusdem odium nequaquam sunt retorquenda.*

2 *Committens caussam & obtinens decerni citationem, etiam ante caussa prosecutionem respectu sui committentis dicitur pendere, ac beneficium quoad eius præiudicium habetur pro litigioso.*

3 *Caussa aliquando dicitur deuoluta inuito appellato in præiudicium appellantis.*

4 *Forma appellationis non seruata eam penitus reddit nullam.*

DECISIO XXVIII.

IN causa Salamant. portio. dubitatur, *vtrum obseruata forma Clem. caussam, de electio. esset deuoluta, saltem quoad appellantem, etiam quod de voluntate appellati constaret?* Nõnullis dubiũ erat, quòd licet extraiudicialiter appellauerit, & formam non seruauerit, tamen si appellãs volebat prosequi caussam appellationis, & nullo ap-
1 pellãte, quòd poterat, quia clarè apparet, ꝙ illa quę † fauore appellantis erant introducta non debebant in eius odiũ retorqueri, l. quod fauore, de leg. & ibi gl. & Doct. omnes, & dec. 38. in non. cũ multis allegatis. Sed dubiũ erat, appellante nihil dicẽte, cum clausula saltẽ quoad illum esset deuoluta, & dicebam ego, qui eram quintus. ꝙ sic, quia Aegid. dec. 233. dicit simpliciter, ꝙ in præiudicium appellãtis caussa est deuoluta. Et idem not. velle Nicol. in d. clemen. caussam, §. intimatio in Sexto, posse. Et mouebatur secundo ex eo, ꝙ in simili dicitur, ꝙ
2 quando † quis commisit caussam, & obtinuit decerni citationẽ, etiam antequã prosequeretur caussam, quo ad ipsum cõmittentem dicitur pẽdere, & beneficiũ in eius præiudicium dicitur effectum litigiosum. Rot. dec. 6. vt
3 lit. pend. aliàs nu. 75. & 457. in antiq. Eodẽ modo † caussa dicitur deuoluta sine voluntate appellati in præiudicium appellantis. Hanc opinionem tenebat Puteus, addens rationem, quam sumebat ex præallegata decis. 38. in nou. Nam ante dispositionem dictæ Clem. dantis formam, sine dubio caussa fuisset deuoluta, ergo etiã post Clem. quæ non venit ob aliud, nisi vt faueret appellato, cum debeat dici deuoluta, remoto præiudicio Apostolici decreti. D. Prosper dubitabat, & promisit dare votum, postq̃ melius cogitasset. Alij erant in contrariũ, & intelligebant oĩa prædicta interueniẽte volũtate appellati. Et hanc opin. dicebãt tenere Vital. in loco præal. 7. oppos.
4 in 6. memb. suæ distin. Et dicebãt, † non seruata forma appellatio in totũ nulla erat, nec caussa deuoluebatur, nisi appellato volente, cuius fauore Clem. facta erat; vel si Papa voluisset iuxta illud caussam committi, iuxta gl. in d. Clem. Sed iterum mandatum fuit cõmissum informari super isto puncto, & die 28. Ianuarij huius anni fuit conclusum, caussam non esset deuolutã, D. Puteo existente in contrarium, rationibus supradictis, quibus bonum responsum non videtur accommodari.

PROSPERI.

De priuil. parochialis Sanctæ Andreæ.

SVMMARIA.

1 *Facultas per modicum indulti concessa Cardinalibus Legatis ratione derogationis regula de viginti, an per consuetu-*

suetudinem in contrarium decennio obseruatam infringatur.

2 *Et quid si constet de placito Principis, an & huic per consuetudinem contrairi possit, etiam spatio, vel decennij, aut 40. annorum.*

DECISIO XXIX.

IN vna parochiali Sancti Andreæ coram Prospero
1 dicebatur, † quòd licet facultas Cardinalis Cibo, in
qua continebatur, quod legati possent derogari regulæ de viginti, esset limitata & sublata, tamen ex quo
per testes probabatur, quòd tam ipse Legatus Cardin.
Cibo, quam alij Legati post ipsum derogauerant huic
regulæ, quòd illis limitationibus non obstantibus tanquam receptis, imò contra illas obseruatum per decem
annos. Et vltra prouisio de ista parochiali facta cũ derogatione illius regulæ valebat, per not. per Felin. in
2 cap. t. de tregua & pace. † Nam huic prouisioni per
Principem factæ ex scientia & patientia Principis illi
contra sit, & tunc per duos vel tres contrarios actus illi censetur esse derogatum, aliquo tempore, aut ab initio fuit recepta, & tunc ad illi derogandum requiritur,
non obseruato per quadraginta annos, quòd numquàm
fuit recepta & sufficiant decem anni, Felin. in loco præallegato.

FABII.

De rebus Ecclesiæ Bonon. de Papazon.

SVMMARIA.

1 *Cedens iura acquisita in hæreditate, idque sine sollemnitatibus requisitis per Paulinam, vtrum alicuius talis sit cessio momenti, & valoris.*

2 *Prælatus in ijs quæ acquirere potest, in rem suam facere in præiudicium Ecclesiæ potest.*

3 *Hospitale prælato Ecclesiasticæ in quærendis æquiparatur.*

4 *Cedere iura hæreditaria acquisita nemo potest, nisi adita prius hæreditate.*

5 *Momentanea acquisitio iurium non est in consideratione.*

DECISIO XXX.

IN vna Bonon. de Papazonib. coram Domino Fabio
1 limitabatur ex quo † homines hospitalis S. Mariæ
cesserant iura sua, quæ habebant ib ipsa hæreditate, Domino Antonio Maria de Papazonibus, & sine sollemnitatibus requisitis per Paulinam, valeret ista cessio. Et
2 dicebatur quod sic, quia † Prælatus in quærendis potest præiudicare Ecclesiæ, & nolle acquirere . . . vt per
Ias. post alios communiter, in l. legatos, de leg. 1. ita &
3 hospitale, † de quo idem iudicatur, quod de prælato,
vt per Felin. in cap. de quarta, de præscript. Sed replicaretur, quod hospitalarij asserendo acquirebant & adierant hæreditatem, tamquam necessarium antecedens:
4 non † enim potuissent cedere, nisi prius saltem ordine
intellectus intelligerentur adijsse. Articulabatur Ruin.
cons. 170. col. 2. vol. 1. Sed replicabatur, quòd licet cedẽdo viderentur acquirere hospitalarij, tamen ex quo illa
cessio non erat ordinata ad acquirendum & adeundum
5 principaliter, sed potius ad renunciandum, quòd † illa
acquisitio momentanea, quæ fiebat, non erat in consideratione. Et articulabatur ferè in terminis cons. Socin.
53. in 4. vol. Et ita Rota amplexa est illud consiliũ, quod
videtur procedere in terminis proprijs, in quibus loquitur, qñ ex actu, qui fit ad renunciandũ, sequitur acquisitio: secus si fuissent statim duo actus separati, licet
in continenti vnus post alium, puta hospitalarij prius adiuissent hæreditatem, deinde statim etiam in eodem instrumento cessissent, quia forte secus esset, vt latè deducit Goza. cons. 25. licet non istis terminis.

FABII.

Simonia Calagurit. integræ portionis.

SVMMARIA.

1 *Mandatum procuratorium datum de resignando portionem beneficialem reseruato regressu, vtrum simoniacum inducat contractum.*

2 *Et penes quem hoc casu ius beneficij resideat, an apud resignantem, an resignatarium.*

DECISIO XXXI.

IN vna Calagurit. integræ portionis inter Petrum Remires, & Iulianum Ximenes, in qua eadem die, coram eodem notario, & testibus fuerat per vnum datum
1 mandatum † ad resignandum portionem per resignatarium similiter dato mandato ad retrocedendum, reseruato regressu, vt per primum cedentem datum eidẽ
mandatum, videlicet ad consentiendum regressui, &
super indemnitate procuratores erant constituti, fuit dictum propter correspectiuitatem, ad not. per Bart. in l.
pen. §. si vir. ff. soluto matr. per Fel. in c. pacto, col. 1. vers.
secus etiam. Quòd si vnus istas resignationes esse simoniacas & nullas dicat, ex quo in supplicatione, non solum in similibus Rota iudicaret, quia rigor dictat.
Vnde cum super talibus multitudo excusatione digna
videatur, sed mandaui materiam concordari, tamen in
hoc casu videbatur pars resignans fecisse talia, vt elideret vnum regressum reseruatum, & valere vni, qui cesserat hanc portionem in hunc resignantem, propterea
mandauit pronunciari resignationem hanc fuisse simo-
2 niacam, & † ius remansisse penes resignantem, adeò vt
per eius obitum vacauerat portio, & habuerat effectum
primus regressus.

AVGVSTINI.

Pensionis Compostellanæ parochialis.

SVMMARIA.

1 *Mandatum ad seruanda pensione parochialis beneficij translatione, in suum possit sortiri effectum.*

2 *Mandatarius vtrum translationi pensionis consentiens sibi præiudicet.*

DECISIO XXXII.

IN vna Compostel. Parochialis de Aldea noua, corã
Dom. Antonio Augustino, inter Petro de Castiglia, &
Alphõsum de Maragnon. fuit dictum, ꝙ licet Alphon-
1 sus † dedisset mandatum amplissimũ ad consentiendũ
reseruationi pensionis 160. ducat. in fauorem Petri, quę
resignauerat illam parochialem, tamen illud mandatũ
non erat sufficiens ad consentiendum facultati translationis pensionis, prout continebatur in supplicatione,
quia Petrus voluit aliter nec alio modo resignare, cum
illud trãsferre esset minus solitũ & præiudiciale. Et fuit
per vnum ex Dñis consideratum, quòd clausulę mãdati quantumcumque pregnantes, nõ poterant hoc ostendere, quia mandatum erat ad consentiendum reseruationi pensionis in fauorem Petri soluentis eidem Petro
2 donec vixerit. † Vnde consentire translationi pensionis
non poterat, quia hoc esset consentire pensioni in fauorem alterius, quàm Petri, ad quod mãdatum nullo modo ostendebatur, & clausulæ omnes intelligebantur respectu pensionis reseruatæ Petro.

FABII.

Vt lite pendente Gerundensis Camerariæ.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio licet fiat possessionis beneficij per mandatum procuratorium, hoc tamen non obstante, impeditur lis, nec retardatur processus.*

DECISIO XXXIII.

IN una Gerunden. Camerariæ de Satmirano, coram
Dom. Fabio fuit dictum, quòd procurator pendente
lite, si accepit possessionem beneficij, super quo litigaba-
1 tur, si stante eo, habita notitia, † renunciatio illi possessionem, nec illam talem habeo, non propter hoc debet
retardari processus clausulæ: secus si hoc cognito sustinuissem litem super attentatis, & ratificassem possessionem, non propter hoc sumpto negotio principali possit
procedi, nisi postquam cum effectu purgata essent attentata, & instituta, & capta possessio per illum, qui
lite pendente fuerat spoliatus, est decis. in terminis Aegid. 552.

MO-

MOHEDANI.

Vt lite pendente. In eadem caussa.

SVMMARIVM.

1 *Constito ex actis de substantia boni iuris in beneficialibus, attentata non veniunt reuocanda.*

DECISIO XXXIV.

EAdem die coram D. Mohedano fuit dictum, quòd
1 quando † ex actis constat de bono iure, attentata nõ
veniunt reuocãda in beneficialibus, ex decis. Rotę 348.
& 625. in antiq. & 55. in nouis. Et idem etiam in prædi
ctis Bart. in l. 1. §. si is, qui, ff. de nou. oper nunc. & in l. si
duos procuratores, §. idẽ Iulian. de iureiurã. Ias. in l. pro
cur. famos. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. Abb. &
Doctor. in c. cum contingat, de iureiuran.

FABII.

De fide instrumentorum Salaman. portionis.

SVMMARIA.

1 *Liber copistæ memoriæ caussa inuanda conscriptus, in iudicio fidem non facit, cum non sit ad scribendum authenticè & effectualiter deputatus.*

2 *Processus iudiciarius in caussa portionis in partibus habitus, non stante legitima iurisdictione, est penitus nullus, ideoque registrata in eodem processu facere fidem Curiæ nullo modo possunt.*

3 *Inserta si fuerit inhibitio ipsi cõmissioni in partibus facta, an probet, stante eo, quod sententia executorialibus ipsis inserta faciat fidem.*

DECISIO XXXV.

IN caussa Salaman. portionis, coram Domino Fabio
dubitabatur, numquid constaret de quadã commis-
sione, quæ prætendebatur Simonettæ præsentata in caus
sa appellationis extraiudicialis, interposita in partibus,
& originalis commissio erat deperdita, nec reperiebatur
registrata coram Simonetta in hac caussa, quia registrũ
non erat confectum, sed reperiebatur in libro Baccodi
annotata commissio in caussa Salamantinæ portionis,
de anno 1530. inter Beltrandum de Roules & Dida-
cum Flores, inter quos fuerat in partibus litigatum,
distributa Domino Simonettæ. Et dixerunt Domini,
1 librum † Baccodi non facere fidem, quia non erat de-
putatus ad scribendum hoc, sed pro sua memoria li-
brum tenebat. & in potestate vnius Copistæ, qui scribe-
ret super illo libro, apponere distributam esse commis-
sionem: vltra id, quòd ex illo libro non apparebat,
quòd esset commissio appellationis, prout requirebatur
ista commissio, & reponebatur registrata in processu de
partibus, vbi cœperat lis super illa portione in quadam
commissione emanata à Simonetta vigore illius com-
2 missionis: Quod fuit etiam dictum non sufficere, † quia
processus ille de partibus dicitur nullus ex defectu iu-
risdictionis: & ideo registrata in eo non faciebant fi-
dem, tamquam registrata apud acta. Reperiebatur e-
tiam ista commissio registrata apud acta in caussa su-
per ista portione vertente inter Thomam de las casas,
& Didacum prædictum, in caussa inserta, in quadam
inhibitione emanata vigore istius commissionis à Si-
monetta Crescentio agnitore istius caussæ, & stabat in-
strumentorum originale istius inhibitionis, in quo erat
inserta commissio, quod etiam dixerunt non sufficere,
3 quia † inserta non probant, Authen. si quis in aliquo,
cum ibi not. per Doctor. C. de edendis. Quod mihi du-
rum videbatur, quia inserta in executorialibus facit fi-
dem, ad decis. 57. de rescript. aliàs 732. in antiq. tamen
dixerunt istud non procedere in terminis nostris. Vnde
tractabatur de probanda commissione ad effectum fa-
ciendi beneficium litigiosum; quòd est valde otiosum,
vt reperiebatur etiam in Manuali Notarij coram Do-
mino Simonetta, decretum esse citationem, & cum in
singula dicerentur non prodesse, nec omnia simul, &
quòd adunata adiuuabant, quod mihi admodum du-
rum fuit.

MOHEDANI.

De fide instrum. Corduben. præstimonij.

SVMMARIA.

1 *Citationis executio in partibus facta probata instrumento tabellionis habito in præsentia trium testium, quorum duo nomina dare recusarunt, an fidem faciant.*

2 *Limitatur idipsum nu. sequenti in cursore publico non notario intelligendum.*

3 *Auditor Cameræ Apostolicæ iudiciaria in caussa procedens, non præmissa partis citatione, licet declaratoriam det alteri partium, ea penitus est nulla.*

DECISIO XXXVI.

IN vna Corduben. præstimonij coram Domino Mo-
1 hedano fuit dictum, quod † executio citationis factæ
in partibus, de qua notarius faciebat fidem per instru-
mẽtum celebratum coram tribus testibus quorum duo
noluerunt dare nomina sua, non faciat fidem, quia si
præsens voluisset reprobare testes, non potuisset; & licet
diceretur credendum esse celeritati, ad not. per Bal. in
2 rubr. C. de fide instrum. † tamen dicebatur esse verum
in nuncio & cursore ad hoc deputato, cuius officium est
talia facere, non in notario, qui requiritur de illo actu,
vt conficiat instrumentum, propterea debet apponere
testes, & alia requisita, ad glos. in l. generaliter, C. de
tabel. Fel. in cap. 1. col. 3. num. 12. de fide instrum. Et li-
cet acta iudicis faciãt fidem sine testibus descripta à no-
tario, ad cap. quoniam, de probat. contra tamen inti-
mata & post intimationem fuerunt coram And. Came-
ræ seruati quattuor termini substantiales ad dicendum
se patuisse, post quos fuerat data declaratoria ab Audi-
tore Cameræ sine alia citatione. Et fuit dictũ, quòd ta-
lis declararatoria erat nulliter lata, quia licet coram eo-
dem Auditore, qui decreuerat exequutoriales iam inti-
3 matas, potuisset procedi sine alia citatione, tamen † si
Auditor Cameræ volebat in re procedere, erat opus ci-
tatione, vt attestabatur Puteus, tempore suo ita voluis-
se, quòd obseruaretur, postquam agnouit talem decla-
rationem esse nullam.

FABII.

De re iudicata, Romana spolij.

SVMMARIA.

1 *Sententiæ duæ conformiter latæ vim obtinent rei iudicatæ, nec tertia ob id requiritur, nec impedimentum aliquod Aegidiana constitutio producere potest.*

2 *Vigore Aegidianæ constitutionis, vtrum de possessorio fieri possit appellatio.*

3 *Casus in quo sententia per appellationem non suspendatur.*

4 *Appellatione remota, aut non permissa, sententiæ etiam iniquæ transeunt in rem iudicatam.*

DECISIO XXXVII.

1 IN caussa Romana spolij † erant latæ duæ sententiæ
conformes, & cum instaretur pro sentẽtia tertia, fuit
dictum illas sententias facere rem iudicatam: tamen ex
statutis Vrbis, super quib. nihil fuit ex altera parte infor
matum, quia dicebatur iam aliàs fuisse resolutum, statu
ta Vrbis non habere locum inter istas personas, proptet-
rea super statutis non fuit notatum. Sed quia præsuppo
nebatur stante Aegidiana, secundam sententiam fuisse
rẽ iudicatam, respondebatur, ꝙ tẽpore quo fuit lata sen
tentia, Aegidiana nõdum erat vsu recepta, & propterea
licuit appellare. Et cum replicaretur, Aegidianã respi-
cere prædicta, dum in ea dicitur, ꝙ habeat locum etiam
in pendentibus caussis, prætendebatur, in caussis pen-
dentibus per appellationem interpositam ante Aegidia
nam: nam si nunc non ferretur vna sententia super pos-
2 sessorio, † vtriq; ab ipso propter Aegidianã appellari non
posset: sed postquam iã pendet per appellationem ante
illã interpositam, ad hanc caussam non se extendit Aegi
diana. Et allegabatur gl. in clem. Dispendiosa, de iud. &
in c. licet canon. in gl. de cetero, iuxta finem, de electio.
lib. 6.

lib.6.Abb.in c.pen.col.2. de iud. io fi.col.20. vers. hanc
fallentiam limit. de const. Vnde talem causam Aegid.
non debet extendi, cum expressa in ea dictum fuisset,
quòd haberet locum etiam in causis pendentibus per
appellationem, vt per alleg. gl.& ex gl. in l.sancimus,
C.de sacrosf.Eccle. quia cum ea & per eam sententiam
fuerunt simul tradita, quod ad hoc non dicitur, licet
pendeat per appellationem. Et iste est vnus casus, in
3 quo sententia per appellationem non suspenditur, vt
declarat Dec.in d.c.fi.col.4. vers. notandum est. Et ita
pertransierunt omnes, licet Dominus proponens, qui
erat Fabius, diceret, in superioribus fuisse tentum contrarium,
videlicet 22.Octobris. Annotatum est.tamen,
quòd ille casus est multum diuersus, propterea quia
erat erratum in facto. Fuit firmata illa decis.in quantū
huic videtur contraria. Hic autem factum suadet, ita
4 debere dici, † quia si non permitteretur appellatio, sententiæ,
quæ sunt iniquæ, transitum fecissent in iudicatum.
Sed fortè propter istas decisiones etiam poneretur
& ista, quæ videtur dè iure verior, cum alia multa
haberent altercationes: Hæc autem contra processit.

MOHEDANI.

De Concess. Præben. Leodien. Decanatus.

SVMMARIA.

1 *Clausula gratificationis obtenta ab vna partium parit prælationem etiam illegitimo, stante legitimitate partis aduersæ.*

DECISIO XXXVIII.

IN causa Leodien. Decanatus coram Domino Mo-
1 hedano † fuit dictum, quòd habens clausulam gratificationis,
debebat præferri non habenti, licet ille sit
legitimus, & presbyter, habens autem sit illegitimus,
& Diaconus tantum, quia non sunt qualitates consideratæ
à iure, nec à regula canonizatoria de concurrentibus
super beneficio per istas qualitates.

FABII.

De Rest.in integ.& præb. Bonon.de Papazonib.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio annorum 40. non impedit in integrum restitutionem stante ignorantia, idque tamen in rebus Ecclesiæ, quam priuatorum locum habere dignoscitur.*

2 *Præscriptione annorum 40. completa, adhuc quadriennium datur ad petendam restitutionem in integrum subsistente ignorantia.*

3 *Restitutio in integrum etiam post lapsum centum annor. ignoranti datur ex sententia Bal.*

DECISIO XXXIX.

COram D.Fabio in vna Bonon. de Papazonib. fuit
1 dictum, quòd † aduersus præscriptionem 40. annorum
datur restitutio, de capitulo ignorātiæ, siue loquatur
in Ecclesia, siue in priuata. Et est magis communis
conclusio Doctorum, prout attestatur Bald. in
tract.præscrip.& in 4.parte, quæst.24. Et ita fuisse hanc
opinionem tentam per communem in Consilio Neapolitano,
refert Affl.decis.37. & 329. licet Dec. in cons.
29.incipiente, pro tenui, teneat contrarium post alios,
quos allegat. Et fuit etiam dictum satis constare de
ignorantia in casu isto, ex quo contra hæredes substituti
cucurrerat præscriptio, vt tenet Afflict.præall.decis.
329. & idem de legat. tenet Bal. in præalleg. q. Et
2 † licet post quadraginta annos esset lapsum quadriennium,
quòd datur ad petendum restitutionem, tamen
ex quo currit contra ignorantem, non releuat, quia
tempus est ab initio inutile, nec ignoranti currere po-
3 test. Vnde † post centum annos ignorans potest petere
restitutionem in integrum, vt tenet Bal. in præalleg.q.
39. ante fi. Et cum in hac eadem causa dubitaretur,
numquid præscriptio cucurrisset aduersus hospitale,
ex cuius veniebat iure Papazonius, dixerunt Domini,
quòd super annis de quadraginta, &c. illius, de præscript.
ex quo constat de multo tempore, & sine dixerunt
medium præsumendum, vt continuata præsumeretur
possessio 40. annorum, licet allegaretur Afflict.
tenuisse contrarium, in singulari 219. quem refert, &
sequitur Bal. in l.Celsus, nu.30. vers.ex quo infertur.ff.
de vsur. Et ita dixerunt aliàs in alijs causis fuisse tentum.
Et hoc fuit dictum constanter, quia Papazonio
quo ad hospitale non erat opus restitutione.

PROSPERI.

Præben.Glascuen. Præceptoriæ.

SVMMARIA.

1 *Beneficij collatione vigore supplicis libelli obtenta, si ante literarum expeditionem vita functus fuerit supplicans, beneficium habetur pro vacante.*

2 *Contrarium ex aliquorum opinione dicitur in Cancellaria Apostolica teneri.*

DECISIO XL.

COram Prospero in vna Glascuen. præceptoriæ, ꝙ
1 si alicui de † beneficio prouisum fuerit per solā
supplicationem, qui ante cōfectionem literarum obierit,
dictum fuit beneficium dici vacare per eius obitū,
2 Cassad.decis.8. de rest. spol. † licet Aegid.in decis.609.
& 644. dicat contrarium, quod non seruatur, nisi in
Cancellaria.

FABII.

De Cessione actionis Florentina pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Creditori vero si per debitorem cessio fiat, an ea simulata præsumatur.*

2 *L.per diuersas. C.mandati, loquens in venditione, habere locum etiam dicitur in qualibet cessione facta ex causa onerosa.*

3 *Consilium Doctoris, quod contrariatur opinioni communi ex sententia Cott. non est tenendum.*

4 *Debitum cedentis creditori si sit liquidum, & certum, valet cessio, aliàs est inutilis, & argui potest de simulatione.*

DECISIO XLI.

COram Fabio eadem die in vna Floren. pecuniaria
inter Franciscum Soderinū, & Aloysium de Ro-
1 dulphis, fuit tentum, † quòd quando creditori cedit
debitor, si non constet, quòd sit creditor, cessio præsu-
2 mitur simulata, per Bar.& alios, † in l. per diuersas.C.
mandati, dum vult, quòd lex illa loquēs in venditione,
habet locum in quacunque cessione facta ex causa
onerosa. Et istam communem dicit & sequitur Rota,
decis.127.col.fin.vers.deinde quæro, in nou. Et licet ex
aduerso allegaretur in contrarium Aret. 136. col.f. in
3 fin. vers.sed ista inuestigatio, † tamen fuit dictū, quòd
istud consilium Aret. non erat tenendum, quia loquebatur
contra cōmunem, nec allegat aliam rationem, ꝙ
eramus in casu permisso alleg. per diuers. ver. exceptio.
vbi dicitur, ꝙ debitor potest cedere creditori, nec præsumitur
simulata, & propterea sine alia probatione
stari simplici dicto cedentis. Sed fuit dictū, quòd tex.
4 † præsupponebat de debito cedentis constare, quo casu
cessio valet, & eodem modo respondebatur ad l.2.
C.si cer.pet. quæ prima facit non probari contrarium.

PVTEI.

Regula de valore Fulginatens.

SVMMARIA.

1 *Impetrarit si quis beneficium, & in impetratione veram taxam subticuerit, licet in excusationem adducat, quæ dubium parere possint, an veniat post priuationem restituendus.*

2 *Iure alteri quæsito in spiritualibus, non procedit restitutio petenti.*

DECISIO XLII.

COram Puteo in vna Fulginat. in qua quis in impe
1 tratione nō † expresserat verū valorem, & volebat
se excusare, propter quasdā schedulas recipientiū
decimas, quibus fuit dictum, nullam esse adhibendam
fidem, qui poterant minus debito percepisse, sicut nec

arrendamenta excusant, nec verum valorem probant, nisi concurrat fama, & præcedentes prouisiones: aliàs autem, si ex libris Cameræ, vel Cancellariæ valorem expressisset, potuisset excusari, Cassad.decis.510. super reg.Cancellariæ, Sarn.super regula de exprimen.valore.quęst.penultima. Et cum in eadem causa, quòd malè valeret, expresserat se restitui in integrum, quia maior, fuit dictum, quod non deberet restitui, quia in spi-
2 ritualibus post ius alteri quæsitum quis non restituitur, c.ex parte.vbi glos.& Abb.col.4.in 5.& 18.versic. vnde concludo,& versicu.si autem beneficium.de restitutio.spoliato. vbi etiam ceteri Doctores.

P V T E I.

De Solutionibus Zamorens. Pecuniaria.

S V M M A R I V M.

1 *Debita contracta pro necessitate persona Ecclesiastica in dignitate constituta, an reddant obligatum successorem.*

D E C I S I O XLIII.

COram eodē in vna Zamorens. pecuniaria, in qua quidam Doctor pręstiterat patrocinium Episcopo carcerato, & ei numerauerat pecunias, & pro eius necessitatibus expenderat, fuit dictum successorem te-
1 neri ad omnia: † quia ista sunt debita contracta pro necessitate personę Episcopi, & ideo successor tenetur, vt not. Abb.in c.præsentium, vers. ex hoc. de pig.& in c.per tuas.in 2.not. de don. & ad salarium etiam operam præstiterat ipsi Prælato. ad not. per Abb.in c.relatum,col.2. de testam.per Ias.cons.22.vers.similiter tenetur.col.2.

P.R O S P E R I.

De Præben. Mutinen. Cantoriæ.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia impetrata non dicitur subreptitia, licèt illorum mentio facta non fuerit, de quorum præiudicio agitur, stante quòd vocem non habeant in Capitulo, tanquam mansionarij.*

D E C I S I O XLIV.

IN vna Mutinen. Cantoriæ coram Domino Prospero fuit obiectum, quòd licet in ereptione ipsius dignitatis non fuisset facta mentio de mansionarijs Ecclesiæ, de quorum præiudicio tractabatur, tamen gratia non erat subreptitia, quia si propter illud dictum fuisset, non ideo minus concessisset: tamen attenta causa iudicij, tunc quia non solet fieri mentio, nisi de cap.
1 & † eius consensu, solum sufficit, tanquam quod de alijs, qui non habeant vocem, nulla sit habenda ratio, Primò, dum augendo nouam dignitatem, quia vult distributionibus quotidianis participare, intelligit hoc posse fieri sine præiudicio aliorum, ideo non est subreptitia gratia, Facit, quod no. Abb. Are.& alij, in c. dudum, de priuil.& Cassad. dec.7.eod.tit.

P R O S P E R I.

De Simonia Oscien. Canonic.

S V M M A R I A.

1 *Mandata eodem die confecta coram Notario, & testibus, in translatione beneficiorū non plene informato Pontifice, cuius tamen beneplacito fit reseruatio, propter correspectiuitatem inducunt suspicionem simoniæ.*
2 *Quæ tamen simonia propter frequentiam incidentium in eam toleranda, vel potius excusanda venit.*

D E C I S I O XLV.

IN vna Oscien. canonicatus coram D. Prospero fuit
1 dictum, quòd † ex mandatis confectis eodem die, corā Notario & testibus, propter illius correspectiuitatē, sine dubio erat facta simonia, non obstante, quòd in omnibus mandatis esset dictum, reseruato beneplacito Summi Pontificis, quæ reseruatio nihil facit, nisi obtineatur beneplacitum, narratis omnibus ipsi Papæ
2 in supplicationibus. † Ista tamen simonia, quantū potest, excusanda est propter multitudinem incidentiū, Nam ferè omnia mandata, quæ ex partibus veniunt ad resignandum simoniaca sunt, ideo ne infinitæ lites sustineantur excusanda est, prout studuerunt Domini ipsam excusare.

F A B I I.

De Priuil. Calguritan. Pension.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegijs a Pontifice concessis, si per derogationem etiā in forma amplissima productam derogetur, nō tamen id extenditur ad illa priuilegia, vel indulta, quæ in contractum iuramento firmatum deducuntur.*

D E C I S I O XLVI.

IN vna Calaguritan. pensionis coram Domino Fa-
1 bio fuit dictum, quòd † Papa derogans priuilegijs, vel indultis Cardinali Volterano concessis, quantumcunque derogatio esset amplissima, non intelligebatur tamen derogare voluisse priuilegijs de eodem, concessis ei post in contractum iuratum deductis, & licet, dum informaretur super eo, quòd Papa non potuisset sine causa, & stante iuramento, tamen omnes ex hoc capite non discussis alijs resoluerunt difficultatem. Vnde licet Papam censeri noluisse.

M O H E D A N I.

De Dispensatione Leodiensis Decanatus.

S V M M A R I V M.

1 *Dispensatione a Principe obtenta, si de secunda agatur obtinenda, illorum, quæ in prima concessa fuere, mentio vera vt fiat, est necesse, aliàs non valet, quod agitur, & præsumitur de subreptione.*

D E C I S I O XLVII.

IN vna Lodiensis Decanatus coram Domino Mohe
1 dano fuit dictum, quod † illud, quod dicitur in secunda dispensatione, debet fieri mentio de prima, alias secunda non valet, tanquam subreptitia, quòd si Papa interim semel dispensasset, fortasse non dispensasset, c.2.de filijs presbyt. & cap.2. eodem titulo. in 6.debet intelligi, quando ipsæ dispensationes fuissent obtentæ propter diuersa, secus si ad eundem finem, quia tunc de prima facere mentionem cum vna sufficiat. Nam valet prima, & secunda, quantumcunque subreptitia, & inualida, non impedit gratiam, quia prima sustinetur, quia, vt prima est inualida, & de ea non est necesse facere mentionem. Et hoc voluerunt communiter Doctores, in d.c.2.num.6.& est decis.108.in antiquis.

F A B I I.

Pension. Granatensis.

S V M M A R I A.

1 *Pensio translata in aliquem deficiente translatore per obitum, an integra pensionario, aut tantum pro rata temporis debeatur, vel ipsius diuisio inter hæredes defuncti, & aduersam partem sit facienda.*
2 *Pensio alia necessaria est, alia voluntaria.*
3 *Translationis forma mentem transferentis indicant subortâ, hoc casu dubia facilè elidit.*
4 *Titulus habitus liberat titularem a solutione.*

D E C I S I O XLVIII.

IN vna Granatensis pensionis inter Reuerendiss. Polum Cardinalem, & hæredes Ioannis Matthæi Episcopi Veronensis, qui de mense Decembris transtulerat pensionem in prædictum Reuerendiss. fuit dubi-
1 tatum, † *nūquid pensio seu terminus pensionis soluendæ in festo Natiuitatis, deberetur tota Reuerēdissimo Cardinali, vel pro rata tēporis deberet inter ipsum, & hæredes diuidi, sic vt diuidendus sit terminus per mortem ne pēsio extincta fuisset,* quia hæredes mortui deberēt consequi pensionem pro rata temporis decursi, sicut de vsufructuario dicitur, l.si defuncto, ff.de vsufru. voluit etiam Caccialup. in suo tractatu de pensionario. q.25.

& per

& per Gigantē, q. 183. Et dixerunt Domini pro maiori parte, quòd totus terminus Reuerendissimo debe-
2 batur, † faciendo necessariam translationem pensionis & voluntariam, in hoc casu, quia totum deberur, per doctrinam Bart. in l. si. §. fi. ff. de iure fisci, dum opponit de leg. si defuncto. & sequitur Roman. cons. 1 n. & Alex. cons. 82. 2. vol. in fi. Tamen istud fundamentum multis non fuit visum bene tentum, quia Bar. postmodum opponendo contra hoc latius distinguit, ex cuius distinctione videtur potius dicendum contrarium in casu nostro. Vnde alia ratione mouebantur, quæ ma-
3 gis placuit, videlicet ex † forma translationis, ex vna videbatur colligi mens transferentis, quòd voluerit totum illum terminum transferre in translatarium, &
4 præiudicare hæredibus, nam † titulus liberat à solutione facienda transferenti, vt fieret translatio pro dimidia in festo Natiuitatis Domini, & pro alia in festo Sācti Ioannis Baptistæ, adeò videbatur intentio transferentis, vt integrè soluetetur translatario. Et ita remanserunt Domini, duobus dubitantibus, scilicet Mohedano & Neomano.

MOHEDANI.

De Dilatio. & iudi. in causa Barchinon.

SVMMARIVM.

1 Dilationes, nisi infra terminum ad articulandum propositum petantur, amplius non conceduntur.

DECISIO XLIX.

Coram Mohedano in vna Barchinonen. de Prao, in qua quoddam ius per secundas canonizatum fuit, fuerat demùm ostensum, in tertiam illud ius non esse bonum, quia fuit probatum beneficium esse de iure patronatus, cui derogabatur, & quia procurator petebat dilationes ad consulendum, fuit dictum, quòd
1 † ex qua causa fuerat instructa, & termini seruati, si in termino ad dicendum contra ista iura producta non fuerunt petitæ dilationes, non debeant amplius concedi, nam omnino conceduntur, si infra terminum ad articulandum petantur. Et fuit etiam dictum, quòd istud ius nouiter productum debebat canonizari, prout in prima, & illæ duæ sententiæ, priùs latæ in eadem sententia canonizatoria noui iuris, debebant reformari, non tamen instante illo, contra quem erant latæ, debebant reuocari, & deinde nouum ius canonizari, nec debere condemnari in ista reuocatione in expensis illum, pro quo erant latæ. Fuit in sequenti audientia dictum, quòd prædicta erant vera, si terminus ad articulandum erat contra reiterationem non seruatus, aliàs si non esset malè seruatus, vt communiter fit, non pronunciabatur, & poterant peti dilationes. Et fuit allegata decis. Cassad. in fi. de except.

FABII.

De Cessione actionis. Firmatur decis. 41. Florent. Pecuniaria.

SVMMARIA.

1 Creditori si fiat cessio a debitore, nisi liquidè constet de debito, præsumitur cessionem esse simulatam.

2 In casibus exceptis an stari debeat confessioni istius, quæ facit cessionem.

3 Cessio etiam validatur in totum pro modico date.

DECISIO L.

In vna Florentia pecuniaria fuit facta decisio supra
1 dicta, quòd quando † creditor cedit debitum credi tori suo, nisi constet de debito, cessio præsumetur simulata. Et fuit aliàs præmissis additum, hoc tenuisse Iacobum de Sancto Georgio. in l. 1. C. vt lit. penden. num. 30. ex ponendo text. in l. per diuersas. C. manda. vers. ex his. Et fuit etiam dictum, quòd licèt casus exceptus, nō propterea sequebatur, quòd non deberet constare de
2 debito, quia exceptio non stat in hoc, † vt in casib. exceptis stetur cōfessioni cedentis, vt dicebatur per Are. 136. 58. sed in hoc, vt licèt per venditionem cedatur, actio præsumatur simulata, nec teneat, nisi pro concurrenti quantitate pretij soluti, tamen hoc nō habet locum, quando cessio fit in casibus ibi enumeratis, puta, quando creditor accepit in solutum nomine debi-
3 toris, quia etiam † pro modico dato tenet cessio in totum. Et dicta glos. ibi intelligi ita debet, & Bart. ibidē, in 4. col. in princ. dum vult, quod vbicunque fit cessio, ex necessitate habet locum ille vers. *ex his.* quia potest fieri cessio, etiam modico dato. Et ipse Bart. post glos. exponens text. ibi, in d. vers. *ex his.* habet casum nostrū pro casu excepto, & tamen vult, & expressè sentit, quod debeat constare de debito, quod ceditur. Vnde dicitur, quòd si poneres, quòd debitum fingeretur, vnde tamen est, quòd hic non solum valet cessio, imò cedens ius, quòd habet, amitteret, vt in l. ab Anastasio. C. mandati. Ex hac cōsideratione occurrunt omnia, quæ ex aduerso adducebantur, & firma remanet exceptio, in qua opinione Rota fuit, licèt D. Prosper, non benè se resolueret, & potius teneret contrarium etiam Dominus Mohedanus, ac Dominus Fabius.

FABII.

Vt lit. penden. Pampilonen. Parochial.

SVMMARIA.

1 Possessio propria auctoritate iusta alicuius beneficii, an tanquam attentata reuocari possit.

2 Executorialium literarum vigore, si quis possessionem capiat, tam vacuam, quam plenam, nemine contradicente, si neque vllo actu violento, attentata dicitur nequaquam, sed iusta.

3 Voluntas ex longi temporis cursu, & consensu præsumitur.

DECISIO LI.

In vna Pampilonen. Parochialis de Alicenda, in qua
1 vigore executorialiū, sine vlteriori † processu propria auctoritate fuerat capta possessio beneficij, & post longum tempus petebatur possessionem istam, tanquā attentatam reuocari, iuxta tradita per Cassad. decis. 6. de caus. poss. & propriet. Sarnen. in reg. de annali. q. 44. num. 7. & 8. Tamen fuit dictum, quòd non erat atten-
2 tata, † quia quando quis vigore executorialium ingreditur possessionem vacuam, & plenam sine contradictione & violentia, quod tunc possessio non est attentata, imò iusta. Cassad. dicta decis. 3. num. 3. Et in casu isto non constabat de aliqua violentia, nec contradi-
3 ctione, † imò præsumebatur voluntas ex cursu tanti temporis, videlicet 20. annorum, & præsumitur habita pro derelicta. l. peregre. in princip. ff. de acq. possess. Ias. in l. clam possidete, §. qui ad nundinas, col. 5. eodem titulo. ita in casu isto præsumebatur capta volente, & non contradicente possessore, Sarnen. in reg. de non tollen. iure quæsito, q. 5. in fine.

FABII.

De Fide instrum. in Lucana Præpos.

SVMMARIVM.

1 Regula de mense in vacatione beneficiorum qualiter, & quando habeat locum.

DECISIO LII.

In vna Lucana præpositurae fuit dictum, quòd † re-
1 gula de mense habeat locum non solum, quando petitur prouideri de beneficio vacanti, in mense resignato vacante de iure, & de facto, si beneficium vacat de iure, tamen si moriatur, qui habet ius bonum, alio existente in possessione, dum regula loquatur simpliciter, & vera vacatio est, quæ fit per mortem illius, qui habet ius. Millés. in verbo obtinere. Volen. in tractat. de carita. subsid. q. 121. Nam beneficia quæ vacant, de facto comprehenduntur in regula. Rota decis. 8. de actio. in antiq. intelligendo tamen, quatenus verum ius non sit. Volen. in dicto tractatu, q. 127. Cassad. decis. 2. de constitutio.

D 2 MO-

MOHEDANI.

Regula de Mensibus. In eadem.

SVMMARIA.

1 *Reseruatio beneficij Ecclesiastici, si fiat pluribus reseruationibus, non requiritur in eius impetratione, vt fiat mentio de mense, quo beneficium cœpit vacare.*

2 *Regula octo mensium non extenditur ad reseruata beneficia, sed ad ea quorum collatio spectat ad ordinarium.*

DECISIO LIV.

IN vna Lucana præpositurae coram Mohedano, fuit
1 resolutum, quòd ex quo erat † aliàs reseruata ista præposi tura pluribus reseruationibus, in eius impetratione non erat facienda mentio de mense, de quo be-
2 neficium illud vacans erat, quia † regula octo mensiũ, in qua cauetur Mensionarijs, non loquitur de beneficijs alias reseruatis, sed de his, quibus ordinarius prouidere potest, cuiusmodi non sunt reseruata.

MOHEDANI.

De Re iudicata Bononiensis Canonicatus.

SVMMARIVM.

1 *Iura producta post rem iudicatam, & dati articuli præsupponuntur rei iudicatæ renunciatum.*

DECISIO LV.

IN vna Bononiensis canonicatus, & pra ben. coram
2 eodem Mohedano fuit resolutum, quòd ex † quo post rem iudicatam, erant producta iura dati articuli, & multa alia facta per ipsum processum, censeatur renunciatum rei iudicatæ, ex quo nihil fuerat appellatum, sed tantum dictum generalia contra. Et hoc per doctrinam communem, & vulgatem, in c. quoniam contra. de probat. & in c. inter monasterium. de re iud.

FABII.

De Decreto irritando, & Reseruation. Salamantin. præstimonij.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans, apposito indulto, non inficit, neque titulum, neque possessionem possidentis ex collatione Episcopi, ex quo non contingebat certum corpus beneficij, neque erat notorium.*

DECISIO LVI.

IN vna Salamantin. præstimonij de Lagone fuit cõ-
1 clusum, quòd † decretum irritans appositum in indulto Cardinalis Sanctæ Crucis, non inficiebat nec titulum, nec possessionem prouisi ab ordinario, ex quo non erat super certo corpore beneficij, nec erat notorium, per decis. Cassad. 1. & 2. de restit. spol. cũ ibi alleg.

FABII.

Renunciat. Glascuen. Præceptoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius tempore resignationis, non existens capax, licèt postea capax fiat, nõ habebit beneficium, nisi nouus Pontificis consensus accedat.*

DECISIO LVII.

IN vna Glascuen. Præceptoriæ fuit dictum, quòd si aliquis præstet consensum supplicationis a tergo ipsius, in qua resignauerat beneficium in fauorem cer-
1 tæ personæ, & non aliàs, &c. Quòd, † si tempore resignationis, resignatarius erat incapax, licèt postea efficeretur capax, tamen resignatio non tenet, nec resignatarius habere debet beneficium, quia requirebatur nouus consensus, & noua Papæ prouisio, nec tunc facta tempore incapacitatis proderat.

FABII.

Locatio Mediolan. Benefic.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta propria auctoritate, an possit expelli ob id, quod cessatum sit a solutione canonis domino debiti biennij, aut triennij spacio.*

2 *Res ad dominum directum, si ob retardatam canonis solutionem peruenisset, non tamen facit, vt propria auctoritate possessionem ingredi possit.*

DECISIO LVIII.

IN vna Mediolanensi Beneficiorum, coram D. Fabio
1 fuit tentum, † propria auctoritate posse expelli emphyteutam, qui cessauerat à solutione canonis per triennium, vel biennium, ita vt recederet, per not. per glos. in lege 2. C. de iure emphyteut. tantam magis cõmuniter reprobatam, vt patet ex latè deductis per Ias. & per Canonistas, in c. potuit. de loca. maximè Imo. & Dec. consil. 149. col. 3. vers. capio secundum dubium. Et quia circa hoc erat aliquod dubium in facto, fuit dictum Domino ponenti, quòd se informaret. Et licet ex capite lineæ finitæ & allegationis factæ irrequisito
2 Domino, res esset resoluta ipso iure, † vt dicit glo. cõmuniter approbata. in l. 6. §. fin. C. de noui oper. nunciat. tamen fuit dictum, quod non sequebatur. Ergo propria auctoritate potuit ingredi Dominus, per decis. Afflict. in decis. Neapolitana. q. 7. nu. 1. & seq.

MOHEDANI.

De concess. præben. Barchin. Priorat.

SVMMARIA.

1 *Expectatiuis concessis, & mandato pariter de prouidendo obtento, vtrum ante literas expeditas possit beneficium acceptare, regula id vetante non obseruata.*

2 *Sola signatura supplicis libelli gratiæ adimpletionem demonstrat.*

3 *Mandatum de prouidendo pinguis dicitur expectatiua.*

4 *Regulæ quæ debent seruari mediantibus expectatiuis, etiã habent locum in mandatis de prouidendo.*

5 *Regulæ quæ in desuetudinem semel abiere, amplius reuiuiscere non possunt.*

6 *Rota Romana per obseruationem obtinet, vt non nisi expeditis literis habens mandatum de prouidendo, beneficij possessionem acceptare possit.*

DECISIO LIX.

IN vna Barchinonen. Prioratus Virginum corã Mo-
1 hedano fuit dictum, † quòd licèt de mense Aprilis, 1545. fuissent concessæ expectatiuæ, & de mense Augusti eiusdem anni concessum mandatum de prouidendo D. Hieronymo de Niza, potuit acceptare cuã ante expeditionem literarum gratiæ suæ, non obstante regula, quæ habet, quòd vigore gratiæ expectatiuæ, seu specialis resignationis, possit acceptare, literis non expeditis, quia regula illa cum alijs propter expectatiuas facta non habet locum, nec effectum aliquem ante fulminationem processus super gratijs expectatiuis, quæ non fuit facta, nisi anno sequenti, videlicet 1546. 4. Februarij. Et hoc adducebatur in argumentũ, quod Papa, ex quo per literas expectatiuarum tollitur, nõ erat intentionis suæ, quòd intelligeretur sublata, nisi fulminatis processibus super gratijs expectatiuis, quasi illæ clausulæ non sortiantur effectum antea. Vnde, si an effectum non sortiantur, quin imò habens mandatum de prouidendo possit acceptare literis non confectis, cum nulla alia lege prohibeatur,
2 immo † ex sola signatura supplicationis gratia dicatur perfecta. Castel. dec. 8. de restitutio. spoliat. Et quia dicebatur, quòd regulæ nouæ expectatiuarum concessarum, de anno 1545. non obessent per rationem prædictam, tamen regulæ primarum expectatiuarum con-
3 cessatum per Paulum obstabant, quia † mandatum de
4 prouidendo dicitur pinguis expectatiua. Ideò † regulæ, quæ debent seruari mediantibus expectatiuis, habent etiam locum in mandatis de prouidendo, quo statim concesso regula illa de non acceptando, nisi expeditis literis in tractat. tamen fuit dictum, etiam illas non obstare, quia cum fuerint factæ propter expectatiuas generaliter concessas, & illis durantibus,

debet

debet obseruari, vt dicitur in illarum proœmio regularum statim, quòd expectatiuæ generales fuerunt reuocatæ, statim illæ regulæ amiserunt vigorem, vt licet postmodum aliquæ speciales reseruationes, vel pingues expectatiuæ concedant, tamen ex dispositione iuris communis, valet acceptatio literis non expedi-
5 tis, quia † regulæ illæ, quæ semel defecerunt esse in obseruantia, non possunt reuiuiscere. Et fuit dictum per omnes, vno excepto, licèt Dominus proponens dice-
6 ret, se vidisse † in Rota, semper hoc dictum obseruatum fuisse, quòd habens mandatum de prouidendo, non posset acceptari, nisi literis expeditis, de qua obseruatione alij non meminerunt, & quia materia est exemplaris, fortassis super hoc etiam dubitabatur.

FABII.

Qui filij sint legitimi. In causa Anayna Castri.

SVMMARIA.

1 *Dispositio iuris ciuilis, qua statutum est, filios per subsequens matrimonium legitimari cõfectis dotalibus instrumentis, multis existentibus filijs legitimis, & naturalibus, locum non habet.*

2 *Legitimatio filiorum, si secundum iura Canonica fiat, non requiruntur dotalia instrumenta.*

DECISIO LX.

1 IN causa Anayna Castri Scurcale fuit dictum per omnes, & rentum, † quod dispositio iuris ciuilis habens, quòd filij per subsequens matrimonium non legitimentur, nisi confectis dotalibus instrumentis, non habeat locum, quando multi filij legitimi sunt. §. si verò. Authen. quibus mo. nat. effic. legit. Bart. per illum text. in l. si mulier, C. de donat. ante nuptias, Ang. in l. contractus. ff. de pignor. Ias. conf. 168. col. 6. vers. 6. not. 4. vol. Hippol. sing. suo 5. Parif. conf. 13. nu. 49. vol. 2. Firmata etiam fuit alia conclusio, tanquam magis cõmunis, quod licèt Angel. consil. 29. in §. sed etiam aliud. Auth. quib. mod. natu. effic. leg. quem sequitur Hippol. in cautela 250. Curt. iun. conf. 136. nu. 10. Soc. iun. conf. 51. vol. 1. Ruin. consil. 21 1. videatur velle, quòd
2 † in legitimatione filiorum seruatur ius canonicum, & propterea dotalia instrumenta non requiruntur, vt dicit Ang. per prælegata, contra enam in terris Imperij, tamen quo ad successorem seruatur ius ciuile, per ea, quæ latissimè in informationibus dicuntur. Et cum de nouo in sequenti audientia dubitatum fuisset, super veritate primæ, omnes conclusiuè, nemine discrepante, contra fuerunt, & firmarunt.

PVTEI.

De Iudicijs Messanensis Baroniæ.

SVMMARIVM.

1 *Innocentiana constitutionis vigore cum in qualibet parte iudicij iuramentum perhorrescentiæ præstari possit, habet locum in eo, vt procedatur in curia, non in partibus a curia longè remotis.*

DECISIO LXI.

1 COram Puteo in vna Messanen. Baroniæ fuit dictũ, † quòd licèt per Innocentiam iuramentum perhorrescentiæ possit præstari in quacunque parte iudicij, hoc tamen habet locum, quantum ad hoc, vt possit procedi in curia, non autem quantum ad hoc, vt retro acta in partibus essent nulla, præstito iuramento.

MOHEDANI.

De Sponsalibus Parmensis Bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Consilium Socini 56. primo volumine, concludens plura copulatiua requiri debere ad probationem faciẽdam, de præsumpto in causa matrimoniali, & legitimitatis à Curia Rotali est improbatum.*

DECISIO LXII.

1 COram Mohedano in causa Parmen. Bonorũ Casalibus fuit dictum, quòd † consilium Soc. 56. primo vol. concludendo plura copulatiua requiri ad probandum præsumptum non esse tenendum, dum volebat requiri mutuum tractatum per decem annos, quia Doctores communiter in c. illud. de præsumpt. si benè numerentur & ponderentur, teneant contrarium, & omnia ibi requisita non requirunt, maximè in casu, de quo agebatur, vbi principaliter non quærebatur de matrimonio, sed de legitimitate filiorum, vt latè prosequitur Parif. conf. 57. nu. 45. & 46. vol. 4 ibi respondet omnibus adductis per Socin.

MOHEDANI.

De acceptatione Barchinonen. Prioratus.

SVMMARIA.

1 *Mandato de prouidendo concesso, an beneficium acceptari possit literis non expeditis.*

2 *Processibus nondum fulminatis regula expectatiua locum non habent.*

3 *Regula octo mensium tollitur per regulas expectatiuarũ, stante prius eo, quod fulminati sint processus.*

4 *Expectatiua si suo effectu destituantur, ita & regula propter expectatiuas suis viribus priuantur.*

5 *Regula Pauli Tertij Pontif. concessa pro expectatiuis non solùm de ipsis loquuntur expectatiuis, sed etiam de alijs particularibus reseruationibus, quemadmodũ sunt mandata de prouidendo, quæ etiam pingues expectatiuæ dicuntur.*

6 *Et id quomodo sit latius, & de quibus expectatiuis intelligendum.*

DECISIO LXIII.

1 COram eodẽ in causa Barchinonen. Prioratus virginum inter Bernardinum della Croce, & Hieronymum de Osse, fuit dictum, † quod Hieronymua cõcesso sibi mandato de prouidendo, potuit acceptare Prioratum, literis non expeditis, quia ex sola supplicatione sine literis gratia est perfecta. Et licèt daretur de non acceptando, literis non expeditis, tamen dicebatur, regulam illam non habere locum, nisi durantibus expectatiuis, cum inter literas expectatiuarum sit posita, quæ durantibus expectatiuis durat, & non vltra: ex proœmio illarum regularum patet. Et licèt diceretur, quòd ante mandatum de prouidendo expectatiuæ erant concessæ, & publicatæ regulæ, tamen dicebatur,
2 & ita fuit rentum, † quòd ex quo processus non erant fulminati, regulæ illæ nullius momenti erant, cum nec expectantes illi interim possint acceptare. Et propterea ex parte Papæ venit Datarius ad nos congregatos,
3 & dixit, † quòd dum regula octo mẽsium tollitur per regulas expectatiuarum, non erat mentis Papæ, quòd tolleretur, nisi fulminatis processibus. Quod ratione
4 alia non potuit esse, † quam quia sicut expectatiuæ effectum non habebant, ita nec regulę, propter expectatiuas editæ. Sed in hoc casu dicebatur, quòd saltẽ † re-
5 gula edita pro anno Pauli Tertij, qui iterum concesserat expectatiuas, obstabat, quia regula illa loquitur nedũ in expectatiuis, sed etiam de particularibus reseruationib. quæ particulares reseruationes, prout sunt mandata de prouidendo, dicebantur pingues expectatiuæ. Sed adhuc Domini dixerũt, nec illas aliquid obstare, cùm essent promulgatæ reuocatis expectatiuis,
6 † & dum loquebantur de reseruationibus particularibus concessis, debebant intelligi de his, quæ durantibus expectatiuis conceduntur, prout solet fieri communiter, quia per aliquot dies, quibus durauerũt expectatiuæ, solebat summus Pontifex concedere mandata de prouidendo, prout nunc cœpit facere durantib. expectatiuis. Et ideò 20. Maij, fuit tertio firmata ista conclusio subtiliter informante Castello.

PVTEI.

De Iure patronatus Bononiensis Paroch.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus ex dotatione, vel fundatione in beneficialibus an ortum præsupponatur.*

2 *Dictio forsan quam vim habeat, & an elisa generalitate inducit quid specificum magis, & expressum.*

3 *Ista verba fortè de iure patronatus augmentatiuè, non restrictiuè hoc casu posita dignoscuntur.*

DECISIO LXIIII.

PVteo proponente in vna Bonon. Sancti Thomæ de Brauia fuit dictum, quòd Nicolaus Vergilij, qui 1 dixerat, Papæ † beneficium esse de iure patronatus for san laicorum, eo quòd confessione facta ex dispositione iuris sequebatur, quod esset ex fundatione, vel dotatione; dicebatur confiteri, esse de iure patronatus, eo quod ex fundatione, vel dotatione esset, per dicta per Cassad. in decis. 4. de prob. & 7. de iure patronat. 2 Et licèt diceretur, quòd per illa † verba, *forsan de iure patronatus*, videbatur recessum ab illa confessione generali, per magis specificam expressionem, ad no. per Jas. & gl. in l. quæsitum. §. si quis fundum. de fund. in-3 struct. tamen dixerunt Domini, quòd † ista verba *fortè de iure patronatus*, erant augmentatiuè, non autem restrictiuè intelligenda, & ideò genus derogabat speciei in tertio casu. Eò maximè, quia in casu isto non eramus in dubio, sed magis in claro, quia augmentatiuè erant apposita illa verba, & de intentione satis cõstabat: quia voluit habere beneficium à Papa, nedum si esset de iure patronatus simpliciter, sed etiã ex fundatione, & dotatione, etiam illa verba *forsan ex fundatione, & dotatione*, non negabant, beneficium esse iuris patronatus, sed vltra dubitabatur, ne forsan ex fundatione vel dotatione esset.

PVTEI.

De Procuratoribus Placentina Bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum generale datum ad omnes, & singulas causas, non præteritas modo, & præsentes complectitur, sed ad futuras etiam protendi dignoscitur.*

DECISIO LXV.

IN causa Placentin. Bonorum de Pallauicinis, coram 1 Puteo fuit conclusum, † quòd mandatum generale ad omnes, & singulas causas comprehendebat etiã fututas, licèt constituens tunc causas haberet, per dec. Rotæ 413. in nouis, quæ distinctè loquitur. Et ita est communis opinio, vt attestabatur Alex. in additio. ad Bart. in l. damno infecto. §. si is qui. in verbo, futuras causas. ff. de damno infecto. Et licèt Alex. ibi videatur distinguere, non tamen distinguit commuoem opinionem, sed dicit posito, quod opinio Bart. quæ contrariat communi opinioni esset vera, ita distinguenda esset. Articulabatur etiam Mil. in repet. in verbo, procurator generalis constitutus. Et licèt Rota, in decis. 19. videatur distinguere, tamen dixerunt Domini eorum dicta intelligenda quantum ad hoc, vt etiam futuras posset complecti.

PROSPERI.

Regula de Annali Mutinen. Parochial.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali non seruata, vtrum præiudicet parti in causa beneficiali, constito, quòd asserta attentata fuerint calumniosa.*

DECISIO LXVI.

IN vna Mutinen. parochia. Saluin. coram Prospero 1 fuit dictum, quòd † si quis non seruauerit regulam de annali, puta quòd infra annum, tum ante fuerit, causam terminari, si hoc fuit culpa aduersarij, vt puta fuerit in Castello, quia commiserat causam attentatorum, licèt potuerit de facili prouidere, tali impedimẽto faciendo prorogari terminum anni, vel obtinendo commissionem, quod præfigeretur terminus aduersario ad docendum, de prætensis attentatis, tamen ex quo hoc facto aduersarij veniebat, tenebatur facere istas diligentias. Sed eo solo à regula excusabatur, eò maximè in casu illo, quo compertum fuerat, asserta attentata fuisse calumniosa.

FABII.

De Fide instrumentorum. Tudertina Bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Archiui Bulla inhibens Notarijs non descriptis in matricula archiui eiusdem, conficere instrumenta, statuensque pro falsarijs habendos, non archiuistas Notarios instrumenta conficientes, non debet intelligi in instrumentis a Notario non archiuista conscriptis, grassante contagio pestilentia.*

DECISIO LXVII.

1 IN vna Tudertin. Bonorũ fuit dictũ, quòd † Bulla archiui, quæ vult Notarios non matriculatos in archiuo non posse conficere instrumenta, imò pro falsarijs posse condemnari, non habere locum in Notario non archiuista, conficiente instrumenta tempore magnæ pestis, per multa ab ioformantibus latissimè deducta.

PVTEI.

De Testibus Parmensis Bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Testium qualitates ex legalitate, fideque, & de notorijs depositione prouenientes, faciunt eos omni exceptione maiores.*

DECISIO LXVIII.

IN causa Parmen. Bonorum de Casalibus etant, in vltimis audientijs coram Puteo examinati testes, & examen in secunda coram Mohedano dicebatur oullum, ex multis tamen etiam sustinuerũt illud, quia in vltimis non seruate ordinem, est ordo: maximè quia 1 illi † testes erant examinati, super legitimatione personarũ, & erant legales, fide digni, & omni exceptione maiores, & deponebant de re notoria, vel saltem verissima, quia tunc fuerunt examinati, sine interrogatorijs partis aduersæ Casalium. Dixerunt, quòd ex quo erant præsentes in Curia, quod licerer illos testes repetere datis suis interrogatorijs.

FABII.

Fallentia Parmensis Vallium.

SVMMARIVM.

1 *Fallentia Socini qua limitat c. fraternitatis. de testibus est practicabilis in Curia Romana.*

DECISIO LXIX.

IN causa Parmen. Vallium coram Fabio fuit tenta 1 fallentia Soc. 403. alias 498. in tertia fallen. dum limitat c. fraternitatis. de testibus, quam opinionem dicit io practica obseruari. decis. Neapol. 216. num. 4. in antiq. Et retulit Dominus Decanus ita fuisse aliàs seruatum in alia causa.

PVTEI.

De Dispensationibus Messanen. Baroniæ.

SVMMARIA.

1 *Dispensatio in causa matrimoniali, quãdo habeatur pro subreptitia.*

2 *Casus mixtus vtrũm sub simplici contineatur.*

3 *Beneficium Principis latissimè est interpretandum.*

DECISIO LXX.

IN causa Messanen. Baroniæ corã Puteo fuit firmata conclusio, de qua per Doctores, in l. 2. in princip. ff. de verb. oblig. maximè per Claud. ibi, colum. 2. vers. sed circa quæst. pertinentem per Abbatem, in §. de adulteris. col. 6. certe seruanda, & no. Oldrad. consil. 297. videlicet, quando ab aliqoo petitur dispensari, vt possit remanere in matrimonio contracto, non obstante, 1 quòd sit in secundo gradu coniunctus, † quòd si repetitur in duplici secundo, quòd dispensatio est subreptitia. Et valet, quia dispensatio est odiosa, nec 2 † casus mixtus comprehenditur sub simplici: secus si conceditur alicui puta Episcopo, quòd possit dispen-3 sare cũ coniunctis in secundo gradu, quia tunc † cũ sit benefi-

beneficium Principis, latissimè est interpretandum,
quòd possit dispensare cum coniunctis in duplici secundo,
etiam quod hoc esset illis concessum respectu
certarum personarum, dummodo nō ad petitionem
illarum, cum quibus dispensatur. Et hoc est, quod voluit
Cald. cons. 2. de consan. & affin.

AVGVSTINI.

De Iudicis Hispalen. Canonicat.

SVMMARIA.

1 *Lite inter duos existēte in causa beneficiali interueniente
tertio ratione sui interesse, per vim commissionis
eiusdem, citato tamen actore, vtrum lis etiam existat
respectu rei non citati.*

2 *Tertius de interesse suo prætendens licet non sit nominatus
in commissione, dicitur tamen esse in lite.*

3 *Tertius iste etiam reo intruso non citato habens ius pro
se validum, nō est obstaculo quin reus permaneat in lite
mota.*

4 *Index si admittat tertium petentē se admitti ad causam
ratione sui interesse, transfertur ad ipsam litem.*

DECISIO LXXI.

IN causa Hispalen. Canonicatus inter canonicum
Canorien. & Ioannem de Brauia coram Domino
1 Antonio Augustino fuit dubitatum, quod † si inter
duos sit lis super beneficio, & tertius veniat pro suo
interesse vigore eiusdem commissionis, citato tantum
actore, an sit lis respectu rei non citati? Et Domini
fuerunt varij, dicentib. quibusdam, quod sic per dec.
103. in nou. quæ videtur velle, quod tertio veniento
pro interesse suo, secus sit, tanquam si simpliciter sit.
Inter actorem & duos reos nulla est lis, nisi de nouo
per aliam commissionem detur iurisdictio. Ergo tertius
veniens ad causam habet litem cum omnibus:
quòd secus est si differentia sit inter duos istos casus;
alijs dicentibus, quod illa decis. debebat intelligi vi-
2 delicet respectu nominationis: Et † licet ille tertius
non esset nominatus in cōmissione, dicitur tamē in lite
esse, quòd tamen non placuit, quòd casus iste esset
dubitatus, & alium intellectum haberet ista decisio:
3 Dixerunt tamen † quòd cum isto tertio, qui venerat
ad causam, & citauerat actorem habentem bonū ius,
licet non citasset reum intrusum, tamen ex quo actor
cesserat iuri & liti in fauorem intrusi, remanebat lis
inter istum, & reum, in quem transiuerat ius actoris
litigiosum per citationem tertij, qui venerat ad cau-
4 sam. Et in eadem causa dixerunt, quòd † si quis peteret
se admitti ad causam pro suo interesse, & iudex
admisit, constito de interesse, licet diceretur, quod
ad illud pars non sit citata, quia de interesse non debet
constare parte citata, & sic causa cognita. Sed satis
est, quod constet quandocunque ex productis, &
admissio ad causam facit litem.

FABII.

De Pactis in quadam Placentina.

SVMMARIVM.

1 *Partibus volentibus de contractu inter se celebrato fieri
publicum instrumētum, fit, vt eo modo adimpleto, aut
nondum facta scriptura, contractus non habeatur perfectus.*

DECISIO LXXII.

COram me in causa Placentin. satis dixerunt Domini,
dictum Pau. de Cast. in l. cum res. col. pen.
1 C. de prob. volentis, † quòd quando partes agūt, quòd
de contractu fiat instrumentum, quòd contractus non
dicitur perfectus, nisi facta scriptura, quia idem dicit,
in l. contractus. col. 4. C. de fide instrumen. quem multi
sequuntur, de quibus per Decium cons. 11. colum. 1.
versic. 4. comprobatur hoc efficaciter, & in cons. 159.
colum. 2. prope finem, vers. 6. præfata commissio. Cuius
opinionem dicit communem Ias. in cons. 151. primo
volum. §. de viro. intellige, & declara ex dictis per
Aret. cons. 170. colum. 3. in fi. versic. in contrarium fortiter
facit communis practica. Et quòd ita est communis
opinio, vt attestatur Dec. cons. 340. col. 1. ver.
& vltimo, Grat. etiam dicit communē cons. 107. col. 1.
vers. respondetur. vol. 1. & dictum Castr. reprobat Socin.
cons. 22. col. 2. in fi. cum seq. Idem voluit Claud. de
Santillo. in l. qui bis idem. & ibi etiam Aret. ff. de verborum
oblig. Et sic fuit dictum communem opinionem
esse contra Paulum de Castro, qui, vt bene loquatur,
debeat intelligi, quòd per partes sit istud, q
non valeat, nisi conuentio fiat per scripturam, & dicatur,
vt declarat Dec. in l. pactum, quod bona fide,
versic. ex quo. C. de pact. Grat. d. consil. 107. colum. 1.
volum. 1.

FABII.

Regula de Publican. & eius declaratoria
Segobiens. Beneficij.

SVMMARIA.

1 *Regula Pauli III. declaratoria regula de publicandis, vt
tempora currant a die resignationis, non autem à die
præstiti consensus, nō habet locum in resignationibus,
in quibus præstatur consensus post obitum resignantis.*

2 *Rationem huius vide num. seq. eo quia nondum præstito
consensu resignatio adhuc sit imperfecta.*

3 *Regula hac cum sit odiosa, & contra dispositionem iuris
communis, strictè venit intelligenda.*

DECISIO LXXIII.

IN vna Segobien. Beneficij de Villa Castin. fuit re-
1 solutum, † regulam Pauli Tertij declaratoriam regulæ
de publican. vt tempora currant à die resignationis,
non à die præstiti consensus, non habere locum
in resignationibus, in quibus præstatur cōsensus post
obitum resignantis, de qua per Cassad. dec. 1. de renunc.
tantum in resignationibus, in quibus præstatur
consensus viuente resignante, & tunc temporis
currunt à die resignationis, non autem à die præstiti
2 consensus. † Et ratio potissima, quia ante præstitum
consensum resignatio non est perfecta. Ideo de iure
illa regula non debet intelligi, sed de resignatione
perfecta. Et cum ex aduerso per prætendentes cōtrarium
replicaretur, quòd potuit fieri fraus regulæ, &
declarationi, cui Papa in declaratione voluit obuiare,
3 fuit dictum, quod † erat considerandum, quòd regula
est odiosa, & contra dispositionem iuris communis,
& propterea strictè debet intelligi, & ad literam, prout
iacebat. Et ita fuit firmatum coram Romano.

PVTEI.

Vt Lite penden. Bononien. location.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata post inhibitionem emanatam vigore commissionis
aduocatoria, & subreptitia, neque habentis
iurisdictionem de iure est attentata, & ex stylo Curia
tenetur, quamuis de iure sperni possit.*

DECISIO LXXIIII.

COram Puteo in causa Bononien. location. fuit cō-
1 clusum, q † sententia lata etiam post inhibitionem
emanatam vigore commissionis aduocatoriæ, &
subreptitiæ, & non habētis iurisdictionem, de iure est
attentata, quia de stylo Dominorum tenenda est, licet
de iure possit sperni. Et dictum fuit, q clausula *quam
& quas* de qua in commissione appellationis, habuit
iurisdictionem, etiam q non constet de sententia, &
appellatione, vt quotidie practicatur, & fertur sententia,
vt in prima, & etiam in audientia sequenti firmata
fuit eadem decisio.

MOHEDANI.

De Dolo & Contumacia Ferretin. Parochial.

SVMMARIVM.

1 *Citatus si non personaliter apprehendatur stāte commissione
per citationem, vt ita fieret, ex quo de iure ad residentiam
citatus tenetur, valida est citatio etiam forma
eiusdem non obseruata.*

DE-

DECISIO LXXV.

IN von Fettetin. parochialis coram Mohedano fuit citatio facta in parochiali, & cathedrali. Cum ageretur de parochiali erat bona, licet citatus non fuerit
1 personaliter apprehensus, ne constaret † de aliqua diligentia pro eo reperiendo, licet forma citationis videretur, quod deberet perquiri, & ex quo de iure tenetur residere in parochiali, præsumitur, quòd ibi fuerit, & habuerit notitiam citationis.

AVGVSTINI.

De Iudicis Hispalen. Canonicatus.

SVMMARIA.

1 *Admissus ad litem pro suo interesse si producat iura, & tandem decennio supersedeat, an postmodum stante illo beneficio ad ordinarium collatio deuoluatur.*

2 *Lis nisi per sententiam latam extingui potest.*

DECISIO LXXVI.

IN vna Hispalen. Canonicat. & præben. coram Dom. Antonio, & Augustino inter Ioannem de Vrbino, & canonicũ Cananen. post plures informationes fuit
1 conclusum, † quòd si vnus ad litem motam admissus fuisset pro interesse, & produxisset iura sua, & deinde per decennium iam tacuisset, & non prosecutus fuisset, quod si illud ius, quod erat productum, calũniaretur, & ideo habuisset illa pro derelicta, quantum ad hoc, vt ordinarius posset postmodum vacante beneficio illud conferre..... Nec obstat, quod solet dici,
2 † quòd lis non extinguitur, nisi per sententiam, & quod ordinarius non possit conferre, nisi litigiosè. Et sic in casu isto fuit firmata dec. Cassad. 5. vt lit. pend. Sed in casu isto non solum decem anni, sed sexdecim cucurrerunt.

FABII.

De Præsump. & re iud. Bracharen. Parochial.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria an relaxari possit aliquando ob non paritionem executorialium.*

2 *Procuratorem constituens, ex verisimili præsupponitur litis notitiam habuisse.*

3 *Notarius si dixerit, talis iurauit dextera sua tactis scripturis, an sufficiat ad probationem facti iuramenti per testes.*

4 *Emphatica vis qua sit in clausula tactis scripturis.*

5 *Iuramentum vt vim habeat in causa per testes præstandum partis citatio necessario requiritur.*

6 *Sententia sine probationibus prolata de iure nulla censetur, iniusta, & neutiquam executioni mandanda.*

7 *Aduersa partis de calumnia si constet, qua litem fauoribus protelauit longo temporis tractu contra partem ob inopiam imbecillem declaratoria relaxatio fieri potest, vt in hoc casu.*

8 *Iudex non raro alijs rationibus, quàm testium dictis ad litem decidendam moueri potest.*

DECISIO LXXVII.

IN causa Bracharen. Parochialis Sancti Saluatoris
1 de Beltrandis dubitabatur, † *vtrum declaratoria esset relaxanda?* Nam declarauerant moniales ob non paritionem executorialium.... Dicebatur, quòd causa, qua re erant executoriales decretæ, erat nulla, & iniusta, & ideo nullitas causabat, vt ex defectu mandati, quod erat conditionale, si causa ad curiam legitimè citato eo, in casu, in quo de iure deberet citari ad effectum, vt possent procuratorem constituere, & de citatione aliqua non apparebat. Fuit tamen visum Dominis, quod
2 ex quo moniales constituerant † procuratorem, verisimiliter habuerant notitiam de lite, quia erant decretæ executoriales ad partes, quæ erant executæ citatis partibus & post intimationem executorialium post moltos menses procurator iste venerat ad causam, quod iste verisimiliter instruxerat, qui per multos annos sustinuerat causam, & adhuc sustinebat. Sententia poterat sustineri, nec esset nulla, supra ex multis deducebatur, quæ ad duo restringebantur: Primò, quia testes examinati ad probandum intentionem illius, qui impetrauerat sententiam non iurauerant. Nam
3 de iure non apparebat, nisi per † attestationem Notarij dicentis, talis iurauit dextera sua tactis scripturis, quod videbatur maiori parti non sufficere, ad not. in l. sciendum, ff. de verb. sign. licet aliqui teneRent contrarium, † quia Notarius dicebat tactis scripturis. Itē
4
5 & fortius, quòd pars † non erat citata ad videndum iurare testes. Et licet nuncius bis fuisset admonitus, & dedisset copiam citationis protonotario, vt ostenderet abbatissæ, nec abbatissa permisisse se recitare, tamen dixerunt, quòd non sustinebatur. Vnde sententia ista
6 tanquam † sine probationibus lata esset iniusta, & propterea non exequenda. Quia tamen in Rota ista causa, quæ per 14. annos forte durauerat, apparebat
7 † de calumnia monialium, quæ per tot annos magnis fauoribus protelauerant litem istam contra pauperē hominem, mandarunt mihi, quòd relaxarem declaratoriam, & si procurator monialium in cōtinenti ostēderet de bono iure monialium, ex quo sententia transiuerat in iudicatum per multos annos antea, nec con-
8 stiterat per prædicta de iniquitate sentētiæ, quod † iudex potuit esse motus alijs rationibus, quàm dictis testium.

FABII.

De Restit. in integ. Hispalen. Canon.

SVMMARIA.

1 *Offerens fructuum perceptorum cessionem, & omnium suorum beneficiorum, reseruato tamen ne egeat, & parere rei iudicatæ tribus sententijs antea condemnatus, an debeat vigore c. peruenit. in integrum restitui.*

2 *Rei iudicata parendo condemnatus ad aliqualem restit. admittitur habito respectu persona, & loci.*

DECISIO LXXVIII.

IN causa Hispaleo. canonicatus, & Sancti Saluato-
1 ris dubitaueram, an condemnatus per tres sententias, qui petierat in integrum restitui, deberet admitti ad beneficium vigore c. peruenit. propter expensas, & fructus, cum paruisset rei iudicatæ quo ad possessionem, & offerret cedere fructus omnium beneficiorum suorum, & reseruato sibi ne egeret. Pars aduersa reclamabat, & nolebat eum admitti, ex quo non erat probatum, condemnatum esse pauperem, & pro pauperibus dispensatio illius capituli videbatur facta: Ta-
2 men † dixerunt, quod deberem illum admittere, paritò rei iudicatæ quantum in eo erat, & cessis fructibus omnium bonorum, & voluerunt, quòd per dicta perendo beneficium dicti c. peruenit, reseruarentur triginta aurei, licet pars multo plus peteret propter conditionem personæ petentis, & locum, in quo erat, in qua victus erat valde carus.

FABII.

De Restit. spol. Conimbricen. Cantoriæ.

SVMMARIA.

1 *Possessio non capta Capitulariter a parte, an restituibilis sit.*

2 *Instrumento possessionis si fuerit probatum Decanū vnà cum septem canonicis ingressum domum Capitularem celebrato Capitulo, tamen ob id non obtinetur de iure possessio.*

3 *Et quid in huiusmodi casibus valeat longo vsu obseruata consuetudo.*

4 *Iure spoliati existente legitimo, & valido, sententia in eius fauorem decisoria proferenda est contra partem spoliantem.*

DECISIO LXXIX.

IN causa Conimbricen. Cantoriæ fuit dubitatum,
1 *vtrū possessio Francisci sit restituibilis?* Dubiū faciebat, quia possessio nō erat Capitulariter capta, ad dec. Cassa. 8. de cau. pos. & propt. & 17. de rest. spol. in no. licet

2 † licèt Decanus cum septem canonicis ingressus fuisset
in domum Capitularem,& Capitulum faciebat, vt do
cebat instrumentum possessionis, tamen dixerunt Do
mini, quod possessio de vigore iuris nō erat restituen-
da, quia Capitularis non erat, quia in instrumento nul
lum verbum erat, ex quo cōstaret, quòd Capitulariter
votata fuisset; Quia tamen per vnum testem probare-
3 tur consuetudo † in illa Ecclesia, quòd daretur posses-
sio sine cōuocatione Capituli, & ꝙ illi, qui reperieban
tur in loco congregati ad diuina, ingressi locum Capi-
tuli, dabant possessionem, & alij etiam probabant in
Regno Portugalliæ, in quibus consuetudo eadem con
seruabatur. Item quia in processu multa erant per Ca-
pitulum facta, in quibus nunquā dicebatur, quòd ca-
nonici erant Capitulariter congregati, nec vocati: Itē
quia dies qua possessio erat tradita, erat dies Capitu-
laris, licèt hora videretur minus tempestiua, dixerūt,
4 quòd deberem videre, † an ius spoliari esset bonum,
& spoliatus aliquod ius haberet, quo completo debe-
rem dare sententiā in spolio, quòd agebatur pro spo-
liato habente bonum ius.

FABII.

De Testibus, & exceptionibus Dertusens. Sacristiæ.

SVMMARIVM.

1 *Testibus simpliciter deponentibus de auditu concurrente
voce, & fama publica, habitum a parte litigante duel-
lum, an fides sit adhibenda.*

DECISIO LXXX.

IN vna causa Dertusen. Sacristiæ fuit dubitatū, præ-
1 supposito, quod † testes simpliciter deponunt audi
uisse à Ioanne de Miglia, eundem pugnasse in duello,
& quinque alij deponebant de publica voce, & fama
super eodē facto, *vtrùm probēt Ioannem de Miglia cer-
tasse in duello?* Latissimè fuit informatū per Aduocatos
Hieronymum Castello, & Alphonsum Balasci pro ne-
gatiua Aragoniam, & Gabrielem. Et quia causa age-
batur inter Augustinum Oliuier, & Guglielmum,
possessor dabat de iure tertij, id est, prædicti Ioannis
de Miglia, & opponebatur per Cassad. ꝙ Ioannes de
Miglia erat incapax, quia pugnauerat in duello. Fuit
per omnes conclusum, quòd ex quo dicebatur de iure
tertij, ius illud debebat esse clarum, & nitidum, per
not. per Bar. & alios in l. 2. ff. de excep. rei iud. per Sar-
nen. in regula de non iudican. iuxta formam supplica-
tionis, q. 1. col. 4. post prin. & in regula de publican. q.
7. col. 2. Vnde probatio sufficiens erat, quantum ad of-
fuscandum ius tertij, sentiētus pro maiori parte, quòd
probatio ad alium effectum plena non esset ex addu-
ctis in informationibus. Tamen super hoc non fuerat
informatum pro parte D. Oliuierij, qui informauerat
super dubio simpliciter. Ideò pro audientia sequenti
dedit dubium 189. vbi per confessionem extraiudicia
lem non probatur delictum, quantum ad effectū pœ-
næ ordinarium, &c. quo ad priuationem beneficij, li-
cèt aliud sit quo ad alios effectus.

FABII.

Super eadem Dertusensis Sacristiæ.

SVMMARIA.

1 *Testes deponētes de duello alicuius, vtrùm probent quan-
tum ad offuscationis effectum iuris tertij affirmatiuè.*
2 *Probans non tamen perfectè non potest ius tertij alterius
obfuscare.*
3 *Et quomodo hæc procedant, nu. seq.*
4 *Habilitates probata per testes de auditu, & reputatiuè, li
cèt plenè non sint, probant tamen inhabilitate ali-
quando.*

DECISIO LXXXI.

IN eadem causa Dertusens. Sacristiæ fuit dubitatū,
1 † vtrùm testes deponentes super duello Ioannis de
Miglia probent, quantum ad effectum offuscandi ius
tertij, de quo dictum est. Et fuit per omnes dictum, ꝙ
sic, prout in præcedenti dubio dixerunt. Nec obsta-
bant adducta in contrariū, in quib. videbatur proba-
2 ri, ꝙ ille, † qui non perfectè probat, non offuscat ius al-
terius, Dec. cons. 37. viso textu. col. fin. vers. igitur pro-
batio partis aduersæ in tertio volumine, cum multis
alijs. Quæ tunc allegabantur, quia tunc fuit dictum,
3 ꝙ † omnia procedant, quando probatio cōtraria fuis-
4 set plena, quod non erat in casu, quia † probat habili-
tates Ioannis de Miglia solùm per testes de auditu de
reputatione, quæ probationes licèt non sint plenæ, so-
lent tamen admitti in probandis habilitatib. & quia
probatio super habilitate Ioannis de Miglia erat gene
ralis, hæc autem duelli erat particularis, in quib. termi
nis non loquebatur consilium Soc. nec alia allegata in
contrarium, sed non erant probationes similes.

FABII.

De Priuileg. Toletan. Canonicat. & Præben.

SVMMARIVM.

1 *In adiutoria cum spe futura successionis, an sit necesse in-
dultis derogare.*

DECISIO LXXXII.

IN causa Toletan. Canonicatus, & præben. fuit du-
1 bitatum, † *vtrum in adiutoria cum futura successione
esset necessarium derogare indultis Cardin. Toletan.* Qua-
tuor ex septem dominis fuerunt in Rota pro hac par-
te, alij tres erant in contraria opinione, & quia etiam
est exemplaris, & non caret difficultate, proposui ite-
rum super eisdem.

FABII.

De Proba. Testib. & fide instrumenti Bruxen. Benefic.

SVMMARIA.

1 *Processus si in eo deficiat solennitas citationum, an sit de
iure nullus, & an vnica citatio in ipsius principio fa-
cta sit sufficiens, quod sic.*
2 *Idque ratione styli in loco obseruari soliti, in quo agita-
tus fuit processus. nu. seq.*

DECISIO LXXXIII.

IN causa Bruxē. Beneficij de Latero pro paupere cle
1 rico in causa erat † processus de partibus, qui dice-
batur esse nullus defectu citationis. Nam non appa-
rebat, nisi vnica citatio in principio processus, & præ-
2 supponebatur illam citationem sufficere, quia † erat
de stylo in Diœcesi Bruxen. Fuit dictum quòd si pro-
ducerentur testes examinati in aliqua causa proban-
tes talem stylum in eadem Diœcesi Bruxen. quòd illa
probatio sufficeret, licèt inter alios facta.

FABII.

De Priuileg. & Indultis.

SVMMARIA.

1 *In coadiutorijs, vt supra decis. 82. ratione spei futuræ suc-
cessionis derogatio indulti est necessaria.*
2 *Rota differentiam ponit inter concordata emanata ad pu
blicam vtilitatem, & indulta, quæ priuatorum com-
modis accommodantur.*

DECISIO LXXXIV.

IN causa Tolet. coadiutoriæ dubitatum iterum pro-
1 ut superius, † *an in coadiutorijs requiretur deroga-
tio indulti?* Et fuit dictum, quòd alias coram Domino
Ioanne Paulo fuit decisum, quòd sic, de anno 44. men
se Februarij in vna Toletan. Archipresbyteratus de
Madrid. ostendent Domino Mohedano decis. scri-
ptam à tergo informationis, in qua dicebatur, ita fuis-
se decisum nemine discrepante. Sed Puteus referebat
de eodem anno tertia Martij Rotam iudicasse in hāc
partem, pro qua etiam conclusit hodie coram me, &
vltra decis. Cassad. vnicam de pactis, quæ allegaba-
tur, & quartam de priuil. vbi arguit de cōcordatis ad
indulta. Et ideò sicuti concordata comprehendunt
coadiutorias, licèt non regressus, in dicta decis. vni-
ca, ita & in indultis esse debebat. Fuit dictum, quòd
pro parte illa faciebat, quod in indultis continebātur
benefi-

beneficia resignata, & ideo cum coadiutoria non sit propria resignatio, etiam quòd sit de consensu, indultum illud capiebat, nisi illud derogaretur. Et ita fuit conclusum primis tribus existentibus in contraria opi
2 nione, † quia magna erat differentia inter concordata emanata ad publicam vtilitatem, & indulta, quæ vtilitatem priuatam respiciebant.

FABII.

Regula, quod dispensatio non suffragetur Columbrien. Canonicat. & Præben.

SVMMARIA.

1 *Dispensatione obtenta vigore supplicis libelli non necessario requiritur expeditio literarum dispensationem comprobantium, vbi alioquin liquet de dispensatione.*

2 *Regula quæ tenetur, dispensationes non suffragari literis eiusdem non expeditis, non semper locum dicitur habere, & decis. Cassad.*

DECISIO LXXXV.

IN causa Columbrien. Canonicatus & Præben. &
1 Cantoriæ dubitaui, an † *in dispensatione Francisci de qua constat per supplicationem, sufficiat de casu, de quo agitur?* Et fuit dictum, quòd sufficiebat, nec tenebatur expedire literas dispensationis. Nam ex quo in eadem supplicatione erat sibi reseruata pensio, & regressos, super quibus erant expeditæ literæ, satis erat, quòd de dispésatione constaret per supplicationem, nec ha-
2 bebat locum † regula, quia dispensationes non suffragantur literis non expeditis, & decisio Cassad. 35. super regulis Cancellariæ.

FABII.

De Exceptioo. in vna Mantuana Dotis, & Legatorum.

SVMMARIA.

1 *Hæredibus mariti vtrum exceptio adulterij commissi ab vxore competat ad id, vt dotem non restituere teneantur hæredibus vxoris dotem repetentibus.*

2 *Et quid si hæredes fuerint ignorantes de commisso adulterio, num. seq.*

DECISIO LXXXVI.

IN causa Mantuana dotis, & legatorum, fuit dubi-
1 tatum, *vtrum hæredibus † mariti competat exceptio adulterij ad euitandum restitutionem dotis contra hæredes vxoris repetentibus dotem?* Præsupposito, quòd contra vxorem nihil dictum fuerit: nam hic maritus, qui præmortuus erat vxori, quem ignarum adulterij præsupponebamus, nihil dixerat cõtra vxoré, & hæredes eius. Mortua autem vxore hæredes eius ab hæredibus mariti, imò ab hæredibus hæredum dotem repetebãt, qui opponebant de adulterio. Et quia fuit dictũ, quod poterant etiam agere contra vxorem viuentem, quæ fortassis poterat se defendere, nihil tamen dixerant. Alber. in l. consensu, vol. 2. versic. idem quæritur. C. de repudijs. Et licet in contrarium allegaretur Alexan. in l. rei iudicatæ. §. hæredi. in fine. ff. solut. matri. Tamen nihil efficit, quia loquitur in casu, in quo hæredes mariti agebant, seu opponebant contra vxorem. Præterea
2 Aret. † loquebatur in hæredibus ignorantibus, Hic autem hæredes saltem præsumptiuè viuente vxore sciuerant adulterium, quia ipsi atticulauerant, & erat probatum fuisse famam publicam de adulterio. Vnde ita præsupponebatur, per not. per Bart. in l. is poteſt. columna duodecima. ff. de acquir. hæred. cum simil. multis. Et ita maior pars Dominorum firmauit.

FABII.

De Iud. & Except. Dertusen. Sacristiæ.

SVMMARIA.

1 *Gratia partis, an possit canonizari contra intrusum tertio intercedente, qui ius melius habet, & admisso pro suo interesse.*

2 *Sententia lata contra intrusum superueniente iure partis tertiæ probatorio effectualiter ad fauorem illius, etiam alia sententia ferri potest, non obsistente prima, aut ali quod impedimentum adferente.*

DECISIO LXXXVII.

1 IN causa Dertusen. Sacristiæ fuit dubitatum, † vtrũ gratia Gulielmi posset canoonizari cõtra intrusum, qui ius melius habebat, non obstante, q Ioannes del Miglia venerat ad causã, & fuerat admissus pro interesse, & ius suum produceret. Ius enim Ioannis de Miglia erat melius iure Gulielmi, & probatis habilitatibus Ioanni ius veniret canonizandum, tamen Domini dixerunt pro maiori parte, quòd poterat fieri, quòd
2 † sententia contra intrusum, etiam quod postquam erat bene iustificatum ius, quòd tunc poterit etiam ferri sententia pro Ioaone, cui ista sententia contra intrusum lata nihil nocebat.

FABII.

Priuilegij Toletan. Canonic. & Præben.

SVMMARIA.

1 *Nominis in specie, vel indiuidue habentis indultum ex concessione Sũmi Pont. si in supplici porrecto libello nõ fiat mentio, an per id sufficienter indulto derogetur.*

2 *Bulla Summi Pontificis, an successorum suorum in praui dictum quippiã statuere possit, ita vt eorum facta comprehendat.*

3 *Formaliter constitutum an æquipollenter expediri possit.*

4 *Clausulæ, non obstante, & quorum tenore, ita sunt potentes, vt illorum vigore alijs constitutionibus derogari possit.*

DECISIO LXXXVIII.

IN causa Toletan. Canonicatus, & præben. fuit dubi
1 tatum, vtrum sit † sufficienter derogatum indulto Cardinalis, stante Bulla Leonis, ex quo in supplicatione, non est mentio nominis indiuidua, nec tituli Cardinalis, quia dicebatur non obstante priuileg. & indultis Archiepiscopo Tolet. etiam Cardinalatus honore fungen. & sic nominis proprij, ac tituli non fiebat mẽtio, expediuerat etiam Bullam perinde valere, ac in ea qua indiuidua nominum fiebat meotio. Sed dicebatur non sufficere, ex qoo in supplicatione non erat facta de illis mentio, & Leonina requirebat in supplicatione de his mentionem fieri, quo casu repetiretur alliàs in literis. Et quia hoc dubium habebat in se aliud,
2 videlicet, † *an Bulla Leonis respiceret*, & comprehenderet facta successorum Pontificum, & eorũ tempora, super quo latissimè aduocati informarunt, qui pro maiori parte inclinabant, q ad successores non extenderentur. Nam verba Bullæ semper loquuntur in prima persona, & etiam Pontifices loquentis hoc demonstrãt, licet primus, qui erat Do. Fabius, & vltimus, qui erat D. Reomanus, sentirent contrariũ. Ex alio tamen capite fuerunt, q esset bene derogatum, quia licet nominis, & tituli non esset facta mentio, tamen expressio erat talis, quæ sufficiebat, cum solutione ad dubium indiuiduum poterat referri, l. 1. de liber. & posth. &
3 ibi not. per Doct. Et licet diceretur esse † datum pro forma, & non posse adimpleri per æquipollens, tamen ex quo erat satisfactum menti Pontificis, qui volebat illum excludere, ne sub generalitate, qui sunt speciali nota digna concluderentur, & modum referret obseruatio formæ, dicebant istud sufficere, allegabant notata per Moder. in §. & quid si taotum. & Pau. Castr. in l. vniuersa. C. de precib. Imperat. offeren. Et eo maxi-
4 mè, † quia clausulæ *non obstante* erant ita prægnantes cum clusula *quorum tenore*, quòd potuisset vigore illarum derogari expresse constitutioni Leoninæ. Et ita postea intelligitur legis actione fuisse Bullam expeditam cum derogatione parte contradicente.

FABII.

De Præsumpt. Columbrien. Cantoriæ.

SVMMARIA.

1 *Regressus partis, præsupposito, quod non constet de formalitate*

litate consensus iudicialis, an validus habeatur.

2 *Bulla Adriani Sexti omnes regressus in beneficialibus, praterquam ex causa boni iuris emanatos effectualiter reuocauit.*

3 *Leo Decimus item omnes voluit regressus reuocatos, qui non ex causa onerosa originem traxissent.*

4 *Acceptans cessionem, & reseruationi consentiens pensionis notorio exsistente isto consensu, prasumitur pariter regressui consensum attribuisse, & accessui, cum videatur cessionem reliquis omnibus qualitatibus concurrentibus acceptasse.*

5 *Iuris boni scientia, etiam ex non existente Capitulari, restitutionem parit in possessionem, qua quis spoliatus erat.*

DECISIO LXXXIX.

1 IN causa Columbrien. Cantoriæ dubitaui, † *an regressus Francisci, licèt non constet de consensu formali iudiciali, eis prouideretur, sit validus ad effectum, de quo agitur?* Ioannes resignauerat in Didacum de Senzar, & Didacus in Ludouicum: qui Franciscus etiam habens impetrationem certo modo seruauerat iusiurand. reseruato sibi regressu, & accessu, de quo dubita-
2 batur, *an valeret propter † Bullam Adriani, qui reuocauerat omnes gratias regressus, praeter quam ex causa boni*
3 *iuris nisi essent de consensu?* † Et Leo etiam, cuius tempore erat regressus huiusmodi concessus, reuocauerat omnes regressus, qui non erant ex causa onerosa si sine consensu. Et quia in eadem supplicatione omnia prædicta erant facta, & Ludouicus erat præsens in curia, fuit dictum, quòd præsumebatur habuisse supplica-
4 tionem in manibus, & omnia vidisse. Vnde, † sicut acceptauerat cessionem Francisci, & consenserat reseruationi pensionis quinquaginta ducatorum in eius fauorem, de quo consensu constabat, præsumebatur quòd etiam consensisset regressui, & accessui, quia videbatur acceptasse cessionem cum omnibus alijs qualitatibus, cùm accedens videretur aliàs cessisse, l. fin. antem. & ibi Bald. ff. de pact. & l. non est ferendus. cum vulg. Sed eodem die fuit inuentus consensus Ludouici expressus pensioni, & ingressui. Et quia negabatur constare de cessione Francisci, qui erat absens, & in septimo, vt narrabatur, vltra quod fuit etiam extensus consensus eius, expediuerat enim ipse literas regressus, & pensionis, in quibus confitebatur cessisse ius suum Ludouico, quod sibi ex impetratione certo modo compe-
5 tebat, Et ita † resoluta causa, fuit pronunciatum, Franciscum restituendum in possessionem, qua spoliatus erat, licet omnino non esset Capitularis, ex quo constabat de bono iure: quæ est limitatio ad decis. Cassad.

FABII.

De Iudicijs, & alimentis, Romanæ Hæreditatis de Lenis.

SVMMARIVM.

1 *Fratres prædicatores cum alimenta de consuetudine non tenent suis confratribus propria negotia tractantibus, an ad sumptus litis conferêdos in particulari teneantur? tenuis Rotam affirmatiuam, num. seq.*

DECISIO XC.

1 IN vna Romana Hæreditatis de Lenis dubitaui, præsupposito, quòd † religio ordinis fratrum Prædicatorũ non teneatur, nec consueuerit dare alimenta fratribus eiusdem ordinis negotia propria tractantibus, nô deberentur alimenta fratri Thomæ in causa, de qua agitur, & sumptus litis? Et licèt multa contra fratrê Thomam, & facultatem sibi à Generali datam dicerentur, tamen præsupposui omnia habilia, & in iure solum de hoc dubitaui, & omnes dixerunt, quòd sic, amplius decis. 2. de iudic. in antiquior. Bisig. sequitur dec. Neapolit. in antiq. Et ita fuit dictam Rotam pluries decreuisse, etiam in prima instantia, non obstante dicto Pauli de Castro, in l. si instituta. ff. de inoff. testam.

FABII.

De Præsumptio. Barchinonen. Pension.

SVMMARIVM.

1 *Testes si probent aliquem pro clerico reputatum, non est id sufficiens, cum vera probatio sit præferenda illi, quæ fit per reputationem.*

DECISIO XCI.

FVit mihi dictum in vna Barchinonen. Pension. quòd ex quo post obtentam pẽsionem apparebat, quòd pensionarius fecerat se clericali charactere insigniri, & per eius aduersarium erant productæ literæ clerica-
1 tus, † quòd licèt per testes probaretur, quòd fuerat reputatus pro clerico, quòd illud non sufficiebat, quia vera probatio præstat illi probationi per reputationẽ.

FABII.

De Pactis & Transactione. Mutinensis Hæreditatis.

SVMMARIA.

1 *Alienatione facta contra prohibitionem defuncti testatoris stante pacto de non alienando bona mobilia, vel etiam hypothecando, vtrum id in praiudicium creditorum fieri possit, qui crediti sui ratione prætendunt hæreditatis excussionem.*

2 *Heredes, pacto de non alienando, nec hypothecando contrauenientes, eo amplius iuuari non possunt.*

3 *Alienatione facta contra voluntatem vltimam testantis exciduus hæredes à commodo contractus, nec possunt quod amiserunt, per redemptionem recuperare.*

4 *Censualem domum si quis fecerit, eam haud dubiè facit obligatam.*

5 *Authen. res quæ. C. communia de legat. an locum habeat in contractu alienationis ex causa dotali.*

6 *Pœna apposita in contractu contrauenienti si infligitur an sit sufficiens, aut præter conuentionalem etiam legalis veniat infligenda.*

7 *Periurium, vtrum si admittatur in contractib. faciat delinquentem decidere ab omni commodo contractus.*

8 *Pœna conuentionalis non facit cessare pœnam localem.*

DECISIO XCII.

1 IN causa Romana seu Mutinen. hæreditatis dubitaui, † vtrum creditores Federici excludantur à filijs Bernardini vigore pacti inter Federicũ, & fratres facti, attento, quòd contra prohibitionem patris Bernardinus alienauerat? Nam pactũ erat inter eos, quòd mobilia bona non possunt alienari, nec hypothecari, propter quod hæredes Bernardini, qui etiã erant hæredes Federici haberent expressam hypothecam cum obligatione in forma Cameræ. Sed replicabant creditores, quod ex quo Bernardinus constituerat censum super vna domo alienare, nec hypothecare poterat.
2 Et si † contrauenirat pacto, quòd nõ poterat iuuari pacto de non hypothecando in eodem contractu apposito. Sed replicabant hæredes, quod census erat redemptus: quod non admiserunt Domini, tum quia de re-
3 demptione in actis non constabat, † tum quia statim facta alienatione exciderat à commodo contractus, ideò per redemptionem, quòd amiserat, non recuperabat. Dicebatur, n. quod licèt censum constituisset, tamen domus penes illum remanserat. Ideò remanere
4 obligatum negari non potest, quòd † cõstituendo censum super domo illam obligasset. Dicebatur etiam, quòd Bernardo consenserat Carolus. Ideo cum duo ex trib. alienassent, dicunt non posse fieri sine pœna, per not. per Alexan. in l. duo ex tribus. de te iudic. Sed verba pacti obstabant, cum expresse eius consensus requirebatur. Dicebatur etiam alienatio facta ex causa dotis, quòd, quia non probatum erat, fuit dictum, quòd
5 facta probatione disputaretur, † *an authentica res quæ. C. comm. de leg. haberet locum in contractu?* Vltimò dicebatur, quòd quia in parte tota erat dictũ, quòd facta alienatione alienans cadetet à commodo rei donatæ,

6 oatæ,quia debebat applicari † nõ alienanti, quod erat
appoſita pœna, quia debebat ſufficere, & non duplici
pœna puniri, & ſic etiam à commodo contractus caderet,contra l.ſanctio legum,cum ibi not. De penſione tamen omnes domini fueruot in contrarium,quod
cum pœna conuentionali appoſita à partibus poterat
7 conuenire pœna legalis l. ſi quis maior. † & propter
periurium caderet ab omni commodo contractus. Nã
ibi eſt caſus pro iſta dec. Nam dicit tex.quòd reſtituta pœna,quæ pactis probatur inſerta,emolumento cõtractus carere debeat, allegabatur etiá in ſimili, quod
no. glo. in l.2.C.de iure emphy. in verb. compellere,
8 communiter approbata, ex qua habetur, quòd † pœna conuentionalis non facit ceſſare pœnam legalem,
ſed concurrunt.

F A B I I.

De Teſtamen. prohibitione, alienatione, & fideicommiſ.in cauſa Ianuenſis domus.

S V M M A R I A.

1 *Teſtator ſi alienationem prohibeat alicuius domus in hæreditate relicta, ea per hæredem facta, in cauſa eſt,vt ad proximiores ipſius teſtatoris alienata deuoluatur.*

2 *Maioritas, & proximitas reſpectu teſtantis venit conſideranda, vbi agitur de re a teſtatore relicta contra ſuam vltimam voluntatem,& decretum alienata.*

3 *Teſtator pari effectu dilectionis præſupponitur proſequi grauatum hæredem non alienantem, quo hæredis hæredem,ſimilique modo pari odio alienantem, & hæredem cum ſuo etiam hærede.*

4 *Feudatarius habens vaſallum alienãtem ipſum feudum directo domino irrequiſito, aut ignorante de conſuetudine feudo conceſſo priuari poteſt,ſi domini ad id voluntas acceſſerit.*

5 *Feudum cum ex diuiſione vulgata Doctorum aliud ſit antiquum, aliud nouum, ex paterna prouiſione filijs hæredibus acquiri poteſt.*

6 *Et hæc differentia ex opinione Auditorum parũ in præſenti caſu releuat, & nu.ſeq.*

DECISIO XCIII.

IN vna Ianuen.domus fuit dubitatum,*an ſtãte prohibitione teſtatoris deberet admitti Ioãnes maior natu inter proximiores teſtatoris, excluſis filijs Hieronymi alienantis,exiſtentibus in pari gradu cum Ioanne?* Nam
per teſtatorem erat prohibita alienatio eiuſdem do-
1 mus. Et † caſu, quo alienaretur, veniret in proximiorem, & deſcendentes ipſius teſtatoris, & ſi plures in
eodem gradu eſſent, maior haberet domum; iſta erat
alienata in quoſdam fratres Io. qui erat maior natu
inter proximiores teſtatoris, petebat domum à fratribus, qui replicabant, quod ſibi non competebat, ſed
filijs Hieronymi alienantis exiſtentibus in pari gradu
cum Ioanne; & maior natu inter illos debebat domũ
obtinere, quia poſtquam deuenerat ad Hieronymum
Pl.eius lineam, & proximitas debebat reſpectu illius
conſiderari, & tanquam proximior deberet attendi :
non autem proximior teſtatoris, per no. per Soc.in l.
ſi cognati.ff.de reb. dubijs, cuius dictum magis communiter ſequuntur Doctores,quod enumerat Marianus Socin.conſil.78. col.9.vol. 1. & haoc communem
* dicit eſſe Gozad. conſil.4.col.penult. verſ.aduerte, &
Pariſ.conſil.23.num.263.in fine, vel Dominus Fabius
dicebat communem eſſe in contrarium, & enumerabat Doctores,& allegabatur Iaſ.hoc dicens conſi.150.
4.vol.& deciſ.146.Tamen omne domini,præſuppoſita etiam prima opinione pro communi in caſu, de
4 quo quæritur, † attendi debere proximitatem, &
maioritatem reſpectu teſtatoris, quia conſtabat de
voluntate teſtatoris in pluribus locis teſtamenti,
quod volebat proximiorem ſuum; non etiam quia
prædicta opinio procedit in ſucceſſione, ſecus in probatione alienationis, quia ſi debet res alienata ire ad
proximiorem, debet attendi proximitas reſpectu teſtatoris, per not.in l.filiusfam.§.dum. nu.161.verſ.4.
quæritur in fortioribus terminis. Nã ceſſat ratio præ-
3 cedentis cõcluſionis. † Nam qua ratione teſtator prædilexit grauatum in eius portione, eadem cenſetur in
eius ſucceſſore dilexiſſe.l.cum quis. de condit. & demonſt. Sic & in alienante, ſicut odio habuit illum facientem contra prohibitionem, eodem modo, & eius
4 filios ſicut † dicimus in alienante feudum irrequiſito
Domino, Andreas Siculus,& alij in c.1.§ fin.quæ fuit
prima cauſa beneficij amittendi, tradit Curt. iun.io
tract.feud. in 5.parte prioc.col.1. Et licèt aduerſarius
5 conaretur ad hoc reſpondere, † tamen faciendo differentiam inter feudum antiquum, & nouum acquiri-
6 tur ex paterna prouiſione, tamen fuit dictum, † quod
iſta non erat differentia bona, per not.per eundẽ Curt.
7 in loco ſuperius allegato. Et † ſic ex his fuit pronunciatum in hac cauſa in tertia inſtantia. Nam in prima
fuerant diſputata multa alia dubia, quæ oriebantur
ex illo teſtamento.

F A B I I.

De Pugnan.in duello in vna Dertuſenſi.

S V M M A R I A.

1 *Pugnans in duello vtrum ad Eccleſiaſtica beneficia inhabilis reddatur, decidit Rota in partem affirmatiuam.*

2 *Limitatur, vt intelligi debeat in clerico in ſacris conſtituto.*

3 *Laicus propter duelli certamen cum efficiatur criminoſus, ipſo iure redditur ad beneficia inhabilis, non obſtante gratia beneficia reſeruante.*

DECISIO XCIV.

IN cauſa Dertuſen. fuit dubitatum præſuppoſito,
quod Ioanoes de Miglia pugnauerat in duello,
1 † *vtrum fuerit factus inhabilis ad obtinẽdum beneficia?*
2 Et domini dixerunt pro maiori parte, quòd ſic. † quia
licet c.1. de clerico pugnante in duello. loquatur de
clerico, & non eſſet probatum Ioannem eſſe clericum,
3 † tamen ex quo, licet eſſet laicus, propter pugnã erat
factus criminoſus, erat ipſo iure inhabilis ad obtinenda beneficia vigore gratiæ ſuæ reſeruantis ſibi beneficia, per not. per Doct. quos refert Felyn. in c.2.col.2.
verſi.limita etiam omnia prædicta, de reſcriptis.

F A B I I.

De Iudicijs in vna Toletana.

S V M M A R I A.

1 *Partes, vtrum datis articulis contra ſententiam poſſint eiuſdem ſubſcriptionem impedire, aſſerendo ſe vlterius velle audiri.*

2 *Articuli calumnioſè dati vtpote alias propoſiti, & ſuper iiſdem teſtium habita depoſitione per examinationem iudicis ſtante nullitate commiſſionis, an impedire poſſint ſententia ſubſcriptionem.*

DECISIO XCV.

IN cauſa Toletan. pronunciaueram die 10. & quia
pars dederat articulos contra, quibus non obſtan-
1 tibus pronunciaueram, † pars conquerebatur, & impediebat ſubſcriptionem ſententiæ, dicens velle vlterius audiri, ego poſui cauſam, *an ſententia eſſet ſubſcri-*
2 *benda?* Et dixerunt domini, quod ex quo † articuli
erant calumnioſè dati, qui iam aliàs etiam dati fuerant, & ſuper his examinati teſtes, cum quibus Rota
fuerat reſoluta, & commiſſio etiam fuerat nullius momenti, quia continebat, quòd Bulla perinde valeret,
quæ erat producta, remitteretur ad corrigendum arbitrio Auditoris, & ſuper illa Bulla nullum fuerat factum fundamentum, quia ſine illa fuerat reſolutum,
quod ex verbis erat ſatisfactum Bullæ: ideo Domini
mandarunt, quod ſubſcriberem ſententiam, & ita fuit
factum.

F A B I I.

De Iudicijs Conimbricen. Cantoriæ.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Sententia vbi nulla extiterit, executoriales litera, nullatenus sunt relaxanda.*

2 *Vniuersitas personaliter citata, cum persona non vera, sed ficta sit, vtrum vigore commissionis contra eam possit procedi.*

3 *Quod limitatur ex eo, quòd indefinitè sint verba prolata, num. seq.*

DECISIO XCVI.

QVia in causa Conimbricen. Cantoriæ superioribus
diebus nedum pronunciatum fuit contra Marti
num super Cantoria, sed etiam contra vniuersitatem
studij illius ciuitatis super canonicatu, & præbend. &
Ecclesia Conimbricen. contra quam personaliter citatis
fuerat processum per contradictas, sententia in iudicatum
transierat, & decretæ erant executoriales in
relaxationem executorialium. Procurator Martini di-
1 cebat † sententiam nullam, & propterea executoriales
non relaxandas: non erat commissa causa, in qua dicebatur
Martinum, & Ioannem de Sylua, & forsan alios
in executione citationis nominandos turbare forsan,
& spoliare. Ideo petebatur causam committi, & verba
commissionis ita se habebant, *tam aduersarius dictum
Martinum, quàm prædictum Ioannem aduersarium,
eósq; alios prædictos iactatores, molestatores, & inquietatores
cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & auctoritatis
existentes, ac sua communiter, vel diuisim interesse
putantes, ac in decreto, vel executione citationis præsen-
2 tium nominandi vigore.* Dicebatur, † quòd licet esset
vniuersitas citata personaliter, tamen non potuerit vigore
huius commissionis contra illam procedi, quia
verba *omnesque alios, &c.* intelligebantur de persona
vera, non autem ficta repræsentata, Domin. in c. illis, §.
primo. in fine. de præbend. in 6. vbi etiam Francis. &
3 Fel. de rescript. in 6. † limitat. & ex multis alijs. Tamen
Domini dixerunt contrarium, quia verba *omnesque
alios, &c.* habebant suam determinationem, videlicet
alios productos, quia postmodum dicebatur, *iactatores,
molestatoresque, & perturbatores cuiuscunque nominis.*
Hæc verba indefinita, & nullo modo restricta cō-
prehendebant, *dictum illum non debere priuari ob non
solutionem pensionis.* Melius Instruxerat causam corá
me super violatione sequestr. & probauerat, & dederat
literas in actis, quibus committebatur mihi, quod
constito de violatione sequestri instituerem, in vltima
audientia anni præcedentis pronunciaueram, & subscripseram
sententiam, vt inter partes concordarem
quantum, qui tamen cōcordati fuerunt pacto expresso
apposito, quòd nisi Ioannes Baptista adimpleret
concordiam, quod deberem subscribere sententiam,
qui cum non adimpleuisset, & per duos menses, & vltra
contenta distulisset, in subscriptione sententiæ dubitabam,
vtrum deberem subscribere, prout in prima,
vel prout in tertia, attentis duobus primis. Et Domini
dubitarunt, quia per resolutionem factam corá me
duæ primæ veniebant reuocandæ, & tertia prout in
prima ferenda ax capitulo violationis sequestri, quæ
tamen maxima proteruiæ Ioannis Baptistæ arguebatur
ob non solutionem pensionis, & nō ex obseruatione
concordati. Mandarunt, quòd ego deberem subscribere
tertiam conformatoriam simpliciter duarū præcedentium
absque aliqua mētione violationis sequestri,
quia fuerat resolutum illum non esse priuandum,
immo excusandū potius ex benignitate, quàm rigore,
quia benignitate vti volebant contra tam benignum.

FABII.

De Foro Competen. Toletan. Pension.

SVMMARIA.

1 *Sequestra cùm odiosa sint, frequenter veniunt reuocanda.*

2 *Auditoris Cameræ Apostolicæ, vtrum iurisdictio eo vsque protendatur, vt sequestrare possit.*

DECISIO XCVII.

IN vna Toletan. pension. siue pecuniaria instabatur
1 † pro reuocatione sequestri per Auditorem Cameræ
appositum, ex quo sequestra sunt odiosa, nec de iu-
2 re apponenda in his causis. Et † quia Auditor Cameræ
nullam habebat iurisdictionem sequestrandi, cùm sine
cōmissione fuisset. Et ita fuit conclusum, ex quo nulli
ipsorum nec creditor, nec debitor erat curialis, quod
potuisset facere ad instantiam creditoris & curialis. Et
licet causæ viderentur successe propter eas saltem cum
cautione, licet causam viderentur successisse, propter
eas sustinendas, cautione esset relaxandum, tamen simpliciter
fuit dictum, quod relaxaretur.

FABII.

De Probat. & Dispensat. Dertusens. Sacristiæ.

SVMMARIA.

1 *Inhabilitas ad beneficia obtinenda vtrum ex prouocatione ad pugnam oriri possit.*

2 *Confessio per vnius testis depositionem non potest sufficienter probari.*

3 *Fama per vnum deponentem de ea, validè probari non potest, etiam ad semiplenam probationem inducendam in criminalibus, & grauioribus iudicijs.*

4 *Probatio famæ publica coadiuuat testem vnum de visu deponentem in facto.*

5 *Criminosus, vt inhabilis ad beneficia reddatur, non simpliciter accipi debet, sed pro eo qui enormi crimine vt homicidio, & simili est notatus, non pugna per duellum prouocatorium commissa, vt hoc casu.*

6 *Crimen degradatione, aut suspensione dignum non est pugna per duellum commissa.*

7 *Inhabilitas non potest aliquem grauare non inquisitum de crimine, neque condemnatum.*

DECISIO XCVIII.

IN causa Dertus. Sacristiæ dubitaui, *vtrum, ex quo
non constat àliter Ioannem de Miglia sponte pugnasse,
nisi quòd vnus testis dicit, se audiuisse ab ipso, quod
prouocauerat aduersarium recusantem, & alius deponit
de publica voce, & fama, quòd Ioannes miserat pro aduersario,
vt veniret ad pugnandum secum, & factum
1 † inhabilem ad obtinendū beneficia.* Et posito, quòd sic,
*an censeatur inhabilitatus per prouisionem sibi factam
de Sacristia, dum absoluitur à censuris, & pœnis, &c.*
Et fuit dictū, q non probatur per hoc spōte pugnasse,
2 † quia vnus testis non sufficit ad probandum confessionem.
ex not. per Abbatem. c. fin. col. 1. de successio.
ab intesta. cum simılib. & quia singularis, ad not. per
Felin. in c. licet ex quadam. col. 3. cum seq. de testibus.
3 nec coadiuuatur † alio teste probante de fama, ex quo
per vnum nec fama valide probaretur, & non faceret
semiplenā probationem in criminalib. & grauiorib. iudicijs.
Marsilius in l. de minore. §. potest quæri. ff. de
quæstionib. Fel. in c. veniens. el 1. col. 4. vers. 3. conclu-
4 sio. de testib. Et si probata esset † fama publica, posset
adiuuare vnum testem deponentem, de visu, ad not.
per glos. in d. c. veniens. & in c. 1. de appellat. vbi Dec.
in hoc étiam tenuit contrarium, tamen cum ex eo
probaretur pugnasse sponte, tamen non esset inhabilis,
ex text. in c. 1. de clericis pugnan. in duello. quia
loquitur de clerico, & non constat, quòd tempore
duelli esset clericus. Quòd si cōstaret, dicebant aliqui,
quòd prædicta probatio, licet non esset concludens,
sufficeret tamen ad transferendum onus probandi in
Ioannem. Cum enim non constet illum clericum, restat,
quòd nullibi cautum reperitur laicum effectum
5 inhabilem. Nec obstat prout in illa causa † aliàs
dictum fuit, quòd est criminosus, & ideo inhabilis,
ex not. per Doct. maximè Felyn. in c. 2. de rescript. post

Calderinum quem allegat in cons 2. de præbēd.quia loquitur in criminoso, & homicida,& quia aliàs graue crimen commiserat, & huiusmodi non videtur esse duellum in laico,cum videatur excusari ex communi consuetudine, quia videmus homines generosos, & sui honoris gelosos prouocare iniuriantes. Vnde collatio facta de criminoso inualida est. Fel.in c.dilecta.col.3.vers.sed potius. tenet partem contrariam, ꝙ exceptio licet loquatur in electione,tamen fundamēta sua respiciūt etiam casum nostrum, vt patet ex dictis per ipsum in d.c.2.col.21. vers.cōtrarium firmat. de rescript.Contrariam tamen opinionē tenebat vnus ex Dominis,per ea quæ dicit Soc.iun.in commen.paroch. actio. in titulo de concurren. sub verbo inhabilis,dum distinguit,omnia præsupponendo casum no-
6 strum esse in † secundo crimen,s.dignum suspensione,vel degradatione. Huiusmodi autem non videtur esse duellum. Et sic Domini recesserunt ab eo,quòd sic iam aliàs videbantur conclusisse,adducendo,quòd
7 † ex quo Ioannes non erat inquisitus, nec condemnatus, minimè poterat esse inhabilis, *prout videntur loqui Doctores in locis præallegatis,& prout Rebuf.in commento concordatorum in titulo de pacif. posses. nu.221. vers.quod ego intelligerem*,Quantum autem ad secundam partem dubij nihil vel parum fuit dictum tanquam non necessarium, & visum fuit rem in hoc puncto esse in difficili propter conflictum opinionū, quæ adducebantur hinc inde per aduocatos.

F A B I I.

De Procuratoribus Conchensis Canonicat. & Præbendæ.

S V M M A R I A.

1 *Post causa decisionem pars principalis, an ad expensarum teneatur refusionem parti aduersæ,an vero procurator ad id, qui causa defensionem susceperat, sit obligatus.*
2 *Per cessionem iurium mandatum procuratorium antea factum etiam speciale in iubilum recidit, etiam cum sententiarum antea latarum nullitate.*
3 *Refusio expensarum stante nullitate mandati,& sententiarum ad eum pertinet, qui eas obtinuit ex decisione Rotali.*
4 *Pars principalis litigans legitimè citari dicitur, dummodo ad procuratorem ipsius, cui commissum fuit mandatum procuratorium, citationem cōstiterit peruenisse.*

D E C I S I O C.

IN causa Conchen. Canonicatus & præbend. inter Petrum de Marchina,& Ioannem de Vergara du-
1 bitaui,*an Ioannes de Vergara debeat restituere expensas sibi solutas, & alias reficere.* Et posito, ꝙ teneatur, *an procurator, qui causam defendit,sibi teneatur?* Ioannes de Vergata commiserat causam contra Petrū de Marchina super canonicatu,quem iam Petrus resignauerat per multos menses ante,nondum causam commiserat, sed ante etiam commissionem Ioannis,& citauerat procuratorem Petri habentem speciale mādatum iam ante resignationem constitutum,quod mandatū erat in actis, & in alia causa inter easdem personas, & alias: quo procuratore citato habuerat tres cōformes sententias contra Petrum, & etant decretæ executoriales,de quibus cùm venisset Petrus ad curiam, habuit notitiam, & nesciuit, quod intimarentur soluì expensæ litis. Postmodum cum aduenisset,& iā multo ante causam commissam resignasset, commisit nullitatem sententiarum, & restitutionis expensarū con-
2 tra Ioannem,† & Rota resoluit,sententias esse nullas, quia per cessionem mandatum erat reuocatum, ad Clemen.fin.cum ibi not.de procurat.& ibi per Cardinalem quæstio.14.& Rota decisio.29. eodem titulo. in nou. Et talis reuocatio, quæ à lege dependet, non debet intimari. Bart. in l. procuratorem. ff. mandati. & procuratorē reuocatum non tenebat. Tamen Ioannes tenebatur restituere expensas sibi solutas, tanquā veniret excusandus ex culpa aduersarij, qui verisimiliter accusatus de sententijs à procuratore debuit cedere, & notificare cessionem iam factam, tamen Rota
3 † resoluit Ioannē has expensas debere restituere stante nullitate mandati,& sententiarum, Nec esset,quòd posset imputari Petro, quem non constabat vllo vnquam tempore habuisse scientiam huius litis, nec sententiarum. Ad hoc etiam,quòd dicebatur,ex commissione causæ facta per Ioannem contra Petrum, in qua narrato prius, quòd Petrus habebat Procuratorem, qui in actis produxerat mandatum Petri,causam committi contra Petrūm en legitimè citato: Nam dicebatur, quòd vigore eiusdem commissionis debebat de nouo citare Petrum, quòd cùm non fecisset, quia tamen, procuratorē citauerat, erat quòd sibi posset imputari,quia tunc Petrus detexisset sibi resignationem, ideo expensas debebat sibi restituere, tamen ista ratio non placuit maiori parti dominorum, qui dicebant,
4 quòd Petrus † dicebatur legitimè citatus, citato eius procuratore,si non fuisset reuocatus. Dicebant tamen, quòd Procurator Petri tenebatur restituere expensas Ioanni, quia ante erat in maxima culpa,cùm debuisset notificare litem principali suo, à quo habuisset notitiam resignationis, & cessisset, nec Ioannem litibus vexasset.

F A B I I.

De Re Iudicata, de lite finita, de resti.in integrum Salamantin.Abbatiæ.

S V M M A R I A.

1 *Sententia lata etiam in fauorem non prosecuta per appellationem transit in rem iudicatam.*
2 *A decreto executorialium aliquando etiam licitum est parti appellare.*
3 *Commissio noua si non fiat stante, quòd ad vlteriorem executionem procedi non possit, & iudex tum ad aggrauatoria, censuras, & sæcularis brachij implorationem progrediatur, virium id liceat.*
4 *Subsistente nullitate executionis,ea quamuis facta sit, lis nequaquam dicitur finita.*
5 *Causa nullitatis si deserta fuerit prout & appellationis, an ideo lis pro finita habeatur.*
6 *Si quis dicat,dico sententiam nullam,& si qua est appello,causa nullitatis æque principaliter consideratur.*
7 *Copula æque principaliter copulans causam appellationis,& nullitatis, quid operetur.*
8 *Causa nullitatis si deserta non fuerit,lis nequaquam est extincta.*
9 *Contumacia rei in non parendo iussibus iudicantis, non debet esse nocumento ipsi actori.*
10 *Alienatio rei post iudicatum facta ab actore, valida est tanquam facta de re non litigiosa. Limita tamen vt num. seq.*
11 *Instantia restitutio in integrum inualida est,elapso quadriennio post factam causa commissionem.*

D E C I S I O CI.

IN causa Salamantin. Abbatiæ dubitaui, *an lis inter Franciscum de Mendozza, & Didacum aduersarium esset finita, vel adhuc duraret ad effectum videndi, an essent reuocanda quædam, quæ dicebantur attentata esse per Abbatem electum per obitum Francisci.* Et con-
1 stabat † in actis latas fuisse duas conformes in fauorem, quarum secunda ob non prosecutionem appellationis transiuerat in iudicatum. Et licet causa nullitatis esset commissa, tamen præfixo termino vigore specialis commissionis, & nihil releuans, fuerunt decretæ executoriales, & sic res iudicata reman-
2 sit firma, † à decreto tamen executorialium fuerat appellatum, & commissa causa appellationis, & appel-

appellationum,& nullitatum cum negotio principali, & quatenus opos esset restitutione in integrum. Qui-
3 bus stantibus, licèt † non potuisset procedi ad vlteriorem executionem sine noua commissione, tamen iudex processit ad aggrauatoriam, & omnes censuras, similiter ad brachij sæcularis decretum, quod licet per Abbatem nouum procederetur per executionem, Didac.autē negaret præsupponi in isto puncto non constare de executione brachij sæcularis, quia omnia præsupponebatur nulla, tanquam non potuerit sine noua commissione procedere ad vlteriorem executionē.
4 Et ita Rota dixit, propter quod dicebatur † litem non fuisse finitam iam stante nullitate executionis. Et licet
5 per partem aduersam diceretur, quòd † causa nullitatis erat deserta, sicut etiam causa appellationis, cum in vna & eadem commissione vtraque causa commissa esset, ex sententia Iaf.in l.contra maiores in fi. C. de inoffic. testam. Tamen per Dominos dicebatur, aliàs in vna Albiganen. coram Aqoenf. septima Nouembris, 1544 fuisse resolutum, quod in tali commissione vtraque causa, tam appellationis, quàm nullitatis, venit æque principaliter,& non incidenter, ita quòd deserta causa appellationis non censeatur deserta causa nullitatis, vt voluit Bar. tenendo istam conclusio. in c.dilecti in 38. q. de appellat. vbi relatis opinionibus tenet,
6 quod verior sit opinio illa, quia † si quis dixerit, *dico sententiam nullam,& si qua est appello*, quòd causa nullitatis venit æque principaliter. Et Dec. ibi in fine dicit, quod ista opinio est verior, & communior, & allegat
7 Alex.cons.2.in 7.vol. Et † idem dicend. quando committitur causa appellationis,& nullitatis cum copula, quæ æque principaliter copulat, per Iaf. in l.1.4.col.ff. de insti.& tnr. vbi in terminis illis loquitur, & ibidem ad propositum Franc. in d. c. dilecto. in 5. col. io 6. q.
8 Vnde † stante, quod causa nullitatis non sit deserta, sequitur litem non esse extinctam, quia sententia non extincta, lis non extinguitur, decis. 10. vt lite pendente. Ex quo sequitur, quod etiā si brachium sæculare fuisset exequutum, tamen adhuc idem esset, & quia in alia audientia coram D. Prospero fuerat dictum, quod lata sententia, quæ in iudicatum transierat, lis dicitur ex-
9 tincta in fauorem actoris, † quia contumacia rei in parendo, non debet illi obesse, & propterea in ea fuit di-
10 ctum, † factam alienationem ab actore post rem iudicatam teoere, tanquam de re non litigiosa, videbatur dici posse, litem non extinctam, quo ad Franciscum per rem iudicatam, & commissionis nullitatis executionem non facere beneficium litigiosum, quia nō est super beneficio, Cassad. decisio quarta, vt lite pendente, & decis. 110. de causa possessio. & proprietar. Nec quod commissio habeat vna cum toto negotio principali aliquid facit, quia iam negotium principale est finitum per rem iudicatam, tamen fuit dictum, quod illud procedebat in casu alienationis, quia quantum
11 ad illud, lis dicebatur extincta, † sed non erat verum indistinctam litem dici finitam in fauorem actoris. Patet, quia si sine executorialibus possessionem apprehenderet dicetur attentare, vt dicit Sarnen. in loco superius allegato. Propterea hæc non tractabat de fauore Francisci, qui rem iudicatam obtinuerat, sed de fauore illius, qui per eius obitum fuerat electus. Tamen dixerunt Domini, quod hic opportunum erat dubitare, si foret necessarium, an in fauorē ordinarij per rem iudicatam, licet non executam, lis diceretur extincta, & posset ordinarius de beneficio vacante prouidere, quòd bene seruiret in proposito, quia tunc electio, nec possessio cuius vigore fuisset attentata, si quo ad prouisionem ordinarij haberetur lis pro extincta: & in causa ista commissio restitutoria nō faciebat, quo minus lis diceretur esse finita, cùm lapsum esset quadriennium post causam commissam, & sic finita erat instantia restitutionis in integrum, Clementina 1. de restitutio. in integrum,& c. 1. eodem tit. lib. 6. & Rota decis. 411. in nou. Et super hoc pars Didaci prætendens litem durare, non faciebat fundamentum, nisi tantum in nullitatibus.

FABII.

De Regressu Lucensis Decanatus.

SVMMARIA.

1 *Regressus in beneficio per Pontificis prouisionem collato, & per obitum familiaris vacante, partis sibi regressum antea, vigore gratia reseruantis, an validus sit.*
2 *Ius partis, quæ prætendit de reseruatione regressus si bonum non sit, vtrum impediat accessum quo minus validetur.*
3 *Supplex libellus de reseruatione regressus, nullam faciēs penitus mentionem stante iure, siue bono, siue malo, an prosit parti, vt in aliqua habeatur consideratione ad consequendum intentum.*

DECISIO CII.

IN causa Lucensis Decanatus dubitaui, præsupposito, qnòd de iure Cardinalis Cibo constet, saltem,
1 *an † eius regressus, siue accessus sit validus?* In causa ista fuerat prouisum de isto Decanatu cuidam Parafrenario Papæ Leonis per cessionem Cardinalis Cibo, qui vigore cuiusdam reseruæ præsupponebat, se acceptasse istum Decanatum, cui cesserat reseruato regressu ad illum. Parafrenarius mortuus erat, per cuius obitum Papa prouiderat cuidam; Cardinalis petebat contra prouisum regressum, seu accessum suum canonizari, quia nec in 2. instantia constat, nedum de acceptatione
2 Cardinalis, sed neque regressu eius. Fuerunt † latæ sententiæ duæ in fauorem prioris. In tertia etiam coram me, præsupponebatur constare de omnibus. Nā in gratia reseruæ constabat de acceptatione Decanatus, quē vigore gratiæ tenebatur acceptare infra mensem. Non constabat plenè, sed petebatur remissoria, tamen præsupposito, quod cōstaret, dicebatur expositione, qnòd ius Cardinalis non erat bonum. Et multa dicebantur. Vnde dubitaui, vt supra, & Domini dixerūt, quòd accessus erat validus, quantumcunque ius non esset bonum, quia satis erat, quòd aliquod ius habuisset, siue bonum, siue malum, cùm illud tanti fecisset resignatarius, quòd consensum præstitisset accessui. Immo nullum ius de præterito præsupponebatur, decis. Cassad. prima de pact. Et idem dixerunt Domini, eadem die in vna Legionensi, Canonicatus & præbend. coram Puteo,
3 quòd quando † in suppositione accessus reseruati nihil narratur, propter quod reseruatio nihil debet probare, scilicet quod vigore boni, vel mali iuris sit reseruatum. Sed quando aliqua narrātur, quæ narrata sunt pars gratiæ, & Pontifex præsumitur motus ad illam concedendam, propterea omnia sunt verificanda, quibus in facto verificatis siue iure tribuat bonum ius, vel non, habetur de hoc aliqua consideratio.

FABII.

De Fide Instrum. Barchinon. Pension.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes in fauorem alicuius partis, vtrū etiam adiumento sint ad fundandam intentionem, licet à parte contraria producatur instrumentum pro annullatione intenti.*
2 *Notarius non rogatus de actu, subscribens tamen & sigillo muniens instrumentum, non adductis testibus, aliam tamen probationem certam adferens, an probet.*
3 *Vicarius attestans de facto alieno per substitutum suum, licet expedito, fidem nullam tenus.*
4 *Consuetudine si inoleuerit literis ordinarij sine subscriptione testium credi, ea seruanda est in fauorem actus, ne annulletur.*

DECISIO CIII.

IN vna Barchinon. pension. 700. ducatorum dubita-
1 ui, † stātibus depositionibus testium pro parte Mi-
chaelis examinatorum, *an noceat ei instrumentum, quod
ex aduerso productum fuerat*, reseruatam pensionem
Michaeli tanquam clerico, qui per duos testes de com
muni reputatione dispēsatus etiam aliquid vltra pro-
babāt, se fuisse clericum tempore reseruatæ pensionis.
Ex aduerso producebantur quædam literæ vicarij v-
bis multò post reseruationem pensionis, & annatæ, in
quibus Vicarius attestabatur illum assumpsisse primā
clericalem tonsuram, per quendam alium Episcopum
ab eo substitutū subscriptam manu Notarij actuarij
ipsius Vicarij cum sigillo Notarij, sed sine testibus, nec
2 attestabatur, † Notarius de illo actu, se fuisse rogatū,
nec in eius præsentia factum. Et dicebatur his literis
tanquam certam probationem afferentibus standum
esse potius, quàm testibus pro reputatione deponenti-
bus, quæ non est plena & recta probatio. Sarn. q. 50. in
reg. de annali, vbi multa allegabant. Dixerunt domini,
quòd licet literis testimonialibus ordinarij sine sub-
scriptione testium non credatur, Fely. in c. post cessio-
nem, de probat. col. 3. vers. 2. conclusio. Tamen istud
non habet locum in legib. Felyn. ibidem in 5. limita. Et
pro leui habebant probare primum clericatum, licet
ex ista probatione maximus vel leuissimus sequeretur
effectus. Quia apud me esset dubium, quia Fely. dictū
istud amplificat, & alius videtur seruire in proposito;
3 tamen dixerunt, † ex quo † Vicarius attestabatur de
facto alieno, quòd ei credendum non erat. Nam non
ipse, sed eius substitutus ordinem dederat. Et ex dictis,
per Fel. in loco præallegato in 1. amplia. primæ con-
clusionis, colligebatur expressè. Fuit tamen dictum,
4 † quod si probaretur consuetudo, quòd talibus literis
fides adhiberetur, aliud esset, vt per Felyn. ibidem in
princ. eiusdem conclus. 2. limita. vel ter. Nam qui pro-
duxerat istas literas, offerebat se talem consuetudi-
nem probaturum.

FABII.

De Constitutionibus Hispalen. Portio.

SVMMARIA.

1 *Filij, & nepotes de heresi damnatorum in Ecclesia Hispa
lensi, aut etiam reconciliatorum beneficiari non pos-
sunt ex statuto.*
2 *Sponte heresim abiurans, & ita voluntarius reconcilia-
tus, tali statuto non continetur, & beneficiari potest.*
3 *Filij hereticorum tanquam nati ex sanguine infecto v-
trum sub statutum illud cadant.*
4 *Et an nati antequam pater labatur in hereses, numer,
sequen.*

DECISIO CIV.

IN vna Hispalensi portion. inter Aluarum Moram,
& Petrum Gulielm. dubitaui præsupposita varie-
tate scripturarum, de quibus in actis, *an remissoria sit
releuans statutum Ecclesiæ?* Deponitur vna cum con-
1 firmatione clem. † quòd filij, & nepotes hæreticorū,
& reconciliatorum non possunt obtinere beneficia in
Ecclesia Hispalens. in quibus constabat, mattrem Alua-
rij Morari fuisse nepotem recōciliati, sed quia scriptu-
ræ, non erant in forma probanti, & petebat potius re-
missoriam ad probandum, quòd esset nepos istius re-
conciliati. Et dicebatur, quòd ex eo, quòd istud proba-
2 retur, non esset releuans, † quia ex quo ille sponte ve-
nerat ad abiurandum heresim, quod non comprehen-
deretur in statuto, sed quia non erat plene ab vna par-
te informatum, mandarunt domini, vt specialiter du-
bitarem, *an filius reconciliati comprehenderetur sub sta
tuto*. Fiebat etiam aliud fundamentum, quod ex quo
ipse nepos & allegabatur doctrina, de quibus in infor-
matione: quæ tamen non placuerunt dominis posse
ad causam nostram applicari. Nam c. statutum. de hę-
ręd. in sexto. loquens de filijs, & nepotibus hæretico-
rum, vtique locum haberet etiam in nepotibus natis
post mortem aui, tum propter eius qualitatem, tum
3 quia ad illud textus est, vt dicunt Doctores ibi, † quia
procedunt ex infecto sanguine, quæ ratio etiam mili-
tat post mortem aui, & magis probabilis est dubita-
4 tio, an † filius natus, antequam pater laberetur in hæ-
resin, esset de comprehensis in d. c. statutum, Et licet
videretur dicendum, quòd non, quòd ex sanguine in-
fecto non nascitur, tamen Doctores magis communi-
ter tenuerunt contrarium, vt attestatur Claud. de Sey
sell. in l. adeo quidem. ff. de iurisdictione omnium iu-
dicum.

FABII.

In Eadem Hispalensis Portionis.

SVMMARIVM.

1 *Heresin propria voluntate & sic sponte confessus, filios
habēs, beneficia ipsis conferri non impedit, stante sta-
tuto filios hereticorum admitti neutiquam ad benefi-
cia debere, cum non reconciliatorum sit in numero ha
bendus, sed pœnitentum.*

DECISIO CV.

IN causa Hispalen. portion. inter Aluarum Moran.
1 & Petrum Guliel. dubitaui, † *an statutum loquens
de nepotibus reconciliatorum seu cōdemnatorum habeat
locū in reconciliato sponte confesso promissa sibi venia?*
Et omnes dixerunt quòd non, quia isti non reconcilia-
ti dicuntur, sed pęnitentes, quibus pęnitentia, non pœ-
na imponitur, vt per Archid. & alios in c. vt commissa,
de hæret. §. qualiter. Et statutum videtur intelligi in
illis, qui accusati, & condemnati fuerunt, licet recon-
ciliati, & quorum insignia in Ecclesia solent poni, quæ
vulgo Sanbenito nuncupantur, quorum nepotes in
Ecclesia beneficiatos esse dedecus est, quòd non est in
istis, qui sponte ad pęnitentiam venerunt.

FABII.

De Iudicis Arborens. Canonic.

SVMMARIA.

1 *Sententia an possit ferri & procedi per contradictas cō-
tra nunquam antea citatum ad causam, licet fuerit
personaliter citatus in extractione iurium, idque vi-
gore compulsoriarum.*
2 *Scientia stante de causa ventilatione in curia, & agita-
tione processus, an mitti debeat pro causa defensione
procurator, & an alia citatio requiratur.*

DECISIO CVI.

IN vna Arboren. Canonicatus, & beneficiorum sine
1 informatione dubitaui, † *numquid possit procedi per
contradictas, & ferri sententia contra vnum, qui nun-
quā fuerat citatus ad causam. Sed reperiebatur persona-
liter citatus, in extractione iurium vigore compulsoria-
lium ad causam illam facientium*. Et ratio dubitandi
fuit, quia sicut per Innocentianam constitutionē Aud.
Rotæ possent procedere vigore citationis nulliter exe
cutæ, si constet citatum habuisse notitiam de citatio-
2 ne, eodem modo † in isto casu dicebatur, quòd ex quo
ille habuerat scientiam, deberet mittere procuratorē
ad defendendum causam, cum sciret eam in Curia tra
ctari, tamen Domini dixerunt, quòd nō sufficiebat ta-
lis citatio, nec eius vigore poterat condemnari, quia li-
cet habuerit notitiam de extractione iurium tamen
non habebat notitiam causæ cōtra illum citari, & agi-
tari, propterea debuit aliter citari.

FABII.

De Testibus Dertusen. Sacristiæ.

SVMMARIVM.

1 *Testibus deponentibus de reputatione clericatus, & de in-
spectione literarum probatoriarum, an parte aduersa
insistente, pro specificatione personarum literas haben
tium incumbat probatio, & eorundem productio.*

DE-

DECISIO CVII.

IN causa Dertusen. Sacristiæ, quia in probatione ha-
1 bilitatis Ioannes de Miglia † testes dixerant nedum illum reputari communiter clericum, sed etiam quod viderat literas clericatus: Pars aduersa: quæ viderat publicationē testium petebat posse interrogare testes in manibus cuius viderunt literas. Dubitaui cum Dominis, an non permittendum esset. Et licet non dederim dubium super hoc, vtraque pars verba informauit, & dixerūt Domini absque eo quòd aliquid allegaretur, quòd ego deberem ex officio illum interrogare.

FABII.

De Iudicis Salaman. Abbatiæ.

SVMMARIA.

1 *Commissione facta ratione causa appellationis & nullitatis, vtraque aequè censetur principaliter commissa, ita quidem vt lapsa appellationis instantia nullitatis adhuc in suo robore persistat.*

2 *Nullitas si allegetur, probari debet habito termino, & doceri antequam vlteriorem executionem in causa procedatur.*

3 *Commissionis præsentatio cum signatura, vbi de assertis constiterit, non antea tamen facta fide, nil ad nullitatum probationem adiumenti adferre potest.*

4 *Brachium sæculare si imploretur non alia impetrata commissione præfixionis terminus, efficitur processum esse nullum.*

5 *Rota appellationis causas frequentissimè committit, & nullitatis, etiam si super eadem nullitate non pronuncietur, sed simpliciter bene, vel male appellatum.*

DECISIO CVIII.

IN causa Salaman. Abbatiæ dubitaui, *vtrum post executoriales fuerit malè vel nulliter processum vsque ad decretum brachij sæcularis, inclusiuè stantibus commissionibus ex aduerso productis?* Et sicuti aliàs dixerūt Domini ita & nunc non esse validè processum, stante tamē resolutione aliàs facta per Rotam, de qua supra,
1 in eadem causa, videlicet quòd † quando committitur causa appellationis, & nullitatis, vtraque censetur æquè principaliter commissa, & lapsa instantia appellationis adhuc durat instantia nullitatis, super qua tamen resolutione fuit multum tumultuatum hoc die, cum videretur multis nimis rigorosum, & tribunali nostro non dignum. Quo stante, licet prima commissio in hac causa habeat sine præiudicio legitimæ executionis, tamen ea pars non fuit vsa, quia sic remansisset executio penes iudicem, à quo data fuerat aliàs, in qua habebatur, quòd si quid exequendū foret, in primis & ante omnia exequatur. Qua clausula non ob-
2 stante adhuc dixerunt, † non potuisse procedi ad vlteriorem executionem sine præfixione termini ad docendum de nullitate vigore specialis commissionis. Etiam hoc dicebat Petrus habuisse à Reuerendiss. Si-
3 monetta. In hac causa etiam fuerat † præsentata commissio cum signatura constito de assertis, de quib. cum aliàs non constitisset nihil ad nullitates conferebat. Et post has tres commissiones fuerat data declaratoria, à qua fuerat appellatum & de nullitate dictum. Qua
4 commissione non obstante, cum † fuisset ventum ad vlteriorem executionem dicitur, videlicet ad brachiū sæculare sine alia commissione præfixionis termini, vt supra dixerunt, processum illum esse nullum. Et licet Auditor Cameræ vigore illius commissionis, videretur velle seruare terminos, noluit tamen admittere obseruationem terminorum, nisi facto verbo in Rota, & postea ad vlteriorem procedendo visus fuit reputare appellationem tanquam friuolam, ad decis. 4 t a. in nou. & 50. à præcedente, de dilationibus. Ex quo processu videbatur etiā reiecisse nullitates accessorias deductas appellando, quæ etiā de certa appellatione pro his videbatur esse sublata, Bal. in l. si expressè. ff. de appel. & Iason in l. contra maiores. C. de inoff. test. Tamen tenendo opinionē, de qua supra dixerunt Domini non potuisse facere iudicem sine commissione. Et cum aduersus hoc replicaretur, quod si hoc esset verum, de-
5 struerentur omnes processus nostri, † quia semper cōmittitur causa appellationis & nullitatis, & nunquam pronunciatur super nullitatibus, sed simpliciter bene, vel malè appellatum. Vnde non existente commissione præfixionis termini super nullitatibus esset dicendum attentatum in causa, quia sententia & processus essent nulli, tamē respondebatur, & bene, quod ex quo in causa appellationis obseruabantur termini, illa sola sufficiebat, nec requirebatur præfixio termini, prout requirebatur in executione, vbi multa talia seruantur, & ideo sententia illa perficiebatur, nec dum causa appellationis, sed etiam nullitatis, quia poterat imputari parti, quare non deduxisset nullitatem.

FABII.

De Præsumpt. Gadicens. Pension.

SVMMARIA.

1 *Pensio translata à prælato in familiares in articulo mortis præsupposito de inhabilitate prælati, per obtentam dispensationem subreptitiam vtrum cōfirmari possit.*

2 *Prælatus habilis reputatus, nedum ad pensiones obtinendas, sed ad quælibet beneficia, licet super obiecta inhabilitate subreptitiam dicatur habere dispensationem, præsumitur tamen legitimè alterius vigore indulti dispensatus.*

DECISIO CIX.

IN causa Gadicen. pension. inter Episcopum Gadi-
1 cen. & quosdam pēsionarios dubitaui, an † ex actis constet de tali conditione, quæ concludit probationē alterius partis, quòd Episcopo Scalen. fuerat reseruata pensio super fructibus Ecclesiæ Gadicen. quam in articulo mortis vigore facultatis, quam habebat transtulerat in duos seruitores suos: quamuis Episcopus Gadicen. denegabat soluere dicens illam nullam propter inhabilitatem Episcopi Scalen. qui fuerat filius Combusti & super ista inhabilitate fuerant latæ duæ sententiæ super nullitate istius pensionis, vna per Pichinum tunc locum tenentem Auditoris Cameræ, quæ fuerat confirmata in Rota per Mohed. & super prætextu, quòd licet cum Episcopo Scalen. fuisset dispensatum Romæ, dispēsatio fuisset subreptitia, prout fuerat resolutum à Rota in quadam causa Hispalen. portionis cœpta per Episcopum Scalen. sed post eius mortem finita non fuerat ostensa extra acta Dominis Auditorib. prædicta dispensatio. Sed cum ad me in tertia instantia aduenisset, & vellem ex eisdem expedire causam, noluerunt Domini, quòd facerem aliquid super illa dispensatione non producta, & tunc pensionarij examinarunt plures testes, quia testabantur tempore Iulij II. agnouisse Episcopum Scalen. tunc in mi-
2 noribus, & semper † vsque ad eius obitum reputasse illum habilem, & vidisse ab alijs reputari ad obtinendum nedum pensiones, sed etiam quæcunque beneficia. Qua probatione stante resoluerunt bis Domini, quòd Episcopus præsumebatur dispensatus, non obstante illa dispensatione subreptitia, qua tamen non apparente præsumebatur aliam bonam habuisse. Et cum ex aduerso diceretur hanc reputationem nō suffragari, quia apparebat & constabat, Episcopum non fuisse reputatum tam in quadam causa quæ contra ipsum fuerat mota super Archi. de Incunla, & in alia Hispalen. de qua superius fuerat articulatum & probatum, eum esse filiū Combusti, & propter istam contradictionem dubitabatur, si illa communis reputatio probata, vt supra suffragaretur. Et hoc quia ista contradictio fuerat particularis, & superuenerat post triginta annos, & sic post præscriptionem finitam super communi reputatione, ex qua præsumebatur dispensatus. Et in hac opinione etiā hodie perstiterunt.

F A B I I.

De Lite pendente Compostellan. Canonicatus & Præben.

S V M M A R I A.

1 *Lis per lapsum triginta annorum non prosecuta, non etiam super ea literis expeditis habetur pro derelicta, ita vt pars aduersa dicatur esse in pacifica possessione.*

2 *Citatio executa nunquam tamen producta, vbi circumducta fuerit, pro nō facta habetur, nec arctat titulum minimeque prosecutionem interrumpit.*

3 *Lis an per sententiam finiatur, quæ transijt in rem iudicatam.*

D E C I S I O C X.

IN causa Compostellan. Canonic. & Præbend. dubitaui præsupposita lite inter Giordanum & Petrū, ex quo Giordanus cessit in fauorem cum facultate litem prosequendi, quia Lapus nec literas expediuit, nec litem prosequutus fuit, & vixit vltra triginta an-
1 nos, † & lis dicatur, vel habeatur pro derelicta taliter
quòd Petrus vel eius successores dici possint pacifici
possessores. Et dixerunt Domini, prout etiam aliàs in
hac causa, quod ex tanti temporis cursu præsumebatur, habita pro derelicta, & Petrus poterat dici pacificus possessor, adeò quòd successores sui non tenentur iustificare titulum prædecessoris, & iuuarentur allegatione Lapi. Et hoc dixerunt etiam quòd præsupposuerint, quòd data lite Alphonsus, qui nunc erat in lite, qui erat subrogatus in ius Lapi, & per consequens etiā Giordani, posset habere melius ius quoad Petrum, & eius successores, in illa tamen lite nihil aliud factum fuerat, nisi quod Giordanus obtinuerat committi causam, & decerni citationem, quæ fuerat executa, sed
2 nunquam producta. † quę citatio videbatur circundu-
cta, & pro non facta haberi. Ideò nec arctat citatū, nec
prosecutionem interrumpit. l. & post edictum. §. 1. ff. de iudic. & ibi Bald. cum alijs, de quibus per Felyn. in c. illud, col. 4. in prin. de præscript. quæ decis. notanda est ad imitationem aliarum decisio. quæ quondie arti-
3 culantur, † quòd lis non finitur per sententiam, quæ
transierit in rem iudicatam, decis. 10. vt lit. penden. aliàs num. 412. in nou. Cassad. decis. 5. vt lit. pend. & not. per Doctores communiter in c. fi. & ibi per glossam, in verbo, limit. & latè Francus vt lite pendente.

F A B I I.

De Re Iudicata & Appel. Zamoren. Parochial.

S V M M A R I A.

1 *Tutus accessus si denegetur alicui, an citato possessore brachium sæculare impleratum sit relaxandum vsque ad nouam commissionem executorialium.*

2 *Appellans vehementer contumax an priuari possit per brachium sæculare, etiam tempore vacantium vel feriarum.*

3 *Appellans licèt contumax, audiri tamen debet à die habita notitia, non aliter.*

4 *Scientiam rei iudicatæ vbi non habuerit pars, sed tantummodo litis, non potest argui etiam de scientia sententiæ.*

5 *Decendium quod de iure datur ad appellandum quando currere incipiat, vtrùm à die intimationis sententiæ, an verè à die notitiæ.*

D E C I S I O C X I.

IN causa Zamoren. Parochialis de Casa sola, dubita-
1 ui, † *vtrùm brachium sæculare esset relaxandum?* In
hoc casu, citato possessore per edictum, constito de non tuto accessu, erat processum per contradictas, & tuleram sententiam, & decreueram executoriales, quæ per edictum similiter erant intimatæ, ob quarum non paritionem declaraueram intrusum, qui post declaratoriam miserat procuratorem ad curiam, qui appellauerat à die notitiæ & causam commiserat. Deinde per actorem fuerat præsentata commissio, vt præfigeretur terminus ad docendum de legitima appellatione, quo elapso procederetur ad brachium sęculare omissis alijs censuris ad secundam, à qua præfixione, & eius breuitate fuerat appellatum, & ego reposueram cum inti-
2 matione, quæ intimatio non erat facta. Et † cum tem-
pore feriatum esset præsentata commissio vt non obstantibus ferijs attenta præfixione termini decerneretur brachium sæculare, in maximam appellantis contumaciam habui terminum pro seruato. Et facto verbo in Rota Domini dixerunt, non esse relaxandum
3 brachium sæculare, † quia attento, quod ille erat fa-
ctus contumax, quandocunque appellando à die notitiæ debebat audiri, ad decisio. Rotæ 364. In contrarium adducebatur, quòd cōstabat illum sciuisse, quòd post executorialium intimationem in Ciuitate Salaman. vbi ille reus erat Scholaris constituerat procuratorem, adeò quòd tunc temporis tanquam habens notitiam scientiæ, per intimationem executorialium, debet appellare coram honestis personis, sed ad hoc fuit
4 dictum, quòd † ex quo in actis mandatorum non con-
stabat, quòd habuerit scientiam rei iudicatæ, sed tantummodo litis non arguebatur notitia sententiæ. Adducebatur etiam sententia Felyn. post Bald. quem allegat in c. quo ad consultationem, col. 13. nu. 33. versicul. considera duos casus. de re iudic. Qui dicit, quòd quando quis per edictum est citatus vel ad domum. Vel in loco beneficij ad sententiam audiendam, & eo
5 modo esset intimata sententia, † quod decendium ap-
pellationis, incipiat currere à die intimationis sententiæ, siue à die notitiæ, quasi tunc præsumatur habere notitiam. Quod dictum non placuit Dominis simpliciter, quia multum restringeret prędicta, sed pro tunc intellexerunt in casu suo articulari, in quo loquitur. Non obstat etiam præfixio termini, quia ex quo appellatum fuerat & facta requisitio, terminus non currerat, & non esset facta intimatio, tamen hoc non releuabat, quia dixerunt Domini, quòd ista die potuisset fieri ista intimatio. Secundò, & notabiliter dictū fuit, quòd ex quo constat de legitimate appellationis facta per affixionem, erat verificatum illud, ad quod erat præfixus terminus, & ita conseruarentur termini in causa appellationis, & communi iure ordinario expedirentur in secunda instantia.

F A B I I.

Calaguritan. Archid.

S V M M A R I A.

1 *Sententiæ tres conformes lata contra aliquem parentem rei iudicatæ per admissionem possessionis, an impediat in integrum restitutionem.*

2 *Habens commissionem restitutoriam, in qua narratum fuit de iure competenti, vt valorem beneficij exprimat, est necesse.*

D E C I S I O C X I I.

IN causa Calaguritan. Archidiaconatus inter Martinum, Fernandum, & Franciscum de Miranda, Mar-
1 tinus † habuerat tres conformes contra, & paruerat
rei iudicatæ dimittendo possessionem, & modo veniebat per viam restitutionis in integrum. Dubitaui, *an gratia si neutri ipsius Martini in summa quadringentorum esset verificata?* Nam is Martinus ex iure cesso habebat acceptationem eiusdem beneficij vigore expectatiuæ, in summa ducentorum, & habebat *gratiam si neutri*, vt in dubio. Quibus non obstantibus canonizata fuerat gratia Francisci de Miranda cum expressione ad 300. cui fuerat prouisum per obitum Martini de Angiano cum surrogatione etiam ad ius illius, & ad prosecutionem litis in eundem statu, & terminis, quam litem incœperat Angianus ex iure per eum cesso in Garsiam, qui impetrauerat beneficium cum expressione 150. Et dixerunt Domini, quòd in isto
2 iudicio Martinus erat actor, & † quia in commis-
sione restitutoria narrauerat ius sibi competere, erat necesse

necesse, quod probaret beneficium valorem ducentorum non excedere, ad hoc, vt posset per expectatiuam beneficium consequi, vel quòd probaret beneficiũ excedere summam scutorum 250. ad hoc, vt excluderet ius Frãcisci aduersatij venientis per obitum Angiani, & ex consequenti intrat gratia sua, si neutri præiudicium, &c. quod vltimum prætendebat Martinus probasse ex confessionibus Angiani, vnam videlicet quam fecerat in probando valorem fructuum, contra Petrũ de Corral. contra quem habuerat rem iudicatam, in qua articulauerat medio iuramento, fructus non accedere ad valorem 400. Alia in qua respondendo articulis per Martinum datis, confessus fuerat beneficiũ excedere summam 260. sed reperiebatur pro parte Frãcisci. Et ita secuti sunt Domini, quòd confessiones non poterant præiudicare dicto Francisco, qui non veniebat ex iure Angiani, sed ex proprio, qui fuerat ei proui sum per obitum Angiani.

FABII.

De Lite penden. Salamantin. Abbatiæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta lite pendente facit reuocari recepta, & attentata, stante quod possessio fuerit solum momẽtanea.*

DECISIO CXIII.

IN causa Salaman. Abbatiæ dubitaui, *vtrum sit procedendum super receptis attentatis?* Et dixerunt Domini, potius esse reuocanda attentata, c. non solum. de appellat. in 6. Rota 56. in nou. Et licet diceretur non 1 esse reuocanda, † quo ad possessionem capta lite pendente per Abbatem, & Alphonsum, quia illa possessio fuerat momentanea, & constabat, quod Didacus aduersarius possidebat, qua possessione stante etiam electio Abbatis, quod erat attentatum aliud, non videbatur reuocari debere: quia postquam ille erat in possessione, nihil videtur sua interesse, nec quo ad vnum, nec quo ad aliud. Vnde non videbatur audiendus, ad decis. 40. in nou. Tamen tenuerunt omnes Domini contrarium, quia imò poterat sua interesse aliquo tẽpore, hanc possessionẽ non esse captam: quia Alphonsus non possidebat, magis sua intererat renũciari illi possessioni, prout & electioni de eo factæ; quia licet in electione ipse attentauerit, sed collegiata, quia illum eligit pendente lite inter illum & Capitulum, nihilominus tamen recusando videbatur attẽtare, & propterea prius, & ante omnia attentata erant reuocanda.

FABII.

De Præsumptionibus, & fide instrumentorum in causa Segobien.

SVMMARIVM.

1 *Indultum de conferendo concessum alicui prælato in causa beneficiorum, vtrum extendatur ad omnes menses, an solum ad eos, qui alternatiui dicuntur.*

DECISIO CXIV.

1 IN causa Segobien. dubitaui, † *an Reuerendissimus Camerarius, posset vigore indulti conferre in omnib. mensibus, vel alternatiuam prout in alijs literis?* Fuerat enim vigore literarum in forma breuis concessum indultum Camerario cõferendi beneficia in diœcesi Segobien, accedente consensu Episcopi, & eadem die, per literas sub plumbo concessa collatio alternatiuæ Camerario. Et quia non videbatur bene constare, nec de consensu Episcopi, quo accedente erat necessaria alternatiua, nec de consensu Camerarij, nec de expeditione literarum, sub plumbo, dubitabatur, *quæ literæ essent attendendæ, & per prædicta de rigore iuris possit aliquo modo reuocari in dub.* Primò, quia de consensu Episcopi & Camerarij aliquo modo constabat, & propter verisimilitudinem, & quia literæ sub plumbo sunt magis ex auctoritate, & ab vsu patrisfamilias. Nam quotidie ita fit, & hoc modo cõceditur pro aliquo Cardinali multum dilecto indultum conferendi beneficia, in aliqua diœcesi in omnibus, & datur etiam conferuata: postea dimittitur illud *indultum* per alias literas, & conceditur alternatiua Episcopo, ex qua nedũ Episcopus inter duos menses, sed etiam, quod in quatuor mensibus sibi concessis, possit conferre reseruatis, quod non habuisset ex simplici alternatiua, quæ non solet dari ad reseruata.

FABII.

De Pugnante in duello.

SVMMARIA.

1 *Testibus deponentibus in duello, pugnatum ex auditu concurrente publica voce & fama, an ex hoc resultet pugnantem ad beneficia Ecclesiastica inhabilem, præsupposito, quod crimen non sit enorme in laico, secus in clerico.*

2 *Debilitatio membri non inducit irregularitatem, sed mutilatio & abscissio.*

DECISIO CXV.

1 IN causa Dertusen. Sacristiæ præsupposito, † quòd aliqui testes deponant, audiuisse à Ioanne de Miglia, & alij de publica voce, & fama, Ioannem in duello pugnasse, & vulneratum esse in oculo, an ex hoc resultet, vt crimen sit enorme, vt fuerit inhabilis. Superius enim fuit conclusum, ex duello non esse inhabilem, cum non constaret tunc tẽporis de clericatu, quia non erat crimen enorme, prout etiam requiritur, Fel. in c. 2. de rescript. alios allegans. Nunc augebat difficultatẽ vulnus sibi illatum in oculo, quasi secuta fuerit mutilatio membri, ad c. 1. & 2. de cler. pug. in duel. Dixerunt Domini, quod hoc non aggrauaret delictũ, 2 quòd esset factus inhabilis ad beneficia, † quia debilitas membri non inducit irregularitatem, sed abscissio, Abb. & alij, in d. c. 1. qui cler. vel vouentes, Felin. in c. petitio. col. 1. de homicid. Et licet ex aduerso allegaretur c. 2. de cler. pugn. in duel. vbi dubitatur, pugnãtes in duello, quos pugiles appellant, vtrum homicidæ sint, & dicit tex. quod sic: tamen Domini dixerunt, illud non simpliciter verum esse, sed solum, quando ex duello sequitur vel mors, vel mutilatio membri, vt per Abbatem, in d. c. 1. & Host. in Summa.

FABII.

De Priuileg. Toletan. Parochial.

SVMMARIVM.

1 *Indultum habitum per prælatum de conferendo, an præiudicet Summo Pontifici, si cõferat beneficium, etiam persistente in suo vigore adhuc ipso indulto.*

DECISIO CXVI.

1 IN † causa Toletan. Parochialis de S. Paulo dubitaui, an prouisio Ioannis valeat sine consensu Cardinalis, aliàs enim fuerat parochialis, resignata in manib. Pl. in fauorem Valdrini, quam Papa per resignationẽ illam vniuit alteri parochiali, per Baldatinam obtentam ad eius vitam. Mortuo Baldatino, Papa de eadem prouidit Domino Ioanni. Dicebatur prouisionẽ hanc non valere, stante indulto Cardinalis Lotharingi. Et cum diceretur, indultum non habere locum vacante beneficio, per resignationem in manibus Papę factam. Et cum dissoluta vnione beneficium diceretur vacasse, adhuc per resignationem, saltem de consensu Cardinalis, hac vice debebat fieri prouisio, aliàs non valeret, tamen Domini dixerunt contrarium, per decis. Cassad. de priuil. vbi in terminis deciditur iste casus, & decis. 111. de vnione.

FABII.

Regula de non tollen. iure quæsito Paduanæ Custodiæ.

SVMMARIVM.

1 *Regula declaratoria an tollat ius quæsitum parti, & præiudicet ordinario habenti indultum.*

DECISIO CXVII.

1 IN vna Paduana custodiæ dubitaui, † *an per regulã publicatam Bononiæ possit tolli ius quæsitum.* Et Dñi dixerunt, quod sic, quia regula illa est merè declaratoria alia-

aliarũ regularũ loquentium de protonotarijs, postquam fuerat per ordinarium prouisum cuidam, deinde post illam prouisionem fuit facta illa regula Bononiæ, de qua dubitatur, per quam Papa declaratur intellexisse, tam de Protonotarijs participantibus. Vnde cum vacasset beneficium per obitum Protonotarij Apostolici, beneficium erat reseruatum, & prouisio ordinarij, qui etiã habebat indultum, nihil valuit, quãtumcunque post prouisionem venerit ista declaratoria, cùm sit mera declaratoria regularum, ad not. per Pau. de Cast. in l. heredes palam. §. si quid. ff. de testam. cum alijs alleg. per Sarnen. in q. 13. in reg. de non tollendo iure quæsito.

FABII.

De Testibus Dertusensis Sacristiæ.

SVMMARIVM.

1 *Testes semel examinati pro depositione requisitorum in causa, vtrum instante aduersa parte repeti de nouo debeant, an alij ab ijs examinari.*

DECISIO CXVIII.

IN causa Dertus. Sacristiæ. quia fuerunt de nouo dati articuli, super duello Ioãnis de Miglia, qui licet essent magis distincti, tamen in effectu idem continebãt,
1 & volebant † aduersarij examinari eosdem testes, & pars reclamabat dicens esse timorem subornationis. Propterea consului Dominos quid agendum foret. Et dixerunt alios testes examinari posse, sed non eosdem, qui si in aliquo non fuissent examinati, possent ex officio eos interrogare, sed si prius fuissent examinati contra intrusum, nunc autem instatetur contra Ioannem de Miglia, qui ad causam pro suo interesse venerat, fortè tamen non poterit negari, quin nouiter examinentur.

FABII.

De Probat. & Confess. Lucens. Parochial.

SVMMARIVM.

1 *Annexio, si non constet in causa spolij nisi de fama, & per duorum testium depositionem, requirit vlteriorem probationem.*

DECISIO CXIX.

PRoposui causam Lucen. Parochialis de Sauina, pro Domino Thoma Forat, in qua procedebatur per contradictas, & prætendebat Dominus Thomas, *se fuisse spoliatum sua Ecclesia, & quibusdam annexis huic parochiali, per Capitul. lucen. & agebat spolio*. Et licet
1 extrema satis fortasse fuissent probata, † quia tamẽ de annexione nõ constabat, nisi per duos testes de publica voce, & fama, dixerũt Domini, quòd deberet probare annexionem, nec curarunt, quòd Decanus eiusdem Capituli scriberet Thomæ, & ob id videretur annexionem & etiam spolium fateri, nec quòd testes deponerent, quòd duo Canonici nomine Capituli rogarent Thomam, quod vellet consentire dismembrationi eorum annexorũ, vt incorporarentur Capitulo, quia dixerunt, quòd isti non poterant præiudicare Capitulo.

FABII.

Constitutio facta per statutum in causa Hispalen. portionis.

SVMMARIA.

1 *Statutum inhabilitans filios, & nepotes hereticorum, si ue reconciliatorum non protenditur ad filios, seu nepotes eorum, qui sua sponte nemine penitus vrgente reconciliati fuere.*

2 *Confitio de asfertis inhibitio iudici de nõ procedendo nequaquam est facienda.*

DECISIO CXX.

IN causa Hispalen. dubitaui, *an stante sententia, de*
1 *qua opponitur, & † statutum comprehendens filios, & nepotes hereticorum, siue reconciliatorum, comprehendat rei etiam nepotes ex reconciliato sponte confesso, absque accusatione & inquisitione?* Et Dominis fuit visum, quòd sententia tam graues pœnas imponens, tantum inhabilitaret istos reconciliatos, & quod veniret sponte in tempus gratiæ, quo comprehenderentur in statuto.
2 Et quia ista † sententia non erat in forma probanti, nec legitimè erat probatum, quòd iste qui ius cesserat in Alphonsum Moram, qui defendebat istam causam descenderat à reconciliatis, mandarunt Domini dare remissoriam, pro probando, & pro adducendo iura in forma probanti.

FABII.

De Iudicijs Toletani matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ Apostolicæ, & Gubernator Vrbis, vtrum possint facere inhibitionem Auditoribus Rotæ, de non procedendo in causa ciuili pendente criminali.*

DECISIO CXXI.

1 IN causa Toletan. matrimonij, quia † fuerat mihi inhibitum, per Auditorem Cameræ, & per Gubernatorem, ne procederem in causa ciuili pendente criminali, & signatura dederat tantum constito de assertis, dubitatum, *numquid stante tali inhibitione possit mandare examinari, quos instabat Comes examinari.* Et dixerunt Domini, quòd licèt probante signatura commissionis conditionalis videlicet, constat de assertis, nõ debuissent iudices sine causæ cognitione inhiberi, ex quo erat inhibitio, quòd nihil fecerat: eo maximè, quòd erat facilè committi reformare commissionem, & obtinere quòd procederetur ad examen, non obstante inhibitione, vel quod mandaretur inhibitio.

FABII.

De Restit. Spoliat. & Vacan. per obit. familiarium Card.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans inficit nedum titulum, sed etiam possessionem, contrarium tamen decidit Rota.*

DECISIO CXXII.

IN causa Ciuitatis Castelli Parochialis S. Georgij, dubitaui, *an possessio Domini Antonij esset restituibilis.* Fuerat enim commissa causa super ista Parochiali, & demum suspẽtum petitorium, & procedebatur super spolio. Et licèt essent probata extrema necessaria, dicebatur, possessionem istam non esse restituibilem, quia vacauerat beneficium per obitũ familiaris Cardinalis, & erat datum de regula, de imperran. benef.
1 per obitum fami. Cardin. habente † decretum irritãs, quod inficit nedum titulum, sed etiam possessionem, Rota decis. 19. in nou. In primis omnes Domini dixerunt contrarium, quia illud intelligitur de resignatione notoria, non autem in casu isto, in quo potest esse dubium, an sit fam. & non constaret, quia erant examinati testes, & mandatum, quòd ponerentur ad partes, quia pars spoliata negabat, posse examinari testes, cum etiam tales essent, quibus fides non adhiberetur. Et ita hac eadem die pronunciaui.

FABII.

De Iudicis Aurien. Abbatiæ.

SVMMARIVM.

1 *Registro non apparente eo, quòd deperditum dicatur, causatum per inspectionem actorum in manuali descriptorum expediri potest, idq; eò maximè, si per calumniam partis suspicio suborta sit, registrum non apparere.*

DECISIO CXXIII.

IN causa Aurien. Abbatiæ cum dubitassem, an fuerat verè lis inter Cardinalem, & Alphonsum subro-
1 gatum, & agens pro Solono nollet informare † sine registro, quod erat deperditum; Domini dixerunt, quòd expediretur visis actis in manuali, attento quòd eramus in tertia instantia, & ex eisdem etiam oriebatur quædam præsumptio, registrum non apparere culpa retardantis expeditionem in causa satis calumniosè defendebatur, prout aliàs Domini in ista mandarũt, quòd causam expedium visis iuribus originalibus.

FA-

FABII.

De Probat. Astoricen. Parochial.

SVMMARIA.

1 *Clericatus utrum sufficienter probari possit, per publicam reputationem multorum, & famam.*

2 *Literæ per subreptionem expedita, vel obtentæ, in iudicio nihil probant.*

DECISIO CXXIV.

IN causa Astoricen. Parochialis S. Brixiani dubitaui, *utrum satis constaret de clericatu Antonij, & quod esset Abbas Abbatiæ, cui uniuit beneficium, de quo agi-*
1 *tur*. Nam † de clericatu constabat per testes examinatos, deponentes de communi reputatione, & fama, & dicebatur non sufficere: quia erat illegitimus. Vnde vltra hoc dixerunt, probari per literas Decani, sed dicebatur has non sufficere, quia non constabat, quòd ille, qui dederat ordinem, esset Episcopus, nec quòd haberet licentiam ab Episcopo Burgen. in cuius Ecclesia ordinauerat, tamen Domini habuerunt has exceptiones pro friuolis, & dixerunt satis esse probatum, Similiter ad probandum, quòd esset Abbas erant productæ
2 † literæ prouisionis, quibus dicebatur non esse standū, quia erant subreptitiæ, & multæ subreptiones dabantur. Quibus non obstantibus Domini dixerunt satis sufficere ad effectum, de quo agebatur, quia nunc non tractabatur, an prouisio Abbatiæ esset bona, sed an esset, Abbas, quod notorium erat,

FABII.

De confessis, & valore Calagurit. Archidiaconatus,

SVMMARIA.

1 *Confessio beneficiati per vim iuramenti facta, de valore beneficij, virū vergere possit in aliquod præiudicium succedentis in eodem beneficio.*

2 *Confessio facta per verbum credebat, quem pariat effectum, & an ad præiudicium successoris aliquod, ita vt obtenta ab eo gratia sit nulla,*

3 *Prouisio de beneficio facta alicui vacante per obitū adimit omnem successionem, stante eo, quod in beneficijs non detur successio.*

4 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

DECISIO CXXV.

IN causa Calaguritan. Archidiaconatus dubitaui,
1 vtrum † confessio Ioannis de Anghiano, medio iuramento circa valorem, præiudicet successori, & gratia *si neutri* sit verificata, cum Ioanes de Anghiano, qui super isto Archidiaconatu expediuerat literas, cū expressione valoris in 150. interrogatus à Martino Gimenez aduersario, qui habebat gratiam expressam in 260. *an beneficium istud excederet* 260. respondit se credere, quòd excedit, ex quo inferebat Martinus, quod gratia sua *si neutri*, quam posuerat in 400. ad hoc, vt multis modis respōdebatur vno modo præcipuo, propter quòd Domini fuerūt in voto, quòd confessio nō
2 præiudicaret, quia dicendo, † quod credebat excedere summam 260. poterant verificare, etiam imò, quòd valeret 260. Ex quo nō inferebatur, quòd gratia 259. esset nulla, quia erat modicus excessus, quia Rota concedit sextam partem, quæ esset vltra quadraginta, & excessus in his, prout iste nihil efficiebat, quia tamen aiās, vt sup. patet, in hac eadem causa, dixerunt confessionem non præiudicare, quia Franc. de Miranda, qui erat successor Archidiaconi, ex quo habuerat prouisionem per obitum Anghiani, non poterat dici suc-
3 cessor, quia † in beneficialibus non datur successio, & titulum habuerat à Papa, & propterea confessio Anghiani non poterat ei præiudicare, hodie tamen dixerunt, melius intellecta prouisione Mirandæ, quod ex quo erat subrogatus ad ius Anghiani, & ad prosecutionem litis in eisdem statu & terminis, in quib. erat, sicut si in fauorem Anghiani fuisset factum, prout erat, quia tamen lata sententia pro illo, qui fuerat sub-
4 rogatus Mirandæ, † cum subrogatus debeat sapere naturam eius, cuius locum subrogatur, & multis alijs rationibus, de quibus in informationibus.

FABII.

Vt lite penden. Salamant. Abbatiæ

SVMMARIA.

1 *Possessio attentata an veniat per sequestrum suspendēda,*

2 *Pars si petat attentata per aduersarium reuocari, nō audiatur, nisi prius a se attentatis planè purgatis.*

3 *Limitationem istius ex decisione Rotæ, vide nu. seq.*

4 *Testes, nō omni exceptione maiores, aut multas exceptiones perpetientes, fidem non faciunt frequenter.*

DECISIO CXXVI.

1 IN causa Salaman. Abbatiæ dubitaui, † an possessio Didaci, sit tanquam attentata sequestranda, & posito quod sic, *an ad instantiam Alphonsi hoc petentis antequam purget sua attentata, quæ esset vera, & reuocanda resolutum fuerat, ad eius gratiæ canonizationem*
2 *deueniri*. Et cum ipse instaret, quod etiam † attentata per aduersariū reuocarentur, dicebatur, hoc non posse petere, quia non habebat potestatem hoc petēdi, antequam purgaret attentata sua. Domini tamen dixe-
3 runt, † resoluendo secundam partem dubij, quia iam poterat petere vigore commissionis eiusdem, & vnico contextu reuocanda erant, & poterant, dum tamē quæreretur, an probaretur possessio Didaci, & lecti fuerunt duo testes, qui licet hoc optimè probarent, quia
4 tamen patiebantur † multas exceptiones noluerunt eis Domini fidem adhibere, & dixerūt, quòd Alphōsus deberet melius probare possessionem aduersarij, quam ipse prætendebat aduersarium cepisse post apprehensam possessionem per ipsum, & propterea tanquam vltimo loco attentatam reuocandam, & in sequestrum ponendam, cum ipsa Alphonso restituibilis non esset, ex quo sua possessio fuerat hoc anno attentata iudicata. Et licet Didacus prætenderet, se nunquā amisisse possessionem, tamen de illa primæua possessione, non poterat aduersarius intelligere, cum in articulis posuisset Franciscum de Mendoza aduersarium, dum viueret Didacus, cepisse possessionem vigore brachij sæcularis obtenta contra Didacum, & illam continuasse vsque ad eius obitum,

FABII.

De Restit. in integ. Caliguritan. Abbatissatus.

SVMMARIA.

1 *Procurator si cedat officio relictis duobus substitutis, non acceptantibus, vtrum ius partis per id præiudicialiter lædatur.*

2 *Sententijs tribus latis, si non pareat pars, tanquam contumax, quæ de commisso spolio notatur, procuratoribus licet non comparentibus benignè, an cum ea agi ob contumaciam debeat,*

DECISIO CXXVII.

IN causa Calaguritan. Abbatissatus dubitaui, *an domina Ioanna veniat declaranda seu audienda, non parito iudicato.* Illa Ioanna existens in possessione reportauerat vnam sententiam contra, per contradictas,
1 quia † procurator suus recesserat, relictis duobus procuratoribus substitutis, qui moniti non acceptarunt, & sententia transiuerat in iudicatum, erant decretæ executoriales intimatæ personaliter, & seruatis quatuor terminis instabatur pro declaratoria. Et licet causa haberet difficultatem, maximè quia pendebat causa restitutionis in integrum, & in ista videbatur causa restitutionis, ex quo procurator cesserat, & substituti non defenderant causam, & ius, quod erat canonizatum, non videbatur admodum bonum, ex quo patenter Bulla discordabat à supplicatione, in quo obtenta erat gratia *si neutri*, accedente consensu maioris partis Monialium, quod non erat in Bulla expres-

expressum, nec de illo constabat. Tamen Domini man-
2 datunt, quòd † declararetur Ioan. attentasse, cum ob
eius maximam contumaciam, quia contra illã fuerant
latæ tres sententiæ conformes in spolio, & deuentum
vsque ad brachium sæculare, tamen ounquam volue
rat parere. Vode non erat dignum, quòd benigne age-
retur cum illa, vt propter non comparitionem procu-
ratorum deberet tanquam ex iusta causa restitui, imò
debebat ei imputari, quare talem procuratorem con-
stituerat, & quia erat verus contumax, debebat prius
parere iudicato, non obstante mala expressione, quæ
cum indigeret maiori indagine, non debebat impedi-
re executionem rei iudicatæ, tamen noluit eam decla-
rare, sed audire procuratorem suum.

FABII.

De Iudicijs Conchiensis Terrarum.

SVMMARIA.

1 *Testium examinatio vtrum necessario, & de substantia interrogatoria requirat.*

2 *Citatio vtrum valida sit habenda, quæ non ad domum habitationis citandi facta fuerit.*

3 *Citatus habens notitiam citationis, & non comparens, tanquam contumax sibi præiudicium parit.*

DECISIO CXXVIII.

IN causa Conchen. terrarum dubitaui, *vtrum testib. examinatis, seu interrogatis, sit adhibẽda fides.* Et Do
mini dixerunt, quod sic, quia licet constatet ex parte
1 fratrum, fuisse deputatum examinatorem, cum † in-
terrogatorijs protestando, quòd sine illis non exami-
narentur, tamen non constabat, quòd data essent No-
tario hic in Curia, prout aliàs fieri solitum est, nec in
Ciuitate Bonon. Vnde illis debet imputari, si sine in-
terrogatorijs testes fuerint examinati, & examinator
suus recessit cum illis: cum eò maximè, quia fuerunt
citati pro die vigesimaprima, hora 19. ad dandum in-
terrogatoria. Vnde debebant comparere, & dare, ne
iudex declararet illus contumaces, interrogatoria. Et
2 licet ex aduerso diceretur, † citationem non esse bonã,
quia non facta ad domum, tamen fuit dictum, quòd
imò erat bona, quia Nuncius fecerat diligentiam, &
sic citatio erat facta decretum, & commissionem iudi
3 cis. Præterea † citatio erat facta pro die 21. hora 19. &
sic habueront notitiam citationis, & tamen illis impu
tandum erat, si hora duodecima non comparuerant,
& interrogatoria dederant.

FABII.

De Indic. & præsump. Compostel. Canooic.

SVMMARIA.

1 *Lis ex lapsu longi temporis an haberi debet pro derelicta.*

2 *Annorum trium cursus non facit, cum longũ tempus dici non possit, vt causa dicatur habita pro derelicta.*

DECISIO CXXIX.

IN causa Compostellan. Canonic. dubitaui, *præsuppo*
1 *sita lite, & bono iure Iordani pro nunc, verum, † ex*
vltimo productis inferatur litem habitã pro derelicta à
tanto cursu temporis tam longo. Nã anno 1597. lis fue-
rat cœpta per Iordanum per solam citationem, alio
non facto, & lis ipsa semper durauerat, & cesserat in
Lapum, & fuerat subrogatus Lap. ad prosecutionem
litis, qui nihil fecerat, & de anno 1509. Lapus cesserat
in Gomezium, qui etiam nihil fecerat, & hæc cessio de
nouo producta erat: tamen concurrerant anni tres
2 † adeo quòd non poterat dici litem habitam pro de-
relicta, sed & actiones, quæ ex concessione erant acqui
sitæ, Gom. præsumpt. erãt extinctæ, adeo quòd Gom.
qui hodie cesserat in Alphonsum, qui litem cœperat
de anno 1540. nihil habebat, quòd posset cedere. Et li-
cet in cessione quam fecerat in Gom. interuenerat Pe-
trus de via not. contra quem Petrus incœperat litem,
quòd consenserit pensioni quinque ducatorum Petri
cedentis, per hoc erat etiam de nouo productum, &
in hoc fiebat magnum fundamentum, quòd Petrus
ordinauerit istam cessionem, si lis viua remaneret, &
postea, si alius canonicatum suum impetrasset, quia e-
rat incapax defendi per litis pendentiam: tamen hoc
fuit iudicatum somnium, quia de hoc non constabat.

FABII.

De Præbend. & subreptione Gratiarum Hispalen. portion.

SVMMARIA.

1 *Statutum aliquando vt locum non habeat, necessariò specialissimam requirit derogationem.*

2 *Derogatio indulti, si per subreptitias fuerit literas impetrata non valet.*

3 *Mandatum si præsumatur dolosum, idq; in grauatorijs, rescriptum omnino dicitur.*

4 *Mandatum existente doloso, etiam si Papa aliàs esset petitum concessurus, & narrata etiam veritate facti, tamen vitio non caret mandatum.*

5 *Papa expressè dispensans cum filio, aut nepote reconciliati, vel condemnati de hæresi, efficit ipsum habilem ad habenda beneficia, etiam in præiudicium statuti, & ob id gratia subreptitia dici non potest.*

6 *Gratia subreptitia dicitur, si ad eam concedendam Papa inducitur per falsas informationes, vel relationes.*

DECISIO CXXX.

IN causa Hispalen. portio. dubitaui, *an ex actis constet, quòd sit derogatum statuto, & stabat Bulla prouisionis, in qua specie statutis Ecclesiæ Hispal. fuerat dero-*
1 *gatum?* † Quia statutum, de quo in præsenti causa age
batur, requirebat specialissimam derogationem. Erãt
etiam producta gratia perinde valere, in qua narraba
tur totum, & statutum de verbo ad verbum, & illi in
specie derogabatur, adeo, quòd negari non poterat, quòd
derogatum esset. Sed opponebatur derogationem
2 † esse subreptitiam, qui narrabatur, dictos progenito-
res prouisi fuisse reconciliatos, nulla illis imposita pæ-
nitentia publica, & constabat per remissoriam, constitu-
to, quòd præmittebatur pænitentiam publicam fuis-
3 se iniustam, cũ † in grauosis præsumebatur istud man-
datum fuisse dolosum, & vitiabat rescriptum. Imò in
c. super literis, de rescrip. à Colle. in c. Ecclesiam, de sor
tile per eund. Innoc. Io. And. & alios, in c. fi. de cri. fal.
4 Et tale † mandatum vitiabatur, etiamsi Papa, aliàs cõ-
cessurus fuisset, & narrata veritate, & hæc narratio nõ
poterat negari, quin facilius motus sit ad concedendũ.
articulabatur, dec. Aeg. 4. de rescri. Tamẽ dixerũt, hãc
5 gratiam non esse subreptitiam, ex quo Papa † dispen-
sabat expressè cum eo, etiam si parentes sui essent re-
conciliati, & condemnati, quòd verbom *condemnati*
in huiusmodi non poterat non importare publicam
pænitentiam, imò combustionem. Et sic apparebat de
mente Papæ, quòd volebat omnino hanc gratiam fa-
cere, in contrariũ tamẽ hoc nõ apparebat, licèt præsup
6 ponant, & dicant Doct. quòd † gratia sit subreptitia,
etiamsi Papa aliàs fuisset concessurus narrata veritate,
quia inductus fuit ad facilius concedendum ex men-
dacio, non tamen expressè concesserat, vt hic prima.

FABII.

De Regula Protonot. Paduana Custodia.

SVMMARIA.

1 *Regula Pauli III. reseruans beneficia Protonotarijs Apostolicis, an procedat in Protonotarijs etiam familiaribus Cardinalium.*

2 *Et in quibus iã familiaribus, cum alij veri, alij ficti dicantur, veniat intelligendum.*

3 *Maius lumen de necessitate obfuscat minus.*

DECISIO CXXXI.

1 IN causa Paduana Custodiæ dubitaui, vtrũ † regula
Pauli reseruãs beneficia Protonotariorũ, intelliga-
tur de illis, qui sũt Protonotarij, & familiares Cardin.
Et Dñi dixerunt, quod sic, & dec. Cassa. noua, de præb.
Sarn. in reg. de benef. vacan. per obitũ fam. Card. q. 15.

Et

2 Et licet ex aduerso diceretur, † dicta eorum procedere, vt in veris familiaribus, tamē dixerunt Domini, q etiam isti sunt veri familiares, quia in regula Papa ita dicit, illos esse veros, non fictos familiares, cum maius
3 lumen † offuscet minus, vt dicitur in locis prælegatis, solum attendere familiares Papæ, & non Cardinalium, & iste est casus mixtus, vt possit dici non comprehendi sub regula loquente de simplicitatib. ad l. si ita scriptum. de lib. & posthum. cum not. in l. 1. de verbo. oblig. sed simplex est tantum ad familiares Papæ.

FABII.

De Iudicijs & fruct.

SVMMARIA.

1 *Protestatio, & intimatio procuratori facta, vbi tutus denegatur accessus, an releuet.*

2 *Protestatio, & intimatio vbi tuta non conceditur accessio ad perceptionem portionis facienda est principali, vt portionem dimittat.*

3 *Accessu tuto parti adempto remedio iuris, succurritur facta intimatione per edictum.*

DECISIO CXXXII.

1 IN causa Concheo. portio. de Vel monte dubitaui, *vtrum sufficiat † potestatē fuisse & intimasse procuratori speciali, quod quis intenderet ire ad Ecclesiam, & inseruire ad effectum, vt postmodum condemnetur etiam ad id, quod ex distributionibus quotidianis percepisset, atten to maxime quòd ad locum, vbi erat portio, non patebat tutus accessus.* Et Domini dixerunt quod nō, quia debet
2 fieri † protestatio, & intimatio principali ad effectum,
3 vt dimittat portionem. Et † licet non pateret tutus accessus, erat sibi succursum remedio iuris intimando per edictum, prout iam fuerat factum irritando illum ad causam, & in intimatione executorialium.

FABII.

De Iudicijs, & quando criminalis actio præiudicet ciuili, Tolera. matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Causa criminalis an ciuilis præiudicet, ita vt in ea procedi vlterius per iudicem non possit, nisi prius terminata criminali, ex quo procurator comparens in causa criminali non sit sufficienti & pleno mandato munitus.*

2 *Causis inter diuersas personas existentibus, licet vna criminalis sit, alia ciuilis, vna per aliam non impeditur.*

3 *Limitatur quando incompatibiles sunt, ita vt vna alteram absorbere possit.*

DECISIO CXXXIII.

1 IN vna Toletan. matrim. dubitaui, *† vtrum causa criminalis, de qua agebatur præiudicet ciuili, & in ea procedi non possit, etiam post multa, ex quo procurator, qui cōparuerit in causa criminali pro Beatrice, & filio, non habebat mandatum sufficiens.* Causa dicebatur agi criminaliter inter Fiscum, & Comitem Arias, propte-
2 rea cum essent istæ causæ inter † diuersas personas, vna non poterat impedire aliam, l. rerum amotarum actio. ff. rer. amot. ita sentit secundum primam lecturam, & ibi Bald. & alios, Sal. in l. 1. col. 2. in 10. opposi. C. quando ciuilis actio præiudicat crimiali. & Bart. in d. l. amot. ver. si aliter contra est, secunda lect. quæ videbatur istam opinionem limitare, quam sequeba-
3 tur Salic. & alij, in l. 1. † quando sunt inuicem incompatibiles, ita vt criminalis absorbeat ciuilem, quod tamen iudicatum fuit non esse in hoc casu.

FABII.

De Proc. Perus. Ciuit. Castelli.

SVMMARIA.

1 *Causa commissio si fiat nomine vnius, & obtineatur in fauorem alterius, vtrum per id processus in nihilum recidat.*

2 *Ratificatione partis non accedente in his, quæ acta sunt, .. rum annihiletur processus.*

3 *Notarij errores parti ob negligentiam propriam non parum præiudicium pariunt.*

4 *Comparens in iudicio pro informationibus faciendis, nō propterea dicitur mandatum de procura acceptasse.*

DECISIO CXXXIV.

1 IN causa Perusin. seu Ciuitatis Castelli dubitaui, *† an processus sit nullus, & debeat fieri condemnatio expensarum.* Fuerat enim cōmissa causa nomine Ferdinandi della Staffa, & Ciecus Ventius obtinuerat nomine proprio, quibus factis pars aduersa dederat cōmissionem causæ nullitatis, & Dominus Ciecus cessерat, postea dederat mandatum cum ratificatione registri, & obtinnerat commissionem, vt decernerentur partes citato Fabio Michante, qui licet esset constitutus procurator, tamen non acceptauerat, licet in hac causa comparuisset informando. Et dixerunt Domi-
2 ni † in totum processum esse nullum, nec potuisse ratificari, cum nomine ratificantis acta gesta non essent,
3 & licet allegarentur pro saluando processu † errores Notarij, tamen dixerunt imputandum parti, quia nō bene inspexerat quid scriberet Notarius. Et licet etiā allegaretur doctr. Bar. in l. 1. §. nunciationes factas, in 3. col. ff. de nou. oper. nunc. tamen dixerunt non facere ad propositum, vt clare patet cuilibet intuenti. Ne-
4 que ex hoc, quòd quis † cōpareat informando, videtur acceptasse mandatum, cum ille, aliter nominatus acceptasset, & videmus quotidie informantes non esse procuratores.

FABII.

De Procur. & testib. Valentin. paroch.

SVMMARIA.

1 *Procurator acceptans ad effectum substituendi, an possit in causa examinari, negatiuè.*

2 *Aequitas non permittit etiam instante parte aduersa, vt procurator qui acceptauit per transmissum mandatū, qui præsumitur causa secreta scire examini subijciatur, in præiudicium mandatarij principalis.*

DECISIO CXXXV.

1 IN causa Valentin. parochialis de Contentanea dubitatum fuit, *vtrū † procurator, qui acceptauerat ad effectum substituendi, non posset in causa examinari.* Et
2 dixerunt Domini quòd non, quia ex quo † ad illum transmissum erat mandatum, vltra quod censebatur esse procurator, & acceptasse, vt not. in clemen. 1. de procurat. tamen scire præsumebatur secreta causæ, & propterea æquum non erat, vt examinaretur quantumcunque pars instaret, deberet examinari saluis exceptionibus, & poni ad partes.

FABII.

De Testibus in causa Troiana Tenimenti.

SVMMARIA.

1 *Obtenta testium publicatione iam à 20. annorum spacio elapso, an rata haberi debeat, vt in posterum testes amplius examini subijci non debeant.*

2 *Testes quomodo, & quando non habeantur, pro non publicatis.*

3 *Testes ne examinentur propter publicationem, plenè constare debet de dictis testificatis.*

DECISIO CXXXVI.

1 IN causa Troiana Tenimenti dubitaui, *vtrū † constet de publicatione testiū taliter, quod non potuerint, nec in futurum possint testes examinari, in hac eadem causa, si iam per viginti annos fuerat petita, & obtenta publicatio testium.* Sed quod fuisset data copia nō constabat, vnde ex hoc non inferebatur habita copia de publicatione cum effectu, quia petitorē accipere decernebatur, non tamē accipitur. Ex alio ēt prætendebatur huiusmodi reformatio, quia erat informatum super dicto, quòd sine publicatione non potuisset fieri, sed quia respiciebatur primo dictus punctus cū præsuppositio, quòd testes ita dicerent, valet, licet postmodum fuisset datus punctus simpliciter, an testes probarent

barent tamen ex hoc non inferebatur non potuisse informari sine publicatione habita, propter punctum præcedentem, in quo exprimebatur in substantia, ꝙ testes continebant, & super ista publicatione examinati duos testes, ꝙ præsumebatur attentare, ꝙ originalia dicta testium fuissent per multos alios dies in
2 manu informantis in hac causa: ꝙ quia testes non dicebant, habuit testes istos Rota pro non publicatis. Et
3 dixerunt Domini, † quòd ad impediendum, ne testes examinarentur propter publicationem, debebat plenè constare, de dictis testificatis, licet cursim & in domo actoris, & quando solet fieri, quod fueriot dicta testium lecta, & ita habuit testes post huiusmodi publicationem, pro examinatis & probantibus, vt in futurum possit etiam alios examinare.

FABII.

De Lit. penden. & Inhib. In quadam Luneosi.

SVMMARIA.

1 *Sententia qua attentata esse præsupponitur propter factas inhibitiones, an veniat reuocanda.*

2 *Pars si metuat terminum in causa contra se declarari, procedere ad remedium appellationis potest.*

DECISIO CXXXVII.

1 IN causa Lunen. Satianen. dubitaui, *vtrum † sententia Auditoris Cameræ sit tanquã attentata reuocanda propter inhibitiones in hac causa, quæ diu processerat coram Auditore Cameræ.* Cum pars fuisset citata ad sententiam, iudex remisit terminum ad dominum, quã nunquam declarauerat, imò coram eodem ad plures
2 actus fuerat processum postea. Sed pars, quæ timebat terminum declarari contra se appellauerat ab hac sententia, & obtinuerat mihi committi causam appellationis, & vigore commissionis fuerat inhibitum, tamen vt dixi, postmodum processerat coram Auditore Cameræ, qui postquam iterum fuerat resolutus, iusserat partem citari ad sententiam contra se ferri, & obtinuerat aliam commissionem, pręinserta illa, de qua supra, vigore cuius ante apertionem Rotæ Locumtenens Auditoris pronunciauerat. Dubitaui propter stylum Rotæ, qui est, quod quælibet inhibitio Rotalis sit timenda, & quicquid post illam faciam fit attentatum, nedum ista sententia post vnam inhibitionẽ, sed duas fit attentare, tamen Domini hoc casu voluerunt contrarium. Prima enim inhibitio non obstat, quia illi erat renunciatum, propter rem præcedentem coram eodem iudice, nec secundam voluerunt attentare, tan quam nimis calumniosam, sed dixerunt sententiam esse bonam.

FABII.

De Regula de infirmis Veronensis parochial.

SVMMARIA.

1 *Commẽda data ordinario vigore indulti, vtrum per Regulam de infirmis in benemeritam personam, aut familiarem domesticum transferri possit.*

2 *Commenda alia temporalis dicitur, & alia perpetua.*

3 *Perpetua commenda censetur, qua ita in ordinary est potestate, vt facultatem habeat liberam eam resignandi, vel sibi reseruandi.*

DECISIO CXXXVIII.

1 IN causa Veronensis parochialis de Innentiolo dubitaui, † *vtrum commenda, de qua agitur, subiaceat regulæ de infirmis resignantibus?* Hanc. n. parochialem Episcopus Veronen. obtinuerat sibi commendari vigore indulti, cuius vigore quoad ipsum alicui personæ benemeritæ & sibi gratæ duxerit conferendam, & interim posset disponere de fructibus perinde, ac si in titulum obtinere: huic commẽdæ cesserat Episcopus, post paucos dies ante eius mortẽ. Vnde dubitabatur
2 an subiaceret regulæ de infirmis resignantibus: tanquam commenda esset temporalis, non perpetua, ad not. per Satn. in 13 q. super regula eadem. Tamen ha-
3 buerunt † hanc commendam pro perpetua, quia erat in facultate Episcopi resignate, vel non, & per consequens ex dictis per eundem Satnen. eidem regulæ subiacebat. Ponderatum etiam verba regulæ simpliciter loquentis, & dicentis, si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, adeò quòd habuerunt pro constante, hanc cessionem subiacere regulæ huic.

FABII.

De Regula de impetran. certo modo Caurien. Abbatiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pars non seruans contenta in regula de impetrando certo modo, etiam iura plurium ex cessione habens, ex regula Pauli III. omnino redditur inhabilis ad beneficium, de quo controuersia est, obtinendum.*

DECISIO CXXXIX.

1 IN causa Caurien. Abbatiæ dubitaui, *an Alphonsus de Fonseca sit inhabilis † ad obtinendum beneficiũ, de quo agitur, propter regulam vltimo loco pro parte aduersa productam.* Hic Alphonsus enim habuerat multa iura diuersarum personarum per illorum cessionem, inter quæ ius Stephani del Campo, qui habebat impetrationem certo modo, nec seruauerat contenta in regula de impetran. certo modo, propter qd, propter regulã Pauli erat omnino inhabilis ad istud beneficium obtinendum nedum Stephanus, sed etiã Alphonsus eius cessionarius, vt cantant verba regulæ Pauli, editæ de anno 1540. Vnde ex hoc præsumebatur Alphonsum inhabilem, quia non in facto constabat resignationem factam in Alphonsum fuisse ante publicationem regulæ, & regula loquitur per verbũ de cetero, & sic respicit tanquam futura. Domini dixerunt regulam non inhabilitare Alphonsum. Et ita pronunciaui.

FABII.

De Electionibus Calagurit. Abbat.

SVMMARIA.

1 *Confirmatio subsequens electionem, concordi licet voto factam, inutilis est, non subsistente legitima ætate ad talem gradum requisita illius, quæ electa, & confirmata fuit.*

2 *Fructuum spiritualium perceptio consistit in administratione dignitatis, temporalium verò in reattuum an-norum perceptione versatur.*

3 *C. auaritia, de elect. lib. 6. habet locum, vbi facta electione & subsecuta confirmatione ordinary, quæ ex defectu iurisdictionis inualida est, persona electa pertinaciter in administratione persistit.*

4 *Mandatum de prouidendo & gratiosa prouisio differunt, & ita ius diuersum producunt.*

5 *Properans nimium, ius quod habere prætendit, amittit, & in c. auaritia incidit.*

DECISIO CXL.

IN causa Calagur. Abbatiatus dubitaui, an Ioanna amiserit ius propter c. auaritiæ. vel eius noua prouisio sit subreptitia. Ioanna. n. fuerat electa cõcorditer
1 à Monialib. † & cõfirmata per superiorem suũ, quia tamen erat incapax propter ætatem, quia erat infra 25. annos, & confirmatio foret ob id inutilis, propterea obtinuerat à Papa nouam prouisionem, quæ prætendebatur subreptitia, cũ in ea narraretur eã adeptã fuisse possessionem, nullos tamen fructus percepisse, sed postea propterea habuerũt Domini hãc nouã pro vitiosã pro subreptitia, licet aliquo modo constaret,
2 fructus † saltem spirituales percepisse administrando Abbatiatũ, quod dixerit, ꝙ noua prouisio, seu narrata in ea nõ intelligebantur de talib. fructib. sed temporalib. propter quos solet solui compositio Datario. Dixerunt tamen quòd inciderat, in c. auaritiæ. de elec-
3 tio. in 6. † quia facta electione & confirmata, ex quo nulla erat confirmatio ex defectu iuris confirmantis, adhuc habeat locũ istud capitulũ. Et licet ex aduerso

allega-

allegaretur Milis in vers. pœna decretalis auaritiæ, di-
centis, quòd licet confirmatio esset nulla, excuset à pœ-
na dicti cap. tamen dixerunt hoc habere locum, quan-
do nullitas prouenit ex defectu iuris, seu, vt distinguit
gl. in ver. Ioan. d. cap. fin. de elect. in 6. & ibi Franc. con-
trarium eius quod Mil. voluit, Cardinalis in 31. &
Rom. cons. 330. aliàs 30. etiam licet diceretur, quòd
ista vigore confirmationis non administrauerat, nec
fructus perceperat, sed tantum vigore prouisionis, sal-
tem tamen de administratione Abbatissatus in spiri-
4 tualibus constabat, ante nouam prouisionem, nec no-
ua prouisio eius suffragabatur, quia non erat gratiosa
prouisio, sed mandatum de prouidendo: mandauerat
enim Papa cuidã, vt si illam idoneam inueniret, pro-
uideret ille de Abbatissatu, quòd factũ fuisse non con-
stabat, sed statim habita noua prouisione se ingesserat
5 in administratione Abbatissatus, & perceptione fru-
ctuum, & propterea tanquam nimis properãs ius iu-
risd. amiserat. & sic in c. auaritiæ. inciderat.

De Dilatione, & Testibus Legion. Canonicatus & Præbend.

SVMMARIA.

1 *Concedens petenti aduersario dilationes, & interim petens examinari testes, ac admitti suos articulos, non auditur ex eo, quod datis dilationibus, iudicis de necessitate officium conquiescit.*

2 *Dilationes ordinariæ à partibus petuntur, vt factis præparatorijs instructiores & promptiores, ad probandum ius suum accedere possint.*

DECISIO CXLI.

IN vna Legionen. Canonicatus & præben. sine du-
bio dato, quæsiui à Dominis, *an essent dandæ dila-
tiones ad partes, & simul seruandus terminus ad viden-
dum admitti, &c.* Ille enim qui ex cessione nouiter ad
1 causam venerat, † concedebat aduersario dandas esse
dilationes, sed simul volebat suos articulos admitti, &
examinari testes, quod Domini dixerũt nõ posse fieri.
Ex quo enim erant dandæ dilationes, officium iudicis
2 debebat conquiescere. Credo quòd sit ratio, † quia ille
qui petebat dilationem, volebat informationẽ de par-
tib. vt magis instructus posset facere interrogatoria.

FABII.

De Præb. Allegatio. Lapi, & Regula de Publican. Hispalen. portionis.

SVMMARIA.

1 *Statuti derogatio non falsificatur tanquam subreptitia, si de expressa Pontificis concessione constet.*

2 *Felyni locus in c. postulasti. de rescriptis, quo casu loquatur, & an huic casui accommodari possit.*

3 *Et qua ratione Lapus ad præsentem casum veniat intelligendus.*

4 *Possidere ex retrocessione, & reseruatione, plurimum inter se differunt.*

DECISIO CXLII.

1 IN causa Hispalen. portionis dubitaui, † *an deroga-
tio statuti Hispalensis sit subreptitia, & habeat locum
allegatio Lapi, & regula de publ.* Et Domini dixerunt,
prout aliàs etiam fuit dictum in hac causa, quòd non
erat subreptitia, quia Papa expressè hoc concesserat,
& respondebant ad contraria, vt superius dictum est.
Addebatur pro hac dec. facere Fel. in c. postulasti. col.
4. ver. declara prędicta, de rescrip. qui petebatur vide-
ri, & ex hac doctrina aliquis ex Dominis multum mo-
uebatur, sed iudicio meo non facit ad propositũ, quia
2 † loquitur Fel. in eo, qui non narrat omnes defectus,
sed subticuit aliquos, & Papa, in dispensatione per ge-
neralia verba dispensauerat, hic autem sumus in cau-
sa, in qua expressit illud, quod erat falsum. Nam do-
losa videtur expressio, & collecta aliàs allegata tamen
videtur vera, decis. 4. cum prædicti Doct. loquantur,
quando Papa expressè concessit, vt hic. Quo ad alle-
gationem Lapi fuit dictũ, nullo modo facere ad pro-
3 positum, quia † Lapus loquitur, quando quis sim pli-
citer resignauerat, & sic amiserit possessionem, vnde
continuando per decem annos io possessione, & etiam
per triennium secundum interpretationẽ Rotæ præ-
sumitur retrocessio, sed id Petrus de Vargas, qui resi-
gnauit in Ioannẽ, & Ioannes postmodum in Alphon-
sum, qui erat in causa, detinuerat sibi denominationẽ
possessionis fructus, & omnia, vnde non poterat intra-
re allegatio Lapi, vt ex continuatione possessionis præ-
4 sumeretur retrocessio, † quia possederat non ex retro-
cessione, sed ex reseruatione, quo stante, non habet lo-
cum reg. de publicandis, vt declarat Satn. in reg. pu-
blic. in 2. q. vltra hoc hæc resignatio fuerat publicata,
cum constaret à Capitulo petitam possessionem fuisse
ex resignatione, & fuisse denegatam, imò Capitulum
contra illum causam commiserat.

FABII.

De Procur. & Iudic. Conchen. Beneficij.

SVMMARIA.

1 *Procurator comparens, & appellans, vtrum instare possit, ne sententia lata subscribatur.*

2 *Spoliatus non probans possessionem, qua se dicit spoliatum, nihil efficere, quod validum sit, potest.*

3 *Principalis si personaliter citatus fuerit, aut eius procurator ad comparendum, sententia vt non comparentibus subscribi potest.*

DECISIO CXLIII.

IN vna Conchen. beneficij del Vigliat de Cannas,
consului Dominos meos. Nam in hac causa pronũ-
1 ciaueram in processu, quòd per † cõtradictas apparuit
procurator rei, & vltra quod appellauit. Instabat etiã
ne subscriberetur sententia, attento quòd post cõmis-
sionem causa super isto beneficio in Rota vigore Eu-
genianæ, trāsierat in causam, quam aduersarius age-
bat coram A. C. coram quo procurator prædictus com
paruerat, & defenderat principalẽ suum? Et cũ actor
2 coram A. C. nihil posset consequi ex eo, † quod posses-
sionem suam, quasi spoliatus fuerat non poterat pro-
bare, rediit iterum ad me, & feci citati aduersarium
personaliter. Vnde dicebat procurator aduersarij,
quòd iste, ex quo sciebat illum procuratorem esse de-
bebat Rota non pati, quod cum istis calumnijs proce-
deret. Et ideo sententiam & processum coram me fa-
cta, tanquam attentata esse reijcienda, postquam po-
terat procedi coram Auditore Cameræ. Tameo dixe-
3 runt Domini † sententiam esse subscribendam, post-
quam procurator fuerat personaliter citatus, vel prin-
cipalis ad comparendum coram me. Nec poterat dici
calumnia propter hoc, nec attentatum, postquam mi-
hi primo commissa fuerat, & diuersa erat causa, quæ
coram Auditore Cameræ pendebat.

FABII.

Præben. Calagurit. Abbatiss.

SVMMARIA.

1 *Gratia obtenta si fuerit secunda, nulla facta de prima mentione, an de subreptione notari possit, & ob id inualida effectus censeri.*

2 *Limita, gratia prima, & certis terminis circumscripta diuersa, haud dubiè ab ea est, quæ plenam concedit petenti administrationem.*

3 *Gratia prima ratificata non censetur, vbi per alium obtenta est, gratia per signaturam stabilita.*

4 *Gratia obtenta in possessorio concomitantibus tribus literis executorialibus, & alijs vsque ad brachiũ sæculare inclusiuè, reliquas omnes gratias dicitur obfuscare.*

DECISIO CXLIV.

1 IN causa Calagur. Abbatissatus dubitaui, *an † gra-
tia Leonoræ esset subreptitia.* Erat enim iam cõmissa
causa dubij, quia non fuit facta mẽtio de prima gratia
sibi concessa limitata de consensu medietatis omnium

F Monia-

Monialium. Habuerat enim Leonora duas gratias *si*
neutri, vnam priorem, quam produxerat in iudicio
possessorio limitatam, dum asserit de consensu medie-
tatis Monialium. Aliam secundam obtinuerat, super
quam literas expediuerat, prouidens sibi de Abbatis-
satu sine aliquo consensu Monialium, nec de prima
2 gratia † limitata faciebat mentionem, propter quod
dicebatur subreptitia, ex not. per Inno. in c. veniens, de
rescrip. vbi etiam Abb. col. 4. vers. venio ad secundum
membrum, quod sequitur etiam latissimè Fel. col. 1.
vers. dum Abbas præceptor instat, quæ dicta non solũ
habent locum in priuilegijs, sed etiam in quibuscun-
que concessionibus & maximè in gratijs ad beneficia,
vt patet ex dictis ibid. in col. 4. vers. sed ad primum di-
ctum. Et licet aliàs late distinctum erat super hac ma-
teria, ex dictis per Felyn. ibid. col. 3. & Abb. etiã osten-
deret in casu, de quo agitur, non tenere, dictam gratiã
esse subreptitiam, non facientem mentionem de pri-
ma, tamen Dominis placuit distinctio sua consideran-
tibus inter alia, quòd si Papæ fuisset narratum, de pri-
ma gratia limitata, hanc simpliciter non concessisset.
3 Dicebatur etiam non constare † primam gratiam fuis-
se ratificatam per Leonoram, quia per alium erat ob-
tenta gratia per solam signaturam, & sic non modica
impensa. Et propterea 2. super quam literæ erant ex-
peditæ, & cum magna impensa præsumebatur esse
de eius voluntate obtenta, Rota in antiq. decisio. 15.
Cassad. de procur. cum simil. Tamen etiam non pla-
4 cuit, quia ex quo † illa gratia per solam supplicationẽ
obtenta fuerat in iudicio possessorio, & eius vigore
obtentæ tres conformes literæ executoriales, & alia
vsque ad brachium sæculare inclusiuè, illam ratificaue
rat. Dicebatur etiam quòd ex gratia *si neutri*, vltimo
5 habebat clausulam statu litis † & merita tunc pro ex-
pressis habentur, & vigore istius clausulæ poterãt om-
nia exprimi, & verificari in hac gratia ex stylo Curiæ,
Ant. de But. cons. 11. decis. 38. super regula Cancella-
riæ, tamen nec istud placuit, quia literæ loquebantur
de meritis causæ in petitorio, non in possessorio, de
quo nulla fiebat mentio, tamen quia intelligebatur de
statu litis, & meritis causæ, non autem de gratijs in
huiusmodi causa productis.

FABII.

De Prob. & Regula de benefi. vacan. per obitum fam. Card. Abulen. Paroch.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas vera, an ex diutino conuictu, vel quotidia-*
na consuetudine, aut sumptibus ad sustentationem ne-
cessarijs subministratis argui possit.

DECISIO CXLV.

IN causa Abuleos. Parochialis de Bontiberos dubi-
taui præsupposito, quòd testes dicant, Alphonsum
1 Maldonando † non fuisse vnum ex familiaribus Card.
& quòd ei dabantur annuatim pecuniæ pro victu, &
vestitu, prout alijs consiliarijs, & familiaribus, qui nõ
comedebant in tinello in causa scientiæ, qui vidit, &
scit, & est publica vox, & fama, vtrum ex hoc probe-
tur familiaritas ad effectũ, de quo agitur ad id, quod
continetur in puncto l. testes. à principio vsque in fin.
Et Domini fuerunt in hac opinione, vt testes optimè
probarent, quòd melius probari non posset familiari-
tas, & continua commensalitas, & sic tenuit collatio
Papæ, non seruantis his, de quibus in reg. de impetran-
do benefi. vacan. per obitum fam. Card.

FABII.

De Simonia Firmana Benefic.

SVMMARIA.

1 *Resignatio beneficij facta in præsentia Episcopi, vel ordi-*
nario loci, an possit de simonia argui.
2 *Et quid de resignatione facta in fauorem certa persona*
in manus Vicarij sit statuendum.
3 *Clausula, & non alias, aliter vel alio modo, quid in hu-*
iusmodi resignationibus in fauorem alicuius factis
operetur.
4 *Mandatum non est simoniacum, ex quo datum est ad re-*
signandum in manibus cuiuscunque, ad id potestatem
habentis.

DECISIO CXLVI.

1 IN causa Firmana Beneficiorum dubitaui, † *an resi-*
gnatio facta coram ordinario esset Simoniaca. Et du-
bium faciebat, quia erat datũ mandatum ad resignan-
dum in manibus vicarij, vel alterius ad id potestatem
habentis, in fauorem certæ personę in mandato nomi-
natæ, & ad petendum illi prouideri. Et propterea est
not. in c. ex parte. el 1. per gl. & Doct. de off. deleg. Di-
2 cebant † resignationem talem in manibus vicarij fa-
ctam esse simoniacam. In contrarium allegabatur dec.
Cassad. 2. de simonia, cum non faceret ad propositum.
Dixerunt, quòd loquitur in resignante liberè, sed cum
supplemento, quòd tali certo prouideretur. Vnde resi-
gnatio non erat facta in fauorem certæ personæ, cum
posset ordinarius cuicunque prouidere, non obstante
supplicatione. Et licet in mandato, de quo agebatur nõ
3 esset † clausula, & aliàs aliter, nec alio modo, tamen
Domini dixerunt æquiparari resignationi in fauorem
certæ personæ, cum tacitè ageretur, quòd aliter non va
leret. Allegabatur etiam Steph. in tract. de literis gra-
tis. fol. 36. Tamen dictum fuit non bene loqui in casu
isto. Et ita omnes fuerunt in voto, quòd talis resigna-
tio non valeret, & quòd ius remanserit penes resignan
tem. Duo tamen ex Dominis tenuerunt, quòd manda-
4 tum nõ erat † simoniacum, ex quo erat datum ad re-
signandum in manibus cuiuscunque ad id potestatem
habentis, vnde poterat intelligi de Papa, in cuius ma-
nibus fuit facta resignatio, etiam in fauorẽ certæ per-
sonæ sustinebatur, vt dicunt Doct. d. c. ex parte. & Cas-
sad. decis. 2. Vnde ista resignando in manibus vicarij
excessit fines mandati, quod nõ intelligitur datum ad
delinquendum, & sic ad resignandum simoniacè. Alij
tamen Domini contradixerunt, & bene, quia expressè
erat dictum in mandato, ad resignandum in manibus
vicarij, & sic fines mandati non excesserat.

FABII.

De Regula, quod non iudicetur Veron. Paroch.

SVMMARIVM.

1 *Literæ in actis producta, quæ non possunt canonizari im-*
pediunt absolutorias, quo ad vsque per tẽpus congruum
literæ expediri possint.

DECISIO CXLVII.

IN causa Veronen. Parochialis de Triuentiolo fuit
1 dictum, quòd licet † in actis essent productæ literæ
ordinarij, ex quo tamen illæ non poterant canonizari,
sed instabatur pro canonizatione nouæ prouisionis, li-
cet literæ super noua prouisione non essent expeditæ,
& cum esset datæ de regula, de non iudican. & instare-
tur pro absolutoria, quia literæ non erant expeditæ,
fuit per Dominos dictum, ꝙ non pronunciaretur, sed
daretur tempus congruum ad literas expediendas.

FABII.

De Sequestro in quadam Fulginaten.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis arbitrio nominari, & deputari sequestrator po-*
test rei instantiam, præsupposito, quod ab actore essent
sequestratores constituti.

DECISIO CXLVIII.

IN causa Fulginat. cũ lata sentẽtia cõtra possessorem
fuisset datum sequestrũ, & dati duo sequestratores
ad instantiã actoris, cum procurator actoris nesciret,
quẽ deberet nominare ex parte sua, nisi prius cõsulto
principali, postea in secunda corã me fuit præsentata
1 comissio, quod deberet † arbitrio meo nominare, seu
deputare sequestratorẽ ad instantiã rei. Et cũ pro par-
te actoris negaretur, hoc fieri debere attento, ꝙ duo
homines probi iam deputati erant, quib. fieret iniuria
dare

dare illis consocium, Domini dixerunt, non debere negari reo, quin etiam ipse nominaret, & ad eius instantiam apponerentur etiam noui sequestratores.

F A B I I.

De Foro Competen. Cæsaraugust. Vicariæ.

S V M M A R I A.

1 *Censura à iudice facta ad præiudicium in partis etiam continentis, sunt ipso iure nulla ex iurisdictionis defectu.*

2 *Auditor Cameræ Apostolicæ, an sine commissione sibi specialiter facta possit in causis beneficialibus alicui prouidere.*

3 *Auditor Cameræ est literarum Apostolicarum ordinarius executor.*

4 *Eugeniana constitutio fauorabilis est, & pro tutela curialium.*

5 *Titulus bonus, itemque ius bonum præsumitur ex decem, & octo annorum pacifica possessione, licet de titulo, & possessione resignantis nihil probet.*

DECISIO CXLIX.

IN causa Cæsaraugust. Vicariæ de Cortes dubitaui; *an censura Auditoris Cameræ sint nulla, & an constet de bono iure Domini Martini.* Auditor Cameræ cū
insertione Eugenianæ fecerat monitorium Do. Martino, vt desisteret à molestationibus super ista vicaria,
1 & in contumaciam illum excommunicauerat. † Dicebatur, censuras esse nullas ex defectu iurisdictionis,
2 quasi Auditor † Cameræ sine commissione non posset
prouidere in causa beneficiali. Tamen Domini ex at-
3 testatione Putei dixerunt, quòd † Auditor Cameræ,
qui est ordinarius executor literarum Apostolicarum
4 vigore † Eugenianæ, quæ tuetur curiales, prout erat
quidam alius Martinus, qui molestabatur, & ꝙ hæc
etiam habebat locum in priuilegijs, quæ erant amplissima, & quotidie hic practicabatur. Et ideo dixerunt,
quòd si Martinus volebat audiri, solueret expēsas contumaciales. Quantum verò ad secundam partem dubij, dixerūt, quòd attento, quòd in loco de Cortes, erat
tantū vna parochialis S. Michaelis, de qua fuerat prouisum D. Martino, per resignationem sibi factam ex
causa permutationis, & illius vigore possessionem apprehenderat cum 18. annis elapsis, licet non constaret
de aliqua continuatione possessionis. Ex quo tamen
etiam non constabat de contrario, nec quod alius fuerit in possessione tempore, quo Dom. Martinus acce-
5 perat possessionem, † habuerunt Martinum pro eo,
qui haberet bonum ius, quia ex tam longa possessione,
quæ præsumebatur continuata, bonus titulus præsumitur, licet non doceret de aliquo titulo, nec de possessione illius, qui illam resignauerat.

F A B I I.

De Restit. in integ. Calagurit. Diaconat.

S V M M A R I A.

1 *Restitutio ad possessionem, an fieri debeat, quæ sit vigore rei iudicatæ aliquo non iustificante suam gratiam, nec de bono iure suo docente.*

2 *Gratia non iustificata ad possessionis restitutionem, non potest agi interdicto recuperandæ.*

3 *Rite aliquem priuari possessione, & rectè, in aliqua ponuntur differentia.*

DECISIO CL.

IN causa Calaguritan. & Diaconatus dubitaui, posito, sine veri præiudicio, quod ex actis apparet,
fuisse iustificatam gratiam Domini Ioannis de An-
1 ghiano, *an Martinus † sit restituendus ad possessionem,*
quæ fuit sibi data vigore rei iudicatæ, etiam quòd ipse
non iustificet suam gratiam, nec doceat de bono iure
suo. Et Domini dixerunt non esse impertan. quia commissio impetrata super beneficio sibi per tres conformes ablato, & eius restitutione, per quas gratia aduersarij fuit canonizata, vnde non seruit pro restitutione possessionis, nisi in consequentiam, quia eo plene restituto ad beneficiorum, consequitur possessionem fructus, & omnia, quæ amisit per sententiam, quod non obtinebit, nisi iustificata gratia sua. Et hoc modo respōdebatur ad doctr. Bar. in l. ab hostibus §. quòd simpliciter ex aduerso. ex quib. causis. Vide Ias. in §. rursus, nu. 76. de act. Inst. per Abb. in c. cum ex literis. col. fi. in prin. ff. de rest. in integ. Et domini dixerunt etiam,
2 quòd si ad † istam possessionem hoc modo admissam,
agereretur interdicto recuperan. quòd non posset obti-
3 nere, † ex quo ille rite priuatus fuit. licèt non rectè, vt
notabiliter Ias. post alios declarat, in l. iustè possidet. ff.
de acq. pos. Nam licet possessio sit considerabilis, &
veniat in restitutione in integrum, tamen non restituenda venit hoc casu, nisi canonizata gratia sua, &
restituto quo ad ius beneficij.

F A B I I.

De Offi. Delegat. & de Exceptio. Centen. Canonica. & Præbend.

S V M M A R I A.

1 *Gesta per vicarium, qui pro vicario agnoscitur, an rata habeantur, tanquam per principalem substituentem sint gesta.*

2 *Liquidatio commissa sub nomine officij, non autem proprio, an faciat substitutum esse eandem personam cum substituente.*

3 *Episcopus an possit vicarium substituere cum facultate, alium adhuc substituendi.*

DECISIO CLI.

IN causa Centen. Canonicatus, & præb. dubitaui,
1 † *an gesta per vicarium sustineri valeant, præsupposito quòd vicarius fuit?* Per Dominum Reomanū erat
commissum examen super liquidatione fructuum, &
legitimè cōstitutum cum facultate substituendi, quoties illud obesse cōtigerit per ipsum, qui postmodum
loco sui substituerat alium in officio, cui literæ domini Reomani fuerunt præsentatæ, & fuerat processum,
& coram me iurauerant testes, deinde superauerat
substitutus, & coram eo perfectus erat processus. Et
2 fuit dictum, ex quo † liquidatio fuerat commissa sub
nomine officij non autem proprio, quod substitutus
erat eadem persona, & propterea potuit causam delegatam prosequi, vt per Cardinalem. in c. quoniā Abb.
ex aduerso. de offi. deleg. Abb. ibidem col. 1. num. 10.
ver. item circa prædicta. Et maximè, quia nō erat suffectus in locum mortui, sed in officium viuentis absentis per no. per Doct. in d. c. quoniam Abb. Quia autem
3 dubitabatur aliquo modo, an fuisset † Episcopus ille,
qui eum vicarium fecerat cum facultate substituendi,
dubitatum fuit, ex quo in partibus nihil fuit factum
quia nemo compatuerat, *an gesta per illum valerent.*
Et videbantur valere, ad dec. 47. in no. & in antiq. 497.
Dixerunt domini, quòd ex quo statim allegato examine est oppositum de iurisdictione iudicis, quòd ista
contradictio sufficiebat, vt pars teneretur ostendere
hunc esse constitutum vicarium ab Episcopo.

F A B I I.

De re iudicata, & excep. Calagurit. Abbatiss.

S V M M A R I V M.

1 *Literis executorialib. parti aduersæ intimatis post sententiā, & rem iudicatā, vtrū opponi possit de subreptione gratiæ canonizatæ, ad effectū impediendi executionē.*

DECISIO CLII.

1 IN causa Calagurit. Abbatissatus dubitaui, † *an post sententiam, & rem iudicatā, ac literas executoriales parti aduersæ intimatas possit opponi de subreptione gratiæ canonizatæ ad effectum impediendi executionem?* Et
dicebatur, ꝙ non, per not. per Bar. in l. 4. §. condemnatus, de re iud. licet apponeretur de not. per Fel. in c. inter ceteras. de re iud. in 2. col. ver. 8. declaratur, & in 4.
col. ver. 4. declaratur. Tamē dixerūt Dñi, ꝙ nō erat ad
propositū casus nostri, cū ista subreptio, de qua opponebatur non esset clara. Et licet fuerit disputata, & te-

foluta pro fubreptione, quod non debuit difputari, fed exequi fententia, & fumma ratio in hac refolutione fuit, quòd ex quo ifta aduerfaria Leonora, contra quã fuerat lata fententia, quæ in rem iudicatam tranfierat, fuerat iam contumax, nec vnquam voluerat parere literis Apoftolicis, etiam poft tres fententias in fpolio, quibus fententijs coacta fuerat Leonora renunciare mandato concilij Regij, quòd omnino ifta fententia erat exequẽda, & quia erat commiffa caufa reftitut. in integrum aduerfus rem iudicatam. Et dicebatur, quòd debebat fuper hoc audiri non parito rei iudicatæ, nifi quo ad expenfas. Fuit dictum, quòd fi quis vellet fuper hoc audiri, quod daret dubium.

FABII.

De Renunciatione Tollen. Parochial.

SVMMARIA.

1 *Refignatio facta ab aliquo de beneficio, cum referuatione annua penfionis, qua de iure eft nulla, an poffit fubfiftere.*
2 *Claufula non aliter, nec alio modo, quid operetur.*
3 *Nullum quod per fe exiftit, renalidari non poteft.*
4 *Refignans licet fit ea mente, vt velit ratam effe, & validam à fe factam in alium refignationem, & ius quod habet penitus à fe abdicare, id tamen facere fine facto fuperioris non poteft.*

DECISIO CLIII.

1 IN caufa Tollen. Prochial. S. Pauli dubitaui, † *an refignatio Defiderij in Beltrucci valuerit, non obftante, quòd penfio fibi referuata fuerit nulla, cum de iure illam non acceptauerit, nec refignationem nullam dixerit.* Hic namque Defiderius refignauerat, referuata fibi valida
2 penfione, fuper hac parochiali refignata, † & non aliter, nec alio modo. Dixerunt Domini, refignationem ab initio non valuiffe, cum præfupponatur penfionem fuiffe nulliter referuatam. Vnde licet refignatarius il-
3 lam acceptauerit, & extinxerit, † tamen quòd nullum fuit non poteft conualidari. Et quia ius remanfit in refignante, quòd ab Epifcopo non potuit fine facto Papæ auferri, Abb. in c. cum olim. col. 7. de re iud. & ha-
4 betur, in c. admonet, & in c. & in dubijs. de renun. vnde etiam, quòd Defiderius voluerit refignationem tenere, & abdicare ius à fe, non potuiffet fine facto fuperioris, per prædicta. Et ad multa, quæ ex aduerfo allegabantur, refpondebatur, quòd loquuntur in profanis, & in cafu, de quo non tractatur de transferendo de vna perfona ad aliam, prout in dec. Caffad. 4. de hoc contra ex aduerfo allegato, & dicta per Sarn. in Reg. de triennali, q. 49. nu. 11.

FABII.

De Simonia Toletan. Thefaurariæ.

SVMMARIA.

1 *Refignare fi quis contendat præftimonium in fauorem alterius in caufa beneficiali, haud dubiè incidit in contractum Simoniacum, & eum quidem non realem, fed conuentionalem.*
2 *Simoniacus contractus qui realis dicitur, quomodo fufpicionem iudici pariat, quod fuerit indultus.*

DECISIO CLIV.

IN caufa Toletan. Thefaurariæ dubitaui, *an ex actis conftaret de fimonia reali, & conuentionali.* Et ne-
1 mini fuit dubium, † fimoniam fuiffe conuentionalem, cum Ferdinandus promiferit refignare præftimonium in fauorem Didaci, quod pactum fine dubio eft fimoniacum, c. cum inter portiones. de pac. Sed magis etiã dubium eft *an effet realis?* Quod videtur, quia poft iftud pactũ erat fecutus effectus, quia eadem die fuerat prouifum Ferdinando, de parochiali quadam del Petretto: fuerat per refignationem eiufdem Ferdinãdi prouifum de prædicto præftimonio ipfi Didaco, vt ex effectu pactorum, & connexitate prouifionum videbatur argui, quod in executione pacti præcedentis omnia fuerant facta. gloff. in clem. 1. & c. cum diuerforum, eod. tit. & Sarn. in reg. de triennali, q. 12. & creditur ordinario de refignatione, quando omnia vnico contextu fuerunt facta, dicta decifio. de probat. in nouis. Doct. in c. poffeffionem. eod. tit. Tamen fuit con-
2 clufum contrarium, quòd nõ conftaret de † realitate, tum quia non conftabat, quòd ad inftantiam Didaci prouifio fuiffet facta Ferdinando, tum etiam quia allegatio procederet inter pacifcentes, inter quos prædicta fuerunt facta, quòd non eft in cafu ifto, quia Archiepifcopus Toletan. qui venerat in actionibus prouiderat vtrique, & potuit motus effe aliter, quàm ex conuentionalibus, tum & maximè, quia nõ conftabat, quod hic Didacus acceptauerit prouifionem fibi factã in præftimonio. Vnde quo ad eum, de cuius inhabilitate tractabatur, quæftio non erat effectuata, & per confequens non poterat dici realis.

FABII.

Vt lit. penden. Salaman. Abbatiæ.

SVMMARIA.

1 *Poffeffio capta à parte lite pendente vitiofa reputatur, tanquam non ratificata, neque per ipfam partem, neque per eius procuratorem.*
2 *Mandatum fi detur procuratori ad accipiendam poffeffionem, non tamen datur ad delinquendum.*
3 *Poffeffio alicuius rei, fine fecularis, fiue beneficialis, fine animo nequaquam acquiritur.*
4 *Mandatum procuratori factum ad intimandum executoriales, & petendum fructus fequeftratos, & demũ ad intrandum poffeffionem, præfupponunt obtentam debere effe ad hac omnia exequenda licentiam.*
5 *Confitens in commiffione quadam proceffus fpolij, & committens caufam contra partem aduerfam, & iterato fupplicatione noua prouifionis confitens, ex quo tamen reuocata fuerint per procuratorem facta confeffiones, etiam non habentem fpeciale mandatum ad reuocandum, non præiudicat parti confitenti.*

DECISIO CLV.

IN caufa Salaman. Abbatiæ dubitaui, *vtrum per poffeffionem D. Francifci, de qua in actis Didacus amiferit poffeffionem fuam antiquam, vel intercepta fuerit.* Et dixerunt Domini, quòd poffeffio Francifci erat vi-
1 tiofa, quia † capta lite pendente, vt fupra refolutũ fuit. Vnde quia nec per procuratorem, nec per eum fuerat ratificata, non poterat confiderari aliqua poffeffio D.
2 Franc. Et licet † dederit mãdatum ad capiendam poffeffionem, tamen intelligitur de iufta, non autem attẽtata, quia non cenfetur dediffe mandatum ad delinquendum fuo procuratori, & ibi Bar. & alij, ff. de condit. indeb. & per Fel. in c. 1. in 6. col. verf. not. reg. vt lit. conteft. Nec etiam tãquam poffeffio procuratoris, qui
3 voluit ei acquirere, & † fine animo poffeffio non acquiritur. l. quemadmodum off. de acquir. poff. Et licet
4 effet † datum mandatum ad intimandum executoriales, & ad petendum fructum fequeftratos, & ad intrandum in poffeffionem, per quod videbatur dediffe mandatum vigore executorialium, tamen dixerunt Domini, debere intelligi, quatenus effet licita, & non attentata. Cum ergo per apprehenfionem non fuerit poffeffio obtenta nedum à Francifco, fed nec etiam à procuratore, fequitur, quòd non fuerit attentata poffeffio Didaci. Multis & alijs rationibus mouebantur informantes quæ non fuerunt confideratæ, poftquam ipfam folam dictum fuit fufficere. Fuit etiam dictum,
5 quòd licet Didacus, † in commiffione quadam confeffus fuerit fe fpoliatum, & caufam commiferit contra dictum Francifcum, & in fupplicatione nouæ prouifionis id etiam confeffus fuerit, tamen ex quo confeffiones ritè erant reuocatæ per procuratorem, qui nõ habebat fpeciale mandatum ad reuocandum, confeffiones illæ non obftabant.

FABII.

De Reftit. in integ. Calagurit. Abbatiff.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Procuratoribus constitutis non comparentibus nec altercantis causa patrocinium, vel defensionem suscipientibus, vtrum principalis pars veniat postea audienda, ita, vt in integrum restitui possit, ob non paritionem iudicati.*

2 *Iudex per monitorium si parti intimet de excommunicatione, neque personaliter citet ad audiendam latam excommunicationem, praiudicat parti ob non paritionem de stylo Curia.*

3 *Verba hac ad monitionem partis, in monitorio posita, vt declarant, an velint acceptare, nec ne, potius sunt de vrbanitate Rota, quam de necessitate.*

4 *Restitui in integrum an debent pars, si dolo substitutorum procuratorum non fuerit paritum iudicato.*

5 *Contrarium decisum fuit per Rotam ob malam electionem factam in persona ius sibi competere pracedentis. & num. seq.*

DECISIO CLVI.

1 IN causa Calaguritan. Abbatissatus dubitaui, † an
ex eo, quod procuratores constituti non comparuerant, nec causam defenderant, Ioanna sit audienda in
restitutione in integrum non parito iudicato. Ioanna
enim rea in hac causa constituerat procuratorem ad
istam causam, qui recedendo à Curia, alios duos substituerat procuratores, qui moniti sub pœna excommunicationis infra tres dies, vt comparerent, & acceptarent, vel nõ, nihil dixerunt, & fuit decretus processus per contradictas, & lata sententia, quæ transiuit in
iudicatum, & decretæ executoriales, quæ fuerunt personaliter intimatæ. Modo dicebatur, an Ioanna deberet restitui in integrum non parito iudicato, attento,
quòd processus non fuerit bene decretus, sed nulliter.
2 Quia ex quo † iudex elegerat viam monitorij sub pœna excommunicationis debebant procuratores personaliter citari ad videndum se excõmunicari, quia non
paruerant monitorio, non autem statim decerni processus per contradictas, prout de stylo seruabatur. Sed
Domini dixerũt, quòd in casu forma illa, & stylus de-
3 bebat seruari, quia † ista mentio, quæ fiebat per verbum, vt declarent, *ai vellent acceptare, vel non*, erat potius ex vrbanitate Rotæ, quàm ex necessitate, ideo sufficiebat ista monitio, Eo maximè, quia post aliquot
menses fuerat illis intimatum, qualiter erat decretus
4 processus. † Et dicebatur etiam Ioannam debere restitui, quia sub ista causa restitutioois non comparitionis
procuratorum substitutorum, qui videntur dolo fecisse, ideo debebat restitui, sed ex aduerso dicebatur
5 † contrarium. Et ita Domini resoloerunt, eò quòd mala electio est in culpa. l. eum qui. §. fi. ff. & ibi gl. ad l.
seq. & ad deducta in contrarium respondetur, ex not.
per Cassad. in dec. 5. & 6. de appel. Et ita pronunciaui.

FABII.

De Iodicijs Segobiens. Parochial.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in causa si pronunciauit, non tamen subscripserit sententiam, an alius iudex sub generali, vel speciali commissione subscribere possit.*

DECISIO CLVII.

IN vna Segobien. Parochialis fuerat mihi præsenta-
1 tum Regitrũ, in quo bo. me. † D. Thomas de Thanis pronunciauerat, & non subscripserat: petij à Dominis, an possem subscribere ex commissione generali,
vel speciali. Et dixerunt, quòd sic.

FABII.

De Procur. & Restit. Spol. Bracharen. Prioratus.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio an valida sit actus, si prasentans commissionem non sit primò procurator constitutus, & fecerit decerni processum per cõtradictas, iuncta testium examinatione super nõ tuto accessu, tandemque per principalem iuniorem, 24. annis procurator constituatur, & deciditur in fauorem pupilli affirmatiuè.*

2 *Spolians aliquem, & vigore breuis possessionem capiens, condemnatur in fructus perceptos, & tenetur ad restitutionem.*

DECISIO CLVIII.

1 IN causa Bracharen. Prioratus quidam, † qui non
erat procurator, præsentauerat commissionem, &
fecerat decerni processum per cõtradictas, qui fecerat
examinari testes super non tuto accessu, deinde fuerat
constitutus per principalem, qui erat minor 24. annorum, & sine curatore cum ratificatione actorum: vnde videbatur, quòd ratificatio non valeret: Tamen dixerunt Domini, quod ex quo hoc tendebat in fauorẽ
principalis pupilli, quod ratificatio erat bona. Et in ea-
2 dem causa cum constaret † per Archiepiscopum Bracharensem spoliatum, & deinde vigore Breuis captam
possessionem nomine Cameræ, dixerunt, quòd Archiepiscopus Bracharen. poterat condemnari in fructibus
per eum perceptis, & deinde Cameræ in spolio, quia
in vltimo loco spoliauerat. Et ita fuit factum.

FABII.

De Offic. Vicarij Oueten. Canonic. Præben.

SVMMARIA.

1 *Vicarius deputatus ab ordinario, etiam cum facultate substituendi loco sui in casu absentia, si ordinarius resignet Episcopatum liberè in manus Sanctissimi, verũ priùs quam veniat successor, & sibi innotueris de resignatione facta, non solum sibi deputatum possit officium exercere, sed incidente casu sua absentia vigore sibi facta deputationis ab ordinario qui cessit, alium etiam loco sui substituere possit.*

2 *Vicarius cui facultas collationis beneficiorum data est, potest conferre etiam post renunciationem factam ab episcopo, si eam ignoret effectualiter executioni mandatam ex sententia Fely. in c. Abbatissa. de rescript.*

3 *Contrarium sensit Calderinus, in tit. de re iud. nu. seq.*

DECISIO CLIX.

1 IN causa Oueten. Canon. & præben. dubitaui, † an
Vicarius deputatus ab Episcopo cum facultate substituendi, loco sui in causa absentiæ, potuerit post resignationem Episcopi, in manibus Papę dicto Episcopatu, ante aduentum successoris, & notitiam resignationis, non solum officium exercere, sed adueniente casu
absentiæ, etiam alium loco sui subrogare vigore dictæ
deputationis? Et Domini resoluerũt materiam, & inclinauerunt quòd sic, per no. per Fel. in c. Abbatissa. de
2 rescript. qui vult, quòd † Vicarius habens facultatem
conferendi beneficia, possit conferre etiam post renun-
3 ciationem ignoratam. In † contrarium autem allegabatur consiliũ Calder. in tit. de re iudic. vbi vult, quòd
sententia lata per Vicarium post translationem Episcopi sit nulla, quia cessat facultas, etiam quod ignoret
translationem, quod quidem consilium non viderant
Domini, ideo res resoluta non fuit.

FABII.

De Fide Instrum. Valen. admissionis in militem.

SVMMARIA.

1 *Extracta & stabilimenta quadam simplicia producta, & copia ex libris religionis, an probent pro religione.*

2 *Copia si sit penes aduersarium originale ipsum, ex sententia Bartoli, & Iasonis fides adhiberi debet.*

DECISIO CLX.

IN causa Valent. admissionis in militem dubitaui,
*vtrum iura producta sint talia, quib. in hoc casu sit
adhibenda fides pro parte illius, qui in militẽ fuerat admissus, contra religionem, & magnum Magistrum Hierosolymitanum non admittentem.* Fuerat producta sentẽ-
1 tia, lata per magnũ Magistrum, quædam † stabilimenta, & quædam alia, quæ erant simplices copiæ extractę
ex libris religionis, quibus non erat adhibenda fides:
dicebatur in contrarium inter alia, quæ vid. baotur,

quorum rigore allegabatur dec.Bar.in l.publicat. 8.q.
col.fi.quem sequitur Ias. in auth. si quis in aliquo.col.
4.vers.7.fallit.C.de eden.& Dec.cõs.33.incipit,& pro
2 tenui.col.2.vers.non obstat,vbi vult,quòd † copiæ detur fides,quando originale est penes aduersarium,qui potest illud producere,eo quod dicat copiam ab eo discordari. Tamen hoc,& alijs adductis non obstantibus Domini dixeruot, quod deberet iste habere compulsoriam,& extrahere iura in forma probanti; quod si non poterit impedientibus aduersarijs, adhiberetur fides copijs, nisi originale per eos producatur, & contrarium euitarunt, dicendo quod nõ constabat, quòd originalia essent penes religionem, quantumcunque ille dederat copiam,& diceret illam extraxisse ex libris consiliorũ Religionis, & esset recognita manus illius, quod esset Secretarius.

F A B I I.

De Exceptio.& pœn.in quadam Salamant. Antiq.

S V M M A R I A.

1 *Sententia prætensa, & prætensi item actus, an obstent, quo minus sententiæ duæ, in fauorem partis latæ veniant confirmandæ.*

2 *Doctoratus honorem adipisci non potest infamis ob condemnationem publicæ fustigationis, insidens asino ex more Hispaniæ.*

3 *Pœna remissa, & non execenta inducit infamiam iuris non facti.*

4 *Iuramentum si præstetur de implenda conditione, retrotrahitur in fauorem partis,in causa studiorum.*

DECISIO CLXI.

1 IN causa Salamant. antiquitatis dubitaui, † *an prætensa sententia,& actus contra Laurentium obstent, quo minus duæ sententiæ in eius fauorem latæ veniant confirmandæ?* Ioannes & Laurentius, tanquam antiquiores in vniuersitate Salamanti. fueront Doctorati, & incorporati cum prælatione cuidam Doctori Aldereti, qui licet esset antiquior: Ex quo tamen erat Doctoratus in vniuersitate Ferrarieo. per constitutiones Salaman.alij veniebant præferendi,qui Doctorati Salamanticæ. Appellauerat Alderetus, & causam cõmiserat in Rota,contra quos erant latæ duæ sententiæ. Et instabatur coram me pro tertia confirmatoria. Oppo-
2 nebatur Ioanni, † quòd non poterat Doctorari,& præferri, quia contra eum erat lata sententia, in qua vltra pœnam pecuniariam erat condemnatus, vt fustigaretur publicè insidens asino. Ex qua sententia, tanquam infamante factus erat inhabilis. Ad quod respondebatur,
3 & ita Rota tenuit,quòd nõ constabat, † ex quo contra eum fuisset lata seotentia, non poterat cognosci, an esset infamis,vel non. Et licet esset imposita illa pęna,& quia inducebatur saltem infamia facti, dicebatur hoc non sufficere, ex quo non constabat de causa, & pœna illa fuerat ei remissa, nec exequuta. Contra Laurentiũ autẽ opponebatur, quòd quãdo fuerat apposita conditio,propter quam nõ posset Doctorari, nisi infra an-
4 num cum dimidio studuisset, † & iuramentum de studendo præstitisset, nisi infra illud tẽpus alius voluisset Doctorari. Vnde cũ Alderetus petijsset Doctorari, licet Laurentius ante anoũ cũ dimidio posset se opponere, licet no studuisset,debebat tamen iurare de studeo do: quod cũ non fecisset,nõ potuit præferri Aldereto. Dictũ tamen fuit contrarium per Dominos,quia licet nõ iurasset,pœna tamen aliqua non erat apposita vniuersaliter, quòd non posset Doctorari. Vnde adhuc hodie dicebatur, quòd posset iurare, & adimplere conditionem. Et ita confirmaui duas sententias iam latas.

F A B I I.

De Re iudicata Vincentin. Matrimon.

S V M M A R I A.

1 *Processu in partibus super causa matrimonij habito, de cuius nullitate prætendebatur, à qua partium expensæ veniant refundendæ, præsupposito eundem processum validum esse declaratum.*

2 *Sententia post iudicem recusatum, vtrum pro valida debeat haberi, an penitus annihilari.*

3 *Sententia ex quo de eius iustitia nullũ inijciatur dubium, licet nulla fuerit declarata potest confirmari.*

DECISIO CLXII.

1 IN causa Vicentin. Matrimonij dubitaui, † *vtrum expensæ factæ, prout in sententia Fabij prætendebatur, venirent reficiendæ D.Nicolao, vel etiam Dominæ Lucretiæ.* Prætendebatur etiam in dicta senteotia, expensas reficiendas esse Nicola. ex quo processus de partibus prætendebatur nullus,& etiam sententia; sed de processu nullum erat dubium,quòd erat validus,& super eius validitate satis fuerat in secunda disputatũ coram D.Fabio, & habitus propter bonos. Sed rema-
2 nebat dubitatio de † sententia lata in partibus, quia post recusationem iudicis. Et dicebatur in Rota, aliàs fuisse resolutum pro nullitate illius, per cons. Alex. & c.1. in 6. vol. Sed per illudmet cons. alias Domini, &
3 etiam hodie dixeruot †, sententiam, ex quo erat iusta posse confirmari,etiã quod esset nulla, & propter eius nullitates non esse considerandas, & sic mandaruot confirmari simpliciter seotentiam Domini Fabij. Et ita fuir factum.

F A B I I.

De Fide instrum. Leodien.Canonic.

S V M M A R I V M.

1 *Nuncius Apostolicus,si prouideat alicui de beneficio contra alium, cui à Papa fuit de eodem prouisum, & literas super hoc expediri faciat scriptas à Notario legali, & fide digno,& omnibus qualitatibus,quæ in legitimo Notario requiruntur, vallatæ, non tamen ad negotium specialiter rogato,an per hoc priori per Papam prouiso præiudicetur.*

DECISIO CLXIII.

1 IN causa Leod. Canonic. S.Dionysij dubitaui, † *an literæ prouisionis concessæ Ioanni,data per nuncium probent contra Remigium prouisum à Papa.* Defectus qui prætendebatur erat, quia de illa prouisione Notarius non erat rogatus, literæ tamen habebant testes, sigillum nuncij, subscriptionem Notarij, cuius manus recognoscebator. Et dicebatur illum esse Notarium publicum, legalem,& fide dignum. Et quia erat Secretarius nuncij, solitus recipere conseosus præstitos in curia eiusdem nuncij, & alios actus legales, ex quibus Domini eos habuerunt pro talibus, quibus fides esset adhibenda, licet ille subscribens, non attestaretur, de præmissis se fuisse rogatum.

F A B I I.

De Dilat.& Rest.in integ. Zamoren.Parochial.

S V M M A R I A.

1 *Sentẽtia quæ transijt in rem iudicatam, vtrum impediat informationem petitam de nouo ad partes per procuratorem habentem generale mandatum transmitti, & ob id dilationes debeant concedi.*

2 *Mandatum procuratoris si sit generale, quod habet etiam datum antequam fuerit citatio exequuta, post causæ commissionẽ dilationes concedi petitas impedit.* 2

DECISIO CLXIV.

IN vna Zamoren. Parochial.dubitaui, *an esset dãda citatio ad partes.* In hac causa fuerat pronunciatũ,
1 & processum per contradictas, & sentẽtia transierat in rem iudicatã, postmodum venerat à die notitię procurator, produxerat mandatum generale,& instabat, vt appellans audiretur. Aduersarius aũt instabat pro exequutorialib. & sic pro vna habuerunt resolutionem à Dominis in alia Zamor. de Casasola. Ita & in hac resolui,cũ ex quo ille, qui reportauerat sniam cõtra,erat factus contumax, quod deberet audiri appellatione resoluta. Pars incipit instare pro executione, & expeditione, prout in secũda. Pars aduersa petebat dilationes ad partes, ad
2 consulendũ principales, quia † mandatũ, quod habebat,

erat

erat generale, & datum, antequam esset executa ci-
tatio decreta post commissioné causæ. Vnde non vide-
batur posse denegari. Tamen dicebatur non esse dan-
das, quia de facto illas habuerat, cùm iam ferè annus
esset lapsus, quo mandatum erat productum, ex quo
tamen pars semper institit pro excutione rei iudicatę,
& de nouo inceperat, procedere potuit in secunda su-
per negotio principali, fuit visum dominis, qđ procu-
rator verisimiliter potuit omisisse conscribere princi-
pali, cùm negotium principale non tractaretur, pro-
pterea iudicarunt dandas esse dilationes.

F A B I I.

De Dolo & Contu. in quadam Mendionen.

S V M M A R I V M.

1 *Intimatio executorialium, nisi fiat coram multitudine
existenti in loco publico, vel sacro, & inter celebratio-
nem sacrorum est nulla.*

D E C I S I O CLXV.

IN vna Mendionen. in qua fuerat lata sententia per
contradictas, quæ transierat in iudicatum decretæ
sunt executoriales, vel intimatæ, & instabatur pro
declaratoria. Dubitaui, *an intimatio executorialium
esset bene facta?* Et domini dixerunt, quòd ex quo in
locis, in quibus fuerat facta, & affixum originale, &
1 deinde copia, seu solum copia affixa. † Item quia inti-
matio non apparebat facta existente ibi multitudine
gentium, dum diuina celebrarentur, quod erat bona
ita Cassad. 1. de appella.

F A B I I.

De Restu. spol. in vna Zamoren. Parochial.

S V M M A R I A.

1 *Possessio canonicatus in spolio capta auctoritate propria
non est restituibilis.*
2 *Et quid in possessione tali in beneficio parochiali non au-
tem canonicatu capta, sit statuendum. nu. seq.*

D E C I S I O CLXVI.

IN vna Zamoren. Parochialis Degutimi Rotanda
dubitaui, *an possessio esset restituibilis?* Constabat
enim de spolio etiam violento: titulus etiam erat co-
loratus in expectatiua, licet reuocata. Sed dicebatur,
1 † possessionem non esse restituibilem captam propria
auctoritate, & nó petitam ab aliquo executore in pro-
cessu expectatiuæ datæ: Tamen domini dixerunt, hoc
non impedire, quia possessio capta propria auctorita-
2 te non est restituibilis, quando † de canonicatu, vel
alio beneficio, cuius possessionem tradere spectabat ad
Capitulum: secus autem in parochialibus, & alijs be-
neficijs alterius generis.

F A B I I.

De Sententia excommunicationis in quadam Lau-
riensi Præpositura.

S V M M A R I A.

1 *Monitorio non parens si excommunicetur ob contuma-
ciam, & comparens postea absoluatur, an ob id proces-
sus eius nomine factus sit validus.*
2 *Conditio apposita contractui nullatenus venit diuidenda.*
3 *Error Notarij in scribendo non debet de iure parti præiu-
dicare.*
4 *Pars solutionem recipiens simpliciter sine protestatione
sibi ipsi præiudicium parit.*

D E C I S I O CLXVII.

IN causa Laurien. Sardanen. dubitaui, *an Ioan. An-
ton. fuerit bene absolutus ab excõmunicatione ad ef-
fectũ, vt processus eius nomine factus sit validus?* Et stá-
1 te reintrusione post absolutionem factam † Ioan. An-
ton. fuerat excommunicatus ob non paritionem mo-
nitorij contumaciam; postea eo comparente fuit abso
2 lutus. Et dicebatur, quod non, quia † conditio non
potest diuidi, ideo tenebatur satisfacere vsque ad obo-
lum. l. cui fundus. ff. de cond. & demon. Soci. cons. 107.
colum. 7. vol. 4. cum simi. Tamen Domini voluerunt
3 contrarium, considerantes ꝙ soluisset totum, sed † er-
rore Notarij fuisse minus scriptũ, & quod voluerunt
tenere, quo ad obtinendum absolutionem, defecisse
in illo minimo, ex quo ferè totum soluerat. Eo maxi-
4 mè, † quia pars recipiendo pecunias à Notario, rece-
perat simpliciter, & quietauerat sine aliqua protesta-
tione, ex quo inducebatur ad credendum, quod inte-
grè fuisset satisfactum, vel quod saltem pars sibi præ-
iudicaret recipiendo simpliciter. Et licèt postmodum
fuisset iste reintrusus etiã post annum, tamen ex quo
pars appellauerat à reintrusione, & dominus repo-
suerat cum hoc, tamẽ ex quo vltima appellatio, & re-
positio erat ad fauorem intrusi, dixerunt, quod rein-
trusio nihil obstare, & sic firmarunt processũ à tali ex-
cõmunicato, & à tali absoluto, reposito ꝙ esset bonus.

F A B I I.

De Gratia si neutri. Arborens. Archipresbyterat.

S V M M A R I A.

1 *Gratia si neutri omissa nullitate causata ab excommuni-
catione per non expressionem nullitatis in resignatio-
ne beneficij, an suo vigore destituatur.*
2 *Regula Alex. Sexti, & Leonis Decimi Summorum Pon
tificum cumulantes gratias, & possessiones, vtrum lo-
cum habeant non adhuc literis in Curia expeditis, vt
beneficium sine literis fieri possit.*
3 *Gratia an notari possit tanquam subreptitia vbi narra-
tio sit Principi de familiaritate ad facilius gratiam
extorquendam.*

D E C I S I O CLXVIII.

1 IN causa Arboren. Archipresbyteratus, † *an gratia
Hieronymi Zapattæ pro resignatione sit adeo nulla, vt
non intret gratia si neutri, omissa nullitate causata ab
excommunicatione, & non expressione nullitatis?* Et
hoc dixerunt vltimo loco, & dubium est magis restri-
ctum, quia in præcedenti positione etiã dixerunt Dñi
pro maiori parte, quod licèt aliqui sentirent contra-
2 rium, quod non erat nulla ab initio, quia licèt † regu-
læ Alex. & Leonis, de quib. in præcedentibus cumu-
latent gratias, & possessiones, de quib. in literis, adeo
quòd gratia subsistebat, antequam literæ gratiæ expe-
direntur, & propterea ius fuit à Signorino, in cuius fa-
cultate erat expedire literas suæ pensionis sibi reser-
uatæ, & illã petere. Et propterea gratia, si neutri, po-
terat intrare, cùm inueniret beneficiũ vacans. Fiebat
3 ẽt aliud fundamẽtum, † & dicebatur, quod gratia e-
rat subreptitia, quia erat narrata familiaritas ad indu-
cendũ Principem ad facilius concedendum gratiã tam
extraordinariam, quæ erat ad duo incompatibilia;
quia pars aduersa tantum intellexerat motiuam, nec
super eo informauerat, propterea mandarunt infor-
mari de hoc, vt viderent, quid rñderet aduersarius.

F A B I I.

De Gratia si neutri in causa Arboren. Archidiac.

S V M M A R I A.

1 *Gratia multum pingues verosimiliter à Principe non
præsumuntur concessæ, nisi per impositionem tacita
veritate, & narratis non narrandis, & habentur pro
subreptitijs.*
2 *Pontifex Summus facilis esse solet ad gratiarum conces-
sionem per resignationem obtentarum.*

D E C I S I O CLXIX.

IN causa Arborẽ. Archidiaconatus dubitaui, *an gra-
tia Hieron. Zapattæ sit subreptitia, & nulla de iure cõ-
muni, ad effectũ, si esset nulla gratia si neutri, ex qua vo-
1 lebat se iuuare Zapatta, & intrare?* Et prętendebatur,
ꝙ esset nulla propter gratiam multũ pinguẽ, quã Pa-
pa verisimiliter nõ fecisset, vel difficilius, si nõ fuisset
narrata familiaritas. Et proptorea nõ verificata fami-
liaritate gratia redditur subreptitia, & per consequẽs
nulla, ad dec. 582. in antiq. cum multis alijs, de quib.
in informatione. Dñi non dixerunt contrariũ, quia in
gratia nedum erat expressa familiaritas, sed etiam no-
bilitas ex vtroque parente, quæ attenditur in gratijs,

c. de

c.de multa, de præbend. Nec eſt verum, quod familia
ritas ſit expreſſa taxatiuè, quo caſu bene procederent
deciſiones antiquæ, quæ vt plurimum expediũtur ad
effectum expediendi gratias, vt dicit Caſſad.deciſ.10.
de præben. Multùm mouebat etiam Dominos, quia
Hieronymus Zapatta habuerat iſtã gratiã ex reſigna-
tione Hierooymi Sigoorini, & ex vſu patrisfamil.de-
2 mõſtrabatur, quia † Papa ſolet eſſe facilis ad cõceden
dum quaſcunq; gratias per reſignationem, ꝙ ſatis in
caſu noſtro ſuadebatur ex gratia *ſi neutri*, obtenta de
omnibus beneficijs, de quibus in gratia reſignationis,
licèt eſſet ad tria, & ad quatuor incompatibilia.

F A B I I.

De offi.delegat. Fulginaten. Prioratus.

S V M M A R I A.

1 *Supplicans ſi in narratiua, & ſupplici libello narret ſe familiarem alicuius Cardinalis, & falsò, & iſtius vigore prouideatur ſibi per Papam, prouiſio nulla eſt ex regulis Alex. Sixti, & Leonis 10. Põtificum familiarium fictorum impetratas gratias annihilantibus.*

2 *Motus proprius Pontificis confirmans familiaritatem alicuius prodeſt ad gratiarum, quæ in impetratione beneficiorum requiruntur, confirmationem, & validitatem.*

3 *Ad gratiam gratis expediendam quæ requirantur, & an atteſtatio Vicecancellarij ſufficiat.*

D E C I S I O C L X X.

1 IN cauſa Fulginaten. Prioratus dubitaui, † *an ex deductis cõſtet de familiaritate narrata quantũ ſufficit.*
Alex. de Oliua fuerat prouiſus de iſto Prioratu per
Papã, cum in narratiua, tam in ſuppoſitione, quàm in
literis dictum erat, ꝙ eſſet famil. Card. Farneſij, & fa-
miliaritatem conatus eſt breui probare per teſtes, qui
plenè non probant, & patiebantur aliquem defectum.
Produxerat etiam duas Vicecaocellarij, qui atteſtaba
tur, illum eſſe familiarem ſuum: Sed quia erat datum
de regula Alex. & Leonis contra fictos familiares ad
annullandas gratias eorum, qui falsò aſſerebant, ſe eſ-
ſe familiares, & gratias annullabant, ſi gratis expedi-
uerant, dubitabatur, *an illi fides eſſet adhibenda fides.*
2 Propterea fuerat vltimo loco productus motus pro-
prius Papæ, in quo dicebat, eum eſſe familiarem ſuũ,
inſiſtendo ſeruitijs Vicecancellarij, & ſic debere iudi
cari. Cõtra quod dicebatur, quòd nõ faciebat ad pro-
poſitum, quia ſi Papa motus fuiſſet ad faciẽdã gra-
tiam hanc, quia erat famil. Vicecancellarij, multo ma-
gis, ſi eſſet familiaris ſuus. Vnde gratia non poterat
dici ſubreptitia, quaſi expreſſerit illam familiaritatẽ
falsò, quæ facilius induceret Papam ad cõcedendum
ſibi gratiam. Et quia dicebatur, quòd propter iſtam
familiaritatem nõ expediuiſſet gratis, niſi oppoſitum
3 eſſet gratis de mandato. Ad hoc dicebatur, ꝙ † quan-
tum ad expediendum gratis ſufficiebat atteſtatio Vi-
cecancellarij. Opponebatur etiam, quòd motus pro-
prius non eſſet ad propoſitum, quia multo tempore
præcedebat gratiam, ſuper qua diſputabatur. Vnde
ſtante ſimul, quod tempore motus proprij etiam eſ-
ſet familiaris, prout Papa atteſtabatur, tamen tempo-
re gratiæ deſijſſet eſſe. Tamen dixerũt Domini, quòd
gratia diceretur. Et quia aduerſarius confirmabat, cõ-
trarium eſſe verum, & de facili poſſe probari, dixerũt
Domini, quod deberet admitti ad probandum.

F A B I I.

De Sententia excommunicationis in quadam Laurienſi præpoſit.

S V M M A R I A.

1 *Priuilegium alicui conceſſum an extendatur ad perſonas, non ſub priuilegio contentas.*

2 *Conſeruatoria, quia odioſa, veniunt reſtringenda.*

D E C I S I O C L X X I.

IN cauſa Lauren. dubitaui, *an Conſeruatores dati in priuilegio Leonino haberent iuriſdictionem maximè perſonalem, à Sede Apoſtolica?* Et in effectu eſt dubium
aliàs poſitum, & non reſolutum. Et domini dixerunt,
quòd iſti Conſeruatores erant tantùm mãdati ad cõ-
ſeruandum priuilegium cõceſſum à Leone, iuxta tex.
cum ibi not. per Doct. maximè Clement. in cap.1.in
fin.de offic.deleg.in 6. Hic autem, contra quẽ proceſ-
ſerant Conſeruatores, non impugnabat priuilegium,
ſed conuentus ab aduerſarijs coram iſtis Conſerua-
torib. vt ſolueret iſtas penſiones, ad quas tenebatur
pro iſta præpoſitura, negabat ſe teneri, quia decimas
ſoluerat, quas prætendebat debere compenſari cum
penſionibus decurſis. Et propterea ex hac ratione di-
xeruot, proceſſum factum coram iſtis Conſeruatorib.
eſſe nullum, eò maximè, quia erat datum priuilegiũ
congregationi Montis Caſſini Sancti Beoedicti circa
beneficia ad ſuam congregationem pertioentia Cardi
nalibus, & alijs prælatis in commendam à Sede Apo-
ſtolica cõceſſæ. Vnde cum aduerſarius fratrum in hac
cauſa non eſſet prouiſus à Sede Apoſtolica, ſed ab ipſis
fratribus Conſeruatoribus in priuilegijs datis, licèt a-
liàs habuiſſent priuilegium, & iuriſdictionem, tamen
1 non † potuerũt habere in perſonas, de quib. priuilegiũ
2 non loquebatur: maximè, quia † iſtæ conſeruatoriæ
ſunt odioſæ, & ideò ſtrictè interpretandæ. in d.cap.cir
ca finem.

F A B I I.

De Gratia ſi neutri Arborenſ. Archidiaconat.

S V M M A R I A.

1 *Gratia conceſſa alicui, qui in ſpecie non narrauit defectũ ſuum ratione excommunicationis, an ſit ſubreptitia.*

2 *Alexander Sextus, & Leo Decim. Pontific. Max. per extrauagantem execrabilem, annullans gratias obtentas familiaribus prælatorum curia Romana.*

3 *Vera falſi narratio ſi fiat Principi. facit vt vel facilius, vel difficilius pro rei, & perſonæ qualitate gratiam petitam, aut concedat, aut abneget.*

4 *Conſtitutiones Alexandrina, & Leonina non ſolùm gratiam gratis datam ob cauſam ex falſa relatione annihilant, ſed etiam excommunicationis vinculo impetrantes innodant, ita quidem, vt non niſi facta ſatisfactione ab ipſo Pontifice poſſit abſolui, idque ſolùm in articulo mortis.*

5 *Papa non præſumit velle gratiam concedere excommunicationi ſubiacẽtibus, & de famoſo crimine notatis, nec cum talibus diſpenſare.*

6 *Excommunicati omnia acta in iudicio producta ſunt ipſo iure nulla, & in ipſius redundant præiudicium.*

D E C I S I O C L X X I I.

1 IN cauſa Arborenſ. Archid. dubitaui, † *an gratia conceſſa Hieronymo Zapatta in ſpecie, ſit ſubreptitia, quia non narrauit in ſpecie defectum ſua prima gratia, ſeu ex quo titulo erat excõmunicatus, quod tacuit?* Nam vt ſu-
pra patet hic Hieronymus ſe falsò familiarem narra-
uerat, & expediuerat gratis, propter falsò narratam
familiaritatem, ex quo gratia ſua erat annullata, *per*
2 † *extrauagantem execrabilem. Alexand. & Leonis*, de
quibus erat datum in actis. Vnde dicebatur per ad-
3 uerſarium, quòd † ſi narraſſet Papæ, quando obtinuit
gratiam *ſi neutri*, quòd prouiſio ſua eſſet nulla, pro-
pter falsò narratam famil. propter quod etiam expe-
diuerat gratis, & fraudauerat familiares Papæ, veriſi-
militer vel noo conceſſiſſet, vel difficiliùs. Ideò eius
commiſſio vitiabat, & reddebat eius gratiã ſubrepti-
tiã, & obreptitiã, ad not.in c.ſuper literis.de reſcri pr.
vbi Felin. & alij. Dicebatur tamẽ ex aduerſo, & ita do
mini, quòd ex quo in gratia erat clauſula, quæ cõmu-
niter ſolet apponi, quòd cauſæ effectiuæ, & annullati-
uæ præcedẽtis gratiæ habeantur pro expreſſis, & in li-
teris poſſint exprimi, ideò aliqua ſubreptio, vel obre-
4 ptio cõſiderari nõ poterat. Et † quia cõſtitutiones pdi

ctæ

cta nedum annullabant gratiam, sed etiam excommunicabant tales expedientes gratias propter falsam familiaritatem: vt nec à Pontifice possint absolui, nisi postquam satisfecerint, præterquam in articulo mor-
5 tis, quòd si Papa intellexisset, non concessisset, † quia excommunicatis, & criminosis Papa non præsumitur velle facere gratiam, & cum eis dispensare, vt dicit Bald. in l. Barbarius. col. 8. vers. & si dicatur. ff. de off. præt. & in l. præscriptione. col. 5. vers. verbi gratia. C. si contra ius, vel vtil. pub. Ad hoc rñdebatur multis modis, sed vnus placuit, videlicet, quòd in illis erat absolutio ad effectũ, qui gratis & cõmuniter apponitur, quia absolutio non repugnabat constitutionib. Alex. & Leonis, volentium posse absolui, & posse in causa audiri, & propterea aduersarius apud acta stanm pro-
6 testatus fuit, quod erat excommunicatus, & quod † omnia per eum iam excommunicatum facta erant nulla, & instabat pro absolutoria, quia erat possessor.

FABII.

De Restit. Spolia. Laurienf. Præpositura.

SUMMARIUM.

1 *Notoriè si non constet de non iure partis spoliatæ beneficio, & in alium collato, ob non solutionem factam debitæ pensionis, si subductis calculis, præsupposito quòd sit debitor, paratus sit soluere, venit restituendus possessioni pristinæ.*

DECISIO CLXXIII.

1 IN causa Laurien. præpositura dubitaui, † vtrum adeo constaret de non iure Caroli, vt spoliatus non deberet restitui? Præsupponebantenim aduersarij, & erat dictũ, quòd Carolus in iudicio erat examinatus medio iuramento tanquam principalis, & confessus fuerat, tanquam extitisset per multos annos, quod soluerat pensionem, quam pro isto beneficio tenebatur soluere sub pœna priuationis, & propter hoc fuerat priuatus, & beneficium alteri collatum, in quem spolio agebatur, quia vigore illius promissionis intrauerat possessionem. Vnde ex solutione facta, si non esset priuatus, de nouo poterat priuari, & beneficium alteri conferri, & si nullum ius haberet, non erat restituendus, ad dec. 419. in antiq. & 55. in nou. Tamen, quia ista confessio non erat simplex, sed habebat secum excusationem, quia dicebat, se soluisse quasdã decimas, quæ debebant compensari cum pensionib. soluendis, & quòd si in aliquo restabat debitor, quod facto calculo erat paratus soluere: dixerunt Domini, quod nõ constabat de non iure suo notoriè, & propterea debebat restitui, & multa alia adducebantur in informationibus. Et ita fuit resolutum.

FABII.

De Iure patronat. Bononien. S. Martini.

SUMMARIA.

1 *Præsentatio duabus vicibus facta in beneficio vacanti, an ius patronatus in eo præsupponat.*
2 *Ius patronatus ex fundatione, aut dotatione productum vigore præsentationis alicuius, non habetur in consideratione, constito quod non habuerit effectum.*
3 *Simplex narratiua, & ea quidem de facto alieno, nihil releuat.*

DECISIO CLXXIV.

IN vna Bononien. S. Martini dubitaui, *an ex productis probetur fundatio?* Præsupponebatur, hoc beneficium esse de iure patronatus, & in quasi possessione præsentandi, qui erat quidam de Canonicis, quod con-
1 stabat † per duas præsentationes factas duabus vicib. quib. vltimo loco vacauerat hoc beneficium, sed quia prouisus Apostolicus habebat derogationem iuris patronatus, quatenus non esset ex fundatione, vel dotatione, ista quasi possessio non suffragabatur patronis
2 ad probandum † ius patronatus ex fundatione, vel dotatione. Producta erat quædam præsentatio, & institutio facta de anno 1525. de qua Domini nullam habuerunt considerationem, quia non constabat, quod haberet effectum. Produxerat etiam procurator quandam Bullam Sixti, in qua Papa conferendo istud beneficium, narrauerat esse de iure patronatus, & pro illa vice Papa derogabat, quod etiam non fuit considera-
3 tum, quia erat † simplex narratiua, & de facto alieno, nec dicebatur esse de iure patronatus ex fundatione, vel dotatione, sed potius præsumebatur, quia Papa non solet derogare tali iuri patronatus.

FABII.

Regula de mutatione collationis Barchinonen. Canonicat.

SUMMARIUM.

1 *Specifica mentio fieri debet Diœcesis, in qua vacat beneficium, & ad quam expectatiua extenditur tam in mutationibus, quàm in extensionibus in supplicatione.*

DECISIO CLXXV.

IN causa Barchinonen. Canonicatus inter Ioannem Loxdellas, & Ioan. Baptistam de Bernaldis, Ioãnes Baptista obtinuerat gratiam expectatiuam, quam iã habuerat mutari ad duas alias collationes, & tertiam extendi sub specifica expressione ad Barchinonen. Gerunden. & Vergellen. aliàs in literis exprimen. & expediuerat literas extensionis in Barchinonen. in qua vacauerat iste Canonicatus. Erat datum de regula, quæ
1 vult, quod † sicut in mutationibus ita etiam in extensionibus, in supplicatione ipsa debeat fieri specifica mentio Diœcesis, ad quam expectatiua extendebatur, quod præsupponebatur Ioannem Baptistam fecisse, ex quo specificè illatus nominauerat. Eò maximè, quia in fine mãdati erat dictum, quòd Vergellen. dabatur etiã ad reseruata, & quod Gerunden. etiam in manib. ordinariorum de consensu ordinarij. Vnde videbantur istæ duæ collationes specificatæ pro permutatione Barchinonen. pro extensione remanebat, & sic specificata mentio de illa erat. Tamen Domini dixerunt contrarium, quia licèt tres illæ collationes essent specificatæ, tamen non erant specificatæ, in quibus magis de mutatione, quàm extensione loquebatur. Vnde in ostendendo adhuc remanebat maximè, quia nedum erant specificatæ tres Diœceses, sed etiam erat datum, vel ad tres alias in literis exprimendas. Et sic adhuc maior erat incertitudo, quia potuisset acceptare, & expedire extensionem ad Toletanã, & Hispal. nec expressio facta in Toletan. qui adhuc haberet potestatẽ acceptandi in non exspecificatis exprimen. in literis, & sic habuerunt prouisionem.

FABII.

De probationibus Arborens. Archipresbyt.

SUMMARIA.

1 *Familiarem se fingens prælati, vt beneficij collationem per gratiam gratis expediat facilius, si subticeat veritatem, est ex Alexandrina, & Leonina excommunicatus, & gratia est subreptitia.*
2 *Testes deponentes super articulis reputari talem, & non esse talem, an prosint pro articulante in fauorem, ita vt releuent.*
3 *Literis gratia si sit subscriptum gratis pro familiari, an probetur familiaritas, ita vt obtenta gratia non dicatur subreptitia.*

DECISIO CLXXVI.

IN causa Arborens. Archipresbyt. dubitaui, *an sit probata familiaritas ex parte Io. Zapatta?* Narrauerat eum esse familiarem Vicecãcellarij, propter quod
1 gratis expresserat, propter quod dicebatur, † illũ esse fictum familiarem, & non verũ, & propterea excommunicatũ, per Extrauag. execrabilem, Alex. & Leonis contra fictos familiares. Hic autem ex aduerso præsupponebatur, se probasse familiaritatẽ. Tum ex testibus quos Dñi habuere pro non probantib. articulando, & variando, se familiarem, & continuum commensalem Papæ, insistendo seruitijs Vicecãcellarij. Et in eodem articulo

articulo articulauerat, sed nobilem clericum,& multas habilitates,& vnus testis dicebat articulum verũ.
2 † Alij verò reputari talem, qualem se articolauerat.
Tamen isti testes in causa scientiæ videbantur potius
sentire de alijs habilitatib. quã de familiaritate. Vnde
fuit visum, non probari bene istam familiaritatem tã
Papæ, quàm Vicecancellarij, cui per suam schedulam
hic attestatus fuerat, esse familiatem suum, & se sub-
3 scripserat literis † expeditis, in quibus erat narrata
familiaritas,& fuerat dictum gratis pro familiari. Et
voluerunt Domini, ꝙ istud sufficeret, quantũ ad hoc,
vt possit expediri gratis, vt non incideret in executionem
irrogatã, per extrauagan. de quib. supra. Hic autẽ
non fraudauerat. Expediuerat.n. sub fide Cardinalis,
& gratis expediuerat, & nil per expeditores erat
oppositum, quod voluit Sarnen. q. 16. num. 6. in regu.
de impetran. benefic. vacan. per obitum famil. Card.
dum dicit, ꝙ ad effectum expediendi gratis statur fidei
Cardinalis, si non fuit oppositum. Et ita etiam fuit
firmatum supra in causa Fulginaten. Prioratus.

F A B I I.

Fulginaten. Prioratus.

S V M M A R I A.

1 *Articuli licèt releuent in causa, tamen si sint obiectiui non obsunt agenti.*

2 *Restitutio in integrum non semper datur minori.*

DECISIO CLXXVII.

IN causa Fulginaten. Prioratus dubitaui, *an articuli
sint releuantes, & admittendi?* In hac eadem causa
fuerant dati articuli ad proban. quod Alex. tanquam
familiaris impetrauerat beneficium, qui non erat familiaris:
quia erat execrabilis, quia plura incompati-
1 bilia possidebat. † Et nulli fuit dubium, ꝙ essent rele-
uantes. Sed bene dixerunt, quòd erant materiæ obie-
ctiuæ, iuxta tradita per Oldrad. consi. 170. Et his pro-
batis nullum resultabat ius ordinario, sed tamen con-
stabat de non iure Alexandri, & ideò post terminum
2 ad articulandum non debebat admitti, † nec minori
dabatur restitutio, vt possit hæc obiecta probare, iux-
ta decis. 607 in antiq. Vnde fuit producta gratia, si neu
tri, quę his probatis intrabat, & si articuli nõ erãt am-
plius obiectiui. Et propterea admittendi nullum ius.

F A B I I.

De Restitutio. spoliat. Lauriens. Præpositutæ.

S V M M A R I A.

1 *Collatio si non sit simplex, & libera, impedit quo minus sententia restitutoria impetrare possit, & dubium parit de sufficienti titulo.*

2 *Prælatura si sit membrum alicuius monasterij facit, vt prouiso potiùs titulus cõueniat administratoris, quam titularis.*

3 *Concessio facta ad vitam concedentis facit, vt successor pro ratificatione prædecessoris, qui confessionem fecit, non teneatur, nisi de proprio consensu.*

4 *Spoliatus antequam in causa procedatur, ad omnia venit restituendus.*

DECISIO CLXXVIII.

1 IN causa Lauriens. Præpositurę dubitaui, † *an Caro-
lus habeat sufficientem titulum ad obtinendam sentẽ-
tiam restitutoriam?* Et dicebatur, ꝙ non, quia collatio
euidens præpositurę non est simplex, & libera, sed so-
lùm quædam concessio, quæ de similibus beneficijs
facta solet appellari firma, prout in clemẽtina prima,
§. quidam etiam ecclesias. vbi glo. in versiculo ad men
sam. de exces. prælatorũ. Vnde in collatione, quæ fuit
facta de ista præpositura isti Carolo, dicitur, quòd est
2 membrum monasterij Cassinensis. Et propterea † iste
debet dici potius administrator Abbatiæ, quàm ti-
tularis possessor, & propterea potuit admitti, cap. ad
monasterium, §. talis, & sentit glo. in c. 1. de stat. mo-
nach. Imò etiam, quòd fuisset concessa ad vitam, dice-
3 batur, quòd † Modernus Abbas nõ tenetur stare con-
cessioni, iuxta glo. in c. vltimo, ne prælat. & beneficia.
in ver. quæ sunt insolitæ. & contra solitum collationis
liberæ in simplicibus de beneficijs. Ex quo videbatur
4 sequi, quod nullum habeat titulum, ex quo † spolia-
tus deberet restitui. Domini fuerunt in contrarium,
quia ex verbis expressis collationis iam factæ Carolo,
quàm Petro nouiter prouiso, & qui spoliauerat, euidenter
apparebat, quod erat collata in titulum bene-
ficij. Et propterea omnia allegata ex aduerso erãt ex-
tra propositum. Nam euentus vacationis considerabatur,
& quantumcunque essent aliæ causæ insolitæ,
hoc tamẽ non immutabat collationem beneficij, ma-
ximè, quia collatio erat dictata à Notario minus pra-
ctico talium collationum. Et ita nemine discrepante
fuit conclusum.

F A B I I.

De Gratia si neutri Fulginat. Prioratus.

S V M M A R I A.

1 *Gratia si neutri concessa, per Papam Paulum Tertium, quam vim habeat in supplicationibus.*

2 *Gratia si neutri semel concessa si eiusdem speciei superueniat secunda, annihilatur per primam.*

3 *Gratia si neutri vbi canonizari non potest, sed solùm ob id producitur, ne articuli tanquam merè obiectiui reijciantur, supplicatio facta sufficit, neque necessaria est literarum expeditio.*

DECISIO CLXXIX.

1 IN causa Fulginaten. prioratus dubitaui, † *an præ-
textu solius supplicationis, gratia si neutri per Papã
Paulum producta admitti debeat, aut articuli merè obie
ctiui, præsertim cum sit datum de regula de non iudican-
do iuxta formam supplicationis, & ipsa gratia sit impe-
trata post reiterationem terminorum?* Quia secũda pars
2 dubij cassata, † quia fuit producta alia gratia, *si neutri,*
multo ante erat impetrata. Fuerat enim dictũ in præ-
cedenti, quod articuli non poterant dici merè obiecti-
ui. Est autem gratia, *si neutri,* quòd ex quo supplica-
tio erat producta, dubitaui, quia admitti non debebat
ad probandum, nisi literis expeditis, quia erat necessa-
rium cognoscere, an gratia, *si neutri,* intraret, vel non,
quia ius neutri competeret. Et postquam esset dictũ,
nec etiam ius patronatus Paulo competere, erat ne-
cessarium canonizare gratiam, *si neutri,* ne staret in
possessione beneficij sine titulo. Tamen Domini dixe-
3 runt contrarium, quod ex † quo iste non poterat gra-
tiam suam canonizare, sed illam tantum ad istum ef-
fectum producebat, ne articuli tanquam merè obie-
ctiui reijcerentur, quia non erat necessarium literas
expedire, sed sufficiebat supplicatio, & quòd si vnquã
propter gratiam *si neutri,* posset canonizari, tunc expe
diret literas.

F A B I I.

De Probationibus Britoniens. Præpositutæ.

S V M M A R I V M.

1 *Prouisio si fiat de beneficio per priuationem, quem titulũ producat, & an prouisio cedat in vtilitatem prouisi.*

DECISIO CLXXX.

IN causa Britonien. Præpositutæ, in qua agebatur
de spolio per Carolum, & pro colorando titulo,
produxerat prouisionem suam, quæ nunquã erat re-
cognita. Vnde dicebatur, ꝙ non debebat restitui, quia
1 cum aduersarius in † prouisione narrauerit se prouisum
per priuationem Caroli, dixerunt Domini ex ista
confessione, satis constare de titulo ad effectum, quòd
posset restitui, maximè, quia sibi prouisum fuerat per
supplicationem suam ante litem. Vnde satis difficilis
erat hic in vrbe recognitio prouisionis suæ factæ illo
tempore in ciuitate Neapolitana.

F A B I I.

De Appel. & Aegidiana Parmen. Iurisdict.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Fatalia vtrum lapsa dicantur post lapsum sesquiãni post factam appellationem, & commissionem parte etiam citata.*

2 *Deserta appellatio dicitur ex eo, quòd infra anni spacium causa, de qua controuersia est non expeditioni mandatur, non constito de aliquo legitimo impedimento.*

3 *Rota tamen contrarium de stylo Curiæ obseruata, & concedit triennium. nu. seq.*

4 *Aegidiana constitutio nondum promulgata in tota dominio status Ecclesiastici non impedit appellationem.*

5 *Parma & Placentia ciuitates immediatæ subiectæ sunt iurisdictioni Ecclesiæ Romanæ.*

6 *Statuta quæ prohibent appellationem in ijs casibus in quibus de iure ciuili non est licitum appellare, an veniant seruanda in Curia Romana.*

7 *Aegidiana cõstitutio quæ prohibet appellationem in possessorio in Curia Romana in certis casibus seruatur.*

DECISIO CLXXXI.

IN causa Parmen. iurisdictionis villarum, in qua
procedebatur per contradictas dubitaui, *an causa
esset appellabilis*. Et posito, quòd sic *an essent lapsa fatalia?*
Fuerat enim per D. Fabium pronũciatum super
spolio, à qua fuerat appellatum, & causa appellatio-
1 nis commissa, & citata pars. Postmodum erant † elapsi
18. menses, & vltra. Vnde dicebatur esse lapsa fatalia,
2 & † appellationem desertam, ex quo infra annũ cau-
sa non erat expedita, nec de aliquo impedimento con-
stabat iuribus vulgaribus: Dixerunt tamen Domini
3 † contrariũ, ex quo de stylo Rotæ semper datur trien-
nium, quando aliquid post commissam causam factũ
fuit, vt dicit Fastolus dub. 37. char. 17. & Cassad. decis.
6. circa fin. de appell. Fuerat ante factum aliquid, vt
supra, & sic remansit resoluta prima pars dubij. Dixe-
4 runt etiam, † causam esse appellabilem non obstante
Aegidiana per Rotam. Declaratum erat item non ha-
bere locum in terris mediatè subiectis Ecclesiæ, prout
5 erat ciuitas † Parmæ, & Placentiæ, inter quas litigaba-
tur post mutationem status, post quas fuerat in causa
pronunciatum. Vnde attento tempore sententiæ Ae-
gidiana locum nõ habet, quia tunc temporis non erat
extensa ad omnia loca immediatè subiecta Ecclesiæ,
prout per Paulum Tertium, sed tantum habebat locũ
in Marchia. Et licet essent producta statuta Parmæ,
6 & Placentiæ, quæ prohibebãt † appellationem in casi-
bus, in quibus de iure ciuili non erat licitum appella-
re, qualis est casus noster, dixerunt Domini, quòd ex
quo articulus, an causa sit appellabilis, vel non, re-
spicit ordinatoria, prout Aret. in c. quod clericum. de
foro competen. Perus. in c. debitor. de appellatio. tra-
dit Decius in c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 43. de constitu-
tio. debent attendi iura, & statuta, in quibus iudicium
agitur. Vide ius canonicum, de constitutionibus. Et
quod seruatur in terris Ecclesiæ, & permittit appel-
lationem etiam in possessorio. Tamen ista ratio nõ mi
hi visa fuit concludens, quia si debeant seruari in or-
7 dinatorijs statuta loci, in quo fit iudiciũ: Ergo † Aegi
diana intrat, quæ prohibet appellationem, & habet
locum, & seruatur hic Romæ: Tamẽ quia in causa nõ
erat contradictor, poterat pronunciari ex eidem con-
firmationis primæ sententiæ, quæ nulla prouocatio-
tione suspensa transiuit in iudicium, & ideo sine ali-
qua difficultate Parmen. habebant intentatam cau-
sam, in quorum fauorem prædicta sententia fuit lata.

FABII.

De Pensionibus Abucens. pecuniariæ.

SVMMARIA.

1 *Causa pecuniaria pensionis annuæ controuersa Cardinalium duorum si ab vna parte prætendatur, nullitas sententiæ vtrium a Rota ad signaturam Cardinalium referri posse.*

2 *Petitio si fiat in commissione nedum causam committi appellationis, sed etiam pensionis prætermissa nullitatis causa intelligitur tam de nullitate sententiæ, quam pensionis.*

3 *Clausula sine retardatione quam vim habeat, & quos producat effectus.*

DECISIO CLXXXII.

IN vna Abucens. pecuniaria inter Cardinalẽ de Car
po, & Cardinalem Annibalem dubitaui, *an testes
sint examinandi?* Et stãte commissione, de qua vltimo
loco in actis legebatur. Namq; ista pensio, quæ fuerat
Cardinali del Carpo reseruata, & ei in possessionem
causa percipiendi erat data viuente prædecessore,
prædecessor aduersarij, qui non volebat illam solue-
re, prætendens illam nulliter reseruatam, ex quo sine
consensu Regis Franciæ, stantib. concordatis. Et cum
causa penderet coram Anto. Aug. Card. Carp. obti-
nuerat commissionem, vt procederetur sine retarda-
tione solutonis pensionis, virtute cuius Auditor de-
clarauerat contra Cardinalem de Annibalis, à qua de-
claratione fuerat appellatum, & petitum, causam ap-
1 pellationis, & appellationum, & nullitatis tam † sen-
tentiæ, quàm pensionis, committi Cardinalib. & si-
gnaturæ. Fecerat secund. partem, in qua dicebatur,
vel si magis placet causa appellationis nullitatis &
attentatorum, committatur alicui alteri ex auditori-
bus Rotæ, cum clausula sine retardatione legitimæ
executionis. Et Papa signauerat, placet de secunda
2 parte. Vnde dicebat appellans, † quòd ex quo petitũ
est in commissione, nedum committi causam appel-
lationis, sed etiam pensionis, signatura, quæ firmat
secundam partem, & committit causam nullitatis,
debet intelligi tam de nullitate sententiæ, quàm pen-
sionis. Quo stante videtur sublata clausula sine præiu-
dicio, quæ in casu nostro non poterat dici legitima, ex
quo prætendebatur nulla pensio. Et ad hoc tendebat
examen testium, de quo dubitabatur. Et pro hoc facie
bat, ꝙ licet non esset præinserta commissio prima, quæ
data sine retardatione erat, tamẽ in ista secund. cõmis-
sione appellationis narrata ad longũ procedebãt. Ta-
mẽ Dñi bene cõsiderata vltima cõmissione, & lecta, &
perlecta fuerunt pro maiori parte in cõtrarium, ꝙ so-
lũ fuisset cõmissa nullitatis sententiæ, non causa ap-
pellationis, & ꝙ nullo modo fuerat intentio signatu-
ræ bene committere causam nullitatis pensionis, quod
arguebatur ex verbis illius secundæ partis. Quo stan-
3 te remanebat adhuc † clausula *sine retardatione*, de
qua in prima commissione, nec poterat procedi ad ali
quod examen testium respiciens nullitatem pensio-
nis ante solutionem. Et ista commissio secunda stabat
sine præiudicio legitimæ executionis, vt cognoscitur
de iustitia sententiæ, & eius nullitate sine retardatio-
ne legitimæ executionis.

FABII.

De Alimentis Vincentin. Matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Mala fama mulieris vtrum eam excludat ab alimentis, quæ prætendit in bonis mariti prædefuncti.*

2 *Probationes factæ de mala fama mulieris, non impediunt alimenta subministrari ex bonis mariti, stante, quod super ijs probationibus nondum fuerit iudicatum.*

3 *Testamentum in quo filius communis non est institutus hæres, & nominatim exhæredatus sine causa, de iure communi non valet.*

DECISIO CLXXXIII.

1 IN causa Vincentin. matrimonij dubitaui, *an † pro-
bationes super mala fama Lucretiæ factæ per Dominũ
Marcum in causa prodessent D. Antonio Nicolai ad ex-
cluaendum dictam Lucretiam ab alimentis, quæ petebat
in bonis mariti?* Et posito, quòd non, an interim, quo-
ad probetur mala fama eius. Nam dicebant aduer-
sarij Lucretiæ, quod si non erat sufficiẽter probatum,
quòd volebant probare. Et licet hinc inde multa di-
ceren-

cerentur, tamen Domini vnica ratione fuerunt moti
2 ad dicendum, ꝙ † alimenta deberentur dictæ Lucre-
tiæ, quia licet dictæ probationes essent factæ, tamen
super illis non erat iudicatum. Et dico, antequā pro-
nunciaretur, illud esse verum, quòd prætendebatur
probatum per probationes, quæ non faciebant noto-
rium, allegabatur consilium Deci. 126. Et poterat Lu-
cretia probare contrarium. Vnde ista interim non po-
terant negari alimenta. Et maximè, quia licèt Anto-
nius esset institutus hæres à Marco, propter ꝙ præten-
debatur sibi tanquam hæredi prodesse probationes
3 factas per Marcum: tamē † ex quo erat iudicatum ex
Lucretia & Marco natum filium, qui in testamento
non erat institutus, & nominatim exhæredatus, secū-
dum regulam iuris, testamentum non valebat, & An-
tonius Nicolai non erat hæres. Et licet prætenderetur
de iure non posse sustineri testamentum, tamen dixe-
runt Domini, quòd in isto interim alimenta Lucretiæ
denegari non poterant.

FABII.

De Regula de exprimendo valore in quadam Panormit.

SVMMARIA.

1 *Valor verus beneficialium redituum per tria probatur,*
primò per expressionem prædecessorum, secundò per
arrendimenta, tertiò per publicam vocem, & famam.
2 *Libri annatarū si probēt de recepto per certam summam*
solutam, non probant beneficii valorem ob id, cum suc-
cessu temporis facilè fieri possit.
3 *Beneficij valor verus in eo consistit, vt pensione detracta,*
quod reliquū est, ad rationes reductum taxam legiti-
mi valoris constituat.
4 *Gratia concessionis si obtinetur beneficij, debet eiusdem*
valor exprimi non deducta pensione, cum Papa non
prætendat dare beneficium nisi connumerata pensione.

DECISIO CLXXXIV.

IN causa Panormit. inter Episcopū Spoletan. & Syl-
uestrum Suonū, dubitaui, *vtrum ex deductis veni-*
ret excusandus Episcopus ad regulam de non exprimen-
do vero valore. Prætendebatur namque per aduersa-
rium Episcopi, qui expresserat, beneficium esse valo-
ris 120. falsum expressisse, quia beneficium valebat,
vt ex aduerso dicebatur 220. Episcopus excusabat per
prætensiones aduersarij, qui multas gratias expedite-
rat, & semper variauerat, & in prima expresserat 120.
Sed dixerunt hoc non sufficere, quia dixerunt, quod
1 Rota solita est dicere, quòd † tria requiruntur ad hoc,
vt quis se excuset. Primùm expressionem prædecesso-
rum, secundum arrēdimenta, tertium publica vox, &
fama. Vnde non debebat sufficere expressio aduersa-
rij tantùm, & variatio, qui tenebatur indagare valo-
rem, non ita perperam exprimere falsum. Secundò
2 volebat excusari, quia in libris annatarum † de anno
1477. 1495. & 1511. pro istis beneficijs erant solutæ
annatæ, quæ nunquam ascenderunt vltra nonaginta
ducatos. Dixerunt Domini, nō sufficere, quia in tanto
tempore poterat creuisse valor beneficij, vt nunc pro-
batur. Præterea licèt aliàs taxa beneficiorum, de qua
in Camera, vel Cancellaria soleat quandoque adduci
ad excusationē, tamen solutio annatæ nihil facit. Vnde
3 tertiò volebat excusari Episcopus, ꝙ super vno ex istis
beneficijs erat imposita antiqua pensio centum duca-
torum, quæ debebat detrahi, & ea detracta erat ex-
pressus verus valor. Et per hoc adducebatur Belenz.
de caritatiuo subsid. q. 37. Et ꝙ dicit Gig. post alios
quos allegat, in tract. pēsio. q. 89. Quòd nec suffragari
dixerunt Dñi. Quia prædicta loquebantur in onerib.
perpetuis, quæ sunt super beneficijs. Nam illa dedu-
cuntur, prout etiam deducitur pensio, quantū ad hoc,
vt illa pinguis annata non debeat solui 57. tm̄ dedu-
4 cta pensione, secus autem † in expressione valoris ad
obtinendum gratiam, quia tunc pensio non deduci-
tur, quia Papa non intendit sibi dare beneficium, nisi
tanti valoris in supplicatione, vt dicit Belen. in d. q.
37. in fine. Nam valor beneficij non solum debet ex-
primi respectu annatæ soluendæ, quia tunc pensio
deducitur, sed etiam, vt Papa intelligat qualitatem
beneficij, quod confert habita etiam contemplatio-
ne personæ, quæ confert, vt declarat Sarn. in d. regula
de exprimendo vero valore. q. 3.

FABII.

De Aegidiana Parmensis Vallium.

SVMMARIA.

1 *Aegidiana cōstitutio vetans appellare in possessorio con-*
stito, quod simus in ordinatorijs an habeat locum.
2 *Aegidiana constitutio non est statutum Vrbis Romæ, &*
ideo non extenditur ad loca, non immediatè subiecta
Ecclesiæ Romanæ.

DECISIO CLXXXV.

1 IN causa Parmen. Valliū iterum dubitaui, † *vtrum*
constito, quòd simus in ordinatorijs, Aegidiana locum
habeat? Et Domini dixerunt, quòd non, quia licet in
ordinatorijs seruentur statuta loci, in quo iudicium
2 agitatur, vt in iurib. aliàs allegatis, tamen † Aegidiana
non est statutum Vrbis Romæ, & ideo per extensio-
nem, quam Rota interpretata est, intellexit non ha-
bere locum in locis non immediatè subiectis Eccle-
siæ, etiam quòd in Vrbe Romæ tractarentur, & se-
cūdum statuta Vrbis veniret tractanda, prout si pro-
priè hoc in Aegidiana ipsa expressè caueretur.

PROSPERI.

De Sententia rei iudic. & Nullitatib. Giennen. Scholastica.

SVMMARIA.

1 *Sententia, quæ prætēditur transisse in rem iudicatam, an*
ex iurisdictionis defectu de nullitate argui possit, & ob
id executoriales data veniant relaxandæ.
2 *Parti si specialis cōmissionis vigore imponatur ad docen-*
dum de nullitatibus præfixo termino illo decurso, &
non probato, procedi potest ad confirmationem senten-
tiæ, & intimationem.
3 *Sententia an ex hoc nulla prætendatur, quod neque in*
prima, neque in vltima cōmissione a iudice super nul-
litatibus fuerit pronunciatum.
4 *Pronunciatio tacita nullitatum arguitur ex eo, quòd cū*
præfixus fuerit terminus de ijs probandis, tamen in eo
nulla nullitatum est facta mentio.
5 *Causa noua & nouus iudex an impediatur ex præfixio-*
ne terminorum antea a priori iudice, idque in causa
veteri datorum, nec ne.

DECISIO CLXXXVI.

1 IN causa Giēnen. Scholasticæ dubitaui, † *vtrum sen-*
tentia, quæ prætenditur transiuisse in rem iudicatam,
sit nulla ex defectu iurisdictionis, & sint relaxanda execu
toriales? Ioannes Paulus tulerat sententiam in fauorē
Ioannis Solano contra Dominicum, à qua fuerat ap-
pellatum, & de nullitate dictum, & causa commissa
2 Domini Prospero, coram quo † vigore specialis com-
missionis fuerat præfixus terminus ad docendum de
nullitatibus Dominici, quo elapso, & nō docto, debe-
ret procedere ad confirmationem vel intimationem
sententiæ Io. Pauli, & termino decurso nihil fuerat fa-
ctum. Postmodum pro Ioanne Solano fuerat præsen-
tata alia commissio, in qua facultas procedendi ad cō-
firmationem, vel infirmationem alterius sententiæ la-
tæ super hoc beneficio, per Dominum Veraldū omis-
sa sententia Ioannis Pauli. Postquam commissionem
fuerat per Dominicum præsentata alia commissio,
per insertionem præcedentis, in qua petebatur, quòd
prius super nullitate sententiæ Ioannis Pauli proce-
deretur, vel simul & semel, prout his fuerat, quæ cō-
missio tantùm iudici erat præsentata, nec pars illa
3 vsa fuerat. Sententia † Prosperi prætendebatur nul-
la esse, quia super nullitatibus non pronunciauerat,
iuxta

iuxta primam commissionem, & vltimam. Sed respon
4 debatur, per processum ad vlteriora satis † erat pronunciatum tacitè, postquam erat præfixus terminus, & nihil in eo dictũ de nullitatibus. Et licet diceretur, quod illud procedit tantum, vt possit procedi ad confirmationem, vel infirmationẽ sententiæ Ioannis Pauli, nõ autem quo ad confirmationem sententiæ Veral-
5 di, tanquam esset † noua causa & nouus iudex, coram quo illa præfixio termini non erat in consideratione, tamen Domini dixerunt, quod imò erat iudex, coram quo remanserat causa nullitatis super ista Scholastica, nec debebat haberi in consideratione vltima commissio, postquam pars illa vsa non erat. Et licet esset vsa, tamen de iure erat, vt possit aliter sententia ferri, cum stante præfixione termini commissionis, tacitè etiam super nullitatibus videbatur pronunciare ea reijciendo, prout quotidie facimus.

FABII.

De Regula de non tollendo iure quæsito. Fulginat. Prioratus.

SVMMARIA.

1 *Declaratio Papæ super beneficio conferendo litis pendentia perdurante, an adimat alteri ius iam quæsitum.*

2 *Clausula, quacunque reseruatione non obstante, quid operetur in breuibus apposita per Pontificem.*

3 *Papa dubium declarans per clausula adiectionem non prætenditur præiudicare velle iuri alterius iã quæsito.*

DECISIO CLXXXVII.

1 IN causa Fulginaten. Prioratus dubitaui, † *an declaratio Papæ super acolythatu & familiaritate Alexandri, vel tanquam lite pendente facta, tollat ius quæsitum veniẽtis?* Opponebatur noua doctrina Alex. quod esset subreptitia, quia in ea nõ erat facta mentio, quòd ille per cuius obitum vacauerat, esset acolythus. Et Papa lite pendente declarauerat intentionis suæ fuisse, dare sibi beneficium. Esto quòd mortuus esset acolythus, & datum erat, de regula, de non tollen. iure quęsito. Vnde dubitabatur, *an ista declaratio valeret non obstante regula*. Et ex quo in supplicatione, in qua erat prouisum de beneficio vacante in curia, & in corpore supplicationis dicebatur, quòd dabat sibi istud beneficium, etiam si specialiter vel generaliter, quacunque reseruatione non obstante, reseruatum esset. Vltimo,
2 quod in clausulis erat clausula † *quacunque reseruatione*, &c. Quod ista verba poterant habere aliquam dubitationẽ. Nam reseruato acolythatu veniret Papa
3 hoc dubiũ declarando, † tanquã erat. Declaratio non dicebatur tollere ius quæsitum, iuxta declarationem Pauli de Castr. per illum text. in l. hęredes captum palam. de testam. Pau. cons. 339. 1. vol. cum multis allegatis per Sarnen. in d. reg. de non tollen. iure quæsi. 15. Super familiaritate antequam erat maius dubiũ dixerunt Domini, quod iterum, & melius informaretur.

FABII.

De Probationibus, & concession. præben. Erborensis Canonicatus, & præbendæ.

SVMMARIA.

1 *Expectatiuarum vigore vtrum Ecclesiasticũ beneficium acceptari possit literis super hoc nondum in archiuo expeditis.*

2 *Actori semper facti incumbit probatio, vel asserti, & non reo: idque locum habet etiam in nominatione.*

3 *Actor quis, & reus an simul & semel, idque in eadem causa esse possit.*

4 *De stylo Curiæ Romanæ est Breui Apostolica non expediri in causa beneficialis concessionis nisi registrata supplicatione.*

5 *Gratia habẽs certam horam appositam præfertur gratiæ, cui nulla hora apposita fuit de stylo Curiæ.*

6 *Acceptationes in Curia in genere fieri solent, non in spẽ.*

7 *Acceptatio beneficiorum vacantium licet fieri possit, nõ tamen vacaturorum nisi limitatiuè, & dispensatiuè.*

DECISIO CLXXXVIII.

IN causa Erboren. Canonicatus & præbend. dubita-
1 ui, *præsupposito nunc*, † *quod expectantes, de quib. agitur, potuissent acceptare, literis nõ expeditis, & etiam posito pro nunc sine præiudicio veritatis, quod nõ detur de iure tertij, vtrum stante noua prouisione, & instrumentis acceptationum, constet nominationem fuisse factam post prouisionem Hieronymi Signorini, saltem ad effectũ transferendi onus probandi reum, & possessorem?* Erant enim data mandata de prouidendo quibusdam cum clausula in supplicatione, quòd possent acceptare literis non expeditis, & in diœcesibus per eos eligendis, nec alicui constabat, quòd nominasset diœcesin, nisi in breui expedito super gratia, quod erat expeditum sub ea data, sub qua erat expedita supplicatio primæ gratiæ, in qua, vt dixi diœceses non erant expressæ. Quia dicebatur, quod dolosè isti mandatarij, vt expiscarentur pinguia beneficia, expiscauerant vacationem beneficiorum, & tunc expediuerant breuia ista, in quibus diœceses expresserant in fraudem Hieronymi Signorini, qui cesserat in Hieronymum Zapatta prouisum
2 Apostolicum. Et quod Zapatta erat † actor dicebatur illi incumbere onus probandi nominationem diœc. factam post prouisionem Hieronymi Signorini, ex
3 quo erat actor, † & reus habebat intentionem suam fundatam, ex nominatione facta in Breui sub data multo anteriori, ex quo Breuia erant prętensa nõ abolita, nec cancellata, vt dicit Dec. cons. 175. num. 6. Per id, quod de Bulla Papæ dicit Cynus in l. præscriptionem. col. fin. versic. item quæro. C. si contra ius vel vtilitatem publ. Actor autem dicebat, se sufficienter probasse, quod si nõ sufficit ad plenam probationem, sufficit tamen saltem ad transferendum onus probandi in aduersarium. Constabat enim diœcesis fuisse nominatas in supplicatione. Sed quod supplicatio illa non erat missa ad registrum, nisi multò post mensem, &
4 † erat probatum, de stylo esse, quòd breuia non expediebantur, nisi registrata supplicatione. Vnde inferebatur ex hoc, quod nominatio diœc. facta in Breui, non poterat esse facta tempore datæ appositæ in breui, sed multò post 15. dies post registrationem supplicationis. Vnde remanebat incertum, quòd istæ diœceses essent nominatæ, quo stante actor dicebat, quòd gratia sua habebat certam datam. Incerta autem secundum veritatem erat illa data aduersarij, & nominationis suæ. Vnde præsupponebatur, quòd certa gra-
5 tia præsumitur anterior, prout dicimus † de gratia habente certam horam, quæ præfertur gratiæ non habenti horam. Fel. in c. pastoralis. col. 3. de rescript. in c. sane. de offic. deleg. Iasan l. 1. col. 7. ff. soluto matrim. Et licet ex aduerso diceretur, quòd ex instrumentis acceptationis constaret denominatione ante vacationem beneficij, & ante prouisionem Signorini, tamen dice-
6 batur non referre, quia acceptationes † in Curia solent fieri in genere, non in specie, nec diœc. nec nominibus beneficiorum, quæ postmodum etiam post decem annos deduci possunt ad speciem, & Notarij dant instrumenta in specie. Deducebatur etiam quoddam instrumentum acceptationis, in quo acceptauerat quidã ex
7 his mandatarijs beneficia † vacãtia, & vacatura in dięcesib. Arboren. & Calaguritan. & erat facta ista acceptatio in istis dięcesibus ante vacationẽ beneficiorũ, & prouisionẽ Signorini, & sic ex illo prætendebatur nominatio dięcesium antea. Sed dixerunt Domini, quod non inferebatur hoc, quia sicut coram illo Notario nominatim acceptauerat in his dięcesibus, ita coram alio potuisset in alijs, & sic de reliquis, adeo quòd fraus, de qua supra, poterat fieri. Vnde poterat fieri, quòd vel in literis, de quarũ data constaret, de nominatione in literis nouæ prouisionis, & bonam esse nominationem, dixerunt Domini, quod quia nostra prouisio ha-

bebat datam post prouisionem Signorini, & non nocebat, ex hac tamen noua prouisione colligebatur vnũ, quod dicebatur actor, quòd ex libro Militis expeditoris Breuium volebat arguere, quod certo tempore in libro expresse erant nominatæ diœc. quia tunc temporis Breuia istorum mandatorum dicebantur expedita, tamen ex ista noua prouisione multò antea tempore expedita, apparebat, nominatio diœces. ante expeditionem Breuium nominatam in libro Militis. Vnde dixerunt Domini, quod ad obuiandum fraudibus & expiscationibus, iuxta c. sedes. & c. ex tenore. de rescriptis. deberet succumbere reus, si non probaret nominationem diœcesium factam ante vacationem beneficiorum, de quibus agebatur, vel saltem prouisionem Signorini, per quam illi erat ius quæsitum, quòd non debebat illi posse auferri per fraudulentam diœcesium nominationem.

F A B I I.

De Iure patronat. & probationibus, & confessis Columbr. parochia.

S V M M A R I A.

1 *Ius patronatus, quod allegatur in prouisione beneficij, non sufficit, quòd allegetur, sed debet etiam effectualiter probari.*

2 *Possessio legitima an probari possit per supplicationem gratiæ, vbi de ea non effectualiter affirmatiuè, sed euentualiter fit mentio.*

DECISIO CLXXXIX.

IN causa Conimbricen. Parochialis de Sandonil. dubitaui, *an ex deductis possit dari declaratoria Petro Tacciato?* Petrus iste commiserat causam contra quosdam omnesque alios, &c. super iactationibus & molestationibus, & produxerat supplicationem suæ prouisionis, vt ostenderet se habere aliquod ius, & indebitè molestari. Quidam autem nominatus vigore clausulæ generalis venerat ad causam, & produxerat prouisionem sibi factam à Nuncio Portugalliæ de hac pa-
1 rochiali, tanquam existente de † iure patronatus ad præsentationem patroni, ex qua volebat ostendere, secus debere & indebitè molestare possessorem, & propter hoc possessori non posse dari absolutoriam. Replicabatur de iure patronatus nõ constare, nisi ex narratiua Nuncij prouidentis, quæ nõ sufficiebat. Et licet
2 diceretur ex aduersu, quòd etiam constabat de † possessione ipsius Petri, qui in supplicatione suæ gratiæ hoc videbatur fateri, tamen dicebatur quod hoc non erat verum, quia nũ faciebat mentionem affirmatiuè, sed euentualiter hoc modo etiam adesset præsentatus à maiori parte patronorum. Vnde dixerunt Domini, quòd poterat dari absolutoria Petro, non obstante, quòd aduersarius diceret, quod licet prædicta non sufficerent pro bona probatione, sufficere tamen debebat, vt transferret onus probandi in Petrum.

F A B I I.

Regula de Iure quæsito, & Probationibus Fulginaten. Prioratus.

S V M M A R I A.

1 *Declaratoria Summi Pontificis facta, dum lis adhuc pẽdet, num dici possit adferre præiudicium alicui, cui ius fuerit iam quæsitum.*

2 *Papæ declarationi statur in approbatione familiaritatis veræ, vbi de ficta opponitur a parte aduersa.*

3 *Clausula de cetero, præsupponit id, quod futurũ est cum verificatione præteritorum.*

4 *Declaratoria mera verborum in dubio positorum, omnia elidit potenter, quæ ex aduerso opponi possunt, & ita nec lis, nec regula obsistere, de qua agitur ad infirmandum vllo modo potest.*

5 *Declaratoria mera probans familiaritatem, & mera gratia inter se plurimum differunt.*

DECISIO CXC.

1 IN causa Fulginaté. Prioratus dubitaui, † *an declaratoria Papæ super familiaritate Alexandri, vel tanquã lite pendente facta, vel tanquam tollens ius quæsitũ, an vitiaretur?* Aliàs fuit oppositũ contra gratiã N. Et licet fuisset resolutũ, satis de familiaritate constare ex deductis, tamen pars aduersa volebat probare contra-
2 rium. Dicebatur nõ posse; quia † aliàs Papa ante prouisionem factam, de hoc beneficio per literas suas declarauerat, hunc fuisse, & esse suum verum familiarẽ, insistendo seruitijs Vicecancellarij, & ita pro vero & non ficto familiari, tam tempore dictarum literarum, quàm in posterum, & de cetero à quibuscunque iudicibus & personis deputari, nominari & iudicari debere. Et propterea stante hac declaratione Papæ non dẽt admitti ad probandum. Contrarium respondetur, ꝙ licet declarauerit tunc temporis illum fuisse, & esse verum familiarem, & de cetero ita debere iudicari & reputari, tunc fuisse suum familiarẽ, insistendo seruitijs Vicecancellarij, nouiter penden. lite ista. Immo postquam cœperat dubitari, obtinuerat etiam à Papa, vt
3 declararet, † vt tunc tẽporis, quando dixit de cetero. Quod ex eo voluit intelligere, quòd mentis suæ fuit, ꝙ esset in futurũ familiaris, & continuus commensalis suus, & Vicecancellarij, & quòd ita debebat iudicari. Sed cõtra istam declarationem fuit dictum de regula, non tollen. iure quæsito, & ꝙ ex quo lite pendente fuerat facta, non debebat obesse Paulo aduersario.
4 Replicabatur, ꝙ † ista erat mera declaratoria verborũ dubiorum, quæ erant in prima declaratione, ideò, nec lis, nec regula obstabat, ad not. per Sarnen. in 13. q. super d. regu. Et in alio dubio eiusdem causæ pendentis fuit dictum à Dominis, qui pro maiori parte fuerant in hac opinione, ꝙ non esset mera declaratoria. Et propterea obstaret dicta regula, moti duab. rationibus. Prima, quia in prima declaratoria disertiua dixerat, illum esse familiarem suum, insistendo re, donec insisteret. Vnde si volebat probari, ꝙ non insteterit, debebat admitti, & declaratoria à Paulo lata auferebat, nec tolle-
5 bat sibi ius quæsitum, & † non erat mera declaratoria, sed mera gratia, cui obstabat regula. Secũda ratio erat, quòd illa verba Papæ declaratoria, & ita de cetero à quibuscunque iudicibus esset clara, quod tunc voluit in futurum declarari, & facere illum esse verum familiarem, sed tantum in futurum, ita debere deputari & iudicari, fuisse familiarem tempore illius gratiæ. Vnde noua declaratoria, quæ fiebat, faciebat, quòd non esset vera declaratoria, sed noua gratia, faciens illum nomine familiarem, & declarans esse, & fuisse tam familiarem suum, quàm Vicecancellarij, cùm in prima tantum suum familiarem fecisset, non poterat Paulo præiudicare, stante dicta regula, de non tollen.

F A B I I.

De Const. Firmanæ Hæreditatis.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum speciale alicuius loci, an superuenientiam generalis statuti totius prouinciæ infringi possit, ita vt in irritum recedat.*

DECISIO CXCI.

1 IN causa Firmanę hereditatis dubitaui, *an † statutum castri valeat, & dẽat obseruari, nõ obstante cõstitutione Marchiæ ex aduerso producta?* Et Dñi dixerunt, ꝙ ex quo nõ constabat de oppositione ipsius statuti, vt prædicta constitutio requirit, quo ad illud statutũ, nõ debebat obseruari. Et licet ex aduerso prætẽderetur istã constitutionẽ nõ debere generaliter intelligi de omnibus statutis, sed de statutis tantũ contra libertatem Ecclesiasticam, & quietẽ, & statũ prouinciæ & ciuitatũ, & de statutis iniustis, & ratione factionum factis, vt ex proœmio colligitur, ex quo solet eligi ratio finalis, ad l. fin. de hæred. insti. tamẽ domini lecto, & perlecto tenore constitutionis, & bene considerato dixerunt, illũ

debere

debere intelligi de omnib. statutis. Nã expresse dicit,
quod omnia statuta tam facta, quàm facienda nihil va-
leant, nec debent obseruari, nisi sint illa prius visa, re-
cognita, & expressa, & singulariter approbata per Re-
ctoré prouinciæ, vel suos iudices, quib. ipse duxerit cõ
mitten. de qua probatione constet per publicũ instru-
mentum, & verba, de quib. in præfatione, habuerunt
Domini pro causa impulsiua, non autem fina.

FABII.

De Iudici. Rescript. Sentent. & re iud. Giennen. Scholasticæ.

SVMMARIA.

1 *Commissio specialis tribuẽs iurisdictionem iudici ad pro-
cedendum in causa ad sententia confirmationem, vel
infirmationem prædecessoris iudicis valida est.*

2 *Commissio præfigens terminum de nullitate sententiæ,
quam vim habeat illa non probata per partem.*

DECISIO CXCII.

IN causa Giennen. Scholasticæ dubitatũ, *an per sen-
tentiam domini Prosperi confirmationis sententiæ Do-
mini Rossanen, censerentur reiectæ prætensæ nullitates
sententiæ & processus bo. me. Ioannis Pauli stante com-
missione præfixionis termini, & an sententia Domini
Prosperi subsistat?* Et in hoc idẽmet dubiũ virtualiter
fuit datum prima eiusdem, *vt supra patet.* Et quantũ
ad validitatem sententiæ D. Prosperi, Domini fuerunt
in voto eodem, quòd sententia esset valida; Quia stan-
1 te † commissione speciali, dante sibi iurisdictioné pro-
cedendi ad confirmationem, vel informationé senten-
tiæ Rossanen. in qua erat narratum, quòd coram eo
pendebat causa appellationis à sentẽtia Ioannis Pauli,
potuerat Prosper procedere, prout processit, Sed quã-
tum ad hoc vt censerentur reiectæ nullitates, mutarũt
opinionem, & dixerunt, quòd non censebantur reie-
2 ctæ, quia licet esset data † commissio præfixionis ter-
mini, ad docendum de nullitatibus, & eius vigore ter
minus præfixus, quia tamen commissio dabat, quòd si
infra terminum præfixum de nullitate nõ doceretur,
procederetur ad confirmationem, vel infirmationem
sententiæ Ioan. Pauli. Si processisset ad confirmationé
sententiæ eiusdem Ioannis Pauli, vtique censeretur
reiecisse nullitates, secundùm quod dictat commissio.
Sed ex quo confirmauerat aliam sententiam, nihil de
nullitatibus erat dictum. Et licet in commissione sub-
deretur, post verba, *de quibus supra*, quod causam hu-
iusmodi decidat & terminet, propter quod videba-
tur, quod posset terminare idem, reijciendo nullitates,
& non confirmando, vel infirmando sententiam Ioan-
nis Pauli; tamen dixerunt Domini, quòd illa verba,
causam huiusmodi, intelligebantur de causa appella-
tionis à sententia Ioannis Pauli, non autem de ista, in
qua erat canonizata gratia expectatiua solùm, prout
fuerat etiam canonizata per Rossanen. quæ erat di-
uersa ab alia, in qua Ioannes Paulus canonizauerat il-
lud ius productum à Solano.

FABII.

De Dilationibus Hispalensis portionis.

SVMMARIA.

1 *Dilatio petita pro informatione habenda ex partibus,
an concedi debeat agenti in causa contra reum.*

2 *Noua commissione concessa vel impetrata non potest pe-
tentibus dilationem ea denegari.*

DECISIO CXCIII.

IN causa Hispalensi. portion. Franciscus de Pesquera
commiserat causam pro suo interesse, contra quos-
dam, omnesque alios sua communiter, vel diuisim in-
teresse putãtes, Gaspar del Rio venerat ad causam pro
suo interesse, & dederat commissionem specialem.
1 † Franciscus petebat dilationem ad partes, quæ dice-
batur non debere dari, quia erat actor, & commiserat
causam contra omnes sua interesse putantes, vigore
illius commissionis. Gaspar inuitus agebat, & negabat,
dilationem esse dandam. Contrarium dixerunt Do-
mini, quia si volebat dilationem dare, non debebat
2 dare nouam commissionem, † qua data, non poterat
denegari dilatio Pesqueræ quantumcunque actori.

FABII.

De Dolo, & contumacia in quadam Lunensi.

SVMMARIA.

1 *Monitorium bene intimatum si fuerit parti, & non pa-
ruerit, habet locum declaratoria in sui præiudicium.*

2 *Clementina causam, de electionibus, requirit omnimodo
vt parti, cuius interest tenor citationis prælegatur, vel
porrigatur scriptura authentica, vel copia eiusdem si
fuerit petita.*

DECISIO CXCIV.

1 IN causa Lunen. Sarsanens. † *an monitorium fuerit
bene intimatum ad effectum, vt declaratoria ob non
paritionem monitorij lata innotuerit, vel nõ, & sic pro-
cessus a tali declaratio factus teneat, vel non?* Nam tene-
batur pro parte declarate, monitorium non fuisse be-
ne executiuum, quia non erat lectum nec data copia,
iuxta Clem. causam, de elect. Sed Domini dixerunt
2 cõtrarium, iam declarato tantum informante. † Quia
Clemen. vult, quòd tenor citationis prælegatur, vel
porrigatur scriptura authentica, vel copia si petita fue
rit. Hic autem licet non lecta, data tamen copia fuis-
set; tamen, ex quo obtulerat copiam se daturum, etiã
quòd non petita fuerat, debebat imputari sibi, si non
lectum fuerit monitorium, nec data copia. Maximè,
quia specialiter, & expresse illum monuerat, vt desi-
steret ab occupatione, & detentione, & fructus perce-
ptione, parochialis, super qua erat lis. Et sic non pote-
rat excusari, quo minus habuisset notitiam eius, quòd
in monitorio continebatur. Vnde debet cõparere co-
ram alijs, coram quibus fuit excommunicatus ad not,
in d. Clem. vbi principaliter consideratur notitia.

FABII.

De Rerum Permut. & Iure Patronat. Salamantin. Abbatiæ.

SVMMARIA.

1 *Beneficio existente de iure patronatus, si fiat permutatio
de eadem, sine consensus interuentu patronorum, an
subsistat permutatio facta vt non infringatur.*

2 *Papa tacita ipsi veritate de beneficio iuris patronatus si
confert, præsumptio est, concessionem ab eo factam esse
subreptitiam, cum præsumatur nihil in præiudicium
patronorum concedere velle.*

3 *Sciens, & tacens præsumitur alteri consentire, cum non
videatur contradicere.*

4 *Appellatio a decreto executorialium, & commissio nul-
litatis, an in suspenso tenere possint ipsam executio-
nem.*

DECISIO CXCV.

1 IN vna Salamantin. Abbatiæ dubitatũ, † *an permu-
tatio facta de ista Cappellania inter Ioannem, & An-
tonium tenuerit?* Prætendebatur enim non tenuisse.
Quia istud beneficium erat de iure patronatus, & in
hac permutatione consensus patronorum non interue
nerat. Vnde prætendebatur non valere, ad not. per Fe-
lyn. in trac. de iure patr. Dicebatur etiam non valuisse
2 hanc resignationem tanquam subreptitiam, † quia si
Papa sciuisset de iure patronatus fuisse, vel non admi-
sisset, vel difficiliùs saltem sine consensu patronorum,
ad c. super literis. & c. postulasti. de rescript. Dixe-
runt, quòd ex quo patroni nunquam declarauerant,
3 † scientes & patientes, imò præsentarunt per obitum
resignatarij, tacite videbantur concessisse etiam prædi-
cta, quòd permutationes & resignationes sine cõsensu
patronorũ non valeant, debebat intelligi patronis con
sentientibus, vt per Fel. in loco superius alleg. in vlt.
col. in 10. limita. actionis siue exceptionis præponitur,

ad not. per Doct. in l.4. §.condemnatum. ff.de re iud.
& decis. 780. in nou. Vnde mandarunt informari, an
4 † appellatio à decreto executorialium suſpēderet exe-
cutionē. Nam prætendebatur ex vna parte quòd non,
tanquam friuola,& non admittenda, vel ſaltem com-
miſſio nullitatis ſuſpenderet, quia ſi ſuſpenderet, nun-
quam proceſſus ſine alia commiſſione tenebat. Sin au-
tem ſuſpendebat, proceſſus erat nullus, nec potuiſſet
judex ſine commiſſione præfixionis termini.

F A B I I.

De Probat.& conceſſ. præbendar. Arborenſ. Archipresbyterat.

S V M M A R I A.

1 *Inſtrumentum fidem faciens de duplici acceptatione in ſpecie quo ad Diœceſes an releuanter probet de facta nominatione ante prouiſionem.*

2 *Acceptatio facta in præſentia Notarij archiuiani licet fiat ex ſolita conſuetudine, non tamen tollit omnino fraudis Lateranenſis ſuſpicionem.*

3 *Ratio vbi eadem militat, pluralitas & ſingularitas rei tractata non venit in conſiderationem.*

4 *Inſtrumenta acceptationum, & nominationum extenſa in folio, neque libro commiſſa, ſuſpicionem fraudis faciunt, & fidei plurimum cenſentur requiſitæ derogare, idque ob id vel maximè, quòd habilia ſint admodum ad occultandum.*

D E C I S I O CXCVI.

1 IN cauſa Arboren. Archipresbyteratus dubitaui † *an
ex inſtrumentis duarum acceptationum in ſpecie quo
ad diœceſes cum ſubſequentibus prout iacent, & facul-
tate conceſſa in gratia, quòd poſſet exprimere diœceſes in
literis, vel alibi, colligatur releuanter quòd nominatio
diœceſis fuerit facta ante prouiſionem Signorini, ſal-
tem vt transferatur onus probandi in actorem dicentem
contrarium?* Supra in hac cauſa fuerat reſolutum, non
conſtare de tali electione diœceſis, quantūcunque in
vno noſtro inſtrumēto acceptationis in ſpecie fuiſſent
2 nominatæ diœceſes. Quia cum † talis acceptatio fuiſ-
ſet facta, vt ſolet fieri coram vno Notario archiuij, ta-
mē ex hoc nō tollebatur ſuſpicio fraudis, de qua aliàs
ſupra in hac eadem cauſa, quia talem acceptationem
potuiſſent facere coram pluribus Notarijs in alijs diœ
ceſibus,& ita expectare vacationem alicuius beneficij
pinguis in quacunque diœceſi. Vnde nunc ſuſpicaba-
tur Rotam mutaturā opinionem, ex quo nōdum erat
vnum inſtrumentum, ſed duo, & deinde plures acce-
ptationes in genere,& in multis diœceſibus, *vt ſupra.*
Tamen Domini pro maiori parte fuerunt in eadē opi-
nione, eadem ratione, quia non plus mouebantur ex
pluribus multitudinibus acceptationum, quàm vna.
3 † Quia in omnibus militabat eadem ratio: quia,& ſi-
militer potuiſſent plures acceptationes in diuerſis diœ
ceſibus,& corā diuerſis Notarijs fieri. Et ideo cum iſte
nō elegerit diœceſiu in Camera, vel Cancellaria, corā
Notario & teſtibus, ſemper fraus præſumebatur. Ta-
men duo ex Dominis dicebant, hanc opinionem ſibi
4 placere, ſi † talia inſtrumenta & acceptationes factæ
fuiſſent in folio, quòd de facili potuiſſent occultari.
Secus ſi in aliquo libro, in quo etiam aliàs acceptatio-
nes factæ fuiſſent deſcriptæ. Vnde decreui, vt in Rota
videatur originale, ex quo res melius poſſet decidi, &
conſiderari. Et ita fuit factum. Sed fidem voluerunt
adhibere, *vt ſupra.* Fiebat etiam aliud fundamentum,
quia in ſupplicatione dicebatur in diœc. in literis ex-
primendis vel alibi, ex quo in ſupplicatione habebant
gratiam, quòd poſſent exprimere literis nō confectis.
Ergo alibi quam in literis poterant diœceſes exprimi,
literis nō confectis, ſed vt ſupra, quòd debebant intel-
ligi in loco conuenienti....& eo modo, quo Franciſcus
ceſſaret. Et ſequēti audientia oſtendi librum, cui quan-
tum ad hoc voluerunt adhiberi aliquam fidem, & ite
terunt in eodem voto, eadem die, & alia concurrente.

F A B I I.

De Appellat. Senten.& de Iudic. Salamantin. Abbatiæ.

S V M M A R I A.

1 *Appellatio à decreto executorialium ſi friuola non fuerit, ſed iuſta, ex ipſa nullitate ſententia ſuſpendit negotium executiuum.*

2 *Appellatione facta iuſta, & legitima omnia poſt ipſam etiam iudicialiter acta in caſſum geſta dignoſcuntur.*

3 *Appellatio ſi non proſecuta fuerit ab appellante facit ſententiam ſecundam tranſire in rem iudicatam.*

4 *Statuta non raro derogant iuri communi.*

D E C I S I O CXCVII.

1 IN cauſa Salamantina Abbatiæ dubitaui, † *an ap-
pellatio à decreto executorialium, ſeu nullitate com-
miſſionis ſuſpendat negotium executiuum?* Et Domini
dixerunt, quòd appellatio à decreto executorialium,
quia non erat friuola, ſed iuſta, quia iniuſtè fuerat gra
uatus, ſuſpendebat negotium executiuū, ad c. vt deb.
2 de appell.& c. cordi. eod. tit. in 6. † Vnde quidquid fa-
ctum fuit, poſt dictam appellationem fuit nullum, ad
deciſ. 357.& 340. ver. ſed quid ſi tale. in antiq. Fel. in c.
ſuper. vet. eius ergo, de offic. deleg.& Franc. in c. nō ſo-
lum. §.1. in 4. not. de appell. in 6. Prætendebatur nam-
3 que ſecund. ſent. † in hac cauſa latam tranſiuiſſe in rē
iudicatam, ob nō proſecutionem appellationis,& erat
data cōmiſſio iudici de ſeq. Et quantumcunque fuiſ-
ſet dictum de nullitate, tamē iuxta formam commiſ-
ſionis fuerat præfixus terminus, in quo nihil dicebatur
releuans. Iudex decreuerat executoriales, ante tamen
quàm iſtæ fierent, fuerat data commiſſiu, in qua nar-
rabatur, quòd cauſa appellationis fuerat in tempore
4 commiſſa, tamen † propter ſtatutum Vrbis, quod poſt
paucos dies ſuperuenerat. Vnde committebatur, quòd
conſtito de hoc, audiretur in cauſa appellationis. Et li-
cet eſſet producta partita ex libro Bachodi pro probā-
do, qui nihil faciebat, tamen erant dati articuli ad hoc
probandum per teſtes, & fuerant admiſſi eadem die,
qua fuerāt decretæ executoriales. Propterea dixerunt
Domini, quòd fuit iuſta cauſa appellationis à decreto
executorialiū, quia idem iudex fuerat, qui admiſerat
articulos, & decreuerat executoriales, videlicet Bor-
ſius iungeretur vice duarum perſonarum, quia corā
nullo concedebatur in negotio executiuo tanquam
ſubrogato. Dominus Simonetta, qui tulerat ſecundā
ſententiam in negotio appellationis tanquam ſubro-
gatus Staphil. coram quo agitabatur id negotium.

F A B I I.

De Regreſſ.& iure patro. Salaman. Cappellaniæ.

S V M M A R I A.

1 *Regreſſus ſibi reſeruatus in permutatione beneficij, quod de iure patronatus eſſe dicitur ignorante patrono, an validus ſit habendus.*

2 *Patronus ignorans de reſeruato regreſſu, & permutatione, & ob id expreſsè, nec tacitè conſenſum præbens, cū de re occulta diuinare non poſſe dicatur, poſtea validare facta non poteſt.*

D E C I S I O CXCVIII.

1 IN cauſa Salaman. Cappellaniæ, † *an ex quo Ioannes
permutauerat cum Antonio beneficium, quòd erat de
iure patronatus, reſeruato ſibi regreſſu ſine conſenſu
patronorum reſignationis, iſte ex regreſſu valuerit ad ef-
fectum, vt ius a Ioanne abdiceretur, vel non, attento, ꝙ pa-
troni nunquam reclamarunt, imò per obitū, &c.* Quantū
ad hoc dubiū in effectu eſt idē cum eo, ꝙ in hac eadē
cauſa fuit propoſitū decima octaua eiuſdē, ꝙ hic addi
tur reſeruatio regreſſus, quæ fuit facta per Ioannē Ba-
ptiſtā reſignatariū ex cauſa permutationis, de quo nō
fuit habita cōſideratio in alio dubio. Propterea dicebatur,
2 ꝙ † regreſſus iſte, quē omnino patroni ignorarēt,
nec ad illū tacitè vel expreſsè conſenſerant, cū de illo
non

non potuerint diuinari, ficut de refignatione, & permutatione, cũ viderint mutare poffeffores, non erant validè referuati, nec ex poft facto validato tacito confenfu, nec à Ioanne, qui permutationi confenferat, referuato fibi validè regreffu non adimpleta hac conditione, ius non erat abdicatum, fed penes illum remanferat. Et licet patroni ignorantes non impugnauerint illum, tamen fatis erat, quòd potuiffent illum impugnare, ad tradita latè per Abba. in difputatione Augerius clericus, per Cardin. in Clemen. 1. in princ. col. 8. de fupplen. negligen. prælat. & per Fel. in c. cum Bertholdus col. 3. verf. inftitutio facta. de re iudic. per Dec. conf. 126. in caufa Domini Francifci, col. fin. verf. 3. allegat. In contrarium tamen Domini, hoc non obftante, perftiterunt in prima opinione cõtraria, quamcunqua opinionem teneamus, fiue quod talia ab initio nõ valeant fine confenfu patronorum, fiue quòd extend. in fufpenfo, femper conualidantur experientia patronorum, quafi ex tacito eorum confenfu, iuxta decifio. 360. in antiq. cum alijs multis, quę in informationibus allegabantur.

FABII.

De Euictionibus in vna Romana.

SVMMARIA.

1 *Euictio in venditione alicuius rei, vt fieri poffit cũ fecuritate emptoris, neceffum eft, vt cõfenfus præbeatur a quacunque perfona in re euincẽda ius aliquod prætendẽte.*

DECISIO CXCIX.

IN caufa Romana Horti, in qua per cõtradictas procedebatur contra Communitatem Fiani, tanquam fideiufforem Comitis Pitiliani, qui vendiderat hortũ Domino Camillo de Rufticis, à quo in eius contumaciam hortus euictus fuerat per Dominã Elenam Vrfinam, poft cuius euictionem Dominus Camillus fece-
1 rat intimari litem dictæ Communitati, † & quòd faceret confentire quamcunque perfonam ius habentem, &c. prout tenebatur ex forma obligationis. Et cũ vigore fpecialis cõmiffionis in hac caufa proceffiffem ad confeffionem debiti, & deinde ad excommunicationem, nifi infra tres, & demum declaraffem Communitatem, nifi per Rotam, quia pars petebat, quòd in decreto declarationis exprimeretur, quod declaratum pro fumma 800. ducatorum, quod erat præiudicium horti. Et propterea damna, & intereffe, quæ paffus erat Dominus Camillus ob talem euictionem, dixerunt Domini, quòd ex quo horti erant euicti propter contumaciã Domini Camilli, non poterat Communitas declarari propter prędicta, fed tantummodo, quod non venerat ad fufcipiendum litem in fe, ad faciendum confentire quamcũque perfonam, prout tenebatur, & intimatum erat, quod fecerat, quia tamen intimatio non erat formiter facta comminatiua, fupra dictum fuit, nec etiam procurator Communitatis vnquam comparuerat, fed vt fupra falsò prǽfuppofitum. Propterea nec ad declarationem prædicti decreti eo modo æquè dictum fuit, vifum non poffe deuenire.

FABII.

De Sponfal. & Indic. Hifpalen. Matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Coniuncta perfona litigantes fi prætendant de intereffe in caufa an debeant admitti.*

2 *Procuratore in actis conftituto ad caufa defenfionẽ coniunctus pro coniuncto non admittitur.*

3 *Limitationem huius vide ex fententia Card. Hoftien. in Summa, num. feq.*

DECISIO CC.

1 IN caufa Hifpalen. Matrimonij dubitaui, † *an fratres Marchioniffæ fint admittendi ad caufam propter eorum intereffe prætenfum?* Marchioniffa mouebat litem contra Marchionem maritum fuum, à quo erat feparata fuper diffolutione matrimonij, fub prętextu, q̃ erat impedimentum publicæ honeftatis, caufatum ex alio matrimonio, quòd contraxerat Marchioniffa cum coniuncto in tertio gradu, cum Marchione fecundo marito. Fratres Marchioniffæ dubitantes de collufione inter iftos, petebãt fe admitti ad caufam pro defenfione matrimonij pro eorum intereffe. Et dubitabatur, an poffent. Et dicebatur, quòd non, quia coniun-
2 ctus † non admittitur pro coniuncto ad caufam, quando coniunctus habet procuratorem in actis conftitutum ad caufam defendendam. l. cum prætor. & ibi no. Ang. ff. de iud. Tamen Domini dixerunt contrarium,
3 ex † dicto Hoftien. in fumma, in titulo, quis admittatur ad caufam matrimon. & Alex. in c. tenor. num. 7. de re iud. & Specul. in titulo qui matrimon. accuf. poffunt. §. debet. verfic. fi verò. Et dicebatur ex aduerfo, quòd prædicta procedunt quando coniuges non defendunt, tamen imò etiam coniugibus agentibus, & defendentibus, cum dicatur in locis præallegatis, & intereffentium coniugibus admitti coniunctos.

FABII.

De Aegidiana, & Probatione in vna Romana, feu Viliterna confinium.

SVMMARIA.

1 *Caufa femel appellabilis facta vtrum femper appellabilis perduret, non obftante Aegidiana conftitutione, quæ in poffefforio appellationem non admittit.*

2 *Rota ex obferuatione admittit Aegidianam conftitutionem, tam in prima, quàm etiam fecunda fententia.*

3 *Poffefforium iunctum proprietati facit vt Aegidiana conftitutio non poffit fuum fortiri effectum.*

4 *Interdictum vnde vi, fi à partibus fuerit intentatum, poteft appellatio procedere ex dicto Pauli Caftrenfis. Limita hac, & vide intellectum eius, nu. feq.*

DECISIO CCI.

IN vna Romana feu Viliterna confinium, fuit dubitatum, *an effet locus Aegidianæ*. Fuerat enim lata fententia, à qua fuerat appellatum. Et quia non fuerat appofitum de Aegidiana, iudex appellationis fulerat fententiam, à qua cum appellaretur, fuerat dictum de Aegidiana, extra dictam caufam non effe appella-
1 bilem. Et licet diceretur, quod † caufa femel facta appellabilis femper duret appellabilis ad materiam l. pater. §. 15. ff. de leg. 3. & l. peto. §. fratre. ff. de legar. 2. Ta-
2 men dixerunt Domini femper † tentum fuiffe in Rota, quòd poterat obijci de Aegidiana, tam in prima, quàm in fecunda fententia. Sed dubium, quòd erat in fecunda caufa, aliud erat, quia erat commiffa caufa fuper confinibus & fuper fpolio certæ partis cuiufdam tenutæ, & fimiliter feparatim fuerat lata fententia fuper fructibus & fuper fpolio. Vnde cum tres dicerentur fententiæ, quot funt capita, quatenus fententia cõcernebat poffeffionem, erat inappellabilis propter Aegidianam. Et ex aduerfo tamen dicebatur, quòd principaliter erat intentata actio finium regundorum, & quia vlterius finis eorum occafione vfurpata, erat pars tenutæ, licet etiam non effet actio feparata, fed tantum
3 vnita, iuxta l. fi irruptione. ff. fi. regun. Et † fic iftud poffefforium cohærebat caufæ proprietatis, ideò caufa erat appellabilis, quia non agitur de momentanea poffeffione, ad tex. in l. licet. ff. fi. regun. Et hæc opinio placuit Dominis, quia confideratis, & bene infpectis verbis commiffionis pofuerat acceſſoriam ad caufam finium, quia in ea narrabatur, quando malè erant pofiti fines in quadam tenuta, & in poffeffione finium erat vfurpata pars illius tenutæ. Et fic eramus propriè in cafu d. l. fi irruptione. Dicebatur etiam, quòd quia erat articulatum per vim prædicta effe fa-
4 cta, quòd † ideò intentatum effe videbatur interdictum vnde vi. Ideo dicebatur appellare, vt fingulariter Paul. Caftren. in clem. 1. de fequeftrat. poff. & fruct. quam effe communem Canoniftarum dixe-

ruot Fel. & Salyc. in l. 1. C. si de momenta. poss. vt declarat Ang. dicens esse communem in l. creditor. §. ausfu. col. pen. ver. quæritur. & in d. l. t. de appel. Tamen
5 dixerunt Domini † hoc non posse procedere in casu nostro, quia prædicta procedunt, quando intentatur interdictum, vnde vi, ad effectum, vt quis condemnaretur, non ad restitutionem possessionem per vim tantùm occupatæ, vt in casu nostro, sed ad effectum, vt declaretur incidisse pœnam facientis vim.

FABII.

De Fide instrum. Tarracon. Canonicat.

SVMMARIA.

1 *Supplicationibus extractis ex registro Papæ vt fides non adhibetur, ita multo minus iis, quæ ex registro Legati de latere eruuntur.*
2 *Limitatur si registrum detineatur per personam publicam bonæ famæ, & fide dignæ, licet alia manu quàm ipsius sit registrum conscriptum.*

DECISIO CCII.

1 IN causa Tarraconen. Canonicatus dubitatū † in supplicatione extractæ ex registro Legati de latere, an standum ei sit? Producebantur quædam supplicationes extractæ ex registro Cardinalis Visei, dum esset Legatus ad Cæsarem in Hispaniam, quibus dicebatur non esse adhibendam fidem, sicut nec supplicationibus extractis de registro Papæ, ad decis. 671. in antiq. & 630. Et licet diceretur, quòd illæ decisiones procedere possent, quando tractaretur de canonizandis gratijs in illis contentis, tamen fuit dictum, quòd etiam loquebatur ad simplicem probationem de contentis in gratia, vt intelligit Staphil. in tracta. suo de-
2 cisio. 140. tamen Domini dixerunt contrarium, † imò fidem adhibendam esse, quo casu registrum esset tentum per personam fide dignam, vt in casu isto per Bernardum, qui etiam subscripserat registrum, alia tamē manu scriptum, vt ipse attestatur, & bene tentum, vt ex inspectione apparebat, quia Gerardus erat scriptor archiuij bonus annalis, & persona Beneuenta. Et pro hoc allegatur, quòd dicit Imol. in c. t. de procurat. Nec obstant decisiones supra allegatæ, quia dixerunt Domini, quòd non sunt in vsu, quia quotidie videmus ex registro supplicationum extrahi supplicationes, & illis fidem adhiberi: quòd si diximus, & fecerimus contrarium infinita destruerentur.

FABII.

De Sententia & re iudic. Giennen. Scholasticæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia quæ ob non prosecutionem fatalium transiuit in rem iudicatam, an faciat executorialesrelaxari.*
2 *Cessio si facta fuerit per iuris abdicationem ab aliquo, non tamen ob id præsupponitur etiam abeodem factā cessionem nomine expensarum in lite factarum.*
3 *Regressus, & reseruatio persistunt pro parte cessi, dum nondum fuerit refusio facta expensarum.*

DECISIO CCIII.

1 IN causa Giennen. Scholasticæ dubitatū, † *an essent relaxanda executoriales in fauorem Ioan. Solano, lata sententia contra Dominum de la Mena, non possessorem, quæ ob non prosecutionem & prorogationem fatalium transiuerat in iudicatum, ante tamen lapsum fatalium cessisse Ioanni Solano?* Præsupponebatur, quòd habebat in fauorem tertij. Vnde ex aduersu dicebatur, in fauorem Ioannis Solano, esse relaxandas executoriales, tanquā eius non interesset, qui ius à se abdicauerat. Dixerunt tamen Domini non esse relaxan-
2 das, † quia eius interesset saltem respectu expensarum factarum in lite, quorum non erat facta cessio, quamuis & Ioannes Solano ex multis alijs causis prętendetet interesse, qui reseruauetat sibi pensionem 360. su-
3 per fructibus Scholasticæ † cum regressus, cuius tempus nunc aduenerat, sola ratione expensarum tanquā sufficientes: dixerunt Domini esse relaxandos, non obstante cessione facta de dicta Scholastica.

FABII.

De caus. post const. spol. Romana hæredit.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum in quo est pactum constituti ratione dotis, an iustum titulum adferre possit.*
2 *Dotis confessa, & non numerata instrumentum non probat titulum ex decisione Rotali.*
Limita tamen in aliqua minima Summa, cuius vigore titulus dicitur conferri. nn. seq.

DECISIO CCIIII.

1 IN causa Romana Hæreditatis de Gratis dubitatū, † *an instrumentum, in quo est pactum constituti, præstet iustum titulum Dominæ Claudiæ ad possidendum?* Et ratio dubitandi erat, quia in instrumento erat confessa, & vltra constabat, quòd summa 9000. ducat. non erat numerata, quia in instrumento habebatur relatio ad quoddam depositum factum super bancho eorum de la Cassa, quod fuerat factum sub nomine Claudiæ, & illæ pecuniæ semper steterant sub illius nomine, & sub illius nomine essent leuatæ. Et licet ex aduerso diceretur esse leuatas ad vtilitatem Aloysij mariti, qui dotem confessus fuerat, & deinde post eius mortem 1
in satisfaciendo creditoribus hæreditarijs: tamen dicebatur, & propter hoc, quòd pecuniæ illæ 000 erant numeratæ in causa dotis, sed quòd Claudia erat creditrix illarum pecuniarum. Vnde Domini resoluerūt
2 respectu 9000. ducat. quòd † instrumentum illud dotis confessæ, & non numeratæ præstabat titulum. Et text. cùm ibi not. in l. si executionem, & per Paol. Castren. in l. his rebus §. seruus, vers. quod intellige. ff. so-
3 luto matrimon. † Quia tamen instrumentum erat de eo, dixerunt respectu centum, & minimæ summæ, poterat præstare titulum. Sed super hoc pars perijt audiri, quia offerebat se demonstraturum, centum non fuisse numerata, & in iure possē ostendere, quòd erat respectu eius Summæ. Poterant titulum sufficientem ad effectum, de quo agebatur præstare, hoc est, ad exclusionem possessionis Archiepiscopi aduersarij Dominæ Claudiæ.

FABII.

De Testibus Abricen. Pensionis.

SVMMARIA.

1 *Testium examinatio an committi possit per iudicem, cuius tantum extenditur iurisdictio super nullitate latarum ab alijs iudicibus sententiarum.*
Limita, vt numero sequenti, ex decisione Rotali 89. in antiquis.

DECISIO CCV.

IN causa Abricen. pension. cum instaretur penes me per agentes Cardinalis Anibault, quòd examinaretur Cardinalis de Carpo, abfuturus, & iturus Viterbium ad Sanctum Cassianum, & post vagaturus tota æstate per alia loca Italiæ, prout maximè sanitati suæ
1 videretur expedite. Ex † aduerso dicebatur, me non posse committere examen, quia habebam tantum iurisdictionem super nullitate sententiarum Serentij, & Antonij Augustini. Petebatur autem examinari super nullitate pensionis: Consului in scriptis Dominos, im-
2 peditus non veni in Rotam, † qui dixerunt, quòd non obstante defectu iurisdictionis opposito, poteram per id, quod habetur decis. 89. in antiq. Dixerunt tamen Domini, quòd Cardinalis non poterat dici testis affuturus taliter, quòd posset examinari, eo quòd nō erat affuturus, vtpote profectus in longinquas partes, nec mora erat diuturna, & nil allegarunt, quod mihi visum fuit mandatum, & contra, per Abb. c. quoniam frequenter. in principio, vt lit. non contesta. Et hoc fuit die 23. Maij 1549.

FABII.

FABII.

De Procur. & Iud. in quadam Romana de Gradis.

SVMMARIA.

1 *Tutores dati pupillis an impediri possint, quò minus aliquando confirmentur.*

2 *Procurator litis dominus effectus, vbi citatur allegās pro defensione causæ sibi non esse pecunias in præsens, nec adhuc haberi posse ob nondum decretam tutelam, & carere etiam scripturis, an sit audiendus quò minus comparere & agere teneatur.*

3 *Impedimentum quodlibet iustū facit, vt suspendatur causæ actio, et cœpitū iudiciū, donec omnimodo auferatur.*

4 *Iustum impedimentum etiam dicitur carere pecunia ad causæ tutelam suscipiendam.*

5 *Procuratori domino litis effecto allegantí impedimenta, quo minus agere possit, eorum probatio incumbit, vt audiatur.*

DECISIO CCVI.

IN causa Romana de Gradis dubitaui, *an sit procedendum in lite ad effectum casus, de quo agitur*. Mortua erat Domina Claudia, vxor quondam D. Aloysij
de Gradis, institutis filiabus pupillis, quibus multos
1 tutores dederat, † quorum confirmationi se opposuerant agentes pro Archiepiscopo Consentino aduersario in hac causa, in qua prætendebat se spoliatum. Et volens procedere ad examen testium, & iurium pro-
2 ductioné, citauit † procuratorem olim Dominæ Claudiæ, dominum litis effectum. Procurator diffugiebat, dicens, quod non poterat defendere causam, quia non habebat pecunias, nec habere poterat, ex quo nondū erat decreta tutela, nec poterat habere scripturas, quibus causam defenderet. Et ideò dicebat, quòd licèt procurator dominus litis effectus posset inueniri, tamen ex quo erat impeditus pro se, causante facto aduersarij, qui impediebat, quò minùs tutores in testamento dati confirmarentur, & propter hoc in iu-
3 dicio debebat supersederi, quia † quodlibet iustū impedimentum facit suspendere iudicium cœptum, ad l. 2. §. si non. ff. si quis cautio. & no. in c. querelam. de
4 procur. & † iustū est etiam impedimentum carere pecunia, ad gl. in l. non iustè, de procur. per Franc. in cap. ex ratione. colum. 3. de appell. tamen, quia pro tunc non constabat de his; quæ opponebantur, & agentes pro Archiepiscopo tantum prætendebant admitti iura nouiter producenda, & articulos, quibus procurator ex aduerso nolens se opponere, & defendere litē, quia indigebat pecunijs, & scripturis, dixerunt, prædicta omnia esse admittenda, & testes super articulis examinandos, si postmodum vlterius procedere vel-
5 lent, † procurator dominus litis effectus habebit necesse, probare impedimenta, quibus probatis supersedebitur, aliàs contra ipsum procederetur, iuxta regulam l. nulla dubitatio. C. de procur.

FABII.

De Sententia excommunicationis, & Rescript. Bracharen. Parochialis.

SVMMARIA.

1 *Absolutio facta in partibus, non plenè ipso facto narrato ex commissione Pontificis, an sit valida habenda.*

2 *Literarum subreptio ex eo vel maxime probatur, quòd vel Principi per tacitam veritatem sit impositum, vel falsi narrationem.*

DECISIO CCVII.

IN causa Bracharen. Parochialis Sancti Saluatoris
1 de Veletrandos dubitaui, † *an absolutio facta in partibus sit declaranda subreptitia, & procedendum ad vlteriora iuxta formā cōmissionis.* Petrus obtinuerat per rem iudicatam executoriales, & omnia, & vsque ad interdictum in locis viciinoribus contra Abbatissam, & Moniales Sanctæ Annæ, quæ etiam paruerunt quo ad possessorium, licèt postmodum facto Regis Petro fuisset allegata possessio, & commiserunt causam restitutionis in integrū, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis, docto de paupertate, quam nunquam potuerunt probare, & petierūt remissoriam ad illá probandam, quam Rota concesserat, dummodo curarét quòd possessio restitueretur aduersario, quod promiserunt, & nihil fecerunt. Sed narrato Papæ, quòd multis tenebātur, & maximè dicto Petro, & non poterat soluere, obtinuerat à Papa per literas in forma sua nobis, quod cōmitteret iudici cuidā in partibus, qui illas admitteret, vocatis vocandis ad beneficium. c. Eduardus. & illas absolueret à quibuscunque censuris, quibus innodatæ existerent, & iudex delegato citato Petro, qui erat in Curia, per affixionem ad valuas Ecclesiæ illas absolueret. Et Petrus in Curia existens insinuerat literas prædictas in forma sua nobis, & fecerat mihi committi subreptionem istarum literarum, cum facultate extendendi interdictum ad alias duas Ec-
2 clesias. Et ita Rota dixit, † literas subreptitias; quia nō erat narrata contra latas in Curia per Rotam, ob non paritionem literarum executorialium, decretarum post rem iudicatam, & articulus paupertatis pendebat in Curia, nec vlla erat absolutio, quia non fuerat citatus Petrus residens in Curia, iuxta formam commissionis extendentis interdictum. Et licèt opponeretur de nullitate sententiæ, quæ transierat in iudicatum, qui aliàs corā me, vt in principio huius libri patet, nullitates, & iniustitia sententiæ fuerunt diffusæ, voluerunt attendere: sed hodie mihi fuit inhibitum vigore commissionis, non potui aliquo modo procedere.

FABII.

De Appell. Sentent. & re iudicata Salamantin. Abbatiæ.

SVMMARIA.

1 *Decretum executorialium an habeat vim diffinitiuæ, ita vt appellatio ab ea interposita suspendat executionē.*

2 *Appellatione non prosecutione à parte, manet firmum, quod per sententiam diffinitum fuit.*

3 *Causa appellationis vbi in pendenti est, non potest de iure ad vlteriora procedi, neque ad sententiæ executionem perueniri.*

4 *Cedens in continenti, nec vllos fructus percipiens si restitui petit, videtur iniquè condemnatus.*

5 *Mandatum quis ad spoliandum non præsupponitur habere, cum spolium delictum arguat, quod in mandatum nullo modo cadere debet.*

6 *Gesta per procuratorem assertum nomine principalis eidem nullo modo præiudicium generare debent, vel possunt.*

DECISIO CCVIII.

1 IN causa Salamantin. Abbatiæ dubitaui, † *an decretum executorialiū habeat vim diffinitiuæ, ita vt appellatio ab ea interposita suspendat executionem.* Et posito quod sic, *an potuerit deueniri ad executionem vsque ad præfixionem termini.* Et licèt Felyn. in cap. quod ad consultationem. col 7. nu. 13. vers. à prænumeratione. de re iudi. & Doct. maximè Areti. in l. stipulationum aliæ. col. 3. ff. de verb. obligat. dicant, quod non, tamen in casu, de quo agitur, dixerunt omnes, nemine discrepante, decretum hoc habere vim diffinitiuæ. Nam per vnam prætendebat rem iudicatam, & porrexerat commissionem executorialem Simonettæ, per alterā prætendebat appellare & commisisse, ac prosecutum fuisse causam appellationis in tempore. Et hæc causa cōmissa fuerat Staphileo, & sic duplex causa pendebat, quæ agitabatur coram Bossio subrogato vtriusque. Quo stante ad instantiam illius, qui prætendebat rem iudicatam, fuerat præsentata commissio, vt parti præfigeret terminum, in quo, si de commissione, & prosecutione appellationis diceret, procederet in causa appellationis, tanquā subrogatus Staphilei. Sin autē non probaret, procederet ad executionem tanquam subro-

subrogatus Simonettæ: tamen dixerũt Domini,quòd
cùm haberet vtramque iurisdictionem conditionali-
ter decernendo executoriales, videbatur etiam tacitè
1 pronunciare, non constare de prosecutione † appella-
tionis, à qua si non fuisset appellatum, diffinitum re-
mansisset illud negotium, & propterea haberet vim
diffinitiuæ. Et propterea appellatio suspendebat, &
maximè grauabat. Ideo insta fuit appellatio, & maxi-
mè, quia iudex eadẽ die, qua decreuerat executoria-
les, admiserat tanquam subrogatus Staphilei articu-
los in causa prosecutionis appellationis. Qua stante
3 sequitur etiam resolut. secundæ partis dubij, quia, † si
causa appellationis pendebat, non poterat procedi ad
vlteriorem executionem absque eo, quod vigore cõ-
missionis præfigeretur terminus pro finiẽda causa ap-
pellationis. Et licèt in eadem commissione diceretur
cum facultate, si quidem sequendum fuerit aut exe-
queretur, super quo pro aduersario faciebat funda-
mentum, tamen dixerunt Domini, quòd nihil facie-
bat: quia non loquebatur conditionaliter, & eo stan-
te, quòd appellatio suspendebat, aliquid exequẽdum,
non erat vsque ad brachium sæculare contra istum.
Et fuit liquidatio fructuum commissa in partibus, ad
quod comparuerat iste, & cõcordauerat de iudice, &
constituerat procuratorem in partibus, qui intenderet
liquidationi faciendæ, sed tamen in omni comparitio-
ne protestatus fuerat, non recedere à prima protesta-
tione. Et propterea Domini dixerunt, quòd ex quo
4 † in continenti cesserat, & nõ constabat, quòd fructus
aliquos percepisset, quòd malè & iniquè erat condẽ-
natus. Et licèt ille haberet procuratorem in partibus
ad acceptandum quæcunque beneficia eadem sub ex-
pectatiua, & eorum etiam capiendam possessionem,
vigore cuius mãdati possessionem accepisset, & in par-
tibus ferè per duos annos litigasset super liquidatio-
ne huius possessionis. Et propterea contra principem
suum esset commissa causa, in Curia super spolio, ta-
men ex quo mandatum non se extendebat ad hoc be-
neficium, cùm non caderet sub expectatiua, quia iam
per multos menses ante expectatiuam concessam va-
cauerat, & planum erat, & esto, quòd esset cõprehen-
5 sum, † non habet mandatum ad spoliandum, & sic ad
6 delinquendum. Quia illa, quæ † erant facta per suum
assertum procuratorem eius nomine, sibi non noce-
bant, cùm statim cùm vocatus fuerat in iudicium,
cesserat prouisionem, si quam habebat in fauorem ad-
uersarij. Et quia de fructibus iste, in quibus erat con-
demnatus, soluerat vigore brachij sæcularis centum
aureos, & obtinuerat commissionem, quòd in hunc
euentum deberet restitui, & terminos seruauerat, di-
xerunt Domini debere condemnari aduersarium ad
illos sibi restituendos.

FABII.

De Rebus Eccles. Senensis prædijs.

SVMMARIA.

1 *Actio quæsita in alienatione rei Ecclesiasticæ immobi-
lis, an remitti possit sine solennitatibus, alias à iure re-
quisitis.*
2 *Prædium cùm sine solennitatibus à iure requisitis alie-
nari non possit, ita nec actio eiusdem prædij nomine
competens, sine solennitatibus remitti non potest.*
3 *Limitatur, & contrariũ dicitur, nu. seq. ex eo, quod præ-
latus in quærendis, Ecclesiã suã præiudicare potest.*
4 *Prælatus an repudiare possit legatum ex testamento, ex
quo esse quæsitam actionem cõstat ex opinione Iasonis.*
5 *Pecunia posita in bancho eo fine, vt in prædij emptionem
conuertantur, & non alium, si in alium vsum conuer
tantur, restituenda sunt ad primũ effectus executionẽ.*

DECISIO CCIX.

1 IN causa Senen. prædij fuit dubitatum, *an † actio
quæsita præceptoriæ potuerit remitti sine solennitati-
bus, alias de iure requisitis, & in alienatione rei Eccle-
siasticæ immobilis.* Quidam enim vendiderat dimidiũ
prædium, indiuiduo cuidam præceptori Sancti Ioan-
nis Hierosolymitani ementis pro se, & nomine præce-
ptoriæ pro certo pretio, cuius pars tunc fuerat solu-
ta, & centum pro reliquo infra triennium soluerẽtur,
& interim dum pretium solueretur, non transferre-
tur dominium. Vnde aliàs fuerat dictum, actionem
ex isto contractu fuisse quæsitam præceptori, & posse
soluendo ad residuum pretij agere, & venditor ad
partem fundi sibi venditi, qui præceptor non solùm
non soluerat residuum pretij, imò pretium, quod tem
pore venditionis numerauerat, erat sibi restitutum.
2 Quod dicebatur, non posse fieri, quia sicuti † prædiũ,
si habuisset, non poterat alienari sine solennitatibus,
eodem modo nec actionem ad illam competentem,
cum iudicetur de actione, prout de re, ad quam com-
petit glo. & Bart. & Ang. in Auth. de non alien. & per-
mutan. reb. Eccles. in princ. & per Bart. in l. potest. di-
cta auth. Doct. per Abbatem. in c. nulli. de reb. Eccl. nõ
3 alien. Domini tamen dixerunt † contrarium, quia in
quærendis prælatus potest præiudicare Ecclesiæ suæ,
ad not. per glos. in c. fin. 10. q. 6. & per Inn. in c. frater-
nitatis, de donat. per Abb. in c. verum. de condi. Et hoc
etiam verum est, quantumcunque prælato, & Eccle-
siæ esset quæsita actio, vt latissimè per Ias. qui di-
cit hanc esse communem. l. hoc legatum. ff. de leg.
4 Nam, vult † prælatum posse repudiare legatum, ad
quod sine dubio esset quæsita actio ex testamẽto, ma-
ximè cùm actio in casu nostro esset euentualis, si in-
fra triennium esset solutum pretium. Et Domini ma-
ximè ponderarunt, quòd successor in beneficio petie-
rat partem huius prædij in ciuitate Senarum, vbi con
tractus erat celebratus, & fuerat iudicatum, non te-
neri venditorem ad traditionem prædij, sed ad restitu
tionem in integrum prædij tempore contractus solu-
ti, & sententia transiuerat in rem iudicatam, & fuerat
executa. Quia tamen aliquo modo constabat, licèt nõ
plenè, quòd pecuniæ solutæ pro ipso prædio erãt præ-
5 ceptoriæ, & † depositæ in bancho cum hoc, vt nõ pos-
sent amoueri, nisi controuerterentur in emptionẽ ali-
cuius prædij. quòd si plenè de eo constaret, pecuniæ
essent malè restitutæ, & solutæ, non possent repeti, nõ
autem prædium: dicebatur, quod pars pecuniarum
restitutarum emptoris erat, & maior pars exposita in
emptione alterius prædij, quod etiam nunc posside-
batur per præceptorem modernum, qui litigabat, ꝙ
tunc, quo ad aliam partem prædij res esset sine aliqua
difficultate, quia tamen plenè non constabat, non fuit
facta resolutio super hoc.

FABII.

De Restit. Spol. & Probat. Concheo. Bonorum.

SVMMARIA.

1 *Possessio prætensa, an sit restituibilis stantibus instrumẽ-
tis, & scripturis de facta locatione fidem facientibus.*
2 *Testes deponentes de actibus possessorijs, vt de incisione
lignorum, & pascuis animalium, & similibus, cum
solutione facta eorum causa prætendentis de possessione,
non probant per hoc acquisitam possessionem.*
3 *Agentes si sint in loco aliquo, de cuius possessione contro-
uersia existit, vbi tamen non habent mãdatum de ac-
quirenda possessione, cùm id omnino requiratur, non
arguunt de habita possessione.*
4 *Actus possessorij celebrati à parte, non præiudicant par-
ti aduersæ, ita vt eam priuent sua possessione.*
5 *Actus facti in locis remotis ab ea parte, quæ iustè possi-
det per partem aduersam prætendentem de possessione,
cùm præsupponatur ignorantia partis iustè possiden-
tis, non præiudicant, vt possessionem suam ob id admit
tere dicatur.*

DECISIO CCX.

IN causa Cõchen. Bonorũ dubitaui, *an ante erectio-
nẽ præpositura de ann. 1492. facta omnia bona, de qui-
bus*

bus agitur, essent monasterij, & per ipsum monasterium mediante ministerio hospitum, qui ab ipso monasterio hospitium huiusmodi conducebant possiderentur, & in erectione huiusmodi fuerit dismembrata pars bonorum monasterij, & applicata præpositura, an per ea, quæ deponunt testes ex parte præpositi probetur sufficienter primum extremum præpositi priuatiuè ad possessionem monasterij,
1 *taliter quod prætensa † possessio sit restituibilis, maximè stantibus eorum dictis monasterij, & instrumentis locationis per monasterium productis*. Præpositus agebat spolio contra monasterium, & alias fuit resolutum, optimè probari tam primum, quàm secundum extremum ex parte præpositi, quia tamen alias omnia ista bona, tam possidebantur per Præpositum, quàm per monasterium, erat monasterij, & quòd nunc vnquam pars fuerit dismẽbrata à monasterio, & applicata præposituræ, in eius erectione tamen non constabat, de quo essẽt ista bona. Nec obstabat de aliquo initio possessionis istius præposituræ. Vnde dicebatur pro parte
2 monasterij, quòd † licet testes præpositi, probarent aliquos actus possessorios per agentes propositi, & per multum temporis, prout erat, ꝙ incidentes ligna, & pascentes bestias in locis, de quib. agebatur, soluissent pro pascuis & lignis, agentibus pro Cardinale, tamen pro hoc non erat acquisita possessio ipsi Præposito,
3 cum licet constaret, ꝙ † essent agentes pro Cardinali in illis locis, non tamen habebat mandatũ acquirendũ possessionem, ꝙ requirebatur. l. procurator. §. procurator, ff. de acquir. poss. Vnde monasterium non dicebatur spoliasse, sed suam antiquam possessionem con-
4 tinuasse, & † actus possessorij, de quib. supra, facti ex parte Præpositi, non potuerunt priuare monasterium possessione sua; cum de monasterij scientia non con-
5 staret. Et erant etiam † actus facti in locis syluestribus, & satis remotis à monasterio, vnde de facili poterat monasterium prætendere ignorantiam, qua stante possessionem suam non potuit amittere. l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acq. poss. Sed ex aduerso dicebatur, ꝙ ex quo Cardin. Ferrariens. antiquitus ante erectionem præposituræ, habebat hoc monasterium in commendam, & id possidebat, & facta erectione præposituræ, ipse etiam fuit factus Præpositus, & bona assignata præposituræ possedit, & continuauit illã possessionem, quam prius habebat mutato sibi titulo, nec noua acquisitio acquirebatur, imò actus possessorij facti per agẽtes, prosunt ad continuandam illam possessionem suam. Et ideo bene dicebatur probatũ in instrumento locationis ex aduerso producto, quia non constabat, ꝙ habuerint effectum, nec proderat ignorãtia monasterij allegata, quia data possessionis continuatio vltra decennium, tollebat difficultatem. Et ita omnes Domini resoluerunt.

F A B I I.

De Concess. præben. Senten. & Re iud. Hispal. Portionis.

S V M M A R I A.

1 *Sententiæ tres, etiam conformes latæ in petitorio contra coadiutores, non adimunt ius vni coadiutorum, qui nõ fuit citatus, & ob id ignorans dici, & haberi debebat.*
2 *Ratio huius est numero sequenti, ob pænitentiam scilicet ipsius, quam potuisset fecisse in ipso negotio, de quo controuersia fuit.*

DECISIO CCXI.

1 IN causa Hispalen. portio. dubitaui, † *an tres conformes latæ in petitorio contra Ioannem Martinez, noceant Gaspari de Rio, qui successit in ius Ioannis per viã coadiutoriæ*. Et omnes Domini dixerunt, absq; aliqua dubitatione, quod ex quo Gasparis ius habebat propter suam coadiutoriã, ridiculum erat dicere, quòd per sententias contra coadiutores latas reo non citato, & inscio esset ius sublatum. Quia potuit Ioannes,
2 qui consenserat coadiutoriæ, † pænituisse, & propterea promisisse contra se per sententiam, & collusisse cum aduersario. Vnde omnino erat audiendus. Quia tamen aduersarius non contentus ista resolutione petebat iterum audiri, alia vice dubitatum fuit, & dicebatur inferius, si quid noui deductum fuerat.

F A B I I.

De Remissorijs & Testibus Toletani matrimonij.

S V M M A R I A.

1 *Testes de longinquo vocati, & in curia examinati, tum criminaliter inquisiti, cum non modicum aggrauent suspicionem fidem facere non dicuntur.*
2 *Testes si careant omni suspicione nõ est verisimile, famas contrarias per eos posse probari.*
3 *Et quid si agatur de quodam præiudicio irreparabili, nu. sequen.*
4 *Testes ad curiam adduci debent, quando timetur de subornatione, vel calumnia.*
5 *Iudex pœnam potest parti comminari, qua etiam ipso facto incurratur euentum non probationis.*
6 *Præsumptio calumniæ si fuerit, an ob id veniat deneganda facultas probandi.*
7 *Probatio non denegatur sæpe, sed bene modus probandi.*

DECISIO CCXII.

IN causa Tolet. matrimonij dubitaui, *an stante probatione famarum matrimonij & collusionis, de qua in actis, vtrum verisimiliter possent famæ contraria cõcubinatus validare sententiã, & libertas per Ioãnis Baptistæ probata per testes numero plures, vel saltem verisimiliores, vt dicta probatio tollatur præsuppositis famis releuantib. super quo dubio infinita hinc inde deducta fuere*. Et maximè cõsiderarunt Domini, ꝙ materia ista tota testibus terminabatur, & nõ deerant multæ suspiciones ex parte.. & Comitis senioris, qui tpe aliarum remis-
1 soriarum viuebat, & non modicũ † aggrauabant suspiciones testes in curia examinati, & criminaliter inquisiti, quib. nullã fidem adhibendam Domini pronũciarunt.... Gundisalui à subornationib. absoluissent. Nã
2 si alias † testes ex parte.., essent omni suspicione carentes, non erat verisimile, famas contrarias posse probari, & ideo deneganda remissoriã, tamen prædictis nõ attentis videbatur dicendum contrarium. Et maximè
3 cum ageretur de † præiudicio irreparabili. Sed tamen, quia ex aduerso contra minorem, & eius matrem, & contra agentes deducebantur, quæ non minus reddebant illos suspectos, visum fuit satis periculosum, hanc remissoriam concedere, & fuit etiã per aliquos consideratum, quod ex varijs articulis datis ex parte minoris non modica oriebatur suspicio. Nam si solum nisi fuissent in probandis famis, de quib. in dubio, vtique verisimile foret has deduxisse, credentes illas habita remissoria posse probari, cum aliqui adhuc viuerent tẽpore contracti matrimonij cum Ioan. Baptista, quandoq; cum Ioãna habuerat rem cum fratre Ioannis Baptistæ, & nunc alia intendunt, adeo quod non remissoria, quia de iure suo certo confidens, sed saltem pro materia dilatanda, & pro probando eo, ꝙ non est verum, adeo ꝙ fuerunt in hac opin. Domini pro maiori parte, ꝙ agentes pro minori adducerent testes ad curiam, & si non insufficientia ad minus duodecim, à quibus posset haberi aliqua notitia veritatis. Pro qua probatione supplenda poterit postea dari remissoria, & ad hoc in informationib. pro parte Domini
4 Ariæ datis, ꝙ testes † ad curiam adducendi essent, quãdo est timor subornationis, vel calumniæ. Allegabatur Host. in Sum. de testib. quia allegabatur ex aduerso, ibidem refert, & sequitur Iac. de S. Georg. in l. de die. §. tutor. col. 2. versi. not. ad vlterius secundum Ang. ff. qui satisd. cog. & per Io. And. in c. præsentium. col. 3. ver. dicit Arch. quod videtur dubitari de testib.
5 lib. 6. & ibi Anch. & Franc. tenentes, † ꝙ potest etiam iudex comminari certam pœnam, quæ ipso facto incurratur in euentum non probationis, ꝙ autem fir-

mar

mat, & commendat Alex. in l. 1, in prin. col. fi. ver. &
quid si suscipiatur. & Ias. col. pe. ff. si quis ius dicen. nõ
6 obtemp. Et ad allegata per partem diuersam, † quòd
propter præsumptionem calumniæ non sit deoegata
facultas probandi, vt per Bar. in l. 1. col. pen. vers. fi. &
ver. verisimiliter ego dico, C. qui accus. nõ poss. Afflict.
7 decis. 351. cum alijs. Dicebatur † probationem nõ de-
negari, sed modum probandi, quod est arbitrarium,
restringi, & aliqui testes ad curiam adducantur, quod
facile erat minori, qui Comitatum tanti reditus possi-
debat. Et famæ istæ, quæ prætendebantur, erant veri-
similiter potius probandæ per habitantes in loco de
Torreson, vbi famæ debent viguisse, & sic per vasallos,
& subditos minoris, qui de facili, vt obediant Domino
suo libentissimè ad curiam deuenirent.

FABII.

De Remissoria Zamoren. Parochial.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria an dari possit illi, qui etiam duas conformes contra se reportauit sententias.*

DECISIO CCXIII.

1 IN causa Zamoren. † Paroch. de Cauagnas dubitaui,
an esset dada remissoria stante summa, de qua in actis?
Et dixerunt Domini dandam esse Francisco, qui duas
sententias conformes contra se reportauerat eo, quia
habebat sufficientem summam, tam ex fide Notarij
attestantes medietatem fructuum fuisse arrendatam
tanti, quòd ascendebant ad summam quadraginta du-
catorum. Contra quam fidem pro euitando, quòd non
faceret summam, licet multa dicerentur: Tamen Do-
mini persliterunt, & quia erant examinati duo testes,
qui attestabantur vidisse vnam literam missiuam de
partib. in qua de valore isto, qui prætendebatur, qui-
dam scribebant, quòd faceret summam, confirmarunt
Domini. Ideo dixerunt dandam esse remissoriam.

FABII.

De Iure patronatus in quadam Lunensi.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta antiqua, nouiter tamen producta, an sint in forma probanti, & vtrum tollant probationes alias factas, siue instrumenta.*

2 *Ius patronatus præsentandi, an per tempus, cuius non extat memoria in contrarium probari possit.*

3 *Instrumenta, licet valde antiqua, non præsupponunt tamen tempus immemorabile.*

4 *Præsentatio, si facta dicatur ab immemorabili tempore, vtrum ius patronatus præsupponat.*

DECISIO CCXIV.

IN causa Lunen. Sarzan. dubitaui, posito pro nunc,
1 † quod instrumenta antiqua nouiter producta sint
in forma probanti, vtrum tollant probationem, per
dicta ad hæc aliàs facta, vel aliquaodo illam elidant?
2 Probauerat enim ad hanc, qui † probauerat ius patro-
natus spectare ad illum, tanquam Dominum loci, vbi
erat beneficium, quod ab immemorabili tempore ci-
tra semper Domini illius loci præsentauerant tanquã
patroni. Ad elidendum istam rationem erant produ-
cta tria instrumenta antiquissima. Voum instrumen-
tum antiquissimum, de anno 1514. in quib. iostrumen
tis continebatur, quòd monasterium istud, super cuius
iure patronatus erat lis, quod haberet Abbatem &
monachos, & esset erectiuum, & quod plus est, quod
abesset dominus loci, ideo ex istis prætendebatur elidi,
seu saltem dubitari de probationibus per dictum ad
3 hanc factis. Sed dixerunt Domini, quòd ista † instru-
menta erant adeo antiqua, quòd non percutiebant tẽ-
pus immemorabile probatum, & ideo, quòd stabanc
ista simul, quòd tempore istorum instrumentorum,
non esset monasterium iuris patronatus, sed ex post, &
sicut istud Castrum cœpit habere dominos, ita potue-
runt acquisiuisse ius patronatus isti Domini, modifi-
4 cando illud, & quòd ab † immemorabili tempore, vt
testes deponebant, Domini præsentauerant. Et per hoc
allegabatur Aym. de antiq. temp. in 1. parte, num. 231.
versi. plenè. qui allegabat Corn. cons. 142. col. 5. ad fi.
lib. 3. Et facit, quod in simili dicit Afflict. in decis. 245.
in fine, iuncto princ. Et ita etiam alias tenuerunt Do-
mini coram me, in vna Barchinon. parochialis della
Roccha. Vbi quidam probant se dominus, & iuris pa-
tronatus ad eos spectare ab immemorabili. Ex aduer-
so autem probabatur, multò ante centum annos spe-
ctasse ius patronatus ad alios, quod dixerunt Domini
nihil obstare.

FABII.

De Confirmat. & pensio. Toletana.

SVMMARIA.

1 *Nullitas pensionis, an possint causari ex eo, quòd in confirmatione non dicantur narrata, quæ veniebant narranda.*

2 *Papa aliquando motus exemplo prædecessoris non ea concedit, quæ alioquin poterant impetrari, & concedi.*

3 *Signatura gratia idem imitari solet concedendo, vel denegando.*

4 *Gratiæ licet ante sæpius denegatæ in Curia non raro conceduntur, etiam non facta mentione cassationis, nec denegationis.*

DECISIO CCXV.

IN causa Toletan. pension. 500. ducatorũ inter Re-
uerendissimum de Coria, & don Ioannem de Chi-
1 gounus dubitaui, *an † pensio sit nulla ex eo, quòd in con-
firmatione concordiæ facta per Paulum, non fuerit nar-
ratum, alias per Clementem fuisse negatam?* Nam præ-
tendebat Don Ioãnes, pensionem istam sibi deberi vi-
gore cuiusdam concordiæ, aliàs initæ inter Cardinalẽ
Caurien. tunc in minoribus, quæ concordia in Capitu-
lo tangente istam pensionem fuerat cassata, & dene-
gata per Clementem, nunc autem per Paulum fuerat
confirmata, & fuerat narratum, sibi tacitè non fuisse
confirmatam, sed nec dictum, quod fuisset denegata,
potuerat intellexisse Paulum, quòd non fuerat confir-
mata, quòd sibi narrabatur, quòd fortè non erat peti-
tum. Non autem constabat, quod intellexisset denega-
2 tam, quia tunc † fortè non confirmasset, motus exem-
plo prædecessoris, quæ ratio placuit quibusdam Do-
3 ctorib. quia videmus sæpissimè † signaturam moueri
exemplo ad aliquid denegandum, vel coocedendum
tamen finaliter Domini remanserunt in ista resolutio-
ne, quòd esset videndum, an post denegationẽ Cardin.
Caurien. perseuerasset in eadem voluntate, puta, quia
de iure censetur durare, vel non, aut quòd fortasse de
vno concessisset, prout dicebatur pro parte Ioannis.
Nam osteodebatur quoddam mandatum datum post
istam cassaturam, ad coosentiendum huic pensioni in
fauorem personæ nominandæ per Cardinalem Sanctę
Crucis, quod adhuc non erat productum; quia si con-
staret de perseueratione voluntatis, vel de noua, dice-
bant, quod non erat necessarium facere mentionem
4 de cassatione, quia † quotidie videmus, quòd conce-
dantur gratiæ, sæpius nedum semel denegatæ, ne fit
mentio cassationis, nec denegationis. Nec est necessariũ
stante voluotate partium supplicantium, quòd si de
tali voluntate non constaret aliud esset. Quia tunc,
nedum ex tunc intellecta cassatione, sed etiam ex effe-
ctu voluntatis subreptitia fuisse confirmatio.

FABII.

De Consuetud. & Fide instrum. In quadam causa matrimon.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo non omnis seruanda est, & præsertim ea, quæ irrationabilis esse dignoscitur, & ea est, per quam fides instrumentis sine interuentu testium datur.*

2 *Testis vnus de visu, & multi alij de auditu, & fama, deponentes de obseruatione consuetudinis, tanquam coadiuuantes probationem, legitimè attestantur.*

DE-

DECISIO CCXVI.

IN causa Tolen. Metet. matrimonij dubitaui, *an cõsuetudo, de qua agitur, esto quod probaretur, quod sit seruanda*. Nam prætendebatur pro parte illius, contra
1 quam allegabatur consuetudo, quòd tanquã irrationabilis non esset seruanda, quia per illam dabatur fides instrumentis sine testibus, & sine loco, & sine die, allegabatur dec. 439. seu 440. in antiq. & per Bisign. de consuet. dub. 7. Tamen Domini in materia, de qua agitur dixerunt, fidem esse adhibendam instrumentis factis, secundum istam consuetudinem, & sic seruandum in isto casu, in quo eramus, qui tractabatur de legitimatione filiorum, & habemus alias probano-
2 tiones super isto matrimonio: nam † erat vnus testis de visu, & multi alij de auditu, & fama, coadiuuãtes, & in hoc pro cõsuetudine multa alia adducebãtur vltra ius commune, & locus omnino non omittebatur, quia constabat ex consuetudine ista, quantumcunq; non exprimeretur locus, in quo instrumẽta celebrantur, quod erat in ponte Amonzoni, & erat apposita dies licet ex aduerso diceretur, quòd non erat dies celebrati actus, sed tantum relationis de actu celebrato. Et ad dec. ex aduerso allegabatur, & dicebatur, quod erant dubia, & quod de illis dubitauerant, & quod contrarium teneat Feli. in c. 1. vol. 5. vers. item requiritur, de fide instrum. vbi etiam Dec. conatur sustinere decis. Rotæ, & tandem ipse etiam dubitat Bartol. in rubr. ff. eod. & Alex. in l. de pupillo, §. qui intrant, ff. de no. oper. nunc. Vnde stante tali dubitatione, dixerunt Domini, in casu isto cõsuetudinem esse seruandam non obstantib. ex aduerso adductis, quæ loquebantur in casibus multo diuersis, & multu præiudicialibus.

FABII.

De Iudicijs Giennen. Scholasticæ.

SVMMARIA.

1 *Commissione in alium translata a priori, vtrum iudicij mutationem inducat, ita vt pars aduersa ad refusionem expensarum factarum vsque ad mutationem teneatur.*
2 *Expensæ reficiendæ veniunt factæ in processu causæ vsq; ad mutationem, vbi nedum est mutatus titulus, sed etiam instantia per id, quod fuerit recessum ab instantijs causæ appellationis.*
3 *Ius omne, & integre in beneficialibus deductum censetur, in quib. iuxta formam commissionis semper summariè procedi solet, & ideò in huiusmodi inconueniẽs non est, quòd in fine petatur alius titulus canonizari ab eo, quam qui deductus, & disputatus fuit.*
4 *Casus in quo iudex à quo, & iudex ad quem pari passu ambulant, nec inter se differre dicuntur.*

DECISIO CCXVII.

3 IN causa Giennen. Scholasticæ dubitaui, † *an Ioan. Solane præsentando commissionẽ D. Presbero, vt procedat ad confirmationem sententiæ D. Veraldi emissa sententia Io. Pauli dicatur mutasse iudiciũ, ita, vt teneatur ad expensas illius, vsque ad mutationem factas*. Prætendebatur ex parte Dñi de la Mona contra Io. Solano, quod propter illam commissionem esset mutatum iudicium, & ideo illum teneri ad expensas factas vsq; ad mutationem l. sancimus. C. de te iud. l. edita actio, in fi. vbi glo. & Bar. col. pen. vers. quæro qui vult dicere,
2 C. de edẽ. eò maximè, quia † in casu, de quo agebatur, erat facta mutatio nedum tituli, quia potuerat canonizari alius titulus, quàm qui receßerat ab instantijs causæ appellationis à sententia Io. Pauli. Quo casu sine dubio expensæ veniunt reficiendæ, vt in d. l. edita. vbi Iac. de S. Georg. col. 5. in ver. sed aduerte, tamen Domini fuerunt in contrario voto, quia in beneficia-
3 lib. in quib. iuxta formam † cõmissionis etiã summariè proceditur, semper omne ius censetur esse deductum, & ideo non est incõueniens, quod in fine petatur canonizari alius titulus, quàm deductus, & disputatus illuc vsque, & propterea sæpißimè canonizantur gratiæ si neutri, omissis omnibus deductis, & disputatis, licet ex hoc etiam sequeretur mutatio instantię, quia in hoc non erat diuersitas, cum semper esset in eadem causa, & posset tam iudex à quo, in prima instantia, quàm iudex ad quem, super iure sibi bene viso esse iudex, ad quem committẽdo ius canonizatum super iudice à quo, & alium canonizare, prout pro-
4 priè fuit in casu, de quo agitur, † quia nulla est differentia in hoc inter iudicem ad quem, & ideo sicut iudex à quo potest hoc sine dubio facere, vt Bellam. 261. & per Staph. fol. 148. in suo tract. de lit. grat. Institut. ita etiam iudex ad quem.

FABII.

De Re iudicata in quadam Truchatensi.

SVMMARIA.

1 *Sententia vtrum in nihilum recidat, si fuerit prolata ab eo, de cuius iurisdictionis perfectione dubium est intellectum.*
2 *Commissio si habeat clausulam contra Abbatissam, omnesque alias Moniales, an sit generalis, & nullam penitus excludat.*
3 *Commissio si fiat contra Abbatissam ratione rei spectante ad monasterium, an dicatur etiam extendi ad reliquas Moniales.*
4 *Commissio si contineat clausulam legitimè citata parte, & tamen non constet de facta citatione, sed de ea præsumatur tantum ex comparitione procuratoris, an videatur ex eo, ita vt rata omnia acta veniant habẽda.*
5 *Procurator habens generale mandatum solum, si dum litem sustinuit, & compulsorialibus literis ad partes decretis comparuit, hoc actu censetur speciale mandatum habuisse.*

DECISIO CCXVIII.

1 IN causa Truchaten. de Bertrandis dubitaui, † *an sententia esset nulla ex defectu iurisdictionis Do. Prosperi, qui tulerat sententiam contra Abbatissam, & moniales, quòd tamen in commissione esset commissa causa contra talem Abbatissam omnesque alios*. Et propterea dicebatur, hanc commissionem non dare iurisdictio-
2 nem contra moniales, † cum clausula, *omnesque alios*, non esset apta comprehendere moniales tãquam facientes conuentum, & quandam vniuersitatem, seu collegium, ad no. per Io. And. in c. cũ in illis. de præb. in 6. vers. item verbum odiosum. col. vlt. Bart. & Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Quia tamen in cõ-
3 missione † committebatur causa contra Abbatissam, super re spectante ad monasteriũ, dixerunt, quod moniales comprehenderentur, per not. in c. edocen. de rescrip. sed omnem difficultatem tollebãt alia, quæ expressam dabant iurisdictionem contra moniales. Sed
4 tunc alia oriebatur difficultas, † In ista vltima cõmissione dicebatur, *parte legitimè citata*, & tamen nõ constabat, quòd moniales aliquo tẽpore citatæ fuissent. Et licet præsumi responderetur hoc, quia comparuerat procurator. Sed tamẽ replicabatur istum esse procuratorẽ generalem, multo tempore ante istam commissionẽ, imò ante commissionem causę constitutũ, & sub duplici conditione, videlicet in tunc ad curiam deuolutis ad nisisis ad effectũ, vt illam bene tertioere posset. Tamẽ ad hoc respondebant Domini, prout ante declarationem factam. In causa ista fuit dubitatum de validitate huius sententiæ ex defectu mandati, ex
5 quo procurator † monialiũ tanto tempore litẽ sustinuerat, & decretis literis cõpulsorialib. ad partes pro ista cõparuerat ad illatũ executionem procurator specialis, & vltimo loco post decretum brachij sæcularis constituerunt moniales procuratorem specialẽ ad cedendũ possessionẽ, volentes parere sententiæ. Quod apertissimè constabat de lite habuisse notitiam, & propterea legitime causam esse deuolutam, nec posse dubi-

dubitari, quoniam procurator fuerat institutus, & ideo mandarunt Domini procedi ad vlteriora secundum commissionem.

FABII.

De Remiss.& Testib. Toletan. matrimon.

SVMMARIA.

1 *Coactio vtrum fieri aliquando possit parti per testium ad curiam productionem, etiam si longè absint.*

2 *Parti litiganti, si testes in longinquo positi fuerint, persuaderi potest, vt testes ad Curiam transferri patiatur, non autem ad id per vim, aut ius cogi.*

3 *Testes extra prouinciam etiam in magnis, & arduis causis, vsque criminalibus stantibus etiam suspicionibus, ex communi Doctorum sententiam ad deponendum cogi non possunt, ita pari ratione pars non potest cogi ad illos producendos.*

4 *Consuetudo aliquando ita valida est, vt vim legis, & statuti obtineat.*

DECISIO CCXIX.

IN causa Toletan. matrimonij dubitaut, *præsupposito, quod materia sint releuantes producta per Ioannē minorem 20. annorum, & quòd pro illorū fumo producti fuerunt, deinde testes nulliter in partibus examinati, an*
1 *† pro remissoria tantum dictus minor sit coarctandus, ad adducendos testes ad Curiā, propter suspiciones ex aduerso allegatas.* Dixerunt Domini aliàs, ꝙ fumus, qui dabatur non erat sufficiens, imò suspectus, prout aliàs fuerat dictum in illis 22. testib. quorum aliqui reuocauerant dictum suum timore contra publicationem in partib. vigore literarum Apostolic. in forma significauit. Et aliqui sibi ipsis contradicebant in his, quæ aliàs in remissoria dixerant. Et aliqui tanquam falsi fustigati. Et propterea desiderabant Domini, ꝙ probando fumo adducerentur ad curiam decē, vel duodecim testes, ꝙ cum pars minoris renueret omnino, velle facere fuit dubitatum, vt sup. Et Dñi venerunt
2 in opinionem, † ꝙ bene poterat persuaderi parti, quòd hoc faceret, sed quòd an poterat cogi. Quia licet Doctores aliquantulum variarent, tamen cōis conclusio
3 est, † quòd extra Curiam criminalem etiam in magnis, & arduis causis, etiam stantib. suspicionibus testes extra prouinciam non poterant cogi. Et sicut hi testes non poterant cogi, ita nec pars poterat cogi ad illos adducendos, per no. per gl. & Doct. in §. in ver. abundantiam, in auth. de testibus. Et ita procedunt not. per Io. And. & Host. quos allegat Innoc. in l. 2. col. fina. ff. quemad. test. aper. & distinguunt rectè in proposito Abb. in c. cum causam, col. pen. in fi. ver. aut causa, de testib. Aret. cons. 82. factum super quo. col. pen. versi. circa quartum, & breuiter, & idē Bal. & alij in Auth.
4 apud eloquentissimum, C. de fid. instr. † maximè stante consuetudine Curiæ, in qua causis quantumcunque grauib. solet dari remissoria, vt allegabatur per Felin. in d. c. cum causam. col. pen. vers. fallit 3. & paulo inferius. vers. Et quamuis Io. And. Et quia testes sunt extra prouinciam, omnino debet fieri remissoria. Io. And. Anch. & Io. Monac. in c. Romana, §. contrahentes, de for. comp. in 6. cum multis alijs, de quib. in informationib. pro parte minoris adductis.

FABII.

De Iure patron. in quadam Lunen. Iuris patron.

SVMMARIA.

1 *Testes vbi deponunt de visu, atque de annis 40. & ab inde supra de auditu ex relatione maiorum probant efficaciter de tempore immemorabili, de quo controuertitur ad inducendum possessionem iuris patronatus.*

2 *Instrumentis antiquis si probatum fuerit contra testes deponentes de visu, & auditu beneficium esse iuris patronatus, quod sit liberum concurrente eo, quod multis annis patroni, qui prætendunt ius patron. non præsentarunt, præsumitur pro libertate beneficij.*

3 *Prouisio Apostolica de beneficio, quod est illius patr. non præsupponit illud non esse iuris patronatus, cum talis prouisio ad petitionem patronorum, vel præsentationem potuerit a Pontifice fieri, nulla iuris dictorum patronorum obstante læsione.*

4 *Instrumenti productio, vbi testes non sufficienter deponunt, vel probant, coadiuuare potest insufficientiam eorundem, ad plenam facti deductionem.*

5 *Testes corrupti, prece vel pretio, nebulones, & vasalli illius pro quo depositio fit, & non omni exceptione maiores, an fidem faciant iudici.*

6 *Constito de Ecclesiæ libertate, atque vel semel, non præscribitur in ea ius patronatus cum aliquo titulo, nisi speciali indulto Pontificis.*

7 *Titulus immemorabilis possessionis ab aliquo ratione iuris patr. producit vim cuiuscunq; priuilegij, quantumcunque ampli etiam Papalis, cum talis quemcunque etiam voluerit titulum, liberè allegare possit.*

8 *Possessio centum annorum probabiliter deducta priuilegij vim habet, & potest prætendi titulus per eum ex collatione Papæ.*

9 *Dubio existente, an Ecclesia semel fuerit libera centenaria, an allegari possit præscriptio.*

DECISIO CCXX.

IN causa Lunen. Sarzan. Iurispatronatus inter Centuriones, & Lepidum de Marchionib. de Malaspina dubitaui, *an stantibus instrumentis, ac etiam literis Apostolicis factis Alexandro, & Floramonti cum brachio sæculari per tres sententias per Floramontem, cōtra Federicum obtentas, prætensum ius patronatus possit sustineri, ex depositionibus testium, pro parte Domini Adæ examinatorum.* Erant enim multi testes ex parte Adæ, qui in prima instantia fuerant lecti in causa. Et con-
1 clusum, quòd † probabāt de immemorabilitate, quia deponebant de visu per quadraginta annos, ab inde supra audiuisse à maiorib. suis, quod istud beneficium erat de iure patronatus, Dominorum Castri, in quo
2 erat situm. Sed quia per † instrumenta antiqua constabat beneficium liberum, & prætendebatur probari ex deductis in puncto, quòd patroni per multos annos non præsentauerant, dicebatur, quòd iunctis istis extraneis falsò deposuerūt testes, nec poterat aliqua præscriptione inductum esse istud beneficiū in seruitutem, per not. per Card. in clem. plures. in 3. q. de iure patr. quem sequitur Fel. & per not. alleg. in c. causam, col. 3. ver. puto sustentabilem, de præscr. & pariter exclamat esse no. Lamber. de iure pat. col. 94. l. ar. 10. q. princip. primi lib. nu. 4. Quibus tamen non obstan. Domini fuerunt in contraria opinione, videlicet probationes testium subsistere, & præualere, quia optimè deponebant. Nam in prima instantia erant hæc omnia producta præter instrumenta antiqua, & brachium sæculare emanauerat. Et tamē fuerat tentum, & ita pronunciatum, satis constare de iure patronat.
3 ex dictis testium. † Nam prouisio Apostolica Alexandri de anno 1506. nihil faciebat, quia solum erant per dispensationes Alex. & Iulij prouisi allegato, quòd poterat esse prouisio ad præsentationem patronorum, vt dicebant testes, & in specie vnus de ista præsentatione Alexandri similiter sentiebat, & de brachio sæculari non adducebat probationem testium, quia in illis nullum erat verbum de iure patronatus, vnde poterat Floramontes obtinuisse contra Feder. præsentatum à patronis ex alio capite, quia beneficium non esset de iure patron. maximè, quia ex parte Adæ circūferebatur derogatio iuris patronat. in totum, quia cū non esset producta, mandarūt Domini ad tollendum
4 omne dubiū, ꝙ in actis daretur, & ita † voluerūt produci instrumentū pensionis D. Adæ, de quo Castrum cum iure patronatus emebat ad effectum, vt aliquo modo constaret de isto iure patron. quàm per testes,

quos

5 quos ex aduerso dicebatur corruptos, † & nebulones
etiam vasallos, nec omni exceptione maiores. Ad Cardi-
nalem in dicta Clementina plures, per consequens re-
6 spondebatur, quod verum est, quod † quando constat de
ecclesia, quòd semel fuit libera, non præscribitur ius pa-
tronatus cum aliquo titulo, nisi habeat à Papa, prout lo-
7 quitur Cardinalis, † quando quis habet immemorabilē,
tuoc ille habet vim cuiuscumque priuilegij etiam Pa-
palis, quia potest ille, qui talem possessionem habet, alle-
gare quemcumque titulum voluerit, vt sont iura, & do-
8 ctrinæ vulgatæ, & propterea, cum † centenaria possessio
habeat vim priuilegij, potest dicere, Papa concessit mihi
ius patronatus, etiam fundaui, & reædificaui, & ita cessat
dictum Cardin. Considerabaot tamen, in fine quæst. di-
9 ctæ, quando † sumus in dubio, an Ecclesia semel fuerit
libera, noo potest allegari centanaria præscriptio: ergo à
contrario sensu, vt volunt expressè alij supradicti, quod
quando constat de initio, & centenaria præscriptione, ta-
men hoc videtur esse contra id, quod quotidie in mate-
ria iuris patronatus, & alijs dicitur in Rota de centena-
ria & immemorabili possessione, quæ vim habet priuile-
gij cuiuscumque, & potest allegari, quidquid fecerit ad
propositum centenarij possessoris.

FABII.

De remissoria Hispalen. matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Causa in curia vertente per remissoriam fieri potest, vt iu-
ramentum calumniæ in partibus deferatur.*
2 *Testes senes, & valetudinarij deponere possunt, vel coram
iudice, domi, aut notario ad eum effectum à iudice misso.
Idem in Illustribus personis si sunt in loco, in quo causa est
commissa.*
3 *Articuli in curia non in partibus dandi sunt, in quibus
præcipua causæ fundamenta consistunt.*

DECISIO CCXXI.

IN causa Hispalen. matrimonij in qua data fuerat re-
missoria Marchioni de Tàriffa, & iam concordatum
de iudicibus, & loco loci erat præsentata commissio pro
1 parte Domini Marchionis, in † qua petebatur, vt dictis
fratribus Marchionissæ, qui venerant ad causam, defer-
retur iuramentum calumniæ in partibus per iudices re-
missoriæ. Quibus etiam dabatur facultas pro testibus se-
2 nibus, & valetudinarijs, & impeditis: † item Illustribus
Marchionibus, Ducibus, & Comitibus nec non eorum
vxoribus, filijs, & fratribus posse mittere iudices in eo-
rum domos notarios, qui illorum depositiones, & iura-
menta susciperent. Item petebant dari sibi facultatem
dandi articulos in partibus, & signatura remiserat omnia
arbitrio Auditoris. Vnde, vt possent regulare arbitrium
secundum votom Dominorum, omnia ad eorum noti-
tiam deduxi, qui responderunt, quòd quantum ad iura-
mentum calumniæ erat æquum, quòd deferretur quao-
tum ad impeditos, & valetudio. debebat mitti notarius.
Quantum verò ad Illustres, & alios, de quibus supra, si
erant in loco, poterant iudices ire ad eorum domos, &
propterea non erat concedendum, quòd mitteretur no-
tarius, si verò extra locum erant testes Illustres, possent
mittere notarium, cum bono interprete ad recipiendom
iuramentum talium testium, & eorum depositiones.
3 Quantum † verò ad dandum articulos, nullo modo erat
coocedendum, sed dandi erant hic in Curia.

FABII.

De regula. & causs. possess.

SVMMARIA.

1 *Commendatarius si possideat omnia bona, beneficij, vel mo-
nasterij, cuius est commendatarius facta dismembratio-
ne ratione præpositura nouiter erecta, an conseruetur pos-
sessio, prout prius.*
2 *Commendatarius si æquiparetur Abbati, & Abbas non so-
lus possideat, sed vna cum fratribus, vtrum & commen-
datarius insimul cum fratribus dicatur possidere.*
3 *Aequiparatio Abbatis, & commendatarij procedit in eo,
quòd fructus alienare possunt, sed non bona monasterij.*

DECISIO CCXXII.

IN causa Elomocheo. tentum, quod aliàs dictum fue-
rat, quòd Cardinal. antiquus Ferrariens. erat ante ele-
ctionem præpositurae commendatarius huius monaste-
rij, & tamquam commendatarius possederat omnia bo-
1 na dicti monasterij † ante dismembrationem, & erectio-
nem præpositurae, & propterea facta dismembratione
respectu bonorum Apostolicorum præpositurae, cuius
ipse remanserat præpositus, continuasse poterat suam
primam possessionem cum isto titulo nouo. Et quia tunc
non constabat, quòd contra erectionem præpositurae es-
set commendatarius, fuit pro parte Cardinalis moderni
productum instrumentum commendæ, ex quo orta erat
difficultas, Vtrum ex eo constet talem commendatariū
solum omnia bona monasterij possidere. Et difficulta-
tem faciebat, quia noo constabat diuisum à Tamensa Ca-
pituli Monachorum, quo casu fatebantur aduersarij,
quòd tunc sicut Abbas possedisset solus bona ad eum
spectantia, ita commendatarius omnia possideret. Sed
dato, quòd omnia bona essent in communi, nec haberet
Abbas mansam separatam à monachis, tunc sicut Abbas
non diceretur possidere omnia bona, sed simul cum mo-
nachis ad similitudinem Abbatis. Et hoc videbatur sua-
deri ex verbis commendæ, dum in ea dicitur videlicet,
illius, & dilectorum filiorum conuentus huiusmodi de-
bitis supportatis oneribus, de residuis illius fructibus,
redditibus, prouentibus disponere, & ordinare liberè, &
licitè valeas, prout ipsius Monasterij Abbates, qui pro
tempore fuerint de illis disponere, seu ordinare potue-
runt, seu debuerunt. Cum ergo commendatarius æqui-
2 paratur Abbati, sicut Abbas noo † solum possidet, ita nec
commendatarius. Tamen Domini dixerunt contrarium,
quia hoc modo commendatarius noo erat conuentum,
sed tantum vult Papa, quod ad minus deberent esse duo-
decim Monachi, qui inseruirent diuinis, quorum victui
& necessarijs commendatarius prouideat, & Monachi
debent esse, ne cultus diuinus minuatur. Et propterea
commissarius, nō dicitur possedisse cum monachis, adeò
3 quòd illa æquiparatio † procedit noo respectu possessio-
nis, vt sicuti Abbas pro tempore debitis supportatis one-
ribus posset disponere de fructibus, dummodo non alie-
naret bona monasterij, eodem modo posset facere com-
mendatarius, vt expressè cantāt commenda. Et ita ha-
bita hac resolutione expediui causam.

FABII.

De re iud. Toletan. parochialis.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus an post tres sententias conformes latas in petito-
rio, veniat audiendus de iure reseruatis fructibus & ex-
pensis vsque ad finem litis.*
2 *Spolio existente doloso, vbi spolianti de iure non conuenit be
neficium, auditur spoliatus etiam latis tribus conformi-
bus sententijs.*
3 *Spolians licet sciat spoliatum non habere ius in beneficio,
non tamen debet sibi propria auctoritate ius dicere.*
4 *Ordinarij mandato spolians si fuerit admissus ad possessio-
nem, vtrum id mandatum ipsum à commisso spolio ex-
cuset.*

DECISIO CCXXIII.

IN causa Toletan. paroch. de Varascias, & canonica-
tus de Tallaueda dubitabatur, *an post tres conformes
in spolio spoliatus de iure deberet audiri in petitorio reserua-
tis fructibus & expensis in fine litis?* Et fuit dictum, quòd
aliàs in Rota in vna Arbor. cum maxima difficultate fuit

H cooclu-

2 conclusum, quòd vbi esset † spolium dolosum, & spoliā-
ti de iure hoc beneficium non competeret, decis. est apud
Decanum, & Capitulum in libro meo, & dolosum fuisse
spolium in causa, de qua agebatur, visum est Dominis,
quòd iste, qui reprobauerat, sciuerat beneficia, ex quibus
adducebantur nonnulla. Ex quibus dicebatur, spolian-
tem debere excusari à dolo quolibet, etiam si iusta causa
excuset à dolo, & duo in effectu erant. Primum, quòd
spoliatus sciuerat ius non competere spoliato, quod non
3 placuit Dominis, quia † debebat etiam scire, quod non
habebat sibi ius propria auctoritate dicere, & probare
possessionem suam. Vnde secundo se excusabat, quia de
4 † mandato ordinarij erant in possessione canonicatus.
Vnde auctoritas illius, qui poterat conferre beneficium
debebat illum excusare, licet iuridice non processisset, ad
not. per Doctor in l. iuste possidet, ff. de acq. poss. Quod
nec placuit Dominis eadem ratione. Et maximè, quia
isti spoliantes, qui erant duo, erant seruitores Episcopi,
quibus voluit fauere, & alium spoliare.

FABII.

De iudicijs Egitanensis parochial.

SVMMARIA.

1 *Sententia si per monitorium fuerit processum, & compareat negans monitorium, an sit valida, vel de iure annulletur.*

2 *Stylus Curiæ est, vt vbi ad declaratoriam est procedendum, si per viam monitorij in causa sit processum, eiusdem monitorij reintegratio fiat.*

3 *Mandatum si fiat sub pœna excommunicationis, vtrum sit necesse semper apponere clausulam, si senseris te grauatum.*

4 *Intrusus potest moneri sub pœna excommunicationis, vt legitimum possessorem admittat ad sibi iure debitam possessionem.*

DECISIO CCXXIV.

IN vna Egitaneo, parochialis de Monstro, in qua in vl-
tima audientia prædicta, pronunciaueram, fuit di-
1 ctum Domino Achille proponente, † quòd sententia es-
set nulla, quia fuerat processum per viam monitorij, &
comparuerat, & negauerat monitorium: & ego seruatis
quattuor terminis absque reintegratione monitorij pro-
2 cesseram † ad declaratoriam. Vnde dicebatur, quòd quia
de stylo erat, quod reintegraretur monitorium aliquid cū
clausula, & senserit, tunc parte comparente & negante,
monitorium debet de stylo reintegrari. Sed præcedente
causæ cognitione fit aliquando monitorium, & manda-
tum aliquod sub pœna excommunicationis in euentū,
quòd pareat ex tunc, prout ex nunc, excommunicatur,
3 nec † solet apponi clausula, si senseris te grauatum, &
quia nunc est necessarium reintegrare monitorium, sed
potest procedi ad declaratoriam sine alia reintegratio-
ne, prout fuerat propriè in isto casu, in quo tractabatur
de beneficio vacante in Curia, & signatura commiserat,
4 quòd constito summariè, & extraiudicialiter † moneret
intrusum, de hoc admittendo ad possessionem sub pœna
excommunicationis, qua non admissa ex nunc, prout ex
tunc, incurrat pœnam excommunicationis.

FABII.

De rescrip. reb. Eccles. & regula de iure quæsito in quadam Romana.

SVMMARIA.

1 *Clausula, & aliàs prout iustum fuerat procedatur, quam vim habeat, & an restringat omnia præcedentia.*

2 *Domus concessa Ecclesiæ in emphyteusim mortuo concedente, si conductor non faciat per sedem Apostolicam locationem confirmari, successor facto mandato de euacuanda domo, ius alio videtur quæsitum.*

3 *Locatio domus, quæ cedit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, etiam sine confirmatione sedis Apostolicæ de vigore iuris communis valet, & rata semper habenda est, non obstante Paulina constitutione.*

4 *Locatio etiam sine sollemnitatibus, aliàs à iure, vel consuetudine fieri solitis facta, valida est, si cedit in vtilitatem eius, in cuius fauorem sollemnitates introductæ sunt.*

DECISIO CCXXV.

IN vna Romana euidenter dubitaui, *an esset locus regu-*
1 *la de non tollen. iure † quæsito, & an illa verba, & aliàs,*
prout iustum fuerit procedatur, de qua in commissione, re-
stringat omnia præcedentia. Et secunda pars dubij fuit
omissa sine dubitatione. Quia duo in commissione erant
expressa, & postmodum fuerat dictum, & aliàs prout.
Vnde dixerunt Domini, quòd illa clausula non debebat
referri ad omnia, sed quòd in alijs præterquam expressis
esset procedendum, prout de iure, l. cum prætor, de leg.
præstant. cum simil. Sed prima pars dubij habet difficul-
2 tatem, † quòd fuerat concessa domus Ecclesiæ in em-
phyteusim, quo mortuo, quia conductor numquam per
sedem Apostolicam fecerat locationem confirmari, suc-
cessor fecerat fieri mandatum conductori de euacuan-
da domo, per quod mandatum ius fuerat illi quæsitum.
Conductor vero obtinuerat à sede Apostolica, quòd con-
stito, quod locatio esset in euidentem vtilitatem Eccle-
siæ, quod confirmaretur, quia autem non fuerat facta
mentio de lite introducta per mandatum de euacuanda,
pars aduersa obtinuerat commissionem illam reduci ad
viam iuris: deinde & tertio fuerat obtentum, quod non
obstante lite & commissione reductiua, dummodo con-
staret, quod esset in euidentem vtilitatem, confirmare-
tur, fuerat oppositum de regula de non tollen. iure quæ-
sito, cui in commissione non erat derogatum. Sed dice-
3 batur non obstare, † quia ista locatio fierat in euiden-
tem vtil. Eccl. valebat de iure communi, absque aliqua
confirmatione Apost. licet per Paulinam, quam quon-
dam Paulus induxit, confirmatio & licentia sedis Apo-
stolicæ requireretur, ad not. per Sarn. in d. reg. quæst. 16.
Sed hoc non placuit Dominis, quia immo Paulina fecit
ius commune, & occiditur à primo iure communi, quod
4 erat contra Paulinam. Secundo dicebatur etiam † non
obstare, quia etiam de iure non seruatis sollemnitatibus
valet, si est in vtilitatem illius, in cuius fauorem sollem-
nitates sunt introductæ, glo. in l. cum hi, § causa, de tran-
sact. & in terminis Fab. de Monte, in tract. de empt. &
vend. 5. quæst. princ. colum. fin. vers. 1. si alienatio, & la-
tius per Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 3. de consti-
tut. Cœpol. consil. ciuil. 2. colum. sicut etiam de minore
prohibito vendere sine certa sollemnitate, vt tenet Bald.
in l. contra ius, in fin. princ. de pactis, & in l. neque, per il-
lum textum, C. de contrahend. stipulat. Sed aliter hoc
esse responderunt Domini, quòd intelligebatur, Eccle-
siam vel minorem volentem actum valere, sed quòd
contra voluntatem illius, in cuius fauorem sollemnitas
est introducta, quod valeat, hoc non dicunt prædicti. Et
ita conclusum fuit, huic confirmationi, quominus posset
fieri, obstare dictam regulam, de non tollend. iure quæ-
sito.

FABII.

De iudicijs Abricen. pensionis.

SVMMARIA.

1 *Iudex habita commissione de reali executione facienda, vtrum habeat iurisdictionem de nullitate sententiæ cognoscendi.*

2 *Iudicium extensiuum omnia alia iudicia tenet in suspenso, ita vt nulliter in illis hoc non executo agatur.*

3 *Cognitio nullitatis aliquando non est præiudicialis rationi executiuæ, cum per eam non retardetur.*

DECISIO CCXXVI.

IN causa Abricen. pensiu. dubitatur, † *vtrum stāte com-*
1 *missione vltimo producta cum præinsertis; iudex habeat*
iurisdictionē cognoscēdi de nullitate sententiæ Ferrat. tāquā
realis executio facta fuerit. Et posito, quòd sic, *an sententia*
Ferrat.

ferrat, esset nulla. Et dicebatur negando non posse, quin habita iurisdictione iudex haberet, sed quòd illam non petebat ex actis, donec partium esset cum effectu. Nam Cardinalis da Anoibalis fuerat excommunicatus per sententiam Antonij Augustini latam post sententiam Ferratioi, & vsque ad brachium sæculare inclusiuè contra illum processum. Vnde dicebatur pro parte Cardinalis del Carpo aduersarij, quòd non debebat audiri, nisi reali satisfactione. Primò, quia postquàm per sententiam fuerat sibi concessum, quòd procederetur exe-
2 cutiuè. Per hoc † iudicium executiuum, erant omnia iudicia suspensa, propterea non poterat super nullitate sententiæ, quæ erat super petitorio, & possessorio, & alijs executione diuersis, argumento eius quod dicitur de petitorio, & possessorio, tamen Domini omnes dixerunt contrarium, quia illud erat speci de in petitorio, nec de
3 iura cautum reperiebatur in casu nostro, † in quo nec cognitio nullitatis erat præiudicialis executioni, & propterea procedi super vtroque, & sic super executione, quæ non retardari debebat propter istud iudicium nullitatis, nisi fortè in hoc casu executione vltimæ iam facta pars dubij fuit omissa.

FABII.

Vt lite penden. Conchen. Capellaniæ.

SVMMARIA.

1 *Possessio attentata, vtrum restituibilis sit, an veniat sequestranda.*
2 *Beneficium si est de iure patronatus, debetur potius proximiori agnato instituentis, quam extraneo stante paritate qualitatum, & hæreditate, idq. ex præsumpta mente fundatoris, vel donatary.*
3 *Appellatio & oppositio litis introductionem præsupponit factam per procuratorem, etiam prætensum in absentia principalis.*
4 *Edicto proposito, per comparitionem procuratoris, & oppositionem factam, lis haud dubiè dicitur incepta, & processus iudicialis inchoatus.*
5 *Appellatio ab interlocutoria non suspendit, nec impedit iudicem, quò minus procedat ad vlteriora, non accedente inhibitione iuridica.*
6 *Limita illud procedere in articulis, super quibus non est appellatum, aliàs secus.*
7 *Institutio facta per ordinarium non citata parte aduersa, vel suo procuratore, quæ se opposuit, est nulla, & venit data possessio hoc casu sequestranda.*

DECISIO CCXXVII.

IN causa Conchen. Capellaniæ de Belmontæ dubita-
1 ui, † an possessio Hieronymi sit attentata, stante oppositione procuratoris, & per consequens non restituibilis, sed sequestranda Hieronymo, vacante ista Capellania, quæ erat
2 de iure patronatus. Et † dicebatur, quòd vnus de agnatione fundatoris proximioris petijt ab Ordinario, vt illum institueret. Ordinarius proposuerat edictum, & in termino edicti comparuerat procurator Petri, & si opus fuerat, dictum Petrum esse proximiorem, & idoneorem. Et quia erat in Curia, petijt terminum ad certiorandum Petrum, vt posset venire, quòd si non concederetur, appellabat non obstante ista oppositione, & appellatione procuratoris iudex sequenti die, qui erat vltimus positus in edicto, processerat ad institutionem Hieronymi, & sibi possessionem tradiderat, quæ dicebatur attentata,
3 & non restituibilis, quia † ex appellatione, & oppositione erat lis introducta cum Hieronymo, quia erant tres
4 personæ, ad capitulum forus, de verbor. signif. Et † proposito edicto per istam comparitionem, & oppositionē erat inceptus processus iudicialis, vt dicit Lambertus in tract. iuris patronatus, 2. par. artic. 94. Ex aduerso dicebatur contrarium, quòd oppositio non obstabat, quo minus posset iudex ad vlteriora procedere, vt dicitur in hoc cap. ad dissoluendum, extra de sponsalibus. Sed respondebatur, quòd in hac Innocē. erat reprobatus communiter, vt per Felin. post Ant. & Abb. & Imol. cap. dudum, col. 5. ver. prima conclus. de præsumpt. & in col. 7. ver. fallit quinto generaliter. Dicebat etiam appellatio-
5 nem † non obstare, quia erat ab interlocutoria, quæ non suspendit, nec impedit iudicem, nisi facta inhibitione, ad c. non solum, §. 1. de appellat. in 6. Sed etiam adhuc præ-
6 tendebatur, quòd † illud procedit, & intelligitur, vt iudex possit procedere super quo non fuerat appellatum, sed super negocio appellationis non potest procedere, etiam sine inhibitione. Et fuit allegatus Ant. de Butr. in cap. dilecti, col. 2. de rescr. de quo meminit & sequitur
7 Alex. consi. 89. 1. vol. † Præterea dictum fuit institutionē factam per Ordinarium fuisse nullam, quia sine citatione partis postquam procurator Petri se opposuerat, debuerat illum citari facere iudex, quando procedit ad vlteriora, postquam erat lis introducta. Et sic dixerunt possessionem Hieronymi non restituibilem, sed sequestrandam.

FABII.

De probat. Arborensis Archipresbyteratus.

SVMMARIA.

1 *Acceptatio vbi facta fuerit alicuius beneficij, præsupponendum est nominationem diœcesis, in qua est beneficium ipsum, præcessisse.*
2 *Ciuilis causa vtrum criminali præiudicet, ita vt vna alteram suspendat, & vice versa.*
3 *Acceptationes, quæ apud notarium publicum Archiuij sunt registratæ, patent omnibus & publica sunt, earumq. copia petentibus omnibus datur, modo aliquod interesse prætendant.*

DECISIO CCXXVIII.

IN causa Arborens. Archipresbyteratus, & aliorum beneficiorum dubitaui præsuppositis pro veris, & validis instrumentis duarum acceptationum in specie, quo ad diœceses. Et facultate concessa, quòd diœceses exprimat in litteris, & possit acceptare litteris non confectis, colligebatur, quod nominatio diœces. fuerit facta ante nouam prouisionem Signorini, saltem vt transferatur onus probandi in actorem dicentem contrarium. Hic punctus fuit virtualiter examinatus supra. Et resolutū, quòd non. Tamen hodie votum mutarunt, & dixerunt, quòd si per iudicem criminalem, coram quo causa pendebat, fuit iudicatum, ista instrumenta vera, & valida esse, & eis fidem adhibendam, prout præsupponebatur in dubio. Nesciebat quomodo posset dici nominationem
1 tunc factam non esse, † quia ex acceptatione facta to diœces. Celaguritan. & Arboreo. sequebatur necessariò nominatio illa diœcesis. & sic ante prouisionem Signorin. Et dubium, quod aliàs habuerat de istis instrumentis tollebatur per præsuppositum, & per sententiam si feta-
2 tur † in criminali causa, adeò, quòd omnino in causa ista ciuili erat præiudicialis, criminalis, propterea in ea debebat supersederi. Nec obstabat, quòd aliàs illos mouerat, quòd si istæ acceptationes, & nominationes potuissent de facili occultari, & lacerari, & hoc non erat præsumendum, nec secreta erat ista nominatio, nec de facili variabilis, si erat probatum illud, quod præsumebatur esse
3 probatum, videlicet, quòd † istæ acceptationes, quæ sunt apud notarium Archiuij, sunt publicæ, & patent omnibus, & earum datur copia petentibus, dummodo habeant interesse. Verumtamen ex quo si ex aduerso probaretur, vt aliàs dictum fuit, esse verum, quòd istæ nominationes numquam solerent fieri coram istis notarijs, sed in Camera, vel Cancellaria, tamquam locis publicis, & quæ magis patent omnibus vbique scriberetur in libris, ostenduntur omnibus, quod tunc fortè esset alterius, & primæ opinionis.

FABII.

De restit. in integr. Vicentinæ Capellaniæ.

SVMMARIA.

1 *Ius beneficij habens, si læsus fuerit, an veniat in integrū restituendus, cū in beneficialibus bonū non debeat perire.*

2 *Noua causa dici solet, dum noua ad causam confirmandam probationes adferuntur.*

3 *Limita & intellige, vt num. seq.*

DECISIO CCXXIX.

IN causa Vicentin. Capellaniæ dubitaui, *an esset restituendum in integrum.* Et inclinabant Domini, quod
sic, quia in beneficialibus ius bonum non poterat perire,
& propterea semper, quod de bono iure potest constare,
& sæpius in integrum restitutio concedenda est, maxime superuenientibus nouis probationibus, ad l. fin. vbi
Bart. & Doctor. C. si sæpius in integrum restitutio post.
Et ita maior pars tenebat. Quia tamen fuit dictum,
quòd aliàs in vna Romana domus pro Philippo Risino, coram Domino Prospero 12. Decembris, 1547. fuerat
dictum, quòd licet ex noua causa restitutio iterum petita dari deberet, l. fin. C. si sæpius in integrum restit. po-
1 stul. fuerit. Et dicitur † causa noua, quando nouis proba-
tionibus petitur, vt declarat Bart. l. is, eod. tit. Tamen il-
2 lud † intelligitur ex nouis probationibus super ætate,
non autem super læsione, prout in terminis declarat
Ang. in l. 1. C. si sæpius in integrum restitutio. postul. Bar.
Bald. & Ang. in l. fin. C. si minor maiorem se dixerit, vbi
adducit rationem differentiæ.

FABII.

De rescrip. in quadam Lonensi.

SVMMARIA.

1 *Executor ante litterarum commissorialium expeditionem habet iurisdictionem in habitu, non in actu, quia signata supplicatione dicitur collata gratia informis, quæ per expeditionem litterarum formam requisitam dicitur accipere.*

2 *Contrarium, vel potius limitationem eius, vide late numero immediatè sequenti.*

3 *Patronus existens in possessione conferendi, & iuris patronatus, licet vere non sit & realiter patronus, tamen ab eo factæ præsentationes valida sunt, nec de iure cassari possunt.*

4 *Facultas concessa alicui Canonico per Papam conferendi beneficia, existente illo in quasi possessione istius facultatis, an de ea facultate necessaria sit scientia, aut de ea præsumatur, quòd palam, publicè & per multos annos exercuerit hanc facultatem.*

DECISIO CCXXX.

IN vna Luneo. Sarzanen. dubitaui, *an Hieronymus litteris non confectis conferre possit beneficium, stante sola signatura, in qua Papa motu proprio creauerat Hieronymum, quia Episcopus ex delictis erat impeditus administrare, cui amplissimam auctoritatem conferebat ad beneficia, & solum erat signata supplicatio, nec super ea erant expedita littera, tempore quo prouiderat de dictis parochialibus.*
Vnde dubitatur, *an prouisio valeret?* Et dicebatur, quod
1 non, quia † ante expeditionem litterarum executor
iurisdictionem in habitu non in actu habebat, quia supplicatio signata est gratia informis, quæ per expeditionem litterarum recipit formam, Sarnen. quæst. num. 9.
& in vndecima, super reg. de non iudican. litteris non
confectis, & allegabatur dec. 459. cum dec. præceden. in
2 nou. † Tamen omnes domini dixerunt contrarium, quia
prædictæ decis. loquuntur in alijs terminis, quando vniuersaliter Papa fecit gratiam in supplicatione exequenda, in qua supplicatione executores non nominantur,
sed post modum in litteris. Sed secus in casu isto, in quo
Papa motu proprio canonicum deputauerat, illum nominando, & gratia, de qua in supplicatione, nihil aliud
côtinebat, quàm deputationem istius canonici, qui erat
in quasi possessione exercendo officium, hoc est, confe-
3 rendo beneficia, prout in simili dicitur † de patrono existente in possessione conferendi, & iurispatronatus, licet
vere non esset patronatus, vt eius præsentationes valeât,
cap. ex consultationibus, de iure patr. & decis. 575. in antiq. & 298. in nouis, & 22. num. 4. in antiq. Bisign. Et licet
4 † diceretur requiri scientiam facultatis, de qua non constabat, tamen dixerunt præsumi, ex quo palam, & publice, & per multos annos exercuerat hanc facultatem, &
maximè, quia licet esset probata pro prouisione post factam per Papam, de his parochialibus esse expeditum
Breue super motu proprio Hieronymi; tamen non inferebatur necessario, quòd aliud Breue super hoc expeditum non fuerit.

FABII.

De senten. excommun. Abulensis pensionis.

SVMMARIA.

1 *Sententia si contineat hæc duo partem à diuinis esse suspensam, & reintegrandum monitorium, vtrum contraria contineat.*

2 *Nullitas iurisdictionis, vtrum præsupponatur ex hoc, quod sententia tempore feriarum fuerit lata sine commissione.*

3 *In possessorio etiam sine commissione non obstantibus ferijs procedi potest.*

4 *Declaratio suspensionis in diuinis, ob non paritionem monitorij habet vim executiua, & ideo non potest procedi, huiusmodi facta declaratione tempore feriarum.*

5 *Citatio generalis complectens omnes actus, qui in causæ prosecutione de iure requiruntur, etiam si ad omnes actus non specificè fiat deductio, & enumeratio, valet, & rata habenda est.*

DECISIO CCXXXI.

IN causa Abulen. pension. dubitaui, *an sententia, Ferratini fuerit nulla?* Et sententia tria continebat, primo, *Cardinalem de Carpo restituendum ad suam possessionem,* secundo, *Card. Annibalem suspensum a diuinis, & reintegrandum esse monitorium.* In cuius vltima parte di-
1 ctum fuit non posse saluari, quia continebat † repugnan
tiam, reintegrari monitorium & suspensum esse, quia
non paruit monitorio. Multæ etiam quo ad alias partes
2 opponebantur † nullitates: prima iurisdictionis, quia
erat lata tempore feriarum sine commissione. Cui cum
responderetur, quòd imo erat generalis comprehendebat etiam alias causas, quia dicebat in causa, & causis huiusmodi, fuit tamen dictum, quòd commissio solum loquitur de causa executa. Tamen quia fuit dictum pro
3 parte Card. de Carpo, † quòd etiam sine commissione
ferijs non obstantibus, poterat procedi in possessorio per
Valenzi. 665. & decis. 93. in antiq. & 140. in nou. Vnde
hoc modo poterat saluari sententia in possessorio, & etiã
4 respectu † declarationis suspensionis à diuinis ob non
paritionem monitorij, tamquam esset executiua. Vnde
vigore commissionis non potuit procedi tempore feriaro, licet forte illud non esset procedere executiue: opponebatur etiam defectus citationis, ex parte Cardinalis
del Carpo, quia citatio erat ad videndum referri terminos necessarios ad côcludendum, ad audiendum sententiam declaratoriam, siue principalem suum suspendi
à diuinis, quia non paruerat monitorio, & sic respectu
possessorij nulla erat citatio. Sed dicebatur citationem
aduersarij sufficere, quia eadem die fuit per eumdem iudicem pronunciatum in fauorem Cardinalis de Anni-
5 balis, † & citatio erat intitulata Abricen. nullit. pension.
& sic sub ista citatione poterat comprehendi illud possessorium. Sed dicebatur ex aduerso, & ita fuit visum Dominis, quòd illa citatio erat particularis, ad videndum
reuocari, & declarari nullum processum Aud. Cameræ,
cum non possit huic deseruire negocio, tamen semper
notarius attestabatur esse latas in contumacia partis, vnde videbatur, quòd ista sententia lata sustineri non posset, sed aliqui volebant saluare.

FABII.

De sententia excommunic. In eadem Abricen. pensionis.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra partem ob non paritionem monitorij,
quod suspendatur ab executione diuinorum, vtrum ex
defectu citationis annulletur, ex eo quòd dicatur alterna-
tiua.*

2 *Citatio alternatiua dicitur verbi gratia, si fiat ad audien-
dum sententiam declaratoriam, siue principalem suum
suspendi à diuinis, quia non paruit monitorio tamquam
incerta.*

3 *Libellus incertus admittitur in iudicio, quando nulla fit op-
positio à parte aduersa, stante eo, quòd incertitudo non
procedat ex facto, & voluntate libellantis.*

4 *Dictio, seu, vt aliquando alternatiuè in oratione ponitur,
ita non rarò copulatiuè, vel augmentatiuè, vt hoc casu.*

5 *Citatio si dicat principalem suspendi à diuinis debere, an su-
spendi de facto debeat, vel saltem declarari suspensus.*

6 *Sententia aliquando, tam ex defectu iurisdictionis, quàm
citationis nulla dici potest.*

DECISIO CCXXXII.

1 IN eadem causa Abulcen. pension. dubitaui, † *vtrum
sententia Ferratini, in quantum declarat suspensum à
diuinis ob non paritionem monitorij, sit nulla ex defectu ci-
tationis?* Et causa dubitationis fuit, quia citatio erat al-
2 ternatiua, scilicet † ad audiendum sententiam declara-
toriam, siue principalem suum suspendi à diuinis, quia
non paruit monitorio. Vnde propter incertitudinem
videbatur non valere, nec super illa videbatur posse sen-
tentiam ferri, & fundatur super pluribus. Tamen Do-
mini fuerunt in contrarium, cum ista citatio fuerit certa
in omnibus prætarquam in eo, quòd pendebat à facto
3 iudicis, super quo vellet pronunciare: † sicut dicitur in
libello incerto, qui admittitur parte non opponente,
quando incertitudo non procedebat ex facto, & volun-
tate libellantis. Et faciunt not. per Imol. in l. cum parti,
ad fin. & ibi Alexand. col. 3. vers. vnde aduerte, de appell.
4 Et in casu isto † dictio, *seu*, non stat alternatiuè, sed po-
tius copulatiuè, seu augmẽtatiuè, vt not. in l. si quis ita,
de verbor. obligat. Erat alia, & maior dubitatio, quando
5 † citatio dicebat, siue principalem suum suspendi à diui-
nis, vigore cuius debuit suspendi, non autem declarari
suspensus, & sic quod potuit noluit, & quòd voluit ad-
implere nequiuit iudex. Vnde in ista alternatiua fuit or-
6 dinatum, vt simul, & semel dubitaretur, an † sententia in
hac parte esset nulla, tam ex defectu iurisdictionis, quàm
citationis.

FABII.

De restit. in integrum Oueten. Capellaniarum.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam, an sæpius
fieri possit.*

2 *Quadriennio lapso, quod de iure dari solet aduersus rem iu-
dicatam, ratione restitutionis in integrum eam elidi om-
nino, etiam constito de bono iure ex probationibus de no-
uo repertis.*

3 *Restitutio vt aduersus lapsum quadriennij non datur itera-
to, ita nec aduersus rem iudicatam, cum æquiparatio fiat
per Doctores lapsus quadriennij cum alijs causis, à quibus
restitutio excluditur.*

4 *Minor & priuilegiatus, an etiam post lapsum quadriennij
restitui in integrum possint.*

DECISIO CCXXXIII.

1 IN causa Oueten. Capellaniarum dubitaui, † *vtrum
Alphonsus Meran. veniat iterum restituendus aduer-
sus rem iudicatam in causa restitut. in integrum latam?*
Et causa quare fuit iterum dubitatum fuit, propter di-
ctum Angel. in l. 1. in princip. versic. quod intelligo, C. si
sæpius in integrum rest. postul. & Ang. ibi, & Bart. in l.
fi. C. si minor se maior. dixerit. Quod fuerat tentum in
alia causa, tamen hodie dictum Bart. non placuit, quia
videtur esse contrarium opin. cum glo. cum qua alij trã-
seunt, in l. fin. C. si sæpius in integrum restitu. postul. quæ
indistinctè concludit, dandam esse sæpius restitutionem.
Et de hoc dicto Bart. truffatur Pau. de Cast. in d. l. 1. co-
lum. 2. versic. contra istam l. opponitur, & latissime in di-
cta l. fin. col. 2. vbi dicit, quòd dictum Bart. non habet in
se rationem diuersitatis. Et Salic. in dicta l. fin. col. 1. in fi-
ne, vbi expressè æquiparat ætatem alijs, videlicet testi-
bus falsis ex alio. Tamen Domini fuerunt in opinione,
quòd in casu isto restitutio de nouo danda non esset, quia
2 † videmus, quod post quadriennium restitutio non da-
tur, etiam constito de bono iure ex probationibus de no-
uo repertis, cap. 1. vbi Doctor. de restitut. in integr. Et
hoc tenuit Rot. in pluribus causis, maximè in causa vna
Neapolitan. coram Domino Thanis, in alia coram Do-
3 mino Prospero. Sicut † ergo aduersus lapsum quadrien-
nij non datur iterum restitutio, ita nec aduersus rem iu-
dicatam, in causa restitutionis, & faciunt no. per Doctor.
in cap. fina. de restitutio. in integrum, vbi æquiparant la-
psum quadriennij alij causis, ex quibus restitutio exclu-
ditur. Quo stante non obstant not. in dicta l. fin. cap. C. si
4 sæpius, in integrum restitutio. postul. quia † loquitur in
minore, & in priuilegiatis, quibus de iure debetur resti-
tut. in integrum, cuiusmodi non est Alphonsus Moran.
qui in casu isto restitut. petit, & ex benignitate signatura
concedit restitutionem in integrum, constito de bono iu-
re, quod non debet concedi, aduersus rem iudicatam in
causa restitutionis. Vnde cum in casu nostro commissio
esset signata, prout de iure, clarum remanet, quia secun-
da restitutio non competit, licet posset dici de bono iure
constata ex testibus nouiter repertis.

FABII.

De sent. & re iudic. Segobien. pension.

SVMMARIA.

1 *Comparente procuratore generali ante commissionem con-
stituto, vtrum possit cum illo procedi ad canonizationem
regressus ob non solutam pensionem, absque aliqua cita-
tione principalis, cui ante Bulla intimationem fuit perso-
naliter solutum.*

2 *Nullitas actuum ex citationis defectu ita procedit, vt in be-
neficialibus, vbi agitur de priuatione beneficij nullo mo-
do, sine citatione principalis procedi potest.*

3 *Canonizatio regressus si petatur; nec agatur de priuatione
beneficij, potest procedi in causa non citato principali, mo-
do comparеat procurator.*

4 *Limitationem vide ex eo, quod canonizatio regressus in ef-
fectu contineat in se beneficij priuationem, num. seq.*

DECISIO CCXXXIV.

1 IN causa Segobien. pension. dubitaui, † *an comparente
procuratore generali ante commissionem constituto, pos-
sit cum illo procedi ad canonizationem regressus, ob non so-
lutionem pension. absque aliqua citatione principalis, cui
fuerant ante Bulla intimata personaliter.* Franc. de Men-
doza concesserat reseruationem pensionis viginti duca-
torum in fauorem Francisci de Miranda, & demum post
multos annos constituerat procuratorem, & specialem
ad vnam causam, & generalem ad omnia etiam alia, quæ
speciale mandatum requirerent. Deinde post ferè duos
annos Miranda commiserat causam, contra Franc. super
canonizatione regressus, & ob non solutionem pensionis,
& fecerat decerni citationem. Post cuius citationis de-
cretum vltra sex menses, comparuerat ille procurator
generalis sponte, & dederat mandatum, & cum fuisset
processum ad canonizationem processus ob non solutio-
nem, fuerant decretæ executoriales, ob quarum non pa-
ritionem fuerat contumax declaratus, & contra eum
processum vsque ad brachium seculare. Postmodũ com-
2 missa causa † nullitatis, & omniũ gestorum, dicebantur,
omnia esse nulla ex defectu citationis, quia vbi agitur

de priuatione beneficij non potest procedi, nisi citato
principali, de cuius citatione nullomodo constabat, ad
3 dec. 356. in nou. & 371. in antiq. † Replicabatur hic non
agi de priuatione, sed canonizatione regressus, ideo po-
test procedi cum procuratore, tamen Domini dixerunt
4 † contrarium, quia in effectu canonizatio regressus ha-
bet in se priuationem. Et ita tenuerunt non obstante,
quod hic procurator esset nepos ex fratre, & verisimili-
ter potuit esse accusatus, ex quo produxit mandatum
post sex menses, à die decretæ citationis.

FABII.

De fide instr. in quadam S. Agathæ benef.

SVMMARIA.

1 *Noua prouisio obtenta in resignatione benefitij facta, an suffragetur prouisio, ita vt possit obtinere possessionem.*
2 *Resignatio inualida aliàs potest per prouisionem nouam vigorem adipisci, vt valida reddatur.*
3 *Pecunia si in bancho posita sint ad rei immobilis emptionem, alios in vsus conuerti non possunt.*
4 *Partita in libris mercatorum descripta plenam fidem faciunt, & validè probant.*
5 *Monachus deponens, vel mutuans pecuniam, actionem sibi pro ijs acquirit, & monasterio, eamq. remittere potest.*

DECISIO CCXXXV.

IN causa S. Agathæ beneficiorum dubitaui, *an satis constaret de resignatione ad effectum, vt noua prouisio posset suffragari?* Nam erat facta resignatio istorum be-
1 neficiorum. Et quia † dubitabatur de validitate erat ob-
tenta noua prouisio, quæ dicebatur non suffragari, quia
de resignatione non constabat: tamen Domini ex multis
concurrentibus dixerunt contrarium: erat tamen facta
ista resignatio in manibus, cuiusdam canonici ad id po-
testatem habentis, propter facultatem concessam resi-
gnanti. Vnde licet ex istis non satis constaret, tamen quia
sigillo resignantis erant sigillatæ istæ litteræ, & postea re-
signatarius constituerat resignaotem præsentem procu-
ratorem, ad arrendandum fructus istorum beneficio-
rum, &c. Tamen noua prouisio tunc intrabat, & poterat
resignatio suffragari: quæ ad hunc effectum erat impe-
2 trata, † stante inualiditate resignationis, intraret noua
prouisio, & nullum fecerunt fundamentum, in quodam
instrumento producto, in quo notarius, qui se subscrip-
serat rogatus, attestabatur secum testibus quibusdam
fuisse præsentem huic resignationi, & collationi. Tamen
Domini dixerunt, quod si ipsum falsum fecisset sine ali-
qua necessitate præceptorij, & eius in præceptoria subie-
ctoribus, potuit ab eodem Liuio remitti in præiudi-
cium dictorum præceptoris, & successorum stantibus
partitis, de quibus in actis. Istud dubium fuit resolutum
aliàs de anno prædicto 27. Maij contra præceptorem,
quod potuerat actio terminari sine aliqua sollemnitate,
nec tantum addebatur stantibus partitis, de quibus in
actis, per quas prætendebat præceptor constare pecu-
nias, quibus fuerat prædium emptum fuisse præcepto-
3 riæ, quia præceptor non poterat eas ex bancho † leuare,
in quo erant depositæ, nisi inuestiret in aliqua re immo-
bili, & sic tamen partita constabat. Vnde prætendeba-
tur, quod modernus præceptor posset adhuc vti ista a-
ctione, & petere prædium aliàs emptum: Domini tamen
contrarium voluerunt, tamen prout aliàs, quia in parti-
ta dicebatur, quod pecuniæ essent præceptoriæ, nec pos-
sent à bancho amoueri, nisi inuestirentur. Sed solum in
partita dicebatur, quod essent Alberti præceptoris, &
Liuij eius successoris, qui emerat prædium de illis pecu-
nijs, eo quod pecuniæ erant solutæ de licentia Vicarij
Senen. non autem, quod non possent amoueri, nisi in-
uestirentur. Præterea dicebatur, illas partitas non fa-
cere fidem plenam, ad not. per Ias. in l. admonendi, in 41.
3. colum. versic. secundo principaliter videndum esse, de
iureiuran. post Bart. ibidem. Et licet replicaretur, quod
4 † imò libris mercatorum sæpius adhibeatur fides, tamen
dixerunt Domini, quòd illud erat verum quoad illud,
quod partita principaliter continebat, videlicet, quod
pecuniæ essent solutæ Bartholomæo, non autem quoad
illud, quod incidenter pronunciabatur. Dixerunt tamen
Domini, quòd licet actio ex pecunijs præceptoriæ fuisset
quæsita, potuisset tamen per eumdem præceptorem, quia
acquisiuerat remitti, argumento eius, quod dicitur de
5 monacho, † qui deposuerit, vel mutuauerit pecuniam,
qui potest retro recipiendo pecunias actione quæsita mo-
nasterio remittere, vt concludit Bart. in l. filijs, de pact.
Et per hoc tollebatur vnum, quod nunc dicebatur, quòd
prælatus non potuisset præiudicare Ecclesiæ, postquam
quæsita est actio, vt in legato facto Ecclesiæ, quod potest
prælatus repudiare, vt aliàs dicebatur, allegando not. per
Iasonem, in l. legatum, de leg. 1. Nam, ex quo prima em-
ptio fuerat resoluta, ideo modernus præceptor potius
posset agere contra mercatorem, qui soluerat pecunias
absque eo, quòd inuestirentur potius, quàm agere ad
traditionem prædij venditi contra Bartholomæum ven-
ditorem.

FABII.

De restit. spol. Toletan. parochial.

SVMMARIA.

1 *Petitorij stante suspensione, & commissione præsentata, an noui articuli producti, veniant admittendi ratione expectatiua.*
2 *Actor, si spoliatus fuerit, etiam suspenso petitorio, venit restituendus ante omnia.*
3 *Resignatio habens decretum irritans inficit & titulum & possessionem.*

DECISIO CCXXXVI.

1 IN causa Toletan. parochial. de Gallapagar, † dubi-
taui stante suspensione petitorij, & commissione vl-
timo præsentata, *an articuli producti veniant admitten-
di, agebatur ad istam parochialem expectatiuam, quæ pro-
2 ducta erat.* Et quia † actor spoliatus erat suspenso peti-
torio agebatur spolio, & petebat se restitui. Ex aduerso
prætendebatur expectatiuam non capere beneficium,
propter valorem, & erat præsentata commissio, in qua
petebatur, quod constito de valore 500. Nam expecta-
tiua in cap. ad expeditionem negotij principalis omissa
in causa possessorij procederetur. Et signatura dicebat,
quòd iudex arbitrio suo procedat: erant dati articuli ad
probandum valorem expressum in commissione: oppo-
nebatur pro parte agentis spolio, quod non erant admit-
tendi, quia concernebant petitorium, & spoliatus debe-
bat restitui, ex quo extrema probauerat. Sed ex aduer-
so dicebatur esse admittendos, quia quod discolorabant
titulum, quia probato valore 300. beneficium non ca-
debat sub expectatiua ista, & quòd erant admittendi ad
discolorandum titulum, & probabant argumento eius,
quod dicitur, quòd admittuntur probationes ad pro-
bandum reseruationem beneficij, vt titulus discolore-
tur, ad decis. 16. in nou. & per Cassad. 1. de rest. spol. Et ita
fuit dictum in vna Cæsaraugust. de Vighel. Sed respon-
debant Domini, quòd in causa del Vighel. constabat in
actis de resignatione in manibus Papæ, & quæ resigna-
3 tio habebat decretum irritans, † quod inficit nedum
titulum, sed etiam possessionem, quòd non est in casu
isto. Secundo allegabatur, quòd aliàs de anno 1543.
in vna Astoricen. parochialis fuerat tentum, quoties ex-
pectatiua, siue mandatum datum est de prouidendo:
sed respondebatur, quòd hoc non erat ex re, nam appa-
rebat de malo titulo, sed erant faciendæ probationes,
quæ debebant admitti stante suspensione petitorij, quia
fortè secus fuisset, si iam constitutisset in actis hic, quod
probare volebant, nec commissio aliquid operabatur,
quia tota restricta erat arbitrio iudicis. Quia secundum
dispo-

dispositionem iuris regulandum est, ad not. per Felin. in cap. canonum statuta, colum. 17. num. 36. & col. 29. num. 19. & 100. Bar. in Extrauag. ad reprim. in verf. videbitur cum nullæ sint. Vnde si de iure non veniant admittendi, nec etiam iudex debet arbitrati admittendos.

FABII.
De fide instrum. Tullens. matrimonij.
SVMMARIA.

1 *Instrumentis stantibus pro parte, & testibus de vero titulo, & ita usu obseruari deponentibus, vtrum probetur consuetudo.*

2 *Instrumentorum vigore etiam maximè authenticorum consuetudo non probari potest contraria inducta.*

3 *Limitatur vbi instrumenta non sola adducuntur, sed coniuncta cum legitima testium depositione, num. seq.*

4 *Diuersitas instrumentorum super eodem negocio productorum nequaquam consuetudinis approbationem inducere potest.*

DECISIO CCXLI.

1 IN causa Tullens. Meten. matrimonij † dubitatur, *an stantibus instrumentis pro parte Ioannettæ productis, & testibus deponentibus titulum verum, & ita vidisse obseruari rem, sit satis probata consuetudo, de qua agitur?* Testes deponebant concludenter, vt in dubio dicitur, sed dicebant testes 000 esse tales, quibus esset fides adhibenda. Sed hoc extra dubium ad instrumentum dixi nihil facere, quia non percutiebant tempus confecti instrumenti,
2 de cuius validitate in hac causa quærebatur: item, † quia ex instrumentis non potest probari consuetudo contra ius, & extraiudicialibus per Abbatem conf. 73. colum. 5. vers. 1. eod. lib. Sed ad hoc responderunt Domini, quod
3 posset esse verum † si sola instrumenta producerentur, sed si coniunguntur instrumenta cum dictis testibus, tūc cessant prædicta, quia tempus præcurrit tempus confecti instrumenti, de quo agitur. Erant etiam producta instrumenta ex parte contraria, quia de iure cōmuni erant
4 confecta non secundum istam considerationem. † Vnde stante tali diuersitate non videtur inducta aliqua consuetudo, vt dicit Bar. in l. fecunda, in fin. in princ. §. sed quid si in Ciuitate. ff. solut. matrim. quem sequitur Dec. conf. 29. colum. 2. in princ. verf. & consuetudo. Sed ad istud respondebatur, quod ista instrumenta, vltra quod non erant confecta a notario illius loci, non vocatis, inter quos prætendebatur consuetudo, de qua agitur. Et propter diuersitatem personarum non potest dici consuetudo, vt ibi per Bart. Et maximè, quia licet etiam ex aduerso hoc dubium ponderabant Domini, quòd in partibus fuerat productum instrumentum, de quo agitur, & nihil fuerat oppositum per eos, qui ibi sciebant consuetudinem, quòd de facili ista consuetudo potuisset aliàs, non autem in curia calumniosè videtur opponi.

FABII.
De præb. & renunc. In quadam Sanctæ Agathæ beneficiorum.

SVMMARIA.

1 *Resignans inualidè, quoad ordinarium dicitur ius, quod habet a se abdicare, & vacat beneficium, adeò, vt collatio eius ad ordinarium deuoluatur.*

2 *Vacante beneficio etiam per resignationem inualidam vtrum noua prouisio suffragetur.*

3 *Papa incontinenti vbi scit resignationem factam, deq. eius viribus dubitari, si confert beneficium, facit illud vacare & sit per nouam prouisionem titulus acquiritur prouisio.*

DECISIO CCXLII.

IN causa S. Agathæ beneficiorum dubitaui, an illa, in cuius manibus fuit facta resignatio, habuerit facultatem admittendi resignationem stante renunciatione, de qua in actis. Quoad primum nullū est dubium, quia verba reuocationis, *in principio in proemio*, & in dispositione erant clara, quod reuocabant gratias, & concessiones factas cum clausulis, eorumque substitutis, & quibuscumque alijs. Sed solum videbatur difficultas, in dec.
1 3. de renunc. in antiq. Bisig. qui vult, quòd resig. † inualidè, quoad ordinarium, dicatur abdicate ius a se, & dicatur vacare, vt ordinarius possit conferre, tamen quo ad instrumentorum dicatur vacare, & potest contra illum
2 agi. Si † ergo beneficium per resignationem inualidum vacat, ergo noua prouisio non suffragatur. Sed Domini
3 dixerunt, quod † statim, quòd Papa intelleat resignationem factam, & de illius viribus dubitari, & confert beneficium, facit illud vacare, & admittit resignationē, qua admissa, beneficium vacat, & noua prouisio dat titulum, vt vult idem Bisignetus decis. 1. eod. tit. de renunc. quem semper sequitur Rota.

FABII.
De renunc. & Simonia Carthagin. beneficij.
SVMMARIA.

1 *Retrocessio facta reseruato sibi accessu, & regressu vtrum contractum Simoniacum præsupponat.*

2 *Mandata correspectiua, quæ inter se habent pacta in retro cessione cum reseruatione pensionis, in beneficialibus Simoniam inducunt.*

3 *Resignatio facta longe ante tempore quam fiat reseruatio, non præsupponit pacta, quæ Simoniam inducunt.*

DECISIO CCXLIII.

1 IN causa Carthagin. beneficij de cler. dubitaui, † *an retrocessio facta reseruato sibi accessu, & regressu esset Simoniaca?* Fuerat per Adam resignatum beneficium de mense Iulij in nepotem suum, & de mense August. eiusdem anni fuerat per resignatarium datum mādatum ad retrocedendum in Adam reseruato regressu resignatario, & 10 Adam eadem die coram eisdem notario & testibus per eosdem procuratores, qui ad consentiendum regressui in eūdum, quòd in illum fieret retrocessio. Sed coram diuersis testibus & in alio loco, dicebatur, quòd
2 † ista mandata erant correspectiua, & propter hoc habere in se pacta, quæ in beneficialibus inducunt Simoniam, cap. cum pridem, com simi. Et videbatur, quòd licet aliàs Domini propter hoc voluerint possessorem vigore talis regressus expellere a possessione, sed mandarunt causam concordari, tamen quando habens talem regressum agebat ad canonizationem contra possidentem, tunc in casu isto iudicauimus contra talem regressum, & aliàs in vna Calagurit. coram Reuerend. 10 fauorem Petri renuisse contra Iulianum Gomez, tamen omnes Domini dixerūt contrarium, quia decis. allegatæ procedunt, quando eadem die fuerat facta resignatio, & erat factum mandatum retrocedendum reseruato regressu. Sed in casu isto,
3 vbi † resignatio tanto tempore antea præcessisset. Vnde retrocessio nullam habebat difficultatem ad illud. Et licet mandata essent facta eadem die, tamen nullam inducebant pactionem, quia si ista non aliter intendebat retrocedere, nisi reseruato sibi regressu, mandata aliàs fieri non poterant omnino argui ad correspectiuitatem, nec tunc dicta per Bart. in l. penult. §. fin. in verf. nam illa verba. ff.... & per Fel. in d. cap. personas, in princip. colum. 4. num. 15. verfic. scias, quòd si vous contractus, de rescript.

FABII.
In quadam Toletana pensionis.
SVMMARIVM.

1 *Commissio, si fiat ab vno Pontifice, non astringit successorem ad eam ratam habendam, cum id quod prædecessor concessit successor denegare possit.*

DECISIO CCXLIV.

1 IN causa Toletan. pension. 500. ducatorum dubitaui, an † *non obstante derogatione Clementis, & post eam consensibus ab vtraque parte præstitis super supplicatione, in qua erat cassatura concordia, & voluntas contrahentium dura-*

durauerat, quo ad denegata tempore confirmationis Pauli, illud dubium in effectu fuerat positum & resolutum pro cassatione voluntatis 21. Octebris anni proximi? Sed causa præsentis dubitationis fuerat, quia consensus ibi præstiti erant, & extendebantur ad consensum non ad denegata, cum in denegatis quæ nihil erant, non poterat dici præstitus consensus ad non concessa contra intẽtionem consentientis. Vnde ad omnia consensu adebet extendi, ad quæ se extendit voluntas consentientis, quia aliàs reclamassent, & voluissent stare concordiæ, etiam si denegata non fuissent cummunita. Et licet diceretur, quod concordia erat facta saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, vnde licet Clemens denegasset, potuit tamen Paulus concedere, ex quo non erat sub nomine proprio, sed nomine dignitatis, ad not. in cap. quoniam Abb. de offic. deleg. & in cap. si gratiosæ, de rescrip. in 6. qui particulariter inducebantur, sed illum text. & in eo not. retorquebant, quòd procederet, nisi Clemens denegasset, tunc enim successor potuisset, sed secuta denegatione conditio deficit, vnde non expectatur amplius beneplacitum successoris, sicut in d. cap. si gratiosæ, quia hoc modo retorquebatur. Et ita Domini non mutarunt opinionem.

F A B I I.

De renunc. & præbend. Agathen. beneficij, 29. Martij, 1550.

S V M M A R I A.

1 *Resignatione facta in manibus ipsius, qui prætenditur habere facultatem admittendi resignationes incontinenti si prouideatur de eodem beneficio resignato familiari resignantis, cum vicinitas actuum appareat, arguit pacta intercessisse, & ob id præsupponitur Symoniaca resignatio.*

2 *Decretum irritans promulgatum iussu Sanctissimi, aut superioris ad id potestatem habentis, non extenditur ad nouas prouisiones, cum tantum referatur ad præterita, non autem futura.*

D E C I S I O CCXLVII.

IN causa Agaten. beneficiorum dubitaui, *an resignatio, de qua agitur, censeatur valida esse vigore facultatis renocata cum decreto irritanti, & an noua prouisio subsistat?* Prætendebatur enim resignationem de isto beneficio factam esse simoniacam, eo quia incontinenti facta, resignatione in manibus illius, qui prætendebatur habere facultatem admittendi resignationes, statim dicatur prouisum vni familiari resignantis. Vnde dicebatur, quòd ex ista vicinitate actorum, quæ præsumitur facta mediante pactione, & sic simoniaca, argumento no. per gl. in cap. officij tui, in vers. incontinenti, de elect. Quod paruipenderunt Domini, quia gl. loquitur in alijs terminis, & quasi omnes resignationes infringerentur si hoc procederet. Nec mouit Dominos quòd fuerit prouisum familiari resignantis. Ex alio etiam fiebat difficultas, quia
1 fuerat facta † resignatio in manibus habẽtis facultatem, quæ facultas præsupponebatur reuocata per Clementem, per regulam suam, in qua est decretum irritans nedum annullans reuocationes factas post reuocationem facultatis, sed etiam omnia inde secuta. Vnde ex hoc inferebant prouisionem nouam non tenere, propter decretum irritans, & maximè, quia si Papa intellexisset, non concessisset, aut difficilius; Domini, hoc non obstante, di-
2 xerunt nouam prouisionem bonam, quia decretum † irritans non se potest extendere ad nouam prouisionem, cum illam nõ respiciat ex post interuenientibus, sed tantum præterita, & propterea hoc intellecto etiam concessisset nouam prouisionem, cum de alicuius præiudicio non tractaretur, & non intellexisset saltem in genere viribus non subsistere resignationem, quemcumque defectum pateretur.

F A B I I.

De remissoria Maioricensis Parochialis.

S V M M A R I A.

1 *Præsumpta calumnia in tertia instantia an impediat dationem remissoriarum.*

2 *Actore nil probante, reus nullo modo constringi potest vel ad minimam etiam probationem induce endam.*

D E C I S I O CCXLVIII.

IN causa Maioricen. parochialis S. Nicolai dubitaui, *an esset danda remissoria?* Et potissima ratio, quæ ad-
1 ducebatur erat quòd non, quia † cum essemus in tertia instantia erat in præsumpta calumnia. Quia cum parti aduersæ esset data in prima, poterat & ipse, qui erat reus expediuisse, & fecisse probationes suas, quod cum non fieret videbatur calumnia. Ex aduerso dicebatur quòd
2 † cum tunc actor nihil probasset, reum nõ esse astrictum ad aliquam probationem, l. qui accus. C. de edend. Domini dixerunt inspiciẽda esse duo, & probationem actoris, an valida esset petentis remissoriam, & tunc perpenditur calumnia vel non calumnia ad dandam remissoriam.

F A B I I.

De restit. spol. in quadam Toletana.

S V M M A R I V M.

1 *Petitorij causa opponi non potest, nisi plene & in totum ante spolium admissum sit purgatum.*

D E C I S I O CCXLIX.

IN causa Toletan. de Callapagar Ioannes Poscius, cum ageretur spolio contra illum per Aloysium de Here-
1 dia, cessetat spolio, & † cum vellet prosequi causam petitorij, opponebatur non posse, nisi in totum purgato spolio. Et ita dixerunt Domini supersedendum, donec potuisset mitti ad partes pro possessione, & redijsset ad Curiam, & videretur, *an in effectu possessionem haberet, & etiam donec fructus liquidati essent & soluti*, non obstante, quòd idem Ioannes Poscius fecisset depositum vnius Iulij pro expensis & fructibus liquidandis.

F A B I I.

De sentent. & re iudic. Romana Casalis.

S V M M A R I A.

1 *Actio, si contra plures instituta fuerit, sed termini non seruati ratione omnium aut reiterati omniũ nomine virum sententia ob id nulla reddatur.*

2 *Pluribus litigantibus non necessario in actu processus habetur respectus nominum propriorum, cum appellatiua actus sufficienter subseruire possint.*

D E C I S I O CCL.

1 IN causa Romana Casalis dubitaui, † *an sententia sit nulla, quia contra omnes capellanos non fuerunt seruati termini, vel nomine omnium reiterati, vel saltem possit pro parte sustineri?* Fuerat commissa causa inuasionis per Michaelem contra assertos capellanos capellæ Innocentianæ, & fuerunt seruati termini contra vnum ex capellanis, tamquam principalem & procuratorem, qui tamen non fuerat vnquam procurator. Deinde fuerant reiterati termini per procuratorem constitutum a tribus capellanis & quatuor, qui erant; deinde lata sententia adiudicando casale capellæ, & capellanis. Vnde dicebatur sententiam nullam, quia non erant seruati termini, nec reiterati per omnes capellanos, ad Cassad. 4. de rescript. Tamen DD. fuerunt in contraria opinione, quia omnia erant facta contra capellanos, & capellanis tam-
2 quam capellanis, non † autem nomine proprio. Et similiter sententia, vt dixi, in fauorem capellæ, & capellanorũ, vnde nedum tres, sed etiam vnus conclusit omnia facere, per ea, quæ habentur per Doctores in cap. olim, de testibus, multo magis in casu isto, in quo tres fuerunt in iudicio, quo stante, non fuit necessarium deuenire ad discussionem secundæ partis dubij, in quo tamen Domini sentiebant, quòd sententia nõ potuisset pro parte valere, quantumcumque esset super re dimidia, l. in hoc iudicio, ff. famil. erciscund. & ibi glos. & Doct.

Fa-

FABII.

De præben. in quadam Episcopi Scalensis.

SVMMARIA.

1 *Alternatiua concessa a Sanctissimo Ordinario si fuerit, an ante litterarum expeditionem valideт, & vacantia beneficia possit conferre.*

2 *Gratia an per solum supplicem libellum Papæ oblatum perfectum vigorem adipiscatur, libello etiam informi existente.*

3 *Obstaculum regulæ octo mensium per concessionem alternatiuæ remouetur, vbi ordinarius habet ius in omnibus mensibus vacantes præbendas conferendi ex speciali indulto.*

DECISIO CCLI.

1 AD instantiam Episcopi Scalen. quæsiui, † *an Episcopus ipse, cui a Sanctissimo erat concessa alternatiua, potuerit valide conferre, quæ vacauerunt ante expeditionem litterarum?* Et dubium faciebat, quòd habetur in decis. 402. cum duobus præcedentibus in nou. tamen Do-
2 mini dixerunt contrarium, quia † ex sola supplicatione gratia perficitur, licet dicatur informis, & non possit canonizari, obstante regula Cancellariæ. Secundo, quia, ex
3 quo ista † alternatiua est concessa Ordinario collatori, qui de iure habet ius conferendi in omnibus mensibus, per illam concessionem remouetur solum obstaculum regulæ octo mensium. Nec obstabant adducta in contrarium, quæ loquuntur in alijs terminis.

FABII.

De concess. præbend. Turritan. Canonicatus & præben.

SVMMARIA.

1 *Prouisio noua vtrum gratiam consumat facta antea acceptatione de beneficio cesso in alterius fauorem.*

2 *Acceptans & cedens nulla necessitate cogente, sed sua sponte, idque in fauorem nouæ possessionis sibi haud dubie præiudicium parit.*

DECISIO CCLII.

IN causa Turritan. canonicatus & præbend. dubitaui, *an ex deductis in huiusmodi causa constet de consumptione gratiæ Domini Georgij, qui cessit in fauorem Antonij, sicque Georgius, qui acceptauerat ante canonicatum, de quo agitur vigore expectatiuæ, & duo alia beneficia, quorum*
1 *vnum erat in Turritana diœcesi:* Vnde dubitabatur, † *an ex illa acceptatione esset consumpta gratia, vt possit habere canonicatum, cum ad vnum tantum beneficium esset gratia in diœcesi Turritan. & de tali acceptatione constabat ex narratis per eum in sua noua prouisione?* Idem tale beneficium cesserat in alium, & de consensu suo super hoc consensum præstabat, adeo quod dixerunt Domini rem esse claram, & quia ex illis, de quibus in noua prouisione, & acceptatione facta vigore expectatiuæ. Tamen dixerunt Domini, quod quantumcumque commodum nullum
2 reportasset, tamen ex quo acceptauerat † & cesserat nulla necessitate cogente in fauorem possessoris sibi præiudicabat, dato, quod acceptatio fuisset de beneficio sibi non debito, quod tamen non erat in casu isto, quia erat sibi debitum, & sic gratia erat consumpta, ex dictis Romani cons. 229 nu. 8. vers. ceterum, post Ioannem Andr. in cap. cum in multis, de rescript.

FABII.

De senten. & re iud. Cæsaraugust. pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Apocha vna producta in iudicio, altera non recognita, vtrum fidem faciat, vt validè per eam debitum probari possit, an vtrinsque productio requiratur.*

2 *Confessio in carceribus facta, & eta non in iudicio releuare non videtur, vt ex ea fundamentum solidum capi possit.*

3 *Exceptio compensationis post rem iudicatam, & elapsum terminum datum opponi non potest.*

4 *Limitatur & intelligitur in debito non liquido, secus in liquido, num. seq.*

DECISIO CCLIII.

IN causa Cæsaraugustana pecuniaria dubitaui, *an Pollizæ, de quibus in actis, sint tales, quòd de eis possit opponi in hac causa, in qua iam est decretum brachium sæcula-*
1 *re?* Et punctus fuit restrictus ad vnam † Pollizam, quia alia non erat recognita, fuerat restricta ad medietatem. Quia Matthæus Pasqual, cuius manus erat recognita, erat subsecutus cum alio in ista summa pro medietate, quod sufficiebat, quia continebat in totũ 3500. & Matthæus habebat brachium sæculare saltem per 1200. Et quia stabat confessio Matthæi corã Gubernatore in carceribus facta, quòd pro istis pecunijs pro eo solutis vt extabant Pollizæ. Ideo dixerunt Domini, quòd res non
2 habebat difficultatẽ, tamen, quia ista † confessio non erat producta in iudicio, colloquebãtur de alio arrendamento, vt postea animaduerti, in hoc non potuit fieri fundamentum. Sed ex actis Domini fuerunt in hac opinione, quòd illa Polliza poterat opponi, quia erat debitum liquidum, adeò quod poterat de ea opponi, l. 1. C. de compens. Et licet ex aduerso allegaretur, quæ etiam fuerant
3 adducta dato simili puncto, quod † post rem iudicatam & elapsum terminum datum ad iudicatum, non poterat opponi exceptio compensationis, Bart. in l. Auger. §. qui compensationem, ff cum simil. l. quibus sup. de iure fisci,
4 tamen † dixerunt Domini esse intelligendum de debito non liquido. Ideo videndum esse, quid opponeretur huic schedulæ, quòd si debitum remaneret liquidum, vtique compensaretur.

FABII.

De caus. possess. in quadam Romana de Gaddis.

SVMMARIA.

1 *Castrum tutorio nomine susceptum vtrum vigore instrumenti dotalis propria auctoritate possit recipi ad possessionem nomine proprio contra hæredem.*

2 *Animus si probatus sit, & voluntas possidendi, tamquam hæredes, nec constet de voluntate possessionis mutandæ ratione creditoris, quid operetur.*

DECISIO CCLIV.

IN causa Romana de Gaddis proposui, præsupposito, quod Claudia post susceptam tutelam castri Riani tutorio nomine, *vtrum postea licuerit ei proprio nomine vigore instrumenti dotalis dantis licentiam regrediendi propria auctoritate, & castrum retinendi, quandoque recipere possidere proprio nomine contra hæredem, per not. per Bart. in l. creditores, C. de pignor. cum multis alijs?* Et licet ex aduerso diceretur pro parte Archiepiscopi, quod fe-
1 cerat sibi adiudicare insolutum † castrum pro cõcurrenti quantitate decem & septem millium ducatorum, in quibus erat creditor, & habebat hypothecam anteriorem Claudiæ, & quod post illam abdicationem cœperit possidere tamquam creditor, non tamquam hæres, quo casu contra illam non habentem causam a patre suo, qui dederat licentiam Claudiæ, non poterat Claudia illum spoliando propria auctoritate incipere possidere vigore
2 dicti instrumenti: tamen dixerunt Domini, quòd † ex quo aliquibus constabat de animo suo, quòd voluerit possidere tamquam hæres, nec constabat, quod sibi voluerit mutare causam possessionis, & possidere pro creditore, quod non debebat haberi in consideratione, nisi hoc ostenderetur.

FABII.

De fide instrumentorum Tolet. matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum vnum a notario confectum, de quo suspicio est falsificationis, an præsupponat alia consequenter ab eo facta etiam de falso notari posse.*

Su-

2 *Suspectum esse aliquem in conscriptione instrumenti, aut publica scriptura, aliud est quam esse falsarium.*

3 *Notarius postquam fuit suspectus, tandem si inquiratur officio iudicis præiudicat parti, secus si non fuerit inquisitus, sed sola suspicione notatus.*

DECISIO CCLV.

IN causa Tuller. Meteo. matrimonij dubitaui, præsupposito, quòd sit notarius Arnulphi cognita, quòd non fuerat de contractu illo emptionis rogatus, sed interuenerat tanquam vnus deputatis deputatus ad inuestiendum, & extensa per Ioannem, cum additum sit nedum nomen vxoris, sed & gesta ab vxore in positione, acquisitione ac solutione pretij, sit falsitas talis, ex quo oriatur suspicio contra testamentum Philippi ab illis rogati. Et dixerunt Domini prout aliàs, quod non. Moti ea ratione: quia omnia legata per Aduocatos præsupponentes
1 de omni suspicione loquebantur † in notario, qui condemnatus fuerat, aut aliàs inquisitus super eo, quòd instrumentum falsificauerat. Nam tunc verum erat dicere, quod omnia instrumenta per eum postea facta erant suspecta. Sed in isto casu non erat sic: quia in illa opposi-
2 tione faciebant Arnulphum suspectum, † sed non falsarium, & nullibi cautum reperiebatur, nec aliquis dicebat, quòd orta suspicione contra vnum notarium, ex aliqua causa in aliquo instrumento, quòd esset suspectus, quòd omnia instrumenta per eum postea facta, ex quo tractabatur pro interesse partis recurrentis ad illam, quia erat reputatus fidelis & fide dignus, pateretur damnum, quòd actis ab illo fides adhibenda non esset, quod
3 erat secus quando † iam fuisset condemnatus vel inquisitus, quia tunc imputandum esset illis, qui a tali notario non obtinuissent.

FABII.

De constit. & acquir. poss. Romana de Gaddis 6. Iunij 1550.

SVMMARIA.

1 *Pactum instrumento dotali appositum vt virum ligat, ita & eius heredes, ad quos post mortem defertur possessio hereditatis.*

2 *Constituens se nomine mulieris possidere in euentum restitutionis dotis, eueniente casu mortis, tantum est, ac si euenisset post ipsum casum mortis.*

Limita hoc & intellige vt latius num. seq.

4 *Tacita ratificatio aliquando de iure pignoris, non autem de possessione respectu constituti intelligi debet.*

5 *Causa possessionis an mutari possit ex alia ratione, quàm si dimittatur ex prima causa hereditaria.*

DECISIO CCLVI.

IN causa Romana de Gaddis, præsupposito, quòd post sententiam latam super credito, Archiepiscopus declarauerit se velle possidere tamquam creditorem, *an tunc licuerit Claudia spoliare Archiepiscopum sua medietate?* Et dicebatur pro parte hæredum Claudiæ, quod
1 sic, propter † pactum instrumenti, quod erat appositum in instrumento dotali, quia sicut ligabat Aloysium virum, eodem modo eius hæredes, qui post mortem Aloysij patris sui, nomine Claudiæ propter illud pactum tenebantur. Quo stante, quando postmodum fuit lata sententia super credito, non potuit Archiepiscopus in præiudicium Claudiæ incipere possidere tamquam creditor, l. [illegible] §. alterum, ff. de acquir. poss. Sed ad hoc respondebatur [illegible] quod ad hoc constitutum post mortem Aloysij non operabatur aliquem effectum tamquam col-
2 latum post mortem. Dicebatur, eo quod † constituebat se nomine Claudiæ possidere in euentum restitutionis dotis. Vnde cum eueniret casus mortis, erat ac si esset collatum post mortem. Vnde non operabatur aliquem effectum, vt not. Ang. in l. quamuis, §. si conductor, vers. ex hoc dicto, & ibi Rim. ver. per hoc dixit, Ang. Alex. ibi, colum. 2. vers. per istum text Ias. in l. 2. col. penult. vers. confirmatum est etiam, ff. de acq. poss. Et hoc placebat
3 multis ex Dominis, tamen vnus dixit, quod † prædicta loquebantur, quando contra conuentum erat expressè collatum post mortem, secus quando in instrumento dotali erat collatum in euentum restitutionis, per Bart. in l. prima, C. de con. ser. mand. & Bal. Nouel. in tract. de dot. Gozad. cons. 42. Crot. in l. si is qui emptore, num. 101. secundum nouam impress. ff. de vsucap. Tiraquel. in tract. de const. in prima parte, in 13. limit. Quæ cum non fuissent visa a Dominis, perstiterunt, & Tiraquel. omnes cumulat in dicto tractatu, in 3. & 13. limit. Et licet esset aliqua discrepantia, tamen placuit Dominis distinctio Socini in l. prima, §. si iusserit, ff. de acquir. poss. quod quoad possessionem requirendam nulla difficultas de animo constet. Sed replicabatur, quod ante sententiam latam, etsi antequam Archiepiscopus incepisset possidere pro creditore, Claudia in iudicio discussionis, etiam pro credito suo produxerat instrumentum dotale. Vnde dicebatur, *omnia contenta in ea ratificasse*. Sed Domini dixe-
4 runt, quod ista † erat tacita ratificatio, quæ debebat intelligi tantum de iure pignoris, non autem de possessione respectu constituti, cum postea Claudia declarauerit, se velle possidere tutorio nomine, vt fuit aliàs resolutum. Vnde remansit resolutum dubium, quod non liceret Claudiæ spoliare Archiepiscopum causa crediti possidentem. Et licet vlterius diceretur, quod non licuit Ar-
5 chiepiscopo † mutare sibi causam possessionis, nisi illam dimitteret ex prima causa hæreditaria, & de nouo tamquam creditor inceperit possidere, l. qui bona, §. fin. & ibi Cuman. & Paul. de Castro, ff. de acquirend. poss. Aret. Institut. de vsucap. §. nouissimè, tamen respondebatur & bene, quod illa opinio non est vera, & contrarium tenent communiter scribentes, vt per Soc. in d. §. si iusserit, & in dict. l. §. si pluribus, in secunda quæst. ff. de acquir. poss. Et hanc opinionem sequitur semper Rota, quidquid aliàs dixerit Sarnen. super regulis. Propterea hic Archiepiscopus non mutauit sibi causam possessionis, sed causæ cumulabat, quod erat sine difficultate, licet dict. l. 3. §. si ex pluribus, Felin. in cap. in nostro, in tit. de rescrip. Castren. in d. l. qui bona, §. fin. Cassad. decis. 4. in fin. de restit. spol.

FABII.

De excep. compens. sent. & re iud. Romana de Pichis.

SVMMARIA.

1 *Exceptio dolo facis cum petis quod statim ex vigore pacti restituturus es, vtrum impedimento sit quo minus fiat executio.*

2 *Depositum metu excommunicationis fulminata, & censurarum factum, an veniat relaxandum.*

3 *Sententia qua ob lapsum fatalium transiuit in rem iudicatam vtrum possit executioni mandari.*

4 *Exceptio compensationis & dolo facis, concurrunt aliquando, & mutuo se confundunt.*

5 *Compensatio hanc vim habet vt res iudicata executionem habere non possit.*

6 *Instrumento quando ad mutui petitionem agitur, exceptiones dantur, & sic debitum minus esse liquidum arguitur.*

DECISIO CCLVII.

1 IN vna Rom. de Pichis dubitaui, *an † executio posset impediri prætextu exceptionis, dolo facis, vel compensationis ex aduerso opposita?* Hieron. de Pichis mutuauerat 180. doc. Io. Georgio de Cæsarinis restituendos post certum tempus, quo elapso egerat contra Marcum Cassalium, & alios fideiussores: & obtinuerat confiteri debi-
2 tum, & eos excommunicari, qui † metu censurarum fecerant depositum quod fuerat relaxatum Hieronymo. Deinde isti fideiussores commiserant causam nullitatis istarum sententiarum, & repetitionis Domini Cardina-
3 lis Anconitan. qui pronunciauerat sententias † nullas, &

resti-

restituen. depositum. Sententia tandem ob lapsum fatalium transierat in iudicatum, & petebatur eius executio, qui Hieronymus Modernus dicebat, dolo fecisse petendo, quòd statim restituturus esset. Quia ex contractu mutui tantumdem restituturus erat, & in totum teneri.
4 Et † sic ista exceptione non obstante, saltem exceptio cōpensationis, quæ contra executionem rei iudicatæ poterat opponi, quæ concurrit cum exceptione dolo facis, & inuicem confunduntur, secundum Bal. in l. eius, in fine, C. de Compensa. tradit Felin. in cap. suborta, colum. 2. de re iudic. Sed ex aduerso dicebatur, quòd placuit Dominis, quod ex quo isti tamquam principales arguunt ad nullitatē contractus & repetitionis depositi, contentiunt autem tamquam fideiussores, nō potest contra illos opponi exceptio dolo facis, per Arc. in l. ex duobus, Lap. col. 1. vers. & ista ad tres, ff. de duob. reis. Et similiter non potest opponi exceptio cōpensationis, quia enatuat rem iudicatam, l. 2. C. de compens. in princ. vbi omnes. Et hac ratione non potest opponi exceptio dolo facis, quod non dicendum est, quod ad idem tendit, & confunditur cum
5 compensatione. Nam quid esset dicere, † compensamus, nisi, quòd ipsa res iudicata non habeat executionē. Nam propter illius etiam instrumen. fuerat fideiussoris, suberat & factum depositum, quod fuit per rem iudicatam mandatum restitui, & declaratum sententias nullas. Di-
6 cebatur etiam, quòd † quando agitur instrumento ad petitionem mutui, dabantur exceptiones, & sic debitum non est liquidum. Vnde de eo non potest opponi compensatio, iur. vulgar.

FABII.

De fide instrum. & dolo & centum Calaguritan. decimarum.

SVMMARIA.

1 *Citatio partis ad valuas Curiæ vel Ecclesiarum, non facta alia intimatione, vtrum impediat validitatem processus.*

2 *Pars ea scire non tenetur, quæ apud acta fiunt, ne sibi præiudicium inde aliquod generetur.*

3 *Pars vt constituat procuratores citata, non vlterius inquirere debet apud acta de illis constitutis.*

4 *Citatio vnica facta per negligentiam vnius, & nō per duos, pro repertione principalis, non releuat etiam subsecuta affixione ad valuas.*

5 *Procuratore non habente mandatum ad acceptandum, vtrum processus ob id nullus dicatur.*

DECISIO CCLVIII.

IN vna Calaguritan. decimarum dubitaui, *an stante citatione ad constituendos procuratores pro executione*
1 *executorialium ad certum terminum cum † protestatione, quod alia pars citabatur ad valuas pro affixione, an si constitutio facta post terminum, & parte non intimata valeat processus per affixionem ad valuas.* Et præsuppositum fuit, quod relaxatio instrumenti fuerat facta post constitutionem procuratoris, vt constabat ex libro notarij. Et dubitabatur per dictum Castren. in l. 1. de satisd. qui vult,
2 † quòd illa, quæ fiunt apud acta, pars teneatur scire. Et ideò, quando voluit extrahere instrumen. compulsoriali debuit perquirere, an essent constituti procuratores. Et licet diceretur, quòd Abb. in cap. mandat. in fin. de procur. diceret, quod contra Paulum est communis opinio, tamen dubitatum fuit, quod istud nō est verum, sed quod dictum Pauli erat reprobatum. Tamen Domini
3 tenuerūt † contrarium in casu isto, quia ex quo pars erat citata ad constituendum procuratores pro certa hora, non debuit amplius perquirere apud acta, an essent postea constituti, sed pars tenebatur intimare. Et hoc casu non loquitur Pau. sed Bar. in l. eos, § Apostolos, C. de appel. Vnde deducitur iste casus. Dicebatur etiam, quòd ex
4 † quo erat facta diligentia per vnum, & non per duos de reperiendo principalem, quod non releuabat citatio per affixionem. Sed Domini hoc non curarunt, quia hoc est
5 de stylo Curiæ. Opponebatur etiam, † quòd procurator non habebat mandatum ad acceptandum. Ideò dicebatur, quod processus erat nullus, tamen ad euitandum alleg. Hoc etiam non placuit Dominis, quod habebat mandatum speciale, ad id, quod fecerat, quo casu non valet oppositio, ad decis. 223. in nou. Et fuit dictum, quòd aliàs fuit dubitatum in vna Toletan. & nihil resolutum, & dictum, quòd aliàs super hoc agetur.

FABII.

De constit. & regress. in quadam Hispalensi.

SVMMARIA.

1 *Filij & descendentes tam ex linea paterna quàm materna vsque ad tertium gradum, ab hæreticis vel reconciliatis, si per statutum canonicatus acceptare, vel per prębendas in quadam Ecclesia non possint, an etiam a reserua pensionis ob id excludantur.*

2 *Prohibitum si sit obtinere beneficium, etiam censetur prohibitum ea adipisci, quæ ad id perducere dignoscuntur, & sit principali prohibito, & eius accessorium prohibitum censetur.*

3 *Causa de futuro, si est separata ab illa, quæ fuit de præterito, vtrum statutum vtramque comprehendat.*

4 *Statutum comprehendens descendentes ex linea materna, & per quod alter alterius odio prægrauatur odiosum est, ob id restringendum.*

5 *Constitutio exorbitans & odiosa loquens de iuris acquisitione in beneficio nequaquam venit extendenda.*

6 *Statutum annullans donationes, vt non comprehendit donationes ob causam, ita etiam statutum de reseruationibus non extenditur ad reseruationem factam ob causam.*

DECISIO CCLIX.

IN causa Hispalen. dubitaui, *an Episcopus Scalen. qui ante statutum Clemētis obtinebat huiusmodi portionem fuerit impeditus per dictum statutum resignare reseruato sibi regressu & fructibus?* Et Dominus Paulus dixit punctum istum fuisse aliàs resolutum coram Crasc. in causa Hispalen. portion. inter Episcopum Scalen. ex vna, & Ioannem de Moriglias ex alia. Fuit dubitatum coram Domino Marsicano de mense Februarij, 1541. an statu-
1 tum Ecclesiæ Hispalen. quo cauebatur, † quòd filij & descendētes per lineam paternam vel mat. vsque ad tertium gradum ex hæreticis seu reconciliatis non possent de cetero obtinere cano. & præbend. aut in eis aliquod acquirere, comprehēderat regress. quod propter dictum statutum Episcopus ex causa resignationis de dicta portione facta obtinuerat reseruari. Et pro affirmatiua dice-
2 cebatur, quod † si tales erāt prohibiti obtinere beneficia, ergo erant prohibiti id, quod perducit ad illa, leg. omnino, ff. de sponsal. l. secunda, & ibi Bart. ff. de iurisdict. omnium iudic. cap. cum quid, de regul. iur. in 6. vbi per regressum ad beneficium.... Ergo licet regressus habeat cursum retro, & esset concessus ex causa de præterito, ta-
3 men quia † causa de futuro erat separata a causa de præterito. Ideo etiam statutum deberat illud comprehendere, per Felin. in cap. fin. colum. 2. vers. sed declaratio huius fallen. de constit. Tamen istis non obstan. fuit decisum contrarium, quia licet tale statum sit in fauorem fidei & Eccles. vt purgarentur suspecti & infecti. huius-
4 modi tamen † in quantum comprehendebat descēdentes ex linea materna vsque ad tertium gradum erat exorbitans a iure, vt patet in c. 1. de hæret. in 6. Item in quantum alter alterius odio prægrauatur, est odiosum, per Bart. in lib. 1. colum. 2. circa princip. ff. de verb. signific. & l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiestat. Est odiosum odio irra-
5 tionabili. Cum † ergo constitutio sit exorbitans & odiosa, & loquatur in acquirendo ius in beneficio, non debebat extendi ad continuandum ius suum. Nam per hunc regressum dicebatur, quodammodo ius suum cōtinuaretur, argum. l. quidquid. ff. de solut. Et non videbatur

eadem

eadem ratio in vtroque casu, cum statutum non inhabi-
litet quoad acquisitionem, per Felin. in cap. fin. vers. hanc
fallen. limita, de constitut. Et si constitutio non inhabili-
tat, quoad ius, facilius erat, Episcopum tollerare in suo
regressu, quàm quòd actu aliter in iure quæsito perseue-
rasset. Et ideo ius illud non dependent ex causa de præte-
rito non videtur constitutionem extendere argumento
eorum, quæ dicit Cassad. in prima decis. de pact. item
quia regressus est ob causam, & ex onerosa resignatione.
6 Vnde † sicut statutum annullans donationes non cōpre-
hendebat donationem ob causam, ad not. in l. 1. de dona.
Ita & statutum istud. Et ita resolutum fuit.

F A B I I.

De dolo & contumacia & fide instrumentorum Cartaginen. decimarum.

S V M M A R I A.

1 *Citatio facta contra partem ex executione compulsorialium generalium per affixionem, non dimissa copia, an valeat.*
2 *Citatio quæ fit ad causam, vbi facta fuerit & aliæ quæ post modum fiunt per contradictas, etiam non comparente citato, potius istæ fiunt citationes ex vrbanitate, quàm necessitate.*
3 *Citationes quæ fiunt in partibus post primam citationem, similes dicuntur illis, quæ fiunt in Curia per contradictas.*
4 *Iudicis mandato si fieri debeat diligentia, de inquirendo principali vel eius procuratore per citationem ea facta, & iis non comparentibus affixio ad valuas Ecclesiæ Cathedralis fieri debet.*
5 *Forma in citatione seruari solita, vbi obseruata fuerit, non necessario requiritur copiæ dimissio præsupposito quòd iure communi non reperiatur copiam dimitti debere.*

D E C I S I O C C L X.

1 IN causa Carthaginen. decimarum dubitaui, † *an citatio*
facta contra Petrum ex executione compulsorialium
generaliter affixionem non dimissa copia valeret? Et dixe-
runt Domini, quòd sic, quia postquam quis est citatus,
2 primo ad causam, † aliæ citationes, quæ fiunt postmodū
per contradictas non comparente citato, potius faciunt
ex vrbanitate, quàm ex necessitate, per Miller. in vers. ci-
3 tatio, in suo repertorio, tum † videtur, quod citationes,
quæ fiunt in partibus post primam citationem, dicuntur
similes esse illis, quæ fiunt in Curia, per contradictas per
Castren. in l. & peremptoriam, in ti. ff. de iudic. quem se-
quitur Felin. in c. quoniam. §. porro, 4 col. in fine, vt lite
non contest. Et propterea sicut facta per contradictas di-
cuntur ficta, ita & illæ, quæ fiunt ex voluntate in partibus
in executione compulsorialium, & remissoria, maximè
cum in Curia fiat intimatio, quòd in partibus in tali loco
fiat executio. Eo maximè hæc opinio placuit, quia quan-
do in Curia fit actio ad cōstituendum procuratores, qui
intersint exactioni iurium, dicuntur aliàs possidere per
affixionem, prout fuit factum in causa ista, nec dicatur
dimissa copia. Ideo satis est, quòd sit seruatum, quòd cō-
4 tinebat protestatio; † & iudex in partibus mandat fieri
diligentiam de reperiendo principalem vel procurato-
rem suum ad citandum, aliàs citetur per affixionem ad
5 valuas cathedralis. Ideo † cum sit seruata forma data a
iudice, citatio debet valere, licet non sit dimissa copia: cū
iure cautum non reperiatur, quod in istis citatibus copia
debeat dimitti. Et licet pro ista parte allegaretur, decis.
10. nouu. in addi. 225. dixerunt Domini, quod non fa-
ciebat ad propositum, quia loquebatur in citatione per
edictum.

F A B I I.

De appell. Cassalens. Canonic.

S V M M A R I A.

1 *Reuerentiales dantur actori, vbi appellante reo termini ab eo a iudice propositi ad respondendum causa Apostolorum non fuerint obseruati.*
2 *Reuerentiales ex decisione Rotali nō arctant ad tempus decem dierum, & ideo ipsarum causa executoriales non veniunt decernendæ.*

D E C I S I O C C L X I.

IN vna Cassalen. canonic. erat lata sententia, a qua erat
appellatum, & auditor dederat terminum iuris? De-
inde eodem reuerso pro Apostolis dederat alium termi-
num iuris. Postmodum pars, pro qua erat lata sententia,
fecit citare appellantem ad videndum sibi responderi de
1 Apostolis, & eo non comparente, † Auditor dederat re-
uerentiales, quòd appellans post responsionem de Apo-
stolis non commiserat causam infra decem dies. Ex ad-
uerso obtenta erat commissio executorialis, & petebatur
decerni executoriales, & taxari expensas, dubitaui, *an es-*
sent decernendæ? Et Domini dixerunt, quòd nō deberent
decerni executoriales, & quòd appellans non tenebatur
respondere pro Apostolis, & a iure habebat annum ad
committendam causam, licet propterea pars sciens sibi
saluum esse ius suum fuit contumax, nec voluit compa-
2 rere citata. Vnde † licet Domini dederint reuerentiales,
tamen non arctabatur causa infra decem dies, & propte-
rea executoriales non erant decernendæ.

F A B I I.

De citatione in quadam Lunensi iuris patronat.

S V M M A R I A.

1 *Inquisitio diligens per vnum vel alterum diem, si fiat a cursoribus pro procuratore partis reperiendo, & dicatur abesse ab vrbe, fiet citatio ad valuas domus habitationis si certa fuerit, sin minus, per contradictas in Campo Floræ affixas erit citandus.*
2 *Cursores si referant vel vnica vice procuratorem reperiri non posse, per id absentia eius de stylo Curiæ satis sufficienterq. est probata.*

D E C I S I O C C L X I I.

1 IN causa Lunen. Sarsanen. iurispat. erat facta † diligen-
tia per vnum & per duos dies, de reperiendo procu-
ratorem, & cursores retulerant, audiuisse in domo eius,
quomodo erat absens ab vrbe, quæsiui, *quomodo esset de-*
cernendus processus? Et dixerunt DD. per affixionem ad
valuas domus si habeat. Et quia dicebatur domum non
habere in vrbe, sed quod cursores dicebant, illum non
inuenire, licet perquirerent in domo cuiusdam Cardi-
2 nali fuit dictum debere citari per † cōtradictas in Cam-
po Floræ, & ex prima relatione cursorum satis probatam
esse absentiam.

F A B I I.

De probationibus Cassanensis Confidentiæ.

S V M M A R I A.

1 *Testes deponentes de confidentia & conualescentia, an eam sufficienter probent, si sint ex auditu.*
2 *Resignatio in confidentia facta & conualescentia, cum sub specie pactorum fiat, argui potest de simonia.*
3 *Testes duo attestantes se ab vna partium audiuisse de confidentia, quibus duo alij accedunt de publica voce & fama, satis sufficienterq. eam probare dicuntur.*
4 *Monitorium si fiat a parte partis de restitutione beneficiorum, quæ aufugit a Curia, euidenter satis probat antea factam resignationem in confidentiam.*
5 *Medici deponentes non in totum conualuisse ægrum, sed egredi domo, tractare negocia sua, & similes actus sanorum exercere, probant reconualescentiam, quamuis in totum non dicatur patientem conualuisse.*
6 *Resignatio facta in confidentiam mortuo resignatario, non reuocatis ius in persona, in quam resignarat antea, statutis, venit in considerationem ista taciturnitas, & si non prosit, saltem non obesse dicitur parti cui resignatio facta fuit.*

DECISIO CCLXIII.

1 IN vna Cassanen. confidentiæ dubitaui, † *an ex di-
ctis testium probetur confidentia conualescentia quan
tu sufficiat?* Petrus resignauerat beneficia sua, cùm es-
set infirmus, Hieronymus Torres in confidentiam,
quòd si conualesceret ea illa infirmitate, quòd restitue-
xet sibi illa beneficia, & si moreretur, essent sua, & ne-
potibus suis deberet benefacere. Præsupponebatur Pe-
trum conualuisse, & à Hieronymo beneficia sua repe-
tijsse, qui negauerat restituere. Demum Petrus erat
mortuus ex alia infirmitate, & Papa Thomæ Fort. per
obitum Petri prouiderat. Cum peterentur beneficia,
2 † fuit oppositum de resignatione; Fuit dictum fuisse
simoniacam, & nihil valuisse. Et Papa motu proprio
mandauerat Auditori Cameræ constito summariè &
extraiudicialiter quantum sufficeret de confidentia,
cogeret Hieronymum, & quoscunque alios ab eo cau-
sam habentes ad retradendum eadem beneficia eidem
Thomæ. Et cum A. C. processisset vsque ad brachium
sæculare contra Hieronymum, causa iterum commis-
sa fuit eidem Auditori adiuncto D. Puteo, vt constito
de confidentia declaret beneficia vacasse per obitum,
& non per resignationem. Et ita declarauerant. Et per
appellationem causa deuenerat ad Rotam, & me pro-
3 ponente, dixerunt Domini, † satis constare de confi-
dentia. Erant enim duo testes contestes, qui depone-
bant se audiuisse à D. Hieronymo, & vnus alius sing,
qui etiá de publica voce, & fama deponebat, & alius
etiam, adeo quod fuit visum Doctor. satis constare, eo
4 maximè, quia Petrus viuens adbuc † fecerat fieri mo-
nitorium Hieronymo, vt restitueret beneficia, qui au-
fugerat à Curia. Vnde cum non auderet comparere,
arguebatur confidentia. Et quia in resignatione præ-
supponebatur dictum fuisse, quod si conualesceret ex
infirmitate, dicebatur non probari conualescentiam.
5 Tamen Dd. habuerũt hoc pro satis probato, † quia li-
cet Medici deponerent, non in totum conualuisse, ta-
men apertè probatur per Medicum, quòd exibat à do
mo, & laborabat, & petebat beneficia sibi restitui; Vn-
de hoc visum fuit sufficere, licèt in totum non conua-
luisset. Attestabantur enim Medici ea alia infirmitate
obijsse. Quia tamen dicebatur, quod idem Petrus, licet
conualuisset, non erat admodum sanæ mentis, & in-
stigatione aliorum prædicta fecisse, & deinde pridie,
quam moreretur, dixisse, quòd mor. erat contentus,
quia de suis beneficijs disposuisset, & D. Hieronymũ,
quem sui testamenti executorem reliquerat in prima
infirmitate, non reuocauerat, visum fuit causam ali-
quid dubitationis habere, propterea veniebat consi-
deranda denuo, & iterum examinanda proposita fuit.

FABII.

De Iudicijs Gebennens. Parochialis.

SVMMARIA.

1 *Inhibitio parti agenti vtrum extra Curiam contra reum
dari possit, idq; per vim commissionis.*

2 *Pars aduersa contra quam inhibitio ad partes, vel extra
Curiam petitur, si præsens sit in Curia, ibi conuenien-
da est, & inhibitio illa extra Curiam decerni petita
denegatur.*

DECISIO CCLXIV.

IN causa Gebennens. parochialis consului Dominos,
1 † an Protonotario Incolæ esset danda inhibitio ex-
tra Curiam vigore commissionis Guid. Bo. eius ad-
uersarij, qui contra illum causam commiserat super
iactationibus? Et licet ordinariè solent concedi, nec
vnquam denegari, tam vigore vnius, quàm alterius
commissionis, tamen propter supplicationem, ne eum
ista inhibitione aliquid machinaretur, in partib. post-
quam Guid. post tres conformes contra actorem suũ
multis laborib. & expensis in Rota lite pendente resi-
gnauerat in eius fauorem, & possessionem adeptus
fuerat cum decreto parlaméti Regij confirmante sen-
tentiam Rotalem, denegarunt istam inhibitionem Do
2 mini, & dixerũt, quòd postquam Guido erat præsens,
in Curia illum conueniret, & illi tunc inhiberetur. Et
ita aliàs hoc anno me proponente fuit resolutum.

FABII.

Regul. de Muta. Collat. Briton. Canonic. & Præben.

SVMMARIA.

1 *Mutatio si fiat simul, & semel in eadem supplicatione
cum extensione, vtrum locus sit regulæ de fraudibus
obuiandis.*

2 *Casus mixtus vtrum sub duplicibus contineatur in regu-
lis, quæ exorbitantes sunt, & odiosæ.*

3 *Gratiæ duæ si in vno & eodem supplici libello compre-
hendantur, mutationis vna, extensionis alia, non ob id
tamen dicitur mixta vtraque gratia, sed simplex. Et
eadem est ratio in pluribus gratijs eadem supplica-
tione obtentis.*

4 *Scriptoris Apostolici manus in Bullis Apostolicis nõ ra-
ro fidem facit de tempore expeditionis earundem.*

DECISIO CCLXV.

IN causa Britonien. Canonic. & præben. dubitaui, an
1 quando fit † mutatio simul, & semel in eadem sup-
plicatione cum extensione, sit locus regulæ, de qua in
dictis? Aliàs fuit in hac causa prima pars dubij proposi-
ta, & resolutum, videlicet non esse satisfactum regulæ:
sed nunc dicebatur prædictam resolutionem nõ habe-
re locum, quando simul, & semel in eadem supplica-
tione fieret mutatio, & extensio, quia sub duplicibus
2 cõprehendebatur † casus mixtus, in reg. quæ sunt exor
bitantes, & odiosæ, & aliter tentum fuit iurib. vulg. se-
cundum fundamentum vltimo dictum. Ex aduerso
dixerunt Dd. nihil valere, quia non eramus in mixtis,
3 vt dicunt Doct. sed simplicibus, quia in † vna & eadẽ
supplicatione essent duæ gratiæ, vna mutationis, alia
extensionis, tamen vtraque gratia erat simplex, etiam
si in ead. supplicatione decem gratiæ continerentur, vt
quandoque contingit, non propter hoc dicebatur sup-
plicatio continere aliquid mixtum, & propterea satis
esse, quòd militaret vtroque casu ratio regulæ, quæ
erat obuiare fraudibus quia de facili potuerant fieri.
Et licet non constaret literas extensionis esse expeditas
post vacationem beneficij, quia tamen erat impossibi-
le probare per non expeditionem. Quia Ioannes, qui
4 non expediuerat, erat scriptor † Apostolicus, & in Bul-
lis suis non erat apposita manus rescribendarij, ex quo
solet aliquando probari tempus expeditionis, volue-
runt Domini, quòd ea pediri faciendo literas, deberet
hoc probare. Et licet esset Rotæ ostensus fasciculus
supplicationum, in quo non aliter expediebantur col-
lationes, mutationes, & extensiones, nisi prout in ista:
tamen dixerunt Domini, quòd erat necessarium ex-
cludere fraudem, & demonstrare quòd cessarent, aliàs
nihil satisfiebat regulæ. Quo ad secundam partem du-
bij nulla fuit facta difficultas, quia fuit visum ridicu-
lum; ne causa Ilarden. in qua noster Dec. Fab. habebat
interesse, quod aliquid faciebat. In corpore supplica-
tionis erat data gratia ad vacan. in mensibus ordina-
rijs, non mirum si postmodum in generali derogatio-
ne regularum erat dictum, quòd intelligebatur dero-
gatum mensibus ordinariorum.

FABII.

Regul. & Renunc. Spoletani Beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Clausula quouis modo, an extendatur ad beneficia vacan-
tia in Curia per obitum, non facta mentione eiusdem
speciei, contra regulam generalem reseruationum.*

DECISIO CCLXVI.

1 IN causa Spolet. Beneficij dubitaui, an † clausula
quouis modo capiat beneficiũ vacans in Curia per
obitũ, de quo nõ fuit facta mentio, stante regula quã-
cunq; generalẽ reseruationẽ importan. &c. Fuit resi-
gnatum beneficiũ, & quia resignatio patiebatur mul-

tas difficultates, fuit dictum, quòd ex quo tempore resignationis vacabat per obitum, quòd clausula quouis modo capiebat beneficium, quòd ex quo vacabat per obitum in Curia, de quo non fuerat facta mentio, non capiebat, vt dicunt Gemi. & Franc. in c. 2. de præben. in 6. in penul. & vltima col. 202. 537. in antiq. Sed ad hoc replicabatur, quòd per clausulas in supplicatione videlicet, *verusque, & vltimus, &c.* vsque pro expressis, erat perinde, ac si obitus in Curia fuisset expressus, & in literis potuisset exprimi. Et fuit allegat. per vnum ex Dominis Aeneas de Falco. in tract. 14. quæst. principali. Et licet in contrarium allegaretur consil. Gemi. 12. in fin. dixerunt D. Gemi. non loqui in casu simili, quando iam latæ clausulæ in gratia erant in alio casu penitus diuerso.

F A B I I.

De Testibus, in quadam de Gaddis.

S V M M A R I A.

1 *Consanguinei etiam in arctissimo gradu cõsanguinitatis probant aliquãda pro consanguineis, cum sunt personæ Illustres, quia habetur ratio qualitatis personarũ.*

2 *Testis si deponat se statim quidpiã fecisse, & pars aduersa probet post triduum factum, nõ ob id testis arguitur de falso, cum modicum distans nihil distare videatur.*

D E C I S I O CCLXVII.

IN causa de Gaddijs leg. duo testes examinatos pro parte procuratoris; videlicet Illustris D. Iacoba, & Ermelans de Bennuolis, qui deponebant, *Claudiam statim ab obitu Aloysij dixisse se tenere, & possidere Ca-*
1 *strum nomine Riani, pro dote sua?* Et † licet essent consanguinei in satis stricto gradu, quia D. Iacoba erat so-
2 ror matris D. Claudiæ. Item licet † Domina Iacoba diceret, quòd statim post mortem Aloysij iuerat ad se consulendum eum D. Claudia, & heres dixerit q̃ fuerit post duos vel tres dies, tamen habuerunt illos pro contestib. & dixerunt fidẽ esse adhibendam, nõ obstante consanguinitate, propter qualitatem personarum.

F A B I I.

De Constituto, in eadem Romana de Gaddis.

S V M M A R I A.

1 *Dotis nomine castrum si dicatur esse possessum vigore cõstituti, de quo per instrumentum dotale apparet, & fiant postmodum actus nomine tutorio, verum propria nomine capta possessio dici possit.*

2 *Possidens non proprio nomine, sed alieno vtpote prædecessi, mutare sibi causam possessionis non potest.*

3 *Possidere, si quis se dicat non ex hoc solo probatur possessio, stante eo, quid actibus contrarium demonstret, vt si pro tutela actus gesti in facto appareant, qui propriã infringunt possessionem.*

D E C I S I O CCLXVIII.

1 IN causa Romana de Gaddis dubitaui, *vtrum præsupposito † quod probetur D. Claudiam tenere Castrũ Riani, & possidere dixit pro dote sua. Et nihilominus cõstat eam fecisse actus tutorio nomine, de quo in actis, & apparebat Episcopum possidisse vigore sui crediti parte, an hoc stante Claudia censeatur proprio nomine possedisse, ita vt Episcopus ad suam partem veniat restituendus?* Fundamentum D. Claudiæ erat, quòd ex quo Claudia dixerat se statim possidere pro dote sua, videbatur ratum habuisse constitutum, de quo in instrumento dotali, & propterea statim cœperit ciuiliter, & naturali-
2 ter possidere, & † Archiepiscopus hæres non possidere poterat nomine proprio, sed nomine alterius, vnde non poterat sibi mutare causam possessionis, & possidere iure crediti; & propterea nõ veniebat restituendus, quia D. Claudia non illum spoliauerat, sed suam possessionem cœperat, & continuerat, & post mortem Aloysij potuerat propria auctoritate sine vitio spolij occupare Castrum vigore sui instrumenti, vt aliàs dictũ fuit. Tamen DD. fuerunt in contrario voto, quòd Archiepiscopus veniret restituendus, quia ex eo, quòd Claudia dixisset se possidere Castrum Riani, non inferebatur ad constitutum, & testes interrogati dixe-
3 runt, se de constituto nihil audiuisse. Vnde ex † hoc solo quod Claudia dixisset se possidere, non acquirebatur possessio proprio nomine, cum postmodum facto declarauerit contrarium, faciendo illos actus, quos fecerat tutorio nomine, vnde Archiepiscopus possidere potuit tutorio nomine, & postmodum, & tanquam venditor non licebat illum spoliare; propterea veniebat restituẽdus: Vnde ex omnibus istis fuit resolutum in fauorem Archiepiscopi.

F A B I I.

De Senten. & Re iudic. Oueten. Archidiaconatus.

S V M M A R I A.

1 *Sententia in cuius promulgatione non constat de rogitu Notarij est ipso iure nulla.*

2 *Registrum si monstret latam esse sententiam post multas comparitiones, & habita ea fuerit à partibus pro bona, & de ea satis constet quo ad negotium principale, firma, & rata habenda est.*

3 *Auditor datus licet non sit sacerdos, si tamen est in ætate habili ad sacerdotium, ita vt statim potuerit ordinari, sufficit.*

D E C I S I O CCLXIX.

IN causa Oueten. Archidiaconatus de Villa noua du blaui, *an sententia Veraldi esset nulla*, quia ipse de manu partis pronunciando acceperat schedulam, nec dederat Notario, sed penes se retinuerat, & post multum tempus dederat Notario schedulam, vt annotare, terminum, qui ita propriè annotauit, vt dictum est.
1 Et dixerunt Domini † sententiam esse nullam, quia Notarius de ea non erat rogatus, & si aliud fecisset, & stetisset pro nullitate tanquam legitimè non consti-
2 tisset de sententia. c. quoniam. de probat. Quia † tamen ex multis alijs in registro constabat sententiam esse latam post multas comparitiones factas, & quòd partes affirmantes sententiam latam habuerint eam pro bona, & quòd de ea satis constaret quo ad negotiũ prin-
3 cipale, dixerunt, quòd licet ille, qui datus erat † auditor, non esset sacerdos, tamen fierat in ætate, in qua potuerit statum ordinari, q̃ sufficiebat, ad not. per Ioannem And. in c. si. de elec. ægrotant. Quantum ad aliud dubium, quod habet de reg. de annali habuerunt pro dubio considerabili, & mandarunt ad Calendas.

F A B I I.

De Testibus in quadam Romana.

S V M M A R I A.

1 *Pensionẽ recipiens sine præuia aliqua protestatione, scientiam litis præsupponit, & ius in ea quæsitum remisisse.*

2 *Probatio scientiæ, qua actus est necessarius testes singulares alias non admitti solitos admittit. Ita vt fidem in eã facere possint.*

D E C I S I O CCLXX.

IN causa Romana secundum euidentem leg. testes quos dictum est probare scientiam Francisci nouit
1 rectoris, vnde † post scientiam litis receperat pensionem domus sine aliqua protestatione, videtur ius sibi quæsitum, in illa lite remisisse, quo stante cum sententia esset in euidenti, & sibi ipsi præiudicasset Rector, remanebat bona sententia lata. Et ita illam confirmatam, solum pars Rectoris dicebat, partes non probare, ex quo erant singulares testes; Domini dixerũt, quòd
2 hoc non constabat, quia ad † probandum scientiam, quia est actus necessarius, sufficiunt testes singulares, & allegatur Curt. iun. conf. 64.

F A B I I.

De Pensione in quadam Illardensi.

1. Octobr. 1550.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Pensione annullata vtrum teneatur pars quæ recipit solutionem ad earumdem restitutionem.*

2 *Pensionarius titularis, & qui solo nomine est pensionarius, nullos fructus percipiendo, annullata pensione de æquitate in nihilum planè tenetur.*

DECISIO CCLXXI.

DVbitaui 14. eiusdem in vna Illardensis pẽsionis, inter Hieronymum Rimoni, & Thomam Forium,
1 dubitaui, † an Thomas teneretur restituere pensiones solutas a Hieronymo annullata pensione, pro quibus Thomas fecerat quittantias, licet in veritate illas non
2 perceperat, & Thomas tantum seruiebat de † nomine; dixerunt tamen, quòd non erat æquum, quod Thomas, qui seruiebat de nomine, teneretur illas soluere, sed quo ad actiones, si quas habebat contra D. Iulianum, cederet illas domino Hieronymo, & quia prætendebatur Thomam habere in capite suo quandam aliam pensionem Iuliani, quòd illas pensiones reciperet, & non solueret D. Iuliano, donec fuisset satisfactum Hieron. & Thom. promittebat facere.

FABII.

De Præbenda & regula octo mensium Pampilonensis Prioratus.

SVMMARIA.

1 *Regula reseruatoria octo mensium, vtrum locum habeat tempore expectatiuarum, vbi nulli adfuerint expectantes.*

2 *Regula octo mensium in expectatiuis hunc in finem facta dignoscitur, vt per eam donec generalis expeditio expectatiuarum fieri possit a Sanctissimo, pauperibus & benemeritis prouideatur.*

3 *Expectatiuis concessis ex stylo Cancellariæ, numquam fit mentio de regula reseruatoria octo mensium in Bullis Apostol.*

4 *Prouisio Ordinarij cum prior est tempore vigore expectatiuarum, & regula reseruatoria octo mensium, præualet etiam prouisioni Papali tamquam posteriori.*

DECISIO CCLXXII.

DIe 21. eiusdem in causa Pampilonen. Prioratus de
1 Viglel, dubitaui, † an *regula reseruatoria octo mensium habeat locum tempore expectatiuarum, vbi expectantes non sunt?* Et dubium faciebat, quia illa cessat propter expectatiuas concessas fauore expectantium, vt in illis mensibus possint reseruare, postquam alij quatuor ordinarijs reseruantur. Vnde vbi non sunt expectantes, reseruatio debet durare. In contrarium fuerunt omnes,
2 quia † regula illa facta est interim, donec generalis expeditio expectatiuarum fieri possit, & Papa valeat prouidere pauperibus, & alijs benemeritis, vt cantant verba regulæ, vnde concessis expectatiuis cessat, quia tempus finitur, quo reseruatio facta fuerat. Propterea videmus semper quod finitis expectatiuis renouatur ista regula,
3 quod demonstrat illam cessasse. † Vnde videmus etiam ex stylo Cancellariæ, quòd quãdo expectatiuæ sunt concessæ, numquam in Bullis fit mentio de tali reseruatione, per Paris. cons. 144. vol.... Staphil. in tract. de lit. grat. & iust. fol. 5. ver. ex prædictis infertur, & Sarnen. in tract. expectatiuarum in princ. num. 2. Et ideo cõclusum fuit,
4 † prouisionem ordinarij esse bonam & præualere prouisioni Papæ, quia anterior.

FABII.

De emptione, in quadam Romana spolij.

SVMMARIA.

1 *Emptio domus facta ex pecunia clerici defuncti per quendam tamquam procuratorem, vtrum censeatur in fauorem Cameræ facta, an verò hæredum clerici prædicti.*

2 *Bulla Leonis Decimi bona stabilia clericorum, vel Curialium concedit hæredibus eorum, in fisci Apostolici præiudicium.*

3 *Papa si donet pecunias defuncti curialis cuipiam, an dicatur hoc factum quid fieri in fraudem Apostolici fisci.*

4 *Alienatio facta bonorum ab antiquo, qui crimen statuit perpetrare, ne confiscentur, in fraudem fisci facere dicitur, & contractus est omnino nullus, sicq. ad fiscum reuertuntur, cuius in præiudicium alienata fuerant.*

5 *Fiscus in bonis curialis nullo crimine notati spem probabilem non habet, ideo alienatio bonorum ab eo facta aut donatio rata est habenda.*

DECISIO CCLXXIII.

EAdem die Romana Spolij inter Rochum Blancala-
1 na, & Nicolaum Facosinum, dubitaui, † *vtrum emptio domus facta per Rochum censeatur in fauorem Cameræ facta?* Rochus, tamquam procurator Ioannis Francisci de Ferrarijs pecunias quasdam numero 500. ducat. numeratorum conuerterat in emptionem domus paulò ante mortem Ioannis Francisci, ex quo sequebatur quòd si dictæ pecuniæ non fuissent conuersæ in emptionem domus, quia spolia Ioannis Francisci clerici acquisita ex beneficijs, fuissent debita Cameræ. Stante autem emptio-
2 ne domus propter Bullam † Leonis, quæ vult, quòd stabilia Curialium transeant ad hæredes, & fisco nõ acquirantur, nec domus fuisset acquisita Rocho hæredi Francisci, qui statim obierat facta emptione, dubitabatur, *an ista emptio tamquam facta ad instantiam Cameræ valeret, & perinde esset ac si non esset empta, & pecuniæ deberentur*
3 *† Nicolao, cui Papa has pecunias donauerat?* Et dubium faciebant not. per Bart. in l. post contractum, ff. de donat. & text. in cap. 2. de renunciat. Tamen dixerunt, quòd licet istud posset dici factum in fraudem fisci, tamen ista fraus non erat considerabilis ad annullandum contractum. Nec obstant not. in l. post contractum, quia illa
4 † habeat locum in odium delinquentis, quia alienauerat bona, ne facto delicto confiscarentur: hic autem cessat ratio, quia nullum commissum est delictum. Nec etiam obstat tex. in d. c. 2. qui loquitur in illis terminis, & ibi expectans primam præbendam vacaturam habebat ius in spe, saltem quod erat considerabile. Vnde liquet dimittendi præbendam tenuem hoc facere in fraudem il-
5 lius, hic † autem fiscus nullam spem probabilem in pecunijs habebat, ex quibus empta domus fuerat, cum ille semper vsque ad mortem fuerit in dispositione patroni, vt posset illas donare, aut proijcere in mare, & in emptionem stabilium conuertere. Et ita omnes firmarunt, sed pro ista decisio. allegata, allegabatur Salic. in l. pen. colum. 4. vers. non obstat, quod cau. C. de bon. præscript.

FABII.

De renunc. & test. spol. Imol. Canon. & præbend.

SVMMARIA.

1 *Resignatione stante, vtrum resignatarius possit iure proprio prosequi iudicio spolij emptum per resignationem, & reportare sententiam super spolio in fauorem contra intrusum lite pendente.*

2 *Supplicatio si continet indultum gratiosæ concessionis, non per id dicitur concessa subrogatio ad actionem admissæ possessionis.*

DECISIO CCLXXIV.

IN causa Imolensis Canonicatus, & præbendæ dubita-
1 ui, † *vtrum stante resignatione in actis, potuerit resignatarius iure proprio prosequi iudicio spolij emptum per resignationem, & reportare sententiam super spolio in fauorem contra intrusum lite pendente?* Et dixerunt Domini, quòd non, nec in supplicatione, nec in literis fit mentio de lite super spolio, nec est aliqua subrogatio quoad litem. Vnde actio spolij, & iudicium illud, non potuit transire in resignatarium. Et licet in supplicatione, & in clausulis fuit facta mentio de lite super beneficio, in euẽ-
2 tum quod beneficium esset litigiosum. Et † licet diceretur cum gratiosa subrogatione, vt per hoc non esset subrogatum ad actionem, quam habebat ad possessionem

admissam, Sed mens concedentis fuerat subrogare quo
ad possessionem si quam habebat, & dixerunt, quod si
iste resignatarius prætenderet esse subrogatum etiam
quo ad spolium, quod faceret expedira litteras, quæ
nondum erant expeditę, & illis expeditis, quod tunc ali-
ter iudicaretur.

FABII.

De fide Instrumentorum Cæsaraugustana
pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Annexa & partita si fuerint inseparabilia, non possunt pro parte acceptare, & pro parte repudiari.*

2 *Partetæ debiti, & crediti plures si fuerint, debent in totum acceptare ad fidem faciendam, aliter non releuant.*

3 *Computationes redactæ in eandem partem scripturæ seu instrumenti, non possunt in parte acceptari, & in parte repudiari.*

4 *Liber rationum non probat in parte contra scribentes, & in parte illorum derogare potest probatione, sed aut omnino probat, aut improbat in totum.*

DECISIO CCLXXVI.

IN causa Cæsaraugustana pecuniaria dubitaui, an Do-
ctor Pasqualius teneatur acceptare partitas, & com-
puta in totum, vt fidem ei facerent: & aduocati vtrius-
1 que partis cōueniebant in hoc, quòd † partitæ erant an-
nexæ, & inseparabiles, quòd non poterant pro parte ac-
ceptari. per Bart. in l. quædam, §. nūmularios, ff. de eden.
Bal. conf. 156 lib. 3. & conf. 357. lib. 1. Alex. 133. colum. 5.
lib. 1. Doctores omnes in l. admonendi, de iureiuran. in
6 limit. cum multis alijs. Vnde in facto isto erat viden-
dum an istæ partitæ productæ essent, & concessæ vt in-
2 trarent prædictæ doctrinæ, † & quia erant plures parti-
tæ, tam crediti, quàm debiti, quæ oriebantur ex eodem
facto, dixerunt illas connexas esse, & deberi in totum ac-
ceptari, aliàs fidem non facerent, argumento tex. in l. 1.
C. si vnus ex plurib. Bal. in l. ampliores, in princip. colum.
2. vers. sed quæro, de appel. Ripa in l. admonendi, col. 24.
num. 124. vers. fallit 3. & Abb. in cap. 130. & 2. de postul.
prælat. colum. fin. dum respondet ad cap. cum olim, de
censibus, & Ias. in l. admonendi, colum. 61. vers. quid te-
3 nendum, & alia ratione, licet diceretur, † quòd ista com-
puta non poterant in parte acceptari, & in parte non, ex
quo sunt in eadem scriptura computorum, quòd aliàs
ponderatur ad propositum decis. 513. & 410. colum. 2.
Et in effectum ista computa sunt vnum totum, vt dicit
Mohed. notab. 79. Et idem dicebat Cuman. consil. 137.
4 colum. 2. vers. sed hic non erat, † quod liber rationum
non probat contra scribentes, nisi computatis his quæ
versa vice continentur pro eo. Et propterea dicebat Ias.
in l. admonendi, in reper. colum. 55. circa medium, quòd
sicut recipiens computa non videtur acceptare prout
aliàs, tex. in l. filiusfamilias, ff. ad Maced. quæ in hoc li-
mitatur quæ censetur r c pere ad deliberandum, ita nec
debetet inducere confessionem quo ad mentem, nisi
omnibus acceptatis,

FABII.

De fide Instrum. Romana de Pichis.

SVMMARIA.

1 *Recognitio instrumenti, vel registri, an fieri debeat per testes deponentes de visu, quòd scilicet fuerint præsentes, & viderint illud scriptum extendi.*

Limita & distingue locum habere id in apocha, non in alijs instrumentis, in quibus visus non requiritur, sed notitia manus scribentis, vel comparitio scripturæ quæ sufficienter probat, num. seq.

DECISIO CCLXXVII.

IN causa Rom. de Pichis dubitaui, *vtrum registrum in
quo prætenditur constare de sententia, & re iudicata,
sufficienter sit recognitum?* Hoc dubium fuit aliàs propo-
situm 14. Aprilis, & resolutum, non bene recognitum:
nunc erant duo alij testes examinati, quorum vnus de-
ponebat bene cognoscere manum scribētis, & propterea
1 Domini remanserunt in eadem opinione, quia † licet re-
quirat, quòd recognoscens viderit illud scribi, vt Alex.
conf. 123. vers. tunc, & necesse, colum. 2. lib. 1. Fel. in cap. 2.
colum. 4. vers. sed limita. de fide instrumen. Afflict. conf.
2 181. num. 8. Paris. conf. 19. num. 43. lib. 3. tantum † illud
procedit in apocha, sed non in alijs, licet testes non vide-
rint scribi, tamen si bene habent notam manum scriben-
tis, vel per comparitionem cognoscunt, sufficit Bar. Ang.
Than. Paul. Castr. & alij, in l. nuda ratio, ff. de don. Raph.
& Soc. in l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonstr. & est
communis opinio per Rom. conf. 7. colum. 2. volum. 4.
sed in prædictis, maximè in recognitione libri, in quo es-
set suspicio falsitatis, quia in apocha, vt in terminis de-
clarat Salic. in l. comparationes, colum. fin. vers. vnum
non omitto, C. de fide instr. Soc. in forma terminorum,
conf. 41. colum. 1. vers. sed ad hoc respondetur, lib. 3.

FABII.

De fide instrumentorum, in eadem causa Romana
pecuniaria 7. Iunij 1551.

SVMMARIA.

1 *Depositum factum pecuniæ, de quo fit acceptatio per notarium non facta apocha, aut ea non comparente, vtrum sufficienter probetur.*

2 *Notarius asserens se consignasse pecunias, de quibus controuertitur depositas coram socijs, assertio hæc pro publico instrumento habetur, & plenè probat:*

3 *Asserens statim depositum factum, edque apud acta, liberatur, ita vt parte aduersa omnis contra eam actio adimatur.*

DECISIO CCLXXVIII.

1 IN causa Romana pecuniaria di Pichis erat † factum
depositum, & notarius attestabatur, & pars citaue-
rat ad videndum sibi consignari, & notarius attestabatur
fuisse depositum consignatum, & composuisse quittan-
tiam, de qua tamen non apparebat, sed in registro erat
relictum spatium in albis, & repetebantur pecuniæ istæ
ab Hieronymo de Pichis hærede ipsius Hieronymi, qui
dicebatur recepisse pecunias, & negabat se teneri, quia
non satis constabat curatorem suum recepisse, ex quo nō
reperiebatur quittantia, nec credendum erat notario,
postquam pecunias receperat. Dixerunt Domini, quod
2 si † notarius dicebat se consignasse pecunias depositas
præsentibus socijs, quod istud erat instrumentum publi-
cum, coram testibus factum, eoi dicebant plenam fidem
3 adhibendam. Dicebatur etiam, quòd † ille, qui deponit,
statim deposito facto apud acta, liberatus est; Vnde ad-
uersarius nullam contra eum habebat actionem: nam
notarius hoc in multis confessionibus confessus erat: Et
dixerunt Domini satis cōstare pecunias fuisse consigna-
tas Hieronymo, & hæredem suum Hieronymum Iu-
niorem, qui tunc erat in causa, teneri ad illas.

FABII.

De Testamentis Maioricensis patrimonij.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum diuisionis celebratum, legitimum hæredem, & verum, vbi de hærede dubium subortum fuerit facile demonstrat.*

2 *Mors duorum violenta per seditionem eueniens præsupponit seniorem primò, post iuniorem ad similitudinem in mare pereuntium obijsse.*

3 *Inofficiosum dicitur testamentum a matre vno filio insolidum instituto alijs in vita existentibus tacitè præteritis.*

4 *Limita pro validitate testamenti tales cum rumpi possit per querelam, num. seq.*

5 *Testator si decreuerit hæreditatem suam deferri ad agnatos sui agnominis, & sua arma deferentes, haud dubie censetur velle esse exclusos cognatos, vt hoc casu.*

DECISIO CCLXXIX.

IN causa Maioricensis Patrimonij dubitaui, *vtrum
Matthæus sit hæres in solidum pro parte Iannis de Tar-
mento?*

mento? Et dicebatur, quod non; quia Ioannes duos hæ-
redes instituerat Gulielmom & Berengarium; Guliel-
mus auus Matthæi reliquerat duas filias, Isabellam ma-
trem Matthæi, & Ioannettam; qua mortua Isabella pro
34. & Bernardina mater pro 4. ei successerant, vt ex in-
1 strumento † diuisionis constabat. In 4. parte non erat hę-
res Matthęus, qui licet diceret, quod successerat auiæ suę
Barnardinæ; tamen dicebatur, hoc non constare, cum
Matthæus alios filios, & duas sorores habuisset. Tamen
2 ex publicationa testamenti Isabellæ constabat, † quòd
eodem tampora Bernardina & Isabella mortuæ fuerunt,
morta violenta in quadam seditione Maiorice facta. Vn
de præsumebatur prius obijssa Bernardinam seniorem
quàm Isabellam iuniorem; sicut dicitur de his, qui in
mari pereunt; vnde tota hæred. fuerat acquisita Isabel-
læ, quæ vniuersalem hæredem suum reliquerat Mat-
3 thæum. Et † licet diceretur tastamentum Isabellæ fuisse
inofficiosum, quia solum Matthæum hæredem institue-
4 rat cum alios filios haberet; tamen respődebatur † quòd
tastamentum valeret, posito quod posset per querelam
rumpi, quod numquam erat factum; vltra id, quòd om-
nes filij & filiæ Isabellæ erant mortui, constabat in testa-
mento patris Matthæi, qui post vxorem decesserat, ex
quo de alijs filijs non fecerat mentionem, quod verisi-
militer non fecisset si vixissent: adeo quod constabat etiã
peruenisse partem Berengarij, qui in suo testamanto in-
stituarat primogenitum Isabellæ, qui erat Matthæus.
Sed dicabatur, quod non poterat esse hæres, quia iniun-
5 xerat tastator, quòd † hærades sui vocarentur cognomi-
ne suo, & arma eius deferrent, quòd non faciebat Mat-
thæus, qui vocabatur Cafonalle, & de Rangone, quod
non erat cognomen tastatoris. Dicebatur atiam ex ad-
uerso sufficere, quòd satis erat suscepisse nomen testato-
ris, nec cogebatur suum relinquete, & vnus ex Dominis
allegauit Gulielmum, in cap. Rainut. num. 44. de testam.
De hoc casu in specia dicebatur etiam, quòd non portta-
rat arma testatoris, sed Matthæus ostendit sigillũ suum,
in quo de contrario constabat, & maxime, quia aduersa-
rij, qui hoc opponebant, debebant hoc probare. Vnde
fuit conclusum satis constare Matthæum esse hæredem
Ioannis in totum.

FABII.

De sent. & re iudic. & restit. spol. Imolensis Canonicat. & præbendæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata in possessorio quæ transiuit in rem iudicatam, an ex subrogatione post sententiam producta possit sustineri.*

2 *Cessionarius non habens ius in spolio, si de eo agatur, & non producens actionem cessionis, efficit sententiam reddi nullam.*

3 *Spoliatum se prætendens a nouo possessore, de nouo spolio agere debet, non veterem actionem, quæ in ipsum translata non fuit, innouare.*

4 *Ius subrogationis prætendens, debet contra possessorem nouiter prouisum illud opponere, vt videatur ex collatione quodnam melius, & præstantius sit ad causa executionẽ.*

DECISIO CCLXXX.

IN causa Imolensis Canonicatus, & præbendæ dubita-
1 ui, *an ex subrogatione post † sententiam productam pos-
set sustineri sententia lata in possessorio, quæ transiuit in iu-
dicatum?* Fuarant latæ duæ sententiæ super spolio, post
quas, qui habuerat santentiam in fauorem, cessarat om-
ne ius suum in fauorem tertij, etiam quoad possessionẽ;
& cessionarius venerat ad causam, & reportauerat sen-
tẽtiam tertiam super spolio, & intimatis executorialibus
ob non paritionem fuerat possessor declaratus aggraua-
tus, & reaggrauatus, & cum instaretur pro brachio secu-
lari, & comparuit procurator poss. & dixit de nullitate
2 huius sententiæ, quia † iste cessionarius nullum habebat
ius in spolio, ex quo actio cessa non reperiebatur. Et ita
fuit resolutum duodecima Nouembris. Nunc autem,
quia ille, contra quem fuerant latæ duæ sententiæ, erat
mortuus ante tertiam sententiam, & iste cessionarius ob-
tinuerat subrogationem in omne ius defuncti, etiam
quoad possessionem & prosecutionem litis, & fuerat
processum per contradictas contra eum, qui sua interesse
prætendebat, putaui sententiam, quæ prius iudicata fue-
rat, nulla, posse sustineri, sed ex ista subrogatione nihil
3 posse iuuari, & qui se prætendit spoliatum ab ipso † no-
uo possessore, agat de nouo spolio, & non vtatur illa pri-
ma actione, quia in illum translata non fuit. Et Rota
fuit in opinione, ex hac subrogatione non posse iuuari ad
iustificandum sententiam ternam pro se latam, quia si-
cut in possessorem verum non erat translata actio spo-
lij, eodem modo per illam subrogationẽ, quia ista actio
non erat penes illum, qui habebat ius subrogationis. Et
4 licet penes istum essent iura vtriusque partis, † tamen
debebat de nouo opponere de iure suo contra possesso-
rem, qui forte ostendit se meliusius habere, quàm iste,
qui ius per cessionem habebat, & per subrogationem ius
se habere credebat: Potuit enim fieri, vt per subrogatio-
nem nullum ius acquisiuerit, cum prius esset penes il-
lum possessorem vltimum.

FABII.

De fide instrumentorum Cæsaraugustana pecuniaria.

SVMMARIVM.

1 *Lucra censualia si non constet, an temporalia sint, vel perpetua, vel ad quantum tempus, acceptatio eorum non debeat fieri præcisè.*

DECISIO CCLXXXI.

IN causa Cæsaraugustana pecuniaria, *vtrum Doctor teneatur accipere partitam, in qua dicitur, quod tenetur lucre sensualiter, tamquam omnino connexa cum alijs quas acceptat?* Et licet multa hincinde dicerentur, tamen
Domini his non obstantibus allegatis, ita resoluerunt.
Nam erant octo partitæ, in quibus Ioãnes creauerat Do-
ctorem creditorem in 14. libris acceptatis, & vna subse-
quens alia pagina, in qua illæ octo partitę erant in vnum
redactæ, inter quas erat vna, quæ creauerat creditorem
in septem eorumdem censualium, tamen DD. dixerunt
respectu causæ in prima contentæ illi esse connexum. Et
1 † propterea tenat Doctorem acceptare non præcisè, vt
teneretur ad lucra censualia, quæ omnino non consta-
bant, an essent temporalia, vel perpetua, vel ad quãtum
tempus se teneri ad soluendum pro censibus in forma
debita, & reliquente in demonstratione Ioan. ab ista cen-
suum solutione, cuius quantitas deberet solui per ali-
quem, quoniam fuit postmodum reuocatum, vt infra.

FABII.

De Præsumptionibus, Toletanæ pensionis.

SVMMARIA.

1 *Scientia facta resignationis, præsupponitur ex vtraque parte per exhibitionem supplicum libellorum, qui dati non præsupponuntur nisi de effectu eorumdem constare dicatur.*

2 *Concordia facta inter partes, de extinctione pẽsionis ab vna, & resignationis in fauorem certarum personarum, sine scientia Pontificis, an sit simoniaca.*

3 *Concordia inita inter partes ratione resignationis & pẽsionis extinguenda, si non expresse innuat consensum Papæ, saltem tacitè illum interuenisse præsupponitur vertente negotio inter Illustrissimas personas.*

DECISIO CCLXXXII.

1 IN causa Toletana pensio. 500. ducat. dubitaui, † *an ex
deductis constet de scientia vtriusque Reuerendissimi
quo ad confirmationem concordiæ, vt ex porrectione suppli-
cationis, prorogatione termini ad resignandum beneficia de
consensu Reuerend. S. Crucis?* Nam de scientia Cardina-
lis de Mendoza non dubitabatur, quoniam ipsa fateba-

tor, & produxerat supplicationem cõfirmationis secun-
dum concordiam, & dixerunt DD. quòd ex porrectione
supplicationis præsumebatur & scientia Reuerendissi-
mi Sanctæ Crucis, cum esset præsens in Curia, & confir-
matio, & supplicatio constiterat eius fauore facta, &
quod præsumebatur scientia. Quia nemo est qui faciat
porrigera supplicationem, quod non quærat an signata
fuerit & aliquid additum, vel diminutũ. In prorogatio-
nibus autem Domini nullum fecerunt fundamentum,
quia tam in prima, 2. quàm 3. concordia, cauebatur,
quòd Cardinalis de Mendoza teneretur infra sex men-
ses resignare certa beneficia, sub certis conditionibus &
modis, & in prorogationibus erat dictum, quod proro-
gatio inciperet a die, quo prima concordia erat finita,
propterea ex illis modo poterat intelligi confirmatio se-
2 cundæ concordiæ. † Quia tamen Cardinalis de Mendo-
za resignauerat beneficia contenta in secunda concor-
dia, & Cardinalis Sanctæ Crucis consenserat, & loco be-
neficiorum resignatorum in fauorem certarum perso-
narum consenserat extinctioni pensionis aliàs sibi reser-
uatæ iuxta formam concordiæ, in qua cauebatur, quòd
extingueretur tantum pensionum, quantum esset valoe
beneficiorum resignatorum, non prout erat cautum in
prima, quod teneatur resignare beneficia valoris 3000.
& tamdem pensiones tantumdem attingẽtes extingue-
rent. Et dixerunt Domini argui sententiam confirmatio-
nis secundam aliàs effectuatam, illa secunda concordia
fuisset simoniaca, & inualida, quòd non esset dicendum
inter tales viros. Tamen dixerunt Domini vtrumque es-
se falsum, quia omnia præscripta erant illicita in benefi-
cialibus citra cõsensum & scientiam Papæ, iuribus vulg.
3 Et † licet expressè in seconda concordia non esset reser-
uatus consensus Papæ, prout in prima explicitè, tamen
implicite erat reseruatus ex verbis vltimi capituli secũ-
dæ concordiæ, in quo hæc verba erant posita. In reliquis
autem voluerunt primam concordiam, & omnia in ea
contenta firma, & valida, & in suo robora permanere.
Ex quibus etiam beneplacitum intelligitur reseruatum
prout in prima.

FABII.

De Decretis, In quadam Arborensi.

SVMMARIA.

1 *Clausula retretractatiua, & annullatiua ex nunc, prout ex tunc, quid operetur in decretis irritatiuis ratione prouisionis beneficiorum.*
2 *Papa aliquando annullat gratias etiam per se factas, & in posterum faciendas per decretum.*
Limita & intellige vt latius, num. seq.

DECISIO CCLXXXIII.

IN causa Arborensi etiam dubitatu, *an stante decreto ir-
ritante tum clausulis retrotractiuis, & mensis apposi-
tione, & expressione collationis, de qua in actis, prouisio Si-
gnorini, qui non habet suspensionem mandatorum sit cano-
nizanda: Et fiebat vis in decreto irritante habente clausu-
1 las retrotractiuas, annullatiuas, ex nũc, prout ex tunc, &c.*
Quod beneficia, de quibus in hoc dubio tractabatur, nõ
essent nolla, ea ratione, quia tempore gratiæ concessæ fa-
miliaribus, in qua erat decretum, de quo in dubio, non
2 erant nominatæ diœces. & † tamen Papa annullat omnes
gratias etiam per se tam factas, quàm faciendas. Ergo
prouisio Signorini videtur nulla; tamen Domini dixe-
3 runt decretum hoc minime obstare, † quia debet intel-
ligi de beneficio vacaturo, & diœcesi nominata. Et pro-
pterea cum non appareat in beneficijs, de quibus agitur,
nominatas fuisse diœces. in gratia Signorini, propterea
decretum non obstabat, & nominatio expressionis diœ-
ces. & expectationes in specie, &c.

FABII.

De fide Instrumeo. Maioricensis pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Abbreuiatura reperta in protocollo notarij, qui dicitur esse rogatus sine testibus, & sine anno, facit vt dicatur non esse factum in forma probanti.*
2 *Notarius non posito die, testibus, & anno, in protocollo, cum ea memoria tenere non possit, ea licite apponit in extenso.*
3 *Tempus septuaginta annorum & quinque, reputatur a Rota in testibus antiquum, & in tali temporis decursu non mirum est manum non recognosci.*
4 *Tempus antiquum in instrumentis, non septuaginta quinque, sed centum & vltra annorum, reputatur.*

DECISIO CCLXXXIV.

IN causa Maioricens. pecuniaria dubitatu, *an quittan-
tia, pro parte Magni Magistri, & Conuentus producta
fuerit in forma probanti?* Et posito quod sic, *an releuet
etiam magnum Magistrum, & conuentum pro summa in eo
contenta. Prætendebat magnus Magister actor, quòd debe-
ret consequi 13500. ducat.* Quam dicebant non esse in for-
1 ma probanti, quia † apparebat quædam abbreuiatura si-
ne anno, & sine testibus repertis in protocollo notarij,
qui dicebatur esse rogatus. Reperiebatur postmodum
instrumen. quittantiæ in libro alio expressum, eiusdem
notarij cum anno & testibus, & omnibus requisitis. Vn-
de dicebatur, non illi adhibendam fidem propter illam
abbreuiaturam a qua extractum erat ostensum, esse ab
eodem notario factum, licet stylus sit, quòd in illis so-
lent opponi nomina testium, quæ non erant in ista. Quo
2 nõ obstante etiam dixerunt, quia potuit † Notarius me-
moria tenere, & incontinenti in extenso ponere. Diceba-
tur etiam hanc quittantiam, non esse in forma probanti,
quia non recognoscebatur; Tamen hoc non obstante
3 cõcluserunt, quia iam tum erat † Tempus 75. annorum,
quòd in testibus Rota solet reputare antiquum, & pro-
pterea non erat mirum, si testes non recognoscerent ma-
num. Fuit etiam dictum sufficere, quòd omnes dicerent
legalem fuisse, & fidelem, & quod ius in instrumentis
dicebatur fides, & sic quoad primam partem dubij re-
mansit resolutum quittantiam esse in forma probanti.
Quoad secundam partem an releuaret, maior est diffi-
cultas, quia ex quo mandatum enunciatum in quittan-
tia videtur præsumi interuenisse, ex quo eramus in tem-
pore 65. annorum quidquid dixerit Bald. in l. 2. C. si ex
fals. instrumen. contra quem multi tenent quos cumulat
Aymo. in tract. de antiq. tempor. 2. par. num. 35. versic.
contrariam opinionem refert Cassad. fuisse decisum tit.
de procurat. decis. 3. Bart. decis. 28. num. 17. vt conclu-
dunt Dec. & alij quod refert Aymo. in loco præallegat.
num. 34. & Cassad. & Bart. vbi supra num. 17. Tamen
omnes Domini tenuerunt contrarium: quia opinio Bal.
in tract. de præscript. 1. par. 5. part. quæst. 10. num. 28. &
Lanfranc. cons. 20. Nec obst. quod mandatum esset re-
nunciatum; quia tunc licet verum esset, quãdo essemus
4 in antiquo tempore, quod non erat in casu nostro, † quia
in instrumentis tempus antiquum sunt 100. anni, & vl-
tra. Et ita loquuntur præalleg. doctrinę. Nec decisio Cas-
sad. facit ad propositum. Tamen ratio videbatur vrgere,
quòd sollemnitas extrinseca præsumatur spacio 30. vel
40. annorum. Vnde etiam quod non essemus in anti-
quissimis, videtur hoc procedere; tamen fuit dictum per
vnum ex Dominis, & alijs placuit, quod illud procede-
bat, quando ea renunciatio venisset ad notitiam partis,
cui præiudicabat, per Aym. in supradictis. Et ita resolue-
runt Domini hanc quittantiam non præiudicare. Dixe-
runt tamen hoc intelligi loquendo simpliciter de quit-
tantia. Quòd si illi adijcerentur aliqua adminicula, cum
multa adducebantur, tunc forte aliud dicerent.

FA-

FABII.

De concess. præben. Hispalensis portionis.

SVMMARIA.

1 *Bulla Apostolica licet discordent à supplici libello, non propterea remitti debent ad corrigendum, cum illa correctio nihil releuet.*

2 *Coadiutoria effectum suum non nanciscitur, neque exerceri potest, antequam coadiutor ingrediatur possessionem.*

3 *Coadiutoria etiam de præsenti subsistit, ante ingressum coadiutoris in possessionem, cum spes superfit tam in futurum adipisci possit.*

DECISIO CCLXXXV.

1 IN causa Hispalen. portion. dubitaui, † *vtrum Bulla discordent à supplicatione, & ita sint remittenda ad corrigendum.* Hoc dubium fuit bis propositum, & nunquam resolutum, & prima Nouembris fuit propositio prima, de qua supra, vbi ponitur causa dubitationis, & in qua prætendebatur Bulla discordare à supplicatione, & tandem Rota resoluit Bullas discordare à supplicatione, & non propter hoc erant remittendæ ad corrigendū, quia correctio illa non releuat, ex quo successi futura omnino intrabat. Nam coadiutoria erat data non possidenti; hoc
2 intelligante Papa, quæ licet non possit † habere effectū, nec exerceri antequam coadiutor ingrediator possessionem, & illos affectus in euentum illum videretur vali-
3 dus, tamen coadiutoria subsistebat etiam de † præsenti, propter spem, qua possessionem posset adipisci, & idò, cum casus non euenerit, sed mortuus fuerit ante adaptam possessionem, successor potuit habere locum. Et dicebatur apparere fuisse de mente, quia in supplicatione in parte dispositiua expresserat, & valde data portionem coadiutori, etiam si acto tunc vacaret, cum tamen tunc tempore coadiutor non esset in possessione, nec indigeret coadiutore. Et fuit dictum aliàs ita fuisse resolutum in Rota, de anno 44. coram Dom. Ioan. Paulo in causa Toletana Archidiaconatus de Madril, in qua fuerat datus coadiutor cum futura successione, & coadiutor statim mortuus fuerat, etiam antequam ad notitiam coadiutoris peruenisset, & sic antequam incepisset coadiuuatio, & tamen Rota tenuit successorem intrare, quia coadiutoria habuit subsistentiam, & potuit supervenire, & indigere coadiutore.

FABII.

De probat. & fide instrum. Maioricens. pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Quittantia facta per notarium legalem accedentibus testibus nobilibus, & fide dignis, stante etiam quod procurator, qui fatebatur receptam à se quantitatem, erat campsor, licet clara sint adminicula, tamen non plene probant factam numerationem, cum non sint adminicula extra rem, qualia ex Doctorum opinione requiruntur.*

2 *Coniectura depositum factum pecuniarum præsumentis, etiam ex Bullis Pontificis suborta, cum simplici copia nitantur, nec in publicam formam redactæ, aut in acta relata, parum aut nihil prosunt ad faciendam probationem.*

DECISIO CCLXXXVI.

1 IN causa Maioricen. pecuniaria, dubitaui, † *an quittantia de qua in actis, probet quantitatem, de qua in ea fuisse solutam iunctis adminiculis.* Et dubium faciebat, quòd licet de per se probaret, vt supra resolutum fuit, quia tamen iuncta eo adminiculis poterat probari, vt est decis. 12. Afflict. nom. 13. Curt. sen. consil. 77. col. 4. In casu tamen isto Domini dixerunt non probare, quia adminicula non erant sufficientia. Nam plura dabantur, quæ intrinsecus continebantur in quittantia, quòd essent facta per notarium legalem, & quòd testes in ea positi erant Nobiles, fide digni, &c. Et quòd procurator, qui confitebatur se recepisse, erat campsor, qui falsum, nō dixisset: quæ dixerunt non esse considerabilia, quia loquuntur Doctores de adminiculis extra rem, & præterea cum reliqua non facerent ad propositum, nec decisiones in contrarium aliquid facieban t; quia coniecturæ erant alterius qualitatis, & vrgentiores, adduce-
2 bantur etiam aliæ † coniecturæ ex quadam Bulla Sixti, & quadam concordia, sed quia sunt simplices copiæ, nec in actis productæ, dixerunt de illis nullam habendam mentionem.

FABII.

De appell. Segobiensis beneficij.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de supersedendo si fuerit obtentum, vtrum per id deserta appellatio, & cursus fatalium excusentur.*

2 *Mandatum factum parti de supersedendo propter absentiam, ea cessante per reditum, eliditur & vis mandati, ex vulgata regula, cessante causa cessat effectus.*

3 *Scientia de reditu partis aduersæ subsistente, fatalia prorogari debent, quod si non fiat, sciens sibi imputare debet, si ea labantur in sui præiudicium.*

DECISIO CCLXXXVII.

IN causa Sebogien. beneficij de Villa Castri dubitaui, *vtrum mandatum de supersedendo concessum Andreæ, expiret concedente & comparente in actis, an verò post annum lapsum saltem, vt interim excusaretur aduersarius à prosecutione sua appellationis.* And. Vela obtinuerat hoc mandatum, cum esset in curia Imperatoris, postquam obtinuerat sententiam contra Bernardum de Chiros, qui appellauerat, & non fuerat illam prosecutus, nec prorogauerat fatalia, adeo quod non connumerando tempus ab eo, quo Andræas redierat, & comparuerat in actis, iam lapsa erant fatalia, & transierant in iudicatum. Vnde dubitabatur, an saltem ex illo mandato excusaretur ad impediendum cursum fatalium. Et dixerunt Do-
1 mini, quod † si probaretur scientia Bernardi de reditu,
2 quod tempora reditus concessissat † mandatum, quia mandatum erat datum propter absentiam, qua cessante
3 cessabat, † Ideo Bernardus sciens eum rediisse, debebat prorogata fatalia, aliàs sibi erat imputandum. Quòd si non probaretur scientia, tunc annus erat computandus, quia Andræas debuit sibi intimare reditum, si volebat fatalia currere: nec sufficiebat comparitio facta in actis protestans nihil fieri, nisi ipso citato, quia Bernardus potuit illam comparitionem ignorare; nec tenebatur illam in actis perquirere, argomento eorum, quæ dicit Bald. in l. eos, §. Apostolos, C. de app.

FABII.

De fide instrum. Hispalensf. beneficij.

SVMMARIA.

1 *Procurator substitutus, de cuius mandato non constat, si faciat instrumentum, in cuius principio non ponat indictionem, & reliquas sollemnitates, an per id minus probatorium dicatur instrumentum.*

2 *Locus loci in instrumento non positus, & regitu testium non intraueniente, neque sigillo notarij, non admittit vim probatoriam instrumento, modo constet de reg tu notarij.*

3 *Notarius subscribens ita est, ego Dominicus Notarius, cum non fuerit rogatus, fidem tamen facit, non vt publicum instrumentum, sed vt priuata scriptura.*

DECISIO CCLXXXVIII.

IN causa Hispalen. beneficij de Cuenca, dubitaui, *an fit datum mandatum de manutenendo D. Alphonsum Aluarez.* In actis constabat de possessiona Alphonsi
1 per instrumentum. Sed † quia erat scriptum per procuratorem substitutum, de cuius mandato non constabat: nam ista substitutio fuerat facta in pede mandati procuratoris, in vulgari Hispano, in quo non erat positum in nomina Domini, nec Indictio, quæ non mouerunt Dominos,

minos, quia eius sollemnitas, cuius omissio non vitiat, iu-
2 ribus vulg. Et † licet etiam deficeret locus loci, & rogitus testium, necesset signum Notarij, non curarunt de istis. Sed magis faciebant difficultatem, quia non constabat, quòd notarius esset rogatus, vt solet fieri. Dicebatur per oot. dicta Doct. hæc esse communia ex quo rogi-
3 tus præsumebatur, ex eo solum, quòd † notarius se subscribendo dixit, ita est, ego Dominicus not. Et propterea dixerunt, non esse adhibendam fidem, tamquam publico instrumento. Sed quia non erat tantum subscriptio procuratoris facientis actum substitutionis: propterea dixerunt Domini, quòd sufficiabat, & faciebat fidem, tamquam scriptura priuata, non mandatum, quod per solam epistolam dari potest, sicut alij contractus fieri possunt, qui solo consensu celebrantur, Inst. de oblig. ex contract. cum simil.

FABII.

De probat. & constit. Romana de Pichis.

SVMMARIA.

1 *Venditio plurium rerum cum pacto constituti, an probet censum factam resignationem.*
2 *Clausula vendidit, & cessit posita à notario in instrumento, an præsupponat verè venditionem præcessisse.*
3 *Clausula domum, vendidit, cessit, tradidit, &c. post multarum rerum vendisionem posita, tamquam generalis ad omnia, scilicet res, & bona, cum referatur, omnibus etiam accommodari debet.*
4 *Diuersitate rerum venditarum subsistente, de vna ad aliam inferri potest.*
5 *Negatiua à proponente comprobari debet.*

DECISIO CCLXXXIX.

IN causa Romana de Pichis dubitaui, *an ex instrumentis constet, quòd census fuisset resignatus.* Et dixerunt
1 Domini, quod sic, pluribus rationibus. Primò † quia in eodem instrumento erant venditæ plures res, & primò quædam domos, cum pacto constituti. Postmodum sequebatur conditio census sub eadem forma verborum, quæ hic, & insuper eisdem modo, & forma, quibus supra vendidit &c. Vnde ex illis verbis videbatur repetitum, ex quo requiritur acquisitio possessionis, l. quod meo, in princ. vbi Doct. de acq. poss. & sic census acquisitio: Quia primum instrum. erat factum, & in illo nota-
2 rius extenderat † clausulam venditionis, & dixerat vendidit, cessit, & cetera, propter quod verbum, dixerunt Domini, constare de venditione concessa in corporalibus quæ vigore traditionis succedit iur. vulg. vt inferius in eodem instrumento, post venditionem diuersarum rerum sequebatur clausula, quæ vestes erant venditæ, de quibus vestibus rebus, & omnibus confessus fuit Ioan-
3 nes Gregorius se recepisse, quæ † clausula, cum esset post multarum rerum venditionem posita, debebat ad omnia referri, propter generalitatem illorum verborum. s. res, & bona, adeo, quòd ex hoc resultabat cõfessio, quòd recepetit, & sic nihil probatio potest esse. Et licet esset venditum Granum, quòd & non fuisset traditum. Fuerat tamen demonstratum, etsi confessio videbatur facta
4 sub spe futuræ traditionis, & consignationis, tamen † ex quo erant diuersæ res, non potest inferri ab vna ad aliã, vt sup. Vnde in hac causa fuit resolutum: Et propterea dixerunt istam probationem saltem esse talem, vt trans-
5 ferret onus probandi in dicentem contrarium. Et † ideò negatiuam debebat probare de grano non tradito. Et aliàs tentum fuit coram Do. Anton. August. coram quo pendebat causa in secunda instantia.

FABII.

De appell. Eugubinæ præposituræ.

SVMMARIA.

1 *Appellatio, si fiat coram notario extraneo, non autem causa vertentis, habitis etiam testimonialibus literis, de huiusmodi facta appellatione præsupponitur esse clandestina, & ob id nihil releuat.*
2 *Executoriales vigore commissionis impetratæ, interim dum causa pendet appellationis, nulla sunt.*
3 *Pars appellans citata, vt doceat de facta appellatione, & de legitima eius prosecutione, & terminis solitis seruatis, ea non docta, sibi ipsa venit imputandum.*
4 *Appellans passus labi tempus anni in nihil faciendo, nec causam appellationis committendo de stylo Curiæ Rotalis, & iuris etiam communis facit appellationem esse desertam.*

DECISIO CCXC.

IN causa Eugubin. præposituræ, dubitaui, *an appellatio pro parte Galeacij interposita à sententia per Puteum lata sit valida, & impediat executoriales deinde decretas, & quibus in actis, & quatenus sit valida, & impediat, an hodie sit deserta.* Fuerat † lata sententia, & in tempore fue-
1 rat procurator Galeacij ad domum Aud. Et eo non reperto appellauerat à sententia, idque coram notario, & testibus, qui dederat sibi testimoniales, & ideo eum nedum is esset notarius causæ, sed nec auditor, imò nec Rota, & sic omnia clandestinè facta, vt non deuenirent ad notitiam partis: Propterea non intimauerat illam, nec in actis posuerat, sed secretim tenoit vltra annum. Elapso termino ad appellandum, pars reportauerat sententiam in fauorem, dederat commissionem executorialium Auditori, & coram eo seruatis terminis seruari solitis obtinuerat decerni executoriales citato per contradictas Galeacio in eius absentia qui recesserat, reuocando prius omnes procuratores factos suos. Et quia dicebat Galea-
2 cius, executoriales esse nullas, quia pendente causa † appellationis impetratas, dubitabatur de validitate appellationis, quo ad impediendum executoriales pluribus modis, & rationibus: maximè, quia cum ipse Galeacius esset citatus ad docend. de appellatione, & de legitima
3 eius persecutione, & seruans † terminis solitis, si non docuit de illa, erat sibi imputandum: aliàs sibi decernerentur executoriales validæ factę tali appellatione clausula districta: & esset in facultate appellantis hoc modo excludare & iudicem, & partem. Qua resolutione stante, non fuit necessum deuenire ad secund. partem dubij, quæ & ipsa erat clara, quia si permiserat labi tempus anni, & nihil fecerat, sed nec ipsam appellationis causam commiserat, de stylo Rotæ, & etiam de iure communi appellatio erat deserta, & eramus in loco, vbi de nouo essent decernendæ executoriales.

FABII.

De præscr. procur. Maioricens. pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Contractus si celebretur etiam cum procuratore asserto, non adimit contrahenti bonam fidem, maximè si à fide dignis possit iustificari.*
2 *Notarius rogatus attestans vidisse mandatum abolitum, sub certa die scriptum per notarium rogatum, licet sit error ratione abolitionis, causat tamen bonam fidem.*
3 *Assertus procurator, & thesaurarius, cum non sint nobiles personæ, & egregiè deponentes de facto, an causent nihilominus bonam fidem.*

DECISIO CCXCI.

IN causa Maioricen. pecuniaria dubitaui, *an ex quittantia resultet bona fides Religionis pro summa in ea contenta?* Iam nota ast quittantia ex superioribus dubijs, cui non dabatur fides de mandato procuratoris, qui confitebatur se recepisse pecunias. Sed dicebatur
1 causam bonam fidem in Religione, quia † contrahens cum asserto procuratore est in bona fide, & habet conditionem, vt per Imol. & Angelum, in l. cum vir, ff. de vsucap. sequitur Bart. in tract. de præscript. in tertia parte principali, 2. partis, in prima columna, numero quinto, volum. 6. & Boer. dec. 281. in vltima colum. vers. non obstat, & maximè, si à fide dignis potuit iustificari, secũdum Bartol. in l. qui fundum, §. finali, ff. pro emptore.
Et

2 Et istam opinionem secuti sunt Domini, quia † notarius
rogatus de hac causa, attestabatur se vidisse mandatum
abolitum, rogatum per talem notarium, sub tali die: qui
error causat bonam fidem, glos. & Doctores, in l. Celsus,
3 ff. de vsucap. † Addebatur, quòd nec assertus procurator,
nec Thesaurarius, à quo dicebatur recepisse, erant per-
sonæ nobiles, & egregiæ, quæ causabant bonam fidem:
allegabatur in contrarium istius decisionis doctrina
Bart. in l. cum vir, col. fi. vers. præterea hic non potest di-
ci, Imo, in d. l. qui fundum, §. procurator. ff. de vsucap.
Alex. in d. l. qui aliena, in princ. col. 3. ff. de acq. poss. Bart.
in l. fi. §. procurator, ff. de vsucap. pro emptore. & in d. §.
procur. quia tamen dubitabatur, an religio haberet scien
tiam huius quittantiæ, nec plenè super hoc fuerat infor-
matum.....

FABII.

De spoliat. Burgensis præstimonij.

SVMMARIA.

1 *Commissio de subreptione subrogationis non facta mentio-
ne de regressu, an dari possit præsupposito quòd de iure ter
tij non agatur.*

2 *Et quid in spolia statuendum ratione subrogationis, nume-
ro seq.*

3 *Mentio regressus, si non fiat in subrogatione apponi potest de
nullitate.*

4 *Ratihabitio satis constare dicitur ex eo, quòd non obstante
regressu, fit resignatio in fauorem tertij.*

DECISIO CCXCII.

1 IN causa Burgen. præstimonij dubitaui, † *an dari possit
de subreptione subrogationis ob non factam mentionem
de regressu Episcopi Ouetensis.* Et dixerunt Domini, hoc
dubium aliàs propositum fuisse sæpius coram Domino
Fabio, & resolutum, quòd poterat dari de subreptione
subrogationis: quia hoc non erat de iure tertij, vt ex ad-
2 uerso prætendebatur, & dicebatur, quòd non † poterat
dari in spolio, sed sicut ad excludendum spolium oppo-
3 nabatur de subrogatione, ita & † contra subrogationem
poterat opponi de nullitate, ob non factam mentionem
regressus Episcopi Oueten. Et licet diceretur aliàs fuisse
resolutum, quòd oportebat constare, quòd Episcopus
Oueten. habuit ratum, & gratum: ad hoc tamen fuit re-
4 sponsum, quòd † aliàs fuerat dictum satis constare de ra-
tihabitione, quando non obstante regressu, concesserat
in resignatione in fauorem Episcopi Segobiensis.

FABII.

De probat. & præsumpt. Maioticen. pecuniaria.

SVMMARIA.

1 *Dubitatio suborta de notitia partis circa apocham pecuniæ
numeratæ, per coniecturas adimi potest.*

2 *Ad excludendam malam fidem de scientia scripturæ sit
probatio ex præsumptione.*

3 *Scripturæ si penes dominum reperiantur, an missæ per pro-
curatorem ad eum præsumi possint.*

4 *Dominus aliquando etiam præsumitur facta à suo procura-
tore ignorare, nisi subsit præsumptio de quadam, vt dici
soles aduisatione.*

5 *Prælatus ex statutis suæ Religionis, si obligatus sit dare in
Concilio computa priori, præsumptio de eo est, quòd apud
eum reperiantur scripturæ contractuum in causis Reli-
gionis factorum.*

DECISIO CCXCIII.

IN causa Maioticen. pecuniaria dubitaui, *an Religio
habuerit notitiam quittantiæ 5500. scutorum quantum
sufficiat ad effectum, de quo agitur, & quantumcumque in-
formantes pro Matthæo contra Religionem renocarent in
dubium illud, de quo supra resolutum fuit de præsumptione
annorum 14. tamen de hoc non fuit habita ratio, quia erant
extra punctum.* Sed ad hunc punctum dixerunt Domi-
ni, quòd licet vera esset conclusio pro recipiente bona
1 fide, sicut mala, † sufficerent coniecturæ, per Doctores, in
cap. sicut diligenti, vbi Felin. col. 3. de præscript. & alij
in l. Celsus, de vsucap. Abb. in cap. Ecclesiastica doctr. de
caus. possess. & propriet. Et ideò dicebat Felin. post Bald.
2 quem allegat. quòd † etiam ad excludendum malam fi-
dem probatur scientia præsumptiuè alicuius scripturæ,
per Dec. consil. 303. tamen dixerunt, quòd præsumptio-
nes, & coniecturæ, quæ allegabantur pro Religione, non
erant vrgentes: primò enim dicebatur, quòd præceptor
qui soluerat, præsumebatur misisse Religionem in fa-
cto, tam graui, allegando Abbatem, cons. 18. col. 3. versic.
dicitur, secundo volum. & Aim. consil. 4. num. 1. vol. 3.
Quia dixerunt Doctor. quòd non erat ad propositum,
3 quia prædicti Doctores loquebantur, quando † scriptu-
ræ reperiebantur penes dominum, tunc præsumebantur
missæ per procuratorem: sed in casu nostro quittantia
reperiebatur penes Religionem: nec consilium Roma-
ni 48. quòd sæpe solet allegari, & in hac materia domi-
4 nus † præsumitur ignorare facta à procuratore suo, l.
quod vulgò, ff. de emptione, Bald. in l. Celsus, num. 58.
ff. de vsucap. quòd esse non posset, si esset præsumptio,
quòd dominus fuisset aduisatus. Sumebant etiam con-
iecturam ex stabilimentis Religionis, quia hoc perci-
piunt: ergo fuit factum, maximè in casu isto, & etiam
ista stabilimenta retorquebantur, & dicebatur vnum,
quod ex stabilimentis allegatis præcipiebatur, quod præ-
5 ceptores in Concilio tenerentur dare computa priori,
qui deberet facere duplicatum, & vnum transmittere
religioni, & aliud penes se retinere. Si ergo stabilimenta
seruantur, & adimplentur, & quittantia deberet reperiri
in prioratu sancti Ægidij, sub quo fuit facta ista solutio.
Et tamen verisimiliter non reperiebatur, quòd extraxis-
set paritam, siue computum, siue quittantiam ex illis li-
bris, prout extraxerunt Antonini ex scripturis notarij
mortui repertis per quandam mulierem, vt asserebat
Matthæus; quòd si talia reperirentur in illo prioratu,
quòd careret suspicione, quia erat paratus cedere liti, re-
spectu summæ contentæ in dicta quittantia. Et ita resol-
uerant pro non verisimili scientia, quia aliæ coniecturæ,
quæ dabantur, erant satis friuolæ.

FABII.

De Iudic. procurat. & appellat.

SVMMARIA.

1 *Iudice recusato ob suspicionem electis arbitris, si nihilomi-
nus his non obstantibus ad vlteriora procedat, & sic ap-
pellatio fiat à lata sententia, omnia nulliter acta digno-
scuntur.*

2 *Procurator non habens mandatum, faciens actus iudicia-
rios coram iudice, an præiudicet parti, cuius dicitur esse
procurator.*

3 *Pars procuratorem ad agendum constituens in iudicio præ-
sumitur gesta per procuratorem eius nomine ratificasse.*

4 *Procurator constitutus à parte ad prosecutionem causæ,
præsupponit ratificationem gestorum factam à consti-
tuente.*

DECISIO CCXCIV.

IN causa Asten. recuperationis Sedis, dubitaui, *an ex
quo Decanus Asten. processit in causa, postquam fuit re-
cusatus tamquam suspectus, pro parte præpositi, & post ele-
ctionem arbitrorum per eumdem propositum factus proces-
1 sus, & † deinde lata sententia fuit nulla, quia postquam
Iudex recusatur vt suspectus, & arbitri eliguntur, & non
obstantibus his iudex procedit, & ab eius processu appella-
tur, prout erat in casu isto, omnia facta videntur nulla,
Bart. in l. quia poterat, vbi latè Alex. col. 4. circa fin. ff. ad
Treb. Anch. & Gem. in c. iudex, per illum text. de offic. de-
leg. in 6. Abb. in c. cum speciale. de appel. Dec. cons. 175.* Do-
2 mini tamen tenuerunt contrarium, quia † procur. qui
recusauerat iudicem, & elegerat arbitros, necnon appel-
lauerat, licet esset D. propositi, qui omnia hæc fecisset, ta-
men in veritate non habebat mandatum nisi à Capitu-
lo, & propterea nõ procederet in hac causa querela per-
petua,

petua,& diuersa ab illa, quam tractabat Archid. cum Ca-
3 pitulo. † Et licet præpositum postmodum constiterit
procuratorem constituisse,& propterea diceretur, quòd
videretur ratificasse gesta per eum eius nomine, per tex.
in l. Iulia. ff. qui satisda. cogan. Tamen dixerunt Domini,
quòd ille textus intelligitur, quòd ille, qui prius tracta-
4 uerat causam, erat † constitutus procurator ad prose-
quendum causam illam. Nam tunc ex ista constitutione
videntur ratificata gesta procuratorio nomine consti-
tuentis: sed in casu huius constituti erat mandatum sim-
plex ad tractandum istam causam, nec præsupponebatur
in eo tacitè, vel expressè esse aliquid actum nomine Præ-
positi, & allegasse iudicem suspectum, & arbitror ele-
gisse.

FABII.

De iudic. sent. & re iud.

SVMMARIA.

1 *Cessio fructus continens, facta post monitorij executionem obtenti procuratorio nomine cessionarij, an validam reddat sententiam latam condemnatoriam fructuum.*

2 *Ius superueniens de nouo lite iam contestata, an elidatur per sententiam diffinitiuam iam latam.*

DECISIO CCXCV.

1 IN vna Romana dubitaui, † *an ex quo secunda cessio,
quæ continet fructus, est facta post executionem monito-
rij obtenti, præcedenti procuratorio nomine cessionarij, va-
lueri sententia etiam condemnatoria fructuum?* Nam
fuerat facta cessio prima domorum, postea fuerat factũ
monitorium de euacuandis domibus, & restituendis fru-
ctibus, cum tamen facta non reperiretur cessio tunc tem
poris, & postea fuerit facta cessio etiam fructuum. Qua
non obstante cum fuisset pacta post executionem moni-
torij, dicebatur non valuisse sententiam condemnato-
riam. Et licet allegando, decis. 66. in nouis, diceretur
2 quòd ius † superueniens etiam post litem contestatam,
poterat in sententiam diffinitiuam transire, tamen respon
debatur, quòd illa decisio procedebat, quoniam petitio
primo facta erat generalis, & comprehendebat etiam il-
lud ius superueniens, quod non erat in casu nostro, quia
erant cessæ domus, nec aliquid erat, quod fructus com-
prehendere posset, & in monitorio solum hoc narraba-
tur, vt clarè Stapl. in suo tract. de lit. gratiæ & iust. fol.
174. in prima impressione, & fol. 128. in 2, in vers. non da-
tur, & ibi in fi. ver. ex quo infertur, tamen Domini susti-
nuerunt sententiam ex quadam commissione, in qua nar
rabatur etiam secunda cessio, & fructus positos esse, di-
cebãt iudicem ad executionem causæ procedere debere.

FABII.

De probat. Hispal. portionis.

SVMMARIA.

1 *Coadiutoria si concedenda alicui sit in beneficio, quæ & qualis ætas requiratur, cuique eius probatio incumbat.*

2 *Clausula in instrumentis coadiutoriarum apponi solita, locum habet quando aduersa pars litteras gratiæ super coadiutoria impetratas, dicit esse subreptitias.*

3 *Narrata si ratificata non fuerint in gratia, prout de iure requiritur, gratia nequaquam venit canonizanda.*

DECISIO CCXCVI.

IN causa Hispalen. portion. dubitaui, *an stantibus te-
stibus examinatis, & decreto in supplicatione coadiuto-
riæ, quod litteræ non possint impugnari, vel notari vitio
nullitatis, subreptionis, obreptionis, seu intentionis defe-
ctu, & sit satis probata ætas Ioannis Martinez, ita vt gra-
tia Gaspari subsistat, an saltem transferatur onus proban-
di contrarium in Alexandrum aduersarium Ioannis, qui fece-
1 rat Gasparem † coadiutorem, & in supplicatione expres-
serat se esse in 60. suæ ætatis anno, vel circa.* Et erant plu-
res testes examinati, quorum aliqui iudicio suo depone-
bant, quod tempore coadiutoriæ factæ poterat esse 66.
annorum. Vnde secundum Bart. in l. de ætate, ff. ... Imò
nihil concludebant, quia ascensiuè, & descensiuè requi-
ratur excessus 10. annor. per Bart. & alios, latè disponen-
do intellexerat Rota in vna Oueten. Archidiac. de villa
viciosa, in qua etiam tractabatur de coadiutoria vnius,
qui similiter erat 60. ann. vel circa, interpretati sũt, quod
saltem debeat probari esse 60. ann. cum dimidio. Sed
istam probationem non volebat Gaspar coadiutor co-
adiuuare, ex clausulis de quibus in coadiutoria, maximè
ex illa, de qua in dubio, si teneretur probare ætatem sal-
tem plenè: quia sic notarentur litteræ vitio subreptionis
contra illos, quia dicebat Papa, quod nolebat aliter per
quoscumque iudices posse iudicari. Sed quidam ex Do-
minis, qui defendebant contrarium dicebant, quod illa
2 clausula † habebat locum, quando aduersarius dicere
vellet de subreptione gratiæ, quòd non dicebatur hic,
sed solum dicebatur hanc gratiam non posse canonizari,
3 quia † non erant ratificata narrata, prout tenebantur,
subiungens, quòd si contraria essent vera, frustra irrita-
bantur partes quotidie ad probandum narrata, maximè
in coadiutorijs, vbi illa clausula semper debet apponi.
Vnde in isto conflictu fuerunt conformes, quod daretur
ista commissio in actis, & postea videretur, cui incum-
beret onus probandi ætatem coadiuti.

FABII.

De iudicijs Segobiensis de villa Castri.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum factum de supersedendo in causa, non interueniente citatione partis aduersæ ad contradicendum, vtrum cursum fatalium impedire possit.*

DECISIO CCXCVII.

1 IN causa Segobien. de Villa Castri dubitaui, † *an fa-
talia currerent contra Bernardum, non obstante man-
dato de supersedendo in actis producto, ex quo quòd An-
dreas non citauerit dictum Bernardum ad dicendum, con-
tra dictum mandatum, nec aliter eo vsus fuerit.* Hic pun-
ctus declaratur ex his, quę fuerunt dicta supra in eadem
causa, 13. Februarij: tamen Domini se resoluerunt con-
corditer, quod Bernardus, sicut mãdatum esset in actis,
licet non fuerit citatus ad dicendum contra, tamen ex
sola prouisione Andreas visus est voluisse vti, propterea
fatalia contra Bernardum non currebant.

FABII.

De dolo, & contumac. Oueten. Canonic.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta in Cathedrali Ecclesia cum affixione copiæ, & ad domum non inuento personaliter citato, si lecta sit in Ecclesia, non autem ante domum, cum affixio copiæ, & originalis loco lectionis, quæ omnimodo requirebatur succedat, valida de iure censetur, & ligat citatum.*

DECISIO CCXCVIII.

IN causa Oueten. Canonic. sine partium informatio-
1 ne, dubitaui de executione, citationis, *an † esset bene
facta executio, quia citatio erat facta in Cathedrali, in qua
erant Canonici, & alijs domi factis prius negligentijs de re-
periendo citãdum personaliter, non erat lecta ante domum,
sed solum in Cathedrali, vtroque tamen loco erat affixa co-
pia, & originale.* Et dixerunt Domini, quòd licet opus
esset lectura citationis in vtroque loco, tamen affixio non
erat necessaria, quam succedere dixerunt loco lectionis,
allegantes Cassad. decis. 1. de appel.

FABII.

De iudic. senten. & re iudicata Fulginatens. Prioratus.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria ob non paritionem executorialium, posito quòd inhibitio facta fuerit per alium iudicem, vtrum efficaciter parti petenti dari possit.*

2 *Causa diuersa licet appareant, criminalis tamen ciuili præiudicare potest.*

3 *Facultas inhibendi data in commissione quamuis non fuerit, stante tamen possibili præiudicio, ius ipsum talem inhibendi dicitur tribuere facultatem.*

DE-

DECISIO CCXCIX.

IN causa Fulginaten. Prioratus dubitaui, cum pete-
1 teiur à me † declaratoria ob non paritionem exe-
cutorialium, & esset inhibitum ab Aud. Cameræ, corā
quo pendebat causa criminalis inter quosdam testes
examinatos in hac causa, qui erant carcerati, & præté-
debantur, falsum dixisse sobornatos ab Alexan. & Mar
chisio de Selmis, & isti similiter essent in causa contra
Franciscum vigore specialis commissionis, dicebatur
pro Alex. quod non obstante hac inhibitione, poterat
procedere ad declaratoriam, quia ista erat diuersa cau
sa. Et quia in commissione dicebatur cum potestate
2 inhibendi in causa ciuili; quia † licet essent diuersæ
causæ, tamen criminalis poterat præiudicare ciuili,
quia si testes declarentur falsi, non remaneret fortè
3 probata intentio Alex. Et † licet in commissione non
esset data facultas inhibendi, tamen ius ipsum dabat
hanc facultatem stante possibili præiudicio. Imò si nō
fuisset inhibitum, debuisset propter hoc supersedesi,
ad no. per Bart. in l. t. C. si ex falsis instrumentis, & per
Bart. in l. fi. cod. tit.

FABII.

De Regula de valore Arboren. Archi-
presbyteratus.

SVMMARIA.

1 *Gratia non exprimens verum beneficii valorem in sup-
plicatione oblata, facta resignatione, an de nullitate
notari possit.*
2 *Gratia non impediuntur, quò minus effectus suos conse-
quantur, etiam si sub falsa relatione valoris litera gra
tiarum fuerint expedita.*
3 *Regula auctionis ad quam quantitatem ipsas auctiones,
in beneficialibus extendat.*

DECISIO CCC.

IN causa Arboren. Archipresbyteratus, & benefi-
1 ciorū dubitaui, † *an gratia Signorini, qui nō expres-
sit verū valorē, & resignauit, & absque eo vteretur fa-
cultate augendi sibi concessa, sit a principio nulla, quāuis
resignatarius haberet facultatem augendi, qui expediue-
rat sub falsò valore.* Et dubitabatur, *an gratia esset nul-
2 la?* Et Domini dixerunt, ꝙ gratia, & literæ expediun-
tur sub falsò valore, & interim gratia stetit in suspen-
so, adeò, ꝙ prouisiones interim medio tempore factæ
non valebant. c. si tibi, de præben. in 6. Et licet præsup-
poneretur, quòd beneficia valerent, licet plenè hoc
probatum non esset, & propterea diceretur, quòd gra-
3 tia ab initio esset nulla, quia † propter regulā non po-
terant augeri, nisi vsque ad tertiam partem, vt dispo-
nit reg. Cancellariæ, de qua erat datum, & propterea
stante tam excessiuo valore, non poterat seruire regu-
la, & propterea gratia fuit nulla: tamen Domini idem
dixerunt, quòd regula prædicta loquitur de regula
augenda simpliciter, non autem vsque ad verum va-
lorem, quia illa verba, quæ solent per referendarios,
& Datarium cassari, nihil operarentur, si adhuc mili-
taret regula restringens facultatē augendi ad tertiam,

Libri secundi Tertiæ Partis Decisionum Rotæ Romanæ, Finis.

LIBRI TERTII, SECT. PRIMA CONTINENS DECIS. FABII.

DECISIO I.

Barchionensis Parochialis S. Saluatoris,
11. Octobris 1549.

SVMMARIA.

1 *Declaratoria ob non paritionem executorialium, vbi de
nullitate sententiæ ex defectu mandati agitur an ve-
niat relaxanda.*
2 *Procuratorem si pars ad agendū, vel defendendum con-
stituat de litis ingressu, habere scientiam huius actus
vigore argui potest.*
3 *Testes examinati ad probandam intentionem illius, qui
sententiam in sui fauorem obtinuit, necessariò debent
esse iurati, & vtrum sufficiat attestatio Notarij de de-
positione testium cum iuramento facta.*
4 *Partis citatio de necessitate requiritur ad id, vt quando
testes deponere debent cum iuramento, videant eos iu-
rare.*
5 *Sententia si prolata fuerit minus legitimis probationi-
bus suffulta de iniustitia, & iniquitate meritò nota-
tur; idque neutiquam venit executioni mandanda.*
6 *Pars calumniosè litem magnis fauoribus protrahens in
præiudicium pauperis aduersarii, declaratoriā elicit,
non probato per procuratorem in continenti, de suo bo-
no iure.*
7 *Iudex aliquando ad sententiæ prolationem aliis rationi-
bus, quàm ex dictis testium in causa ventilatione pro-
latorum moueri potest.*

IN causa Barchionensis parochialis S. Saluatoris,
1 dubitaui, † *vtrum declaratoria esset relaxanda?*
Nam declarauerant moniales, ob non paritionem
executorialium contumaces. Dicebatur, quòd
sententia cuius vigore erant decretæ executoriales,
erat nulla, & iniusta: nullitatis causa stante ex defectu
mandati, data conditionali, si causa ad Curiam legiti-
mè esset deuolota, & si principales essent etiam cita-
ti, casu quo deberent de iure citari, ad effectū, vt pos-
sent procuratorem constituere: Nec de citatione ali-
qua apparebat. Fuit tamen visum Dominis meritò, ꝙ
2 ex quo moniales, quæ constituerant † procuratorem
verisimiliter habuerunt notitiam de lite, quia erant
decretæ compulsoriales ad partes, & executæ, citatis
etiā procuratorib. & post intimationem executorialiū
post multos annos procuratores isti venerant ad cau-
sam, quo ad memoratos verisimiliter procuratores,
qui per multos annos causam sustinuerant, & adhuc
sustinebant sententia posset sustineri, ꝙ esset nulla, &
iniusta. Ex multis adducebatur, quæ ad duo restrin-
3 gerentur. Primò, † quia testes examinati ad proban-
dum intentionem illius, qui reportauerat sententiam,
erant iurati, cùm de eorum iuramento non constaret,
& nisi per attestationem Notarij dicentis, talis iura-
tus tactis scripturis dextera manu, quod videbatur
maiori parti non sufficere, vt not. per Doct. in l. scien-
dum. ff. de verb. oblig. licet aliqui teneant cōtrarium,
quia Notarius dixerat manu tactis scripturis. Item &
4 † fortius, quia pars non erat citata ad videndū iurasse
testes. Et licet nuncius iuisset ad monasterium, & de-
disset copiam citationis portionariç, vt ostenderet Ab-
batissæ, vel Abbatissa permisisset se citari. tamen fuit
5 dictum, ꝙ nō sufficiebat. Vnde † sententia illa, tanquā
sine probationibus lata, videbatur iniusta & iniqua,
& ideo non exequenda: quia tamen in tota ista cau-
6 sa, quæ per 4. annos fortè durauerat † de calumnia
monialium constaret, quæ per tot annos magnis fauo-
rib. protelauerant litem contra pauperem hominem,
mandatū mihi, vt deberē relaxare declaratoriam, nisi
procurator monialiū in continenti ostenderet de ea-
rum

rom bono iure, ex quo iam sententia transierat in iudicatum: per multos ante mihi constabat de iniquita-
7 te sententiæ, † quia iudex potuit moueri ad pronunciandum contra moniales alijs rationib. quàm quod ex dictis testium moueretur.

DECISIO II.

Hispalen. Canonicat. & Prebendæ.

SVMMARIA.

1 *Condemnatus per tres conformes sententias petens se in integrum restitui, vtrum ad beneficij fruitionem possit iterum admitti, atque fructuum, & expensarum ratione, cum paruerit iudicato, quo ad possessionem, & obtulerit omnium fructuũ, beneficiorum, & bonorum cessionem, reseruato tamen ne egeat.*

2 *Paupertatem allegans eam, haud dubiè probare tenetur.*

3 *Reseruatio aliquando pensionis liberalior facienda est cedentis persona qualitate respecta, & loci vbi victualia caro pretio proponuntur.*

IN causa Hispalen, Canon. & præbendæ S. Saluato-
1 ris dubitatum, *an † condemnatus per tres sententias, qui petebat restitutionem in integrũ deberet admitti ad beneficium. cap. peruenit de fideiuss. propter expens. & fructus, cum paruisset rei iudicatæ quo ad possessionem, & offerret cedere fructus omnium beneficiorum, & bonorũ suorum, reseruato sibi tamen ne egeret.* Pars aduersa re-
2 clamabat ne admitteretur, ex † quo non esset probatum de paupertate, & dispositio illa videbatur facta pro pauperibus. Domini mei dixerũt mihi, quòd deberem illum admittere ob paritionem rei iudicatæ, quantum in eo erat, & cessis fructibus omnium bonorum, & voluerunt, ꝙ pro parte victus petentis tale
3 beneficium reseruarentur 30. aurei, † licet pars multò plus peteret, propter conditionem personæ, & loci, in quo victus erat valde carus.

DECISIO III.

Conimbricen. Canon. & Præbendæ, 5. Octobris.

SVMMARIA.

1 *Possessio non capitulariter capta an sit restituibilis in fauorem spoliati, stante consuetudine secreta collationis.*

2 *Decanus, & aliquot Canonici, licet sint domũ capitularem ingressi, cum in instrumento possessionis non fiat mentio capitulariter tradita, per ingressum illum non probatur possessio.*

3 *Testis vnico deponẽti de consuetudine dandi possessionem sine canonicatione Capituli concurrentibus alijs probationibus, vtrum fides adhiberi possit.*

4 *Dies traditæ possessionis, si capitularis fuerit eam capitulariter factam arguere potest.*

5 *Iure spoliati existente probatorio, & bono, deque eius bonitate probata, sententia in fauorem spoliati ferenda est.*

DIe 5. Octobris, in causa Conimbricen. Canonic.
1 & præben. fuit dubitatum, † *vtrum possessio Francisci esset restituibilis?* Dubium faciebat, quia possessio non erat capitulariter capta, ad hoc Cassa. 3. de caus. poss. & propr. & decis. 12. de restit. spol. in nouis. Nam
2 licet † Decanus cũ certis Canonicis ingressi essent domum capitularem, & Capitulum fecissent, vt dicebat instrumentũ possessionis, tamen Domini dixerunt, ꝙ ista possessio de vigore iuris non erat restituenda, cum non esset Capitulum: quia in instrumento nullũ verbum erat, ex quo constaret, ꝙ capitulariter data fuis-
3 set: quia tamen propter † vnum testẽ, probabatur consuetudo in illa Ecclesia dandi possessionem sine vocatione Capituli, & quòd illi, qui reperiebantur in choro congregati ad diuina, ingressi loca Capituli dabant possessionem, & alij etiàm probabant de consuetudine in alijs Ecclesijs, in eodẽ Regno Portugalliæ. Item quia in processu multa erant instrumenta per Capitulum facta, in quib. nunquam dicebatur, quòd Canonici essent capitulariter congregati, aut vocati;
4 Itẽ quia † dies, qua possessio fuit tradita erat dies capitularis, licet hora videretur nimis intẽpestiua. Dixerunt, quòd videre deberem, an ius spoliati esset bo-
5 num, vel si † spoliatus aliquod ius haberet, quo comperto, deberem sentẽtiam ferre in spolio, ex quo ageretur pro spoliato habente bonum ius.

DECISIO IV.

Dertusensis Sacristiæ 3. Octobris.

SVMMARIA.

1 *Testes singulares deponentes de auditu facta pugna, in duello a parte litigante concurrentibus alijs testibus de publica voce, & fama fidem facientibus in eodem facto, an sufficienter probent.*

2 *Pugnans in duello etiam ad sui tutelam prouocatus, vtrũ incapax sit ob id Ecclesiasticorum beneficiorum.*

3 *Ius tertij allegatum in lite, vt sustãtiae motiuam faciat, venit clare deducendum.*

4 *Delictum per confessionem extraiudicialem, quo ad effectum pœnæ ordinariæ non probatur, licet quo ad alios effectus sic.*

EAdem die in causa Dertusensis Sacristiæ fuit du-
1 bitatum, præsupposito, *quòd † testes singulares deponerent se audiuisse a Ioanne de Miglia, eũdem pugnasse in duello, & quinque alij testes deponãt de publica voce, & fama super eodem facto, qui etiam probent illum certasse in duello.* In quo dubio latissimè fuit informatum per Excellẽtissimos Aduocatos Hieronymum de Castillium, & Alphonsum Villasi defendentes negatiuam, & ex aduerso Aragonio, & Gabriele. Et quiã causa agitabatur inter Augustinum Oliueri, & Guhelmũ Cassad. & Oliuero possessor dabat de iure tertij contra Ioannem de Miglia, & ex aduerso per Cassad. op-
2 ponebatur, quod Dom. Ioan. erat incapax, quia † pugnasset in duello: fuit per omnes cõclusum, ꝙ ex quo
3 disputabatur † de iure tertij, ius illud debet esse clarũ, ad no. per Bar. & alios, in l. 2. ff. de excep. rei iud. per Sarnen. in reg. de non iudicando, quæ est 1. col. 5. & in regu. de publ. q. 7. col. 2. Et illa probatio esset sufficiẽs, quantum ad offuscandum ius tertij, contra sententiã pro maiori parte, quod probatum ad alium effectum non esset plenè ex deductis in informationibus: quia tamen super hoc non fuerat informatum pro parte Oliuero, qui simpliciter informauerat super dubio; Ideo per audientiam sequentem datum est, dubium particulare super hoc, vt sequitur. Et fuit adiutus allegationibus Aduocatorum, deci. 360. in no. vbi per
4 † confessionem extraiudicialem non probatur delictum, quo ad effectum pœnæ ordinariæ, licet quo ad priuationem beneficiorum, & quo ad alios effectus aliud sit.

DECISIO V.

In eadem Dertusens. Sacristiæ.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes de inita concertatione per duellum, an probent in præiudicium iuris tertij ad eius offuscationem.*

2 *Iuris tertij deducti ad obfuscationem non facit probatio non perfecta.*

3 *Ius tertij non perfectè probatum obfuscatur, si contrariæ partis probatio plena fuerit, & non generica, sed specialis.*

1 FVit dubitatũ, *vtrũ † testes deponẽtes super duello Io. de Miglia probent, quo ad effectũ offuscandi ius tertij, de quo datum erat.* Et fuit per omnes dictum, quòd sic: prout dixerunt in præsenti dubio, nec obstare dedu-
2 cta in contrarium, in quib. videbatur probari, ꝙ † ille qui non perfectè probat, non offuscat ius tertij, Socin. cons. 33. viso testamento, col. fin. vers. igitur probatio partis aduersæ, 3. vol. cum multis alijs, quæ tunc alle-gabantur, quia fuit dictum ꝙ procedebant, quando
3 probatio † cõtraria fuisset plena, quod non erat in casu nostro, quia erãt probatæ habilitates Io. de Miglia,

&

& probatio arat generica, & crimen duelli erat particulare, & io terminis oon sequebatur ad cons. Soc. & alia, sed io vera probatione, & similibus.

DECISIO VI.

Toletan. Caoonic. & præbend.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutoria qua futuram successionem cõtinet concessa per indultum, an derogationem aliquando indulti admittere possit.*

EAdem dia in causa Tolet. Canooic. & præben. fuit du-
1 bitatum, † *vtrum in coadiutoria cum futura succes-*
sione erat necessarium derogare indulto. Card. Toletan. Et
quattuor ex septem Dominis fuerunt pro negatiua, videlicet Prosp. Pui. & Fab. vna mecum, tres alij And. Thomas, & Mohedanus erant in opinione contraria: & quia res erat exemplaris, & non caret difficultate, proposui super his iterum dubitare.

DECISIO VII.

Toletanæ Thesaurariæ S. Leonardi.

SVMMARIA.

1 *Testis deponens de prouisione facta aliquotics ab Archidiacono contradicente Archiepiscopo, ita vt pacifica quasi possessio probari sufficienter non potuerit requisita scientia, & paticutia Archiepiscopi, non probat de iure quasito Archidiaconi.*

2 *Testis deponens de auditu, in quasi possessione collationis beneficiorum nihil probat.*

3 *Testes difformiter deponentes, cum alij plus, alij minus asserant, reprobantur, vt insufficientes.*

PRoposui causam Toletan. Thesaurariæ Sancti Leonardi, & legi testem examinatum in remissorio, qui
pluries, & latius loquitur, quàm alij solom, vt videtur,
an beno probaretur collationem beneficiorum in districtu
Archidiaconatus existen. & vacan. non autem in Archi-
episcopatu Toletan. Et Domini dixerunt, illum non pro-
1 bare, quia † licet deponeret de aliquibus prouisiooibus
factis per Archidiaconum in dicto mense, & ex certa
scientia, quia tamen Archiepiscopus semper contradixerat, nec pacificè fuerat in ista quasi possessione, nõ propterea nõ possit ex eo sibi aliquod ius quæri, cum requirerentur scientia, & patientia, ad not. per Ionocen. in cap.
bona, 1. col. de postulat. prælator. Et licet attestaretur de
2 multis alijs prouisiooibus, † tamen ex quo deponebat
de auditu, nihil probabat. Nec constabat bene, quòd
prouisiones illę habuissent effectum, quia licet de effectu
deponeret testis, tamen vel erat per concurdiam, vel non
constabat, qua causa prouisus obtinuisset beneficium. Et
3 † licet decem testes essent examinati, quia si ille plus quã
alij diceret, nil probabat, minus alij probabant: etiam
erat octauus, vel nonus testis, qui aliquid dicebat, sed
non probante primo, remanebat solus, nec ille probat,
quia eodem morbo laborat: sunt etiam testes examinati
in Curia, qui nihil probant, sed nouem non fuere electi.

DECISIO VIII.

Dertusensis Sacristiæ.

SVMMARIVM.

1 *Probationes producendæ ad iuris prætensi alicuius tertij obfucationem plena esse debent ad id, vt illud elidant.*

DIe 27. eiusdem in causa Dertusen. in qua erat producta concordia inter Ioa. de Miglia, & Aug. Oliuerium, vbi inter alia promittebat Ioan. resignare finita
lite, fuit dictum, informari debere partes quoad hoc,
1 quod dicebatur † ius tertij, non autem partis: de quo nõ
fuerat producta concordia ad effectum: & non sufficere
probationes, quas dictum erat sufficere ad effectum offuscandi ius tertij, quod clarum esse dicebatur, quando
de eo dabatur.

DECISIO IX.

Burgensis beneficij.

SVMMARIA.

1 *Processus in partibus habitus vnica saltem interueniente citatione, an validus sit habendus, an contra.*

2 *Probatio etiam inter alios acta de processu vna citatione perfecta ex stylo consueto partium, probatorius est, & effectualiter est validus.*

EAdem die in causa Burgensis beneficij de Laureno
1 pro paupere clerico, in causa † erat processus de partibus productus, qui dicebatur esse nullus, ex defectu citationis, nam non apparebat, nisi de vna citatione primi
2 processus, & † præsupponebatur illã sufficere, quia erat
de stylo diœcesis Burgensis. Fuit dictum, quòd si producerentur testes examinati in alia causa, probantes talem
stylum in eadem diœc. Burgen. quòd illa probatio sufficeret, licet inter alios acta.

DECISIO X.

Toletan. Coadiutoriæ.

SVMMARIA.

1 *Derogatio indulti in coadiutoria cum spe successionis, an requiratur.*

2 *Concordata coadiutorias comprehendunt, non autem reseruationes.*

3 *Coadiutoria beneficiorum non potest propriè dici resignatio, licet formam resignationis repræsentet.*

4 *Differunt concordata ob publicam vtilitatem, & indulta, quæ vtilitatẽ priuatæ esse dignoscuntur.*

EAdem die in causa Toletan. coadiutoriæ dubitaui ite-
1 rum, prout aliàs, † an in adiutorijs requireretur derogatio indulti? Et fuit dictum, quòd aliàs coram Domino Ioanne Paulo fuerat decisum, quòd sic, de anno
1544. & mense Februarij in vna Tolet. Archipresbyteratus de Madril, ostendente Domin. Mohedan. decis. scriptam a tergo informationis, in qua dicebat ita fuisse decisum. Sed Puteus referebat se de eodem anno 3. menses
annotasse, & Rotam inclinasse in hanc partem, pro qua
fuit etiam conclusum hodie coram me, quòd in coadiutorijs derogatum requiratur indultis Cardinalium, per
decis. 5. Cassador. 8. de pactis, quæ allegabatur, & 4. de
2 priuileg. vbi arguit de concordia ad indulta, & † ideo
concordata cõprehendant coadiutorias, licet non regressus, in d. decis. 8. ita vt in indulto esse debeat: fuit dictum,
quòd pro ista parte faciebat, quia in indultis excipieban-
3 tur beneficia resignata, & ideo cum † coadiutoria non sit
propria resignatio, etiam quòd si de concessu indultum
illa capiebat, nisi illi derogaretur. Et ita fuit conclusum
tribus Auditoribus primis existentibus in cõtraria opi-
4 nione. Quia † magna erat differentia inter concordata
emanata ob publicam vtilitatem, & indulta, quæ vtilitatem priuatam respiciebant.

DECISIO XI.

Conimbric. Canonic. & præben.

SVMMARIA.

1 *Dispensatio obtenta vigore supplicationis valida est, etiam non expeditis litteris de dispensatione fidem facientibus.*

2 *Regula dicens dispensationes non suffragari dispensato ante expeditionem litterarum dispensatorialium non habet locum, vbi aliàs de ipsa dispensatione constiterit ex decisione Cassad. super regulis Cancellariæ.*

EAdem die in causa Conimbric. Canonic. & præbend.
1 & Cantoriæ, † *an dispensatio Francisci, de qua con-*
stabat per supplicationem sufficiat, in casu, de quo agitur.
Et fuit dictum, quòd sic, nec tenebatur expedire litteras
dispensationis: nam ex quo in eadem supplicatione erat
sibi reseruata pensio, & regressus, super quibus erant expeditæ litteræ, satis erat, quòd de dispensatione constaret
2 per supplicationem, nec † habebat locum regula, quòd
dispensationes non suffragarentur litteris non expeditis,
per decis. 5. Cassad. 33. super regulis Cancellariæ.

K DE-

æquipollens:tamen ex quo erat satisfactum menti Pontificis, qui volebat solum... excludere, ne sub generalitate Cardinales, qui sunt speciali nota digni, includerentur: & modicum referebat observatio formæ. Dicebant illud sufficere, allegabantur not. per Modeto. in .... §. & quid si tantum, & Paul. de Castro in l. vniuersa, C. de precibus Imperat. offeren. licet Leonina requirat derogationem fieri ex magna causa, tamen dicebatur adiutoriam regulæ causatum sufficientem, quia erat necessaria, cum canonicatus fecisse non possit aliqua de causa, & eo maxime, quia ista oppositio placebat, quia regulę non obstant, nec erant ita prægnantes cum clausula, quorum tenore, quòd etiam potuissent vigore illarum, derogari expresse constitutioni Leoninæ. Et ita intellexi postea, quòd pars dubitans de resolutione huius puncti, parte contradicente non obstat in parte expedire Bul. vigore illius impositionis, in qua expresse derogabatur constitutioni Leoninæ.

DECISIO XVI.

Conimbricen. Cantoriæ, 19. Octobris.

SVMMARIA.

1 *Formalis consensus si non sit manifestus ratione ipsius promisi, regressus an validetur in persona prouidentia.*

2 *Bulla Adriani VI. reuocatoria regressuum omnes voluit regressus reuocatus, præter quam eos, de quorum bene iure constat, & habito consensu partis promissa.*

3 *Cessione notoria existente in simul cum pensionis reseruatione sit præsumptio, consensum de regressu antea interuenisse.*

4 *Ius bonum spoliati si apparet, restituendus est pristina possessioni, etiam eo non existente capitulari.*

1 EAdem die in ea Conimbricen. Cantoriæ dubitaui, an † *regressus Francisci licet non constet de consensu formali ipsius Ludouici cui prouidetur, sit validus ad effectu, de quo agitur.* Ioan. quidam resignauerat in Didacum de Salazari, & Didacus in Ludouicū, qui Franciscus etiam, qui habebat impetrationem certo modo cesserat in Ludouicum reseruato sibi regressu, de quo dubitabatur, an

2 † *valeret propter Bullam Adriani VI. qui reuocauerat omnes regressus, præterquam ex causa boni iuris, nisi essent de consensu.* Et ideo etiam tunc temporis omnes regressus concessi reuocarentur, qui non erant ex causa onerosa, & sic sine consensu, & quia in eadem supplicatione omnia præfata erant facta, & Ludouicus erat præsens in Curia, fuit dictum, quod præsumebatur habuisse supplicatio-

3 nem in manibus, & dicta vidisse. † Vnde sicut constabat de cessione Francisci, & consenserat reseruationi pensionis 50. ducat. in eius fauorem, de quo consensu constabat, præsumebatur etiam consensisse regressui, sine accessui, cum videbatur acceptasse cessionem, cum omnibus qualitatibus, nec cedere videretur, ad l. fin autem, & ibi Baldus, ff. de pactis, & l. non est fereodus, cum vulgar.

Sed eadem die fuit inuentus cōsensus Ludouici expressus, qui nedum pensioni, sed etiam regressui consenserat, & quia negabatur cōstare de cessione Francisci, qui erat absens, & in septennio, vt contrahabatur vltimo, quòd fuit exclusus consensus eius, expedituerat in specie supplicationem tatione regressus, & reseruationis pensionis, in qua confitebatur se cessisse ius suum Ludouico, quod ta-

4 men ex impetratione certo modo non petebat. Et † ita resoluta causa, fuit pronunciatum Franciscum restituendum ad possessionem, qua fuerat spoliatus, licet non esset capitularis, ex quo constabat de bono iure illius, quæ est limitatio consilij Cassad.

DECISIO XVII.

Romana hæreditatis de Lenis 29. Octobris.

SVMMARIVM.

1 *Prædicatorum religio, qua non consueuit ex particulari fratribus suis alimoniam præstare, an ad sumptus litigantis in particulari pro suis iuris tutela, ad litis impensam obligetur.*

1 EAdem die in vna Romana hæreditatis de Lenis dubitaui præsupposito, † quòd religio Ordinis fratrū Prædicatorum non teneatur, nec consueuerit dare alimenta fratribus eiusdem Ordinis negocia propria tractantibus numquid deberentur fratri Thomæ in causa, de qua agitur, ac sumptus litis. Et licet multa contra fratrem Thomam, & facultatem sibi datam a generali opponerentur, tamen præsupposui omnia legitima, & in iure solum, de quo dubitatur. Et omnes dixere quòd sic, ampleat decis. 2. de re iud. in antiquior. Bisign. quam sequuta est decis. Neap. 11. in antiq. Et ita fuit dictū pluries Rotam decreuisse, & in prima instantia, non obstante Paul. de Castr. in l. si institutus, §. de off. ff. de sol. de in off. testam.

DECISIO XVIII.

Toletana matrimonio, 14. die Octobr.

SVMMARIA.

1 *Spolium, si prætendatur ex incidenti, actio principaliter de matrimonij inualiditate, vtrum de spolio sit agēdum suspensa causa matrimoniali, ex eo, quòd omnis spoliatus ante omnia de iure veniat restituendus.*

2 *Mulier petens & obtinens reuocare sequestrum factum in bonis mariti dotis sua ratione, & filiorum, tamquam hæredum etiam coram iudice laico, non ob id dicitur quidpiam attentasse, pendente lite super matrimonio, & hæreditate, coram iudice Ecclesiastico.*

3 *Aduersarius litis olim possidens castrum cum nunc ab altera parte possideatur, testibus deponentibus de possessione in præsens possidentis, an dici ob id possit fuisse spoliatus.*

4 *Principale primum post accessorium in actionem tamquam incidens deducendum est, ita quidem vt agere volens cōtra filios, primo causam tractet matrimonialem, & qua absoluta alia facilè terminari potest.*

1 DIe 4. in causa Tolet. Metens. matrimonij, dubitaui, † *an sit procedendum super matrimonio omisso spolio, & attentatis in causa: cum ista erat præsentata commissio ex parte, quod super istis arbitrio Audit. procederetur?* Et fuit conclusum esse procedendum super matrimonio, quia non poterat dici spolium, nec attentata mulieris, quæ dicebat se cōtraxisse matrimonium cum defuncto, de cuius bonis agebatur. Nam cum per viam monitorij fuerat introducta coram Ordinario loci, non erat monita moliat, ne se iactaret vxorem eiusdē Philippi mortui, nec prolem ex eo susceptam esse legitimam, nec hæreditatem ad eam spectare, cuius vigore comparuerat, & dederat mādatum nomine suo tantum, & causa prosecuta super matrimonio: licet aduersarius fecerat monere, articulasse hæreditatem Philippi mortui ad se spectare. Et licet pendente ista lite ipsa mulier, tam nomine suo pro dote, quām nomine filiorum tamquam hæredū petijsset, & obtinuisset reuocari sequestrum bonorum mortui per iudicem laicum, propter quod prætendeba-

2 tur attentasse: † tamen fuit dictum, quòd istud non erat attentatum, ex quo causa cum filijs non pendebat super hæreditate, & ipsa pro dote & credito intentauerat, super quo nulla erat lis, sed super matrimonio, & hæreditate, licet etiam probaretur aduersarium olim possedisse

3 quoddam Castrum, quod † fuerat Philippi, & nunc ipsum possidera, ex quo prætēdebatur spolium, tamen fuit dictum, quod testes dicebant filios, & eorum matrem esse in possessione, non per hoc probatur secundum extremum, contra mulierem, quæ in Castro erat cum filijs iure familiaritatis, & iure proprio: nam filij erant instituti hæredes a patre mortuo, & tamquam hæredes præsupponebantur esse in possessione bonorum, & Castri. Vnde

4 si volebat agere contra filios mortui, erat † antea contra matrem agendum, cum qua erat lis super matrimonio, quæ debebat terminari. Nam ex causa omnia remanebant soluta.

DECISIO XIX.

Salamantina Abbatiæ, 14. Octobr.

SVMMARIVM.

1 *Electio & possessio. qua non prætenduntur non facta capitulariter, an tamquam attentata veniant reuocanda.*

EAdem die in causa Salamantina Abbatiæ dubitaui,
1 † *vtram electio Archiepiscopi, & possessio eius vigore, quòd non capitulariter facta essent, tamquam attentata reuocanda, antequam ad canoniZationem sua noua prouisionis deueniretur?* Et quia plures erant litteræ, quarum vigore ista poterant dici fuisse attentata, fuit resolutum punctum debere diuidi, & par.....

DECISIO XX.

Barchionen. pension. die 3. Decembr.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius obtenta pensione in beneficio nõ ordinatus antea clericali ordine, sed post habitam pensionem, cuius probatio facta fuit vera, elisa reputatione de clericatu, facit vt pensio non sit rata habenda.*

DIe 3. Decembris fuit mihi dictum per Dominos in
1 vna Barchionen. pension. † quòd ex quo post obtentam pensionem apparebat, quòd pensionarius fecerat se clericali charactera insigniri, & per eius aduersariũ erant productæ litteræ clericatus, quòd licet per testes probaretur, quòd per annum fuerat habitus, & reputatus pro clerico, quod non sufficiebat, quia vera probatio præualebat illi probationi per reputationem. De hoc iterum latè fuit dubitatum 27. Aprilis 1547.

DECISIO XXI.

In quadam Romana, 3. Decembr.

SVMMARIA.

1 *Alienans contra pactum factum a testatore rem aliquam, cadit a commodo contractus.*

2 *Censum constituens super domo prohibita alienari ex pacto facto per testatorem, an censeatur ob id domum alienasse.*

3 *Census super domo impositus, si redemptus fuerit, de eo in actis constare debet, & an ob id contra pacta quid fuerit attentatum, quæ alienationem vetabant.*

4 *Dominium domus, & proprietas, an permaneat apud eum, qui eam alteri fecit censualem.*

5 *Multitudo errantium, an patrocinetur errori, ita vt duobus contra pacta facta per contractum alienantibus rem vetitam alienari, pœna relaxationem mereantur.*

6 *Dotis causa si dicatur alienatum alias prohibitam per testatorem alienari, an is actus releuet a pœna in contractu apposita, cum res sit fauorabilis ipsa dos.*

7 *Pactum si fuerit factum, vt alienans rem donatam cadat a commodo rei donatæ, applicanda non alienanti, cum ista pœna conuentionalis sit, vtrum sufficiat, vt alienans, non etiam incurrat pœnam legalem.*

8 *Pœna conuentionalis a partibus apposita in contractu non elidit pœnam legalem, sed mutuo aliquando concurrunt.*

1 EAdem die in causa Romana dubitaui, † *vtrum creditores Martini excludantur a filijs Bernardini vigore pacti inter Federicum, & fratres factum, attento, quòd contra prohibitionem pacti Bernardus alienauit?* Nam pactum erat inter eos, quòd bona immobilia non possent alienari, nec hypothecari: propter quòd hæredes Bernardini, quòd etiam erant hæredes, recusabant soluere creditoribus Federici habentibus expressam hypothecam in obligatione in forma Cameræ: sed replicauerant cre-
2 ditores, quòd † ex quo Bernardus constituerat censum
super vna domo prohibita alienari, & sic pacto contrauenerat, quòd non poterat iuuari pacto de nõ hypothecando in eodem contractu apposito. Sed replicabant hæ-
3 redes, quòd census erat redemptus, quòd † non admiserunt Domini: tamen quia de reductione in actis nõ constabat, tum quia statim facta alienatione ceciderat a pacto medio contractus: adeo quòd ex redemptione, id
quod amiserant, non recuperabant. Dicebatur etiam,
4 quòd licet ita constituissent, dicebant tamen, quòd † domus dominium penes illum remanserat, ideo, &c. Sed
dicebatur, quòd nedum erat prohibita translatio dominij, sed etiam quælibet alienatio, & obligatio, & negari
non poterat, quin constituendo censum super domo illam obligassent. Dicebant etiam, quòd Bernardinus con-
5 cesserat fratribus Caroli. Ideò † cum duo ex tribus alienassent, debuit posse fieri sine pœna, per not. per Alex. in
l. duo ex tribus, de re iudic. Sed verba pacti hoc tollebãt,
cum expressè omnium consensus requirebatur, etiam
6 quòd † fuerat facta alienatio ex causa dotis. Quòd quia
non probatur, dixerunt quòd facta probatione disputaretur, in Auth. res quæ, de legat. quę habet locum in contractibus. Vltimò, quòd quia erat in pacto dictum, quòd
7 facta † alienatione alienans caderet a commodo rei donatæ, quam debebat applicare non alienanti; quia erat
apposita pœna, quæ debebat sufficere, & non duplici pœna puniri, & sic etiam a commodo contractus caderet,
iuxta l. sancimus legum, cum ibi not. de pœn. tamen omnes
8 Domini fuerunt † in contrarium, quòd in pœna conuentionali apposita partibus potuerit concurrere pœna legum, l. si quis maiori, C. de transact. & propterea propter
pactum cadere deberet ab omni commodo contractus.
Allegabatur etiam in summa, quòd glo. in l. si is qui, C.
de iure emphyteut. cum vers. repellere contra approbata. Ex qua patet, quòd pœna conuentionalis non facit
cessare pœnam legalem, sed concurrunt.

DECISIO XXII.

In causa Ianuensis, 3. Decembr.

SVMMARIA.

1 *Alienatione prohibita domus per testatorem, & casu, quo alienaretur, deueniat in proximiorem suum concurrente graduum paritate, quis admittatur ad possessionem domus ea contra voluntatem testatoris alienata.*

2 *Proximitas hæc quomodo, & de quibus veniat intelligenda hoc casu, an de grauati proximis, an vero testatoris, num seq.*

3 *Voluntas testatoris, si notoria sit proximitas in suo potius venit consideranda, quam in grauato, ex communi.*

4 *Testator qualiter diligit grauatum, eo modo & hæredes grauati censetur diligere, parique modo quo odio prosequatur alienantem, eodem & hæredes eius prosequi arguendum est.*

5 *Differentia inter feudum antiquum, & nouum ex paterna prouisione acquisitum.*

EAdem die in causa Ianuensis domus, fuit dubitatum, *vtrum stante prohibitione testatoris debeat admitti Io. Baptista maior natu inter proximiores testatoris exclusis filijs Hieronymi alienantis existentibus in pari gradu cum Ioanne Baptista.* Nam per testatorem erat prohibita alie-
1 natio eiusdem domus, & † casu quo alienaretur, deueniret in proximiorem ex testamento ipsius testatoris, & cũ
essent plures in eodem gradu, maiores natu proximiores
dicti testatoris haberent domum istam. Hęc domus erat
alienata in quosdam fratres Domini Ioãnis Baptistę, qui
erat inter proximiores maior natu, & petebat domum a
fratribus. Replicabatur quatenus sibi non competebat,
sed filijs Hieronymi alienantis, qui erant in pari gradu,
& maior natu inter illos debebat domum obtinere, quia
2 † postquam deuenerat ad Hieron. proximitas, debebat
respectu illius considerari, tamquam proximior grauati
deberet attendi, non autem proximior testatoris, iuxta not.
per Soc. in l. si cognatis, ff. de reb. dub. cuius dictum magis commune sequuntur Doctor. inter quos est Marian.
Soc. in cons. 266. & 9. colum. volum. 1. & bãcet. a in communem dicit Gozad. cons. 4. colum. penult. vers. ad tex.

&

& Parif.conf.23.num.263.in fin.vol.1.& conf.21.nu.22. cum conf.23. col.pen. in princ.nu.2.volum.1. Dominus Fabius dicebat communem esse in contrarium, & connumerabat Doctores, & allegabat Iasonis locum dicentem, conf.159. volum.4. & Dec.conf.546. in fin. Tamen omnes Domini præsupposita etiam prima opinione,pro
3 communi dicebant in casu, de quo quæritur, † attendi debere proximitatem, & maioritatem respectu testatoris,quia constabat de voluntate testatoris in pluribus locis testamenti,quod vocauerat proximiorem suum tantum, & quia prædicta opinio loquitur in successione, secus in prohibitione alienationis, qua prohibita res alienata debet ad proximiorem venire, attendenda est proximitas respectu testatoris; Et Prosper mouens quæstionem dicebat,ex l.filiusfamilias.§.diui, cum ibi not.vers. 4.quæritur in fortioribus terminis,quia cessat ratio præ-
4 cedenti contraria. Nam † qua occasione testator prædilexit grauatum in eius portione,eadem ratione censetur eius descendentes dilexisse,l.cum auus,ff.de cond.& demonstr. Sed in alienante sicut habuit odio illum facientem contra prohibitionem, eodem modo & eius filios, sicut dicimus de alienante feudum irrequisito domino. Ioan. Andreas, & alij in cap.1. §.fi. quæ fuit prima causa benef. amit. tenet & tradit Curt. in tract. feud. 1. parte princip. colum. 1. Et licet aduersarius conaretur ad hoc
5 respondere, faciendo † differentiam inter feudum antiquum & nouum acquisitum ex paterna prouisione, tamen fuit dictum, quòd ista non erat bona instantia, ex nota. per eumdem Curtium in loco præallegato. Et sic ex his fuit pronunciatum in causa in tertia instantia,nam in prima fuerant disputata multa alia dubia, quæ oriebantur ex illo testamento.

DECISIO XXIII.

Dertusensis Sacristiæ, 10. Decemb.

SVMMARIA.

1 *Inhabilitas ad beneficia Ecclesiastica obtinenda an argui possit ex pugna in duello commissa.*

2 *Et an in clerico veniat intelligenda, vel laico nondum clericali charactere insignito, num.seq.*

3 *Laicus an ex pugna duelli criminosus dicatur effici, & ob id ad beneficia inhabilis ipso iure.*

Die 10. eiusdem in causa Dertusensis Sacristiæ dubitaui, præsupposito, quod Ioa.de Miglia pugnauit
1 in duello, † *vtrum fuerat factus inhabilis ad obtinendum beneficia?* Et Domini dixere pro maiori parte, quòd sic, licet cap.20. de clericis pugnantibus in duello, loquatur
2 † de clerico, & non esset probatum Ioan. de Miglia esse
3 clericũ, tamen † ex quo licet esset laicus, propter pugnam erat factus criminosus,& ipso iure inhabilis ad beneficia obtinenda, vigore gratiæ suæ reseruantis sibi beneficia, per not.per Dec.quem refert,& sequitur Felin.in cap.2. col. 1. vers.1. limita etiam omnia præfata, de rescriptis. Sed postmodum Domini secundo tam mutarunt opinionem, vt patet supra.

DECISIO XXIV.

Toletan. Coadiutoriæ, 2. Decembris.

SVMMARIA.

1 *Sententia an impediri, vel suspendi possit per partem aduersam prætendentem alia articulare, & petentem ob id vlterius audiri.*

2 *Articuli calumniosè dari dicuntur, si in causa semel producti antea, reproducuntur ad causæ protelationem eidem iterato.*

Die 2. in causa Toletan.coadiutoriæ pronunciaui die 10. & quia pars dederat articulos, & produxerat commissionem, quibus non obstantibus pronunciaue-
1 ram † côquerebatur, & impediebat subscriptionem sententiæ, dicens velle vlterius audiri. Ego proposui, *an sententia esset subscribenda.* Dixerunt Domini,quòd ex quo
2 † articuli erant calumniosè dati, quia iam aliàs eidem dati fuerant, & super eis examinati testes, cum quibus Rota fuerat resoluta, & supplicatio etiam erat nullius momenti,quia continebat, quod bulla perinde valeret, quæ erat producta,sed remitteretur ad corrigendum arbitrio Auditoris, & super illa bulla nullum erat factum fundamentum, quia sine illa erat resolutum, quod ex verbis supplicationis erat satisfactum bullæ Leoninæ. Ideo Domini dixerunt, quod subscriberem sententiam. Et ita fuit factum.

DECISIO XXV.

Conimbricen. Cantoriæ, 2. Decembr.

SVMMARIA.

1 *Procurator partis sententiam latam de nullitate taxante, vtrum executoriales veniant suspendendæ, vel non relaxandæ.*

2 *Clausula omnesq. alios, in citatione posita, an extendi possit ad vniuersitatem, quæ personaliter citari, tamquam persona non vera sed ficta, & repræsentata non potest.*

Et quomodo vocula, alios, veniat accipienda quibusve applicanda, vide num.seq.

4 *Ius spoliati beneficio, si euidenter deductum in processu appareat, efficit in eius fauorem datas antea executoriales relaxari.*

Eadem die, quia super omnibus dubiis in causa Conimbricensis Cantoriæ, nedum pronunciatum erat contra intrusum super Cantoria, sed etiam contra Vniuersitatem studij illius Ciuitatis super Canonicatu, & præbenda in Ecclesia Conimbricensi, contra quam partem citatam fuerat processum per contradictas, & sententia transierat in iudicatum, & decretæ erant & rela-
1 xare executoriales. † Procurator Martini dicebat sententiam esse nullam, & propterea executoriales non esse relaxandas. Nam erat commissa causa, in qua dicebatur Martinum,& Ioa.de Silua,& forsan alios, in executione citationis nominandos, turbare, & forsan spoliare Ioan. qui petebat causam committi. Et verba conclusionis,ita se habebant,tam aduersus dictum intrusum,quam contra ordines,omnesq. alios præfatos factores, molestatores, & inquietatores, cuiuscumque nominis, dignitatis, auctoritatis, & præeminentiæ existentes, sua communiter vel diuisim interesse putantes, ac in decreto, vel in executione citationis præsentium vigore nominan. Dicebat,quod licet esset Vniuersitas citata personaliter, tamen non potuit vigore iuris, & commissionis contra il-
2 lam procedi,quia † verbum, omnesq. alios,&c.intelligebatur de persona vera, non ficta, vel repræsentata, per Dec.in c.in illis,§.1. in fin.de præbend.in 6. de hoc etiam Franc.& Felin.in cap.fides,de rescript.in 6.& limit.& ex multis alijs. Tamen Domini dixerunt contrarium; quia
3 † verba *alios*,&c.habet suam determinationem per alios præfatos. Quando postmodum dicebatur, factores,& perturbatores cuiuscumque nominis. Hæc verba indefinitè, & nullo modo restricte comprehendebant etiam
4 molestãtem,& spoliantem. Eo maxime,& quia † de bono iure spoliati constabat. Et ita relaxaui executoriales.

DECISIO XXVI.

Romana Pensionis, 2. Decembris.

SVMMARIA.

1 *Regressus ob non factam debitæ pensionis solutionem, an parti aduersæ dari debeat, constito de violatione sequestri.*

2 *Partibus concordi voto consentientibus in sententia subscriptionem, non adimpleta ea concordia contra pactum sub ea factum ab vna partium, an debeat in fauorem alterius sententia subscribi.*

Rigor iuris omni subtracta benignitate erga indignum, proteruia maxima notatum exerceri meritò debet.

Eadem die in vna Romana pensionis, pro Bernardo Merloto, contra Io.Bapt.Austerninum, in qua alias per Audit. Cameræ, & secundo loco per Fabium fue-
1 rat pronunciatum, esse † locum regressui ob non solutio-

nem pensioois. Metlotus traxerat causam cotam me su-
per violatione sequestri,& probauerat, & dederat in lit-
tetis, quibus committebatur, in quo nō constito de vio-
latione sequestri, iostituerem Metlotum in beneficio. In
vltima audientia anni præcedeotis pronunciaueram, &
numquam adimpleueram sententiam, vt partes concor-
2 darent, † quæ tamen concordatæ fuerunt pacto apposi-
to expresso, quòd nisi Io.Bapt.adimpleiat concordiam,
quod deberem subscribere sententiam: qui cum non ad-
impleuisset, & per duos menses vltra concordiam distu-
lissem in subsciptione sententiæ, dubitabam, *vtrum de-
berem subscribere, prout in prima, vel prout in tertia, attē-
tis duabus attestatis a duobus partibus*. Et Domini dixere,
quòd iam per resolutionem factam coram me, illæ pri-
mæ veoiebant reuocandę,& tertia prout prima reficien-
da ex capite violationis sequestri, quia tamen maxima
protetuia Io.Bapt. allegabatur ex noo solutione pensio-
nis, & nonobseruatione concordiæ, mandarunt, quòd
ego deberem subscribere tertiam confirmatoriam sim-
pliciter in vim duarum primarum absque aliqua men-
tiooe violationis sequastri: quia fuerat resolutum illum
esse priuandum, oec excusandum da benignitate, sed po-
3 tius de rigote, † quia benignitatem nuo volebant exer-
cere cootra tam indignum.

DECISIO XXVII.

Hippotin. Abbatiæ, 2. Decembr. 1542.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria data vtraque pars a iudice cogi potest vnica ve stet promulgationi sententia.*

1 EAdem † die in vna Hippotin. Abbatiæ, inter Lapum Gallium, pro quo erat sententia lata,& Ioa. Simonis in 2. dedi remissoriam vtrique parti, & obligando stando voicæ sententiæ.

DECISIO XXVIII.

In quadam Parochiali de Casaloro, 7. Ianuarij 1543.

SVMMARIVM.

1 *Sententia per contradictas promulgata, vbi de scientia partis condemnata non constat, appellans etiam per procuratorem a die habita notitia admittitur ad petita, & audientia eidem conceditur.*

DIe 7. Ianuarij 1543. in vna parochiali de Casaloto io
1 † qua per conttadictas pronunciaueram contra v-
num, qui per edictum, constito de oon tuto accessu, fue-
rat citatus, & sententia transierat in iudicatum. Decre-
ueram executoriales per edictum etiam intimatas ob
quarum non paritionem declarateram non comparen-
tem excommunicatum, & cum vigore commissionis in-
stararur pro decreto brachij sæcularis, omissis alijs venit
procurator appellantis, & appellauit a dia notitiæ, &
commisit causam mihi,& cum instaretur, quòd deberet
parere rei iudicatæ, antequam audiretur, fuit dictum,
quòd ex quo in mandato non constabat, quòd habuisset
nootiam sententiæ, tum quia in partibus coram honestis
personis debuisset appellare, propterea eius appellatio
erat bona,& debebat audiri.

DECISIO XXIX.

Toletau. Pensionis, 7. Ianuarij 1543.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum si fiat a iudice, qui non habet auctoritatem sequestrauas, cum odiosa sit sequestratio, acta veniunt reuocanda.*

2 *Causa subsistente propter quam debeat fieri relaxatio sequestri, cum cautione, etiam simpliciter non data cautione fieri relaxatio aliquando potest.*

EAdem die in vna Toletana peosionis, siue pecunia-
1 ria, † instabatur pro reuocationa sequestri per ad-
uersarium appositi, ex quo sequestra suot odiosa, nec de
iure apponenda io his actibus, & quia A. C. nullam ha-
bebat iurisdictionem sequestrandi, *an sine commissione
fuisset*. Et ita fuit conclusum ex multis, esto quòd credi-
tor, nec debitor erat curialis, quod potuisset facera ad in-
stantiam conditionis curialis. Et licet etiam diceretur
2 † subesse causa, propter quam saltem cum cautione es-
set relaxaodum, tamen simpliciter fuit dictum quòd re-
laxaretur.

DECISIO XXX.

Dertusensis Sacristiæ.

SVMMARIA.

1 *Constictus prouocatorius ad duellum, vt inhabilitatem pariat ad Ecclesiastica beneficia, debet fieri ab eo, qui est in ordine clericatus.*

2 *Laicus ex duello facto non redditur ad beneficia Ecclesiastica inhabilis.*

3 *Criminosus ad quodcumque beneficium ex notorijs criminibus inhabilis efficitur.*

4 *Duellum in laico non est crimen, quod inhabilitatem pariat, cum non sit crimen graue, vt homicidium, & similia.*

5 *Collatio beneficij facta criminoso, non enormi crimine notato, valida est, & tenet etiam cum non sit inhabilis ob crimen leue.*

6 *Criminosus etiam notorius non inquisitus, nec condemnatus iudicialiter, non dicitur inhabilis ad habenda beneficia, secus in inquisito, & condemnato.*

IN causa Dertusensis Sacristiæ dubitaui, *vtrum ex quo
non constat, aliter Ioan. de Miglia sponte pugnasse nisi
quod vnus testis dicit se audiuisse ab ipso, quod prouocauerat
1 aduersarium recusantem ad duellum, qui † loquitur in cle-
rico, & non constat tempore duelli Ioan. fuisse clericum.*
Quòd si constaret, dicebant aliqui, quòd præfata proba-
tio, licet non esset concludeos, sufficeret tamen ad trans-
ferendum onus probandi in Ioannem, cum noo constet
2 illum clericum. Restabat, quòd † nullibi tentum reperi-
tur ex duello laicum effici inhabilem, nec constat, quòd
3 prout io ista causa aliàs dictum fuit, quòd † est crimino-
sus,& ideo inhabilis, ex not. per Doctor. maximè Felin.
in 2. cap. de rescript. post Calder. quem allegat, in cons. 2.
de præbend. quia loquitur in criminoso, prout sunt ho-
micidæ, & qui aliàs crimen graue commisissent, huius-
4 modi non videtur esse † duellum in laico, quòd videatur
excusari ex causa consuetudinis, quia videmus homines
generosos, & sui honoris zelosos prouocare aliquem ad-
5 uersarium ad duellum. † Vnda collatio facta criminoso
non enormi valida est, Felin. in cap. dilecta, col. 3. vers. sed
tertiam partem contrariam, de except. qui licet loquatur
io electione, tamen fuodamenta sua respiciunt etiam ca-
sum nostrum, vt patat ex dictis per eumdem in d. cap. 2.
col. 2. ver. contrarium firmat, de rescript. Contrariam ta-
men opinionem tenebat vous ex Dominis, par ea, quæ
dicit Gomes. in Commentario vtriusqua signaturæ, in
tit. de coniunct. super verb. inhabilis, dum distinguit no-
mina, præsupponendo casum nostrum esse, io 2. cap. &
meritò esse dignum suspensiona, vel degradatione, hu-
iusmodi tamen non videtur esse duellum. Et sic Domini
recesserunt ab eo, quòd iam aliàs videbantur conclusis-
6 se: addentes † quòd ex quo Ioannes non erat nec inqui-
situs, nec condemnatus, minus poterat esse inhabilis,
prout videntur loqui Doctor. in loco præallegato, &
prout Rebuff. in cons. concordatus, in tit. de pacifica pos-
sessione, nu. 222. vers. quod ego intelligerem. Quantum
autem ad secundam partem dubij, nil vel parum fuit di-
ctum, tamquam non necessarium,& visum fuit noo esse
in difficili io libro præstito, propter conflictum opinio-
num, quæ adducebaotur hinciode per Aduocatos.

DECISIO XXXI.

Vincentini Matrimonij, 14. Ianuarij 1543.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus ad præstanda alimenta, mulier lite pendente potest praeueniri a iudice propter paupertatem, & de nouo alimenta decerni, in eadem qua prius decreta fuerunt quantitate, vel etiam maiori quoad sumptus litis pendentis sufficere possit.*

Die

DIe 14. eiusdem in causa Vincentini matrimonij in-
ter Lucretiam Fermosam, & Ant. Nicolaum vtra-
que parte informante, fuit per Rotam determinatum,
1 quod † licet esset datus terminus quo alimenta erant de-
creta d. Lucretiæ, tamen quòd de nouo deberent sibi de-
carni, & in eadem quantitate, qua primò fuerant decre-
tæ, licet pars ipsius instaret, quod deberent augeri, idque
attenta paupertate mulieris, quæ aliter causam suam in
Curia prosequi non posset.

DECISIO XXXII.

Conchensis Canonicatus, & præben.
14. Ianuar. 1543.

SVMMARIA.

1 *Refusio sumptuum in lite factorum si debeat fieri per aliquam partium, an procurator, qui litem suscepit defendendam, ad eas parti, cuius patrociniũ suscepit teneatur.*
2 *Executorialium suspensio, & excommunicationis, ne intimentur fit per sumptuum solutionem, vel expensarum in litis processu factarum.*
3 *Mandatum procuratorium per cessionem iurium factam reuocatur, & reddit sententias nullas.*
4 *Procurator si ob causam à parte, qua eum antea constituerat, reuocatur, processus interim factus redditur nullus.*
5 *Ignorantia de litis ingressu, & prolatione sententiarum non debet officere ignoranti parti, nec cedere in præiudicium sui iuris.*
6 *Commissio si fiat de vicissitudinaria, aut iterata citatione, si pars eam non facit per negligentiam, sibi præiudicium parit.*
7 *Procurator partis, si legitimè citetur, tantum valet, ac si principalis personaliter citetur, & rata citatio habenda est in præiudicium citati, si non vel in persona, vel per procuratorem constitutum compareat.*
8 *Procuratore causante per taciturnitatem, ignorantiam litis, & sententia lata principali suo absenti, tenetur ad lites expensas.*

EAdem die in causa Conchensis Canonicatus & præ-
bendę, inter Petrum de Medina, & Ioannem de Ver-
1 gara, dubitatum fuit, *vtrum † Ioan. de Vergara debebat
restituere expensas sibi solutas, & alios sumptos factos resti-
tuere, seu reficere, & in euentum, quod teneatur, an procu-
rator, qui causam defendit, sibi teneatur?* Ioan. de Verga-
ra commiserat causam contra Petrum de Medina super
canonicatu, quem iam Petrus resignauerat, per multos
menses ante nedum causam admissam, sed etiam prouí-
sionem Ioannis, & citauerat procuratorem habentem
speciale mandatum iam ante resignationem constitutũ,
quod mandatum erat in actis in alia causa inter easdem
personas, & aliàs, quo procuratore citato habuerat tres
2 conformes contra Petrum, & erant decretę † litterę exe-
cutoriales. Quæ cum venisset Petrus ad Curiam, & ha-
buisset notitiam earum, ne intimarentur, & earum vigo-
re excommunicaretur, soluit expensas litis, cum aduer-
tisset iam multò ante *(vt dixi)* causam commissam resi-
gnasse, remansit causa nullitatis sententiarum, & restitu-
tionis expensarum contra dictum Ioan. Et Rota resoluit
3 sententias esse nullas, quia † per cessionem mandatum
erat reuocatum, ad Clement. fin. cum ibi not. per Cassa-
dor. 149. de procurat. & Roman. decis. 28. eodem tit. in
nou. Et alia reuocatio, quæ allegaretur, non debet inti-
mari, Bar. in l. procuratorem, ff. de procurat. Curt. in cap.
4 mandato, eod. tit. Ideò † iste processus factus cum pro-
curatore reuocato, non tenebat: tamen Ioan. tenebatur
restituere expensas sibi solutas, tamquam qui veniret
excusandus ex culpa aduersarij, qui verisimiliter adui-
satus, siue à procuratore, debet cedere, & notificare ces-
sionem iam factam: Tamen Rota resoluit Ioannem has
expensas debere restituere stante nullitate sententiarum,
& omnium, nec esset, quòd posset imputari Petro, quem
5 † non constabat vllo vmquam tempore habuisse scien-
tiam huius litis, nec sententiarum. Ad hoc etiam qui-
dam mouebantur ex cognitione causarum facta per
Ioannes contra Petrum, in qua narrato prius, quòd Pe-
trus habuerat procuratorem, qui in actis produxerat
mandatum, & patiit causam committi contra Petrum
6 eo legitimè citato. Nam † dicebant, quòd vigore huius
commissionis debebat de nouo citare Petrum, quod
cum non fecisset, quia tamen procuratorem citauerat,
erat quod sibi posset imputari, quia tunc Petrus dedu-
xisset sibi resignationem, ideò debet expensas restituere.
Tamen ista ratio non placuit maiori parti Dominorum,
7 qui dicebant, † quòd Petrus dicebatur legitimè citatus,
citato eius procuratore, si non fuisset reuocatus. Dice-
8 bant tamen, quod † procurator Petri tenebatur restitue-
re has expensas Ioan. quia ipse erat in maxima culpa,
cum debuisset notificare litem principali suo, à quo ha-
buisset scientiam resignationis, & cessisset, nec Ioannem
litibus vexasset.

DECISIO XXXIII.

Salamantina Abbatiæ, 14. Ianuar. 1543.

SVMMARIA.

1 *Sententia etiam in fauorem partis lata ex non prosecuta appellatione, transit in iudicatum.*
2 *Commissio appellationis, & nullitatis sententiarum, an cum negotio principali aliquando concurrere possint.*
3 *Iudex non habita noua commissione, an ex allegatis, & probatis ad vlteriora progredi possit, & decernere executionem.*
4 *Nullitate executionis in suo robore permanente, lis non potest dici finem suum adepta.*
5 *Nullitatis causa si deserta fuerit, an & appellationis deserta dicatur, cum in eadem fuerint commissione coniuncta.*
6 *Causa tam appellationis quàm nullitatis, aliquando æquè principaliter, & non incidenter in causa commissione considerantur.*
7 *Clausula, dico sententiam nullam, & si qua est, appello, quam vim habeat.*
8 *Copula, &, cum æquè principaliter membra orationis copulat, quos producat effectus.*
9 *Nullitatis causa non deserta, lis non dicitur extincta.*
10 *Sententia nondum executioni mandata lis adhuc dicitur perdurare, & nequaquam penitus extincta, & infra num. 14.*
11 *Sententia quæ transiuit in iudicatum dicitur litem extinguere in fauorem actoris, cum reus contumacia actori præiudicium parere non possit.*
12 *Alienatio rei, quæ litigiosa prætenditur post rem iudicatam, tamquam facta ab actore de re non amplius litigiosa, valida est.*
13 *Actor apprehendens possessionem rei etiam per sententiam sibi adiudicatæ, non obtentis super ea executorialibus, dicitur attentare.*
15 *Quadriennij lapsus post causæ commissionem in integrum restitutionis instantiam impedit, ita vt non amplius peti possit.*

EAdem die in causa Salamantina Abbatiæ, dubitaui,
*an lis inter Franc. de Mendoza, & Didacum aduer-
sarium, esset finita, vel adhuc duraret?* Et ad hunc effe-
ctum videndi, an essent reuocata quædam, quæ præten-
debantur attenta esse per Abbatem electum, per obitum
1 Francisci, & constabat in actis latas fuisse duas † senten-
tias in fauorem Francisci, quarum secunda ob non pro-
secutionem appellationis transiuerat in iudicatum. Et
licet causa nullitatis esset commissa præfixo termino vi-
gore specialis commissionis, ea nil releuante, fuerunt da-
tæ litteræ executoriales, & sic res iudicata remansit fir-
ma: A decreto tamen executorialium fuerat appella-
tum, & commissa causa appellationis, & nullitatis cum
negocio principali vt dicit ista commissio, & signata fine
præ-

2 præiudicio legitimæ executionis. Tamen † superuenerant duæ aliæ commissiones appellationis, & nullitatis, cum negocio principali, & quatenus opus esset restitutione in integrum. Quibus stantibus, cum non potuisset procedi ad vlteriorem executionem sine noua commissione, tamen Auditor processerat ad aggrauationes, & censuras, & finaliter ad decretum brachij sæcularis, quòd licet probatum non prætenderetur esse executiuum. Dicebatur autem negare propositum in isto puncto non constare de executione brachij sæcularis, quę omnia prę-
3 tendebantur nulla, † tamquam iudex non potuit sine noua commissione procedere ad vlteriorem executionem.
4 Et ita Rota dixit, propter quod dicebatur † litem non esse finitam stante nullitata executionis. Et licet pro par-
5 te aduersarij diceretur, † quòd causa nullitatis erat deserta, sicut etiam causa appellationis, cum in vna & eadem commissione vtraque causa commissa esset. Et sentit Ias. in l. contra maiores, in fine, C. de inoffic. testamen. Tamen per Dominos dicebatur, aliàs in vna obligatione coram Domino Aquan. 7. Nouembris 1544. fuisse re-
6 solutum, quòd in tali commissione, † vtraque causa tam appellationis, quàm nullitatis venit æquè principaliter, & non incidanter, ita quod deserta causa appellationis, non censetur deserta causa nullitatis, vt voluit Fran. qui istam quæst. ponit in 2. cap. in 56. quæst. de appellat. Et
7 istam opinionem tenet, tamquam veriorem, quòd † si quis dixerit, *dico sententiam nullam, & si qua est, appello*, quòd causa nullitatis, venit æquè principaliter, vt dicit ibi in fine quæstionis suæ, quòd ista opinio est verior, & communis, & allegat Alexan. in consil. 2. vol. 3. Et idem dictum est, quia committitur causa appellationis & nul-
8 litatis, † cum copula, & æquè principaliter copulet, & per Ias. in l. 1. col. 4. ff de iustit. & iure, vbi in terminis istis loquitur, & ibidem Præpos. & Franc. in d. cap. dilecto,
9 in 5. col. in q. 5. Vnde stante, quòd † causa nullitatis non
10 sit deserta, sequitur litem non esse extinctam, quia † per sententiam nō exequutam lis non extinguitur, decis. 10. vt lite penden. Et vulgatum est, ex quo sequitur, quòd etiam si brachium sæculare esset extinctum, adhuc idem esset, & quia in alia audientia coram Domino Prospero
11 fuit dictum, quod † lata sententia, quæ in iudicatum transierat, lis dicatur extincta in fauorem actoris, quia contumacia rei in non parendo, non debet illi obesse,
12 propterea quod † in ea fuerat dictum, alienationem factam ab actore post rem iudicatam tenere, tamquam de re non litigiosa, videbatur dici, esse litem extinctam, sed quo ad Franciscum per rem iudicatam, & commissionē nullitatis executionis, non facere beneficium litigiosum, quia non est super beneficio, Cassador. decis. 4. vt lite penden. & decis. 9. de caus. possess. & propriet. Nec quòd cōmissionem habeat cum toto negocio principali aliquid facit, quia iam negocium principale est finitum per rem iudicatam. Tamen fuit dictum, quòd illud procedit in causa alienationis, quia quantum ad illud lis dicebatur extincta, sed non erat verum indistinctè litem dici fini-
13 tam in fauorem actoris. Patet, quia † si sine executorialibus possess. apprehenderet, diceretur attentare, vt dicit
14 Sarnen. in loco qui semper solet allegari, quòd † per sententiam non finitur lis, nisi fuerit executa. Propterea hic non tractabatur de fauore Francisci, qui rem iudicatam obtinuerat, sed de fauore illius, qui per eius obitum fuerat electus. Vnde dixerunt Domini, quòd hic opportunum esset dubitare, si foret necessarium, *an in fauorem Ordinarij per rem iudicatam, licet non executam, lis diceretur extincta, vt posset Ordinarius de beneficio vacante prouidere, quod bene seruiat in proposito*, quia electio, & possessio eius vigore fuisset attentata, sic quo ad prouisionem Ordinarij lis haberetur pro extincta. Et in causa ista cōmissio restitutoria non faciebat, quò minus lis diceretur
15 esse finita, cum † lapsum esset quadriennium post causam commissam, & sic finita erat instantia restitutionis, ad text. in Clem. 1. de restit. in integr. & in cap. 1. eod. tit. lib. 6. Rota decis. 465. in nouis, & super hoc pars Didaci prætendentis litem durare, non faciebat fundamentum, sed tantum in nullitatibus.

DECISIO XXXIV.

Lucensis Decanatus, 19. Ianuarij 1543.

SVMMARIA.

1 *Iure partis existente, siue bono, siue malo, regressus tamen & reseruatio habentur in aliqua consideratione.*
2 *Cessio facta cum reserua regressus, & accessus, mortuo illo, cuius cessio facta fuit in fauorem, an veniat cedentis regressus, & accessus canonizandus, stante prouisione facta per Papam in alium.*
3 *Reseruationis. & accessus, qua pars prætendit in beneficio, cum nulla fuerit facta mentio, nec in prima, nec in secunda instantia, agente prouiso, sententia ferri potest in fauorem nouiter prouisi.*
4 *Iure non pleno existente partis de accessu habito prætendentis, accessus tamen ob id non est inualidus.*
5 *Supplicatio, in qua de accessu reseruatio agitur, si non contineat causam ob quam reseruatio facta fuerit, inualida est, & nihil omnino probat.*
6 *Papa ad vim narratorum in supplicatione moueri dicitur ad concedendum, ideò si imponitur ei, non valet concessio tamquam obtenta per subreptionem.*

Die 19. eiusdem in causa Lucensis Decanatus dubi-
1 taui, *præsupposito, quòd constet † de iure Cardinalis Cibo saltem malo, vtrum eius accessus & regressus sit validus?* In causa ista fuerat prouisum de isto Decanatu cuidam Parafrenario Sanctissimi Domini Leonis, per ces-
2 sionem † Cardinalis Cibo, cum vigore cuiusdam reseruæ reseruato regressu, & accessu ad illum. Mortuus erat Parafrenarius Papæ, per cuius mortem Papa prouiderat cuidam. Cardinalis petebat contra prouisum regressum,
3 seu accessum suum canonizari, & quia † nec in prima, nec in secunda instantia constitit nedum de acceptatione Cardinalis, nec de reseruatione eius, fuerunt latæ duæ sententiæ in fauorem prouisi. In tertia coram me præsupponebatur constare de omnibus, nam de gratia reseruæ constabat de acceptatione Decanatus, quem vigore gratiæ tenebatur acceptare infra mensem, de quo non constabat plenè, sed petebatur remissoria ad probandū. Tamen præsupposito, quòd ius Cardinalis non erat bonum, & multa deducebantur. Vnde dubitabatur, vt su-
4 pra. Et omnes Domini dixerunt, † quòd accessus erat validus, quantumcumque ius non esset bonum, quia satis erat, quod ille, qui ius habuisset, siue bonum, siue malū, cum illud tanti fecisset resignatarius, quòd consensum præstitisset accessus, imò accessus nullum ius de præterito præsupponebat. Cassador. & Dec. C. de pactis. Et ideò dixerunt Domini eadem die in vna Legionen. Canoni-
5 catus, & præbendæ, coram D. Puteo, quòd † quando in supplicatione accessus reseruati, nil narratur, propter quod reseruatus sit, nil probare dicitur, scilicet quo vigore, boni, vel mali iuris sit reseruatus. Sed qualiter alij
6 aliqua narrant, quia narrata sunt pars gratiæ, & † Pontifex præsumitur motus ad illa concedenda propter narrata. Propterea omnia, sunt verificanda, quibus in facto verificatis, siue de iure tribuatur bonum ius, siue non, haberetur de hoc aliqua consideratio.

DECISIO XXXV.

Barchionensis pensionis, 19. Ianuarij 1543.

SVMMARIA.

1 *Testes ex communi reputatione deponentes de clericali ordine pensionarij, tempore acceptata pensionis, si ex aduerso producatur instrumentum authenticum, ostendens post pensionis acceptationem clericali ordine insignitum, an probent.*

Littera

2 *Litteræ vel instrumenta a publico notario scripta vel su-scripta, & sigillo vicarij munita, non tamen testibus interuenientibus, nec ad actum rogato notario, an probēt, & ijs potius quam testibus de reputatione deponentibus sit fides adhibenda.*

3 *Testium depositio vbi quem communi opinione reputari, & haberi pro clerico, non est plena, nec validiori interueniente probatione probat.*

4 *Ordinarij litteris testimonialibus sine testium subscriptione licet non credatur, hoc tamen venit intelligendum in grauibus, cum secus sit in leuioribus negotijs, in quibus probant.*

5 *Vicarij litteræ testimoniales de facto alieno videlicet substituti sui attestantes, non probant.*

Limitantis consuetudine sit confirmatum talibus litteris credi: qua stante, illa consuetudo est probanda, nu. seq.

EAdem die in vna Barchionem. Pension. 70. ducato-
1 rum, dubitaui, † *vtrum stante depositione testium pro parte Michaelis examinatorum, noceat & instrumentum ex aduerso productum?* Fuerat reseruata pensio huic Michaeli tamquam clerico, qui per duos testes de communi reputatione dicebatur clericus: tamen etiam aliquid vltra probabat se fuisse clericum tempore reseruatæ pēsionis. Ex aduerso producebantur quædam litteræ Vicarij vrbis, multo post reseruationem pensionis emanatæ, in quibus Vicarius attestabatur illum sumpsisse primam clericalem tōsuram, per quendam alium Episcopum ab eo ad huiusmodi actum substitutum, subscriptæ manu
2 propria notarij actuarij † ipsius Vicarij cum sigillo ipsius Vicarij, sed sine testibus. Nec attestabatur notarius de illo actu se fuisse rogatum, nec in eius præsentia actū. Et dicebatur his litteris, tamquam certam probationem continentibus standum esse potiùs, quam testibus de re-
3 putatione deponentibus quæ non est arctior, & † plena probatio. Sancen. quæst. 56. in regula de annali, vbi mul-
4 ta adfert. Dixerunt Domini † quod licet litteris testimonialibus ordinarij sine subscriptione testium non credatur, Felin. in cap. post cessionem, de probat. colum. 3. vers. 2. constitutus. Tamen istud non habet locum in leuibus. Felin. ibid. in 5. limitatione in procemio, habebant probare primam tonsuram clericalem. Vnde ex approbatione maximus, & grauior & sequeretur effectus: quia apud me esset dubium, quia Fel. ibi dictum suum exemplificat, & aliter videbatur sentire. In casu tamen proposito
5 dixere Domini, quod ex quo † Vicarius attestabatur de facto alieno, quod ei credendum non erat; nam non ipse, sed eius substitutus ordinem dederat, vt no. ex dictis per Felin. in loco præallegato in prima applica. prima con-
6 clusio collegebatur. Fuit tamen dictum, quòd † si probaretur cōsuetudo, quod talibus litteris fides adhiberetur, illud esset considerandum, vt per Felin. ibidē in 2. limit. eiusdem concl. volum. 1. Nam qui produxerat istas litteras, offerebat se talem consuetudinem velle probare.

DECISIO XXXVI.

Arboreſ. Canon. & benefic. 19. Ianuarij, 1543.

SVMMARIA.

1 *Citatus personaliter tantum vigore compulsorialium in iurium extractione, nec citatus ad caussam vtrum procedi contra talem possit per contradictas, & contra eum ferri sententia.*

2 *Innocentij constitutione decretum fuit Auditores Rotæ procedere posse contra citatum, citatione etiam nulliter executa, modo constiterit citationis notitiam ad citatum peruenisse.*

3 *Citatus ad iurium extractionem tantum, nec vlterius citatus ad caussam condemnari non potest de iure, præsupposito, quòd licet habeat notitiam de iurium extractione, potuit tamen ignorare caussam contra se tractari: ideo vlterior citatio requiritur ad id, vt per sententiam condemnari possit.*

EAdem die in vna Arboren. Canonicatus, & benefi-
1 ciorum, sine informatione, dubitaui, † *vtrum posset procedi per contradictas caussa, & ferri sententia contra vnum, qui numquam fuerat citatus ad caussam, sed tantum reperiebatur personaliter citatus in extractione iurium vigore compulsorialium ad caussam illam facientium?* Et
2 caussa dubitationis fuit, quia, † sicut per Innocentianam constitutionem Auditores Rotæ possunt procedere vigore citationis nulliter executæ, si constat citatum habuisse notitiam de citatione. Eodem modo in casu isto dicebatur, quod ex quo iste sciebat caussā tractari, debebat mittere procuratorem ad defendendum caussam suam, quā sciebat in Curia tractari, tamen Domini dixerunt, quòd
3 non sufficiebat talis † citatio, nec eius vigore poterat cōdemnari, quia licet habuit notitiam de extractione iurium, tamen non habebat notitiam caussam tractari contra se, & agitari, & propterea debuerat aliàs citari.

DECISIO XXXVII.

Dertusensis Sacristiæ 24. Ianuarij, 1543.

SVMMARIVM.

1 *Testibus de habilitate ad beneficia, & clericatu deponentibus in casu duelli, an fides veniat adhibenda, posito, quòd de reputatione deponant, & de visu litterarum clericatus ordinem attestantium.*

DIe 24. Ianuarij in caussa Dertusensis Sacristiæ, quia
1 in probatione habilitatis † Ioannis de Miglia testes dixerunt nedum illum reputari communiter clericum, sed etiam, quod viderint litteras, dubitaui, *an hoc permittendum esset?* Licet dubium esset super hoc, tamen vtraque pars verbo totum fortificauit. Et dixerunt Domini absque eo, quod aliquid allegarem, quòd ego ex officio deberem illum interrogare.

DECISIO XXXVIII.

Hispalensis portionis 14. Ianuarij 1543.

SVMMARIA.

1 *Statutum Ecclesiæ si non admittat reconciliatorum natos, aut hæreticorum ad beneficia, an valeat in præiudicium talium reconciliatorum, ita vt ob id incapaces reddantur.*

2 *Hæresin sponte abiurans, & confitens, non dicitur hæreticus, nec reconciliatus, & ob id non comprehenditur sub statuto vetante dari beneficia filijs reconciliatorum, aut hæreticorum Ecclesiæ Hispalensis.*

3 *Nepos post decessum aui natus, an propriè nepos dici possit.*

4 *Statutum loquens de filijs, & nepotibus hæreticorum, an ob sui generalitatem complectatur & filios, & nepotes post mortem auorum prognatos.*

Rationem istius generalitatis, vide num. seq.

6 *Filius natus antequam pater labatur in hæresin, an dicatur ex sanguine infecto procreatus, & ideo noceatur per statutum Hispalense, & inhabilis ad beneficia reddatur.*

EAdem die in caussa Hispalensis Portionis, inter Aluarū Moram, & Petrum de Palatios, dubitaui, sumpta necessitate scripturarū, de quibus in actis, an remis-
1 soria sit releuans † statutum Hispalense, quod disponit vna cum confirmatione clericatus, *quòd filij, & nepotes hæreticorum, & reconciliatorum, non possint obtinere beneficia in Ecclesia Hispalensi?* Et erant producta quædam, ex quibus constabat actorem Aluarum fuisse nepotem reconciliati. Sed quia scripturæ præfatæ erant in forma probanti, probat Petrus remissoriam ad probandum, quod esset nepos illius reconciliati. Et dicebatur, quòd dato,
2 quòd istud probaretur, non esset releuans, quòd ex † quo ille sponte venerat ad abiurandum hæresim, quòd non comprehendebatur in statuto. Sed quia plene non erat ab vtraq; parte informatum, mandarunt Domini vt specialiter dubitarē, *an filius reconciliati, & c. comprehende-*

retur

retur sub statuto. Fiebat etiam aliud fundamentum, quòd
3 ex † quo ista nepos erat nepos post mortem aui, quòd
propriè non dicebatur nepos. Et allegabatur Dec. in ter-
minis, de quibus in informatione, quæ tamen non pla-
cuerunt Dominis posse ad causam istam applicari. Nam
4 q. † statutum. de auth. in 6. quòd loquitur de filijs, & ne-
potibus hæreticorum, vtique locum habet etiam in ne-
potibus natis post mortem auorum propter eius gene-
5 ralitatem, † tum quia ratione illius textus, & Doctores
ibi dicunt, quòd procedunt ex infecto sanguine, quæ ra-
tio militat etiam in nato post mortem aui, & magis pro-
6 babilis est, dubitatio † *an filius natus, antequam labatur
pater in hæresim*, esset de comprehensis in dicto statuto.
Et licet videretur dicendum, quòd non, quia ex sangui-
ne infecto non nascitur, tamen Doctores magis commu-
niter tenent contrarium, vt attestatur Clau. in Seisel. in l.
si ibidem, de iurisd. omn. iudic.

DECISIO XXXIX.

Conchensis Canonicatus, & præbendæ
26. Ianuarij 1543.

SVMMARIVM.

1 *Litis expensæ si veniant refundendæ parti, an procurator partis, cui non intimauit processum, abesset a Curia contra se institutum, & ob id ignorantia, ad sumptuum refusionem tamquam dominus litis effectus teneatur.*

DIe 26. eiusdem in causa Conchensis Canonicatus,
1 & Præbendæ, prout in præcedenti, dubitaui, † de
expensarum restitutione, inter Ioannem de Vergara, &
Petrum de Medina. Ita hodie inter eumdem Ioannem,
& Petrum, & procuratorem Petri de Medina, videlicet
post quam D. Ioan. teneatur restituere expensas D. Pe-
tro de Medina vicissim D. Petri procurator teneatur ipsi
Dom. Ioanni. Et omnes Domini dixerunt, prout aliàs,
quòd teneatur D. Ioanni. Ita relaxaui eadem die man-
datum contra Petrum.

DECISIO XL.

Tullens. matrimonij 26. Ianuarij 1543.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum fidem faciens de desponsatione duorum continens attestationem religiosi, & confessione vnius partis, etiam si non sit productum, an probet.*

2 *Instrumentum non continens diem & horam, quibus fuit celebratum, non est probatorium, posito eo quod etiam non interuenerint testes, nec constet qua ratione fuerit confectum.*

3 *Stylus loci vbi instrumentum fit, si facit fidem fieri instrumenta sine testibus, die, & hora confecta, est probandus.*

4 *Recognitio manus per testes approbata eorum, qui subscripserunt, non constito de iuramento testium, non releuat, ita vt instrumentum ob id validum dicatur.*

EAdem die in causa Tullens. Meten. matrimonij,
dubitaui, *vtrum instrumentum, de quo ad præsens*
1 *agitur, sit in forma probanti?* Nam † erat quoddam in-
strumentum, in quo quidam religiosus confitebatur Phi
lippum de Mora desponsasse Ioannettam, & in etiam
Philippus eadem confitebatur. Et quia Curiatores ro-
gati attestabantur per duos iuratos, qui erant subscripti,
quòd tales iurati confecerant aliud instrumentum; fuit
2 dictum, † quòd non faciebant fidem, nisi instrumentum,
de quo illi erant rogati, produceretur; eo maximè, quia
non constabat de die, ac de hora, in qua illud instrumen-
tum fuit factum. Nec qua ratione, & quibus testibus.
3 Et licet allegaretur, † ita esse de stylo, tamen dicebatur
non constare, nec obstabant instrumenta producta per
partem aduersam, eodem modo facta, quia licet proba-
rentur, tamquam simplices copiæ contra producentem,
tamen illis non erat standum quantum ad probandum
stylum. Et licet manus Curatorum subscriptorum es-
sent recognitæ per multos testes, aduersarius dicebat
4 † recognitionem non esse bonam, quia non constabat de
iuramento testium, licet notarius in examine diceret, ta-
lis testis iuratus, & super his notarius attestaretur, com-
missionem processisse ad iuramentum testium, ex quo
de formali iuramento non constabat, prout in illis parti-
bus solent iurare testes, vt ex processu de partib. constat.

DECISIO XLI.

Hispalensis portionis.

SVMMARIA.

1 *Reconciliati sponte confessi hæresim vel errorem, promissa sibi venia, non propriè dicuntur reconciliati, sed pœnitentes, quibus non pœna, sed pœnitentia imponi solet.*

2 *Samboniti qui apud Hispanos Hispalensis dicantur, & qua pœna plectantur, aut eis pœnitentia iniungatur.*

IN causa Hispalensis portionis inter D. Ioannem Mo-
ranum, & Petrum Ramirez, dubitaui, an statutum
loquens de nepotibus condemnatorum, seu reconcilia-
1 torum, haberet locum † in reconciliato sponte confesso,
promissa sibi venia. Et omnes dixere, quod non. Quia isti
non propriè reconciliati dicuntur, sed pœnitentes, quibus
pœnitentia, non pœna imponitur, vt per Archidiaconum,
& alios, in cap. vt commiss. de hæret. in 6. per Hostien. in
summa, in tit. de hæred. §. qualiter. Et statutum debet
intelligi de illis, qui condemnati fuere, licet reconcilia-
tor, & quorum insignia in Ecclesia solent poni, qui
2 † vulgò Samboniti solent vocari, quorum nepotes non
licet esse in Ecclesijs beneficiatos, qualis non est Dida-
cus, qui est de istis, qui sponte ad pœnitentiam venerunt.

DECISIO XLII.

Salamantina Abbatiæ 31. Ianuarij 1543.

SVMMARIA.

1 *Causa appellationis quando committitur & nullitatis, vtraque censetur æquè principaliter commissa.*

2 *Instantia appellationis ex decursu temporis lapsa, an adhuc duret instantia nullitatis.*

3 *Iudex a quo, non potest ad vlteriorem executionem progredi sine termini præfixione.*

DIe vltima eiusdem, in causa Salamantin. Abbatiæ,
dubitaui, *vtrum post executoriales fuerit validè, vel
nulliter processum, vsque ad decretum brachij secularis inclusiuè. Stantibus commissionibus ex aduerso productis?* Et
sicut omnes Domini dixere, ita & nunc, nõ esse validum
processum, stante tamen resolutione aliàs facta per Ro-
tam, de qua supra in hac eadem causa, videlicet quòd
1 † quando committitur causa appellationis & nullitatis,
vtraque censetur æque principaliter commissa, & lapsa
2 instantia appellationis adhuc durat instantia nullitatis,
super qua tamen resolutione fuit multum tumultuatum
hodie, cum videatur multis esse nimis rigorosa, & tri-
bunali nostro non digna. Quo stante, licet prima com-
missio in hac causa habeatur, sine præiudicio legitimæ
executionis, tamen ea pars non fuit visa; quia sic reman-
sisset executio penes iudicem à quo, & data fuerat alia,
in qua habebatur, quòd si quid exequendum fuerit,
prius, & ante omnia exequatur. Qua clausula non ob-
3 stante, adhuc dixere Domini, non † potuisse procedere
ad vlteriorem executionem sine præfixione termini, ac
docto de nullitatibus vigore specialis commissionis. Et
hoc dicebat Dominus Puteus habuisse a Domino Simo-
netta.

DECISIO XLIII.

In eadem Salamantina Abbatiæ, 31. Ianuarij 1553.

SVMMARIA.

1 *Iudex procedens ad vlteriora etiam vsque ad seculare brachium, non præfixo termino parti, nulliter iudicat, & facta rescinduntur.*

2 *Appellans si friuola ab eo appellatio interponatur processus, non auditur.*

Causa

3 *Causa appellationis deserta, & causa nullitatis, & censurarum videntur deserta.*

4 *Appellationis causa & nullitatis, licet per Rotam sæpe committantur in vna eademque commissione, pronunciatio tamen super nullitate frequenter subiicitur, nec ob id annihilatur processus.*

IN hac etiam causa fuerat præsentata sententia commissionis cum signatura, constito de attentatis, de quibus cum aliter non constitisset, nil ad nullitatem inferebatur, & post tres commissiones, fuerat data declaratoria, à qua fuerat appellatum, & de nullitate dictum,
1 qua commissione non obstante, † cum fuisset processum ad vlteriorem executionem, & vsque ad brachium sæculare, sine alia præfixione termini commissionis, vt supra, dixerunt etiam processum esse nullum. Et licet Domino Auditori diceretur, etiam vigore illius commissionis partem velle seruare terminum, noluit admittere ad obseruationem termini nisi facto verbo in Rota, & po-
2 stea ad vlteriorē executionem procedendo † visum fuit reiicere appellationem tamquam friuolam, ad dec.42. in nouis, & l.à producente, C.de dilat. Ex quo processu videbatur etiam euenisse nullitates ac censuras dedu-
3 ctas appellando, † quia etiam deserta causa appellationis prout hic videbantur sublatæ, secundum Bald.in l.si expressum, ff.de appell. & Ias.in l.contra maiorem, C.de inoffic.testam.tamen tenēdo aliam opinionem, de qua supra, dixere Domini, non potuisse hoc facere sidem sine commissione: & cum pars aduersa replicaret. Quod si esset verum, quòd destruerentur omnes processus nostri,
4 quia † sæpe committitur causa appellationis, & nullitatis, & numquam pronunciatur super nullitatibus, sed simpliciter esse male appellatum. Vnde non stante commissione præfixionis termini super nullitatibus esset dicendum attentis supradictis, quòd processus essent nulli: respondebatur, & bene, quòd, ex quo in casu appellationis seruabatur terminus, ille sufficiebat, nec requirebatur præfixio termini vigore commissionis, prout requirebatur in executione, vbi nullitas seruetur, & ideo sententia illa perficiebat nedum causam appellationis, sed etiam nullitatis, quia poterat imputari parti, quare non deduxisset nullitates, quas prætendebat.

DECISIO XLIII.

Gadicens. pensionis, 3. Ianuarij 1543.

SVMMARIA.

1 *Nullitas pensionis arguitur ex eo, quòd pensionarius non sit ad eam habendam, vel transferendam habilis, ex qualitatibus illam inhabilitatem inducentibus.*

2 *Dispensatio obtenta licet fuerit à parte, si tamen probatum fuerit ab aduersa parte per subreptionem impetratam, nulla est, & nihil prodest dispensato.*

3 *Testes de habilitate alicuius ad beneficia ex communi reputatione deponentes, an probent in fauorem partis, pro qua producuntur.*

4 *Dispensatione etiam subreptitia, licet non probata, non præiudicatur parti dispensata, & præsumitur stante nullitate probationum bonum ius habere.*

5 *Filius combusti non est habilis ad beneficia obtinenda stante sic statuto loci, in quo est beneficium.*

6 *Probatio inhabilitatis, aut dispensationis nulla, post lapsum triginta annorum in causa nil releuat, nec præiudicare potest parti dispensata, quæ de inhabilitate notatur.*

EAdem die in causa Gadicens. pensionis inter Episcopum Gadicen. & quosdam pensionarios, dubitaui, *an ex actis constet, quod excluderet probationem alterius partis Episcopo Scalensi?* Fuit aliàs reseruata pensio super fructibus Ecclesiæ Gadicensis, quam in articulo mortis vigore facultatis, quam habebat, transtulerat in duos secutores suos, quibus Episcopus Gadicen. denegabat sol-
1 uere, † dicens illam esse nullam, propter inhabilitatem Episcopi Scalens. qui fuerat filius combusti, & propter istam inhabilitatem fuerat latæ duæ sententiæ super nullitate huius pensionis, per Dominum Sebastianum Pighinom, tunc Locumtenentem Auditoris Cameræ, tunc Rotæ Auditoris, quæ fuerat reformata in Rota per Do-
2 minum Mohedanum sub eo † prætextu, quod, licet Episcopus Scalen. fuisset dispensatus, tamen dispensatio fuerat subreptitia, prout fuerat resolutum in Rota in quadam Hispalensi pensione per Episcopum Scalēs. sed post eius mortem fitta non fuerat, obtenta ex actis à Dominis Auditoribus prædicta dispensatione. Sed cum causa ad me in tertia instantia deuenisset, & vellem exinde expedire causam, noluere Domini, quia fecerant aliud fundamentum super dicta dispensatione non producta; &
3 tunc pensionarius examinauerat plures testes, † qui attestabatur tempore Iulij Secundi recognouisse Episcopum Scalensem tunc in minoribus constitutum, & tunc, semper vsque ad eius obitum reputasse illum habilem, & vidisse ab alijs reputari, ad obtinendum nedum pensionem, sed etiam quæcumque beneficia, qua probatione stante, bis resoluerunt Domini mei, quòd Episcopus
4 † præsumebatur dispensatus, non obstante dispensatione subreptitia, qua non apparente, præsumebatur bonum ius habuisse. Et cum ex aduerso diceretur hanc reputationem non suffragari, quia apparebat & constabat Episcopum non fuisse reputatum habilem, cum in quadam causa, quæ contra eum fuerat mota super Archidiaconatu de Neula, & in alia Hispalensis portionis, in qua
5 supra † fuerat articulatum, & probatum esse filium combusti, & propter istam conditionem, non suffragabatur illa communis reputatio. Et hoc dubium etiam anno præterito fuerat propositum, & resolutum contra Episcopum Gadicen. quia ista conditio fuerat particularis,
6 & superuenerat † post 30. annum, & sic post punctum productum finitum, super communi reputatione, in qua præsumebatur dispensatio. Et in hac opinione persistitunt.

DECISIO XLIV.

Compostellan. Canonicat. & præbendæ 31. Ianuarij 1543.

SVMMARIA.

1 *Cedens beneficium litigiosum cum facultate litē prosequendi, si is, cui cessit, fuit, neglexit litteras expedire, nec litem prosequi, idque per 40. annorum spatio, ex tanti temporis lapsu ius præsumitur extinctum, & habetur pro derelicta, ita vt pars aduersa dici possit esse in pacifica possessione, neque successores eius ad tituli probationem tenentur prædecessoris.*

2 *Pars committens causam, si obtineat decretū citationem quæ fuerit executioni mandata, sed tamen numquam reproducta, cum circumducta videatur, & pro non facta habeatur, non arctat vlle modo citatum, nec interrumpit præscriptionem.*

3 *Finis litium ex hoc apparet, quòd sit sententia, qua transijt in rem iudicatam.*

IN causa Compostellan. Canonicatus, & præben. eadem die, dubitaui, præsupposita lite inter Iordanum,
1 & Petrum, † ex quo Iordanus cessit in fauorem Lupi, cum facultate litem prosequendi, qui Lupus, nec litteras expediuerat, nec prosecutus fuit, & vixit quadraginta annos, an lis dicatur extincta, & habita pro derelicta, taliter quòd Petrus, & deinde successores possint prosequi. Et dixerunt Domini, prout aliàs dixerunt in hac causa, quòd ex tanti temporis cursu præsumebatur habita pro derelicta, & Petrus poterat dici pacificus possessor, adeo quod successores sui non tenentur iustificare titulum sui prædecessoris: & tuuarentur allegatione Lupi. Et hoc dixere etiam, quod præsupposuerint, quòd data lite Alphonsus, qui nunc erat in causa, & quoniam erat subrogatus in ius Lupi, & per consequens etiam Iordanus posset habere melius ius, quam Petrus, & eius successores.

cessores. In hac tamen causa nil erat factum, nisi quòd
2 Iordanus commiserat causam, † & obtinuerat decerni
citationem, quę fuerat executa, sed tamen numquam re-
producta, quæ citatio videtur circumducta, & pro non
facta haberi, ita nec attentet citatum, nec præscriptionem
interrumpat. l. & post edictum, §. 1. ff. de iudi. & ibi Bald.
cum alijs, de quibus per Felin. in cap. illud, col. 4. in prin.
de rescript. quæ decis. limitatio est aliarum decisionum,
3 quæ quotidie allegantur, † quod lis non finitur nisi per
sententiam, quæ transierat in rem iudicatam, decis. 10. vt
lit. penden. alias num. 411. in nouis. Gozad. decis. 5. vt lit.
penden. & not. per Doctores communiter, in cap. fin. &
ibi per glos. in verb. finita, & latius Franc. vt lite pendēte.

DECISIO XLV.

Zamotensis parochialis 4. Februarij 1547.

SVMMARIA.

1 *Citatus per edictum possessor, vbi constat de non tuto accessu, an brachium sæculare decretum sit relaxandum.*
2 *Termini præfixio data à iudice parti ad docendum de legitimitate appellationis, facta si elapsa fuerit, nec de ea sufficienter doctum fuerit, procedi citra aliarum irrogationem censurarum ad decretum brachij sæcularis potest.*
3 *Feriarum tempore etiam parti terminus præfigi potest à iudice, quo doceat legitimam esse appellationem quam fecit, quo non probato, procedi potest ad sæcularis brachij decretum ob maximam partis contumaciam.*
4 *Contumace parte existente non tamen impeditur quin à die habita notitia appellando debeat audiri.*
5 *Pars licet absens etiam longinque, habens notitiam sententiæ per intimationem executorialium contra se latæ, appellare coram honestis personis debet, ne sibi ex taciturnitate præiudicium pariat.*
6 *Citatus per edictum, vel ad domum, vel ad locum, in quo causa ventilatur, ad sententiam audiendam, & facta intimatione, incipit currere terminus appellationis à die intimationis sententiæ, non scientia habita.*
7 *Legitima appellatio fieri contumacis si non sit notoria iudici, sufficit illud ratificare ad quod præfixus est terminus, & causa vigore iuris ordinarie obseruari solite, expediri potest.*

DIe 4. Februarij 1547. in causa Zamotensis parochia-
1 lis de Cassola dubitaui † *vtrum brachium sæculare
esset relaxandum in hac causa citato possessore per edictum,
constito de non tuto accessu?* Erat processum per contra-
dictas, & tuleram sententiam, & decreueram executo-
riales, quæ per edictum similiter erant intimatę, ob quo-
rum non paritionem decreueram..... intrusum, qui
post declaratoriam miserat procuratorem ad Curiam,
qui appellauerat à die notitiæ, & causam commiserat,
deinde per actorem fuerat præsentata commissio, vt
2 † præfigerem terminum ad docendum de legitima ap-
pellatione, quo elapso, & nil docto, procederetur ad de-
cretum brachij sæcularis, omissis alijs censuris, fuerat
præfixus terminus ad secundam, à qua præfixione etiam
termini fuerat appellatum, & reposueram cum intima-
tione: quæ intimatio non fuerat facta, cum tamen tem-
3 pora feriarum esset producta commissio, & non † ob-
stantibus ferijs attenta præfixione, tamen decerneretur
brachium sæculare, in maximam, qui appellauit contu-
maciam: habuit terminum præseruato, cum sæpius esset
citatus ad videndum decerni brachium sæculare, quòd
numquam voluerit declarare: nec brachium sæculara,
nisi facto verbo in Rota. Et Domini dixere, non esse re-
4 laxandum, quia † attento, quòd iste erat factus contu-
max, quandocumque appellando à die notitiæ debebat
audiri ad decis. Rotæ 274. in nouis, & præsumitur à die
notitiæ appellasse Rota decis. 326. in nouis. Hinc con-
cludebatur, quòd constabat illum prius paruisse, quia
post intimationem executorialium in Ciuitate Salamā-
tina, vbi reus erat scholaris, constituerat procuratorem;
5 adeo quòd tunc † temporis tamquam habens notitiam
sententiæ, per intimationem executorialium, debuit ap-
pellare coram personis honestis. Sed ad hoc fuit dictum,
quòd ea quo in mandato non constabat, quòd habuerit
sententiam..... Adducebatur etiam dictum Felin. per
Bal. quem allegat in cap. quoad consulationem, col. 23.
num. 33. vers. considero duos casus, de re iudicata, qui
6 dicit, quòd quando quis per † edictum est citatus, vel ad
domum, vel ad locum, ad sententiam audiendam, vbi ei
est etiam intimata, quo ad decendium terminus appel-
lationis incipit currere à die intimationis sententiæ, non
à die notitiæ, quia si tunc præsumeretur habere notitiam
.... quod dictum non placuit Dominis simpliciter, quia
multum restrinxerat prædicta, sed pro tunc intelligera
in casu suo particulari, in quo loquitur, non obstante
etiam præfixione termini, quia ea quo appellatum fuit,
& facta depositio, terminus non curreret. Et licet non
asset facta intimatio, tamen hoc non releuabat, quia di-
xere, quòd etiam ista die potuisset fieri ista intimatio.
7 Secundo, & notabilius dictum fuit, quòd † ex quo non
constabat de legitima appellatione facta à ficto contu-
mace, satis erat ratificare illud, ad quod erat præfixus ter-
minus. Et dixi ita, quòd seruarentur termini in causa ap-
pellationis, & causa iure ordinario expediretur in secun-
da instantia facta.

DECISIO XLVI.

Calagurritana Archidiaconatus.

SVMMARIA.

1 *Sententiæ tres conformes contra partem latæ vbi fuerint, si pareat rei iudicatæ, dimittendo possessionem, an possit per viam restitutionis in integrum iuuari.*
2 *Narrans de bono iure suo commissione, vt ius alterius partis excludat, illud probare debet, deducto etiam valore beneficij.*
3 *Valor fructuum, & taxatio beneficij, an possit probari ex confessione prædecessoris illud beneficium quondam possidentis.*
4 *Iuramentum si interponatur in probatione valoris fructuum beneficij, an releuet, & robur addat probationi requisitæ.*
5 *Confessio prædecessoris non præiudicat illi, qui non ex ipsius iure venit ad causam, sed proprio iure nititur, cum ipsi fuerit per obitum de beneficio prouisum.*

IN causa Calagurritana Archidiaconatus, inter Marti-
1 num Simonem, & Franciscum de Miranda, † in qua
habuerat Martinus tres conformes contra, & paruerat
rei iudicatæ dimittendo possessionem, & omnia, ve-
niendo per viam restitutionis in integrum, dubitaui,
*an gratia si neutri Domin. Martini in summa 400. duca-
torum esset verificata?* Nam hic Martinus ex iure cesso
habebat acceptationem huius beneficij vigore expecta-
tiuæ in summa 200. & habebat etiam gratiam, si neutri,
vt in dubio, quibus non obstantibus fuerat canonizata,
gratia si neutri, Francisci de Miranda, cum expectatio-
ne ad 300. cui fuerat prouisum per obitum Martini de
Anguiano, cum subrogatione etiam in ius illius, & ad
prosecutionem litis in eisdem statu, & terminis, quam
litem inceperat Anguianus, ex iure sibi cesso per Gar-
siam de Garesco, qui impetrauerat beneficium sub ex-
pressione 280. Et dixere Domini, quòd in isto iudicio
2 Martinus erat actor, † & quia in commissione restitu-
toria narrauerat bonum ius sibi competere, erat neces-
se, vel quod probet, quòd excederet summam 250. ad
hoc vt excluderet ius Francisci venientis per obitum
Anguiani, & ea consequenti vitaret gratiā suam, si neu-
3 tri, quòd † vltimum prætendebatur Martinus probasse
ex confessionibus Anguiani, videlicet, quem fecerat in
probando valorem fructuum contra Petrum Vicanam
contra

contra quem habuerat rem iudicatã, in qua articulauerat medio iuramento, fructus ascendere ad valorẽ 400. ducatorum, quo respõdebatur articulis datis per Martinum, qui confessus fuerat beneficium excedere summam 200. sed replicabatur pro parte Francisci, &
5 ita secuti sunt Domini, quòd † illæ confessiones non poterant præiudicare d. Francisco, qui non veniebat ex iure Anguiani, sed ex iure proprio, quia fuerat ei prouisum per obitum Anguiani.

DECISIO XLVII.
In Causa Tullens. Matrim.
SVMMARIVM.

1 *Testes examinari possunt super materijs, super quib. iam ante alij fuerunt examinati, etiam primorum testium facta publicatione, respectu tam nouarum materiarũ, quàm antiquarum, stante eo quòd nulliter fuerint prio res testes examinati, & ob id fidem nullam fecerint.*

1 IN causa Tullens. Matrimon. dubitaui, † *an remissoria sit concedenda; & possint examinari testes super materijs, super quibus alij fuerunt examinati, non obstan te publicatione?* Et fuit resolutũ, quòd sic, nedũ respectu materiarum nouarum, sed etiam respectu antiquarum: quia testes erant nulliter examinati, & taliter, quòd non faciebant fidem. Ioan. Andr. in Clem. 2. de probat. & ibi glo. in verbo inter. & Doctor. in c. cum causam, in vlti. glo. in fin. eod. tit. & etiam decisio. Rotæ 163. & 391. in nouis.

DECISIO XLVIII.
Salamantinæ Abbatiæ.
SVMMARIA.

1 *Attentatis non remotis, non fit progressus ad negotium principale de iure.*

2 *Possessio capta tempore litis pendentia si momentanea fuerit non valet, nec habetur in vlla consideratione.*

3 *Non possidens possessioni renunciare non potest, cum sua nulliter intersit.*

EAdem die in causa Salamantinæ Abbatiæ dubita-
1 ui, vtrum sit † procedendum ad negotium principale reiectis attentatis? Et dixerunt Domini, prius esse remouenda attentata, c. non solum. de appellat. in 6. Rota decisio. 56. in nouis. Et licet diceretur non esse
2 remouenda, quo † ad possessionem captam lite pendente, per Abbatem Anton. de Mari, quia illa possessio fuerat momentanea, & constabat, quòd Didacus aduersarius possidebat, qua possessione stãte, electio etiã Abbatis, quòd erat aliud attentatum, non videbatur debere reuocari, postquam ille erat in possessione, nec videbatur sua interesse, nec quo ad vnum, nec quo ad aliud: Tamen non videbatur audiendus, ad decis. 412. in nouis, ramen formarunt omnes Domini contrariũ, quia immo poterat sua interesse aliquo tempore hanc
3 possessionem captam non esse. † Et postquam Alphun sus non possidebat, minus sua intererat renunciare illi possessioni, prout & electioni de eo factæ, quia licet in electione non ipse attentauit, sed Collegiata, quæ illum elegerat pendente lite inter illum, & Capitulum maius, tamen recusando videbatur attentare, & propterea prius, & ante omnia erant reuocanda.

DECISIO XLIX.
Dertusensis Pensionis.
SVMMARIA.

1 *Pars si offerat se probare velle, in omnibus decursis terminis pensionem debitam parti aduersæ deposuisse, & stetisse per aduersarium, quo minus receperit, cum non sint omnia in forma probata, non est immunis à decreto executoriali brachij sæcularis.*

2 *Solutionem pensionis, aut depositionem eiusdem si pars in Curia procuratori partis aduersæ, habenti speciale ad id mandatum se facturam offerat, debet eam facere oblationem, cum protestatione damnorum, & interesse, ad effectum, vt possit absolui, nec fiat progressus vsque ad brachium sæculare.*

EAdem die in causa Dertusensis pensionis inter Franc. Oliuera, & Franciscum Burgoam, declarauera in Franciscum Burgoam ob non solutionẽ pensionis, & contra eum etiam declarauerat, siue decreueram brachium sæculare, & antequam relaxaueram,
1 applicuit ad Vrbem, & offerebat, † se probare velle fere in omnibus terminis decursis deposuisse in partibus. Vnde debebat fieri solutio pension. & per ipsum aduersarium stetisse quò minus acceperit. Quia tamẽ non constabat de omnibus depositis, nec etiam omnia erant in probanti forma, dubitaui, an brachium sæcu-
2 lare esset relaxandum. Et † quia Franciscus Burgos offerebat se in Curia, vel soluere procuratori Francisci Oliuera, si habebat mandatum, vel deponere: dixerũt Domini, quòd debebat deponere protestando de damnis, et pensis, & interesse, & quòd ego admitterem prosecutionem, si, & in quantum, ad effectum si constabat omnia deposita fuisse facta in partibus, & per pensionarium stetisse, quo minus acceperit, quod possit repetere, quo facto illum absoluerem.

DECISIO L.
Segobiensis Canonicatus, 11. Febr.
SVMMARIA.

1 *Indultum concessum Camerario de conferendo beneficia in Diœcesi alicuius ordinarii in omnibus mensibus, vel alternatim, non bene constito de consensu vtriusque, an sit validum habendum.*

2 *Litera sub plumbo expedita fidem facientes de alternatiua collatione Camerarii, & ordinarii stante indulto Camerarii de collatione in omnibus mensibus facienda, si eadem die emanarint, quibus standum, an literis, vel indulto.*

3 *Litera Apostolica sub plumbo expedita, magis authentica habentur quam indulta, aut litera, qua in forma Breuium conceduntur.*

DIe 11. eiusdem in causa Segobiensis Canonicatus
1 dubitaui, † *vtrum Reuerendissimus Camerarius possit vigore præfati indulti conferre in omnibus mensibus, vel alternatim?* Fuerat vigore literarum in forma Breuis concessum indultum Camerario conferendi beneficia in Diœc. Segobien. accedente consensu Epi-
2 scopi: & † eadem die per literas sub plumbo concessa collatio alternatiuè Camerario, & Episcopo. Et quia videbatur non bene constare, nec de consensu Episcopi, quo accedente etiam erat concessa alternatiua, nec de consensu Camerarij expeditioni literarum sub plũbo, dubitaui quæ literæ essent attendendæ, & propter præfata de rigore iuris res possit aliquando reuocari in dubium: tamen quia de consensu Episcopi, & Camerarij aliquo modo constabat de verisimilitudine,
3 & quia † literæ sub plumbo magis authenticæ sunt, & ab vsu patrisfamilias quotidie ista fiunt, & hęc non; conceditur enim primo alicui Cardinali multum dilecto indultum conferendi beneficia in aliqua Diœcesi in omnibus mensibus, & datur etiam ad reseruata; postea diuiditur illud indultum per alias literas, & conceditur alternatiua Episcopo, ex quo Episcopus nedum lucratur duos menses, sed etiam, quod in alternatis mensibus sibi concessis posset conferre reseruata, quod non habuisset ex simplici alternatiua, quod solet dici ad reseruata: dixerunt omnes Domini contrarium, solum alternatiuam posse conferre.

DECISIO LI.
Dertusensis Sacristiæ, 11. Februarij.
SVMMARIA.

1 *Testes deponentes de auditu in conflictu duelli ex relatione partis vulneratæ, an probent.*

2 *Vulneratus in oculo in pugna duelli, an sit inhabilis ad bene-*

L

beneficia, & an pugna duelli crimen enorme dici debeat.

3 *Duelli sola pugna non constito de clericatu pugnantis, non facit ad beneficiorum administrationem inhabilẽ ipsum pugnantem, nec crimen adeò enorme est, vt inhabilitatem illam inducere possit.*

4 *Vulnus per pugnam illatum oculo, an præsupponat mẽbri mutilationem, & ob id inducat inhabilitatem ad beneficia.*

5 *Mutilatio membri non inducit irregularitatem, sed abscissio totalis, ita vt redintegrari non possit, nec causat inhabilitatem ad beneficia.*

6 *C.2.de clericis pugnantibus in duello, quomodo sit intelligendum, & an de mutilantibus membris, vel penitus abscissis, vel secuta occisione.*

Eadem die in causa Dertusen. Sacristiæ, dubitaui
1 præsupposito, quòd † aliqui testes deponant se
2 audiuisse à Ioan. de Miglia fuisse † vulneratum in oculo, an ex hoc resultet, quòd crimen sit enorme, & fuerit factus inhabilis, ad obtinenda beneficia. In superioribus conclusum fuerat † ex solo duello facto per
3 Ioannem de Miglia, quem tunc temporis non constabat esse clericum, non esse illum factum inhabilē: quia hoc crimen non erat ita enorme, prout videbatur requiri, ex no. per Fel. in c.2. de rescr. aliàs allegato. Ag-
4 grauabat difficultatem † vulnus sibi illatum in oculo quasi, quòd ex pugna illi fuisset secuta mutilatio mẽbri, ad c.1. & 2. de cler. pug. in duello: Tamen omnes Domini fuere in opinione, quòd hoc non aggrauasset taliter delictum, quòd esset factus inhabilis ad obti-
5 nen. beneficia, quia † mutilatio membri non inducit irregularitatem, sed abscissio. Abb. & ceteri, in dicto capitul. de cle. pugnan. in duello. & Abb. in d. capit. 1. quando cler. & Felin. in capit. 1. vers. ne pentio. col. 1. de homicid. Et licet ex aduerso allegaretur, † c.2. de
6 cler. pugnan. in duello, vbi isti pugnantes in duello, quos pugiles appellat, homicidæ sunt, vt dicit tex. tamen dixere Domini illud non simpliciter verom, sed solum quando ex duello sequitur mors, vel mutilatio membri, vt per Abb. in c.1. & Hostien. in summa.

DECISIO LII.

Imolensis Parochialis, 4. Februarij.

SVMMARIA.

1 *Indultum per resignationem factam in manibus Sanctissimi annihilatur, & vacatio beneficij ex eo actu subsequitur.*

2 *Papa si facta fuerit ei libera resignatio ab habente indulti collationis, potest prouidere non obstante indulto.*

3 *Indultum habens collationis beneficij vacante eo per resignationem, an prouideri alicui de illo debeat cum consensu habentis indultum.*

Die 4. eiusdem in causa Imolensis Parochialis de Sancto Paulo, dubitaui, *vtrum prouisio Domino Ioan. valeret sine consensu Cardinal. Aliàs enim fuerat resignata ista Parochialis in manibus Papæ, in fauorem Balduini, & vnum alteri parochialis Dom. Baldinus?* D. Ioan. dicebat, prouisionem hanc non valere solum
1 ex indulto Card. Lotharingię Et cùm dicitur, † indultum non habere locum vacan. beneficio per resignationem in manibus Papæ factam, & cum dissoluta
2 vnione diceretur † vacasse, vt prius, scilicet per resignationem, Papa potuit prouidere nõ obstante indulto. Sed replicabant, quòd intelligebatur de prima vice, quia beneficium fuerat resignatum. Vnde dissolu-
3 ta vnione, licet † diceretur vacare adhuc per resignationem, tamen hac secunda vice saltem de consensu Card. debebat fieri prouisio, aliàs non valeret: tamen Domini dixere contrarium, per dec. Cassad. 5. de priuileg. Vbi in terminis deciditur iste casus, & in decis. 2. de vnione.

DECISIO LIII.

Paduana Custodiæ, 4. Februarij.

SVMMARIVM.

1 *Regula Bonifacij Octaui de beneficijs publicandis, an possit infringere indultum concessum ordinario loci, & reseruatum in præiudicium iuris iam quæsiti.*

Eadem die in vna Paduana custodiæ dubitaui, an
1 *per Regulam publicandi benefic. possit tolli ius quæsitum?* Et dixere, quòd sic, quia illa regula est merè declaratoria aliarum regularum loquentium de Protonotarijs, postquam fuerat per ordinarium prouisum cuidam: deinde post hanc prouisionem fuit facta illa regula Bonifacij, de qua dubitabatur: per quam Papa declarat intellexisse de Protonotario tam participante, quàm non participante. Vnde cum vacasset beneficium per obitum Protonotarij Apostolici, beneficium erat reseruatum, & prouisio ordinarij, qui etiam habebat indultum, nil valet, quantumcunque post prouisionem superuenerit ista declaratio, cum sit mera declaratoria regula, vt no. per Pau. Castren. in l. hæredes palam. §. si quid. ff. de testam. cum alijs allegatis per Sarnen. q. 13. regula. de non tollen. iure quæsito.

DECISIO LIV.

Mantuana Zucharorum, 4. Febr.

SVMMARIA.

1 *Dubitatio si ingeratur de cambijs, cuius debeant esse quantitatis, an impediat ea nondum dissoluta, concessionem executorialium a parte actoris petitorum.*

2 *Executio pro parte cambiorum liquidatorum si concedatur, vtrum eam suscipere actor cogatur, an pro tota summa, quam sibi debitam prætendit expectare.*

Eadem die in causa Mantuana Zucharorum, dubitaui, *vtrum executoriales debeant concedi Vincentio pro tota summa, pro qua fuere condemnati Piperales per tres sententias conformes, & maximè pro par-*
1 *titis 2600. ducatorum?* Et dixere Domini, quia † de cambijs huius partitæ specificatæ, erat dubitatio, cuius quantitatis deberent esse, quia erant cambiata pro 18. cum dimidio, & Piperarij prætendebant non debuisse cambiari, nisi pro 10. cum dimidio. Erat etiam aliud dubium, vtrum in ista summa continerentur duo cãbia, vel vnum, quia si Piperarij erant condemnati ad sortem principalem cum vno cambio tantum, quòd deberent consulere mercatores peritos super his, & videre quomodo esset verum id, quod prætenderent Piperarij, qui videbantur non teneri, nisi ad summã 10.
2 cum dimidio, † & interim dare sibi executionem pro alijs partitis liquidis: quam recusauit Vincentius accipere, expectans plenariam solutionem.

DECISIO LV.

Hispalens. Portionis 6. Februarij.

SVMMARIA.

1 *Hispalensis Ecclesiæ statutum vetans filios reconciliatorum, vel in hæresin lapsorum in ea beneficiari, non cõprehendit sponte confitentes errorem tempore gratiæ.*

2 *Confessi sponte suos errores non inhabilitantur ad beneficia, nisi sint ex numero illorum, qui dicuntur Santhenets.*

Die 6. eiusdem in causa Hispalensis portionis dubitaui, an remissoria esset danda? Nam post-
1 quam, vt supra patet, † in hac causa fuerat resolutum, & conclusum, reconciliatos, qui sponte venerant intra tempus gratiæ, non comprehendi in statuto Hispalensi inhabilitantes filios reconciliatorum,
2 examinati fuerant testes ad probandum, quòd † illi, qui sponte venerant, erant inhabiles, quia & illis fuerat datum Sabinetium, quòd tamen testes non probauerant, nec dederunt aliquem fumum de hoc, imò contrarium. Propterea dubitaui, an remissoria esset danda: & à Dominis visis verbis sententiæ, quibus fuerant

fuerant condemnati illi reconciliati, dubitatum fuit, an comprehenderentur in statuto. Et ita fuit dictum de eo, de quo aliàs.

DECISIO LVI.

Dertusensis Sacristiæ, 6. Februarij.

SVMMARIVM.

1 *Testes si de eorum subornatione timor ortus sit, an repeti debeant, aut alij ab illis examinari.*

EAdem die in causa Dertusensis Sacristiæ, quia fuerunt de nouo dati articuli super duello Ioan. de Miglia, qui licet essent magis distincti, tamen in effectu idem continebant, & nolebant vti aduersarij eisdemmet testibus, & pars reclamabat, dicens esse timorem subreptionis, propterea consului Dominos, quid
1 agendum esset. Et dixere alios † testes debere examinari, sed non eosdem, qui, si in aliquo non fuissent interrogati, poterant ex officio illos interrogare. Sed cũ prius fuissent examinati contra intrusum, non autem instaretur, quòd examinarentur contra Ioan. de Miglia, qui ad causam pro interesse venerat, fortè nõ poterat negari quin firmiter examinarentur.

DECISIO LVII.

Iacensis Parochialis, 6. Februarij.

SVMMARIA.

1 *Dicens se spoliatum, antequam de spolio agere possit, debet illud probationibus legitimis in iudicio clarè deducere.*

2 *Annexa parochiali sua, qua spoliatum se dicit aliquis, cùm non sint notoria nõ sufficit illa probare per duos testes de publica voce, & fama deponentes, sed pleniori probatione veniunt deducenda.*

3 *Canonici scribentes nomine Capituli parti spolium allegantis, vt consentiat dismembrationi annexorum Parochiali, non præiudicare possunt hoc facto suo Capitulo, nec per id spolium admissum probatur.*

EAdem die proposui causam Iacen. Parochialis de Samaniego pro D. Thoma Fort, in quo procede-
1 batur per contradictas, & † prætendebat se fuisse spoliatum seu Ecclesiam suam, & annexis huic parochiali, per Capitulum Iacen. & agebat spolio, & licet hesterna audientia satis bene fortassis, quædam de paro-
2 chiali essent probata, quia tamen † de annexione non cõstabat, nisi per duos testes de publica voce, & fama, dixere Domini, quòd melius deberet probare annexionem: nec curarunt, quòd Didacus nomine Capituli scribens D. Thomæ videretur annexionem, &
3 spolium fateri, nec quòd testes deponerẽt, quòd † duo Canonici nomine Capituli rogarent Dominum Thomam, quòd vellet consentire dismembrationi huiusmodi annexorum, vt incorporarentur Capitulo: quia dixerunt Domini, quòd isti non potuerunt præiudicare Capitulo.

DECISIO LVIII.

Hispalensis Portionis.

SVMMARIA.

1 *Accusatio, & inquisitio, tum condemnatio etiam requiritur in eo, qui dicitur reconciliatus, vel hæreticus ad hoc, vt inhabilis reddatur ad beneficia Hispalensis Ecclesiæ secundum formam sui statuti, & ideò non comprehendit sponte confessos, neque non accusatos, neque nondum inquisitos.*

2 *Sententia per statutum lata in reconciliatos, vel eorum filios, aut nepotes, debet esse in forma probanti, alioquin non releuat.*

3 *Remissoria datur aliquando ad probationem clariorum productorum in iudicio faciendam, & vt iura proferantur pariter in forma probanti.*

IN causa Hispalen. Portion. dubitaui, *an stante sen-*
1 *tentia, de qua opponitur, statutũ † inhabilitans filios, & nepotes hæreticorũ, vel reconciliatorũ, cõprehenderet nepotẽ ex reconciliato sponte confesso, absq; accusatione, & inquisitione?* Et Dominis fuit visum, quòd sententia, quæ tam graues pœnas imponeret, & tantum inhabilitaret istos reconciliatos, etiam qui veniunt sponte infra tempus gratiæ essent, quòd comprehenderentur
2 in statuto, † & quia ista sententia non erat in forma probanti, nec erat legitimè probatum, quòd ille, qui in ius cesserat in Alphonsum Moran. & defendebat istam causam, descenderet ex reconciliatis, mandarunt dare
3 remissorium † pro hoc probando, & pro adducendo iura in forma probanti.

DECISIO LIX.

Toletani Matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Auditor Cameræ Apostolicæ, & Gubernator Vrbis, an inhibere possint Auditoribus Rotæ, ne pendente Criminali causa in ciuili procedant vlterius.*

2 *Et an stante tali inhibitione testes ad instantiam partis actricis possint examinari, nu. seq.*

3 *Inhibitio ne procedatur in causa ciuili pendente criminali à superiore iudice non debet fieri sine præuia causæ cognitione.*

1 IN causa Toletan. matrimonij eadem die, quia † fuerat mihi inhibitum per Aud. Cameræ, & Gubernatorem, non procedere in causa ciuili pendente criminali, & signatura dederat tantum constito de assertis, dubitabam, *numquid, non obstante tali inhibitione, pos-*
2 *sem mandare † examinari testes, quos instabat contraria pars examinari?* Et Domini dixere, quòd licet stante commissione signaturæ conditionali, constito de asser-
3 tis non † debuissent iudices inhibere sine causæ cognitione, tamen ex quo erat inhibitum, quòd nil fieret, eò maximè, quia erat facilè committi reformari commissionem, & obtinere, quòd procederetur ad examen, non obstante inhibitione, vel quòd mandaretur inhiberi.

DECISIO LX.

In quadam Romana Pecuniaria.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio, quæ fit in forma Cameræ propriè si in controuersiam venit per auditorem Cameræ, de ea iudicatur tanquam suo ordinario iudice.*

IN causa Romana pecuniaria, seu census, eadem die, dubitaui, vtrum causa esset remittenda ad Audit. Cameræ, non obstantib. articulis datis ex aduerso, & commissio debeat decerni. Et dixere Domini non esse
1 † remittendum, ex quo Io. Bapt. melior debitor erat obligatus in forma Cameræ, cuius obligationis propriè est iudex idem Auditor.

DECISIO LXI.

In causa Ciuitatis Castelli S. Georgij.

SVMMARIA.

1 *Possessio restituibilis in beneficio, an sit, quæ vacauit per obitum familiaris Cardinalis ex regula de impetrado*

2 *Possessio insimul vna cum titulo ex decreto irritante inficiuntur.*

3 *Familiaritas si non constet, nisi post petitorium suspensum, possessio est restituibilis.*

4 *Testes si tales fuerunt, quib. arguitur fidem nõ adhibendam fore, nõ sunt ad spoliati instantiam examinandi.*

IN causa Ciuitatis Castelli Ciuitatis S. Georgij, dubitaui, vtrum possessio D. Antonij esset restituibilis. Fuerat enim commissa causa super ista parochiali, & demum suspensum petitoriũ, & procedebatur super spolio, & erant probata extrema necessaria. Sed di-
1 cebatur † possessionem istã non esse restituibilem, quia vacauerat istud beneficiũ per obitũ familiaris Cardi. & erat datũ regula de impetr. benefic. vacãtib. per obi
2 tum † famil. Cardin. habente decretum irritans, quod inficit nedum titulum, sed etiam possessionem, Rota dec. 26. in nouis, in prin. Cassad. dec. 1. & 2. de rest. spol. in prin. tamen omnes Domini dixerunt contrarium;

quia illud intelligitur de reseruatione notoria, nõ au-
tem in casu isto, in quo potest esse dubium, an sit fami-
liaris, & non constare in declaratoria, vt in decis. alle-
gatis. Item in casu isto non constabat de familiaritate,
3 nisi † post suspensum petitorium, quo casu etiam pos-
sessio est restituibilis, vt dicitur in dictis decis. Imò po-
terat dici nullo modo constare, quia examinati erant
testes saluis exceptionibus, & fuit mandatum, quòd
4 ponerentur ad partem, quia pars spoliata † negabat
posse examinari testes, cum & tales essent, quibus non
adhiberetur fides. Et ita hoc eodem die pronunciaui.

DECISIO LXII.

Auricen. Abbatiæ. 28. Februarij.

SVMMARIA.

1 *Actor vtrum informare solùm ex inspectione manualis deperdito registro, aut eo non apparente possit.*

2 *Iudex orta suspicione, causam calumniosè agi ob non apparitionem registri, & ita ob protelationem causæ, potest idem iudex mandare, vt causa ex inspectione iurium originalium expediatur.*

DIe 28. eiusdem in causa Auricen. Abbatiæ cũ du-
bitassem, *an fuisset vera lis inter Card. & Alphon*
1 *sum subrogatum, & agens pro Io. Solano † vellet infor-*
mare sine registro, quod erat deperditum? Dixerunt Do
mini, quòd expedirem causam sine registro, visis actis
in manuali, attento, quòd eramus in tertia, & ex eisdẽ
2 † oriebatur præsumptio contra retardantem expedi-
tionem, & causa satis calumniosè defendebatur, pro-
ut aliàs ante festa mandarunt, quod etiam causam ex-
peditem, visis iuribus originalibus.

DECISIO LXIII.

Astoricensis Parochialis Sancti Brixini, 28. Febr.

SVMMARIA.

1 *Clericatus ex testium relatione de communi fama, & reputatione probatus, an prosit ipsi clerico ad intentum assequendum.*

2 *Litera de Diaconatu fidem facientes non probant sufficienter, non constito, quod ille, qui dedit ordines esset Episcopus, aut quòd saltem licentiam conferendi ab Episcopo habeat.*

3 *Limita, & intellige qualiter tales exceptiones, vt friuola sint reycienda. nu. seq.*

4 *Prouisionis literæ productæ vbi subreptitia fuerint, non probant.*

EAdem die in causa Astoricen. Parochialis Sancti
1 Brixini dubitaui, *an satis constaret † de clericatu*
Antonij, & quod esset Abbas Abbatiæ contra beneficiũ,
de quo agitur? Nam de clericatu constabat per testes
examinatos, deponentes de communi reputatione, &
fama, sed dubitabatur non sufficere, quia erat illegiti-
2 mus. Vnde vltra hoc produxerat † literas Diaconatus.
Sed dicebatur has non sufficere, quia non constabat,
quòd ille, qui dederat ordines esset Episcopus, nec
quòd haberet licentiam ab Episcopo Burgensi, in cu-
ius Ecclesia ordinarat: tamen Domini habuere has ex-
3 ceptiones † pro friuolis, & dixere satis esse probatum.
Similiter ad probandum, quòd esset Abbas, erant pro
4 ductæ † literæ prouisionis, quibus dicebatur non esse
standum, quia erant subreptitiæ, & multæ subreptio-
nes dabantur. Quibus non obstan. dixere Domini, satis
sufficere, quoad effectum, de quo agebatur, quia nunc
non tractabatur, *an prouisio Abbatiæ esset bona, sed an*
esset Abbas, quòd etiam notorium erat.

DECISIO LXIV.

Calaguritan. Archidiaconat. 28. Febr.

SVMMARIA.

1 *Successori non potest præiudicium generari ex confessione prædecessoris, etiam medio iureiurando interposito valoris beneficij.*

2 *Gratia concessa si non verè exprimatur valor beneficij, non valet.*

3 *Dicens se credere tantum esse valorem beneficij, an verificari possit etiam in vno.*

4 *Prouisionem habens per obitum prædecessoris, non potest dici successor, cum in beneficialibus successio nullo modo detur.*

5 *Subrogatus ad ius defuncti, & ad litis prosecutionem in ijsdem statu, & terminis est, in quibus erat, cui fuit subrogatus.*

6 *Prædefuncto quæ obfuere etiam impediunt subrogatum, cum subrogatus sapere naturam debeat eius, in cuius locum subrogatur.*

IN causa Calagurit. Archidiaconatus, eadem die, du-
1 bitaui, *vtrùm † confessio Io. de Anguiano medio iu-*
ramento super Ecclesiæ valore, præiudicet successori, &
gratia si neutri sit verificata? Nam Ioã. de Anguiano,
qui super isto Archidiaconatu expediuerat literas cũ
expressione valoris, in 200. interrogatus à Martino
Zimenez aduersario, qui habebat gratiam expressam
in 260. an beneficium istud excederet, summam 260.
respondit se credere, quòd excederet, ex quo inferebat
2 Martinus, quòd † gratia in sua in 200. ob non expres-
sionem valoris non valebat gratia sua *si neutri*, quam
posuerat in 40. Multis modis ad hoc respondebatur,
vno modo præcipuè, propter hoc Domini fuere in vo
3 to, quòd confessio non præiudicaret, quia † dicendo,
quod credebat excedere summam 260. poterat verifi-
cari etiam in vno, & sic quod valeret, ex quo non infe-
rebatur, quòd gratia sine expressione, 250. esset nulla,
quia erat modicus excessus, cùm vltra expressum so-
leat Rota pro sustinenda gratia concedere, quòd ad-
datur 6. pars, quæ esset vltra 40. & sic excessus in 11.
prout erat iste nil efficiebat: quia tamen aliàs, vt supra
4 patet in hac eadem causa dixere † confessionem non
præiudicare, quia Franciscus de Miranda, qui erat suc-
4 cessor Anguiani, ex quo habuerat prouisionem per
obitum Anguiani, non poterat dici successor, quia in
beneficialibus non datur successio, & titulum habebat
à Papa, & propterea confessio Anguiani non poterat
præiudicare ei. Hodie autem dixerunt melius intelle-
cta prouisione Mirandæ, ex quo erat subrogatus etiã
5 ad ius Anguiani, & ad prosecutionem litis, in eisdem
statu, & terminis, in quibus erat, sicut si aliquid in fa-
uorem Anguiani fuisset factum, prout erat, quia iam
erat lata sententia pro eo, pro qua fuerat Mirandæ.
Eodem modo, & id quod contra Anguianum erat,
6 debebat obesse Mirandæ subrogato: † cùm subroga-
tus debeat sapere naturam eius, in cuius locum subro-
gatur, & multis alijs rationibus, de quibus latè in in-
formationibus.

DECISIO LXV.

Salamantin. Abbatiæ. 18. Februarij.

SVMMARIA.

1 *Possessio partis, quæ attentata dicitur vtrùm poni in sequestrum possit, idque ad petitionem partis aduersæ, quæ etiam attentasse dicebatur.*

2 *Pars altrix si etiam in negotio attentauit non potest petere a iudice, vt attẽtata per aduersarium reuocentur nisi proprijs prius attentatis sufficienter purgatis.*

3 *Limitationem huius, & contrarium vide latius, nu. seq.*

4 *Exceptiones plurimas patienti testi fides non habetur, nec probare desideratum per depositionẽ in actis potest.*

5 *Possessio vt restituibilis sit petenti, quod & quale tempus requiratur.*

EAdem die in causa Salaman. Abbatiæ dubitaui,
1 *vtrùm † possessio Didaci sit tanquam attentata se-*
questranda, & posito, quòd sic, an Alphonsus hoc petens
sit audiendus, antequã purgentur attẽtata ex parte sua?
Nam in præcedenti fuerat resolutum, Alphonsum at-
tentasse, & attentata reuocanda esse, antequam ad
eius gratiæ canonizationem posset deueniri: Et
2 cum ipse instaret, quòd † attentata per aduersa-
rium reuocarentur, dicebatur, hoc non posse pete-
re, quia

re, qoia non habebat potestatem hoc petendi, ante-
3 qoam purgaret sua: tamen Domini † dixere resoluen.
secundam partem dubij, quòd imò petere poterat, vigore
eiusdem constitutionis, & vnico contextu erat reuo-
canda, cum tamen prætenderetur inde, quòd probare-
tur poss. Didaci, si essent duo testes, qui optimè hoc
probarent, sed quia patiebantur multas exceptiones,
noluere Domini illis dare fidem, & dixere, quòd Alphon-
sus deberet melius probare poss. aduersarij, quam ipse
prætendebat accessisse post apprehensam possessionem
per ipsum: Et propterea vltimo loco attentata reuo-
4 canda, & in † sequestro ponenda, cum ipso Alphonso
non esset restituibilis, ex quo sua possessio, non fuerat
hoc anno, & propterea iudicari attẽtata, & licet Dida-
cus non prætenderet illum nunquam dimisisse posses-
sionem, tamen de illa prima possessione, non poterat
5 aduersarius intelligere, † cũ in articulis primis Men-
doza dum viueret aduersus Didacum cepisset posses-
sionem virtute brachij sæcularis obtenti contra Dida-
cum, & illam obtinuisse vsque ad eius obitum.

DECISIO LXVI.

In eadem Salamantina Abbatiæ, 23. Febr.

SVMMARIVM.

1 *Testibus examinatis in partibus vigore remissoriæ vtrũ fides debeat adhiberi.*

1 DIe 23. eiusdem in hac causa dubitaui, † *an sit danda fides testibus pro parte Reuerendiss. Præpositi in partibus vigore remissoria examinatis?* Et quia Domini fuere varij, & diuersi, iussi de nouo informati super eisdem in audientia sequenti.

DECISIO LXVII.

In causa Calaguritana Abbatissatus Monialium.

SVMMARIA.

1 *Recedente procuratore, qui causam defendit, & relinquente duos substitutos, qui moniti non acceptant, præiudicant parti, & impediunt in integrum petitam restitutionem.*

2 *Causa restitutionis in integrum, an ex hoc iuste petatur, quod per absentiam procuratoris, & substitutorum negligentiã in non defendendo causam, sententia contra partem fuerit lata.*

3 *Bulla Apostolica impetrata cũ patenter discordat à supplici dato libello, ius canonizatum non videtur admodum bonum, non expressis omnibus in Bulla requisitis ratione consensus partis.*

4 *Conformis triplex sententia lata in spolio, & brachij sæcularis decreta executio, vbi fuerit contra partem nunquam parere volentem, & summè contumacem, omnem iudici adimit benignitatem, & iuris suadet rigorem exercere.*

5 *Procuratorem constituens non suffragantem causa, & officium suum etiam monitum non exequentẽ, sibi imputare debet, nec restitutionem in integrum meretur.*

EAdem die in causa Abbatissatus Monialium Cala-
guris dubitaui, *an D. Ioanna veniret declaranda,
seu audienda.... non parito iudicato.* Ista Ioanna Abbatis-
sa existente in possessione, reportauerat sententiã con-
1 tra per contradictas, quia † procurator suus recesserat
relictis duobus substitutis, qui moniti, non acceptaue-
rant, & fuerat processum per contradictas, & sententia
transierat in iudicatum, & fuerant decretæ executo-
riales, & intimatæ parti, & seruatis quatuor terminis
instabatur pro declaratoria. Et licet causa haberet dif-
ficultatem, quia etiam pendebat causa restitutionis in
2 integrum, & † iusta videbatur causa restitutionis, ex
quo procurator recesserat, & substituti non defende-
3 rant causam, & † ius canonizatum non videbatur ad-
modum bonum, ex quo patenter Bulla discordauerat
à supplicatione, in qua obtinuerat gratiam *si neutri*,
accedente consensu maioris partis Monialium, quod
non erat expressum in Bulla, nec de illo constabat: ta-
men Domini mandarunt, quòd declararetur,.... atten-
tata eius maxima contumacia. Contra illam fuerant
4 latæ † tres sententiæ conformes in spolio, & decretum
vsque ad brachium sæculare, nec huc vsque voluerat
parere. Vnde indigna est, quòd benignè ageretur cum
ea, nec propter non comparitionem procuratoris de-
beret tanquam ex iusta causa restitui, imò sibi debe-
5 bat imputare, quia talem † procuratorem constituerat,
& quia erat de iure contumax, debebat prius parere
iudicatis, non obstante mala expeditione Bullæ, quæ
cum esset res requirens altiorem indaginem, non de-
bebat expediri executio rei iudicatæ, nolui illam de-
clarare, sed iterum eius procuratores audiui.

DECISIO LXVIII.

In quadam causa Fratrum, 27. Febr.

SVMMARIA.

1 *Testibus examini subiectis vtrum fidem sine factis interrogatorijs adhibere debeat iudex.*

2 *Pars citata pro exhibitione interrogatoriorum non cõparens habens notitiam citationis cõtumax est, & iudex bene facit eam contumacem declarando.*

3 *Citatio non facta ad domum habitationis citandi an valida sit, & obliget citatum.*

4 *Citatio facta decreto iudicis, & cum diligentia, licet non ad domum habitationis, valet, & rata habenda est.*

5 *Habens notitiam citationis, & tamen tempore assignato non comparens sibi præiudicat.*

1 DIe 27. eiusdem dubitaui, *an † etiam testibus exa-
minatis sine interrogatorijs debeat fides adhiberi?*
Et Domini dixere, quòd sic, quia licet cõstaret ex par-
te Fratrum fuisse præsentatũ examinatorem in inter-
rogatorijs, protestando non examinare sine illis, tamẽ
non constabat, quod fuisset data Notario, neque hic in
Curia, prout alias fieri solet, nec in Ciuitate Bonon.
Vnde illi debet imputari si sine interrogatorijs fuerũt
examinati, si examinator suus recessit cum illis, & ma-
2 ximè, quia fuerunt † citati pro 21. hora ad dandum
interrogatoria. Vnde debebant comparere, & dare, &
iudex qui declarauit illos contumaces rectè fecit. Et
3 licet ex aduerso diceretur † citationem non esse bonã,
quia non facta ad domum, tamen fuit decisum, quòd
4 erat bona, quia † iudex refert fecisse diligentiam, & sic
citatio erat facta iuxta decretum iudicis: præterea ci-
tatio erat facta pro 20. & 16. hora, comparuit hora 10.
5 & sic habuit notitiam citationis: Vnde imputandum
erat illi, quòd non comparuisset, & in contumaciam
incidisset.

DECISIO LXIX.

Compostellan. Canonicat. 27. Febr.

SVMMARIA.

1 *Temporis decursus annorum plus minus 40. in non prosecutione litis, facit rem habitam pro derelicta.*

2 *Subrogans alium ad litem prosequendam, an præsupponatur, ob id totaliter etiam beneficium ipsi litigiosum cessisse.*

3 *Lapsus 30. annorum non solum litẽ pro derelicta habitã arguit, sed etiam omnes actiones cessas eneruat ita, vt planè præscribantur, & penitus etiam extinguantur.*

4 *Instrumẽtorum multiplicis cessionis coadiutorio, & productio, vtrum liti vigorem restituat, habita ex cursu temporis pro derelicta, & eam faciat reuiuiscere.*

EAdem die in causa Compostellan. Canonicatus du-
bitaui, præsupposita lite, & bono iure Io. Pronti-
me, vtrùm ex vltimo productis infrascriptam litem
1 iudicandum sit habitam pro derelicta, † attento cur-
su temporis tam longo. Nam de anno 1503. lis fuit
cœpta per Iordanum, per solam citationem alio non
nó facto, & semper dormierat vsque ad annum 1541.
2 & licet de anno 1508. Iordanus † cesserit in Lupum
& fuerit Lupus subrogatus etiam ad prosecutionem
litis, qui nil fecerat, & deinde de anno 1509. Lupus
cesserat in Gometium, qui etiam nil fecerat, & cum

hæc cessio de nouo producta erat, tamen adhuc cur-
3 rerant † 30. anni, adeò vt nedum poterat dici litē habi-
tam pro derelicta, sed etiam actiones cessæ Gometio
erant præscriptæ, & extinctæ, adeò vt Gometius qui
hodie cesserat in Alphonsum, qui litem cœperat de an-
no 1540. nihil habebat, quod posset cedere, & licet in
cessione, quam Lupus fecerat in Gometium, intraue-
rat Petrus, contra quem Iordanus cœperat litem con-
sennens pensioni 5. ducatorum in fauorem Lupi ce-
4 dentis, & hoc erat etiam de nouo productum, & † in
hoc magnum fiebat fundamentum, quasi Petrus adu-
naret instrumenta cessionum, & lis viua remaneret, &
posset sic præter alium canonicatum suum impetrare,
quia tamē erat incapax defendi per litis pendentiam,
tamen hoc fuit iudicatum absurdum, quia de hoc
omnino non constaret.

DECISIO LXX.

Hispalensis Portionis, 27. Februarij.

SVMMARIA.

1 *Bulla prouisionis specialiter facta derogare vtrum statuto dicatur Ecclesiæ in qua beneficij prouisio facta est.*

2 *Gratia concessa per Principem in specie vim adimens statuto, dubium omne adimit, quod statuti validitate potest oriri.*

Et quid si derogationis gratia de obreptione notetur, ex falsa narratione, aut tacita veritate, nu. seq.

4 *Princeps narrato negotio, vt se habet in rei veritate, facilior redditur, aut difficilior ad concedenda, vel neganda petita, pro rei, & personæ supplicantis qualitate.*

5 *Papa expresse dispensans cum aliquo, qui notatur de inhabilitate, facit gratiam impetratam valere ad commodum supplicantis.*

6 *Condemnatio in casu, de quo hic, non publicam solū pœnitentiam, sed etiam combustionē denotat, & ideo verbum, etiam condemnati, in literis gratiæ positum, plenissimi roboris concessum indicat dispensationem, & ideo non ligatur impetrans statuto, de quo in præsenti.*

IN causa Hispalen. portion. eadem die, dubitaui, an
ex actis constaret, quòd esset derogatum statuto.
1 † Extabat Bulla prouisionis, in qua in specie statutis
Ecclesiæ fuerat derogatum, & quia statutum, de quo
in præsenti causa agebatur, requirebat specialem dero-
2 gationem, erat etiam producta † gratia, perinde vale-
re, in qua narrabatur totum statutum de verbo ad ver
bum, & illi in specie derogabatur, adeò quod negari
non posset, quin esset derogatum. Sed opponebatur,
3 † derogationem esse subreptitiam, quia narrabatur
progenitores prouisi fuisse initiatos, nulla illis imposi-
ta pænitentia publica, & constabat seu per remissionē
constitutum publicabatur, pænitentiam publicā fuisse
iniunctam,....ium in gratijs id mandatum præsumeba-
tur dolosum, vt per Imol. in c. super literis, & Cur. iun.
& Io. And. in c. fi. de iud. fal. 1. Et tale mandatum alle-
4 gabatur, quòd aliàs † Princeps nō fuisset concessurus,
etiam narrata veritate, quia hoc narrato nō posset ne-
gari, quia difficilius concessisset. Aegid. 11. & no. Doct.
in c. super literis, & c. postulasti. Tamen Domini dixe-
5 runt hanc gratiam non esse subreptitiam, ex quo † Pa-
pa dispensabat expressè cum eo: etiam fuerit filius vel
nepos pænitentis, seu etiam recōciliati, & condemnati
6 etiam, quod verbum † *condemnati* in similib. non pote
rat non importare publicam pænitentiam, imò com-
bustionē, & sic apparebat de mente Papæ, ꝙ vellet om-
nino hanc gratiam facere. In contrarijs autem de hoc
nō apparebat, licèt præsupponant, & dicant Doctores,
ꝙ gratia sit subreptitia, licèt Papa facilius concessurus
ex mandato, non tamen expressè conferat, vt hic.

DECISIO LXXI.

Paduana Custodiæ 1. Aprilis. 1547.

SVMMARIA.

1 *Clausula reseruatoria beneficiorum Protonotariorū sedis Apostolicæ an extendatur ad Protonotarios etiam familiares Cardinalium.*

2 *Familiares veri alij sunt ab illis, qui dicuntur per resignationem.*

3 *Obfuscatio luminis minoris fit per lumen maius, & ex hoc familiares Papæ excludunt a clausula reseruatoria familiares Cardinalium.*

DIe prima Aprilis 1547. in causa Paduana Custo-
1 diæ dubitaui, *vtrum † clausula reseruatoria bene-
ficiorum Protonotariorum intelligatur reseruare benefi-
cia illorum, qui sunt Protonotarij etiam familiares Car
dinalium?* Et Domini dixere, quòd sic, per id, quod di-
cit Cassad. decisio nona. de præbend. Sarnen. in regula
de vnione, Petr. Ferrer. q. 15. Et licet ex aduerso dice-
2 retur dicta eorū procedere in veris † familiaribus se-
cus in istis, qui per resignationem sunt; Tamen Domi-
ni dixerunt, ꝙ isti sunt veri familiares, quia in regula
3 Papa ita dicit illos esse veros. Et cum † maius lumen
offuscet minus, vt dicitur in locis præallegatis, tamen
solum reseruantur familiaribus Papæ, non autem Car
dinalium, & ita non est iste casus mixtus, vt posset non
comprehendi sub regula loquen. de simplicibus, ad l.
si ita scriptum. ff. de liber. & posthum. cum not. in l. 2.
ff. de verborum obligationibus. licet simplex....quia
sunt tantum familiares Papæ.

DECISIO LXXII.

Conchensis Pensionis, 1. Aprilis 1547.

SVMMARIVM.

1 *Speciali procuratori si fiat protestatio a parte agente, & intimatio, non autem principali ipsi ad effectum, vt dimittat possessionem, an valeret actorem.*

EAdem die in causa Conchensis pēsionis, dubitaui,
1 *vtrum sufficiat protestatum fuisse, & intimatum
procuratori speciali, quod quis intendebat ire seruien.
Ecclesia ad effectum, vt postmodum condemnatus Pen-
sionarius teneatur ad id, quod ex distributionibus quoti-
dianis processit, attento maximè quo ad locum vbi erat
portio, non patebat tutus accessus?* Et Domini dixere, ꝙ
non, quia debet fieri protestatio, & intimatio princi-
pali ad effectum, vt dimitteret possessionem, & licet
non pateret tutus accessus, erat sibi succursum, prout
iam fecerat, incitando illum ad causam ex intimatione
executorialium.

DECISIO LXXIII.

Burgensis Beneficij. 1. Aprilis 1547.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius Apostolicus beneficia conferens, quorum collatio ad eum per indultum Apostolicum spectat, ab eo facta, tamen inualida est, etiam facultate sibi concessa notoria existente, nisi producatur, & hoc non facto, causæ controuertentes super tali beneficio suspenduntur, neque executioni possunt vllatenus mandari.*

EAdem die in vna Burgensis beneficij dixere Do-
1 mini, quòd ex quo non erant productę facultates
nuncij, qui prouiderat de hoc beneficio, licet essent no
toriæ, & in pluribus causis productæ, tamen causa non
poterat expediri, & ita suspendi.

DECISIO LXXIIII.

In quadam Toletana Matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Ciuilis causa impediri aliquando potest per criminalem, ita, vt ea suspensa non vlterius, nisi illa prius expedita, procedi possit.*

2 *Sufficiens mandatum si procurator agens non habeat, impeditur processus in causa, & quod agitur nullum est, ob defectum plenioris mandati.*

3 *Mutua causarum inter se concurrentium cōnexio actionem vnius suspendit, & alteram suo cursu terminari efficit.*

4 Com-

4 *Compatibiles inter se vbi sint causa, tam ciuiles, quàm criminales, ita vt vna alteram impediat, criminalis ciuili praeiudicat.*

1 DVbitaui in vna Toletan. eadem die, *vtrū † causa criminalis, de qua agebatur, praeiudicaret ciuili, vt in ea procedi non posset.* Et licèt multa hinc inde dice-
2 rentur, tamen ex quo † procurator, qui comparuerat in causa criminali pro Domina Beatrice, & eius filio non habebat mandatum sufficiens, causa criminalis dicebatur agi inter fiscum, & Comitem Arias: ciuilis autem inter Beatricem, & filium ex vna, & Comitem
3 Arias ex alia. Propterea, cùm istae causae inter † diuersas personas inuicē se impediant, vt l. rerum amotarū actio. ff. rerum amot. quae ita reseruatur secundum literam primam, vt ibi per Bal. & alios, & Salyc. in l. 1. col. 2. oppo. 10. C. quando criminalis actio praeiudicet ciuili: licet Bar. in l. rerum amotarū actio. videtur velle aliter, quē Felyn. sequens hic videtur istam opinionē limitare, quem etiam sequitur Salyce. & alij, in di-
4 cta l. quando sunt inuicē compatibiles, ita quòd † criminalis absorbeat ciuilem, quod nō esse in casu nostro fuit iudicatum.

DECISIO LXXV.

Calaguritr. Abbatissatus. 20. April. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in fauorem partis, qua transiuit in rem iudicatam, & concessis executorialibus, ijsdemque pro declaratoria intimatis, ob non comparitionem, si sententia arguatur de notoria iniquitate, an actus iuridici praecedentes vnà cum dicta sententia annullentur.*

IN causa Calaguritana Abbatissatus, die 20. Apri-
1 lis, 1547. dubitaui, *an † sententia Leonora sit notoriè iniqua.* Lata enim fuerat sententia in fauorem Leonorae, quae transiuerat in iudicatum. Erant datae executoriales, & intimatae pro declaratoria, ob non comparitionem. Opponebatur de notoria iniustitia sententiae. Ideò dubitaui, vt supra. Et quia multa hinc inde adducebantur, tam pro saluanda, quā pro impugnanda sentētia, Domini dixerunt materiā diuidi debere.

DECISIO LXXVI.

In quadam Perus. seu Ciuitatis Castelli, 20. April. 1547.

SVMMARIA.

1 *Obtinens nomine proprio decretum executorialium cum inhibitione, aliosque actus iuridicos exercens secuta cessione, mandatoq; de gestorum ratificatione processus, an ex obiecto aduersarij ob factā cessionē dici possit nullus, & ob id debeat condemnatio fieri in expensas.*

2 *Remissoria obtenta decerni ad partes, citatione facta in personam procuratoris constituti, non tamen acceptantis, comparentis licèt in causa ad informandum, processus totus est nullus, nec ratificari potest actu non gesto nomine ratificanti.*

3 *Error nominis admissus in processu talis, vt annullet processum, non adimit nullitatem, sed imputatur incuriae partis, qua diligētius, quod in rem suam fore vtile iudicabat, inspicere debebat.*

4 *Comparens ad informandum non semper ob id mandatū de procura dicitur acceptare, stante, quod alius iam nominatus acceptarit, & non necessariò in omni informante procuratorio acceptata requiritur ex quotidiano stylo Curiae.*

EAdem die in causa Perusina, seu Ciuitatis Castelli dubitaui, *vtrum processus sit nullus, & deberet fieri condemnatio expensarum.* Fuerat. n. cōmissa causa
1 nomine Martini de la Staffa, & huius beneficio † obtenta erat nomine proprio decerni citatio, & inhibitio, & sic multos actus fecerat nomine proprio, quib. factis, pars aduersa dederat commissionē causae nullitatis, & Dominus cessarat. & postmodū dederat mandatum cum ratificatione gestorum, & obtinuerat de-
2 cerni † remissoriā ad partes, citato Fabio, qui licèt esset constitutus procurator, tamen non acceptauerat. Licet in hac causa comparuisset informando. Et dixerunt Domini totum processum esse nullum, nec potuisse ratificari, cum actus non fuisset gestus nomine ratificantis. Et licet allegaretur pro saluando pro-
3 cessu † error nominis, tamen dixerunt Domini id imputandum parti, quae non bene inspexerat, quòd sit verus Notarius. Et licet etiam allegaretur Bart. in l. 1. §. nunciatio, vers. fatendum, in 2. col. ff. de noui oper. nunc. tamen dixerunt Domini non facere ad propositum, vt clarè patet cuilibet intuenti, nec ex quo quis
4 † compareat informando, dicitur acceptasse mandatum, cum iam alius nominatus acceptasset, cum videamus multos informantes non esse procuratores.

DECISIO LXXVII.

Valentina Parochial. 20 April. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Substituendi ad effectum tantum, si procurator acceptet causa defensionem, non potest examinari cum praesupponatur scire secreta partis, idque in principalis sui praeiudicium etiam vrgentibus instanter aduersarijs, cum sit planè iniquum causa defensionem tali facto adimi ipsi principali.*

EAdem die in causa Valentina Parochialis dubi-
1 taui, † *vtrum procurator, qui acceptauerat ad effectum substituendi tantum, posset examinari in causa.* Et dixerunt Domini, quòd non; quia ex quo ad id tantum transmissum erat mandatum, vltra id, quod ex quo censebatur esse procurator, & acceptasse, notorium est, clem. 1. de procu. tamen cum praesumebatur scire secreta causae, propterea aequum non erat, vt examinaretur. Et ita mandatū fuit non examinari, quantumcunq; pars aduersa instaret, quòd examinaretur.

DECISIO LXXVIII.

Tritana Testamenti. 23. April. 1547.

SVMMARIA.

1 *Copia data de testium publicatione ante annos 20. facta, si nō apparet testium publicatio, an realiter facta praesupponatur, ad effectum, vt de nouo possint vel debeāt, vel non possint alij testes examinari.*

2 *Publicationem testium, de qua controuersia est ob non comparitionem copiae fidem de publicatione habita facientis, ex eo potissimum argui potest, quod constet de informatione super dictis testium, quae sine publicatione eorundem fieri non potest.*

3 *Originalia de testium publicatione habita, si per plures dies fuerint in manibus informantis, arguunt de attentatis, & faciunt informantem suspectum.*

1 DIe 23. eiusdem Tritana testamenti dubitaui, † *vtrum constet de publicatione testium taliter, quòd non potuerint, nec in futurum possint examinari testes in hac causa.* Iam per 20. annos antea fuerat petita, & obtenta publicatio testium, sed quòd fuisset data copia testium, non constabat; vnde ex hoc non inferebatur habita publicatio, quae saepissimè petitur decerni, nōn tamen acceptatur. Ex alio etiam capite praesu-
2 mebatur † publicatio, quia erat informatum super dictis testibus, quòd sine publicatione fieri non potuisset. Sed quia repetiebatur primo punctus datus praesuppositio, quòd testes ita decernerent: vnde licet postea fuisset datus punctus simpliciter, an testes probent, tamen ex hoc non inferebatur, non potuisse informari sine publicatione habita, propter pactum praecedens, in quo continebatur substantia, quid testes contineant. Erant enim super ista publicatione examinati duo testes, per quos praesumebatur atten-
3 tari, quòd † originalia data testium fuissent per plures dies in manu informantis in hac causa: quòd quia testes non dicebant, habuit Rota hos testes pro non publicatis: & dixere Domini, quòd ad impediendum ne testes examinarentur propter publicationem, deberet plenè constare de re testificata, non autem solum

solum in domo Auditoris, vt quando non solent fieri, fuerunt dicta testium lecta, & ita habui testes post huiusmodi publicationem examinatos pro probantibus, & in futurum posse alios testes examinari.

DECISIO LXXIX.

In quadam Causa alias coram Aud. Cameræ agitata.

SVMMARIA.

1 *Camera Apostolica Auditor iudex in causa constitutus, non potest impedire si appelletur ad consessum Rotalē, quia ad illud tribunal causa decidenda deuolui possit, cum sententia ab eo lata possit à Rota renouari, si fuerit suborta suspicio de attentatis.*

2 *Rotale tribunal hūc stylum habet, vt quicquid in ea per inhibitionem fiat, emendetur, omniaque post inhibitionem promulgatam gesta, pro attentatis habeantur.*

1 Dubitaui, † an sententia Auditoris Cameræ sit iustè reuocanda, an attentata propter inhibitionem? In hac enim causa, quæ dicitur pependisse coram Auditore Cameræ, cùm pars fuisset citata ad sententiam, iudex remisit ad Dominum iudicē, qui declarauerat, imò coram eodem ad plures actus postea fuerat processum. Sed pars, quæ timebat terminum declarari contra illum, appellauerat, & obtinuerat mihi cōmitti causam appellationis, & vigore commissionis fuerat inhibitum, tamen, vt dixi, postmodum processerat coram eodem iudice, qui postmodum iterum fuerat restitutus, & iusserat partem citandam ad sentētiam. Qua tamen sententia contra se lata, obtinuit aliā commissionem, præmissa tamen illa, de qua supra, vigore cuius ante apertionem Rotæ fuerat inhibitum parti. Aperta Rota Locumtenens Auditoris Cameræ pronūciauerat. Dubitaueram propter stylum Rotæ, quæ

2 † est, quòd quælibet inhibitio Rotalis sit emendāda, & quicquid post illam factum fuerit, sit attentatum. In ista sententia nedū post vnam inhibitionē, sed post duas esset attētata, Tamen Domini hoc casu voluere contrariū. Prima.n. inhibitio nō obstabat, quia illi fuerat renunciatū per partē procedere, coram eodē iudice, nec secunda voluere ostendere, tanquam nimis calumniosam. Et ita Domini dixere sentētiam bonam.

DECISIO LXXX.

Veronensis Parochialis, 23. April. 1547.

SVMMARIA.

1 *Commenda parochialis obtenta per indultum ante obitum paucis diebus resignari potest, in personam benemeritam, & gratam, vt in indulto, subiacetque regula de infirmis cum non pro temporali, sed perpetua ipsa commenda habeatur.*

2 *Commenda per indultum habita cum libera collatione, cui placuerit, & dispositione de fructibus, ac si in titulum obtinuisset, subiacet regula de infirmis, & eius cessio valida est in commodum cessionary.*

1 Eadem die in causa Veronen. parochialis dubitaui, † vtrum commenda, de qua agitur, subiacebat regulæ de infirmis resignan. Hanc enim parochialem Episcopus Veronensis obtinuerat sibi commen-

2 dari vigore indulti sub Vicario, † quo ad ipsam alicui personæ benemeritæ, & gratæ duxerit conferendum, & deinde posset disponere de fructibus, perinde ac si in titulum obtinuisset. Huic commendæ cesserat Episcopus post paucos dies ante eius obitum. Vnde dubitabatur, an subiaceret regulæ de infirmis resignantibus, tanquam commenda esset temporalis, non perpetua, ad not. per Sarnen. quæst. 13. eiusdem regulæ. Tamen Domini habuere hanc commendam pro perpetua, & per consequens ex dictis eiusdem Sarnen. subiacere regulæ. Ponderatū etiam verba simpliciter loquentia, & dicentia, si quis in infirmitate constitutus resignauit aliquod beneficium, adeo quod habuerit pro constanti hanc cessionem subiacere regulæ.

DECISIO LXXXI.

Toletani Matrimonij, 23. April. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Causa ciuilis ex incidenti materias diffamatorias, utpote ex concubinatu maritata prodeuntes, an reijcere possit.*

1 Eadem die in causa Toletan. matrimonij dubitaui, † an materia diffamatoria Dominæ Beatricis sint reijciendæ in causa ciuili. Anno etiam elapso mense Martio in hac eadem causa erant dati articuli, inter quos erat vnus continens concubinatum Dom. Beatricis, & Gabrielis, Do. Francisci seu Ferdinandi, aliàs examinatus in remissoria huius causæ, & post longam discussionem Domini anno præterito iudicarunt, admittendas esse has materias, nunc etiam iterum super hoc institerunt. Et Domini idem dixere, testes super hoc recipiendos esse.

DECISIO LXXXII.

De Inhabilitate ad beneficia. 27. April. 1547.

SVMMARIA.

1 *Cedens iura sua, qua habere dicitur in beneficio per impetrationem, non seruatis cōtentis in regula de impetrādo inhabilis redditur ad obtinendum beneficium.*

2 *Regula de certo modo impetrando beneficia Pauli Tertij Pont. Max. refertur ad futurum beneficiorum collationem, cum per dictionem de cetero loquatur, non ad præteritum ante regula promulgationem.*

Die 27. eiusdem dubitaui, vtrū Alphonsum de Fonseca sit inhabilis ad obtinendum beneficiū, de quo agitur, propter regulā vltimo loco per Petrū aduersariū produtam. Hic enim Alphonsus habuerat multa iura

1 diuersarum personarum per illorum † cessionem, inter quæ erant iura Stephani del Campo, qui habebat impetrationem certo modo, nec seruauerat contenta in regula, de impetrando certo modo: propter quod ex regula Pauli erat omnino inhabilis ad obtinendum idem beneficium, & nedum ipse Stephanus, sed etiam Alphonsus eius cessionarius erat factus inhabilis, vt cantant verba regulæ Pauli editę de anno 1540. Vnde ex hoc prætendebatur Alphonsum fuisse ante

2 publicationem regulæ, & † regula loquitur per verbum de cetero, & sic capiendo tantum facta. Et dixere Domini regulam non inhabilitare Alphonsum. Et ita pronunciaui.

DECISIO LXXXIII.

Calagutitana Abbatissatus, 27. April. 1547.

SVMMARIA.

1 *Superior confirmans electionem Abbatissæ non capacis gradus, aut dignitatis ob minorem ætatem, inualidè confert confirmationem, etiam non obstante, quod à maiori parte monialiū cōcorditer fuerit electio facta.*

2 *Prouisio nouiter obtenta narrato nullos fructus perceptos subsecuta confessione, postmodum in articulis datis contrarsa, vtrum ob id sit subreptitia.*

3 *Confitens articulando se fructuum perceptione vsum quidem, nō tamen ante nouam prouisionem, prouisio non potest dici subreptitia.*

4 *Spirituales fructus percipi ab aliquo dicuntur, qui administrationem officij, vel dignitatis exercet, temporales vero, qui prouentus annuos in sua commoda conuertit.*

5 *Fructuum temporalium ratione Datario compositio solui solet, non spiritualium in exercitatione officij consistentium.*

6 *Electione facta ad dignitatem subsecutaque confirmatione, licet nulliter facta ob defectum iurisdictionis confirmantis, si fructus temporales percipiatur locum habet, c. auaritia. de elect. in 6.*

7 *Confirmatio obtenta, licet nulla ex defectu iurisdictionis eius, à quo emanauit, an excuset à pœna, de qua in c. auaritia. de elect. in 6. Limita & intelligi, vt ibi.*

8 *Prouisio etiam recenter facta, tanquam noua emanata cum*

cum non est gratiosa, vtpote, quod est mandatum, si & quatenus idoneus reperiatur, qui cupit sibi prouideri, non subsecuto effectu non predest prouisio, & est ipso iure nulla, cum sit planè conditionalis.

9 *Ingerens se statim habita noua prouisione administrationi, cum fructuum perceptione, incidit in pœnam c. auaritiæ. & ob nimis celerem actum, & properanter gestum, ius, si quod habebat, perdit.*

EAdem die in causa Calagurit. Abbatissatus dubi-
taui, *vtrũ Ioãna amiserit ius ex capite auaritiæ, vel*
1 *eius noua prouisio sit subreptitia.* † Ioanna enim fuerat
concorditer electa à monialibus, & confirmata per
superiorem, quæ tamen erat incapax propter ætatẽ,
quia nondum peruenerat ad annum 23. Confirmatio
2 erat inutilis. † Præterea obtinuerat nouam prouisio-
nem, quæ prætendebatur subreptitia: cum in causa
narratur, ipsam adeptam fuisse, post nullos tamen fru-
ctus percepisse; tamen postea in articulis confiteba-
tur fructus percepisse. Tamen quia articulis non con-
3 fitebatur † ante nouam prouisionem percepisse fru-
ctus, sed post, Domini dixere illam non esse subrepti-
4 tiam, licet aliquo modo cõstaret, † fructus saltem spi-
rituales percepisse, administrãdo Abbatissatum: quia
dixere, quòd noua prouisio non narrata in ea non in-
5 telligebatur de talibus fructib. sed † de temporalibus,
propter quos solet solui compositio Datario: Dixere
Domini, quòd inciderat in c. auaritiæ, de elect. in 6.
6 quis † facta electione, & confirmatis, sed nulliter ex
defectu iurisdictionis confirmantis, adhuc habebat
locum illud capitulum, & licèt ex aduerso allegaretur
Mil. in verbo, pœnã decretalis auaritiæ, dictũ fuit, ꝙ
7 cõfirmatio etiam † mala excusat à pena illius decreta-
lis: tamen dixere non id habere locum, quando nul-
litas prouenit ex defectu iurisdictionis, vt dicit glo. in
versic. in omnes. cap. fin. de elect. in 6. & ibi Franc. &
contra id, quod dixit Mil. Card. voluit cons. 31. Rom.
cons. 350. aliàs 130. Et licèt diceretur, quòd ista vigo-
re administrationis non administrauerat, aut fructus
perceperat, sed vigore nouæ prouisionis, nec proui-
8 sio † noua ei suffragabatur, quia nõ erat gratiosa pro-
uisio, sed mandatum de prouidendo. Mandauerat
enim Papa cuidam, vt si illam idoneã inueniret, pro-
uideret illi de Abbatissatu, quod factum fuisse non
9 constabat, imò statim † habita hac noua prouisione, se
ingesserat administrationi, & perceptioni fructuum,
propterea tanquam nimis properans, ius suum ami-
serat, & sic in c. auaritiæ inciderat.

DECISIO LXXXIV.

Segobiensis Canonicatus & Præbendæ.

29. Aprilis 1547.

SVMMARIA.

1 *Plumbata litera, vel Bulla concedentes alternatiuam, vtrum ex forma commissionem & correctionem admittant.*

2 *Fides maior literis sub plumbo emanatis alternatiuam cuidam Cardinali cõcedentibus, quam sub forma breuis predentibus indultum prouisionis beneficiorũ per omnes menses concedentibus adhibetur.*

3 *Cõsensus in literarum expeditione causa alternatiua & prouisionis obtentarum quis, & qualis requiratur.*

4 *Expeditioni literarum sub forma breuium prolatarum consentiens, si eodem tenore, & in eodem pariter negotio sub plumbo fiat expeditio, an & ijs simul consensum præbuisse præsupponi possit.*

5 *Indulto prouisorio ad omnes menses in beneficijs consentiens, magis præsupponitur alternatiua consensisse, stante, quod fauorabilior sit prouisionis indulto.*

6 *Controuersia si de literarum expeditione prouisionaliũ, & reseruatorialium inter partes fuerit suborta, non dicitur fieri remissio ad earundem expeditores, cum id periculo non vacet, sed consulendi peritiores.*

7 *Remissio literarum non constito de consensu partium, an fieri expeditores earundem possit?*

DIe 29. eiusdem in causa Segobiẽsis Canonicatus,
1 & præbendæ dubitaui, † *vtrum literæ sint remit-
tẽdæ ad corrigẽdum, iuxta formam cõmissionis in om-*
2 *ni causa.* Cum aliàs fuisset resolutum † stari debere
literis plumbatis dantibus alternatiuam Cardinali,
non autem literis in forma Breuis concedentibus in-
dultum Cardinali ad omnes menses prouidẽdi: agen-
tes pro Cardinali, & primitus ab eo obtinuerant com-
missionem, vt præfixo termino agenti pro Capitulo
docendum de legitimo consensu, cuius vigore literæ
plumbatæ expeditæ fuissent, quod elapso, & nil quod
releuaret probato, ad expeditores literarum remitte-
re: erant enim expeditæ istæ literæ cum eodem con-
sensu, quo fuerat Breue expeditum, & à cuius tergo
3 consensus erat expeditus. † Quæ continebant, quòd
procuratores Episcopi Segobien. consenserant expe-
ditioni literarum in forma rescripta Breuis, ac alias
etiam quarumcũque aliarum literarum expeditionẽ,
nec alius consensus reperiebatur. Vnde dicebatur pro
4 parte Cardinalis, quòd non seruiebat † literis plũban-
tis, in quibus debetur alternatiua, sed tantum pote-
rat...quarumcunque literarum expectationi similis,
tamen tenoris, cuius erat Breue, nõ autem discrepan-
tis. Ex aduerso autem dicebatur, quòd imò iste consen
5 sus erat sufficiens: Quia, † si consensum fuit indultum ad
omnes menses, multò magis consensum fuisse existi-
mari potest alternatiuæ, quæ erat Episcopo fauorabi-
lis. Et in hanc partem venit maior pars Dominorum
duobus tenentibus contrarium, finaliter fuit resolu-
6 tum, quòd deberem consulere duos peritos, † videba-
tur enim periculosum remittere ad expeditores, cũ &
Cardinalis, & Episcopus sequebantur fidem, nec Car-
dinalis curabat, quòd literæ plumbatæ seruarentur,
quia tunc habebat ex parte alternatiuam coram Ca-
pitulo suo: cõsului Barengum, qui habuit semper du-
bia. Et fuit opinionis, quòd teneret, & Arragonia fuit
in opinione, quod essent malè expeditæ, & vterque
viso registro dixere opinionem suam, adeo quòd Do-
7 mini fuere opinionis, quòd remitterentur, † nisi ex se-
quentibus constaret de tacito consensu, tam Cardina-
lis, quàm Episcopi.

DECISIO LXXXV.

Astoricensis Parochialis, 29. April. 1547.

SVMMARIA.

1 *Apostolica prouisio de beneficio curam animarum habente, aliquando cum prouisione legati de latere concurrit, & vtra præualeat non apparentibus testibus de antidonatione.*

2 *Testium approbatio ex bona & legitima depositione fit improbatio è contra ex defectuositate.*

EAdem die in causa Astoricensi Parochialis dubi-
taui, *vtrum ex testibus examinatis, qui allegabãtur
cessasset suspicio ante data.* Concurrebat enim prouisus
1 à legato de latere cum prouiso Apostolico, & proui-
sus à Legato habebat prouisionem, die 13. Nouemb.
quæ non erat bona, & aliàs 14. eiusdem Apostolicus
habebat datam 24. Decemb. eiusdem anni, & dubita-
batur de antidonatione, quia erant sine testibus, &
super hoc fuerant examinati testes plures, quarũ vnus
2 fuerat † abbreuiator legati, qui optimè deponebat, &
Domini illum habuerũt pro bono teste, alij autẽ nil,
aut parum dicebãt, propterea habuere pro defectiua
probatione, dixereq; quod melius probaretur.

DECISIO LXXXVI.

Nepisen. Canonicat. & Præbend.

29. Aprilis 1547.

SVMMARIVM.

1 *Veniens ex causa cessionis noniter ad causam, & concedens aduersario dilationes cõditionaliter, si & quatenus ipsi liceat interim articulos suos proponere, testesq; exami-*

*examinare, frustra id & concedit, & petit, cũ dilatio-
num concessio secum processus iudicijque suspẽsionem
de necessitate trahat, & in dilatorijs omne iudicis of-
ficium conquiescat.*

EAdem die in causa Nepiscen. Canon. & præben.
sine dubio quæsiui à Dominis, *an essent danda di-
lationes ad partes, & simul seruandus terminus ad vi-*
1 *dendum admitti, & committi*. † Ille enim, qui ex ces-
sione nouiter ad causam venerat, concedebat aduer-
sario dandas esse dilationes, sed simul volebat suos
articulos admitti, & examinari testes. Ad quod dixe-
re Domini, id non posse fieri, quia ex quo erant dan-
dæ dilationes, officium iudicis interim debet con-
quiascere.

DECISIO LXXXVII.

Hispalensis Pensionis. 7. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Statuti derogatio per Pontificem facta alicuius Ecclesiæ
ad instantiam partis, quæ prætendit de suo interesse, si
appareat expressè de voluntate Pontificis, derogato-
ria valet, nec potest notari tanquam subreptionis vi-
tio laborans.*

2 *Narrans in supplicatione omnes defectus nullis tacitis,
si Papa dispenset etiam per verba generalia valet di-
spensatio. Sed falsa narrans per dolosam expressionem
facti, vitiat gratiam, & rescriptũ nullius est roboris, et
valoris, licet fuerit Apostolica benignitate obtẽtum.*

3 *Simpliciter resignãs, & sic non vlterius possidens legiti-
mè continuans in possessione decennio, vel quadrien-
nio retrocessisse præsumitur.*

4 *Possidens ex retractione, & non ex retrocessione subsi-
stente illa retractione sibi facta, non habet locum regu-
la de publicando.*

DIe 7. Maij, 1547. in causa Hispalen. portion. du-
1 bitaui, † *an derogatio statuti Hispalen. sit subrepti-
tia, & habeat locum allegatio Lapi, vel Regula de publi-
can.* Et Domini dixere, prout aliàs in hac causa, quod
non erat subreptitia, quia Papa expressè id concesse-
rat, & respondebatur ad contraria, vt etiam supra di-
ctum fuit, & addebatur pro ista decis. Fel. in c. postu-
lasti. col. 4. ver. declara præfata, de rescript. quem di-
cebatur omnino debere videri. Hac doctrina aliqui
ex Dominis mouebantur multum, sed iudicio meo
non facit ad propositum: tum, quia loquitur in eo, qui
2 † narrauit omnes defectus, nec subticuerit aliquos, &
Papa in dispensatione per generalia verba dispensa-
uit: hic autem sumus in casu, in quo expressit id, quod
erat falsum: vnde dolosa videtur expressio, & vitiat
gratiam, etiam si Papa esset aliàs concessurus, vt di-
cit Innoc. in d. c. postul. & Doct. allegati. Tamen, ve-
ra videtur decisio, cùm isti Docto. non loquantur,
quando Papa expressè committit, *vt hic*. Quo ad alle-
gationem Lapi fuit dictũ nullo modo facere ad pro-
3 positum, quia Lap. loquitur, † quando quis simplici-
ter resignarat, & sic amiserat possessionem, vnde con-
tinuando per 10. annos in possessione, & etiam per
triennium, secundum interpretationem Rotæ præsu-
mi retrocessionem. Sed hic Petrus de Vargas, qui re-
signarat in Ioan. & Io. postmodum in Alphonsum,
quòd erat in causa, obtinuerat denominationem pos-
sessionis, & fructuum, & dominij. Vnde non poterat
intrare allegatio Lapi, & ex continuatione possessio-
4 nis præsumitur retrocessio, † quia possideret non ex
retrocessione, sed ex retractione sibi facta, & eadem
retractione stante, non habet locum regula de publi-
cando, vt declarat Sarnen. in eadem regula 2. quæst.
vltima. Hæc resignatio fuerat publicata, cum consta-
ret possessionem petitam à Capitulo ex resignatione,
& derogatione, immo Capitulum contra illam cau-
sam commiserat.

DECISIO LXXXVIII.

In causa Tulet. Matrim. 7. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Concubinatus etiam ex publica voce, & fama per testem
depositus, an fidem faciat iudici ita esse, vt ob id dissol-
ui debeat matrimonium.*

EAdem die in causa Toletan. matrimonij legi te-
stes examinatos in partibus numero 10. quorum
1 nonus apertissimè sponte † probauerat publicam vo-
cem, & famam concubinatus, validitatis sententia-
rum, & liberationis Ioannis Baptistæ. Et multi ex eis
dicebant rem non potuisse aliter se habere circa fa-
mas contrarias, quia ipsi sciuissent. Animaduersum ta-
men fuit, quòd vnus ex eis, qui vocabatur Franciscus
de la Plaza examinatus in remissoria sibi contradice-
bat circa famam matrimonij, & collationis sententia-
rum, quia in primo examine dixerat data fuisse mu-
nera, vt consentiret dissolutioni matrimonij....

DECISIO LXXXIX.

In eadem causa Toletan. Matrimonij,
7. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Testes falsarij, aut sibi in deponendo contrarij, possunt ex-
communicari, nisi reuocent, quæ falsò deposuerunt.*

DIe 4. Maij, in eadem deduxi ad notitiã dominu-
rum, *qualiter erat productus quidam alter proces-
sus de partibus per Ioannẽ Portucarrero, contra Comitẽ
hic petentem*, in quo erant examinati septẽ testes, qui
probabant, quòd post examen testium, de quo supra,
quidam factor Comitis hic præsentis examinatus in
partibus, alloquebatur testes prædictos de quibusdã,
qui voluere ostendere eorum depositionem, vt vide-
1 rent, an aliquid vltra id, quod ipsi dixere; † qui affir-
mabãt ita deposuisse, & ita esse veritatem. Et cum in-
staretur, vt hanc respicerent, quia id, quòd dixerunt
erat falsum, & erant examinati excommunicati, nisi
reuocarent, ipsi affirmarunt adhuc verum se dixisse.

DECISIO XC.

Conchensis Beneficij. 7. Maij. 1547.

SVMMARIA.

1 *Causæ in Rota commissæ per Eugenianam constitutionem
possunt ad Aud. Cameræ Apostolicæ tribunal deuolui.*

2 *Spoliatum se asserens, & ideo in iudicio de spolio agens,
si probare sufficienter non potest possessionem, qua se
asserit spoliatum, in vanum laborare dicitur, & a iu-
dice non auditur.*

3 *Actor scientiam habens de rei procuratore, citare debet
illum, non procedere ad cõtradictas, quia præsumitur
calumniosè agere illo non citato, & sententiam per si-
miles artes extorsisse, vnde & sententia, & processus
tanquam attentata ab eo, veniunt reijcienda.
Limita & contrarium vide, quòd scilicet non sit quip-
piam tale casu attentatum ob negotij diuersitatem.
num. seq.*

EAdem die in causa Conchensis beneficij de Villo-
rada consului Dominos. Nam in hac causa post-
quam pronunciaueram super processu per contradi-
ctas, comparuit procurator rei, & vltra quòd appella-
uit, instabat etiam ne subscriberetur sententia, attẽto,
1 quòd † post commissionem causæ super isto benefi-
cio in Rota, actor vigore Eugenianæ traxerat cau-
sam istam coram Auditore Cameræ, coram quo pro-
curator præfatus comparuerat, & defenderat princi-
2 palem suum, & † cum actor coram Audit. Cameræ
nil posset consequi, eo quod possessionem suam, qua
spoliatus fuerat, non poterat probare, redijt iterum
ad me, & fecit citare aduersarium. Vnde dicebat pro-
3 curator aduersarij, quòd † iste, cum sciebat illum esse
procuratorem, debebat illũ citare, & non procedere
per contradictas: quod calumniosè erat factũ. Vnde
non debebat Rota pati, eum istis calumnijs sententiã
extorsisse. Et dicebat etiam sententiam, & proces-
sum coram me, tanquam attentatum esse reijcienda,
postquam

postquam cœperat procedere coram Auditore Came-
4 ræ, tamen Domini dixerę, † sententiam esse subscri-
bendam, postquam principalis fuerat personaliter ci-
tatus ad comparendum coram me, neç poterat dici
calumniosa, propter hoc, nec attentata, postquam mi-
hi causa commissa fuerat, & diuersa erat causa, quæ
coram Aud, Cameræ pependit.

DECISIO XCI.

Calagurit. Abbatissatus, 7. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Libello supplici, si gratia secundariò fuerit impetrata, qua erat canoniZata tacito de prima gratia limitata, an vitium subreptionis inesse possit.*

2 *Limitata gratia dicitur ea, quæ sub conditione conceditur cum clausula, si & quatenus consensus accedat maioris partis, &c. vt hoc casu.*

3 *Obtenta secunda gratia non facta mentione de prima, subreptitia est, & extenditur talis subreptio, non solum ad priuilegia, sed etiam ad quascunque concessiones, & maximè ad gratias beneficiorum.*

4 *Papa si constaret per narrationem supplicantis primam gratiam concessam esse limitatam, haud dubiè secundam simpliciter non fuisset concessurus.*

5 *Supplicatione sola obtenta gratia per modicas dicuntur habita expensas, sed qua per literarum expeditionem fiunt magnas requirunt expensas, & ideo de partium voluntate obtenta præsupponuntur, cum nemo suum sine causa iactare præsumatur.*

6 *Sola supplicatione impetrata gratia si producta fuerit in iudicio possessorio, tresque eius vigore habita conformes sentẽtia, literaquo executoriales subsecuta vsque ad brachij executionem inclusiuè fuerint, eiusdem citra dubium omnes gratia, interuenisse partis consensu ratificationem est censendum.*

EAdem die in causa Calagurit. Abbatissatus dubi-
1 taui, † *an gratia Leonora canoniZata sit subrepta, quia in ea non erat facta mentio de prima gratia sibi concessa limitata, de consensu medietatis monialiũ.* Habue-
rat enim ista Leonora duas gratias, *si neutri*: vnam,
2 quam prius produxerat in iudicio possessorio, † limi-
tatam, dummodo accederet consensus medietatis mo-
nialium: aliam & legitimam obtinuerat, super qua li-
teras expediuerat, prouideri sibi de Abbatissatu sine
aliquo consensu monialium, nec de prima gratia limi-
tata faciebat mẽtionem, propter quod dicebatur sub-
reptitia, ex not. per Innocentium, in cap. veniens, de
præscript, vbi etiam Abbas. colum. 4. versic. venio ad
secundum membrum: quem alij sequuntur, vbi etiã
Felyn. latissimè, colum. 1. versic. cum dum Abb. præ-
3 ceptor gestat. Quæ † dicta non solum habent locum
in priuilegijs, sed etiam in quibuscunque concessio-
nib. & maximè in gratijs ad beneficia, vt patet ex di-
ctis, ibidem, col. 4. vers. sed ad primum dictũ. Et licet
alias late fuerit distinctum super hac materia, ex dicta
fallen. ibidem, col. 4. & ostensum fuerit in causa, de
qua agitur, notare Doctores gratiam omnem subre-
ptitiam, non facientem mentionem de prima; tamen
Dominis non placuit distinctio sua consideratis aliàs,
4 quòd † si Papæ fuisset narratum de prima gratia li-
mitata, hanc simpliciter non concessisset. Dicebatur
etiam, quòd non constabat primam gratiam fuisse ra-
tificatam per Leonoram, quia per alium erat obtenta
5 gratia † cum sola suppositione, & sic erat obtenta cum
modica impensa, & propterea super secunda literæ
erant expeditæ, & cum magna impensa, præsumeba-
tur de eius voluntate obtenta. Rota in antiq. dec. 23.
Cassad. dec. 3. de procu. cum lim. tamen hoc etiam non
6 placuit, quia ex † quo illa gratia per solam supplica-
tionem obtenta, erat producta in iudicio possessorio,
& eius vigore obtentæ tres conformes, tum literæ e-
tiam executoriales, & alia, vsque ad brachium sæcula-
re inclusiue, illam ratificauerat. Dicebatur etiam, quòd
in quo gratia *si neutri*, status, & merita causæ pro ex-
pressis habeant, vigore huius clausulæ poterant om-
nia exprimi, & narrari in hac gratia ex stylo Curiæ,
Anto. de Butr. cons. 7. Cassad. decis. 38. super Regulis
Cancellariæ. Sed nec istud placuit, tum quia literę lo-
quebantur de meritis causæ in petitorio, non pos-
sessorio, de quo nulla fiebat mentio, tamen quia intel-
ligebatur de statu litis, & meritis causæ, non autem
de gratijs in huiusmodi causis producendis.

DECISIO XCII.

Salamantinæ Abbatiæ, 7. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Abbati si lis moueatur ratione Abbatia, & contra eum sententia ab aduersario fuerit obtenta, & super eadẽ Abbatia superinductum sequestrum, obtenta etiã res iudicata, vnà cum executorialibus, & reliquis requisitis, capta iterum possessione per Abbatem spoliatum, hac dicuntur haud dubiè attentata.*

2 *Instrumenta registro Notarij inserta, si non plenè probẽt possessionẽ spoliantis, neque testes, vtpote cũ vnus deposuit de visu, alius de publica voce & fama, & tertius de simplici auditu, & sic imperfecti, ita vt nõ cõstet de eius possessione, reliquũ est pariõ spoliatam iudicare continuasse suam possessionẽ veterẽ, neque vllam vnquam possessionis sua interruptionem intercessisse.*

3 *Dicens se alterius nomine possidere, aut verius possessionem cepisse, si de eius mandato non constiterit, inualida est possessio, & nullo modo propter hanc inhabilitatem probari potest.*

EAdem die in causa Salamantinæ Abbatiæ, dubita-
ui, *vtrum possessio Didaci esset attentata?* Didacus
enim de anno 1527. pacifice habuit possessionem hu-
ius Abbatiæ, contra quem fuerat mota lis per Franci-
1 scum de Mẽdoza, & † habita prima sententia per eũ-
dem, Abbatia fuerat sequestrata, demum obtinuerat
rem iudicatam, executoriales, & quæ sequuntur. Et
licet processus executiuus in hac causa fuisset iudica-
tus nullus, tamen prætendebatur Franciscum ingres-
sum esse possessionem vigore brachij sæcularis, &
nulliter decreti, cum esset resolutum, semper durasse
dictam litem, & etiam nunc cum Didac. rursus cepe-
rat dictam possessionem, dicebatur poss. illius nõ pos-
se dici non attentatam, postquam per primam senten
tiam fuerat per Franciscum spoliatus. Nec poterat
esse verum, & prætendebat Didac. se semper conti-
nuasse possessionem suam, ex quo semel fuerat nulli-
ter interrupta: tum, quia non bene constabat de pos-
2 sessione Francisci, quia † quædam instrumenta, quæ
erant in quodam paruo registro coram Io. Clerici, nõ
probabant possessionem, nec per testes plenè etiam
reprobaretur, quia vnus tantum de visu, alius de pu-
blica voce & fama, tertius de auditu simplici, licet à
quam plurimis, & sic probatio erat imperfecta: sed
vltra hos testes, & alia adminicula non attestabantur
3 de Francisco possidente, sed † de quodam, qui nomi-
ne illius dicebatur possessionem cepisse, & continuas-
se, de cuius mandato non constabat. Et propterea di-
xere nullo modo constare de possessione Francisci, &
propterea Didac. continuasse suam possessionem non
interruptam.

DECISIO XCIII.

Fulginatens. Prioratus, 9. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Dato mandato in actis de stando vnica sententia, & testibus examinatis, terminoque etiam dato, an remissoria concedi posse.*

DIe 9. Maij in causa Fulginaten. Prioratus dubita-
1 ui, † *vtrum esset danda remissoria.* Habebam cau
sam in secunda instantia, erat datum mandatum in a-
ctis de stando vnicæ sententiæ, & ex testibus exami-
natis, in prima erat datus terminus. Et dixere Domi-
ni dandam esse remissoriam.

DE-

DECISIO XCIV.

Valeotini Matrimonij. 9. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Cursus annorum 18. & sic diuturnus, articulos non rarò aliàs propositos efficere dicitur reprobatorios in causa matrimoniali, nec vacare calumnia proponentis iudicantur.*

2 *Articuli calumniosè dati animo differendi litem, & causam protelandi, & repetiti bis terve, reprobatorij sunt, & non admittuntur in causa matrimoniali.*

3 *Nouum articulum de nouo matrimonio inducens post lapsum 18. annorum, quo de primo matrimonio lis agitatur, tanquam somnians reijcitur, & neutiquam calumnia vacare dicitur.*

EAdem die in causa Valentini matrimonij dubi-
1 taui, † *vtrum articuli dati essent admittendi in Curia post 18. annos, quibus causa super isto matrimonio pendebat,* tamē in partibus in Curia fuerat habita pu-
blicatio testium, super quib. in Rota fuerat latissimè
disputatum. In secunda instātia causa deuenit ad me,
in tertia iam erat datus punctus super materijs anti-
quis, & nunquam affirmatum reos contra matrimo-
nium venisse, pronunciaui, vt exciatem eos ad infor-
mandum, & subscribendum sentētiam, postquam ve-
nerunt, & dederunt articulos, imò postquam 20. con-
tinentes nedum materias nouas, verum antiquas, &
2 tertio reprobatas, † quos articulos adeo calumniosè
datos visum est, animo expectationem differēdi, ideo
non admittendos esse concluserunt. Bis enim aliàs fue-
rant dati articuli reprobatorij: & quam plurimi te-
stes examinati, adeò calumniosè articulabatur etiam
3 quoddam † nouum & antiquum matrimonium, ad
inualidandum primum, & quod calumniosum ap-
paret, vt post 18. annos, quo causa pendebat, nunc hoc
somniarunt, & erat terminus contrarius in processu
antiquo, adeò quòd fuit visum dominis articulos ex
toto reijcere.

DECISIO XCV.

Parochialis de Antiueros. 11. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Victum, & vestitum subministratum per Cardinalē alicui, si testes probent, an per hoc familiaritas satis sufficienterque probata dicatur stante eo, quod testes dicūt audiuisse, & scire, & esse publicam vocem, & famā, talem a tali Cardinali, vt reliquos consiliarios pecunias annuatim pro victu, & vestitu habere.*

2 *Collatio Papæ de beneficijs facta vacantibus per obitum familiaris Cardinalis ex cōmuni regula inualida est, probata familiaritate, nec seruantis in prædicta regula contentis.*

EAdem die in causa Parochiali de Antioeros præ-
1 supposito, quòd † testes dicant Alphonsum Mal-
donado fuisse vnum ex familiaribus Cardinalis, &
quòd ei dabantur pecuniæ annuatim pro victu, &
vestitu, prout alijs Consiliarijs, & familiaribus, qui
non comedebant in tinello, in causa scientiæ, quia au-
diuit, & scit, & est publica vox, & fama, *vtrum ex hoc probetur familiaritas ad effectum, de quo agitur,* vltra
id, quod continetur in puncto: legi testes à principio
vsque ad finem. Et Domini fuere in hac opinione, te-
stes optimè probare, & quòd melius probari non pos-
set familiaritas, & continua commēsalitas, & sic quòd
2 non tenuit † collatio Papæ, non seruatis his, de quibus
in regula de impetrandis beneficijs vacantibus per
obitum famil. Cardin.

DECISIO XCVI.

De Resignatione in quadam Beneficiali, 13. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Mandato emanante ad resignādum in manibus Vicarij, vel alterius ad id facultatē habentis tertia persona in mandato nominata, talis resignatio facta vigore, talis mandati, an tanquam simoniaca suspecta sit habēda.*

2 *Resignatio liberè facta Ordinario, vel eius Vicario, non in fauorem certæ personæ, non potest dici simoniaca.*

3 *Vis istius clausulæ non aliter, nec alio modo in resignatione, quæ & qualis esse dicatur.*

4 *Facta resignatione ab aliquo in fauorem certæ personæ, si prouisio non fiat in eam, præsupponitur non ratificasse resignationem, nec aliter velle valere.*

5 *Mandatum si cōtineat resignationem fieri debere in manibus, cuiuscunque ad id potestatem habentis, etiam in fauorem certæ personæ, non est simoniacum, idque ratione primi membri, ad id potestatem habentis.*

6 *Finis mandati si excedatur, frustratorium est mādatum, cum id delictum contineat, quod non potest, vel debet cadere in mandatum.*

DIe 13. eiusdem dubitaui, *vtrum resignatio facta co-*
1 *ram ordinario esset simoniaca?* Et dubiū faciebat,
quia erat datum mandatum ad resignandum in ma-
nibus Vicarij, vel alterius ad id potestatem habentis
in fauorem certæ personæ in mandato nominatæ, &
ad petendum illi prouideri. Et propterea ex not. in c.
ex parte. el 1. per glo. & Doct. de off. deleg. dicebatur
resignationem vigoris talis mandati in manibus Vi-
carij factam, esse simoniacam. In contrarium allega-
batur decis. 2. Cassad. de simon. quam Domini dixe-
re non facere ob propositum, quia loquitur in resi-
2 gnante † libere. Sed supposito, quòd certæ personæ
prouideretur, vnde resignatio nō erat facta in fauorē
certę personę cū possit ordinarius cuicūq; velit proui
dere, nō obstante supplicatione. Et licet in mandato,
3 de quo agebatur non esse † clausula *non aliàs, aliter,*
4 *nec alio modo* tamen Domini dixere † æquiparari resi-
gnationem in fauore certæ personæ, cum tacitè agere-
tur, quòd non valeret. Allegabatur, & dictum Staph.
in tract. de literis gratiæ, cap. 66. tamen fuit dictum,
non bene loqui si in casu isto loqueretur. Et ita omnes
Domini sensere, quòd talis resignatio non valeret, &
quòd ius remanserit penes resignatarium. Duo tamē
5 ex Dominis dicebant, quòd † mandatum non erat si-
moniacum, cum ex quo erat datum ad resignandum
in manibus cuiuscunque ad id potestatem habentis,
& in fauorem certæ personæ, vnde poterat intelligi
de Papa, in cuius manibus facta erat resignatio, & in
fauorem certæ personæ sustinebatur. Vel dicunt Doct.
in d. c. ex parte, & Cassad. d. decis. 2. Vnde ista resigna-
5 tio in manibus Vicarij, † excesserat fines mandati,
quòd non intelligitur datum ad delinquendum, &
sic ad resignandum simoniacè. Alij tamen contradi-
xerunt, & bene, quia expressè erat id mandatum ad
resignandum in manibus Vicarij, & sic fines mandati
non excesserat.

DECISIO XCVII.

Conchensis Terrarum. 13. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes de actibus possessorijs, quales sunt scindere ligna, pascolare pecora in terris, de quibus controuertitur, soluere agentibus partis, quæ prætendit de possessione, de quorum tamen mandato non constat, nec minus de ratificatione prædecessoris, non probant possessionem.*

2 *Depositio testium inualida est, quæ dicit de iure lignandi, & pascendi partis, in cuius fauorem deponit non facta mentione scientiæ, vel ignorantiæ partis aduersæ.*

EAdem die retuli Dominis, quid deponerent testes
in causa Cōchen. Terrarum, examinati pro parte
Cardinalis Ferrariensis, qui prætendebat se spoliatū,
& super spolio data erat remissoria: plures testes exa-
minati erant, quos dixere Dñi duab. rationib. nō pro-
1 bare: vna, † qa testes de ponētes de actib. possessorijs
dixere, vidisse scindere ligna, & pascere in terris: de
quibus

quibus agebatur, soluisse agentibus pro Cardin. quos nominabant, de quorum tamen mandato non constabat, nec de ratificatione Card. antiqui, quam nitebantur probare, quòd possederat, & idò Cardinalem possedisse non probant. Secunda ratio, quia isti testes non deponebant, nisi de possessione iuris lignandi, & pascendi, quod quidem erat in possessorio iuris incor-
2 poratum, & propterea † requirebatur scientia aduersariorum, quia antiquitus ante erectionem præpositutæ, ad quam prætendebantur spectare ista terrena, quibus Cardinalis erat præpositus in possessione istorum bonorum, vnde ad probandum de tali possessione, scientia eorum requirebatur.

DECISIO XCVIII.

Toletani Matrimonij, 13. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Nulliter examinati testes, vtpote aliàs in remissoria producti, & sibi contrarij, probationem etiam faciunt nullam ex communi, semel malus semper præsumitur malus, nisi aliud appareat.*

EAdem die in causa Toletani matrimonij deduxi ad notitiam Dominorum, qualiter pro parte Beatricis & filij, erant producti de nouo alij duo testes in partibus examinati, qui de publica voce, & fama deponebant concubinatus, validitatis sententiarum, libertatis Ioan. Baptistæ malæ vitæ, bonæ & optimæ Beatricem, quibus & alijs hactenus lectis, de quibus supra informatum pro parte Comitis, nedum vllam
1 fidem esse adhibendam, qui † nulliter examinati, nec etiam fumos, nec aliquid relictũ in animo fuit, quòd Dominis posset excitare fidem, quia ex multis apparebat eos falsos, & præcipuè, enim duo ex his aliàs in remissoria examinati, latissimè sibi in multis contradixerint, & Notarius de hoc, vt examinarentur rogatus, datis alijs..... Tum tribus annis suspectus, in executione cuiusdam processus extracti ex actis, & instrumentis in consilio Regio, & in hac causa productis.....

DECISIO XCIX.

In quadam Cremonensi, 13. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Canonizatio noua prouisionis ad id, vt parti commodum afferat, expedienda est per literas, super huiusmodi prouisionibus de stylo Curiæ expediri solitis.*

IN causa Cremonen. siue Veronen. eadẽ die de Triuenolo, fuit dictum, quòd licet in actis fuissent productæ literæ aduersarij, ex quo tamen illæ nõ po-
1 terant canonizari, sed † instabatur pro canonizatione nouæ prouisionis, literæ super noua prouisione erant expediendæ. Et cum esset dictum de Regula de non iudicando, & etiam instaretur pro absolutione, quia literæ non erant expeditæ, fuit per Dominos dictum, quòd non pronunciaretur, sed daretur tempus congruum ad literas expediendas.

DECISIO C.

Fulginaten. Prioratus, 13. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra possessorem, si sequestrum fiat ab actore, & eius nomine dati duo sequestratores, eadem conditio reo offerẽda est, vt & ipse nominet sequestratores, ne causæ suæ patrocinijs defraudetur, qui iudicis arbitrio etiam inuito actore possunt constitui.*

1 IN causa Fulginaten. Prioratus eadem die, cum † lata sententia cõtra possessorem fuisset datum sequestrum, & duo sequestratores ad instantiam actoris, cũ Procurator Romæ nesciret, quem deberet nominate ex parte sua, nisi prius consulto super hoc, & consulto principali, postea in secundo coram me fuit præsentata commissio, vt arbitrio meo deberem deputare sequestratores ad instantiam rei, & cum pro parte actoris negaretur, hoc debere fieri, attenro, quòd duo homines probi iam deputati fuerant, quibus nimia esset danda fides dixerunt Domini; non debere negari reo, quin ipse nominaret, vt ad eius instantiam apponeretur etiam nonus sequestrator.

DECISIO CI.

Valentina Denegationis Admissionis in Militem.

SVMMARIA.

1 *Priuilegijs stantibus, & indultis de cognitione causarum per se, an incidente litigio veniat negotium vigore priuilegiorum & indultorum, super hoc habitorum remittendum, an nõ obstantibus ijs in Romana Curia cognosci de eo, vt etiam determinari possit.*

2 *Religio Sacra Hierosolymitana militiæ obtinuit priuilegium a Sede Apostolica, quod de omnib. querelis, quæstionibus litibus, & causis, tam super beneficijs, quàm alijs debeat cognosci per Magnum Religionis Magistrum, & conuentum, idque in omni instantia.*

3 *Commissionis vigore, si cõcessis ante ea priuilegijs, etiam quibuscunque in specie derogetur, de litium determinatione, per Religionem Hierosolymitanã facienda adiecta clausula, quorum tenore, non obstant priuilegia, quin causæ ventilatio, eiusdemque decisio ad Curiam Romanam, & Rotale Tribunal deuolui possit.*

4 *Hierosolymitana Religio habens priuilegium determinandi causas incidentes inter suos milites, litigans cũ Religione, si non sit eius miles, vel subditus, tamen si se voluntariè subiecit Religioni, ab eaque fuerit acceptatus an ab ea ad curiam appellare possit.*

5 *Concessio priuilegij de non recurrendo ad Curiam in causa ventilationibus excludit appellationem ad eam, conditionaliter tamen, si & quatenus iustitia parti petẽti ab habente priuilegium decisionis causarum administretur, quæ denegata infringitur vis priuilegij, & causa per appellationem ad Curiam deuoluitur.*

6 *Grauaminis continui illatio, & petiti iuris administratio subtracta, causas ex priuilegio indulti inappellabiles, & ad maius tribunal à priori abstractam deducit.*

7 *Nemo iudex in propria causa determinatione esse debet, ex trita legum, & vulgata iuris determinatione.*

IN causa Valentina denegationis admissionis in mi-
1 litem, dubitatũ, vtrum † causa sit remittenda, vel non, obstantibus priuilegijs productis, possit in Curia Ro-
2 mana cognosci. † Sacra enim Religio Hierosolymitana habet priuilegiũ, quòd de omnibus querelis, quæstionibus litibus, & causis, tam super beneficijs, quã alijs, debeat cognosci per Magnum Magistrum, & conuentum in omnia instãtia. Vnus petierat se admitti in militem, & probanerat secundum eius incumbentiam, fuit admissus, sed noluere sibi dare habitum, nisi melius probaret, ab hac sentẽtia Magni Magistri, & Con-
3 uentus petebat causam remitti. Domini dixere, † q; ex quo in commissione erat derogatum omnibus priuilegijs, cum clausula, quorum tenores, & sic de verbo ad verbũ, quòd propterea hæc priuilegia non obstãt, quo minus hic in curia causa cognosceretur, ad dicta per Ant. de Butr. in cons. 1. & latè tradit Fel. in c. non-
4 nulli, col. 6. vers. ad diuis. primo, de rescript. Et † quia priuilegium loquitur de causis inter milites, dubitabatur numquid appellatio comprehenderetur, quia non esset nec miles, nec subditus, & Domini inclinarunt in id, quod comprehẽderetur in priuilegio. Quia vltro se obrulerat Religioni, & illi se subiecerat, quæ & illum acceptauerat, licet ei fuerit mandatum, quòd
5 melius probatet incumbentia in priuilegio, & † excipitur, quòd omnes causæ, præterquam, si appellaret propter abnegatam iustitiam, & ab illa perperam, & continua grauamina imponerentur. Et Domini inclinarunt, quod hic saltem gustandum esset, an in
6 vero esset † denegata iustitia, & illarum grauamen, vt sciretur, an esset remittenda, vel non: fiebat etiam alia difficultas, quia causa erat commissa hic,
7 & contra Magnum Magistrum, † vnde non videtur iuridicum, quòd ad Magnum Magistrum aduersariũ

M remit-

remitteretur. Sed etiam in hoc Domini inclinabant, quòd esset committenda, cum causa illa non tangeret Magnum Magistrum principaliter, tamen ex quo cõmissio erat ita ampla, vt impediret remissionem, alia capita non plenè discussa fuere.

DECISIO CII.

Cæsaraugustanæ Vicariæ de Cortes.

SVMMARIA.

1 *Censuras, & excommunicationes tonare non potest in causis beneficialibus, sine commissione speciali Cameræ Apostolicæ Auditor, & ideo monitorio facto parti de non molestando, & non parentem tanquam contumacem, si flagello excommunicationis feriat, censuræ ex defectu iurisdictionis nullæ sunt, nec obsunt parti censuris molestatæ.*

2 *Apostolicarum executor literarum ordinarius est Cameræ Auditor, & ideò vi Constitutionis Eugenianæ, quæ Curiales tuetur, potest etiam sine speciali commissione litigantes coram se excommunicationis vinculo stante contumacia innodare.*

3 *Priuilegia Auditoris Cameræ Apostolicæ, amplissima sunt ratione censurarum, inhibitionum, correctionum, & similium, & quotidiano vsu in Curia per praxin exercentur.*

4 *Intrusus de contumacia non paritionis monitorialium notatus & conuictus, absoluitur, nequaquam, nisi refusis expensis contumacialibus.*

5 *Pars habens prouisionem beneficij parochialis, per resignationem sibi factam, & ex causa permutationis, cuius vigore possessionem pariter apprehendit, iam ab annis plus minus decem & octo non constito, licet de continuatione possessionis, ex quo tamen non apparet de contradictorio, nec quòd alius fuerit in possessione, ex tam longo temporis decursu, præsumitur bonũ ius, & longa possessionis continuatio, vnde etiam bonus titulus habitus arguitur.*

IN causa Cæsaraugustanæ Vicariæ de Cortas, eadem die, dubitaui, *an censuræ A.C. sint nullæ, & an constet de bono iure Dom. Martini de Artanta A.C. cum insertione Eugenianæ fecerat monitorium Domino Martino, vt desisteret a molestationibus super ista Vicaria, &*
1 *in cõtumaciam illum excommunicauerat?* † Dicebatur,
censuras esse malas, ex defectu iurisdictionis, quia A.
Cameræ non posset sine commissione procedere in cau
sa beneficiali. Tamen Domini ex attestatione Putei di-
2 xere, quòd A. C. qui est † ordinarius executor litera-
rum Apostolicarum, potuit vigore Eugenianæ, quæ
tuetur Curiales, prout erat quidam alius intrusus, qui
3 molestabat, monere poterat molestantem, & † quod
hoc etiam habet in priuilegijs, quæ erant amplissima,
4 & quotidie practicabantur. Et ideò dixere, quòd † si
intrusus volebat absolui, solueret expensas contuma-
ciales; Quantum verò ad secundam partẽ dubij, præ-
supposito, quòd in loco de Cortes esset tãtum vna pa-
rochialis Sacti Michaelis, de qua erat prouisum Do-
5 mino Martino, † per resignationem sibi factam ex cau
sa permutationis, & illius vigore possessionem appre-
hendetat iam 18. annis elapsis, licèt non constaret de
aliqua continuatione possessionis, ex quo tamen non
constabat de contradictorio, nec quod alius fuerat in
possessione tempore, quo intrusus inuaserat possessio-
nem, dixerunt, Dominum Martinum habere bonum
ius: quia ex tam longa possessione, quæ præsumeba-
tur continuata, inducebatur bonus titulus præsum-
ptus, licet non doceret de aliquo alio titulo, vel de
possessione.

DECISIO CIII.

Toletani Matrimonij 29. Maij 1457.

SVMMARIVM.

1 *Testes dicentes aliter à Notario scriptum, quàm ipsi deposuerint, & omissa fuisse scribi, quæ dicta fuerat, an suspicio ex hoc iudici suberiri possit esse subornatus.*

DIe 20. eiusdem in causa Toletani Matrimonij legi, processum productũ, pro parte Ioannis Arias factum vigore literarum in forma signatarum, ex quo multi testes, qui examinati fuerunt pro Beatrice, & eius filio, super concubinatu inter Ioan. & Ioan. Bapt.
1 contractum. † Dicentes aliter fuisse scriptum, quam
ipsi dixerunt, & omissa fuisse scribi, quæ dixerunt, &
multi etiam de eodem dicunt, de attentatis, & subor-
natione testium examinatorum, aliàs in remissoria.

DECISIO CIIII.

Calaguritana Archidiaconatus.

SVMMARIA.

1 *Gratia restitutionis in integrum plenè deduci debet, & iustificari a parte, cui per tres conformes sententias fuit ablatum beneficium, antequam ad possessionem restituatur medio in integrum restitutionis.*

2 *Restitutus plenè ad beneficium in consequentiam, adipiscitur & possessionem fructuum, & omnium, quæ per sententiam eidem fuerant paulo ante adempta, eo tamen posito, quòd suam prius gratiam iustificet.*

3 *Amissam possessionem alicuius beneficij vigore trium cõformium sententiarum, contra beneficiatum aliquem prolatarum, & sic rei iudicatæ, si recuperare conetur is, qui eo beneficio antea fruebatur, interdicto recuperandæ nil potest obtinere, ex quo ritè illa fuit priuatus, licèt non rectè.*

4 *Naturalis possessio est de iure considerabilis, & venit in restitutionem in integrum, non tamen sine gratiæ canonizatione super hoc impetrata.*

IN causa Calaguritana Archidiaconatus, dubitaui, posito sine veri præiudicio, quòd ex actis non appa
1 reat fuisse iustificatã gratiam q. Ioan. de Angiano † an
D. Martinus sit restituendus ad possessionem, quæ sibi
fuit ablata vigore rei iudicatæ, etiam quod ipse non
iustificet suam gratiam, nec doceat de bono iure suo?
Et dixere Domini non esse restituendum, quia com-
missio impetrata est sibi super restitutione beneficij,
sibi per tres conformes ablati, per quas gratia aduer-
sarij fuit canonizata. Vnde non tenuit de restit. poss. ni-
2 si in consequentiam, † quia plene eo restituto ad be-
neficium consequitur possess. fructuũ, & omnia, quæ
per sententiam amisit, quòd non obtinebit nisi iustifi-
cata gratia sua. Et hoc modo respondebatur ad doctri-
nam Bart. in apostilla, sed quod simpliciter. ff. ex quib.
causs. mai. quæst. vlt. de qua per Ias. in §. rursus, nu. 76.
Instit. de actionibus per Abb. in c. ex literis, col. fi. in
3 princ. ff. de restit. in integrum. Et † dixere etiam, quod
si ad istam possessionem hoc modo amissam ageret in-
terdicto recuperandæ, quòd non posset obtinere, ex
quo rite illa priuatus fuit, licet non rectè, vt Iason in-
ter alios declarat, in l. iuste possidet. ff. de acquir. poss.
4 Naturalis † enim possessio est considerabilis, & venit
in restitutione in integrum, tamen non restituenda
venit hoc casu, nisi canonizata gratia, & restituto, quo
ad ius beneficij.

DECISIO CV.

Toletanæ Thesaurariæ, 23. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio in quam subintrat simoniacus aliquis contractus, inhabilem reddit prouisum, & est de iure nulla.*

DIe 23. eiusdem in causa Toletan. Thesaurariæ, du-
1 bitaui, † *vtrum ex deductis constet de inhabilitate Didaci Maldonado, taliter quod prouisio facta de hac thesauraria non valeret.* Et dicebatur, quòd sic per simoniacam pactionem commissam ad extrauagantẽ Pauli. Multis tamen fundamentis videtur contrarium: tamen visum est Dominis materiam distinguendam, vt melius informaretur, & causa decideretur.

DECISIO CVI.

Canetens. Canonic. & Præben. 23. Maij 1547.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Liquidationis fructuum examen si Vicario per iudicem committatur, qui habet etiam facultatem sibi in casu absentiæ substituendi, si per Vicarij eiusdem substitutum fiat, an releuet, & processus validetur.*

2 *Commissio concessa nomine officij, non autem proprio, facit iuris tamen fictione substitutum substituti eandem esse personã cũ principali, & primario substituto, ita, vt causam effectualiter sibi delegatam expedire possit.*

3 *Quod tamen locum habet, si substitutus secundario sufficiatur loco viuentis, adhuc primarij substituti absentis, non autem demortui in officium subrogati, nu. seq.*

4 *Processu in partibus instituto ab actore, si nil opponatur, quia nemo compareat pro rei defensione, an gesta valeant dubitatur.*

EAdem die in causa Canetens. Canonicatus, & præ-
1 bendæ, dubitaui, *an † gesta per Vicarium substitutum valeant, & præfatum Vicarium, cui per Neomanũ erat commissum examen super liquidatione fructuum, esse legitimè constitutum, cum facultate quoties illum abesse contingeret, &c.* Et per Episcopum, qui postmodũ in locum eius substituerat alium in officio, cui cum literæ Domini Neomani erant præsentatæ, acceperat processum, & coram eo iurauerant testes, quòd deinde superuenerat substitutus, & coram eo perfectus
2 erat processus. Et fuit dictum, quòd ex quo erat † concessa commissio, sed nomine officij, non autẽ proprio: quòd substitutus erat eadem persona iuris fictione, & propterea potuit causam delegatam exequi, vt per Cardin. in c. quoniam, Abb. de off. deleg. Abb. ibidem, col. 3. num. 10. versic. licet causa præfata. Eo maximè,
3 † quia non erat suffectus in locum mortui, sed in officium viuentis absentis, per not. per Doct. in d. c. quoniam Abb. quia autem dubitabatur aliquo modo, an
4 † fuisset Episcopus ille, qui eum Vicarium fecerat eũ facultate substituendi: dubitaui, ex quo in partib. nil fuit oppositum, quia nemo comparuerat pro reo, an gesta per illum valerent, cum dicerentur valere, ad decis. 49. in nouis, & reperitur etiam in antiq. 297. Et dixere Domini, quòd ex quo statim allegato examine hic in Curia, fuit oppositum ab isto de non iurisdictione iudicis, quòd in ea conditio sufficiebat, vt pars teneatur ostendere, hunc esse Vicarium constitutum ab Episcopo.

DECISIO CVII.

Mantuana Zucharorum pec. 23. Maij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si retardaretur contra vnam partium ferenda in causa crediti, & pecuniaria, per decretionem executorialium, an eo casu sint concedenda petita executoriales.*

EAdem die in causa Mantuana Zucharorum, dubi-
1 taui, † *vtrum danda essent executoriales Vincentio contra Tipararios, non obstante, quod retardaretur sententia contra Minuatos.* Et fuit dictum dari executoriales Vincentio, ex sententia Piperarij contra Minuatos.

DECISIO CVIII.

Barchinonensis Pensionis, 27. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Tonsura clericalis prima, si à pensionario, in quem in articulo mortis translata fuit pensio beneficij, post acceptationem pensionis sumatur, idque per testium veram probationem constet, reddit pensionem nullam, tanquam habitam a non clerico, quod est contra Canonicas constitutiones.*

2 *Testis qui associauit aliquem ad actũ præiudicialem, ipsi reo quem associauit, & vidit, fuitque præsens validissimè probat, & videtur omni exceptione maior concurrentibus tribus potentissimis qualitatibus.*

DIe 27. eiusdem in causa Barchinonen. pension. 70. ducatorũ, legi testes vltimo examinatos ad pro-
1 bandum, † quòd Michael Angelus sumpserat primã tonsuram hic in Vrbe, & sic post translationem pensionis, ex quo resultabat nullitas pensionis, tanquam facta non Clerico, quorum testium duo deponebant audiuisse ab eodem Angelo, qualiter non erat Clericus, & rogauerat illos, vt procurarent illum effici Cle-
2 ricum, & ita † vnus ex istis associauit illum, & vidit, & fuit præsens, quando Clericalis tonsura fuit sibi data; Alius deponebat, quod dum vellet illum associare ad hunc actum, vocatus ab alio seruitore, non iuit, nec vidit, sed statim reuersus est domum, quia insimul in eadem domo, tanquam seruitor habitabat Domino Michaele Angelo, & audiuit ab eodem, qualiter dictam Clericalem tonsuram sumpserat, & quibus iunxit etiam visas à se literas Vicarij attestantes idipsum. Visum fuit Dominis, hos bene probare, & ad oculum constare de veritate testium. Ne tamen iste paupee Michael pensione ista in totum fraudaretur, quam in eam in articulo mortis transtulerat bonæ memoriæ, Ludouicus Gomezius, Episcopus Sarneńsis, & Rotæ Auditor, Domini mandarunt, quòd videremus, si poteram concordare materiam.

DECISIO CIX.

Salamant. Abbatiss. 27. Maij 1547.

SVMMARIA.

1 *Testes non omni exceptione maiores, sed aliquo modo suspecti, non in totum, sed aliqualiter illis fides aliquando haberi solet.*

2 *Inuentus in Ecclesia, in qua est beneficium, de cuius controuersia ratione possessionis vertitur, expellere moliens aduersarium, an per hunc actum concurrente aliqua notorietate possessionis istius violent, probetur sufficienter possessio.*

3 *Publica voce, & fama si probetur possessio per dispositionem vnius testis, alio accedente de visu, & tertio pariter interueniente de auditu, stante continuatione facta per partis prætendentis procuratorem, concurrente Regio mandato facto de egressu à possessione, & alys multis simul iunctis, non inualide vera dicitur probari possessio.*

EAdem die in causa Salamantina Abbatissatus, dubitaui, *vtrum constaret in actis de possessione Dida-*
1 *ci, qua per testes erat bene probata.* Sed quia † testes non erant omni exceptione maiores, sed aliquo modo suspecti, licet noluerint adhibere fidem in totum, tamen
2 quia in registro constabat, † quòd Didacus contra possessorẽ fuerat inuentus in Ecclesia, & voluit illum expellere, ex multis datis per Didacum ipsis iunctis dictis testium, dixere satis constare de possessione Didaci, quæ etiam apud omnes habentes notitiam de hac lite erat notoria. Similiter de possessione anteriori Domini Francisci constabat per testes, quorum vnus de-
3 ponebat de visu, alius de publica † voce, & fama, alius de auditu. Et hoc de continuatione facta per eius procuratorem de eius mandato, de quo constabat in actis, non de apprehensione, non tamen de eo dubitabatur, cum apprehensio esset in actis, sed tantum de continuatione, de qua testes deponebant, mandatum etiam sibi factum, per Martinum de Villora ex parte Regis, quòd deberet exire, & quædam alia, quæ erant in actis, fecere Dominos in hanc opinionem venire, quod etiam possessio, & continuatio per Dominum Franciscum esset optimè probata.

DECISIO CX.

Calaguritana Abbatissatus.

SVMMARIA.

1 *Expeditis executorialib. literis, post latam sententiam, & rem iudicatam, earumque executorialium parti aduersa facta intimatione, non potest opponi de gratia iam canonizata obreptione, ita vt executio impediri possit.*

2 *Subreptio literarum Apostolicarum gratiam canonizatum confirmantium clara esse debet, si opponebatur, alioquin nil prodest earum exceptio opponenti.*

3 *Contumacia partis si notoria sit, adeo vt non parito, vnquam Apostolicis literis, etiam tribus sententijs de spolio in contrarium habitis cogatur ex mandato principis sæcularis, tanquam brachij executorialis parere iudicato, fit sententia executio, non disputato, litera in fauorem partis aduersa impetrata, subreptitia sint, necne.*

4 *Restitutione in integrum commissa aduersus rem iudicatam, etiam non parito rei iudicata, an super hoc pars debeat audiri, præter quam ad expensas litis.*

EAdem die in causa Calagurit. Abbatiss. dubitaui,
1 an post † sententiam & rem iudicatam, ac literas
executoriales parti aduersæ intimatas, possit opponi
de subreptione gratiæ canonizatæ, ad effectum impediendi executionem. Et dicebatur, quòd non, per not.
per Bar. in l.4. §.condemnati. ff.de re iud. Et licet opponeretur de not. per Fel. in c.inter ceteras, de re iudic. in 2.col. versic. declaratur, tamen dixere Domini,
2 non erat ad propositum casus nostri, cum ista † subreptio, de qua opponebatur, non erat clara. Et licet fuerit disputatum & resolutum pro subreptione, tamen
3 Domini dixere, quòd † non debuit disputari, sed exequi sententia. Et in summa ratio in hac resolutione fuit, quòd ex quo ista aduersaria Leonora, contra quã erat lata sententia, quæ in rem iudicatam transierat, fuerat tam contumax, nec vnquam voluerat parere literis Apostolicis, ac post tres sententias in spolio, quibus sententijs coacta fuerat Leonora, renunciare de mandato Consilij Regij, quod omnino ista sententia erat exequenda, & quia iam erat etiam commissa
4 restitutio in integrũ aduersus rem iudicatam. Et dicebatur, quòd debebat super hoc audiri, non nisi parito rei iudicatæ: quo ad expensas, fuit dictum, quod si pars vellet super hoc audiri, quòd daretur dubium.

DECISIO CXI.

Toletani Matrimonij, 2. Iulij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Informatio datorum articulorum, si fieri debeat in processu probationum verisimilitudinum contingentium pro remissoria, etiam parte non instante, an fieri debeat retractatio, & ad aliorum punctorum, & resolutorum examinationem procedi.*

1 DIe 2. Iulij in causa Toletana matrimonij, cũ † iussissem, vt informaretur super puncto verisimilitudinis probationis super summis articulis, per remissoriam, & pars non instaret propter multa, quæ dicebantur in informationibus aduersariorum, quòd retractaretur punctus, & informaretur super quibusdã punctis aliàs resolutis, & etiam decideretur hic punctus, aliàs datus, fuit resolutum informari super puncto, aliàs dato, nec debere diuidi.

DECISIO CXII.

Tullen. Parochial.

SVMMARIA.

1 *Resignatio pensionis, vbi de nullitate eiusdem per sententiam est decretum, idque vigore iuris, si de facto acceptet is, in quem resignatio facta est, nullius est valoris.*

2 *Clausula in resignando apposita nõ aliàs, & non alio modo, nisi cum reserua talis pensionis, &c. nihil prodest resignanti stante nullitate pensionis, & resignatario licet acceptante, quia talis etiã acceptatio annihilatur.*

3 *Nullum quod est primario, & per se, seu de sui natura, reualidationem non admittit, cum de non ente ad ens naturaliter in iure non fiat progressus.*

4 *Ius remanet ad resignantem, qui vult resignare, cum pensio est inualida, quod à se sine facto Papæ abdicari non potest.*

5 *Ius quod aliquis habet in re, cedi in alium potest, & à se abdicari sine assensu, & scientia superioris in profanis, secus in beneficialibus.*

1 IN causa Tullensis parochialis, dubitaui, *vtrum † resignatio Desiderij in vltimum valeret, non obstante, quod pensio sibi reseruata fuisset nulla de iure, cum de facto illam acceptauerit, & extinxerit, & hanc resigna-*
2 *tionem nullam non dixerit.* Hic † enim Desiderius resignauerat, reseruata sibi pensione valida super hac Parochiali resignata, & non aliàs aliter, nec alio modo:
3 dixere Domini † resignationem ab initio non valuisse, causa præsupponebatur, pensionem esse nulliter reseruatam: vnde licet resignationem illam acceptauerit, & extinxerit, tamen quòd nullum fuit, non potest reua-
4 lidari; & quia ius † remãsit in resignante, quod ab ipso abdicari non potuit sine facto Papæ. Abb. in c. cũ causam, col. 7. de re iud. & habetur in c. in alijs dubijs. de renun. & in c. admonet. eodem tit. Vnde etiam, quòd Desiderius expressè voluisset resignationem tenere, & abdicare ius à se, non potuisset sine facto superioris, per præfata. Ad multa quæ ex aduerso allegabantur
5 respondebatur, quòd † loquebantur in profanis, & in casu, in quo non tractatur de transferendo iure de vna persona in aliam, vt in decis. Cassad. 4. de locat. quæ ex aduerso allegabatur, & dicta per Sarn. in regula de triennali. q. 49. num. 2.

DECISIO CXIII.

Toletanæ Thesaurariæ, 2. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Pars vna litigantium si agat, vt in euentum, quo sibi promissum fuerit de beneficio æqualis valoris cum præstimonio, de quo litigium est, admittat resignationem, contrahit simoniace, idque conuentionaliter, & ideo ob id, tanquam simoniaca potest puniri.*

2 *Et huiusmodi resignatio realis, an verò cõuentionalis sit habenda, num. seq.*

3 *Parochialis cura, si per prouisionem vnius in aliũ transferatur, & alter in transferentem eadem die vicissim transtulerit præstimonium, ita vt clarè constet, de effectu pactorum inter se ante habitorum, per istam connexitatem prouisionum realitas contractus simoniaci latere amplius non potest.*

4 *Ordinarius, si vtrique prouideat de parochiali vno, alteri de præstimonio, qui dicuntur pacta simoniaca iniisse, an per Ordinarij prouisionem debeant excusari.*

5 *Pars si arguitur de pacto inito simoniaco, si non acceptauit prouisionem, quæ in illam dicitur facta, & habeatur pro inhabili, non potest dici facta simonia, vt nec conuentionalis, ita nec realis.*

IN causa Toletanæ Thesaurariæ eadem die, dubitaui, *vtrum ex actis constaret de simonia reali, vel conuentionali.* Et nemini fuit dubium fuisse simoniam cõuentionalem, cum Ferdinandus promisisset, & exta-
1 bat instrumentum, quòd in euentum, in quem ad instantiam Didaci, cum quo litigabat, sibi prouideretur de beneficio æqualis valoris cum præstimonio, super quo litigabatur, quòd Ferdinandus deberet resignare præstimonium in fauorem Didaci, quod pactum sine dubio est simoniacum, c. cum pendente, c. pactio-
2 nes, de pactis. Sed maius dubium fuit, † *an esset realis,* quod videbatur, quia post illud pactum fuerat secutus effectus, quia eadem die, qua fuerat prouisum
3 Ferdinando de † parochiali quadam del Baratto, fuerat per resignationem eiusdem Ferdinandi prouisum de præfato præstimonio ipsi Didaco. Vnde ex effectuatione pactorum, & connexitate prouisionum, videbatur argui, quod in executione pacti præcedẽtis, omnia fuerant facta. gl. in clem. 1. de rer. permu. Anch. & Imo. in c. quæsitum, & c. causa vniuersorum, eod. tit. per Sarnens. in regula de triẽnali. q. 22. & creditur aduersario de resignatione, quando omnia vnico actu sunt facta, Rot. dec. 1. de præb. Imò Doct. in c. possess.

eod.

eod.tit.tamen fuit conclusum contra, quòd non con-
staret de realitate, tamen quia non constabat, quòd ad
instantiam Didaci fuit facta Ferdinando, tamen vt su-
pra allegata procederent, cum inter paciscentes fuerit
facta, quod non est in casu nostro, quia Archiepisco-
4 pus † Toletanus, qui non interuenerat in partib. pro-
uiderat vtrique, & potuit esse motus aliàs, quàm ex
conuentionibus, tum etiam maximè, quia mihi non
5 constabat, quòd † Didacus acceptauisset prouisionem
sibi factam de præstimonio, vnde quo ad eum, de cu-
jus inhabilitate tractabatur, conuentio non erat effe-
ctuata, & per consequens non poterat dici realis.

DECISIO CXIV.

Conimbricensis Monasterij, 2. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Mandato Papæ, si testes examineutur super vita, & moribus spoliati, vel spoliatæ in partibus per Nuncium Apostolicum, an per id impediatur sententia per Rotam lata executio, vel suum habeat effectum prauia examinatione non obstante.*

2 *Mors inculpati, & bona vita, tum diligens administratio lubricam antea vitam, & iuuenilis ætatis incontinentiam subsequentes, restitutionem in integrum merentur, quia gaudent plus angeli super vno peccatore pænitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pænitentia.*

EAdem die in causa Conimbricensis monasterij, de
1 Longares retuli Dominis, quid † deponerent te-
stes in partibus examinati, per Nuncium de mandato
Papæ, super vita, & bonis moribus Philippæ, & vbi
constet abesse scandalum sibi restitueretur. Et visum
fuit Dominis, quod possit referri Papæ, sententiam
Rotalem posse, & debere exequi, non obstantibus di-
2 ctis testium, qui pro maiori parte deponebant † de bo-
na eius vita, & moribus, & sufficienti administratio-
ne, licet in iuuentute incontinens fuerit: & etiam de-
ponebant pro maiori parte, multum factum scanda-
lum, scilicet cum esset factum cum dispositione, & li-
centia Regis, qui fauebat Annæ Aduersariæ, eo maxi-
mè, quia de mala vita Annæ, de præsenti etiam depo-
nebant testes.

DECISIO CXV.

Salamantinæ Abbatiæ.

SVMMARIA.

1 *Vitiosa possessio aduersa partis non interrumpit possessionem antiquã, nec eam amitti facit in præiudicium veri possessoris.*

2 *Possessio capta per procuratorem etiam ad id mãdatum speciale habentem, si per principalem non accesserit super ea realis ratificatio, non est in consideratione habenda.*

3 *Mandatum datum procuratori ad capiendam possessionem censetur datum, & extendi ad iustam, non autem ad eam quæ dicitur attentata, cum mandatum ad delinquendum dari non debeat procuratori.*

4 *Procurator sibi possessionem principalis acquirere non potest, cum animus acquirendi in possessionibus, maximè soleat spectari, qui in procuratore agente, & tractante alterius negotia non præsupponitur.*

5 *Executorialium vigore facto mandato de capienda possessione beneficij, ea capi tamen non potest, nisi iusta fuerit.*

6 *Possessio nõ quæsita, nec per apprehensionem partis principalis de ea prætendentis, nec procuratoris ad id negotium deputati, facit non interrumpi possessionem partis aduersæ verè possidentis.*

7 *Spoliatus confitens spolium in commissione quadam, & committens causam contra aduersarium, & pariter accedente alia confessione supplicationis nouæ prouisionis, tamen omnibus confessionib. reuocatis per procuratorem, etiam speciale mandatum non habentẽ ad reuocandum, stante generali, in possessione sibi non præiudicat.*

1 IN causa Salaman. Abbatiæ dubitaui, *an per † posses-
sionem D. Francisci, de qua in actis. Didacus amiserat
possessionem suam antiquam, vel interrupta fuisset?* Et
dixere Domini, quòd possessio D. Frãcisci erat vitiosa,
quia capitulariter pendente, vt supra fuit resolutum.
2 Vnde, quia † capta per procuratorem, nec per eum ra-
tificata, non poterat considerari aliqua possessio D.
3 Francisci. Et † licet dederit mandatum ad capiendam
possessionem intelligitur iustam, non autem attenta-
tam, quia non censetur dedisse mandatum ad delin-
quendum. l. procurator. & ibi Bat. & alij, ff. de cond.
indeb. per Fel. in c. 1. in 6. col. vers. nota regulam. vt lit.
4 non contest. & † nec etiam tanquam possessio procu-
ratoris, quia noluit sibi acquirere, & sine animo pos-
sessio non acquiritur. l. quemadmodum. ff. de acq. poss.
Et licet esset datum mandatum ad capiendum vigo-
5 re † executorialium, tamen dixere Domini debere in-
telligi, quatenus esset iusta. Cum ergo per apprehen-
6 sionem non fuisset quæsita † possessio, nec D. Franci-
sco, nec etiam procuratori, sequitur quòd non fuit in-
terrupta possessio Didaci. Multis alijs rationibus mo-
uebantur informantes, quæ non fuerunt consideratæ,
postquam istam solam visum fuit sufficere. Fuit etiam
7 dictum, quòd licet Didacus, in † cõmissione quadam
confessus fuerit se spoliatum, & causam commiserat
contra D. Franciscum, & in supplicatione nouæ proui-
sionis, idem etiam confessus fuerit, tamen ex quo con-
fessiones istæ erant reuocatæ per procuratorem, qui
licet non haberet mandatum speciale ad reuocandum
confessiones, tamen quia sufficiebant generales confes-
siones reuocatæ, illæ non obstant.

DECISIO CXVI.

Abulensis Parochial. 2. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Indultum datum Cardinali de prouidendo de beneficijs vacantibus per obitum famil. Cardinalis, si etiam ordinarius loci fuerit, accedente, quod verè & nõ fictè, & omni fictione remota ponatur in indulto, quod prouidere possit, an ob id, si conferat teneat collatio.*

2 *Ordinarius collator in his, quæ sibi per indultum conceduntur prouidere potest, non autem simpliciter, & absolutè beneficia in sua Diœcesi vacantia etiam per obitum conferre.*

EAdem die in causa Abulen. Parochial. de Antine-
2 rus, dubitaui † vtrũ Card. Frãciscus potuerit pro-
uidere, de huiusmodi Parochiali vigore indulti sibi
concessi. Card. Francisc. habebat indultum in Abulen.
& prouiderat de hoc beneficio vacante per obitum fa-
mil. Cardin. Rotulani. Et dicebatur valere huiusmodi
prouisionem, quia in indulto dicebatur, quòd posset
prouidere, tanquam Ordinarius verè & non fictè, &
omni prorsus fictione remota. Vnde si erat Ordina-
rius, & Cardin. poterat prouidere de benefic. vac. per
obitum famil. Card. adhuc viuentis per reg. de impe-
tran. beneficia vacante per obitum fam. Card. quæ di-
cebatur data in actis. Contrarium tamen resoluere Do
mini, quia in principio partis dispositiuè indulti dice-
batur, ꝙ posset conferre beneficia vacan. per obitum
fam. Card. defunctorum, ergo non viuorum. Nec ob-
stat argumẽtum sæpius factum, quia dicebatur, quòd
2 erat † ordinarius collator in his, quæ sibi per indultũ
concedebantur, non tamen simpliciter. Fuit tamen di-
ctũ, ꝙ si pars vellet iterũ informare, quod audiretur.

DECISIO CXVII.

Calaguritan. Abbatiss. 2. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Constitui procuratores ad causa, quæ pendet in Curia, tractationem, si non compareant post habitum monitorium, etiam sub pœna censuræ Ecclesiasticæ, & excõmunicationis productum, neque causam defendant,*

M 3 an

an praiudicium pariant parti in principali, in restitutione in integrum petita per eum, licet non habuerit vim rei iudicata.

2 *Iudex pracedens per censuras Ecclesiasticas, non parito per procuratores monitorio mandato iudicis emanato, de stylo Curia debet citare procuratores iterata, ad videndum se subijci censuris, & excommunicari, alias qua facta sunt omnia irritantur.*

3 *Forma tamen est stylus iste hoc casu, de quo agitur, non seruatur, posito quod monitio cui non paritum fuit, non sit de essentia actus, sed fiat ex vrbanitate, potius quam necessitate, num. seq.*

4 *Comparitio procuratorum substitutorum neglecta, aut per dolum non facta, vel fraudem, post habitum monitorium de acceptando causa tutelam, an possit causare in fauorem partis principalis, restitutionem in integrum petitam.*

5 *Electio illegitimè facta, & sic mala, penitusque de iure nulla, etiam si non compareant moniti procuratores substituti, ad causam defendendā impedit in integrum restitutionem a parte petitam.*

DIe 10. eiusdem in causa Calaguritana Abbatissa-
1 tus, dubitaui, † *vtrum ex eo, quòd procuratores*
constituti non comparuerint, nec causam defenderint,
Ioanna sit audienda in restitutione in integrum non pa-
rito iudicato? Ioanna enim quendam in hac causa con-
stituerat procuratorē, qui recedens à Curia, tres alios
procuratores substituerat, qui moniti sub pœna excō-
municationis, vt infra tres dies comparerent, & acce-
ptarent, vel refutarent, nil dixere. Et fuit decretus pro
cessus pro aduersario, lata sententia, quæ transierat in
rem iudicatam, & decretæ executoriales, quæ fuerant
parti intimatæ: modo declaratur Ioannam debere re-
stitui in integrum, non parito iudicato, attento, quòd
processus non fuerat bene decretus, sed nulliter: quia
2 ex quo elegerat † Iudex progredi per monitorium, &
mandauit sub pœna excommunicationis, debebant
procuratores iterum citari, ad videndum se excom-
municari, quia non paruerant monitorio: non tamen
statim sine alia citatione debebat decerni processus
pro Aduersario, prout de stylo seruatur. Sed Domini
3 dixere, † quòd in casu isto forma illa, & stylus non de-
bebat seruari, quia ista monitio, quæ fiebat procurato-
ribus, an vellent acceptare, vel non, fiebat potius ex
vrbanitate Rotæ, quàm ex necessitate. Iden sufficiebat
ista monitio, eo maximè, quia post aliquot mēses fue-
rat illis de nouo intimatum, qualiter erat illis decre-
tus processus, & quòd venirent ad causam defenden-
4 dam, si vellent, † dicebant etiam Ioannam debere re-
stitui, quia subesset causa restitutionis, scilicet non cō-
paritio procuratorum substitutorum, qui videbantur
id dolo fecisse, iden debebat restitui: Sed ex aduerso
5 dicebatur contrarium, & ita Domini dixere, eo, † quia
mala electio est in culpa, text. est, & ibi gl. in l. eum
qui, § fin. cum l. sequenti, ff. quomodo, & quando iud.
Hispa. in c. procuratores. fol. 15. col. 3. & seq. de don.
Et ad dicta in contrarium respondebatur, ex not. per
Cassad. decis. 5. & 6. de appell. Et ita pronunciaui ista
die, &c.

DECISIO CXVIII.

Segobien. Parochial. 2. Iulij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Sententia prolata ab vno Auditore in Rota ab alio potest, ea vita functo subscribi ex commissione etiam generaliter facta, sine noua interueniente commissione.*

1 EAdem die † in causa Segobien. Parochialis, eo qua
bonæ memoriæ Thanis pronunciauerat, vt sub-
scriberem sententiam Petri: à Dominis petij, *an pos-*
sem subscribere ex commissione generali. Et dixere,
quòd sic.

DECISIO CXIX.

Vetonensis Parochialis, 2. Iulij, 1547.

SVMMARIA.

1 *Causa expeditio, an in fauorem vnius partis fieri possit, non expeditis Bullis a parte aduersa, & an veniat expectanda ea expeditio.*

2 *Aduersarius pauper, si expensa pro literis, vel Bullis expediendis nil ipsi fuerint commodi allatura, non debet pro illarum expeditione molestari, ne in vanum laboret, & frustra faciat expensas.*

EAdem die in causa Vetonen. parochialis interro-
1 gaui Dominos iterum, † *an deberem expedire cau-*
sam in fauorem Cardinalis Cornelij, vel expectare Ad-
uersarium, vt Bullam expediret? Dicebat Cardinalis,
quòd non debebat expectari, attento, quòd nil habe-
bat in litteris expeditis, tunc dixi, quòd dederam pun-
ctum super hoc, & informantes pro Cardinali nolle
informare: tunc dixit Rota, quòd examinarentur te-
2 stes, difficultas est, † ne aduersarius, qui est pauper, co-
geretur frustra expedire literas, & facere impensas,
quæ postmodum sibi non prodessent.

DECISIO CXX.

Vincentini Matrimonij, 2. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Articuli aliàs in causa tanquam calumniosi reiecti, non debent iterato in causa ventilatione proponi.*

2 *Calumnia, an adimatur ob id, si de filijs extra matrimonium natis pars, qua id in praiudicium fama mulieris asserit per iuramentum deponere velit.*

3 *Mulier in honoris sui praiudicium non debet cogi, neque affirmatiuè, neque etiam negatiuè deponere per iuramentum, ex alio scilicet, quam marito tempore constantis matrimonij prolem sustulisse.*

IN causa Vicentini matrimonij eadem die, pro par-
te instante petij à Dominis, nunquid iterum debe-
rem proponere, *an quidam articuli, vltimo loco pro-*
1 *ducti, deberent admitti,* † *cum iam aliàs fuisset resolutū,*
illos tanquam calumniosos reijciendos esse? Et dixere Do
mini, quòd non, quibus ego replicaui, quòd erat vnus
articulus, quòd Lucretia alios filios habuerat, quæ vt
Aduersario iuraret, quod non erat verus, petebatur, &
2 dicebatur non debere admitti: aut † si negaret, aduer-
sarius iurare erat paratus, quòd erat verus, ex quo vi-
debatur tolli calumnia. Quod dixere Domini verum
esse, tamen attendendum esse, an casum concluderet.
Nam si non concludebat, cum posset stare simul, quòd
habuerit filios alios ex alijs, & tamen verum esse, Ni-
3 colaum esse filium Lucretiæ, & Anton. Nicolai, † &
propterea non erat cogenda Lucretia, ad iurandum
negatiuè vel affirmatiuè, deponendo in præiudicium
honoris sui.

DECISIO CXXI.

Bracharensis Spolij Prioratus, 2. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Commissio præsentata per nō procuratorem, cum testium examinatione super non tuto accessu, qui postmodum constituitur procurator per principalem cum ratificatione eorum, qua gesta sunt, idque existente principali annis 14. maiore sine curatore, tamen valet, ex quo tendit in fauorem pupilli ratificatio, & gesta per illum non sunt nulla.*

2 *Persona etiam in Archiepiscopali dignitate constituta spolium committens in pupillum, & sub praetextu Camera vigore breuis fructus percipiens, ad eorum totalem restitutionem tenetur, & simul pro admisso spolio punitur, stante, quòd causa pupillorum de iure sit fauorabilis.*

EAdem die in causa Brachar. spolij Prioratus. Qui-
dā, quia non erat procurator cōmissionem præsen
tauerat, & fecerat examinari testes super non tuto ac-
1 cessu, deinde fuerat constitutus procurator per princi-
palem, cum ratificatione gestorum, qui erat maior 14.
annorū, & sine curatore: vnde videbatur, quòd ratifi-

catio

catio non valeret: tamē dixere Domini, quòd ex quo tendebat in fauorem pupilli, quòd ratificatio esset
2 bona: Et † in eademmet causa cùm constaret primo Archiepiscopum Bracharensem spoliasse, & deinde vigore Breuis captam possessionem nomine Cameræ, dixere Domini, quòd Archiepiscopus debebat cōdemnari in fructibus per eum perceptis, & deinde ob causam in spolio, quod vltimo loco spoliauerat, & ita fuit factum.

DECISIO CXXII.

Cannatensis Canonicatus, & Præbendæ.

22. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Episcopus deputans Vicarium cum facultate, vt alium subroget, si abesse contingat, & interim Episcopatum resignet in manibus Papæ, ante aduentū noui Episcopi nō constito sibi de factu resignatione, poterit officium suum exercere, & alium loco sui substituere, vt prius.*

2 *Beneficia conferendi si habeat Vicarius facultatē, poterit conferre etiam si suus Ordinarius resignet in manus Summi Pontificis, posito quod ignoret factam resignationem, & talis collatio tenet, ex sententia Felini.*

3 *Contrarium sentit Calderinus consi.vlt. in tit. de re iudi. qui dicit, nullam esse latam a Vicario sententiam post resignationem sui Ordinarij, & illo ignorante factam, num. seq.*

Die 22. eiusdem in causa Cannaten. Canonicat. &
1 præbendæ, dubitaui, † *an Vicarius deputatus ab Episcopo cum facultate substituendi alium loco sui in casu absentiæ, potuisset post resignationem Episcopi in manibus Papæ de dicto Episcopatu ante aduentum successoris, & notitiam resignationis, non solum officium exercere, sed adueniente casu absentiæ locum loco sui substituere, vigore dictæ deputationis?* Et Domini non resoluere materiam, licèt inclinarent, quòd sic, prout per
2 Felin. in c. Abbate. de rescript. † Qui vult, quòd Vicarius habens facultatem conferendi beneficia, possit conferre etiam post renunciationem ignoratam: In
3 contrarium † tamen allegatur consi. Calder. vltimum in tit. de re iudi. Vbi vult, quòd sententia lata per Vicarium post translationem Episcopi, sit nulla, posito quòd esset data facultas, etiam quod ignoraret translationem, quod consilium non viderat Felynus. Ideo res irresoluta fuit.

DECISIO CXXIII.

Vicentini Matrimonij, 22. Iulij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio si per testium depositionem in mulieris fauorem optime probetur, etiam multis per aduersarios obiectis quæ dubium facere possent, facit irritari conatus aduersariorum pro fide testium ratificanda.*

In causa Vicentini matrimonij, eadem die, fuit du-
1 bitatum, vtrum † esset sufficienter probata filiatio Nicolai? Et Domini resoluere, quòd sic, quia 10. forsan vel 12. testes hoc optimè probabant, non obstante, quòd Aduersarij multa obiecerunt, propter quæ testibus de illa deponentibus, nō esset adhibenda fides, quibus fuit responsum, & Domini fuere in illa opinione, quod benè probarent.

DECISIO CXXIV.

Valentina non admissionis in militem Hierosolymitanum.

SVMMARIA.

1 *Simplicibus copijs, vel extractis extra originalia instrumenta, istis apud aduersam partem existentibus verum fides sit adhibenda. & nu. 2*

3 *Impediente aduersa parte ne originalia producantur in iudicio ad partis alterius præiudicium, copia eo casu ex ipsis originalib. extracta munit, & loco originalium instrumentorum cum eodem effectu habentur.*

Die 23. eiusdem in causa Valentina non admissionis in militē, dubitaui, *vtrum producta iura sunt alia, quibus hoc casu sit adhibenda fides pro parte illius qui in militem non fuerat admissus, contra Religionem, & Magnum Magistrum Hierosolymitanum non admit-*
1 *tentem?* † Fuerat producta sententia lata per Magnum Magistrum, & quoddam stabilimentum, & quædam alia iura, quæ erant simplices copiæ extractæ ex libris Religionis, quibus non esse fidem adhibendam dicebatur, per iure vulgata. In cōtrarium quod videbantur iura valere, allegabatur doctrina Bal. in l. publicati, 8. q. C. de testibus, quem sequitur Iaf. in authen. si quis in aliquo, col. 4. vers. 7. fallit, C. de eden. Dec. consi. 36. incip. & pro tenui, col. 2. vers. non obstant al-
2 legata, vbi not. Quod † copiæ datur fides quando originale est penes Aduersarium, qui potest illud producere eo casu, quo vident copiam ab eo discordare: tamen hoc & alijs adiectis non obstantib. dixere Domini, quòd deberent istæ literæ ostendi, & exhiberi
3 iura in forma probante, quòd † si non poterit impedientibus aduersarijs, tunc daretur fides copijs, nisi originalia pro eo producantur. Et contrarium euitabant, dicendo, quòd non obstabat, quòd originalia essent penes Religionem, quantumcunque ille, qui dederat copiam, dederit illam expressè extractam ex libris consiliorum Religionis, & esset recognita manus illius, quòd esset Secretarius.

DECISIO CXXV.

Salamantina Antiquitatis, & Præcedentiæ, 23. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Antiquior Doctor non semper præfertur ratione creationis, sed ratione loci habetur consideratio, vt hoc casu, de quo agitur Salmantini. Doctores Ferrariensibus præferuntur etiam antiquioribus.*

2 *Sententia lata cōtra aliquem continens pœnam pecuniariam, & vltra eam fustigationem publicam cum inscessione asini, quæ infamiam irrogat, an reddat inhabilem ad gradum Doctoratus cōsequendum, cum sit dignitas ipse Doctoratus.*

3 *Prolata sententia aduersus aliquem mulctam continentem pecuniarum, & irrogantem simul infamiam, nō constito de causa lata sententia, de infamia constare non potest.*

4 *Remissio pœna non subsecuta executione non reddit infamem, qui alias infamia notabatur, non constito de infamia causa.*

5 *Licentiato an possit cōditio præfigi de studendo sesquianno adhuc, antiquam Doctoretur, & super eo recipi ab eodem iusiurandi interpositio.*

6 *Iuramento si pœna non apponatur quo quis confirmat se velle parere conditioni istis non impletis tempore constituto adhuc possunt ab eo impleri.*

In causa Salamantina antiquitatis; eadem die, dubitaui, *an prætensa sententia Ioannis, & actus Aldretis obsteut, quo minus duæ sententiæ in eius fauorem latæ veniant confirmandæ?* Ioan. & Laurentius tanquā antiquiores in vniuersitate Salamantina fuerunt Doctorati, & incorporati cum prælatione eidem Doctori Al-
1 dreto, qui † licet esse antiquior, ex quo fuerat Doctoratus in Vniuersitate Ferrarien. per cōstitutionem Salamantinam alij veniebant præferendi, quia Doctoratus Salamanticæ non dicebatur Aldretus, quia causam in Rota commiserat, contra quem erant latæ duæ sententiæ, & instabatur coram me pro tertia cōfirma-
2 toria. Opponebatur contra, quod † non poterat Doctorari, & præferri quia contra eum fuerat lata sententia, in qua vltra pœnam pecuniariam, erat condemnatus vt fustigaretur publicè sedens in asino, à qua sententia tanquam infamante, erat factus inhabilis. Et
3 Dñi resoluerunt, & ita Rota tenuit, quòd † ex quo non constabat ex qua causa fuisset lata contra eum talis sententia, non poterat cognosci an esset infamis, vel non, & licet esset imposita illa pœna irrogans infamiā facti

facti, tamen dicebatur hoc non sufficere, ex quo non
4 constabat de causa, & † pœna illi fuerat remissa, nec executa. Contra Laurentium autem opponebatur, quod quando fuerat ei datus gradus licentiaturæ, fuerat ap-
5 posita conditio, † quod non posset Doctorari, nisi infra annum cum dimidio studuisset, & iuramentum de studendo præstitisset.....infra illud tempus alius voluisset doctorari. Vnde cum Aldretus petijsset, licèt Laurentius ante annum cum dimidio potuisset se opponere, debebat tamen iurare de studendo, quod cum non fecisset, non potuit præferri Aldreto. Dictum ta-
6 men fuit contra per † Dominos, quod licèt non iurasset, pœna tamen aliqua non erat apposita, videlicet, quòd non posset Doctorari. Vnde adhuc hodie dicebatur, quod posset iurare, & adimplere conditionem. Et ita confirmaui duas sententias, etiamsi non studuisset.

DECISIO CXXV.

In Causa quadam Lonens. Sarzanen. 23. Iulij. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio vigore expectatiuæ facta in manibus Ordinarij, qui alteri prouidit, & per suum Vicarium tradidit possessionem, an tribuat titulum saltem coloratum in spolio.*

IN causa Lunen. Sarzanen. eadẽ die dubitaui, † *vtrum*
1 *acceptatio vigore gratiæ expectatiuæ facta in manibus ordinarij, qui nedum prouidit alij, sed Vicarius eius tradidit possessionem acceptanti, tribuat titulum coloratum in spolio?* Et à Dominis, licèt instarem, nil fuit resolutum.

DECISIO CXXVI.

Toletana Canonic. & Præben. 23. Iulij. 1547.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Apostolica non rarò derogant indultis etiam Cardinalium de collatione licèt ordinaria concessis.*

IN causa Toletani Canonicatus, & præbendæ, ea-
1 dem die, dubitaui, *vtrum* † *ex Bullis, & supplicationibus, de quibus in actis, sit sufficienter derogatum indulto Cardinalis Toletani ordinarij collatoris?* Et Domini habuere causam pro tali, quod requireret maturiorem discussionem, & noluere votare.

DECISIO CXXVII.

Leodiensis Parochialis, 23. Iulij. 1547.

SVMMARIA.

1 *Remissoria non datur parti petenti, quæ calumniosè litigium profert dicẽs, de excessiuo valore beneficij, quam fuerat deductum probare velle.*
2 *Probatio calumnia ex eo vel maximè apparet, quòd cum diu fuerit super probatione articuli controuersi litigatum, nihilque probatum, promittat se adhuc pars in futurum probare velle.*
3 *Partita prædecessorum beneficij litigiosi, ex patria cõsuetudine valorem beneficij in scriptis offerre solitorum, si fidem faciãt aliqualem de valore beneficij, licèt nõ totalem, fidem etiam aliquam facere possunt de valore, de quo est quæstio.*
4 *Testes super valore beneficii examinati si sunt suspecti, sententia fertur contra eum, qui tales testes produxit.*

DIe 23. Iulij 1547. in causa Leodien. Parochialis de Keriogen. dubitaui, *an remissoria esset dãda?* Etãt enim in hac causa latæ duæ sententiæ, & instabatur
1 pro tertia, ex eisdem † pars contra quam erant latæ petebat remissoriam ad probandũ excessum valoris; Domini noluere dare, moti duabus rationibus. Prima
2 quia † diu in partibus pependerat, & fuerat altercatũ super valore, licèt partes aliæ plures erant litigantes super parochiali. Vnde cum tunc in partibus per plures annos fuisset litigatum, & nil probatum fuisset, calumniosè peti videbatur remissoria ad probandum,
3 quod tunc non potuerat probari. Secundò, quia † erant productæ quædam partitæ prædecessorum possessorum istius parochialis, qui ex consuetudine pa-
4 triæ tenebantur dare in scriptis † valorem suorum beneficiorum, ex quibus constabat de non excessiuo valore. Vnde dixere Domini, quod propter illas potuisset forsan informari, licèt verum valorem non expressissent. Testes etiam examinati pro summa iusserunt sententiam confirmari. Et ita fuit factum.

DECISIO CXXVIII.

Bassionensis Parochialis de Falconibus.

SVMMARIA.

1 *Compulsoriales litteræ speciales, vel remissoria ad iuriũ productionem faciendam, & validitatem instrumẽtorum confirmandam, vbi nil releuant in causa controuersa, nequaquam sunt concedenda.*
2 *Resignatarius factam resignationem publicare quãdo, & intra quantum tempus teneatur ante captam possessionem, & an mensis vnius decursus ad id sufficiat.*
3 *Resignans si moriatur in possessione, & à die factæ resignationis post annos etiam viginti, fuerit in possessione, arguit factam sibi retrocessionem.*
4 *Prouisio Ordinarij per testium depositionem, vt probetur ante data, & facta pariter ante Nuncij Apostolici prouisionem, non elicit remissoriam, si ea concessa nulla releuatio fiat probandorum, ex inualiditate collationis ordinarij.*

IN causa Bassionen. Parochialis de Falconibus, ea-
1 dem die dubitaui, *an* † *remissoria siue littera cõpulsoriales speciales sint decernenda?* Instabatur pro compulsorialibus specialibus, ad producendum iura, ex quibus probabatur quædam registratio, ex qua dabatur tumus pro instrumento possessionis captæ vigore dictæ resignationis, quas non esse dandas dixere Domini, quia etiam productæ non releuabant, quia infra
2 mensem † resignatarius non publicauerat resignationem, sed possessio erat capta post septem menses, & fuerat datum de Regula de triennali, postea vtraque
3 pars in prouisionib. suis fatebatur, resignantẽ † obijsse in possessione, & ex die resignationis ad diem obitus dicebatur ferè per 10. annos post resignationem stetisse in possessione. Propterea dicebatur præsumi factam retrocessionem, ex alleg. Lapi. Et licèt dicebatur hoc locum habere in possessione, ex hoc defendẽte se in possessione, prout dicitur in Regula de triennali, fuit tamen intentio dominorum, quod allegatio Lapi procedat simpliciter. Aliud autẽ procedit solum
4 in Regula de triennali: Instabatur pro † remissoria ad probandum per testes, quod prouisio Ordinarij anterior erat, nec non ante data: tamen Domini concluserc, quod non esse danda, tanquam non releuans. Quia in secunda instantia fuerat propositum, & resolutum, quod prouisio Ordinarij, licèt ante data non intrabat, sed prouisio Nuncij erat melior, quia prouisio Ordinarij, non capiebat vacan. per cassation. commendæ, prout erat in casu isto. Et ita de voto dominorum tuli sententiam tertiam confirmatoriam.

DECISIO CXXIX.

Vicentini Matrimonij. 29. Iulij. 1547.

SVMMARIA.

1 *Expensa litis si processus a parte actoris dicatur in partibus nullus & sententia, an illi à rea parte veniant refundenda.*
2 *Sententia etiam in partibus lata post iudicis recusatiene est ipso iure nulla ex ipsa Rotali decisione.*
3 *Limitatur tamen ex cons. Alex. 67. in 6. vol. sententiam posse confirmari si fuerit iusta, etiam si fuerit nulliter lata ob iudicem recusatum.*

IN causa Vicentini matrimonij eadẽ die dubitaui,
1 *vtrũ expensa* † *facta in partibus, veniãt reficienda Domino Antonio Nicolao, vel æquè Do. Laurẽtia prout in sententia Dom. Fabij?* Prætẽdebatur. n. expensas esse reficiẽdas Anto. Nicolao, ex quo processus de partib. prætẽdebatur nullus, & et sententia, sed de processu

nullum

nullum erat dubium, quòd erat validus, & super eius
validitate latissimè fuerat deductum, in secunda di-
sputatione coram D.Fabio, & habitus pro bono, re-
2 manebat tamen dubitatio, † de sententia lata in par-
tibus, quia post recusationem iudicis lata fuerat. Et
dicebatur aliàs in Rota fuisse resolutum pro nullitate
ipsius, per cons. Alex. 67. in 6. vol. sed per illud met con
silium aliàs Domini, & etiam hodie dixere, ex quo
3 † sententia erat iusta, posset confirmari, etiam ꝙ esset
nulla: & propterea eius nullitatem non esse conside-
randam, & sic mādarūt etiam confirmari simpliciter
sententiam D.Fabij. Et ita fuit factum.

DECISIO CXXXI.

Salamantinæ Abbatiæ, 29 Iulij 1547.

SVMMARIVM.

1 *Partes in iudicio litigantes super possessione Abbatiæ si
vtraque attentauit, pendet ab arbitrio iudicis, cuius
negotium primo veniat discutiendum.*

IN causa Salamantin Abbatiæ, eadem die dubitaui,
1 † *vtrum sit disputandū super attentatis Alphensi an-
tequam discutiatur super attentatis Didaci?* Iam enim
erat resolutum multis ante dieb. Alphonsum attētas-
se renocando, sed prætendebatur etiam Didacum at-
tentasse, de quib. tunc plenè resolutum non erat, an
essent attentata, vel non. Et voluerunt Domini om-
nia resoluere ad Calendas Octobris, vt tunc plenè di-
scussis omnib. pronunciaretur, & interim causa, si pos-
sibile fuisset, prout tractabatur concordaretur.

DECISIO CXXXII.

Tullensis Parochialis. 23. Iulij 1547.

EAdem die in causa Tullensi. Parochial. dubitauj
in causa Vlipponensis pensionis, & in causa Bar-
chinonen. Beneficij Sancti Petri. Et Domini noluere
respondere, dicendo esse remittendas.

DECISIO CXXXIII.

Leodiensis Canonicatus. 8. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Concessio prabenda facta à Nuncio Apostolico extra Cu
riam, si concurrat cum Papali in aliam personam fa-
cta in Curia, vtra sit rata habenda.*

2 *Rogitus Notarij, si litera habeant testes legaliter depenū
tes de negotio literis contento, sigillū Apostolici Nun
cij ipsiusque subscriptionem, tum Notarij quoque ha-
bitis pro fideli, probo, & legali, aliasque qualitates re-
quisitas, non est necessarius, quia fides istis literis adhi
betur, etiam si rogitus non sit factus recognita manu
eiusdem Notarij.*

DIe 8. Iulij in causa Leodiensis Canonicatus S.
1 Dionisij dubitaui, † *an litera prouisionis concess.
Ioan. Doro. per Nuncium prebeat cōtra Remigium pro-
uisum a Papa, qui prætendebat?* Dubiū erat, quia de il-
2 la prouisione † Notarius non erat rogatus, literæ ta-
men habebant testes, & sigillum Nuncij, subscriptio-
nem ipsius, & subscriptionem Francisci de Prado de
Calderō, cuius manus recognoscebatur, & dicebatur
illum esse Notarium publicum, fidelem, & legalem, &
ꝙ erat Secretarius Nuncij solitus recipere consensus
præstitos in curia eiusdem Nuncij, & alios actus le-
gales, ex quibus domini habuere literas pro talibus,
quibus esset fides adhibenda, licet illa subscribens non
attestaretur de præmissis se fuisse rogatum.

DECISIO CXXXIV.

Segobiensis Canonicatus. 8. Iulij 1547.

SVMMARIA.

1 *Ordinarius & Capitulum si dissentiant de collatione va
cantis beneficij, cuius veniat ius canoniZandum, Or-
dinarij an Capituli, stante, quod prouisio ad ordina-
rium, subrogatio ad Capitulum spectet.*

2 *Mortuus qui habebat beneficium nunc per eius obitum
vacans, quod resignauerat a Capitulo, cuius sit eius-
dem collatio.*

3 *Discordia de conferendo inter ordinarium, & Capitulū
niendum sopita ordinario habente ius prouidendi Ca-
pitulum subrogandi, canoniZabuntur literæ non facta
mentione, nec prouisionis, nec subrogationis.*

IN causa Segobiensis Canonicatus & præbendę pro-
nunciaui pro Iacobo Bacea, cuius aduersarius fue-
rat mortuus, habuerat subrogationem, & procede-
batur citatis interesse putantibus se habere. Sed du-
1 bitaui coram dominis, † quid esset canonizandum,
vel prouisio Iacobi habens ortum à prouisione Cardi-
nalis Camerartj, an surrogationem Capituli. Capitu-
lum enim Segobiense erat in causa, & prætendebat
2 collationē ad se spectare, & quòd † mortuus erat me-
diante resignatione prouisi à Capitulo, adeò, quòd
fuisset canonizata prouisio Iacobi: videtur fieri præiu
dicium. Sin autem subrogatio daretur, videbatur con
cludi collationem spectare ad Capitulum, ꝙ nouerat
3 adhuc discussum. Vnde † dixere, quod deberem cano
nizare literas absque eo, quod darem, nec prouisionē,
nec subrogationem. Postmodum fuit relatum Capi-
tulum concordasse cum Camerario, quòd si erit ve-
rum, consensum vtriusque partis intercessisse, fortè
poterit alio modo firmari sententia.

DECISIO CXXXV.

In causa Zamorensis Parochialis. 8. Iulij, 1547.

SVMMARIA.

1 *Dilationes dantur ad partes pro instructione principalis,
procuratore eius in curia existente, non habente specia
le mandatum ad omnia, sed tantum generale.*

2 *Sententiam si tulit contumax fictus, auditur appellans.*

3 *Procurator generalis habito mandato, quòd ante execu-
tionem decreta citationis fuit datum, post commissio-
nem causæ si petat dilationem ad partes pro informa-
tione principalis debet audiri.*

EAdem die in causa Zamotensis parochialis, dubi-
1 taui, † an fuerint dandæ dilationes ad partes? In
hac causa fuerat pronunciatum, & processum per cō-
tradictas, & sententia transierat in rem iudicatam,
postmodum venerat pars, & appellauerat à die noti-
tiæ, procurator produxerat mandatum generale, &
instabat, vt appellans audiretur, aduersarius autem,
qui habebat rem iudicatam, instabat pro executoria-
libus. Et pro vna habueram resolutionem à Dominis
in vna Zamoren. parochialis de Cassasola. Ita & in
2 hac resolui, quòd † ex quo ille, qui reportauerat sen-
tentiam, qui erat fictus contomax, ꝙ debebat audiri
appellans, quo resoluto pars incepit instare pro reso-
lutione causæ, in secundam procurator petebat dila-
tiones ad partes, ad consulendum principalem, quia
3 mandatum, quod habebat, erat † generale, & datū an-
tequam executa fuisset citatio decreta post commis-
sionem causæ. Vnde non videbatur posse denegari.
Dicebatur tamen non esse dandas, quia de facto il-
las habuerat, cum iam ferè lapsus fuerat annus, quo
mandatum fuerat productum, ex quo, tamē pars sem
per institerat super executione rei iudicatæ, & de no-
uo inceperat procedere, prout in secunda super nego-
tio principali, fuit visum dominis, ꝙ procurator veri-
similiter potuit præmisisse, & consulere principalem,
cum negotium principale non tractaretur, propterea
iudicaui dandas esse dilationes ad partes.

DECISIO CXXXVI.

In quadam Mindionensi.

SVMMARIVM.

1 *Lata sententia per contradictas, quæ transit in iudica-
tum decretis etiam executorialibus usque intimatis,
ex quo affixa fuit copia vna cum originali, nec tamen
facta intimatione in loco, vbi confluit multitudo tem
pore celebrationis sacrorum, executorialium intima-
tio fieri non debet.*

1 IN vna Mindionen. † in qua fuerat lata sentētia per
contradictas, quæ transierat in rem iudicatā, & de-
cretæ

cretæ executoriales, & intimatæ, & instabatur pro
declaratoria, dubitaui, an intimatio executorialium
esset facienda? Et Domini dixere, quòd non, ex quo
in locis, in quibus fuerat facta, non erat affixum ori-
ginale, & deinde copia affixa, & quia intimatio non
apparebit facta existente ibi multitudine gentium,
dum diuina celebrarentur.

DECISIO CXXXVII.

Oxoniensis Parochialis.

SVMMARIA.

1 *Possessio vbi de spolio est manifestum, & eo quidem per violentiam in spoliatum admisso, tamen capta propria auctoritate non petita executione, an sit restituibilis.*

2 *Expectatiua, quæ est reuocata, titulum parit non verũ, sed talem, qui dici potest coloratus.*

3 *Possessio capta propria auctoritate à spoliato restituibilis non est, quando agitur de Canonicatu, cuius traditio possessionis spectat ad Capitulum: secus est in parochialibus, & alijs beneficijs alterius generis.*

EAdem die in causa Oxoniensis parochialis Quin-
1 taria Rotunda, dubitaui, † *vtrum possessio esset resti
tuibilis?* Constabat enim de spolio etiam violento:
2 † titulus etiam erat coloratus, videlicet expectatiua,
licet reuocata: Sed dicebatur, possessionem non esse
restituibilem, quia capta propria auctoritate, & non
petita ab aliquo executione in processus explicatio-
nẽ: quo dato, tamen domini dixere, hoc non impedi-
3 re à possessionem capta propria auctoritate, † quia non
est restituibilis, quando de canonicatu, vel alio bene-
ficio, cuius possessionem tradere spectat ad Capitulũ
agitur: secus autem in parochialibus, & alijs benefi-
cijs alterius generis. Dicebatur etiam possessionem
non esse restituibilem, quia non constabat de diligen-
tijs, & erat datum de regula: non enim acceptauerat,
quod cui constabat fuisse prouisum ab executione, & cum
non esset seruata regula, decretum illius inficiebat,
& titulum, & possessionem, ideo non erat restituibi-
lis. Tamen dixere Domini, quod hoc respiciebat petito-
rium, possibile enim erat, quod fecisset diligentias, ex
quo non constabat de contrario. Vnde restituta pos-
sessione, si de hoc opponeretur, poterat ostendere pro-
uisionem suam, aliàs beneficium ab eo auferetur.

DECISIO CXXXVIII.

Conimbricensis Parochialis, 17. Aprilis 1548.

SVMMARIA.

1 *Tertius ad causam veniens non citatus, & petens absolutionem reus voluntarius dicitur.*

2 *Venienti ad causam, & litem sustinenti absolutoria debetur.*

DIe 17. Aprilis, 1548. eadem die in vna Conimbri-
cen. Parochialis S. Petri, in qua causa erat com-
missa iactationis, & molestationis contra certum no-
minatum, omnesque alios in executione, & citatione
1 nominandos, & venerat quidam † tertius ad causam,
qui non erat citatus, nec constabat esse citatum, qui
petebat absolutionem, ex quo qui committebat cau-
sam nil probabat; ex aduerso committens causam su-
per iactatione erat loco. l. diffamari. C. de ingenuis &
2 manumis. Et † dicebat sibi absolutionem compete-
re, etiam quòd nouiter ad causam non citatus erat
reus voluntarius, qui loco actoris erat. Et licet cõmit-
tens causam non probasset se possessorem, nec de hoc,
nec de aliquo iure suo constaret, tamen dixere domi-
ni, quòd illi potius, quam reo debebatur absolutoria:
quia eo ipso, quòd ad causam venerat, & litem susti-
nebat, turbabat illam. Propterea illi absolutoria de-
bebatur.

DECISIO CXXXIX.

Barchinonensis Pensionis 17. Aprilis 1548.

SVMMARIA.

1 *Pensionis trãslatio in eum, qui communi opinione in acceptatione pensionis reputabatur pro clerico, cum ex aduerso probatum fuerat longè post clericum ordinatum, non valet, & de iure extinguitur.*

2 *Quod limita, & intellige, nisi esset detectum non esse clericum, quo casu non potest in eum transferri pensio, clerico enim putatiuo, de cuius clericatu non constat, nisi per communem reputationem potest pensio dari, & beneficium, & pro obtinendo beneficio sufficit communis reputatio, licèt verè clericum non esse appareat.*

EAdem die in causa Barchinonen. Pension. 70. du-
1 catorum, † an valuerat translatio pẽsionis, ex quo
tempore, quo facta fuit Michael, in quem trãslata fue
rat, reputabatur communiter clericus, licet post pro-
batum fuisset, illum effectum clericum post transla-
tionem factam? Et dixere domini quòd non, per not.
per Felyn. in c. cum adeo. ver. de destinato. & vers. se-
quenti, de rescrip. per Gigant. in tract. pension. q. 22.
per Ioan. de Sylua in tract. benefi. 6. 4. 3. p. Et licet Ro-
ta, in decis. 164. in antiq. dicat verum esse contrarium
de æquitate. Et idem simpliciter dicat, decis. 312. in
2 antiq. Tamen Domini dixere, posse † procedere, nisi
esset detectum, quòd non esset clericus, vt in casu
isto. Nam clerico putatiuo, de cuius clericatu non
constabat, nisi per communem reputationem, potest
dari pensio, & beneficium, & pro obtinendo benefi-
cio sufficit cõmunis reputatio: licet verè clericum es-
se non appareat, dicta decis.

DECISIO CXL.

Toletana Pensionis, 4. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Narratiua gratia si per subreptionem habita fuerit, aut facta, pensionem consecutam facit in nihilum redigi ob vitium illud subreptionis.*

2 *Punctus iam semel deductus in causa ventilatione, & in fauorem partis resolutus, non debet iterum proponi, vt super eo informatio denuò instituatur.*

DIe 4. Maij in causa Toletan. Pensionis, 500. duca-
1 torum, quia anno elapso dubitatũ fuit, † *an ex
narratiua gratia resultet subreptio, quæ faciat pensio-
nem esse nullam?* Et quia Dominis visum fuit, pactum
esse nimis generale, & plurima comprehendere, pro-
pterea noluere dare vota, sed mandarunt, quod manda-
tum distingueretur. Et hoc fuit die 27. Maij. Postmo-
dum 10. Iulij dubitaui particularius, *vtrum sit verifi-
cata narratiua Bulla reseruationis pensionis, & nil fuit
factum.* Vnde nuper dabam eundem punctum, super
2 quo renitebat informare Cardinalis, quia iam † iste
punctus fuerat resolutus in eius fauorem, proponen-
te D. Mohedano, & ostendebat resolutionem manu
eius scriptam. Vnde consului Dominos, quid mihi
agendum esset. Et dixere quemadmodum esset, quod
dicebatur pro parte Cardinal. tum quia causa post-
modum existent Dom. Thanis fuit iste punctus de-
nuò examinatus, & multi mutarunt votum, & fuere
varij: fuit mihi dictum, quòd iterum proponerem
dubium.

DECISIO CXLI.

Comaden. Terrarum, 4. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Solutio aliquibus facta nomine alicuius prælati, an dicatur tanquam negotiorum gestoribus, vel factoribus facta fuisse, an simpliciter.*

2 *Testes de facto deponentes controuerso, si dicti sui rationes probabiles non reddant, inutiles sunt, & nil probant.*

EAdem die in causa Comaden. Terrarũ, legi duos
testes examinatos hic in Curia, ad probandum, quod
1 † illi, quibus dicebatur esse solutũ, erant negotiorum
gestores, & factores Card. prout testes remissoriæ di-
2 cebant. Et Domini dixere, quòd † testes non proba-
bant, quia rationes dicti sui bonas non reddebant.

DE-

DECISIO CXLII.

Astoricensis Sancti Gresini, 4. Maij, 1548.

SVMMARIA.

1 *Legatus, vel Nuncius Apostolicus destinatus ad Principem, cui subsunt diuersa prouincia cum potestate conferendi, ad qua loca declinare cõtigerit, an poterit in omnibus prouincijs isti Principis subiectis conferre.*

2 *Regula Pauli Tertij Pont. Max. non comprehendit Illustriss. Card. propter excellentiam personarum, cum de illis debeat specialis fieri mẽtio, & in istis non sit restrictio collationum, et potestatis in legatione prout Nuncus ipsis.*

3 *Papa est intentio, & mens, non ita coarctare potestatem Cardinalium Illustrissimorum, dum legatione funguntur; vt aliorum pralatorum extra Curiã in alias prouincias ablegatorum.*

4 *Barchinona existens Nũcius Sedis Apostolica facultatẽ ex speciali indulto Põt. Max. habet, & in alus Regnis Hispaniarum conferre cum potestate legati de latere.*

EAdem die in causa Astoricen. S. Gresini dubitaui, *vtrum legatus de latere potuerit prouidere de parochiali, de qua agitur?* Et super isto dubio generali fierent multa fundamenta. Pro resolutione de vno tan-
1 tum, quod † erat legatus iste existens apud Barchinonen. potuit prouidere de isto beneficio in diuerso Regno. Erat producta regula Pauli, in qua disponitur, ꝙ Nuncij etiã habentes facultates legati de latere, non possent prouidere, nisi in loco, ad quẽ declinare contigerit, cũ essent Nuncij ad vnum Principem, qui plurima regna haberet, & si sub vno nomine omnia Regna appellarentur. Dixere tamen Domini, ꝙ ista regula nõ
2 obstabat, † quia non comprehendebat Card. de quib. debet fieri specialis mentio, propter eorum excellentiam, vt dictũ est. Imò dixere, ꝙ ista regula probat cõ-
3 tra producentem, quia † sicuti Papa restrinxit, & declarauit facultatẽ quo ad Nũcios, tamẽ aliud demonstrauit esse mentis suæ in Cardinalib. Legatis de latere, de quibus facilè fuisset facere mentionem, & pro-
4 pterea Papã eis concedere priuilegia amplissima: † tamen conclusum fuit per omnes Nuncium existentem Barchinonæ potuisse conferre etiã in alio Regno Hispaniarum, vnde dubitaui iterum super eisdem, ad effectum, vt aliæ difficultates dissoluerentur.

DECISIO CXLIII.

Hispalen. Parochialis, 7. Maij 1548.

SVMMARIVM.

1 *Procurator agens per annũ, & vltra, sine obseruatione productioneque mandati debet condemnari suo principali ad expensas, ss. & inquãtum fuerit damnum passus, & hoc ratione sui interesse.*

DIe 7. eiusdẽ in causa Hispal. de parochialis de Brixia, in qua instabatur pro absolutoria, & cõdem-
1 natione expensatũ contra agẽtẽ, qui per † annum, & vltra sustinuerat litẽ agendo, & nunquam produxerat mandatũ: legi quasdã literas pro nunc productas, quibus auditis dixerunt Domini sufficere pro mãdato, si recognoscerentur, sed nõdum erant recognitæ.

DECISIO CXLIV.

Romana Hæreditatis de Lenis. 7. Maij 1548.

SVMMARIVM.

1 *Alimentis per iudicem decretis persona in religionis voto constituta, etiam earundem summa venit taxanda, vt quid, & quantum annuatim ad eam prouenire possit, & debeat manifestum reddatur.*

EAdem die in causa Romana hæreditatis de Lenis,
1 in † qua decreueram alimenti Fratri Thomæ petij à Dominis, ad quam summam deberent taxari. Quia auditis testib. quòd regi super valore redditus bonorũ, de quib. agebatur, qui bene non probabant, eorum arbitrio decreuerat summam alimẽtorum taxari debere ad 50. scuta auri quolibet anno.

DECISIO CXLV.

Toletanæ Thesaurariæ. 14. Maij, 1548.

SVMMARIVM.

1 *Simonia admissa ratione beneficii litigiosi ab vna partiũ an ob id alia etiam beneficia reddatur inhabilis.*

DIe 14. eiusdẽ in causa Toletanæ Thesaurariæ du-
1 bitaui, *vtrũ ex † simonia quis efficiatur etiã quoad alia beneficia inhabilis, & vna partium, qua pratẽdebat aduersarium esse inhabilem propter talem simoniam, nil aliud allegabat, nisi quod ita alias fuisset decisum coram Do. Puteo in vna S. Andrea de Strabocco?* Et ita attestatus est D. Puteus, tamen multi ex Dominis, qui viderunt informationes alterius partis sentiebant contraueniendum, propterea mandarunt, quòd non obstante resolutione aliàs facta, deberem iterum mandare, quòd informaretur. Et ita mandaui.

DECISIO CXLVI.

In quadam Causa Matrimoniali, & Solutionis expensarum, 14. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Expensa ratione processus in partibus facti, si non soluta fuerint, an ob id adhuc lis dicatur in suo robore permanere, ita vt alimẽta alias decreta lite pendente debeantur, an verò nihilominus dicatur extendi.*

2 *Baldi opinionẽ lis adhuc perdurare dicitur, quo ad vsque executionis decreta effectus in totum, & plenè fuerit adimpletus.*

3 *Lite super matrimonio pendente decernuntur mulieri alimenta, vt commodius litis expensas tolerare possit.*

4 *Expensarum ratione mota lis alia est ad eam, qua est matrimonialis, licèt ad eam tanquam principalem sit subsecuta, & ideò aliam requirit diffinitiuam sententiam.*

5 *Sentẽtiam habens in contrariũ, oẽs soluit expẽsas tã intra quã extra Curiã in litigio factas, & pars actoris, qua alimẽta petit, nulla amplius habere dẽt, sed quiescere.*

EAdẽ die dubitaui, nũquid propter † expẽsas factas
1 in partib. nedum solutas, dicatur durare lis, vt alimenta aliàs decreta durante lite debeantur. Nam erat dubiũ nũquid illud, quod erat solutũ hic in curia pro alimentis esset refundendũ, & etiam erat in casu reliquarũ expensarum. Et propterea instruxi dubium ad expensas factas in partib. quas ex aduerso non poterat
2 prætẽdi aliquò modo esse solutas. Et licèt † lis dicatur durare, donec executio fuerit plenarie facta, secundũ Bal. in l. 2. vers. quæro nũquid. C. de re iud. Sarn. io regula de annali. q. 44. nihilominus multi ex Dominis inclinabãt in partẽ contrariã, quia fuerãt decreta alimẽta durante lite, & appositũ tẽpus, infra quod debe-
3 ret expediri. Vnde dicebatur, ꝙ † decretum Rotę intelligitur durare latè super matrimonio, quia finita erat per tres conformes, & nullã aliam executionẽ requirebat: Et licèt partes litigarent super expensis, an de-
4 berentur, nec ne, tamen noua † lis erat, & non illa, propter quã erant decreta alimenta. Alij dicebant cõtra-
5 rium, vnde mãdarunt, ꝙ ille, qui habebat † sentẽtiam contra, deberet soluere omnes expensas iam factas, tam in Curia, quàm in partibus, & pars aduersa, quæ habebat sententiam in fauorem, deberet acquiescere, & non amplius ista alimenta petere.

DECISIO CXLVII.

Arborensis Archipresbyteratus. 8. Maij 1548.

SVMMARIVM.

1 *Narrans in Bulla gratia se esse familiarem alicuius pralati, quibus ex indulto sit collatio beneficiorum, nõ sufficit probare familiaritatem ex attestatione literarum pralati subscriptarum, & sigillatarũ, sed requiritur necessario, & concludenter, vt probet saltem ad minus quadrimestre comedisse in tinello eiusdem pralati.*

DIe 8. eiusdem in causa Arboren Archipresbyteratus, & aliorum beneficiorum petij à Dominis, an
1 ex quo Hieronymus Zapara in † Bulla, suæ gratię narrauerat se esse familiarẽ Vicecancellarij sufficeret probare per fidẽ eiusdẽ Vicecancellarij attestantis peritelas

teras manu sua subscriptas, & eius sigillo sigillatas, ita esse? Et dixere, ꝙ non. Imò requirebatur, ꝙ probaret concludenter, se saltem per quatuor menses comedisse in tinello eiusdem Cardinalis, per regulam primam Alexandri Sexti perpetuum contra expressè dillabat.

DECISIO CXLVIII.

Astoricen. Parochialis. 8. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Parochialis, vel alterius beneficij prouisio per Legatum fieri non potest, vbi eius iurisdictio non vlterius protenditur, sed expirauit.*

2 *Beneficium vacans in mense pontificio si à Legato Apostolico confertur, id conferre dicitur non tanquam ordinarius, sed vt delegatus.*

EAdem die in causa Astoricen. Parochialis Sancti Grisogoni dubitaui, *vtrũ Legatus potuerit prouidere de parochiali, de qua agitur?* Et multa opponebantur, de quibus in informatione, quæ omitto, quia friuola, solum fuit factum vnum super eo, quòd quia
1 Legatus † primò prouiderat, & nulliter, videbatur, ꝙ etiam secunda prouisio in continenti, tanquam expirasset iurisdictio sua, & amplius non posset se intromittere per gl. in cap. si compromiss. in verb. eligat. de
2 electionib. in 6. Nam † cum beneficium istud sit reseruatum, quia vacauerat in mense Octobris reseruato Papæ, dicebatur Legatus conferre tanquam delegatus, non tanquam ordinarius: quo posito pro vero, quia dicebatur etiam contrarium, tamen Domini dixere, ꝙ glos. illa non concludenter procedit in iudic. secundum Bal. in l. si vt proponis, col. 7. C. quomodo, & quando iudices, & Doctor. loquuntur post glos. in d. c. si compromiserunt in collatione beneficiorum, in qua gloss. & Doct. ibi non loquuntur.

DECISIO CXLIX.

Toletan. Pensionis. 8. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Bulla narratiuam continens consensũ, & contractus in trãslatione pensionis in fauorem personæ alicuius inter consentientes nominata, vel nominanda, debet esse legitima, & valida, nullamque perpeti cassationem.*

2 *Permutatione facta Episcopatus ex indulto Sedis Apostolicæ, vtrum alicui prælato pensio statui possit transferenda in tertium, tanquam personam aliquam benè meritam iuxta beneplacitum.*

3 *Pactum initum inter prælatos de mutua pensionũ translatione per ipsos facienda, non solum non approbatur, sed etiam de supplicatione cassatur.*

4 *Bulla Apostolica expedita in alicuius fauorem, debet intelligi de valida, non autem cassata, quæ est penitus nulla, cum cassatio actuum annullationem inducat.*

5 *Ignorantia, quæ prætenditur per tertium ratione cassationis Bullæ paulò ante concessæ, an releuet.*

6 *Pars de lucro habendo tractans, & non de damno vitando tenetur, quæ facti sui sunt in Bullarum confirmatione, vel cassatione perquirere.*

7 *Concordia, & consensu valido existente quorum interest ratione translationis pensionum, an sit opus derogationi regulæ de præstandis consensibus.*

EAdem die in causa Toletan. pensio. 600. ducato-
1 rum, † *vtrùm si verificata narratiua Bulla in quantum facit mentionem de concordia, & tractatibus?* Et fuit resolutũ per oẽs vno excepto, qui etiã dubitatiuè locutus fuit, ꝙ non, nã aliàs inter Cardinalem de Sancta Cruce mortuũ, & Episcopũ Cauriensem fue-
2 rat stante beneplacito Sedis Apostolicæ conuentum quoad 600. ducat. reseruati Card. Sanctæ Crucis, in permutatione facta de Episcopatu Cauriẽs loco pẽsionis, ꝙ quotiescunque Card. consentiret cassationi pensionis, ꝙ Episcopus teneretur consentire in fauorẽ personæ nominandæ per Card. aliam similem pensionem, qua persona defuncta, Card. viuente. Item teneretur Episcopus consentire in aliam personam no-
3 minandam, & sic deinceps durãte vita Card. † cui pacto nedum Papa consensum præstitit, imò de supplicatione fuit cassatum. Et propterea dicebãt Domini, ꝙ ex quo nulla alia conuentio, nec tractatus interuenerat, ꝙ cassata Bulla, faciens fidem de concordijs, &
4 tractatib. non poterat verificari in illis, quia † Bulla debet intelligi, de valida, arg. l. 4. §. cõdemnatus, ff. de re iudic. Fel. in c. ex tenore, col. 3. de rescrip. Et multò minus potest intelligi de reprobata, ꝙ si Papa intellexisset, sine dubio gratiam non concessisset, nec accu-
5 sabatur Ioan. orator, ꝙ ex quo erat tertius, † poterat prætendere ignorantiam huius cassationis, ad no. per Abb. in c. super literis, & alios ibi, de rescriptis. Quia
6 dixere Domini, ꝙ † ex quo Ioannes tractabat de lucro, & volebat habere gratiam à summo Pontifice, tenebatur perquirere: Et quia dicebatur ex parte Ioan. quod imò non poterat intelligi, nisi de concordia, in qua facta quantumcunque non esset secutus beneplacitus Papæ, & sic defecisset conditio, & effectus cessasset, factum tamen remanebat istud pactum, & potuit fieri inter partes in permutatione quam fecerãt, ad no. per cap. quæsitum, vers. sed quæro, eo. tit. iuxta no. per Doct. in rubrica. de condit. & demon. per Bart.
7 & Bal. in l. lecta. ff. si cer. peta. Nam † si cõcordia fuisset valida, ex qua Episcopus Cauriensis fuisset obligatus cõsentire pensioni in personam nominandam per Cardi. de Sancta Cruce, vti in reseruatione pensionis fac. Ioanni, non fuisset opus derogare regulæ de præstandis cõsensibus, prout fuit factum in Bulla, de qua agitur. Ad hoc respondebatur, quòd imò adhuc erat necessarium derogare dictæ regulæ: Nam in Bulla narrabatur pensionem fuisse reseruatam Alphonso, qui illam cassabat, ad effectũ, vt similis reseruaretur Ioanni, vnde contradicebatur de mutanda persona pensionatij, quòd non dicebatur posse fieri, nisi de consensu soluere debentis.

DECISIO CL.

Toletana Thesaurariæ. 14. Maij 1548.

DIe 14. eiusdẽ in causa Toletanæ Thesaurariæ dubitaui, prout supra, & nil fuit resolutum, sed pro decis. aliàs facta vnus ex Dominis allegabat Syluan. in tract. de benefi. q. si. 237. & Rebuff in tract. de pacifica posses. ver. quia Simonia. fol. 54. tenentes tamen contrarium faciebant fundamentum in not. per Docto. in c. cum in nostra, de concessione præben. & per Fel. in c. intimatum, de Simo. & in c. querela. de iureiuran. ponderabant etiam multum not. per Innocen. in c. inter dilectos, in princ. de conces. præben. qui iudicio meo loquitur de obtinente. Quare Domini mandarunt iterum informari.

DECISIO CLI.

In causa Romana hæreditatis 5. Nouembris 1548.

SVMMARIA.

1 *Iura non recognita ante sententiam fidem faciũt si pars nihil opponat.*

2 *Sententia lata si ostendatur instrumentum, quod ratione interesse partis continens additionem, ex stylo Notariorum debet extendi, vbi Notarius, qui ad id rogatus fuit superstes est, necessariò debet extendi.*

DIe 5. Nouembris, 1548. in vna Romana hæreditatis consului Dominos, an ad postulatã sententiã possint recognosci iura producta ante sententiam? Et dixerũt, ꝙ sic, imò non erat necessarium recogno-
1 scere, quia † iura nõ recognita faciebant fidem parte non opponente: Et quia in hac causa erat productum
2 quoddam instrumentum, consului numquid † post sententiam sufficeret, quòd extenderetur. Ostendebatur nihil de stylo Notariorum esse, quòd illa additio interpretaretur, & extenderetur, vt parti necessariũ erat. Et dixere, quòd sic, si Notarius rogatus viueret, quia tunc necessarium esset, quòd ille extenderet.

DE-

DECISIO CLII.

Vicentini matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Executoriales quæ relaxandæ veniunt sub certa forma non debent facere mentionem de tertio, qui non fuit in caussa, nisi in quantum de eo antea facta mentio fuit in sententia.*

1 IN caussa Vicentin. matrimonij dubitaui † vtrum relaxandæ essent executoriales sub ea forma, quæ nota erat? Et fuit dictum, quod non, sed ex quo Nicolaus filius Lucretiæ, nunquam fuerat in caussa executoriales de eo mentionem facere non debebant, nisi sub his verbis, de quibus in eo erat facta mentio in sententia. Et ideò sufficere debere illa verba de executorialibus, in quibus mandabatur Ant. Nicol. sub censur. & pœn. &c. quod Nicolaum deberent tractare tamquam filiũ Marci, tam quoad parentelam, quàm quoad bona paterna.

DECISIO CLIII.

Salamantina Abbatiæ,
7. Nouembr. 1548.

SVMMARIVM.

1 *Regij Concilij mãdato eiectus de possessione, an teneatur eam ratificare captam in persona alterius, & prosit illi, in quem noviter fuerit translata.*

DIe 7. eiusdem in caussa Salamantina Abbatiæ de Medina, legi testes examinatos ad effectum probãdi, quòd Franciscus de Mendoza habuerit ratam, & gratam possessionem captam per Petrum Ruiz Coronã
1 do. Et dixerunt Domini, quòd † non probatur ratificatio antequam eiectus esset Petrus de possessione de mãdato Concilij Regij. An autem probarent de ratificatione per electionem Petri, non determinarunt, quod sine prodesse possit talis ratificatio, facta enim post eiectionem, quod videndum erat, tunc melius consideratis testibus determinaretur.

DECISIO CLIV.

Larinensis Præpositturæ, 7. Nouembr. 1548.

EAdem die in caussa Larinensis Præposituræ dubitaui, vtrum process. fact. Neapoli pateretur defectũ iurisdictionis? Et Domini fuerunt varij. Et fuit dictum, quod iterum informaretur.

DECISIO CLV.

In quadam Lunen. Zarzan. 4. Nouembr. 1548.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus ob non paritionem monitorij tamquam contumax, si compareat postea, & satisfaciat expensas, absoluitur a censura irrogata, stante eo quod integrè soluat, cum conditio diuisionem perpeti non possit.*

2 *Notarij error in scribendo non debet præiudicare parti, quæ ex præsumptione habetur pro obsequenti conditionibus datis.*

3 *Pars recipiens pecunias pro litis expensis a parte aduersa soluenda, si non in totum dicantur soluta, vbi tamen simpliciter recipit facta quietatione sine protestatione, sibi præiudicat.*

DIe 4. eiusdem in caussa Lunẽs. Sarzanen. dubitaui, vtrum Ioan. Antonius absolutus sit ab excommunicatione, ad effectum, vt processus eius nomine factus valeret
1 *rei extrusione post absolutionem facta?* Io. Anton. † fuerat excommunicatus ob non paritionem monitorij in contumaciam, postmodum eo comparente, fuit absolutus satisfacto de expensis, quibus satisfecerat, sed non integrè, quia deerat vnus Iulius. Vñ dubitabatur, an esset absolutus. Et dicebatur, ꝙ non, quia cõditio non potest diuidi, immò tenebatur satisfacere etiam vsque ad obolũ, l. cum fraus. ff. de cond. & demon. Soc. cons. 170. col. 7.
2 vol. 4. cum sim. Domini, tamẽ voluere contrariũ, † considerantes, quòd soluisset totum, sed errore notarij minus fuisset scriptum, eo quia noluere credere, ꝙ ad consequendam absolutionem defecisset in illo minimo, ex
3 quo fere totũ soluerat, eò maximè, quia pars, † quę receperat pecunias solutas a Notario, receperat simpliciter, & quittauerat sine aliqua protestatione, ex quo inducebatur ad credendum, quòd integrè fuisset satisfactum, vel quod saltem pars sibi præiudicauerit, recipiens simpliciter. Et licet postmodum fuisset intimatus iste processus, & post annum, tamen ex quo pars appellauerat a reintrusione, & dominus preposuerat, & licet appellasset dominus reposuerat, cum ex quo vltima appellatio, & repositio erat in fauorem: Dixerunt, quod intrusio nil obstabat, et sic firmarunt processum a tali excommunicato absolutoque esse bonum.

DECISIO CLVI.

Astoricensis Sancti Brixini.

SVMMARIVM.

1 *Multiplicitas supplicationum si dubium faciat in negocio controuerso, an pariat etiam difficultatem antedationis, stante discordia testium, ita vt repeti denuò debeat ad faciendam recognitionem supplicationum in actis productorum.*

IN caussa Astoricensis Sãcti Brixini dubitaui, presup-
1 posito, † quòd testes dicãt se vidisse duas supplicationes signatas de tempore, quo litteræ sunt expeditæ, quę supplicationes nunc post examen testium sunt productæ in actis, an ex hoc tollatur suspicio de antedatione. Omissa pro nunc contrarietate, & discordãtia testium, & litterarum, ac supplicatione etiam, Domini dixere, ꝙ ex quo testes examinati sunt in Curia, repeterentur, & videretur, an recognoscant supplicationes in actis productas, an essent illæ, de quibus deponebant, & tolleretur dubium, quòd per partem fiebat, an essent illæ, vel aliæ, & vt tollerentur difficultates multiplicitatis.

DECISIO CLVII.

Salamantina Abbatiæ,
16. Nouemb. 1548.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio vtrum legitimè probetur regressus, per litteras visas per testem deponentem de mandato procuratorio capienda possessionis partis prætendentis de ea.*

2 *Exilium subsecutum in personam prætendentem de beneficij possessione ob eius inuasionem, & non factam dimissionem, si de possessione habita sit pro nunc controuersia, & probatum per depositionem testium de publica voce, & fama, fidem facit de eadem possessione, licet violenter capta.*

3 *Probatio non plena in totum, tamen sufficiens in parte, facit deferri iuramentum in supplementum talis semiplena probationis.*

DIe 16. in caussa Salamantina Abbatiæ de Medina,
1 dubitaui, † vtrum testes, quos legi, probent ratificationem dicti Francisci saltem post regressum Villotæ, qui quidem regressus Villotæ non fuit considerandus, quia iam ille ante possessionem dicti Francisci erat per sequestrationes deputatus in administratione huius Abbatiæ? Et dixerunt Domini, quòd testimonium Didaci Rubini, erat optimum, qui deponebat se habuisse litteras a Domino Frãcisco, qui committebat sibi, quòd procuraret Villotam declarari ob non paritionem litterarũ executorialium, quia nolebat dimittere administrationem Abbatiæ, nec fructus restituere. Et sic præsupponebatur, quòd possessionis captæ per suum procuratorem
2 habuisset notitiam. Erant † etiam plures testes de publica voce, & fama, quòd Dominus Franciscus factus exul, quia possessionem captam noluerat dimittere,
3 † vnde habuere istam probationem, etsi non concludentem, saltem pro sufficienti, vt posset deferri iuramentum in supplementum.

DECISIO CLVIII.

Arborensis Archipresbyteratus,
16. Nouembr. 1548.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, si neutri, habita de beneficijs, per resignationem*

 ratio-

ratione familiaritatis Vicecancellarij, vtrum valida sit, familiaritate dicta non sufficienter satis coprobata,

IN caussa Arborensis Archipresbyteratus eadem die
1 dubitaui, præsupposito † quòd non constet de familiaritate narrata per Hieronymum in eius gratia si neutri intret: Hieronymus Zapata, petebat canonizari gratiam, quã habebat de istis beneficijs, per resignationem Hieronymi Signorini, & quia in supplicatione, & litteris expresserat familiarem Cardinalis Farnesij, & gratijs expediuerat, & præsupponebatur, non esse probatã familiaritatem. Dicebatur eius gratiam non valere, per regulam Alexandri Sexti, & Leonis Decimi, de quibus erat dubium. Vnde ad effugiendum istam difficultatẽ, præsentauerat gratiam si neutri, in qua familiaritas nõ erat expressa, Sed quia dicebatur, si neutri, non posse intrare, fuit datum dubium, super quo plura principalia fundamenta fiebant, ramen Domini nil resoluerunt, sed dixerunt particulariùs dubitari debere.

DECISIO CLIX.

In quadam caussa Toletana beneficij, 19. Nouembris 1548.

DIe 16. eiusdem in causa Toletana beneficiali de Ocagna, dubitaui, vtrum Ioan. de Traxillo sit absoluendus. Et Domini dixerunt, quòd sic, ex his, quæ in informatione dicebantur, vt in caussa.

DECISIO CLX.

Arborensis Archipresbyteratus 19. Nouembris 1548.

SVMMARIA.

1 *Tars nolens se iuuare gratia si neutri, in qua non erat deducta familiaritas prælati, seu Vicecancellarij, an sibi praiudicet.*

2 *Gratias multum pingues non præsumitur Papa facere, nisi respectu considerata qualitate gratiam petentis, ratione familiaritatis alicuius Cardinalis.*

3 *Taxatio beneficij si contineat gratiam si neutri, & postmodum in supplicatione non verificetur, redditur subreptitia, & in consequentiam nulla,*

4 *Nobilitas personæ, & familiaritas alicuius magni prælati, vt est Cardinalis, quæ multum attenditur in gratijs, aliquando exprimitur in supplicatione, hoc fine, vt gratis expeditio fiat,*

5 *Summus Pontifex facilior multa esse solet ad gratiarum concessionem per resignationem factarum, quam aliarum quarumcumque,*

EAdem die in vna Arborensis Archipresbyteratus, & beneficiorum dubitaui, an gratia Hieronymi Zapata sit subreptitia, & nulla de iure cõmuni, ad effectũ,
1 quòd si esset nulla gratia si neutri, ex quo † nolebat se iuuare Zapata, non intraret? Et prætendebatur esse nulla
2 propter gratiam multum pinguem, quam † Papa verisimiliter non fecisset, seu difficilius, si non fuisset narrata familiaritas, Vicecancellarij per decisionem 727. in an-
3 tiquis, & † quia in taxatione erat expressa familiaritas. Et propterea nõ verificata familiaritate gratia redditur subreptitia, & per consequẽs nulla, ad decis. 2. & 3. in antiq. cũ multis alijs de quibus in informatione. Domini
4 tamen dixere contrarium, quia in gratia † nedum erat expressa familiaritas, sed etiam nobilitas, ex vtroque parente, quæ attenditur in gratijs, ad dictum c. de multa, de præbendis. Nec est verũ, quòd familiaritas sit expressa in taxatione, quo casu bene procederent decis. præallegatæ. Sed exprimitur ad effectum expediendi gratis, vt dicit Cassad. decisio. 20. de præbend. Multum mouebat Dominos, quia Hieronymus Zapata habebat istam gratiam ex resignatione Signorini, & ex vsu patris famili-
5 lias demonstrabatur validitas gratiæ, quia Papa † solet esse facilis ad concedendum quasisque gratias per resignationem. Quod fatis in casu nostro suadebatur ex gratia si neutri, obtenta de omnibus beneficijs, de quibus in gratia resignationis, licet esset ad tria, vel quattuor incompatibilia.

DECISIO CLXI.

Fulginatensis prioratus, 19. Nouembr.

SVMMARIA.

1 *Testes assertam familiaritatem deponentes esse legitimam, si defectum patiantur aliquem, ita vt plenè non probent, & adducantur fides duæ prælati attestantis de familiaritate in supplementum probationis, an prosit producenti,*

2 *Alexander Sextus, & Leo Decimus regula sua promulgata annullarunt gratias eorum, qui se falsò dicebant familiares prælatorum, ad hoc, vt gratis expedirent supplicationes, & Bullas Apostolicas ratione beneficiorum concessas,*

3 *Concessio motus proprij ad faciendam fidem familiaritatis, non semper prodest illi, qui illum motum proprium Papa impetrauit.*

4 *Pontifex si motus dicatur ad gratia concessionem faciendam ob familiaritatem Cardinalis, etiam Vicecancellarij, multo magis dicetur, & facilius ad id perducι cum proprius sit familiaris sua Sanctitatis supplicans ob gratiam prædictam, ex quo consequitur gratiam non posse culpari tamquam per subreptitionem fuerit obtenta,*

5 *Probata familiaritate alicuius Cardinalis ab eo, qui gratiam consequi impetrare, imò ipsius Pontificis, non ob id sit gratis Bullarum expeditio, aut etiam actarum gratiarum, nisi apponatur gratis, de mandato.*

6 *Motus proprius si multo ante tempore præcedat gratiam, de qua dubium est suborium in processu parum aut nihil dicitur releuare,*

IN causa Fulginatensis prioratus, eadem die dubitaui, vtrum ex deductis de nouo, constet de familiaritate, narrato quantum sufficiat? Alexandro fuerat prouisum de isto prioratu per Papam cum narratiua, tam in supplicatione, quàm in litteris, quòd esset familiaris Car
1 dinalis Farnesij Vicecancellarij, † & familiaritatem conatus fuerat probare per testes, qui plenè nõ probabãt, & patiebãtur aliquem defectum, produxerat etiã duas fides Vicecancellarij, quæ attestabantur illum esse fami-
2 liarem suum, sed quia erat † datum de regula Alexãdri, & Leonis, cõtra fictos familiares annullãte gratias eorum, qui falsò appellant se esse familiares, & gratias annullauerant, si gratis expeditentur, dubitabatur, an illi
3 danda esset fides propterea. Vltimo † loco erat productus motus proprius Papæ, in quo dicebat se esse familiarem insistendo seruitijs Vicecancellarij, & sic debere iudicari. Contra quod dicebatur, quod non faciebat ad
4 propositum, quia, si † Papa motus fuit ad gratiam hãc, quia erat familiaris Vicecancellarij, multo magis, si esset familiaris suus. Vnde gratia non potest dici subreptitia, quasi expressisset illam familiaritatem falsò, vt facilius induceret Papam ad concedendum sibi gratiam. Et quia dicebatur, quod propter istam familiaritatem non
5 expeditisset gratis, † nisi esset appositum gratis de mandato: ad hoc dicebatur, quod quantum ad expediendũ gratis sufficiebat attestatio Vicecancellarij. Opponeba-
6 tur etiam, quod † motus proprius non esset ad propositum, quia multo tempore præcesserat gratiam, super qua dubitabatur. Vnde stante simul, quòd tempore motus proprij esset familiaris, prout Papa attestabatur, & tamen tempore gratiæ decessisset, & desijsset esse familiaris, non confirmaretur, sed dixerunt Domini, quod familiaritas præsumebatur durare, & quia aduersarius affirmabat contrarium esse uerum, & de facili hoc posse probari, dixerunt, quod deberet admitti ad probandum.

DECI-

DECISIO CLXIII.

Vicentina matrimonij, 18. Nouemb. 1548.

SVMMARIA.

1 *Quaestione super bonis defuncti nondum finita inter uxorem, & agnatos, sed pendente, an interim uxori viduae & filio eius alimenta, praesupposito, quod non constet de mala vita, dari debeant.*

2 *Mala & lubrica vita mulieris notoria, & manifesta tempore litis pendentia alimenta non dantur.*

IN caussa Vicentina matrimonij dubitaui, praesuppo-
1 sito, † quòd non constet de mala vita Lucretiae post
mortē eius mariti, vtrum possint ei denegari alimenta?
Aliàs enim fuerat resolutū tam Nicolao filio, quàm Lu-
cretiae matri, deberi alimenta, donec super bonis esset fi-
2 nita quaestio. Sed dicebatur † non deberi propter eius
malam vitam. Vnde hoc dubium emanauit. Et Domi-
ni fuerunt varij in rationibus, quia licet pro maiori par
te militarent, quòd alimenta deberentur, diuersis tamē
rationibus mouebantur, & vnus impugnabat alterius
rationem, adeo quod dixere Domini, quod iterum, &
melius informaretur.

DECISIO CLXIV.

Lariniensis Praepositurae, 19. Nouemb. 1548.

SVMMARIA.

1 *Conseruatores dati ad tuendum, & conseruandum priuilegium a Leone X. concessum, an habeant iurisdictionem maximè in personas, quibus non fuit a Sede Apostolica prouisum.*

2 *Sublatio decimarum, an recompensari debeat cum pensionibus decursis, quarum caussa lis concitata est.*

3 *Congregatio Montis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti, circa beneficia ad suam congregationem pertinentia Cardinalibus & alijs praelatis in commendam a Sede Apostolica concesso, est priuilegiata.*

4 *Iurisdictio conseruatorum congregationis Montis Cassinensis non extenditur ad personas priuilegiatas, eo maximè quia conseruationes odiosae sunt, & ob id strictè interpretanda.*

EAdem die in vna Lariniensis Praepositurae dubita-
1 ui, † *vtrum conseruatores in priuilegio Leonino ha-
beant iurisdictionem, maximè in personas a Sede Aposto-
lica prouisas. & in effectu est dubium alias propositum, &
non resolutum.* Et dixerunt Domini, quod isti conserua-
tores erant tantummodo dati ad tuendum, & conseruā
dum priuilegium concessum a Leone, iuxta textū, & ibi
per Doctor. maximè Gemin. in cap. 1. & sic conseruato-
res non impugnabant priuilegium, sed conuentus ab ad-
uersarijs coram istis conseruatoribus, vt solueret pensio
nes, ad quas tenebatur pro ista praepositura, negabat se
2 teneri, † quia decimas soluerat, quas praetendebat de-
bere compensari cum pēsionibus decursis. Et propterea
ex hac ratione dixerunt processum factum coram istis
3 conseruatoribus esse nullum, & maximè quia erat † da-
tum priuilegium congregationi Montis Cassinen. Or-
dinis Sancti Benedicti circa beneficia ad suam congre-
gationem pertinentia, Cardinalibus, & alijs praelatis in
commendā a Sede Apostolica concessa. Vnde cum ad-
uersario in hac caussa non esset prouisum a Sede Aposto
lica, sed ab ipsis fratribus conseruatoribus ex priuile-
gio dato, licet aliàs habuissent iurisdictionem, tamen
4 non † poterant habere in personas, de quibus nihil in
priuilegio, eo maximè, quia istae conseruationes sunt
odiosae, & strictè interpretandae, in dicto cap. final. circa
quaestionem.

DECISIO CLXV.

Barchionensis Canonicatus, & Praeben. 19. Nouembris 1548.

EAdem die in caussa Barchionensis Canonicatus, & praebendae dubitaui, *vtrum regula de qua est datum in actis, obsit Dom. Ioanni Baptistae?* Erat enim lis super isto canonicatu inter Ioannem Baptistam de Bernardis Camerarium Sanctissimi, & Io. Cordellas, & quia partes non bene informarunt, Dñi distulerūt decisionem.

DECISIO CLXVI.

Arboren. Archidiaconatus, 19. Nouembr. 1548.

SVMMARIA.

1 *Narratio defectus primae gratiae si in specie non fiat, reddit secundo impetratam gratiam inualidā, caussa subreptionis, quae in tali praesupponitur tacita veritate interuenisse, non narrato de censura excommunicationis, qua est innodatus.*

2 *Gratis expediēs gratiam si neutri, sub falsa narratione familiaritatis alicuius Cardinalis, nullam reddit gratiam, & incidit in poenas per Alexandrinam Leoninamque Extrauagantem irrogatas.*

3 *Papa si narratum fuisset gratiam a se petitam, & obtentam ob falsam relationem, & gratis expeditam, defraudatisque familiaribus esse obreptitiam, & nullam, ex verosimili coniectura, aut non concessisset, vel certè maiori cum difficultate, ex eoque beneficij sequitur vacatio.*

4 *Communiter in gratiarum expeditione apponi solita clausula vbi fuerit apposita, caussa infectiua, & annullatiua prioris gratiae habentur pro expressis, ita vt in litteris exprimi possint.*

5 *Expedientes gratis, idque ex falsò narratis in supplicatione, non solum eas efficiūt reddi nullas, sed etiam excommunicatur per Extrauagantem Alexandri VI. & Leonis X. nec absolui possunt, vel ab ipso Papa, nisi facta satisfactione, & in articulo mortis.*

7 *Papa defraudatoribus, criminosis, & ijs, qui imposturis ex falsa narratione gratias a se impetrarunt, vel etiam tacita veritate ab eo indulta consequuntur, non praesumitur gratiam velle impertiri, nec cum talibus etiam dispensare.*

8 *Excommunicatus in processu caussae, si censura illata sit vigore Extrauagantium Alexand. & Leonis, quia falsa relatione gratias gratis expediunt, non auditur, omniaque per ipsum facta sunt nulla.*

1 IN caussa Arboren. Archidiac. dubitaui, † vtrum gra
tia si neutri, concessa Hieronymo Zappatae sit subre-
ptitia, quia non narrauit in specie defectum suae primae
gratiae, ex quo erat excommunicatus, quod tacuit. Nā,
2 vt supra patet † Hieronymus falsò se familiarem narra-
uerat, & expediuerat gratis super falsò narrata familia-
ritate, ex quo gratia sua erat annullata per Extrauagan.
Alex. & Leonis, de quibus erat datum in actis. Vnde di-
3 cebatur per aduersariū, quòd † si narraretur Papae, quòd
obtinuit gratiā si neutri, a prouisione sua nulla, propter
falsò narratam familiaritatem, propter quòd etiam ex-
pediuerat gratis, & fraudauerat familiares, Papa verisi-
militer, vel non cōcessisset, vel difficilius, ideo eius bene
ficium vacabat, & reddebat gratiam subreptitiam, &
obreptitiam, ad not. in c. super litteris, de rescriptis. vbi
Felin. & alij. Dicebatur tamen ex aduerso, & ita Domi-
4 ni firmarunt, quòd † ex quo in gratia erat clausula com
muniter apponi solita, quòd caussa infectiua, & annulla
tiua prioris gratiae habeantur pro expressis, & in litteris
possit exprimi, quòd cessabat obiectum, quia Papa ha-
buit pro expressis quascūque caussas, quae in litteris pos-
sent exprimi: ideò aliqua subreptio, vel obreptio consi-
5 derari non poterat. Et † quia constitutiones praefatae ne-
dum annullabant gratiam, sed etiam excommunicabāt
expedientes gratis propter falsò narratam familiarita-
tē, & nec a Papa poterint absolui, nisi postquam satisfe-
cerint, praeterquam in articulo mortis, quòd si Papa in-
6 tellexisset, non consensisset: † quibus defraudatoribus,
& criminosis Papa non praesumitur velle facere gratiā,
& cum eis dispēsare, vt dicit Bal. in l. Barbarius, colum.
8. versic. & esti dicatur. ff. de offic. praetor. & in l. praescri-
ptionem. colu. 5. versic. verbi gratia, C. si contra ius vel

util. publ. Ad hoc respondebatur multis modis, sed vnū
placuit, videlicet, quòd in clausulis erat absolutum ad
effectum gratiæ, & communiter opponitur supra, &
cum absolutione, quæ absolutio non repugnabat con-
stitutioni Alexandrinæ, & Leoninæ nolenti posse ab-
solui, nisi satisfacto; quia dixerunt, quòd iste non erat
simpliciter absolutus, sed tantum ad effectum gratiæ,
& ideò remanebat excommunicatus, & tenebatur sa-
tisfacere, & si nolebat absolui, non posset in caussa au-
diri. Et propterea aduersarius statim apud acta prote-
7 status fuit, istum † non debere audiri quia erat excom-
municatus, & quòd omnia per eum iam excommuni-
catum facta erant inutilia, & instabat pro absolutione,
quia erat possessor.

DECISIO CLXVII.

Sarnensis Præpositure, 19. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Spoliatum se prætendens beneficij possessione, & fructibus ob non solutionem pensionis, quam multis annis non fecit, vt ex propria confessione etiam iuramento vallata constat, an sit restituendus, posito, quòd sub pœna priuationis beneficij, ea annuo decursu non soluta fuerit facta de eodem beneficio priuatio.*

2 *Pensionem non soluens beneficio suo impositam, si non esset priuatus potest de nouo priuari, & alteri conferri, & hoc stante, cum ius nullum habeat non est restituendus.*

3 *Confessio de non soluta pensione facta ab illo, qui priuatus est beneficio ob illam solutionem neglectā si non sit simpliciter facta, sed adiuncta excusatione, scilicet, quod soluerit quasdam decimas, quæ debebant recompensari, inducit non notoriam iuris sui scientiam, & ideo indicatur restitui debere.*

EAdem die in caussa Sarnensis Præpositura dubita-
1 ni, vtrum adeo constaret de non iure Caroli, † vt
spoliatus non deberet restitui. Præsupponebant enim
aduersarij, & erat verum, quòd Carolus in iudicio e-
rat excommunicatus, & medio iuramento, tamquam
principalis confessus fuerat se stetisse per multos annos,
quibus non soluerat pensionem, quam pro isto bene-
ficio tenebatur soluere sub pœna priuationis, & pro-
pter hoc fuerat priuatus, & beneficium alteri collatum,
contra quem spolio agebatur: quia vigore illius proui-
2 sionis intrauerat in possessionem. Vnde † ex solutione
non facta, si non esset priuatus, poterat priuari de no-
uo, & beneficium conferri, & sic cum nullum ius ha-
beret, non erat restituendus. ad decisio. 429. in antiq.
3 & 14. & 55. in nou. tamen, † quia ista confessio non e-
rat simpliciter, sed habebat secum excusationem, quia
dicebat se soluisse quasdam decimas, quæ debebant cō-
pensari cum pensionibus soluendis, & quòd si in aliquo
restabat debitor, quod facto calculo erat paratus solue-
re, dixerunt Domini, quod non constabat de non iure
suo notorie, & propterea debebat restitui. Et ita fuit re-
solutum.

DECISIO CLXVIII.

Vicentina matrimonij. 19. Maij 1548.

SVMMARIVM.

1 *Frater mariti prætendens se esse hæredem, bonorumque in præsens si fueris possessor, vtrum vidua relicta alimenta denegare possit, nondum constito de mala vita mulieris, eò magis, quòd is ipse hæres etiam extraneus dicatur.*

DIe 5. eiusdem in caussa Vicentina matrimonij du-
1 bitaui, prout aliàs, præsupposito, q † nō constet de
mala vita Lucretiæ post mortem Marci mariti, vtrum
possent sibi denegari alimenta a fratre mariti, qui præ-
tendebat se esse hæredem, & bona mariti possidebat?
Et quia diceretur hæres extraneus, in hac materia, etiā
multa alia hincinde deducta fuere, sed nil resolutum.
Idque propter varietatem opinionum.

DECISIO CLXIX.

Bononiensis Sancti Martini iurispatron.

19. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Duæ præsentationes facta in vacanti beneficio illis, qui prætendunt iuspatronatus, an præsupponant beneficium esse de iure patronatus.*

2 *Papa, si prouideat alicui de beneficio, quòd dicitur esse de iurepatron. cum clausula derogatoria, quatenus non sit iurispatronatus ex fundatione vel dotatione facta præiudicat illis, qui prætendunt se esse patronos, & hoc casu quasi possessio ipsis non suffragatur.*

3 *Prætensi patroni, vt beneficium iurispatronatus doceant, si producunt præsentationem ex longo decursu annorum, 128. plus vel minus annorum, & institutionem factam, non tamen per id probant, si non deducta fuit præsentatio, & institutio ad effectum.*

4 *Producta Bulla Pontificia, in qua Papa conferendo beneficium, quod dicitur iurispatronatus, tale illud asserat, & pro ista vice deroget, cum simplex narratiua sit, & de facto alieno, nec faciat mentionem fundationis, vel dotationis, non probat ius patronatus.*

5 *Papa de consuetudine laudabili non solet iurispatronatus, quod ex fundatione, vel dotatione, est in totum derogare.*

1 EAdem die in caussa Bononiensi S. Martini † dubi-
taui, *vtrum ex productis probetur fundatio?* Præsup-
ponebatur hoc beneficium esse de iure patronatus, &
in quasi possessione præsentandi erat quidam de Cac-
cianemicis, quòd constabat per duas præsentationes fa-
ctas duabus vicibus, quibus vltimo loco vacauerat hoc
2 beneficium. Sed † quia prouisus Apostolicus habebat
derogationem iurispatronatus, quatenus non esset ex
fundatione, vel dotatione facta, ita vt quasi possessio
3 non suffragaretur pattonis. Vnde † ad probandum ius
patronatus ex fundatione, vel dotatione, produxerunt
quandam præsentationem, & institutionem factam de
anno 1420. de qua Domini nullam habuere considera-
tionem, quia non constabat, quod habuisset officium.
4 produxerunt etiam patroni quandam † Bullam Sixti,
in qua Papa conferendo istud beneficium, narrauerat
etiam de iure patronatus. & pro illa vice derogauerat,
quòd etiam non fuit consideratum, quia erat simplex
narratiua, & de facto alieno, nec dicebat esse de iure
5 patronatus ex fundatione, & dotatione, & † potius præ-
sumebatur non esse, quia Papa non solet in totum dero-
gare tali patronatui.

DECISIO CLXX.

Barchionensis Canonicatus, & præbendæ

19. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Habens gratiam ex concessione Sanctissimi expectatiuam ad tres specificatas Diœceses, & ad tres alias facultatem etiam acceptandi, prior gratia an obliueratur ob incertitudinem non specificatarum Diœcesium.*

2 *Regula, quæ vult, quod sicut in mutationibus, ita in extensionibus in supplicibus libellis specificè nominari debeat Diœcesis, ad quam dirigitur expectatiua, an obsit habenti expectatiuas etiam non specificatas.*

3 *Expectatiua gratia vtrum etiam ad reseruata, & ad menses ordinariorum, etiam de ordinarij consensu protendatur.*

4 *Supplicationis verba in eius fine posita, si non magis de mutatione, quàm de extensione loquatur, ita vt incertitudo suspensiua animorum, & voluntatis appareat, an vitiet gratias expectatiuas.*

EAdem die in vna Barchion. Canonicat. & præben-
1 dæ inter Ioan. Cordillas, & Ioan. Baptistam de Ber-
nardis, *vtrum sit satisfactum regulæ, de qua datum est?*
In actis Io. Baptista obtinuerat gratiam expectatiuam

habuerat

habuerat,ad duas alias collationes,& ad tertiam extendi sub expressione specifica ad Barchinon. Getunden.& Vercellen. ad tres alias, vt in litteris exprimendis, & expectauerat litteras extensionis ad Barchinon. in qua
4 vacauerat iste Canonicatus. Erat datū † de regula,quæ vult,quòd sicut in mutationibus,ita in extensionibus in supplicatione ipsa debebat fieri specifica mentio diœcesis,ad quam expectabat,& extendebatur,quòd præsupponebat Ioan. Bapt. fecisse, ex quo specificè illas tres nominauerat,eo quia in fine mandati erat dictum, quo ad
3 Vercellensem. Dabat† enim ad reseruata, & quoad Gerunden. etiam in mensibus ordinariorum de consensu ordinarij. Vnde videbatur, istas duas collationes specificate permutationē Barchinon. verò pro extensione remanebat, & sic specificata mentio de ista erat: tamen Domini dixere contrarium, quia licet illæ tres collationes fuissent specificatæ,tamen non erat specificatum, in
4 quibus mentio, vel extensio fieri deberet. Nec † verba posita in fine supplicationis magis de mutatione, quàm de extensione loquebātur. Vnde incertitudo adhuc remanebat, maximè, quia nedum restant specificatæ tres illæ diœceses, sed erat etiam additum, vt ad tres alias in litteris exprimendas, & sic adhuc maior erat incertitudo,quia potuisset acceptare, & exprimere extensionē Toletanæ,& Hispalensis,nec expressio facta in fine tollebat, quia adhuc habuerat facultatem acceptandi in nō specificatis exprimendis in litteris, & sic habuerat prouisionem pro non bona.

DECISIO CLXXI.

In caussa Toletana, 10. mensis Maij 1548.

SVMMARIVM.

1 *Intrusio vt probetur non est sufficiens attestatio facta per litteras ex partibus allatas,de quarum visu deponunt testes nec simul visus instrumenti possessionis illius,qui dicebatur intrusus, sed requiritur illius productio in actis, & eiusdem recognitio,ad hoc vt intrusio perfectè probetur.*

2 DEcima eius die dubitaui in vna Toletana, quæ pet contradictas expediebatur,† *an esset probata intrusio per testes, qui deponebant solum per litteras,quas de partibus habuerant?* Et dicebant se vidisse instrumentum possessionis illius,qui dicebatur,intrusus,& Domini dixerunt, quod non, sed quòd istud instrumentum possessionis deberet produci in actis,& recognosci, quia tunc esset probata intrusio.

DECISIO CLXXII.

Hispalensis Canonicatus, & præbend. 10. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Confirmatorias tres habens cum litteris executorialib. quo ad possessionem, fructibus perceptis ab alio, si non ad id beneficium,de quo litigatur,perueniat saltem fructuum ratione,& victus, beneficium aduersarij vna cum honesta pecunia ad eum transferri debet.*

2 *Tertij caussa alicuius in fauorē si fiat resignatio, & instet pro declaratoria, ān debeat concedi, an cautio dari quadrimestri spatio fructuum futurarum traditionem huic cui ob id interesse potest.*

3 *Commissio impetrata qua petitur de nouo admissio ad integrum restitutionum, cum reserua fructuum, & expensarum vsque in finem litis,idque ratione paupertatis, an sit subreptitia & calumniosa.*

1 EAdem die in caussa Hispalensis Canonicatus, & præbendæ inter Quintanellam,& Auilam † in qua Ginesius habuerat tres confirmatorias, & litteras executoriales,quarum vigore fuerat factum,quoad possessionem, sed respectu fructuum, & expensarum Melchior fuerat ad missus ad beneficium,cum hoc, quod assignaret beneficium quod possidebat Dominus Ginesius re-
2 seruato sibi 300.scuta pro victu,quod beneficium † idē Melchior postmodum resignauerat in fauorē tertij, & cum instaretur pro declaratoria contra illum per istam resignationem, Rota de mense Iulij prædicto resolue-rat,quod non declaretur,sed infra quattuor menses præstaret cautionem,quam offerebat se præstiturum, quod fructus illius beneficij quantumcumque resignati,peruenissent ad manus Ginesij. Hinc inde Melchior stanti-
4 bus omnibus supradictis† obtinuerat commissionem,in qua petebat de nouo,& admitti ad restitutionē in integrum reseruatis fructibus,& expensis in fine litis, attenta paupertate, quam asserebat se probaturum, & dabat articulos. Et Domini dixerunt, istam commissionē esse subreptitiam, & calumniosè ista dari, & propterea debere illam declarari. Et ita fuit firmatum in sequenti audientia,cum iterum caussam proposuissem.

DECISIO CLXXIII.

Salamantina Abbatiæ, 10. Maij 1548.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio cognoscendi de attentatis vnius partis, an dari possit, si ab alia sua attentata nondū fuerint purgata.*

2 *Iurisdictione non existente valida, vtrū omnia gesta sint nulla etiam producta pro attentatis iustificandis.*

3 *Suspensionis schedula petitorij data ad effectum vt super attentatis procedatur, & cognoscatur, an iurisdictio per huiusmodi actum comprobari possit.*

4 *Diuisim & coniunctim tam super attentatorum cognitionem,& processum, quàm super negocij principalis determinationem si commissio detur, an per id probata sufficienter sit iurisdictio.*

5 *Commissio an subreptitia dici possit, & ob id annullanda, quòd in ea quorumdam articulorum narratio dicatur fuisse prætermissa.*

1 EAdem die in caussa Salamantina Abbatiæ † dubitaui,vtrum ex commissionibus, de quibus in actis, sit data iurisdictio cognoscendi de attentatis Didaci, antequā sint purgata attentata Alphonsi,& ex cōsequen-
2 ti non † existente iurisdictione fuerunt nulla omnia, etiam facta per Alphonsum,maximè illa quæ fuerat, & produxerat pro iustificandis attētatis Didaci,& præsupponebatur ex parte Didaci,quod non, quia erat data cō missio per eum, in qua mandabatur in primis, & ante
3 omnia cognosci,& reuocari attentata Alphonsi. Et erat data schedula suspensionis petitorij, ad effectum, vt super attentatis procederetur, quia tamen ista commissio erat præinserta,& signata noua prouisio, quæ præcipie-
4 bat,quod cognosceretur de attentatis Didaci,& † quod coniunctim vel diuisim etiam super negocio principali procederetur. Dixerunt Domini iurisdictionem esse ma-
5 nifestam. Et licet diceretur † commissionem esse subreptitiam,quia erat omissa narratio quorumdam, tamen Domini non habuerunt pro subreptitia, maximè quia quantumcumque esset subreptitia, ex quo non erat aduocatoria tribuerat iurisdictionem.

DECISIO CLXXIV.

Astoricensis Sancti Brixini, 4. Maij 1548.

SVMMARIVM.

1 *Supplicationes in actis productæ,de quibus dubitatur an veræ sint, ad testium præsentiam deferuntur, vt recognitio earum fiat,illæ ne sint quæ requirebantur, an aliæ ab illis.*

DIe 4.eiusdem in caussa Astoricensis Sancti Brixini, cum aliàs examinati fuissēt testes in hac caussa,ga erat prouisio Card. Vicentini, Legati,sine testibus, qui-
1 bus fuerant ostensæ, quædam supplicationes, & recognouerant, demum istæ supplicationes,fuerant in actis productæ,& dicebantur esse aliæ,non illæ quæ testibus fuerant ostensæ, ad ostendendum indemnitatem fuerant examinati, & testes apertè recognouerant esse easdem. Et ita retuli.

DECISIO CLXXV.

Astoricensis Presbyteratus, 4. Maij 1548.

S V M M A R I A.

1 *Afferens se familiarem Vicecancellarij hoc fine, vt gratis gratias expediat, cum filius, non verus sit familiaris, incidit in pœnam Extrauagantis Alexandrinæ & Leoninæ, & est de facto excommunicatus.*

2 *Testium vnius si in articulis deponat de familiaritate in esse, & alius de reputatione familiaritatis, vt diuersi sunt, ita diuersos producunt effectus.*

3 *Fides facta de familiaritate alicuius per schedulam Vicecancellarij subscriptam, cum de formalitate verborum Gratis, pro familiari in expeditione litterarum apposita, non sufficiens est ad verã familiaritatem, de qua agitur, & quæ requiritur in gratia, si neutri, probandam, ad hoc ne incidat in censuras Extrauagantis Alexan. & Leon. &c.*

4 *In expeditione litterarũ gratis ex regula de impetrando beneficio vacante per obitum fami. Card. sufficit fides de familiaritate facta per Cardinalem, casu quòd per expeditores nihil opponatur, quæ oẽum superiorũ est limitatio.*

EAdem die Arborensis Presbyteratus, dubitaui, v-
trum sit probata familiaritas narrata ex parte Hiero-
1 nymi Zappatæ? Narrauerat † enim se familiarem Vi-
cecancellarij, propter quod gratis expediuerat. Et dice-
batur illum fictum familiarem, & non verum, & pro-
pterea excommunicatum Extrauaganti Alexandri, &
Leonis contra fictos familiares. Hic autem ex aduerso
prætendebat se probasse familiaritatem, tamen ex testi-
bus, licet habitis pro non obstantibus, articulauit se &
familiarem, & continuum commensalem Papæ, insi-
stendo seruitijs Vicecancellarij. Et in eodem articulaue
rat se nobilem clericum, & multas habere alias habilita
2 tes: & † vnus testium dicebat articulum verũ. Alij verò
illum reputari talem, qualem sese articulatus fuerat, ta-
men iste testis in caussa scientiæ videbatur potius putare,
& sentire de alijs habilitatibus quam de familiaritate.
Vnde fuit visum nõ bene probare istam familiaritatem:
3 tamen † ex fide Vicecancellarij, qui per suam schedulã
attestatus fuerat ipsum esse familiarẽ suũ, & se subscri-
pserat litteris expeditis, ĩ quib. erat narrata familiaritas,
& erat dictum gratis pro familiari, & noluerunt Domi-
ni, quòd ista sufficerent ad hoc, vt possit expedire gratis,
ne incideret in excommunicationem irrogatam per Ex-
trauagantẽ, de qua supra: hic enim non fraudauerat ex-
peditores, cũ sub fide Cardinalis gratis expediuisset, &
nil per expeditores fuisset oppositũ. Et hoc est, quod vo-
luit Sarnensis, q. 13. Imol. 6. reg. de impetran. benef. va-
4 cãn. per obitum famil. Cardin. dum † dicit, quòd ad effe-
ctum expediendi gratis, statur fidei Cardinalis, si non
fuerit oppositum. Et ita etiã fuit firmatum supra in caus
sa Fulginatensis Prioratus.

DECISIO CLXXVI.

Fulginatensis Prioratus, 4. Maij 1548.

S V M M A R I A.

1 *Incompatibilia plura possidens beneficia nõ familiaris, sed execrabilis dicitur, & articulatio contra talẽ facta, tamquam indignum ad gratiam si neutri, est releuatoria, & probat contra eumdem.*

2 *Articuli merè obiectiui, licet probent contra illum, contra quem articulantur, nullum tamen ex illis ius resultat articulanti aduersario.*

3 *Constito de non bono iure, qui impetrauit sub prætextu familiar. Card. gratiam si neutri, si post terminum articulos defensorios proponat, non auditur, ita quidẽ, vt etiam ne minori quidem ad obiectarum dilutionem restitutio concedatur.*

EAdem die in caussa Fulginatensis Prioratus, dubita
ui, *vtrum articuli sint releuantes, & admittendi. In*
hac enim caussa erant dati articuli ad probãdum, quòd
Alexander, qui tamquam familiaris impetrauerat be-
neficium, non erat familiaris, sed quòd erat execrabi-
1 lis, † qa plura incompatibilia possidebat; & nulli fuit du
bium, quin essent releuantes. Sed bene dixerunt Domi-
2 ni, † quòd erant merè obiectiui, iuxta tradita per Oldr.
consil. 170. & 116. quia his probatis, nullum resultabat
3 ius Aduersario, sed † tantum constabat de non iure Ale
xandri, & ideò post terminum ad articulandum non de
bebat admitti, nec minori dabatur restitutio, vt possit o-
biecta hæc probare, iux. dec. 617. in antiq. Vnde fuit pro
ducta gratia si neutri, quæ his probatis, etsi articuli non
erant amplius obiectiui, propterea petebant admitti.

DECISIO CLXXVII.

Narniensis Præpositruræ, 4. Maij 1548.

S V M M A R I A.

1 *Collatio præpositura vel Abbatia, quæ membrum est seu grancia monasterij, & congregationis Cassinensis, prouiso titulum administratoris potius dat, quam titularis veri possessoris, ita vt ad nutum possit amoueri.*

2 *Beneficium concessum ad vitam prælati alicui per defunctum Abbatem, non tenetur ratificare successor, nisi ad beneplacitum, idque locum habet in administratore non titulari possessore, vt hoc casu.*

3 *Clausula quãtumcumque insolita apposita a notario minus practico in instrumento litterarum prouisionis facta, nõ dicuntur naturam beneficij immutare.*

EAdem die in caussa Narniensis Præposituræ dubi-
taui, *an Carolus habeat sufficiẽtem titulum ad proban-
dum suam restitutoriam?* Et dicebatur, quòd non, quia
collatio istius Præposituræ non est simplex collatio, &
libera, sed potius quædã concessio, quæ de similibus be-
neficijs facta solet fieri appellabilis, prout habetur ĩ Cle
men. 1. §. & quidem etiam Ecclesias, & ibi glo. super ver
1 bis, ad habendum, de excessib. Prælat. Vnde in † collatio
ne, q̃ fuit facta de ista Præpositura ipsi Carolo, dicitur,
quod est membrum seu gr. tia monasterij Cassinensis.
Et propterea iste potius dici deb. t administrator ꝑ Ab
bate, quàm titularis possessor. Et propterea potuit ad nu
tum amoueri, iuxta c. cum ad monasterium, §. talis & sẽ
2 tit gl. in c. 1. de capel. monach. in 6. vb. † etiã si fuisset cõ-
cessum, tale beneficium ad vitam, dicebatur, quòd Mo-
dernus Abbas non teneretur stare concessioni, iuxt. gl.
in c. vlt. ne prælat. in vers. tertio. Quod etiam dicebatur
suaderi ex multis clausulis in dicta collatione appositis,
liberè, & simpliciter de beneficijs: ex quo videbatur se-
qui, quod nullum haberet ius, ex quo spoliatus deberet
restitui; Domini tamen fuere in contrarium, quia ver-
bis expressis collationis factæ, tam Carolo, quam Petro
nouiter prouiso, qui spoliauerat, euidenter apparebat, ꝙ
erat collata in vltimum beneficiatũ, & propterea ex ad-
uerso allegata erant etiam extra propositum. Nam in e-
3 uentum vacationis conferebatur, † & quantumcumq;
essent aliquæ clausulæ insolitæ, hoc tamen non immu-
tabat naturã beneficij; quia collatio erat notata a Nota
rio minus practico collationem, & ita nemine discrepã-
te fuit resolutum.

DECISIO CLXXVIII.

Salamantina Abbatiæ, 4. Maij 1548.

S V M M A R I V M.

1 *Antiquo possessore habente possessionem ante litem motam, & parte aduersa possidente tempore litis pendentia, an possessionem, quam pro nunc habere dicitur ille antiquus possessor, attentatam liceat appellare.*

EAdem die in caussa Salamantina Abbatiæ, dubita-
1 ui, † *stante possessione antiqua Didaci ante litem, nec
non possessione D. Francisci, & Alphonsi durante lite prout
in actis, vtrum possessio, quam nunc etiam habet Didacus
potuit dici attentata?* Et propter defectum temporis non
fuit nec propositum, nec notatum.

DECISIO CLXXIX.

Fulginatensis Prioratus,
4. Maij 1548.

S V M M A R I A.

1 *Prætextu solius supplicationis gratiæ, si neutri, a parte producta,*

producta, vtrum articulantes mere obiectiue veniant admittendi, stante eo, quòd datum fuerit de regula de nō iudicando.

2 *Suspicio sola suborta de articulis productis in gratia, si neutri, quòd non sint merè obiectiui, non admittitur pars aduersa ad eorum probationem, nisi post factam litterarum expeditionem.*

3 *Comperto de non competentia iuris vtrique parti de beneficio litiganti, nihilominus gratia si neutri canonizatur, ac possessor pro tunc restat in possessione, saltem prætensa vel attentata, siue aliquo titulo.*

Contrarium istius, & limitationem vide numero immediatè subsequenti.

EAdem die in caussa Fulginatensis Prioratus, dubi-
1 tauit, *an † solius supplicationis gratia, si neutri, prætex-
tu per Petrum Paulum producta, admitti debeant articu-
lantes merè obiectiuè, præsertim cum sit datum de regula,
de non iudicando, iuxta formam supplicationis, & littera-
rum, & ista gratia sit impetrata post reiterationem termi-
ni?* Quæ secunda pars dubij cessauit, quia fuit produ-
cta alia gratia, si neutri, multo tempore ante impetrata.
Fuerat enim dictum in præcedenti, quòd articuli non
2 poterant dici merè obiectiui stante gratia, si neutri. † Et
quia sola suspicio erat producta, dicebatur, quòd aduer-
sarius non debebat admitti ad probandos articulos, nisi
litteris expeditis: quia erat necessarium cognoscere, an
3 gratia si neutri intraret, vel non: quia † si ius neutri cō-
peteret, & postquam esset discussum, nec etiam Petro
Paulo ius competeret erat necessarium canonizare gra-
tiam, si neutri, ac staret in possessione beneficij sine titu-
4 lo, tamen dixere † Domini contrarium, quod ex quo
iste non petebat gratiam suam canonizari, sed illam tan
tum ad hūc effectum producebat, ne articuli tanquam
merè obiectiui reijcerentur, quòd non erat necessarium
litteras expedire, sed sufficiebat supplicatio, quòd si nū-
quam peteret gratiam, si neutri, canonizari, tunc expe-
diret litteras.

DECISIO CLXXX.

Vicentini matrimonij, 4. Maij 1548.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio testium facta in partibus, de mala vita, & fama mulieris, non eliditur per deponentes mulieres de contraria pro muliere, de qua agitur, cum facilè decipi, vt feminæ potuerint, & factum ignorare.*

EAdem die in caussa Vicētini matrimonij legi testes
aliàs examinatos in partibus super mala & bona fa
ma Lucretiæ, & antequam perfecissem lecturam oium
1 de mala fama † deponentium, Dñi habuerūt pro proba
ta mala fama nō obstante, quòd quattuor mulieres exa-
minatæ pro parte Lucretiæ, deponerent de bona & ho-
nesta vita & conuersatione, quia stante simul, quòd ma
lè & inhonestè vixerit, & tamen illæ mulieres in eius fa-
uorem examinatæ hoc ignorarent, & deponerent ritè
de eius bona vita.

DECISIO CLXXXI.

Larinensis Præpositutæ, 14. Ianuarij 1549.

SVMMARIA.

1 *Prouisio de beneficio, numquam recognita, inducit titulum coloratum, & impedit restitutionem in integrum.*

2 *Prouisionis facta de beneficio manifesta confessio, facit notarium titulum, & restitutionem promouet, prouisione facta ex longo decursu annorum.*

DIe 14. Ianuarij in caussa Larinensis Præpositutę, in
qua agebatur spolio per Carolum, & † pro colorā
1 do titulum produxerat prouisionem suam, quæ nūquā
fuerat recognita. Vnde dicebatur, quòd non debebat re
stitui: quia tamē aduersarius narrauerat sibi prouisum
2 per prouisionem Caroli, dixere Domini, quòd † ex ista
confessione satis constabat de titulo, ad effectum vt pos-
set restitui, maximè, quia sibi prouisum fuerat iam per
50. annos ante motam litem. Vnde satis difficilè erat co
gnoscere hic in Vrbe, prouisionem suam factam alio
tempore in ciuitate Neapolitana.

DECISIO CLXXXII.

Parmensis iurisdictionis Villarum, 18. Ianu.

SVMMARIA.

1 *Caussa litigiosa iurisdictionis, in qua processum fuit per contradictas, an appellabilis sit, & in ea lapsa dicantur fatalia, stante pronunciatione super spolio facta, a qua fuit appellatum, & omnibus iuridicis actibus cum inhibitione, & 14. annorum decursu intrauenientibus.*

2 *Lapsus annorum quattuor & decem, & vltra, concurrente appellationis desertione, ex quo infra annum caussa non est expedita, non constito de legitimo impedimento, præsupponit lapsum fatalium.*

Rotale tamen tribunal de stylo obseruat contra iura vulgaria, biennium concedi antequam fatalia labantur, num. seq.

4 *Terra mediatè subiecta Ecclesiæ Romanæ, prout sunt ciuitates Parma & Placentina, non admittunt Aegidianam constitutionem vetantem in possessorio appellationem.*

5 *Aegidiana, vt locum habere possit, & tempus cœpti iudicij, & latæ pariter sententiæ venit considerandum, ipsiusq; tandem extensio constitutionis, ad loca Ecclesiæ Romanæ mediatè subiecta.*

6 *Statutum Parmæ & Placentiæ, vetat appellari in casibus in quibus & ius commune adimit commodum appellandi.*

7 *Canones, qui in terris Ecclesiæ pro lege seruantur, etiam appellationem in possessorio admittunt contra constitut. Aegidianam.*

8 *Loci statuta, in quo est controuersia in ordinarijs, veniunt seruanda.*

DIe 18. eiusdem in vna Parmensi iurisdictionis Vil-
1 larum, † in qua procedebatur per contradictas du
bitauit, *vtrum caussa esset appellabilis.* Et posito, quòd
sic, *an essent lapsa fatalia?* Fuerat enim per D. Fabium
pronunciatum super spolio, a quo fuerat appellatum,
& caussa appellationis commissa, citata parte ad dicen-
dum contra commissionem, & videndum inhiberi, &
2 fuerat inhibitū. Postmodum † erant lapsi 14. anni, &
vltra. Vnde dicebantur esse lapsa fatalia, & appellatio-
nem desertam, ex quo infra annum caussa non erat ex-
pedita, nec de aliquo impedimento constabat iur. vul-
3 gar. Domini † tamen dixerunt cōtrarium, ex quo de sty-
lo Rotæ semper datur biennium, quando aliquis post
commissam caussam factum est, vt dicit Fab. dub. 37.
caussa 27. Cassad. dec. cit. fin. de appell. fuerat ante factū
alio, ꝙ vt supra, & sic remansit resoluta prima pars du-
4 bij. Dixerunt etiam caussam esse appellabilem † non ob-
stante Aegidiana, quàm per Rotam erat iā declaratum
non habere locum in terris mediatè subiectis Ecclesiæ,
prout erant ciuitates Parmæ & Placentiæ, inter quas li-
tigabatur post mutationem status, postquam fuerat in
caussa pronunciatum. Vnde attento tempore sententiæ
5 Aegidiana † locum non poterat habere. Si autem atten
deremus tempus cœpti iudicij, quo tempore illæ ciuita-
tes erant mediatè subiectæ, adhuc Aegidiana non pote-
rat locum habere, quia tunc temporis non erat extensa
ad omnia loca mediatè subiecta Ecclesiæ, prout hodie
per Paulum III. sed tamen habebat locum in mobi-
6 lib. Et licet essent producta statuta Parmę, † & Placen-
tiæ, quæ prohibebant appellationē in casibus in quibus
de iure ciuili non erat licitum appellare, vt est casus ne-
stet. Dixerūt Domini, quòd ex quo hic articulus in caus-
sa sit appellabilis, nec respicit ordinatoria, prout p Aret.
in c. pro clericis, de foro compet. in c. vt debitus, de ap-
pel. tradit Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ, num. 43. de con-
stit. Debent attendi statuta, & iura loci, in quibus iudi-
7 cium fertitur. Vnde † ius Canonicū, quod fertur in ter-
ris Ecclesiæ, & permittit appellationem etiam in posses-

sorio

sorio: tamen illa ratio mihi non fuit visa concludens,
8 quia si debent seruari † in ordinarijs statuta loci, in quo
fit iudicium, ergo Aegidiana intrat, quæ prohibet appel
lationem, & habet locum, & etiam seruatur hic Romę:
tamen quia in caussa non erat contradictor, poterat pro
nunciari secundo ex eisdem, & confirmari prima sen-
tentia, quæ nulla probatione suspensa transiuit in rem
iudicatam, & omnino sine difficultate Parmenses habe
bant intentionem, cum in eorum fauorem prima sen-
tentia fuerit lata.

DECISIO CLXXXIII.

Abricensis pensionis, 8. Ianuarij 1549.

SVMMARIA.

1 *Commissione subsistente, de qua in articulis, an veniant testes examinandi.*

2 *Pensio Cardinali reseruata, existente in possessione percipiendi viuente prædecessore istius cui collatum est beneficium, super quo fuit facta reserua, an ob id nulla dici possit, quòd Regius non interuenerit consensus, & ob id solutio possit denegari.*

3 *Commissione obtenta ab vna partium, vt sine retardatione pensionis procedatur, si intercedat appellatio aduersarij caussa nullitatis sententiæ & pensionis, an super vtroque membro veniat pronunciandum.*

4 *Nullitatis caussa sententiæ, & pensionis commissa, aufertur clausula a iudice priori in cõmissione apposita, quod procedatur sine retardatione solutionis pensionis, cum alia, quæ dicebat procedendum sine præiudicio legitimæ executionis.*

5 *Commissio secunda appellationis non habens præinsertam primam, quæ continebat clausulam sine retardatione pensionis, non impedit eius vigorem, ita vt solum de sententiæ nullitate non pensionis veniat decernendum.*

6 *Litigio pendente de solutione pensionis facienda a parte, & super eius nullitate, testes super ea nullitate examinari non possunt, nisi prius ea pensione, quæ retardatur istius prætextu nullitatis, & in controuersia posita est, ex toto pensionario, qui ante possiderat, & fructus pensionis ab antecessore perceperat, dissoluta.*

IN caussa Abricensis pensionis inter Cardinalem del
1 Carpo, & Cardinalem de Anibalis, dubitaui, † *vtrũ
testes sint examinandi stante commissione, de qua vlti-
mo loco in articulis?* Litigabatur, *an ista pensio inter Car
2 dinales, quæ fuerat Cardinali † del Carpo reseruata, &
fuerat in possessione percipiendi viuente prædecessore ad-
uersarij sui, qui semper renuebat illam soluere, prætendens illam nulliter reseruatam, ex quo sine consensu Regis
Franciæ fuerat data, stantibus concordatis?* Et cum caus-
sa penderet coram D. Antonio Augustino Carpen. ob-
3 tinuerat † commissionem, vt in caussa ista procederetur
sine retardatione pensionis, vigore cuius Auditor decla
rauerat contra Cardin. de Anibalis, ex qua declaratio-
ne fuerat appellatum, & petitum caussam appellatio-
nis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum, tam sen-
tẽtiæ, quàm pensionis committi Cardinalibus, & signa-
tura fecerat secundam partem dubij, in qua dicebatur,
vel si magis placet, caussa appellationis, nullitatis, & at-
tentatorum committatur alicui alteri ex Dominis Au-
ditoribus Rotę, cum clausula sine præiudicio legitimæ
executionis, & Papa signauerat, placet, de secunda par-
te: vnde dicebat appellans, ex quo petitum est in cõmis-
sione committi caussam nedum nullitatis, sed etiam
pensionis. Signatura, quæ resecerat secundam partem,
4 & † commiserat caussam nullitatis, debet intelligi, tam
de sententia, quàm de pensione, quo stante, videtur sub-
lata, clausula, quæ erat in cõmissione coram præfato Au
ditore, quod procederetur sine retardatione solutionis
pensionis: & d. noua clausula, quòd procederetur sine
præiudicio legitimæ executionis, quia in casu nostro
non poterat dici legitima executio, cum prætendeba-
tur nulla pensio. Et ad hoc tendebat examen testium,
5 de quo dubitabatur, & pro hoc faciebat, † quia licet
non esset præinserta commissio prima, quæ dabat sine
retardatione, erat tamen ista secunda commissio appel-
lationis narrata ad longum. Tamen Domini bene con-
siderata, vt supra commissione, & lecta, & relecta, fuere
pro maiori parte in contraria opinione, quòd solum es-
set concessa caussa nullitatis sententiæ, sicuti caussa ap-
pellationis a sententia. Et quòd nullo pacto fuerat in-
tentio signaturæ velle committere caussam nullitatis
pensionis, quod arguebat ex verbis illius secundæ par-
tis. Quo stante, remanebat adhuc clausula sine retarda-
tione executionis, de qua in prima commissione. Nec
6 poterat † procedi ad aliquod examen testium respiciẽs
nullitatem pensionis, ante solutionem, & illa commis-
sio secunda stabat sine præiudicio legitimę executionis,
& vt cognosceretur de iniustitia sententiæ, & eius nul-
litate, sine retardatione legitimæ executionis.

DECISIO CLXXXIV.

Vicentini Matrimonij, 18. Ianuar. 1549.

SVMMARIA.

1 *Probationes facta a tertio super mala fama mulieris prætendentis alimenta in bonis defuncti contra hæredem mariti, an prosint ipsi hæredi, ita vt ad petita alimenta præstanda non obligetur.*

2 *Aduersarij mulieris alimenta in bonis coniugis demortui sibi exhiberi postulantis, non sufficienter probata mala vita & fama dictæ mulieris, si vlterius se probaturos nõ adhuc probata plenè polliceantur, an sint audiendi, & interim alimenta petita ex parte mulieris suspendi, vel concedi debeant, fuit dictum alimenta deberi etiam factis probationibus, stante eo, quòd super illis non fuerit iudicatum.*

3 *Pronunciatum, si nondum sit in fauorem partis prætendentis de nullitate alimentorum, quæ petuntur, probationibus notorijs non existentibus, interim alimenta mulieri non sunt deneganda.*

4 *Iudicatum si sit natum filium ex defuncto, & muliere petente alimenta instituto alio herede non nominatim exhæredato, nec instituto puero secundum regulas iuris, testamentum est nullum, nec dicitur hæres, qui est in tali vltima voluntate institutus, & licet prætendat de iure posse testamentum sustineri, interim illa stante probatione, alimenta mulieri debent præstari.*

EAdem die in caussa Vicentini matrimonij, dubi-
1 taui, † *an probationes super mala fama Lucretiæ fa-
cta per Dominum Marcum in caussa matrimonij, prodes-
sent Domino Antonio Nicolao ad excludendam Domi-
nam Lucretiam ab alimentis, quæ prætendebat in bonis
mariti.* Et positio, quòd non, numquid probaretur ma-
2 la vita eius. Nam † dicebant aduersarij Lucretiæ, quòd
si non erat sufficienter probatum, volebant probare. Et
licet multa dicerentur hincinde in informationib. tamẽ
Domini vna ratione fuerunt moti ad dicendum, quòd
alimenta deberẽtur D. Lucretiæ: quia licet illę probatio
nes essent factæ, tamen super illis non erat iudicatum:
3 & † ideo antequam pronunciarent esse verum illud,
quòd prætendebant, probationes illę non faciebant no-
torium. Allegabatur cons. Feder. de Sen. 126. & pote-
rat Lucretia contrariũ allegare. Vnde illi interim non
poterant denegari alimenta, eò maximè, quia licet An-
tonius Nicolaus esset institutus a Marco, propter quod
prætendebat sibi tamquam hæredi prodesse probatio-
4 nes factas per Marcum, † tamen ex quo erat iudicatum
ex Lucretia, & Marco natum filium, qui in testamento
non erat institutus, nec nominatim exheredatus, secun-
dum regulas iuris, testamentum non valebat, & Anton.
Nicolaus non erat hæres. Et licet prætenderet testamen
tum de iure posse sustineri: tamen dixere Domini,
quòd ista interim alimenta Lucretię denegari non de-
bebant.

D E.

DECISIO CLXXXV.

Spoletana Siluestr. 23. Iannarij 1549.

SVMMARIA.

1 *Beneficij verum valorem non exprimens, an veniat excusandus a regula Cancellaria, & pœna in ea contentis de non exprimente verum valorem, &c.*

2 *Excusatio de non expresso legitimo beneficij valore, ex stylo Rotali trium concurrentium conditionum requirit, expressionem, scilicet prædecessorum beneficij fructibus quondam fruentium, tum arrendamenta, quibus cuncta debet asse publica vox, & fama.*

3 *Libri annatarum, & perceptionis fructuum beneficij controuersi variantes in quantitate, fidem plenam non faciunt valoris beneficij ad amussim, stante, quòd decursus annorum multiplex sit, & diuturnus, cum pro temporum qualitate, varietateque etiam fructuum quantitas, & redituum alterari, vel ad minus, vel ad maius facilè possit.*

4 *Prelatus non exprimens verum valorem beneficij, si alleget detrahendam pensionem antiquam, & sic posse constare de vero valore, hoc dicto nil releuat, cum veniant tali casu consideranda onera perpetua, quæ deduci possunt, non ad tempus apposita.*

5 *Valor beneficii non solum exprimi ratione annatæ, quia tunc pensio deducitur, sed ratione totius connumerata ipsa pensione, ad hoc, vt Papam qualitas beneficii, quod confert, latere non possit, idque etiam habito respectu personæ, cui confertur.*

DIe 23. eiusdem in caussa Spoletana Siluestrin. dubi
1 taui, † *vtrum ex deductis veniret excusandus Episcopus regula de non exprimendo vero valore?* Prætendebatur enim per aduersarium Episcopi, quòd expresserat beneficium esse 120. quod erat falsum expressè, quia beneficium valebat, vt ex aduerso dicebatur 220. Episcopus excusabat se expressione aduersarij, qui multas gratias expectauerat, & semper variauerat, ex in prima expressione 120. Sed dixere, hoc non sufficere,
2 quòd † Rota solita est tenere, quòd tria requiruntur ad hoc, vt quis se excuset. Primum expressio prædecessorum, secundum arrendamenta, tertium publica vox & fama: Vnde non debebat sufficere expressio aduersarij tantum, & narratio, quia tenebatur indicare valorem, non ita propterea exprimere falsum. Secundò videba-
3 tur excusari, quia † in libris annatarum de annis 14. 77. 91. & sequ. pro istis beneficij erant solutæ annatæ, quæ numquam transierunt. 96. ducatos. Sed dixere Domini hoc non sufficere, quia a tãto tempore poterat creuisse valor beneficij, & nunc probaretur, propterea licet aliàs taxa beneficiorum, de qua in Camera, & Cancellaria solent quandoque adduci ad excusandum tamen so-
4 lutio annatæ nil facit ad hoc. Vnde † tertio volebat excusari Episcopus, quia super vno ex illis beneficijs erat imposita antiqua pensio 100. ducatorum, quæ debebat detrahi, & ea detracta erat expressus verus valor. Et pro hoc adducebatur Belonzin. in tract. de cari. subsidio. quæst. 37. Et quòd dicit Litig. per alios, quos allegat in trac. pensio. quæstio. 89. quod nec suffragari, dixere Domini, quia prima loquitur in onerib. perpetuis, quæ sunt super beneficijs, quia illa deducuntur, prout deducitur pẽsio: quantum ad hoc, vt ita pinguis annata non deberet solui, sed tantum deducta pensione: secus autem in expressione valoris, in supplicatione ad obtinendam gratiam, quia tunc pensio non deducitur, quia Papa non intendit ibi dare beneficium, nisi tanti valoris, vt dicit idemmet Belonzin. in d. q. 31. seu 37. in fine,
5 Nam † valor beneficij, nedum debebat exprimi respectu annatæ soluendæ, quia tunc pensio deducitur, sed etiam, vt Papa intelligat qualitatem beneficij, quod cõfert, habita etiam contemplatione personæ cui confertur, vt dicebat Sarn. in d. regul. de exprimendo vero valore, quæst. 3.

DECISIO CLXXXVI.

Arborensis Archipresbyteratus, 25. Ianuar. 1549.

SVMMARIA.

1 *Mandata de prouidendo, si expedita fuerunt ante vacationem beneficiorum, quorum controuersia est, vtrum transferat onus probandi in aduersarium.*

EAdem die in caussa Arborensis Archipresbyterat.
1 & beneficiorum dubitaui, † *vtrum ex istis constaret saltem taliter, quòd transferatur onus probandi in aduersarium, quod mandata de prouidendo fuerint expedita ante vacationem beneficiorum, de quibus agitur?* Et Domini altera tantum parte informante dixerunt, quòd ex deductis cõstaret saltẽ taliter, quòd & transfertur onus probandi in aduersarium. s. quod immo fuerit expedita ante vacationem, quia tamen punctus non caret difficultate, & non intellectis motiuis aduersæ partis, nõ bene potest iudicari: mãdarũt iterum proponi, vt res melius intelligi posset.

DECISIO CLXXXVII.

Parmensis villarum, 28. Ianuar. 1549.

SVMMARIA.

1 *Aegidiana constitutio, vtrum possit extendi ad iura ordinaria locorum, ita vt illorum vim reddat irritam.*

2 *Constitutio Aegidiana non est statutum vrbis Romæ, nisi per extensionem, quam Rota interpretata est, non extendi ad loca non immediatè subiecta Ecclesia Romana.*

DIe 28. eiusdem in caussa Parmensis Villarum, ite-
1 rum dubitaui, † *vtrum præsupposito quòd sumus in Ordinarijs Aegidiana locum habeat?* Et Domini fuerunt in eodem voto de quo supra, quod non: quia licet in ordinarijs seruentur statuta loci, in quibus iudicium agitatur, vt iuribus aliàs allegatis, tamen Aegidiana non est
2 statutum Vrbis Romæ † nisi per extensionem quam Rota interpretata est, & semper intelligit nõ habere locum in locis non immediatè subiectis Ecclesiæ, etiam quod in Vrbe Romæ tractarentur, & secundum statuta Vrbis venirent tractanda, prout super hoc Aegidiana ipsa expressè cauetur.

DECISIO CLXXXVIII.

In quadam Romana horti, 28. Ianuarij.

SVMMARIA.

1 *Communitas citata ad suscipiendum in se litem, & ad faciendum consentire in quantãcumque personam, quæ cũ sit obligatio facti, in quo succedit ad interesse, an possit in contumaciam condemnari.*

2 *Citatio non omnis debet nomine citationis notari, sed aliquando intimatio dicitur, & amittit nomen, & naturã citationis.*

3 *Citata vniuersitate si non adsit Massarius vel Vicarius, cũ plena potestate, citatio inualida est.*

EAdem die in caussa Romana horti pro Camillo de Rusticis, illo tamen informante dubitaui, *vtrũ cõmunitas Frani fuerat bene citata?* Et posito, quòd sic,
1 vtrum ex quo fuit ad suscipiendum in se litem citata, & ad faciendum consentire quamcumque personam, quæ cũ sit obligatio facti, in quo succedit obligatio ad interesse, possit in contumaciam inclinati interesse condemnari fuit petitum, nec liquidatum præsupposito in facto, quòd procederem, prout A. C. ad confessionem debiti, vigore obligationis in for. Cam. Et dixere Domini, quòd licet ex aduerso prætenderetur, hanc quam appel-
2 lant citationem, non † fuisse citationem, sed intimationem, tamen ex quo in intimationem, nedum sibi intimabatur lis, sed etiam, quòd veniret ad faciendum consentire quamcumque personam, iuxta formam obligationis, quòd ista intimatio facta, propter hoc vltimum constabat communitatem ad hoc faciẽdum, quod cum factum non fuit, poterat communitas examinari, non obstante, quod non constaret de aliquo alio interesse, etiam, quod non esset petitum sine liquidatione, li-
cet

cet pro parte Domin. Camilli prætenderetur, & verum esset interesse petitum esse, prout in commissione, quæ seruit loco libelli, & petitionis, Cassad. dec. 6. de rescrip.

3 Et hoc procedendo coram A, C. † Dixerunt tamen ad primam partem dubij, quod citatio seu intimatio non erat bene executa contra Communitatem ex pluribus caussis, quia Communitas non consistit in 13. personis, quæ tantum fuere præsentes huic intimationi, tum quia Vicarius & Massarij requisiti à cursore, vt congregarent vniuersitatem, non constabat, quod essent tales, quales esse asseruerunt, nec quòd haberent hanc facultatem ad lites.

DECISIO CLXXXIX.

Tullensis Met. matrimonij, 28. Ianuarij 1549.

SVMMARIA.

1 *Deposito vnius testis de visu, & alterius de auditu, cui iungatur assertio viri religiosi de contracto inter duos matrimonio, an id ipsum sit sufficienter per talium depositionem comprobatum.*

2 *Testis semel alias in pari caussa examinatus, si nunc iterum deponat, & aduersa pars illum de pugnantia notet, hoc non obstante, si a iudice habeatur pro teste omni exceptione maiore probantis ipsius depositiones.*

3 *Testis etiam religiosus sponte deponens non citata parte aduersa, non probat posito etiam, quòd non iuratus sit, & extraiudicialiter deponat.*

EAdem die in caussa Tullen. Met. matrimonij, dubi-
1 taui, † *vtrum ex Domini Thomasini primi testis examinati in remissoria deponente de visu, cum alio secundo teste deponente de auditu, iuncto dicto fratris Petri probaretur matrimonium fuisse contractum inter Philippum,*
2 *& Iaannettam?* Et † licet multa dicerentur ex aduerso contra personam testis Thomasini, & quòd esset contrarius sibijpsi, fuerat enim aliàs in hac eadem caussa examinatus, & [illegible] contra D. Fratrem Petrum, tamen dixere hæc omnia pro nunc reijcienda, & præsupponendum, personis esse omni exceptione maiores, & legi dictorum duorum testium dicta, & etiam Fratris Petri. Et visum fuit Dominis, & bene, hanc non esse plenam probationem, quia erat tantum vnus testis
3 de visu. † Et dictum Fratris Petri non poterat seruire pro alio teste, ex quo sponte deposuerat non citata parte aduersa, nec iuratus, & extraiudicialiter, iuxta textum in l. iurand. C. de testibus, & in cap. tuis, eodem tit.

DECISIO CXC.

Placentina Canonicatus & præbendæ. 1. Ianuarij 1549.

SVMMARIA.

1 *Tituli duo commendæ. vnus ab Ordinario collatus, & prouisio noua, non tamen faciunt titulum coloratum in casu spolij.*

2 *Commenda temporalis, scilicet ad sex menses si data sit, potest Ordinarius ad beneplacitum eam auferre, & alij de ea prouidere, secus in perpetua.*

3 *Noua prouisio præsupposito, quòd non sit subreptitia, dat titulum coloratum, & facit spoliatum restitui posse.*

DIe primo Ianuarij, in caussa Placentina Canonicatus, & præbendæ, dubitaui, *vtrum possessio Antonij sit colorata, & restituibilis.* Antonius de choro prætendebat se spoliatum, & probabantur extrema. Sed op-
1 ponebatur, † quòd non habebat titulum coloratum, licet duos haberet, scilicet commendam ab Ordinario, & nouam prouisionem appel. Sed contra commẽdam
2 opponebantur, & multa, & prætendebatur, quòd † ex quo Commenda erat ad sex menses, & interim ad beneplacitum, quòd posset Episcopus Commenda illum spoliare, & possessionem Antonij restituibilem facere.
3 Sed dixere Domini † nouam prouisionem tollere omnem difficultatem, quia illa dabat titulum coloratum, licet prætenderetur illam esse subreptitiam, quia de hoc tangebat petitorium, & tũc cognosceretur, an esset subreptitia, vel non. Præsupposito tamen in facto, quòd fuisset impetrata ante spolium cum illam ante illud tẽpus ratam, & gratam habuisset Antonius.

DECISIO CXCI.

Gebennensis Scholastriæ, 1. Ianu. 1549.

SVMMARIA.

1 *Prætensum vbi fuerit, sententiam in rem iudicatam transisse, ex iurisdictionis defectu, an nulla dici possit, ita vt sint relaxanda executoriales.*

2 *Specialis commissionis vigore, si alteri iudici fiat caussa controuersa cõmissio, & terminus præfigatur de docendo prioris iudicis sententiam esse nullam, si is terminus labatur sine eo, quòd nullitas probetur, potest secundus iudex priorem sententiam aut ratificare, aut infringere.*

3 *Cursor præsentans commissionem iudici, si pars illa non vsa fuerit ad dicendum contra, inhibendo, nec citando, nec super prioris sententia nullitate pronunciet iudex, quæ fiunt, aut facta sunt, inualida existunt.*

4 *Iudex nouus, & caussa noua, præsumi, an possit, cui ante alia, & tertia vice committuntur discutienda, & ideo termini ante præfixi veniant considerandi.*

EAdem die in caussa Gebennensis Scholastriæ fuit
1 dubitatum, † *vtrum sententia, quæ prætenditur trãsiuisse in rem iudicatam, sit nulla ex defectu iurisdictionis, & sint relaxandæ executoriales?* Ioan. Paul. tulerat sententiam in fauorem Io. Solano, contra Dominicum, a qua fuerat appellatum, & de nullitate dictum, & caussa cõ-
2 missa Do. Prospero, coram † quo vigore specialis commissionis fuerat præfixus terminus ad dicendum de nullitate ipsi Dominico, quo elapso, & non docto, procedere deberet ad confirmationem vel infirmationem sententiæ Io. Pauli. Et in termino nil fuerat dictum, postmodum per Ioan. Solano fuerat præsentata alia commissio, in qua dabatur iurisdictio procedendi ad confirmationem vel infirmationem alterius sentẽtiæ latæ super hoc beneficio per Dominum Veraldum, missa sententia Io. Pauli, postquam fuerat præsentata per Dominicum alia commissio, cum præinsertione præcedentis, in qua petebat, quòd prius super nullitate sententiæ Ioann. Pauli procederetur, vel simul, & semel, prout iuris fuisset,
3 † quæ commissio tantum iudici erat per cursorem præsentata, nec pars illa, vsa fuerat, inhibendo, nec citando, ad dicendum contra. Prætendebatur sententia Domini Prosperi nulla, quia super nullitate non pronunciauerat, iuxta primam commissionem, & vltimam. Sed respondebatur pro Ioan. Solano, quod per processum ad vlteriora satis erat pronunciatum, postquam fuerat præfixus terminus, & nil in eo edoctum de nullitate. Et licet diceretur, quòd illud procederet, antequam posset procedi ad confirmationem sententiæ Veraldi,
4 † tamquam esset noua caussa, & nouus iudex, coram quo illa præfixio termini non erat in consideratione. Immo Domini dixere contrarium, quia immo erat iudex, & coram quo remiserat caussam nullitatis, & canonizationem iuris super ista Scholastria, nec debebat haberi in consideratione vltima commissio, postquam pars illa vsa non erat. Et licet esset vsa, tamen de iure erat, quod possit talis sententia ferri, cum stante commissione præfixionis termini, tacitè & super nullitate videbatur pronunciari caussa restituendi, prout quotidie facimus.

DECISIO CXCII.

Fulginatensis Prioratus, 4. Ianuar. 1549.

SVMMARIA.

1 *Papæ declaratio super accolytatu alicuius, & familiaritate domestica suæ personæ, & Vicecancellarii, vtrum alterius iuri quæsito obsistere possit.*

2 *Subreptitia gratia, vtrum dici possit ex eo, quòd in ea mentio facta non sit de accolytatu eius, per cuius obitum*

tum beneficium vacauerat, stante, quòd Papa lite pendente declararit suæ intentionis fuisse, conferre petenti beneficium, posito, quòd defunctus fuerit accolytus.

3 *Regula de non tollendo iure quæsito, an Papæ declarationem & beneficij collationem eneruare possit, & an etiam ad reseruationes, tam speciales, quàm generales extendatur.*

1 DIe 4. in caussa Fulginaten. Prioratus † dubitaui, an
declaratio D.N. Papæ super accolytatu, & famil.
Alexan. vel tamquam lite pendente facta, vel tamquam
2 tollat ius quæsitum Vincentij? Opponebatur † contra
gratiam Alexādri de Elmis, quod esset subreptitia, quia
in ea non erat facta mentio, quod ille, per cuius obitum
vacauerat, esset accolytus, & Papa lite pendente decla-
rauerat intentionis suæ fuisse, dare sibi beneficium. Esto,
quòd mortuus fuisset accolytus & erat datum de Regu
la de non tollendo iure quæsito: Vnde dubitabatur, an
ista declaratio valeret non obstante d. Regula & lite. Et
ex quo erat prouisum de hoc beneficio vacanti in Cu-
3 ria, & in corpore supplicationis † dicebatur, quòd debe-
batur sibi istud beneficium, etiam si specialiter vel gene
raliter, quacumque etiam reseruatione reseruatum es-
set, vltra, quod in clausulis etiam erat clausula quacum
que reseruatione, quod ista verba poterant habere ali-
quam dubitationem, an reseruatio ratione accolytatus
veniret, Papa hoc dubium declarando, tamquam vera
vis verborum, quæ declarat, nō dicebat tollere ius quæ-
situm, iuxta declarationem Pauli Castrensis cons. 339.
primo volumine, cum multis allegatis per Samensem
in dicta regula, de non tollendo iure quæsito, q. 23. Su-
per familiaritate autem, quia erat maius dubium, dixe-
runt Domini, quod iterum, & melius informaretur.

DECISIO CXCIII.

Arborensis Canonicatus, & Præbendæ.

SVMMARIA.

1 *Beneficium an acceptari post factam prouisionem possit, antequam instrumenta, & litteræ super eo fuerint expedita.*

2 *Data litterarum, si contineat mandata de prouidendo quibusdam cum clausula, quòd possint acceptare litteras, litteris non expeditis, & in diœcesi per eos eligenda, non nominata diœcesi, an acceptatio sit valida habenda.*

3 *Actori semper incumbit onus probandi nominationem diœcesis factam post prouisionem, quando illa nominatio præiudicaret prouiso etiam Apostolico.*

4 *Supplicatio, si non incontinenti ad registrum mittatur, cum de stylo Curiæ sit, breuia non conferri, nisi registrata supplicatione, incertitudinem parit ratione nominationis diœcesis, de qua in hac caussa.*

5 *Actor habens gratiam cum certa data apposita, si gratia aduersæ partis habeat incertam, præsumitur actoris anterior, idque ratione certitudinis.*

6 *Acceptationes beneficiorum vacantium ex consuetudine Curiæ, solent fieri in genere non expressis nec diœcesi, nec nominibus beneficiorum, quæ postmodum etiam post decem annorum decursum deduci possunt ad speciem, & Notarij dant etiam instrumentum in specie.*

7 *Instrumentum acceptationis, in quo mandatarius acceptat beneficia vacantia & vacatura in diœcesibus nominatis, an sint authentica, ita, vt prosint acceptanti.*

8 *Prouisio noua habens datam posteriorem, non nocet ob id anteà prouiso.*

EAdem die in caussa Arborensis Canonicatus, & præ-
bendæ, dubitaui, præsupposito pro nunc, quòd Cano
1 nicatus, † & præbendæ, de quibus agitur, potuissent ac-
ceptari litteris non expeditis, & etiam pro nunc sine præ
iudicio veritatis, quod non detur de iure tertij, vtrum
stante noua prouisione, & instrumentis acceptationis,
constet nominatim fuisse factam post propositionem
Hieronym. Signorini saltem ad effectum transferendi
onus probandi in reum & possessorem? Erant enim da-
2 ta † mandata de prouidendo quibusdam cum clausula
in supplicatione, quod possent acceptare litteris non ex-
peditis, & in diœcesibus per eos eligendis, nec alicubi
constabat, quòd nominasset diœcesim, nisi in breui ex-
pedito super gratia, quòd erat expediendum sub ea da-
ta, sub qua, vt dixi, diœceses non erant expressæ. Vnde
dicebatur, quòd dolosè isti mandatarij, vt expiscarent
pinguiora beneficia, expectauerant vacationem benefi-
ciorum, & tunc expediuerat breuia sua, in quibus diœ-
ceses expresserant in fraudem Hieronymi Signorini, qui
cesserat in Hieronymum Zapatam prouisum Apostoli-
3 cum. † Et quia Zapata erat actor, dicebatur illi incum-
bere onus probandi nominationem diœcesium factam
post prouisionem Hieronymi, qui ex quo erat actor, &
reus, habebat intentionem suam fundatam ex nomina-
tione facta ex breui sub data multo anteriori, ex quo
breuia erant producta non abolita, nec cancellata, vt
inquit Dec. consil. 175. num. 6. per id, quod de bulla Pa-
pæ dicit Cin. in l. præscriptionem, colum. fin. versic. item
quæro, C. si contra ius vel vtil. publ. prout actor dicebat
se probasse, quod si non sufficeret ad plenam probatio-
nem, sufficiebat saltem ad transferendum onus proban-
di in aduersarium: constabat enim diœceses non fuis-
4 se nominatas in supplicatione. † Item, quòd supplicatio
non erat missa ad registrum, nisi post mensem, & erat
probatum de stylo esse, quod breuia non confereban-
tur, nisi registrata supplicatione. Vnde inferebatur ex
hoc, quod nominatio diœcesium facta in breui, non
poterat esse facta tempore datæ appositæ in breui, sed
multo post, scilicet post registrationem supplicationis,
vnde remanebat incertum, quando istæ diœceses essent
5 nominatæ. Quo stante † actor dicebat, quòd gratia sua
habebat certam datam, incerta autem secundum veri-
tatem erat data gratiæ Aduersariæ, & nominatim. Vn-
de sequebatur, quòd certa data præsumitur anterior,
prout dicimus. Vnde gratia habens certam moram, &
præsumitur ante iur. Felinus in capitulo pastoralis, co-
lum. 3. de rescriptis, in capitulo sanè, de offic. delegat. Ia-
son. in l. 1. columna 2. ff. solut. matrimon. Et licet ex ad-
uerso diceretur, quòd ex instrumētis acceptationis con-
staret de nominatione ante vacationem beneficij, & an-
te prouisionem Signorini, tamen dicebatur non refer-
6 re, † quia acceptationes in Curia solent fieri in genere,
non expressis nec diœcesibus, nec nominibus benefi cio-
rum, quæ postmodum etiam post decem annos deduci
possunt ad speciem, & Notarij dant instrumentum in
7 specie. † Producebatur etiam quoddam instrumentum
acceptationis, in quo acceptauerat quidam ex his man-
datarijs beneficia vacantia, & vacatura in diœcesi Arbo
rensi, & Calaguritana, & erat ista acceptatio in his diœ-
cesibus ante vacationem beneficiorum, & prouisionem
Signorini, & sic ex illo pretendebatur constare denomi-
natione diœcesis ante. Sed dixere Domini, quòd non re-
ferebat hoc, quia sicut coram illo notario nominatim
acceptauerant in illis diœcesibus, ita coram alio potuis-
sent acceptare in alijs, & coram alio in alijs, adeo quòd
fraus, de qua supra poterat fieri. Vnde necessarium e-
rat, quòd vel in litteris, de quarum data cōstaret, essent
nominatæ diœceses, vel coram Notario, & testibus ad
hoc adhibitis, & propterea ex parte rei dicebatur, quod
constabat de nominatione in litteris nouæ prouisionis,
8 & bonam istam esse nominationem dixere † Domini,
sed quia noua prouisio habebat datā post prouisionem
Signorini, ei non nocebat: Ex hac tamen noua proui-
sione tollebatur, quod dicebat actor, quod ex libro Mil-
leti expeditoris breuium volebat arguere, quòd certo
tempore in libro expressè diœceses erant nominatæ,
quia tunc temporis breuia istorum mandatoriorum di-
cebantur expressa, tamen, quia ex ista noua prouisione
multo

multo tempore antea expedita, apparebat diœceses nominatas ante expeditionem breuium annotatam in libro Milleti. Vnde dixere Domini, quod ad obuiandum fraudibus expectatione . , , , , iuxta c, sed & si eius tenore, de rescrip. debebat succumbere reus, si non probaret nominationem diœcesium factam ante vacationem beneficiorum, de quibus agebatur, vel saltē prouisionem Signorini, per quam illi erat ius quæsitum, quòd non debebat illis posse transferri per fraudulentam & malitiosam diœcesium nominationem.

DECISIO CXCIIII.

Conimbricensis Parochialis, 3. Februarij, 1549.

SVMMARIA.

1 *Supplicatio per partem oblata, continens beneficij prouisionem ad iuris sui ostensionem, vtrum absolutoriam extorquere possit.*

2 *Prouisio facta nominato vigore clausula generalis a Nuncio Apostolico in Portugallia, sub titulo, quod beneficium sit iuris patronatus, idque ad patroni præsentationem, si ostendat sibi ius competere idem nominatus, cui hæc prouisio facta est, & indebite se molestari a possessore, impeditur aduersa parti absolutoria concessio.*

3 *Euentualiter, & non effectiuè in supplici porrecto libello, vbi mentio facta fuerit de iure patronatus, non arguit confessionem factam, quod beneficium sit tale.*

DIe 3. Februarij, in caussa Conimbricēsis Parochialis de Sandono, dubitaui, an ex deductis possit da-
1 ri absolutoria † Petro Mercado? Petrus iste commiserat
caussam contra quosdam, omnesq; alios super iactatione, & molestatione, & produxerat supplicationem suæ
prouisionis, vt ostenderet se habere aliquod ius, & inde-
2 bitè molestari. Quidam † nominatus vigore clausulę generalis venerat ad caussam, & produxerat prouisionem sibi factam a Nuncio Portugalliæ de hac parochiali, tāquam existenti de iure patronatus ad præsentationem patroni. Et quia volebat ostendere se ius habere, & debitè molestare possessorem, & propter hoc possessori non posse dari absolutoriam; Replicabatur de iure patronatus non constare, nisi ex narratiua prouidentis, quæ non sufficiebat. Et licet diceretur ex aduerso, quòd etiam constabat ex confessione ipsiusmet, qui in supplicatio-
3 ne gratiæ suæ hoc videbatur fateri: † tamen dicebat Petrus, quod hoc non erat verum, quia non faciebat mentionem affirmatiuè, sed euentualiter hoc modo, & esset beneficium de iure patronatus, posset exprimi, & an esset præsentatus a maiori parte patronorum. Vnde dixerunt Domini, quod poterat dari absolutoria Petro, non obstante, quod aduersarius diceret, quòd licet prædicta non sufficerent pro plena probatione, sufficere tamen debebant, ne transferretur onus probandi in Petrum.

DECISIO CXCV.

Fulginatensis Prioratus, 3. Februarij, 1549.

SVMMARIA.

1 *Papa super familiaritate attestans tempore litis pendentia, iura iam tertio iam quæsitum eneruare possit.*

2 *Expressio falsi in narratiua, vel supplicatione facta, subreptitiam reddit supplicationem.*

3 *Papa ante factam prouisionem, si attestetur de familiaritate, & declararet eam non fictam, sed veram, non admittitur pars in contrarium aliquid adferre volens.*

4 *Papa per declaratiuam narrante aliquem fuisse, & esse verum familiarem, & de cetero habendum, reputandum, & iudicandum pro tali, intelligitur velle illum fuisse, & esse saltem ante tempus beneficij vacantis, de quo controuersia mouetur.*

5 *De cetero, clausula adiecta in declaratione Papali hoc modo, supplicantem fuisse & esse familiarem, & de cetero habendum, & iudicandum pro tali, non extenditur ad futura, sed ad præterita, cum hucusque fuerit vsque ad prouisionem talis, non quod in futurum erit familiaris talis stante incertitudine, & mobilitate eorum, quæ futura sunt.*

6 *Declarationi Papali de familiaritate supplicantis, vtrum regula de non tollendo iure quæsito derogare possit, & sic obesse parti aduersæ, stante, quòd lite pendente fuerit facta.*

7 *Declaratoria mera verborum dubiorum non infringitur lite pendente, per regulam de non tollendo iure quæsito.*

8 *Mera declaratoria a mera gratia differt.*

EAdem die in caussa Fulginatensis Prioratus, dubita-
1 ui, an † narratiua Papæ super familiaritate Alexandri, vel tamquam lite pendente facta, vel tamquam tol-
2 lens ius quæsitum iuuaretur? Aliàs † fuit oppositum cōtra gratiā Alexādri, quod esset subreptitia, & nulla propter falsam expressionem familiaritatis Vicecancellarij. Et licet fuisset resolutum, satis de familiaritate constare ex deductis, tamen pars aduersa volebat probare cōtrarium. Dicebat enim, se posse probare contrarium, quia
3 aliàs † Papa ante prouisionem factam Alexandro de hoc beneficio, per litteras suas declarauerat, hunc fuisse & esse verum familiarem, insistendo seruitijs Vicecancellarij, & ita pro vero, & non ficto familiari, tam tempore datarum litterarum, quam post, & de cetero a quibuscumq; iudicibus, & personis haberi, reputari, nominari, & iudicari debere, & propterea stante hac declaratione Papæ, non debere admitti ad probandum con-
4 trarium. † Respondetur, quòd licet Papa tunc temporis narrasset illum fuisse, & esse verum familiarem, & de cetero debere iudicari, & reputari, tamen hæc declaratio respiciebat tempus ante prouisionem beneficij, de quo
5 agebatur, & tempus ipsius declarationis factæ. Et † vel de cetero nō debebat intelligi, quod sic in futurum vellet illum esse familiarem, sed de cetero semper haberi, iudicari, & reputari tunc fuisse familiarem, insistendo seruitijs Vicecancellarij. Et propterea nouiter pendente ista lite, imò postquam cęperat de hoc dubitari, objiciebat appellans, quod declarauerat, quod tunc temporis, quando dixit de cetero, etiā voluit intelligere esse mentis suæ, quod esset etiam in futurum familiaris, & continuus commensalis suus, & Vicecancellarij, & quod ita
6 debebat iudicari. Sed † contra istam declarationem fuerat datum de regula de non tollendo iure quæsito, & quod ex quo lite pendente fuerat facta declaratio, non debebat obesse Paulo aduersario ipsius Alexandri. Sed
7 replicabatur, quod ista † erat mera declaratoria verborum dubiorum, quæ erant in mera declaratoria, ideò nec lis, nec regula obstabat, ad not. per Sarnens. in 13. quæst. super dicta Regula, vt in alio dubio huius caussæ pendēris dictum fuit. Sed Domini pro maiori parte sensere, quòd non esset mera declaratoria, & quod propterea obstaret & lis, & regula. Moti duabus rationibus. Primo, quia in prima declaratoria dixerat esse familiarem suum, insistendo seruitijs Vicecancellarij, id est, donec insisteret. Vnde, si volebat probare, quod insisteret, debebat admitti, & declaratoria, quæ Paulo confere-
8 bat, hoc tollebat sibi ius quæsitum. † Et non erat merè declaratoria, sed mera gratia, cui obstabat regula. Secunda ratio erat, quia illa verba per declarationem, & ita de cetero, a quibuscumque iudicibus, erant data, quod tunc voluit in futurum illum debere reputari & iudicari, fuisse familiarem tempore illius gratiæ. Vnde noua declaratio, quæ fiebat cum non esset mera declaratoria, sed noua gratia, faciens illum tunc familiarem, & declarans esse, & fuisse tam familiarem suum, quàm Cardinalis Vicecancellarij, cum in pri-

ma

o

ma tñ fuisset familiaris, non poterat Paulo præiudicare, obstante dicta regula de non tollendo iure quæsito.

DECISIO CXCVI.

Tullens. matrimonij, 10. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Matrimonij cõfirmandi caussa, quod in dubium vertitur, si testis amplè deponat, & quidem de visu, iteratoque examinatus, si in secũdo examine latius deponat, quàm antea, non ob id dicitur secum pugnare, ita, vt fides ipsius vacillare propterea dici possit.*

2 *Latius in secundo examine, quã in primo, si testis deponat, vbi tamen in secundo adducta, implicitè in primis adductis continentur, non dicitur a seipso testis dissidere.*

3 *Desponsationem factam ante missam per verba de futuro deponens testis in vno interrogatorio, in alio ante Euangelium per ea, quę de futuro sunt, cum parua sit temporis intercapedo, an ob id contrarius sibi dici testis debeat, ita, vt dictis ipsius veniat derogandum.*

4 *Religiosa persona, si affirmet vigore schedulæ desponsasse quosdam sine sollemnitate, deponẽte teste oblatas vtrique sponso bucellas panis vino intinctas, non ob id sibi aduersantur, cum sollemnitates istæ dati panis intincti non sint in consideratione, sed intelligatur de istis sollemnitatibus, quæ sponsoliis concomitari plerumq; solent, scilicet de triplici edicto, conuocatione amicorum, & consanguineorum ad nuptias, & similibus.*

DIe 10. eiusdem in caussa Tullens. Metens. matrimo-
1 nij, dubitaui, † *vtrum dictum Thomasini diminuatur ex aduerso deductis, vel eius fides integra remaneat?*
Hic testis deponebat de hoc matrimonio satis amplè, &
de visu, & quia fuerat bis examinatus, & latius in secun
do examine deponebat, quã in primo, dicebatur, ex ad-
uerso fidẽ eius propter hoc diminui, tamquam suborna-
tus primò deposuerat, ad tex. in l. eos, §. de falsa, & varia,
ff. testam. tamen lecto vtroq; dicto, visum fuit Dominis,
2 nil plus in secundo, quã in primo dicere, quia licet in se-
cundo latius dixisset, omnia implicitè in primo contine-
bantur. Id tamen fuit ponderatum ab aliquibus ex Do-
3 minis, quibus visum fuit diminuere eius fidem. Nam in
secundo examine prius in vno interrogatorio dixerat,
ante missam hos fuisse desponsatos per verba de futuro,
postea ante Euangelium erant per verba de præsenti, &
sic in eius dicto erat cõtrarietas. Sed maiori parti visum
fuit hoc debere haberi in consideratione, tamquam ad
rem ipsam, de qua agebatur, modicum referret. Aliud
etiam deponebatur contra hunc testem: nam opponebatur quondam fratrem Petrum hos desponsasse. Et ta-
4 men uidetur contrarium dictum ipsius testis. † Nam
frater Petrus in quadam sua schedula attestabatur hos
despõsasse sine aliqua sollemnitate, testis autem dicebat
in contrahendo hoc matrimonio fuisse datas vtriq; coniugi buccellas panis intinctas vino, quòd nullius considerationis videbatur. Et dixere Domini, quia frater videbatur intellexisse de sollẽnitate, quæ solet fieri proponendo edicta, & uacando ad nuptias consanguineos, & amicos, non autem excludit ceremoniam illam, quæ in actu desponsationis fuit facta de illo pane intincto uino.

DECISIO CXCVII.

Firmana hæreditatis, 10. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Constitutio prouinciæ non approbans statutum speciale alicuius Castri, facit illud non sortiri suum effectum, & hoc stante non debet obseruari.*

2 *Constitutio prouinciæ, si vetet seruari statutum speciale Castri sibi subiecti, debet intelligi de statuto, quod factum est contra libertatem Ecclesiasticam, & quietum statum prouinciæ ac ciuitatum, & ita de statutis pugnantibus cum iure & æquitate.*

3 *Constitutio prouinciæ si dicat, quòd omnia statuta, tam facta, quàm facienda, non valeant, nisi sint visa, cognita, & approbata per Rectorem prouinciæ, & vt instrumẽto publico constet de illa approbatione nullo excluso, omnia statuta comprehendit, tam iusta, quàm iniusta.*

EAdem die in caussa Firmana hæreditatis, dubita-
1 ui, † *vtrum statutum Castri valeat, & debeat obseruari non obstante constitutione Marchiæ ex aduerso producta?* Et Dñi dixere, quòd ex quo non constabat de ap-
probatione huius statuti, vt prædicta constitutio requi-
2 rit, ꝙ istud statutum non debebat obseruari. Et licet ex
aduerso prætenderetur hanc constitutionem non debere generaliter intelligi de omnibus statutis, sed tm̃ de statutis contra libertatem Ecclesiasticã, & quietum statum prouinciæ ac ciuitatum, ac de statutis iniustis etiam ratione pactionis factis, vt ex proœmio colligitur, ex quo debet elici ratio finalis, ad §. fi. de hæred. instit. tñ Domini lecto & perfecto tenore constitutionis, & bene considerata dispositione illius, omnes nemine discrepante di-
3 xerunt, illam debere intelligi de omnibus statutis. nã ex-
pressè dicit, quod omnia statuta, tam facta, quàm facienda, nil valeant, & nõ debeant obseruari, nisi sint illa primo visa, cognita, & inspecta, & expressè, & simpliciter approbata per Rectorẽ Prouinciæ, vel suos iudices, qui-
bus ipse duxerit cõmittendum de qua approbatione cõ-
stet per publicũ instrũm: Et verba, de quib. in perfectio- 1
ne, habuere Dñi pro caussa impulsiua, non autem finali.

DECISIO CXCVIII.

Salamantina Abbatiæ, 10. Febr. 1549.

EAdem die in caussa Salamantina Abbatiæ dubitaui, *vtrum a declaratoria exclusiuè, vsque ad brachium sæculare inclusiuè sit inualidè processum, ad instantiam Domini Francisci, præsupposito pro nunc sine veri præiudicio, validè processum antea?* Domini dixerunt, quòd sic, quæ tamen decisio huius dubij pendet a præcedente processu, scilicet a decreto executorialium vsq; ad declarationem, deinde vsque ad brachium sæculare, & vt ex præcedentibus apparet, patet aliàs de anno 1547. fuisse resolutum pro validitate processus, propterea decretũ fuit, vt darem dubium super toto processu, ideo non curaui hic annotari rationes, quibus hoc dubium resolutum fuit, cum omnia tunc decernerentur.

DECISIO CXCIX.

Giennensis Scholastriæ, 25. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata a iudice habente commissionem specialem, per quàm ei data fuit iurisdictio, valida est, non obstante, quòd de nullitate prioris non fuerit ab eo pronunciatum.*

2 *Præfixio termini facta parti, ad docendum de nullitate sententiæ, si terminus ab ea nõ fuerit seruatus, nec intra illum doctũ de nullitate, sibi vt imputet est necesse.*

3 *Conclusio commissionis, si hæc uerba contineat; caussam huiusmodi decidat, & terminet, an possit iudex huiusmodi caussam terminare, reijciendo nullitates, & non confirmando uel infirmando sententiam antea ab alio iudice latam.*

DIe vigesimaquinta Februarij in caussa Giennens.
Scholastriæ, dubitaui, *an per sententiam Domini Prosperi confirmatoriam sententiæ Rossanensis censeantur reiecta prætensa nullitates sententiæ, & processus Ioannis Pauli, stante commissione præfixionis termini, & an sententia Domini Prosperi subsistat, necne?* Idemmet dubium virtualiter fuit datũ, & decisum prima eiusdem,
1 vt supra, † quantum ad validitatem sententiæ Domini
Prosperi, Domini fuere in eodem voto, quòd sententia
esset valida: quia stante commissione specialiter dante

O sibi

sibi iorisdictionem procedendi ad confirmationem, vel
infirmationem sententię D. Rossanen. in qua erat narra-
tum, & corā eo pendebat caussa appellationis a sentētia
Io, Pauli, potuit Dñs Prosper procedere prout processit,
licet quantum ad hoc, vt censeatur reijcere nullitates,
mutauere opinionem. Et dixere, quòd non censerentur
2 reiectæ. Quia licet esset data possessio præfixionis termi-
ni ad docendum de nullitatib. & eius vigore terminus
præfixus, quia tamen commissio dicebat, ꝙ infra termi-
num præfixum, si de nullitate non docerent, procedere-
tur ad coofirmationem, vel infirmatiooem, vtiq; cense-
rerur reiecisse nullitates, secondum ꝙ dicta commissio
dictabat, videtur, ex quo confirmauerat aliam senten-
3 tiam, nil de nullitatibus erat actum. Et licet io conclu-
sione diceretur post verba, de quibus supra, caussam hu-
iusmodi decidat, & terminet, propter quod videbatur,
ꝙ posset termioare caussam huiusmodi, reijciendo nul-
litates, & non confirmando, nec infirmando sententiam
Io, Paul. tamen Domini dixere, quòd illa verba, caus-
sam huiusmodi, intelligebantur de caussa ampla senten-
tiæ Io. Pauli; non aotem de ista, in qua erat concessa gra-
tia exspectatiua solum, prout fuerat canonizata per D.
Rossanen, quæ non erat in caussa diuersa ab alia, in qua
Io. Paulus canonizauerat aliud ius productum Solano.

DECISIO CC.

In quadam Romana Horti, 25. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Citatio si fiat communitati cuidam, aut eius nomine Massario vel Vicario, qui non sint tales, nec habent facultatem a communi ad lites, aut negocia gerenda, tamquam non bene facta non obligat Communitatem.*

2 *Mandatum procuratorium, licet non apparet in actis, si tamen aliundè constet, sufficit ad caussæ tractationem, & quæ fiunt, ratificari possunt.*

3 *Communitas sciens, vel verisimiliter timens aduersarium litem intimaturum, si ante intimationem illam constituat procuratorem ad comparēdum, facta intimatione præsumitur omnia rata ab eo facta, & faciēda habere.*

IN caussa Romaoa Horti eadem die, qua supra, mihi
1 dictum erat per Dominos, quod citatio facta cōmu-
nitati Fiani non erat bene executa, neque ligabat com-
munitatem, quia erat facta, coram duobus Massarijs &
Vicario, quos non constabat esse tales, nec quod haberēt
facultatem hanc, & de communitate non erant præsen-
tes, nisi tredecim homines: Dubitaui, an sufficeret, quod
post illam citationem comparuerat procurator commu
2 nitatis semel. Et licet oon dederit mandatum in actis, tñ
de eius mandato, quia in veritate non erat procurator,
constabat io actis coram Gubernatore in eadē caussa: Et
dixere Dñi, quòd satis erat, quia ex hoc constabat com-
munitatem habuisse notitiam, licet hoc mandatum esset
datum illi procuratori ante intimationem, de qua in a-
ctis, ex quo fiebat mentio in illo mādato de ista intima-
tione faciēda. Nam cum esset mota pro Camillo de Ru-
sticis, cui pro Comite Pitiliani pro horto, de quo in cau-
3 sa fideiusserat dic. Communitas Fiani sciens, vel hoc ve-
risimiliter timēs, ne Camillus litē istā intimaret añ inti-
mationē cōstituerat procuratorē ad cōparendum, facta
ista intimatione, vnde habuere omnia pro bene factis.

DECISIO CCI.

Hispalensis portionis, 8. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Pars si caussam committi faciat contra quosdam nominatos, omnesque alios sua cōmuniter, vel diuisim interesse putātes accedente aliquo, & prætendente de interesse suo, & dante commissionem specialem, an possit pars ad partes petere istius interessati, nouiter ad caussam peruenti caussa, sibi dari dilationes, præsupposito, quòd pro actore in negotio se gerat.*

2 *Pars aduersa nolens dari dilationes actori, non debet dare nouam commissionem cum ea data, denegari dilationes non possint, etiam ipsa aduersa parte existente actrice.*

DIe 8. eiusdem in caussa Hispalensis portionis Fran-
1 ciscus Pesquera cōmiserat caussam contra quosdā
oominatos, omnesq; alios sua cōiter, vel diuisim interes-
se putantes. Gaspar del Rio venerat ad caussam pro suo
interesse, & dederat cōmisiooem speciale, Frāciscus pe-
tebat dilationes, ad partes; Ex aduerso dicebātur nō de-
bere dari. Quia erat actor, & cōmiserat caussam contra
oēs se interesse habere putantes, vñ vigore illius cōmis-
2 sionis Gaspar irritatus, negabat dilationes debere dari:
contrarium dixere Dñi, quia si nolebat dilationes dari,
nō debebat dare nouā cōmisiooem, qoa data non pote-
rant negari dilationes Pesquerę quantumcumq; actori.

DECISIO CCII.

In quadam Luoens. Zarzan. 8. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Intimatio monitorij, an ex eo dicatur non esse legitimè facta, quod non fuerit lectum & affixum monitorium ad valuas Ecclesiæ, aut loci publici, neque copia ibidem dimissa.*

2 *Lecta si copia monitorij non fuerit; nec data parti aduersæ a parte actrice, oblatio autem facta de legenda & relinquenda, imputare sibi debet pars rea, si non legatur vel dimittatur apud eam, nec se excusare potest, vbi specialiter, & expreßè monita fuerit de desistendo ab occupatione, & detentione, tum fructuum perceptione beneficij litigiosi ad se notitiam monitorij non peruenisse: ideò non comparens in contumacem excommunicari potest.*

EAdem die in caussa Lunens. Zarzanen. dubitaui, v-
trum monitoriū fuerit bene intimatum ad effectū,
vt declaratoria ob non paritionē monitorij lata innoda-
1 uerit, vel non: † Nam prætendebatur pro parte declarā-
tis monitoriū non fuisse bene executum, quia nō erat le-
ctum, nec data copia, iuxta tex. in Clem. causam, in prin.
de elect. Sed Dñi dixere contrarium vno tantum infor-
mante. Quia Clem. vult, quod tenor citationis perlega-
tur vel porrigatur scriptura authentica, & copia si petu-
2 ta fuerat data: hic autem licet non lecta, nec data copia
fuisset, tamen ex quo obtulerat se electurum, & copiam
daturum, etiam, ꝙ non petitum fuerat monitorium, nec
data copia, maximè, quia specialiter, & expresse illū mo
uerat, quòd desisteret ab occupatione hac, & detētione,
& fructuum perceptione parochialis, super qua erat lis,
& sic nō poterat se excusare, quo minus habuisset noti-
tiam eius, quod in monitorio cōtinebatur, vnde debuit
cōparere, aliàs in cōtumaciam bene fuit excōicatus, ad
no. in d. Clem. vbi principalis coosiderator notitia, &c.

DECISIO CCIII.

Salamantinæ Capellaniæ, 8. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Permutatio beneficij, quod iuris est patronatus, vbi inter duos celebretur inualida censetur, non interueniente cōsensu patronorum ius præsentandi in eo habentium.*

2 *Mentio iurispatronatus si non fiat a permutante beneficium, quod est tale, non valet talis permutatio.*

3 *Inualida est resignatio, quæ fit de beneficio, quod est iurispatronatus cum subticetur hoc Pontifici, qui præsumitur non velle derogare iuri patronorum.*

4 *Patroni non reclamantes, scientes & patientes, imò præsentantes per obitum resignatarij, tacitè videntur mandasse.*

Permu-

5 *Permutationes & resignationes, sine consensu patronorum non valere intelligi debet illis reclamantibus.*

DIe eadem in vna Salamantina Capellaniæ, dubi-
1 taui, † *vtrum permutatio facta de ista Capellania inter Ioannem, & Antonium tenuerit?* Prætendebatur
non tenuisse, quia istud beneficium erat de iure patrona
tus. Et in hac permutatione consensus patronorum nó
interuenerat, vnde prætendebatur non valere, ad d. per
Fel. in tract. de iure patron. in vlt. col. & in toto titul. de
2 iure patron. Et quia † permutans resignauerat in aliũ,
3 non facta mentione iuris patron. Dicebatur etiam † nó
valuisse hanc tamquam subreptitiam, quia, si Papa sci-
uisset, de iure patron. fuisse, vtique vel non concessisset,
vel difficilius saltem sine consensu patronorum, ad c. su
per litteris, & c. postulasti, de rescript. dixere Domini,
4 quòd † ex quo Patroni numquam reclamauerant, scien
tes & patientes, imò presentauerant per obitum resigna
5 tarij, tacitè videbantur mandasse. Et propterea, quod
permutationes & resignationes sine consensu patrono-
rum non valerent, debent intelligi patronis reclamãti-
bus, per Felin. in loco præallegato in vltima columna,
so. limitatione.

DECISIO CCIV.

Salamantina Abbatiæ, 8. Feb. 1549.

SVMMARIA.

1 *Nullitatis caussa, & appellationis commissa, & vigore specialis commissionis præfixo termino ad docendum de nullitate, qua non docta, si iudex ad vlteriora procedat, an gesta per eum valida sint habenda.*

2 *Appellatio a decreto executorialium, aliquando in suspenso detinet executionem ipsam.*

EAdem die in caussa Salamantina Abbatiæ dubita-
ui, *vtrum post executoriales sit validè processum, vsque ad brachium sæculare inclusiue inter Dominum Franciscum & Didacum.* Et licet alias de anno 1547. & men
1 se Iunij fuisset bis resolutum, nón esse validè proces-
sum ea sola ratione, quia ex quo erat cõmissa caussa nul
litatis vltra appellationem a decreto executorialiũ, non
poterat iudex procedere ad vlteriorem executioné abs-
que eo, quod vigore specialis commissionis esset pfixus
terminus ad docendum de nullitate, & docendum de
præmissis nullitatibus, quo elapso, vt quotidie practica-
tur ... tñ hodie valde dubitarunt de illis resolutioni-
bus, quia caussa nullitatis non impedit executioné, siue
personaliter per modum actionis, siue exceptionis pro-
ponatur, ad not. per Doctores in l. 4. §. cõdemnatum, ff.
de re iud. & dec. 180. in nou. Vnde mãdarunt, vt infor-
2 marem an appellatio a decreto executorialium suspen-
deret executionem: Nam prætendebatur ex vna parte
quod non, tamquam friuola, & non admittenda, vel sal
tem commissio nullitatis suspenderet, quia si nó suspen
debat, vtique processus sine alia commissione tenebat,
sin autem suspendebat, processus fuisset nullus, nec po-
tuisset iudex procedere sine commissione præfixionis
termini.

DECISIO CCV.

Arborensis Archipresbyteratus, 20. Feb. 1549.

SVMMARIA.

1 *Gratia concessa de nominatione, intelligi debet de tali, quæ fit ante factam prouisionem de beneficio vacante.*

2 *Acceptatio etiam facta caussa nominationis diœceseos coram Archiuij notario, prout fit de consuetudine, non adimit fraudis, quæ nihilominus committi potest, suspicionem.*

3 *Nominationis gratiam habens, si non faciat electionem diœcesis, in qua futura est nominatio in Camera, & Cancellaria Apostolica coram notario & testib. non caret fraudis suspicione.*

4 *Instrumenta acceptationum debent non in folio extendi, quia facilè occultari possunt, sed in libro, in quo aliæ acceptationes describi solent, ut fraus omnis & dolus rescindatur.*

5 *Supplici in libello si contineantur hæc uerba, nominatum scilicet, facere posse nominãtem in diœcesibus in litteris exprimendis, uel alibi, quomodo isto dicto alibi ueniat intelligenda.*

DIe 20. eiusdem in caussa Arborensis Archipresbyte-
ratus, dubitaui, ex instrumétis duorum acceptatio
num in specie, quoad diœceses consequendas: prout de-
1 ductum fuit, & facultate concessa in gratia, quòd posset
exprimere diœceses in litteris, vel aliter colligatur rele-
uanter, quòd nominatio diœcesis fuit facta ante prouisio
nem Signorini, saltem, vt transferatur onus probandi
in actorem dicentem contrarium. Supra in hac caussa
fuerat resolutũ non constare de tali electione diœcesis,
quantumcunque in vno instrumento acceptationis in
2 specie fuissent nominatæ diœceses: † quia, cum talis ac-
ceptatio fuisset facta, vt solet fieri coram notario Archi-
uij, tamen ex hoc nó tollebatur suspicio fraudis, de qua
alias supra in hac eadem caussa, quia talem acceptatio-
nem potuisset facere coram alijs pluribus notarijs in a-
lijs diœcesibus, & ita expectare vacationem alicuius be-
neficij in quacumque diœcesi. Vnum nunc præsuppone
batur per Rotam, vt matura opinio, ex quo nódum erat
vnum instrumentum, sed duo erant, & deinde sunt plu-
res acceptationes, quæ possunt fieri in diuersis diœcesi-
bus & etiam coram diuersis notarijs. Et ideo cum istic
3 non elegerit diœcesim in Camera & Cancellaria, † co-
ram notario, & testibus semper fraus præsumebatur.
Domini tamen duo dicebant, sibi placere hanc opinio-
4 nem, si † talia instrumenta, & acceptationes factæ fuis-
sent in folio, quòd de facili potuisset occultari: secus in
libro in quo aliæ etiam acceptationes fuissent descriptæ.
Vnde decretum fuit, quòd in Rota videatur originale,
ex quo res melius posset decidi, & considerari, & ita
fuit factum. Sed fidem quo ad hoc noluerunt adhibe-
re, vt infra. Fiebat etiam aliud fundamentum, quia in
5 supplicatione dicebatur in diœcesibus in litteris expri-
mendis, vel alibi, ex quo prætendebatur propter dictũ,
quòd alibi posset vbique acceptare, sed omnes Domini
fuere in opinione, quòd dictio, alibi, nó determinat ver
bum exprimendis, sed aliud verbum, quòd immediatè
sequitur, idem continens: Tamen hoc visum fuit modi-
ci momenti, quia referuntur ad vnum, vel ad aliud, ex
quo in supplicatione habebãt gratiam, quòd possent ex-
primere litteris nó confectis, ergo alibi, quam in litteris
continebatur, poterunt diœceses exprimere: sed Domi-
ni, vt supra dixere, quòd debebat intelligi in loco conue
nienti & aperto, & eo modo, quo fraus cessaret, & in se-
quenti audientia ostendi librum, cui, quantum ad hoc
noluerũt adhibere aliquam fidem, ideo restarunt in eo-
dem voto, & alia concurrebant.

DECISIO CCVI.

Taruisinæ pensionis, 20. Febr. 1549.

SVMMARIVM.

5 *Lis oborta de pensione, si adhuc pendet, & idonea præstita cautio in forma depositi pro quantitate arbitrio Rotæ, de soluendis attentatis iam liquidatis facta fuerit, procedi ad vlteriora potest sine vlla retardatione solutionis pensionis.*

EAdem die in caussa Taruisinæ pensionis, legi com-
missionem concessam D. Camillo de Rubeis contra
5 Card. Pisanum, in qua committebatur præcisè, quòd
præstita idonea cautione in forma depositi, pro quantita
te arbitrio Rotæ de soluendis attentatis, determinanda,
postquam liquidata fuerint, procedatur sine retardatio-
ne solutionis pensionis.

DECISIO CCVII.

Tullen. Meten. matrimonij, 20. Feb. 1549.

SVMMARIA.

1 *Dubium de matrimonio contracto subortum, an per ratificationem vnius partis præsentis, altera absente, & attestationem personæ religiosæ sufficienter tolli possit.*

2 *Præsentia mulieris si non probetur, quæ dicitur contradixisse tempore attestationis, de qua deponitur, non videtur matrimonium contractum probari.*

EAdem die in vna Tullen. Metens. matrimonij dubi-
1 taui *vtrum recognitio fratris Petri coram iurantis facta præsente Philippo & Ioanetta probet matrimonium, præsupposito pro nunc, quòd est in forma probanti?* Domini pro maiori parte dixerunt, quòd illa attestatio fratris non erat facta præsente Ioanetta quia quamuis in
illa attestarētur iurati, Ioanettam petijsse sibi fieri instrumentum de tali fide, non tamen constabat, quòd tunc
tēpore attestationis fuerit præsens, quia potuit alio tem-
2 pore petijsse, prout potius verba videbantur sonare. Vnde pro comperto habuerunt, quod non existente præsente Ioanetta, non probatur matrimonium. Quod si fuisset præsens, aliud dictum erat, quasi etiā tunc potuisset esse contractum matrimonium, esto, quod contra non probaretur contractum; habere tamen pro maxima consideratione ad probationem matrimonij, quod Philippus esset præsens huic attestationi, & illam acceptasset.

DECISIO CCVIII.

Salamantina Abbatiæ, 20. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Appellatio a decreto executorialium, seu caussa nullitatis cōmissa an in suspēso tenere possit ipsam executionem.*

2 *Iusta si fuerit appellatio a decreto executorialium, vt pote facta ab eo, qui verè fuit grauatus, omnimodo suspēdit negocium executiuum.*

3 *Gesta post appellationē iniustè grauati, oīa rescinduntur ex causa nullitatis, cū friuola talis appellatio dici nō possit.*

4 *Sententia, vbi in iudicatum transijt ob non prosecutam appellationem, vtrum parti appellanti obesse possit.*

5 *In cōmissione iudici facta de exequēdo, licet dictū fuerit de nullitate, vbi tamen præfixus fuerit terminus ad illam probandā, & nō probetur, procedi potest ad vlteriora.*

6 *Commissio data, in qua narratur caussam appellationis fuisse opportuno tempore cōmissam si fuerit ex superueniente casu fortuito amissa, de ea tamen facta constet, audiri debet appellans.*

EAdem die in caussa Salamantina Abbatiæ, dubita-
1 ui, † *vtrum appellatio a decreto executorialium, seu caussa nullitatis commissa suspenderet negocium executo-*
2 *rialium?* Et domini dixere, quod † appellatio a decreto executorialium, quia non fuerat friuola, sed iusta, quia iniustè fuerat grauatus, suspendebat negocium executi-
3 uum, c. vt debitus, de appel. & c. Card. eod. tit. in 6. Vnde quidquid factum fuit post dictam appellationem fuit nullū, ad decis. 357. & 540. ver. sed quid si tale, Felin. in
4 c. non solum, §. 1. in 4. not. de appel. in 6. Prætendebant contra, quantum ad sententiam in hac caussa latam, quę dicebatur transiuisse in rem iudicatam ob non prosecu-
5 tionem appellationis. Et erat data commissio iudici de exequendo, & quantumcumque fuisset dictum de nullitate, tamen iuxta formam commissionis fuerat præfixus terminus, in quo nihil releuanter docto iudex de-
6 creuerat executoriales, ante tamen, quam ista fierent, fuit data commissio, in qua narrabatur, quod caussa appellationis fuerat in tempore commissa, tamen propter statutum Vrbis, quod post paucos dies superuenerat, erat deperdita, vnde committebatur, quod constito de hoc, audiretur in caussa appellationis. Et licet esse porrecta partita ex libro Baccodi pro hoc probando, quæ nil faciebat: tamen erant dati articuli ad probandum hoc per testes, & fuerant per iudicem admissi ea die, qua fuere decrete executoriales. Propterea dixere, Dñi, quod fuit iusta caussa appellationis a decreto executorialium? maximè, quia ille iudex fuerat ille, qui admiserat articulos, & decreuerat executoriales, D. Boetius, licet fungeretur vice duarum personarum. Quia coram illo procedebatur in negotio executionis tanquam subrogato D. Simonettæ, qui tulerat secundam sententiam, & in negotio principali, tamquam subrogato Staphilæi coram quo agitabatur aliud negotium.

DECISIO CCIX.

Salamantina Capellaniæ, 27. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Beneficiū permutatū cū alio reseruato regressu, existens de iure pat. si fiat illa permutatio & reserua regressus sine cōsensu patronorū, vtrū quod factū est, validū & stabile esse possit, an tamquā nullū veniat rescindendū.*

2 *Reclamantibus nequaquā patronis in permutatione beneficij, quod est iuris patronatus, imò præsentātibus beneficiādū, præsupponitur ratā habere permutationem vel resignationē talis beneficij, in quo habēt ius patronatus, ita, vt ius sit abdicatū a permutante, uel resignatario.*

3 *Regressus reseruatio facta in beneficio quod iuris est patronatus, ignorantibus patronis, nec tacitè, vel expressè consentientibus, cum de eo diuinare patronis non licuerit, an valida sit habenda.*

4 *Conditio in permutatione beneficij cum reserua regressus, apposita non adimpleta, facit ius permutantis esse integrum, ita, vt non possit dici ab eo abdicatum.*

5 *Patroni non impugnantes reseruam regressus in beneficio de iure patr. existente, si tamen potuerint impugnare, in nullo sibi præiudicant.*

6 *Regressus reserua in permutatione beneficij, ꝙ est iuris patr. non assentientibus patronis, siue non ualeat, siue in suspenso hæreat, semper ualidari præsumitur ex patientia patronorum, quasi ex eorum tacito consensu.*

DIe 27. eiusdem in caussa Salamantina Capellaniæ,
1 dubitaui, † *vtrum, ex quo Io. permutauit cū Anton. beneficium, ꝙ erat de iure patronatus, reseruato, sibi regressu sine consensu patronorum, resignationes istæ, & regressus valuerint, ad effectum, vt ius a Io. abdicatum sit, vel*
2 *non, attento, quod patroni nūquam reclamarunt, imo prout dictum fuit alias, vltimo præsentarunt?* Hoc dubium in effectu est idē cum illo, ꝙ in hac eadem caussa fuit propositū, 18. eiusdem, nisi ꝙ additū reseruato regressu, quæ fuit facta per Ioannem Petrum resignatarium, ex caussa permutationis, de qua non fuit habita considera-
3 tio in alio dubio. Propterea dicebatur, ꝙ regressus iste, q̄m patroni de eo ignorauerant, nec ad illum tacitè, nec expressè cōsenserant, cū de illo non potuerint diuinare, sicut de resignatione, & permutatione possessionis non erant validè reseruatæ, neque ex post facto validatus regressus tacito consensu Ioannis, qui in permutatione
4 cōsenserat reseruato sibi valido regressu. Et sic conditione hac non adimpleta, ius non erat abdicatū a Ioan. sed penes illum remanserat. Et licet patroni ignorantes nō
5 impugnauerant illum, tamen satis erat, ꝙ potuissent illum impugnare, ad tradita latè per Abbatem in dispositione c. clericus, per Carrer. in Clem. de iure emphyt. col. 8. de supplen. negligentia prælato, & per Fel. in cap. cum Bertoldus, col. 3. versic. institutio facta, de re iudic. per Dec. cons. 126. in caussa D. Franc. col. fin. vers. tertio allegatione. In contrarium tñ Domini hoc non obstan-
6 te persliterunt in 1. opin. contraria, quia quamcumque opinionem teneamus, siue quòd talia ab initio non valeant, sine consensum patronorum, siue quod stent in suspenso, semper validantur ex patientia patronorum, quasi ex tacito eorum consensu, iuxta decis. 307. in nouis. cum alijs multis, quę in informatione allegabantur.

DE-

DECISIO CCX.

Romana Horti, 27. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Euictio si fiat ob contumaciam partis, quæ ob id prætendit de interesse suo, an fideiussor interessato contumaci teneatur.*

2 *Communitas, ubi ex forma obligationis tenebatur litem in se suscipere, & facere consentire quamcumque personam, & sic de hoc fiat communitati intimatio, quæ peccet in forma, non potest ad declarationem decreti in præiudicium eius deueniri.*

1 EAdem die in caussa Romana Horti, in qua † per cõ-
tradictas proceditur contra communitatem Fiani,
tamquam fideiussorem Comitis Periliani, qui vendide-
rat hortum quondam Domino Camillo de Rusticis, a
quo in eius cõtumaciam euictus fuerat per Dominam
Helenam Vrsinam, per eius euictionem D. Camillus fe-
cerat intimari litem Communitati, & quòd faceret con
2 sentire quamcumque personam ius habentem, prout te-
nebatur ex forma obligationis, & eum vigore specialis
commissionis in hac caussa processisset ad confessionem
debiti, & deinde excommunicationem, nisi intra tres, &
demũ declarasset cõmunitatem, nisi per totã, quia pars
petebat, quòd in declaratione exprimeretur, quòd erat
declaratus pro summa 500. ducatorum, quod erat pre-
tium horti, & ꝓpter damna, & interesse, quæ passus erat
Dominus Camillus ob talem euictionem. Dixere Domi
ni, quod ex quo hortus erat euictus propter cõtumaciã
Domini Camilli, non poterat Communitas declarari ꝓ-
pter prædicta, sed tantum, quia non venerat ad suscipiẽ-
dum litem in se, & faciẽdum consentire, quamcumque
personã, prout tenebatur & intimauerat, quod faceret,
quia tamen intimatio non erat formaliter facta Commu
nitati, vt supra dictum fuit, nec etiam Procurator Com-
munitatis vnquam comparuerat, vt supra, sed falso præ
suppositum fuit, propterea nec ad declarationẽ prædicti
decreti eo modo, quo dictum fuit, non posset deueniri.

DECISIO CCXI.

Salamantina Abbatiæ, 27. Feb. 1549.

SVMMARIVM.

1 *Executorialium a decreto appellatio commissa, an impediat negotium executiuum.*

1 IN vna Salamantinæ Abbatiæ dubitaui, † *vtrum appel-
latio a decreto executorialium commissa impediret nego
tium executiuum in casu nostro?* Et quia Domini fuere va
rij in hac, pro resolutione fuit ordinatum, vt iterum su-
per eisdem informaretur.

DECISIO CCXII.

Hispalensis matrimon. 11. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Matrimonij litigio pendente facta separatione inter uirũ & uxorem, an uxoris fratres, tamquam ex hoc interesse prætendentes ad caussam debeant tuendam admitti, stante suspicione collusionis inter uxoratos.*

2 *Coniunctus non uenit admittendus pro coniuncto, licet prætendat interesse, quando habet procuratorem in actis constitutum ad caussæ tutelam suscipiendam.*

Limita, & contrarium ex Rotæ opinione, uide nu. seq.

DIe 11. eiusdem in caussa Hispalen. matrimonij du-
1 bitaui, *an † fratres Marchionissæ sint admittendi ad
caussam propter eorum prætensum interesse?* Marchionis-
sa mouerat litem contra Marchionem maritum, a quo
erat separata super dissolutione matrimonij sub eo præ-
textu, quod esset impedimẽtum publicæ honestatis caus
satum ex alio matrimonio, quod contraxerat Marchio-
nissa cum coniuncta in tertio gradu cum Marchione se
cundo marito, fratres Marchionissæ dubitantes de collu
sione inter istos, probant se admitti ad caussam pro de-
fensione matrimonij pro eorum interesse; Et dubitaba-
2 tur, *an possent.* Et † dicebatur, quòd nõ, quia coniunctus
non admittitur pro coniuncto ad caussam quando con-
iunctus habet procuratorẽ in actis constitutum ad caus
sam defendẽdã, l. cũ prætor, & ibi not. Ang. ff. de iud. Spe
cul. tit. de coniunct. personis, versic. item agitur, cũ mul
3 tis alij, † tamen Domini dixere contrarium ex dicto Ho
stien. in Summa, in tit. qui admitt. ad caus. possess. ma-
trim. & Abb. in c. tenor. nu. 2. de re iud. & Spec. in tit.
qui matrimon. accus. poss. versi. si vero ẽt. Et licet dicere-
tur ex aduerso, quod prædicta procedunt, quando con-
iuges non defendunt: tamen Domini decreuere, imò ẽt
coniugibus agendo, & defendẽdo, cum dicatur in locis
præallegatis ẽt inuitis coniugibus admitti coniunctos.

DECISIO CCXIII.

Fulginatensis Prioratus, 25. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Impetrationis tẽpore, si absens fuerit impetrãs benefitiũ, an ipsi talis absentia obesse possit, & ob id desinat familiaritas, uel sit interrupta, quæ requirebatur continua in talis beneficij impetratione possitque gratia istius caussæ tamquam subreptitia notari.*

2 *Absentia Curiæ si in dubium ponatur impetrantis beneficiũ, ex eo facilè dissolui potest, quod gratis facta fuerit expeditio, quæ haud dubiè præsentiã arguere potest, cũ pro absentibus numquam detur gratia pro familiari.*

3 *Absens non ex caussa urgenti & necessaria, nõ potest frui priuilegio eorum, qui necessariò dicũtur abesse, ad hoc, ut familiaritas non interrumpatur.*

4 *Absentia biennij, vel triennij interpolata, cum aliquando comparuerit absens in Curia ex depositione testiũ probata non præsumi facit animum non reuertendi, & sic non adimit pristinam familiaritatem.*

5 *Reuersus antea absens, si hospitetur in hospitio, & non in domo Cardinalis, cum se dicit familiarem, an ob id dicatur adempta familiaritas, posito tamẽ, quod partem ab eodem habeat Cardinali more consueto.*

DIe 15. eiusdem in caussa Fulginatensis Prioratus
1 fuit dubitatum, † *vtrũ constet, quod Alexander tẽ-
pore impetrationis fuerit absens?* Et posito quod sic, *an
desierit esse familiaris, & vt gratia sua, in qua narrat se fa
miliarẽ, fuerit subreptitia, & non suffragetur?* Et ad pri-
mam partem dubij ex inspectione testium, tam in pri-
mo, quam in secundo, coram me examinatorum, fuit di
ctum, nõ probari, quod tempore impetrationis esset ab-
2 sens a Curia, maximè, quia erat præsumptio, quod esset
præsens, cum gratis expediuerat, quia pro absentibus nũ
quã datur gratis pro familiari, quod patet: quia paucis
diebus ante expediuerat gratiam perinde valere, in qua
erat absens, quam habuerat, & gratis expediuerat, tamẽ
facilè fuisse habere fidem familiaritatis, qua stante secũ
da parte dubij nõ indigemus: tamen fuit dictum, quod
Franc. in c. si. de verb. sig. dictum erat pulchrum. Tamẽ
dixit vnus ex Dominis, ꝙ non bene poterat adaptari ad
casum nostrum, quia ibi erat datum priuilegiũ Capel-
læ, vt gauderet fructib. beneficiorũ in absentia inseruiẽ-
3 do. Vnde, si † erat absens, nec ex causis, propter quã fin-
geretur præsens, non debet habere priuilegiũ, & ꝙ de-
sierit habere animũ reuertendi, vt cesset familiaritas, qđ
ẽt procederet in casu nostro, non caussatur, nisi ex longa
absentia, prout propriè dicit Francus, ꝙ non videbatur
4 esse in casu nostro, cum testes a die impetrationis depo-
nerent tantummodo de duob. annis, vel trib. & depo-
nebat etiam, quod aliquando eum viderant: Vnde non
videbatur colligi animus nõ redeundi, & ita res reman
5 sit clara pro Alexandro, licet testes † dicerent, quòd ho-
spitatus fuerat in hospitio, non in domo Cardinalis, ꝙ
tamen non concludebat, nec testes affirmabant, quòd
non habuerit partem a Cardinali.

DECISIO CCXIV.

Romana, seu Volterrana confinium, 15. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Sententia prima lata, vbi appellatio ab ea intercessit, quia non fuit oppositum de constitutione Aegidiana, & feratur secunda, a qua etiam appellatur, & opponatur de Aegidiana, an in prima & secunda instantia appellatio sit rata habenda, ita, vt caussa semel appellabilis, semper pro tali sit habenda.*

2 *Stylus Rotæ semper fuit, quòd possit dari de Aegidiana, tam in prima, quam in secunda instantia caussę.*

3 *Sententia quatenus respicit possessorium, propter Aegidianam sit inappellabilis.*

4 *Actio finium regundorum, vtrum separata sit ab ea, quę est possessorij, an in idem cōcurrant in hoc casu, de quo agitur, eoque stante caussę appellationis cohereat caussa proprietatis principalis, & ob id efficiatur appellabilis, excludatque Aegidianam.*

EAdem die in vna Romana, seu Volterrana confiniū
fuit dubitatum, *vtrum esset locus Aegidianæ?* Fuerat
1 enim † lata prima sententia, a qua fuerat appellatum, &
quia non erat oppositū de Aegidiana, iudex appellationis
tulerat secundam sentētiā, a qua cum appellaretur,
fuerat datū de Aegidiana, & dictū eam non esse appellabilē.
Et licet diceretur quod caussa semel facta appellabilis,
sēper remanet appellabilis, ad not. in l. pater, §. is, ff.
de leg. 3. & l. peto, §. patre, ff. de leg. 2. Tamē dixere Dñi
2 semper fuisse tantū in Rota, ꝙ si poterat dari de Aegidiana,
tam in prima, quā in secunda instantia. Quod erat in
secūda caussa aliud erat, quia erat cōmissa caussa super
cōfinibus, & spolio certē partis cuiusdā tenutæ, & similiter
separatim fuerat lata sñia super cōfinibus super spolio,
tñ cum tot dicerētur sentētiæ, quot sunt capita ver...
3 vulgar. quatenus etiam † sententia concernebat possessionē,
erat propter Aegidianam inappellabilis. Ex aduerso
tñ dicebatur, ꝙ principaliter erat intētata actio finiū
4 regundorum, † & quia vltra fines eorū occasione vsurpata
erat tenuta, hęc nō erat actio separata, sed tātū vnica,
iuxta legē si emptione, ff. fin. regundor. Et sic appellationi
cohęrebat caussa proprietatis principalis, ideo erat
caussa appellabilis, quia nō agitur de momētanea possessione,
ad text. in l. 3. colum. fin. Et hęc opinio placuit Dominis,
quia inspectis, & bene ponderatis verbis cōmissionis,
spoliū erat accessoriū ad caussam finiū, vsurpata
erat pars illiusmet tenutæ, & sic eramus ꝓpriè in casu legis,
si emptione. Dicebatur ēt, ꝙ quia erat articulatum p
eū prædicta esse facta, & ideo intentatū interdictū vnde
vi, & videbatur, ꝙ dabatur appellatio, vt fuit singularis
decis. Pauli de Leaz. Cle. 1. de sequest. poss. & fruct. q̃ esse
cōem Canonistarū dixere Felin. & Salic. in l. 1. de appel.
tñ dixerūt Dñi, hoc non procedere, qñ intentaretur
interdictū, vnde vi, ad effectū, vt quis cōdemnaretur nō
ad restitutionē possessionis tātū p vim occupatæ, vt in casu
nostro, sed vt declaretur incidisse in pęnā facientis vim.

DECISIO CCXV.

Romana hæreditatis de Gadis. 15. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Testes fidem facientes a morte testatoris litigantes partes de hæreditate Castri stetisse, iuisse, & redijsse insimul ad Castrū, & ꝙ pars, pro qua principaliter deponūt, q̃ pretēdebat, se spoliatā, fecerit gratias, & pœnas inflixerit vasallis, insecuta vasallorū obedientia, & similes actus possessorios exercuerit, an ob id probēt possessionē.*

2 *Testes deponētes vnā partium scilicet spoliantem, ab omnibus communiter reputatā post decessum testantis vnicam dominam & patronam Castri cōtrouersi, & quod Vicarios posuerit in dicto loco, fructus perceperit, & quod tenuerit, & possederit dictum Castrum, vtrum istis omnibus stantibus & probatis, sufficienter pro partis commodo possessio. asserta fuerit deducta.*

3 *Instrumentum dotis arguens Castrum datum pro dote, & facultate ingressus propria auctoritate, apposito pacto constituti, & huius vigore, si non admittat domina, partem pretēdentem de hereditate Castri qua dicit se spoliatam, cum videatur continuata possessio pro Domina, vtrum confirmet legitimam possessionem.*

4 *Actus possessorij, vt facere gratias tamquam Dominus, pœnam infligere contumacibus, terminos finium statuere, & similes, cum iure familiaritatis aliquādo fieri, & exerceri possint, non statim de possessione habita fidem facere solent.*

5 *Instrumentum dotale continens in se pactum constituti, si nullum reputetur, & sit, & pactum constituti in eo contentum, etiam, nullum sit necesse est, ex regula, accessorium sequitur naturam sui principalis.*

6 *Titulum habens possessionis, in ea præferendus est titulum non habenti, ita, vt actus possessorios exercens sine tituli adeptione, dicatur potius iure familiaritatis id facere, quam aduersa pars titulum habens.*

7 *Assertio testis deponentis se Vicarium deputatum a parte principali spoliata, pro qua deponit in administratione Castri, super quo est litigium, & sibi in hac commissione administrationis factam subscriptionem patentium literarum ab vtraque parte, spoliante, & spoliata, probatoria est, pro possessione confirmanda illius partis, quæ illi Vicarium commisit, contra spoliantem.*

8 *Testis deponens pro spoliato, quòd in finium positione concesserit quamdam petiam terrę vicinis Castrēsibus cū signum illud sit dominij, validè probat pro iuuanda intentione principalis de spolio conquerentis.*

DIe eadem in caussa Romana hæreditatis de Gadis
1 fuit dubitatū, præsupposito, quod † testes dicāt ex
parte Archiepiscopi, quod a morte Aloysij, tam Archiepiscopus,
quā Alexander, quam Claudia, steterunt, iuerunt,
& redierunt ad Castrum Riani, & quod Archiepiscopus
fecerat gratias, vt Dominus, & inflixerat pęnas
vasallis, & quod vasalli omnes obedierint, & ꝙ Archiepiscopus
posuit confines inter Castrum Riani, & Castrū
nouum. Et ex parte Claudiæ dicebatur, quod Claudia
2 † ab omnib. cōmuniter post mortē Aloysij fuerit reputata
vnica Domina, & patrona dicti Castri, & quod Vicarios
posuerit in dicto loco, & fructus perceperit, & tenuerit,
& possederit dictum Castrum, vtrū pro parte Archiescopi
agētis spolio vt probatū primum extremū: Archiepiscopus
erat hęres Aloysij pro medietate, Alexādri
pro alia medietate, post mortem Alexandri, idque ex
substitutione per Aloysium facta, prętendebat Archiepiscopus
esse hæres pro alia medietate, agebat interdicto
recuperandæ, pro sua medietate, pro alia vero adipiscendę,
3 quia post mortē Alexandri, † Domina Claudia vxor
Aloysij, ex instrumēto suę dotis, in quo specialiter arguebatur
sibi Castrum Riani datum pro dote, & dabatur facultas
ingressus ꝓpria auctoritate dictum Castrum: Et
erat appositū in eo pactū constituti, & vigore huius instrumenti
dicebat Claudia se possedisse ab initio a tēpore
mortis Aloysij, & nūc cū nō admittat Archiepiscopū
ad Castrū, nō dicitur spoliare, sed continuare suā possessionē.
4 Et actus possessorij, qui probātur p Archiepiscopū
fuere facti & tolerati iure familiaritatis; Vnde intrat dubium,
quia agētes pro parte Archiepiscopi dicebant, nō
debere fieri fundamentū super instrumēto dotali, & volebant
particulare dubiū dari super illo, prætendentes il-
5 lud instrumentū esse nullum, & propterea omnia ex eo
secuta, & in eo contenta, & sic etiā constitutum esse nul-
lum,

lum,ad not.per Bal.in l.ex testamento. C. de fideicom.
& Alex.in l.1.§.1.vers.5.nu.6.& in l. quod eo,in princ.
de acq.pos.per Dom.in l.côtractus,ff.de reg.iur.cũ mul
6 tis alijs. Dixere Domini,quod qa Archiepiscopus † habebat titulũ, & Do.Claudia erat sine titulo,quod possessio Archiepiscopi pôderabatur,& Claudia iure familiaritatis dicebatur possidere,per ea, q̃ dicit Pau. de Castr. quem ceteri sequũtur,in l.iure familiaritatis ff. de acq. poss. & ita fuere admissa multa, quæ legitime inde adducebantur, non omitto pro memoria mea, quod inter
7 † testes Archiepiscopi primus dicebat se fuisse deputatum Vicariũ ab Archiepiscopo, q simul cũ Do. Claudia
8 sibi subscripserat patentes litteras, & alius testis dicebat, quòd in ponendis confinibus Archiepiscopus, vt confinia dirigerentur, concesserat quandam petiam terræ,de terreno Riani, illis de Castro nouo, quod est signum domini, & possessionis.

DECISIO CCXVI.

Fulginatensis prioratus, 18. Februarij 1549.

SVMMARIA.

1 *Testes petito termino ad probandum tam de familiaritate,quam execrabilitate, si non probent, processus fieri potest ad caussa expeditionem.*

2 *Pars petens ad probandum concludenter antea deducta, spacium dierum aliquot,puta octo vel decem, cum antea non probauit, habitis etiam aliquot secundo indultis dieb. sibi imputare debet petita non sibi concedi.*

Die 18. eiusdẽ in caussa Fulginatensis prioratus de-
1 duxi ad notitiam Dominorũ, qualiter † nondum
testes examinati super noua familiaritate non probant,
vt in præcedenti dictum fuit; sed nec examinati super
execrabilitate, quia caussa erat resoluta, vt nullã vltra
haberet difficultatem. Vnde petij, *an caussa deberet expe*
2 *diri*, quia † pars prætendens execrabilitatem petebat
terminum octo, vel decẽ dierum ad illam côcludenter
probandum. Et Domini pro maiori parte dixere, ꝙ deberem eam expedire,quia isti habuerant vltra vndecim dies ad faciendũ istas probationes, & ꝙ illis imputandam esset si non probauerant, maximè, quia tractabatur velle dictum probare,& ita caussam expedire.

DECISIO CCXVII.

Lunens. Sarzanen. 18. Februarij 1549.

SVMMARIA.

1 *Commissio data pro facienda absolutoria si integrè fuerit satisfactum, vel ad beneplacitum auditoris,secuta solutione, non potest absolutoria impediri.*

2 *Testes si examinari debeant, etiam cum interrogatorijs partis aduersę, nulliter examinantur, si fiat examinatio ad instantiam excommunicati.*

3 *Examinatio testium sine interrogatorijs facta, parte licet citata ad dandum interrogatoria, cum sine illis fieri examinatio non possit,fidem nullam facit, cum sit contra æquitatem & ius.*

4 *Interrogatoria non dantur cum notoriũ est fieri examen testium ad instantiam censuris Ecclesiasticis innodati.*

1 EAdem die in caussa Lunens.Sarzan.† quia erat data
commissio,ꝙ satisfacto integre,& quãtum arbitrio
meo videbatur satisfaciendo,absoluerem, illũ absolui:
sed quia cômissio vlterius procedebat dicendo, ꝙ adhi-
2 berem fidẽ testib. prout iustum fuerit, qui nulliter exa-
minati prætendebantur ab excômunicato: volui consu
lere Dominos, *an esset iustũ, ꝙ fides illis adhiberetur*. Et
dixerunt, ꝙ si fuerunt examinati cũ interrogatorijs par
3 tis aduersæ,iustũ esse fidẽ adhibere: sed quia præsuppo-
sui alios extra examinatos sine interrogatorijs quantũ-
cumque parte citata ad dandum interrogatoria,dixere,
ꝙ sine illis non poterant examinari, cùm non esset iustũ
4 adhibere fidem, quia semper pars posset docere, † non
dedi interrogatoria,quia sciebam nulliter examinati ad
instantiam excommunicati.

DECISIO CCXVIII.

Salamantinæ Abbatiæ, 18. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Interposita appellatio ex iusta caussa a decreto executorialium,retardat negocium executiuum.*

2 *Iudex habens iurisdictionem in negocio executiuo tamquam subrogatus, & similiter in negocio appellationis in alterius locum substitutus, si eadem die qua decreuit executoriales etiam admittat articulos ad probandum executionem appellationis, multum dicitur partem grauare.*

3 *Iudex deponens aliquem prætendere se grauatum per aliquam interlocutoriam,si id simpliciter fiat, absq; eo, ꝙ dicatur cum intimatione,an requiratur intimatio.*

4 *Terminus ad aliquid probãdum parti præfixus,etiam iuxta formam commissionis si nimis sit breuis, & angustè coarctatus, ab eo potest appellari, & appellans debet audiri.*

5 *Appellatio a decreto executorialium quamuis sit interlocutoria,& vbi tamen vim nacta est diffinitiuę, suspendit negocium executiuum, licet aliàs mere interlocutoria non suspendat.*

1 EAdem die in caussa Salamant. Abbatiæ,† dubitaui,
an appellatio a decreto executorialiũ cômissa,suspẽ
dat negociũ executiuũ in casu nostro, in quo prætende-
batur fuisse interpositam appellationem ex iusta caussa?
2 Quia † iudex, qui habebat iurisdictionem in negocio
executiuo,tanquã subrogatus Simonettę, & in negocio
appellationis tãq̃ subrogatus Staphilei, eadẽ die decre-
uerat executoriales, & admiserat articulos ad probãdũ
executionẽ appellationis. Vñ multũ grauauerat. Et Dñi
3 post longas disputationes,& maximè super eo, si qñ iu-
dex deponit aliquẽ,quòd se prætenderat grauatum,per
aliquã interlocutoriã,& deponit simpliciter,absque eo,
quòd dicat cũ intimatione,an requiratur intimatio, ma
ximè in casu,de quo agebatur, in quo erat iuxta formã
4 commissionis præfixus terminus ad secundã, a qua præ-
fixione termini,& eius breuitate fuerat appellatũ, Dñi
reposuerant,cum intimatione. Et sic facta intimatione,
rursus terminus stabat in suspenso: deinde post ad eius
instantiã præfixus terminus,appellauerat a dicta respon
sione,& Domini reposuerant simpliciter: fuit valde di-
sputatũ,an per repositionẽ terminus cucurrisset? tamen
5 fuere concordes, quòd † ex quo ista appellatio decreto
executorialiũ,licet esset interlocutoria,ex quo tamẽ ha-
bebat vim diffinitiuæ suspẽdebat, licet aliàs mere inter-
locutoria nô suspẽderet,ad c.nô solũ,de appell.in 6. Vñ
fuit dictũ,ꝙ deberẽ dubitare,an esset verũ, quòd habe-
ret vim diffinitiuæ,& quòd suspẽdebat. Et ita factũ fuit.

DECISIO CCXIX.

Tarraconensis Canonicatus, 18. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Extracta ex registro Legati Apostolici etiã de latere supplicationes, an sint authenticæ, ita vt fidem in iudicio facere possint.*

2 *Supplicationibus extractis ex registro Papæ vt non creditur, ita multo minus ijs, quæ ex registro Cardinalis, etiã Legati Apostolici extrahuntur fides adhibenda est ex decisione Rotali.*

Quod qualiter veniat intelligendum, & latius limitandum vide num. immediate seq.

4 *Fides supplicationibus extractis, ex registris, ex registro Pontificis adhibetur indubitata, vbi registrum est in manibus Curialis scriptoris Archiuij fide digni, bene noti, & honorati, aliàs maximè.*

5 *Decisiones duæ Rotales in antiquis, asserentes fidem extractis*

tractis supplicationibus ex registro Summi Pontificis non adhiberi, in desuetudinem abiere, quia quotidie contrarium in tribunali Rotæ, & tota Curia Romana obseruatur per praxim iuridicam iudicum, & causidicorum.

EAdem die in caussa Tarraconen. Canonicatus, du-
1 bitaui, † *vtrum supplicationi extractæ ex registro Legati de latere standum sit?* Producebantur quædam sup-
plicationes extractæ ex registro Legati Cardinalis Vitej,
dum esset Legatus ad Cæsarem in Hispaniam, quibus
2 dicebatur non esse fidem adhibendam, sicut nec suppli-
cationibus extractis ex registro Papæ per decisioné 621.
3 in antiq. & 681. Et † licet diceretur, quod illæ decisio-
nes procedere possent, quando tractaretur de canoniza-
tione gratiarum, siue de canonizandis gratijs in illis cō-
tentis, tamen fuit dictū, quod etiam loquebantur, quan-
tum ad simplicem probationem de contentis in gratia.
Et sic intellexit Staphil. in tract. suo, fol. 140. tamen Do-
4 mini dixere contrarium, † imò fidem esse adhibendam
in caussa, quo registrum esset tentum per personam fide
dignam, & in casu isto per Gerardum, qui etiam inscri-
pserat negocium, alia tamē manu scriptum asserebatur:
& bene tenebantur, vt ex inspectione apparebat, quia
Gerardus erat scriptor Archiuij Romani bonus, Curia-
lis, & persona bene nota: & per hoc allegabatur, quod
5 dicit Innoc. c. 1. de procur. Nec † obstant decisiones su-
pra allegatæ, quia dixere Domini, quod non sunt in vsu,
quia quotidie videmus ex registro Papæ extrahi suppli-
cationes, & eis fidem adhiberi, quòd si teneremus con-
trarium, infiniti haud dubiè destruerentur processus.

DECISIO CCXX.

Giennensis Scholastriæ, 18. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Cessio beneficij aliàs facta, an posse extorquere relaxationem executorialium in fauorem partis cedentis.*

2 *Cedenti beneficium, & ius, quod in eo habet in fauorē tertij, non debent licet instet in fauorē ipsius relaxari executoriales, cum post iuris sui abdicationem sua nihil interesse videatur.*

Oppositum huius vide & limitationem, cum adhuc eius interesse posit ratione expensarum in lite factarum, & reseruatę pensionis, num. seq.

EAdem die in caussa Giennensis Scholastriæ, dubita-
1 ui, vtrum † essent relaxandæ executoriales in fauo-
rem Ioannis Solano, non obstante cessione aliàs facta de
dicta Scholastria, fuerat in fauorem Ioannis Solano la-
ta sententia contra Dominicum della Coeua non posses-
sorem, quæ ob non prosecutionem, & non pro rogatio-
nem fatalium transiuerat in rem iudicatam, ante tamen
2 lapsum fatalium: † Ioan. Solano cessisse præsupponeba-
tur ius, quod habebat in fauorem tertij. Vnde ex aduer-
so dicebatur in Ioan. Solano fauorem non esse relaxan-
das executoriales, tamquam eius nō interesset, postquā
3 ius a se abdicauerat. Dixere † tamen Domini esse rela-
xandas, quia eius intererat saltem respectu expensarum
factarum in lite, quare non erat facta cessio, licet etiam
Ioannes Solano ex multis alijs prætenderet interesse,
quia reseruauerat sibi pensionem 300. super fructibus
Scholastriæ cum regressu, cuius tempus nunc aduene-
rat, tamen sola expensarum ratione, tamquam sufficien-
ti, dixere Domini esse relaxandas executoriales.

DECISIO CCXXI.

Romana hæreditatis de Gadis, 18. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum dotis, in quo est pactum constituti, vtrum probet verum titulum legitimę possessionis in Castro, vel hęreditate pretensa.*

2 *Depositum factum nomine mulieris, idque in caussam dotis non prę supponitur depositum pro soluendis creditis hæreditarijs mariti prędefuncti, sed creditrix earum ipsa mulier dicenda, & habenda est.*

3 *Instrumentum dotis confessata, & non numerata non probat titulum possessionis prætensa in hac caussa.*

Limitationem istius collige ex num. seq.

IN caussa Romana hæreditatis de Gadis, eadem die
1 dubitaui, † vtrum instrumentum dotis, in quo est pa-
ctum constituti præstet iustum titulum Do. Claudiæ ad
possidendū. Et ratio dubitandi erat, quia in instrumēto
confessa fuerat, & vltra, quod esset cōfessata, constabat,
ꝙ respectu 9000. duc. non erat numerata, qa in instru-
2 mento habebatur relatio ad quoddā depositum factum
super beneficio illorum Della casa, ꝙ fuerat factum sub
nomine Claudiæ, & illæ pecuniæ semper steterant sub
illius nomine, & sub illius nomine cēs fuerant leuatæ.
Et licet ex aduerso diceretur esse leuatas ad vtilitatem
Aloysij mariti, qui dotem confessus fuerat, & deinde
post eius obitum in satisfaciendis creditorib. hæredita-
rijs, tamen dicebatur, ꝙ propter hoc pecuniæ illæ non
erant numeratæ in casum dotis, sed ꝙ Claudia erat cre-
ditrix illorū pecuniarū. Resoluerunt Domini, ꝙ quan-
3 tumcūque erat respectu duc. 9000. quod instrumentū
illud dotis cōfessatæ, & non numeratæ, non probat titu-
lum, est textus cum ibi notatis per Doct. in l. si executo-
ri, C. de non num. pec. & per Castrensem in l. mulier. §.
4 si vir, vers. quod intellige, ff. sol. mat. quia tamen instru-
mentum erat ducat. 9000. dixerunt, quod respe. 9000.
duc. & etiam minimæ summæ poterat dare titulum suf
ficientem ad propositum, de quo agebatur, & præstare
hoc ad excludendum possessione Archiepiscopum ad-
uersarium D. Claudiæ.

DECISIO CCXXII.

Arborensis pensionisƀ, 18. Febr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Absenti, Cardinalis agentes, si institerint pro examinatione Cardinalis affictuarij, iam ad profectionem parati caussa captandi aeris salubrioris ratione valetudinis curandę, & iurisdictio dicatur auditoris ad tale examen non extendi, vtrum hoc non obstante ad examen procedi possit.*

2 *Examen super nullitate pensionis etiam non obsistente iurisdictionis defectu aliquando ex stylo Rotali per Auditorem fieri potest.*

EAdem die in caussa Arborensis pensionis, cum insta
retur coram me per agentes Cardinalis Annibalis,
1 quod examinaretur Cardinalis de Arminiaco affictua-
rius, & iturus esset Viterbium Sanctum Cassianum, &
deinde Paulam, & post vagaturum tota æstate per loca
Italiæ vbi magis sanitati suæ videretur expedire. Et ex
aduerso diceretur me non posse committere examen,
quia habebam tantum iurisdictionē super nullitate sen
tentiarum Ferratini, & Antonij Augustini, petebatur
2 tamen examinari super militate pensionis, consului Do
minos, qui dixere, quod non obstante defectu iurisdi-
ctionis opposito, poteram per id quòd habetur dec. 59.
in antiqu. dixere tamen, ꝙ Cardinalis non poterat dici
testis ad futurus, taliter, quod posset examinari, eo ꝙ
non erat adfuturus, vtpote in longinquas partes profe-
ctus, & mora erat diuturna, & nihil allegarunt, quòd
mihi fuit visum inauditum, & contra notata per Abb.
in c. quoniam frequenter, in principio, vt lite non con-
test. Et hoc fuit 13. Maij 1549.

DECISIO CCXXIII.

Toletan. matrimonij, 27. Maij 1549.

DIe 27. eiusdem in caussa Toletan. matrimonij licet dederūt dubiū alias sæpissimè datum super verisimilitudine probationum famarum contrariarum, tamē in illo non accepi vota Dominorum, sed solum recensui totam caussam, & omissa, quæ per me in hac caussa fuere proposita, & resoluta. Et fuit dictum hoc dubium restringendum, vt apparet 235.

DE-

DECISIO CCXXIV.

Hispaleusis Matrimonij, 27. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Fatuitas partis allegata ab illis, qui prætendunt interesse in caussa matrimoniali, an impediat remissoriã prætensam a procuratore partis, qua de fatuitate notatur, non constito notorie de fatuitate, nec ea probata, negatiuè.*

2 *Coniunctæ persona, vt fratres, fatuitatem sororis probare se offerentes, & hunc in finem remissoriã petentes in fauorẽ matrimonii, de quo quæstio est post factum diuortium, vtrum debeant exaudiri, & remissoria concedi.*

3 *Partes vtręque de matrimonio dissentientes, quarũ vnà super nullitate eiusdem remissoriam petit, altera super eius validitate similiter remissoriam dari postulat, quę illarum illam debeat impetrare.*

4 *Procurator partis, offerens cautionem de ratu duorum millium ducatorum, petens pro nullitate matrimonij remissoriam, cum non habeat mandatum ad illam caussam non auditur.*

EAdem die in caussa Hispalen. matrimonij dubitaui,
an remissoria decreta in fauorem fratrum Marchionissæ, venerant ad caussam pro suo interesse, & commisserãt caussam nullitatis mandati a Marchionissa, quia dicebãt
1 *esse fatuam?* Vnde † hoc prætextu prætendebant posse
impediri remissoriam, quæ prætendebatur a procuratore Marchionissæ, tamen dixere Domini, non posse impe
diri, quia de facultate non constabat, licet aliquam famã
2 dedisset, & petebant † fratres remissoriam ad probandũ
fatuitatẽ, quia in hoc negocio tractabatur materia peccati, quia erant separati, & quàm citissimè posset, deberet negocium expediri, stante eo, quòd caussa matrimonialis breuiorem requirit expeditionem, ad not. per Dd.
3 in c. ad querelã, de procur. Similiter † & Marchio, qui
comparuerat ad caussam connexã super nullitate matrimonij, pro tuitione eiusdem, postquam viderat fratres Marchionissæ venisse ad caussam pro tuitione matrimonij, & ea expressè super hoc commissa, petebat remissoriam pro impugnando matrimonio, sed illa fuit denega
4 ta non obstante, quòd offerret eius procurator cautionẽ
de rato 2000. duc. iuxta decis. 713. in antiq. quia dixere Domini, quòd nullum penitus mandatũ habebat ad illã caussam, & hoc clarum erat, nec etiam dubitabatur de eo, ad not. per Doct. in l. 1. ff. de procur. Et licet producta quædam littera missiua Marchionissæ, ex qua prætẽdebatur elici mandatum, tamen dixere Domini, quòd nil faciebat, quia in ea non constabat, quòd de hac caussa, & negocio loqueretur, maximè cum fratribus.

DECISIO CCXXV.

Romana de Gadis. 20. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Procuratore domino litis effecto per obitum partis principalis, cuius nomine constitutus fuerat procurator, contra eum an in caussa procedi possit.*

2 *Confirmatio tutorum a prędefuncto filiabus pupillis datorum, an impediri possit a parte aduersa pretendente super hereditate mariti ipsius prędefunctę.*

3 *Pars aduersa se spoliatum asserẽs, volens procedere ad testium examinationem, & iurium productionẽ, citando procuratorem partis contrarię principalis iam defunctę, iam dominum litis effectum, qui diffugiat litẽ, adducta excusatione de impedimẽtis non habitę pecuniæ, nec copia instrumentorum ob nondum confirmatos tutores, non debet audiri, nisi sublatis impedimentis, pręsupposito quòd ipsa fuerit in causa, quo minus confirmarentur dati tutores in testamento.*

4 *Facto aduersarij impeditus procurator iam dominus litis effectus, quo minus procedi possit ĩ causa, cũ passus nõ fuerit cõfirmari tutores, non tenetur comparere, & iudicium suspendi debet, cum quodlibet iustum impedimentum faciat suspendi iudicium iam captum.*

5 *Carentia pecunię iustum, imò iustissimum est impedimentum ad supersedendum in lite iam cępta.*

6 *Litis dominus effectus iã procurator, si vlterius in caussa procedi nolit ob allegata impedimenta defectus pecuniarum, & instrumentorum, quę pro nunc haberi non poterant ob non confirmatam, vel decretam adhuc tutelam illa impedimẽta probare debet, alioquin fit progressus ad vlteriora.*

DIe 20. eiusdẽ in caussa Romana de Gadis dubitaui,
1 vtrũ sit procedendũ contra procuratorẽ dominũ
litis effectũ in casu de quo agitur. Mortua erat D. Claudia vxor quõdã Aloysij de Gadis, institutis filiabus pu
2 pillis, in quib. multos tutores dederat, † quorũ cõfirma-
tioni se opposuerãt agẽtes pro Archiepiscopo Cõsenti
3 nẽsi pro aduersario in hac caussa, in qua prętẽdebat spo
liũ, & volẽtes procedere ad examẽ quorũdã testiũ, & iuriũ productorũ, citabãt procuratorẽ olim D. Claudię dominũ litis effectũ: procurator diffugiebat litem, dicens, quòd non poterat defendere caussam, quia nõ habebat pecunias, nec habere poterat ex quo nondũ erat decreta tutela, nec habere scripturas, quibus causã defende
4 ret, & propterea dicebatur, ꝙ licet procurator dominus
litis effectus posset conueniri, tamẽ ex quo erat impeditus prosequi causã facto aduersarij, q impediebat, quò minus tutores in testamẽto dati cõfirmarentur, ꝙ propter hoc in iudicio debebat supersederi, quia quodlibet iustũ impedimentũ facit caussam suspẽdi in iudicio cę
5 ptã, ad l. 2. §. sed si non. ff. si quis caut. not. in c. querela,
de procur. & iustũ est impedimentũ carere pecunijs, ad gl. in c. non iustè, de proc. per Franc. in c. ex ratione, col. 3. de appell. tamen pro nunc nõ cõstabat de his, quæ opponebãtur, & agentes pro Archiepiscopo petebãt adduci iura nouiter producenda, & articulos in quib. procurator ex aduerso, vt melius se opponeret ad defendẽdũ litẽ, nõ indigebat pecunijs, nec scripturis, dixerũt Dñi ẽt esse admittendos, & testes super articulos examinãdos,
6 si † postmodũ vlterius procedi nollet procurator domi-
nus litis effectus, habebat necesse probare impedimenta quib. probatis, supersederetur, aliàs cõtra ipsũ procederetur, iuxta regulã legis nulla dubitatio. C. de procur.

DECISIO CCXXVI.

In quadam Bracharensi. 20. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Pars spolians si pareat iudicato in hoc, quòd restitutionem in integrum committat, an seruare fructuum & expensarum restitutionem vsque in finem litis possit, posito, quòd prætendebatur, paupertas non tamen probata.*

2 *Remissoria ad probandam paupertatem petita a parte eam asserente, Rotale tribunal facilè concedere solet, posito, quod restitutio possessionis fiat parti aduersæ.*

3 *Littera impetrata in Curia, si non contineant relationem censurarum in Curia latarum per Rotam non valent, & sunt subreptitia.*

4 *Absolutio facta partis aduersæ per subreptitias litteras, vtpote, in quibus narrata non fuere narranda, non citato cuius intererat, est superuacua.*

5 *Oppositio nullitatis sententiarum antea latarum si fiat a parte spoliante cum fuerit in prioribus processib. discussa, non habetur in consideratione.*

EAdem die dubitaui, in caussa Bracharen. de Briciandos, vtrum resolutio facta a partibus sit declaranda sureptitia, & procedendum ad vlteriora iuxta formam commissionis. Petrus Perez obtinuerat rem iudicata executoriales, & omnia vsque ad interdictum in locis viciniorbus contra Abbatissam, & Moniales
1 S. Annæ, quæ † etiam paruerat quoad cõmissionem, &

commi-

commiserat caussā restitutionis in integrū, seruatis fru-
ctibus & expensis in finē litis, docto de paupertate, quā
2 numquam poterant probare, & petierāt remissoriam ad
illam probandum, quam Rota concesserat dū modo ope
rarentur, quod possessio restitueretur aduersario, quod
promiserant, & nihil fecerant, sed narrato Papæ, quòd
multis tenebantur, & maximè prædicto Petro, & non
potuerant soluere, obtinuerant a Papa per litteras in for
ma Breuis, vt committeretur cuidā iudici in partibus,
qui illas admitteret vocatis vocandis ad beneficium, c.
peruenit, siue Duardus, & illos absolueret a quibusuis
censuris, quib. pp præmissa debita innodatæ fuissent, &
iudex delegatus citato Petro, qui erat in Curia per affi-
xionem ad Valuas Ecclesiæ, illas absoluerat, & Petrus
hic in Curia impetrarat litteras Apostolicas ī forma Bre
uis, & fecerat mihi committi subreptionem dictarū lit-
terarum cum facultate extendēdi interdictum ad alias
3 duas Ecclesias. Et ita † Rota dixit litteras subreptitias,
quia non erat narratum censuras latas in curia per Ro-
tā, ideo non propter subreptionem litterarū executoria-
lium decretarū post rē iudicatam, & articulus proprie-
4 tatis pendebat in Curia, & † nulla erat absolutio, quia
non erat citatus Petrus residens in Curia, iuxta formam
litterarū. Et consensere Domini, quòd iuxta formā com
5 missionis extēderetur interdictū. Et licet † opponeretur
de nullitate sententiarū, quæ transierāt in rē iudicatam,
quia tum alias in principio huius libri patet, nullitates,
& iniustitiam sententię fuere discussam, noluerunt hoc
attendere, sed quia hodie mihi fuit inhibitum vigore
specialis commissionis, potui alio modo procedere.

DECISIO CCXXVII.

Vicentini matrimonij, 20. Maij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio alimentorum mulieri præstandorum in bonis mariti prædefuncti, fieri debent secundum liquidationem, & possibilitatem bonorum hæreditariorum.*

EAdem die in caussa Vicentini matrimonij dubita-
1 ui, † *ad quam summam sint taxanda alimenta pro Nicolao.* Et Dñi omnibus consideratis taxarunt ad summā
100. scutorū salua facultate augendi & minuendi taxa-
tiones, prout melius liquidabant bona, de quibus non
bene constabat partibus inter se discordantibus.

DECISIO CCXXVIII.

Salamantina Abbatiæ, 20. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Decretum executorialium an uim obtineat diffinitiuæ, ita ut appellatio ab huiusmodi decreto interposita in suspē so ipsam tenere possit executionem.*

2 *Iudex utramque habens iurisdictionem, licet subrogatus in locum alterius iudicis, decernendo executoriales, tacitè uidetur pronunciare de non prosecuta appellatione.*

3 *Iusta appellatio uidetur, si pars grauatam se ostendit ex eo, quod iudex eadem die, qua decreuit executoriales, etiam admisit articulos in caussa appellationis.*

4 *Pendente caussa appellationis, an possit fieri progressus ad ulteriora, absque eo quod commissionis uigore terminus præfigatur ad finiendam caussam appellationis.*

5 *Commissio si clausulam contineat cū facultate si quid exequendum fuerit, auditor exequatur, ita debet intelligi, ut non eneruet auxilium appellationis, quod omninò tenet in suspenso ipsam executionem.*

EAdem die in caussa Salamantina Abbatiæ, dubita-
1 ui, † *vtrum decretum executorialiū habeat vim diffinitiuæ, ita vt appellatio ab eo interposita suspendat executionem?* Et posito, quòd sic, *vtrum potuerit deueniri ad declarationem vsque ad commissionem propositionis termini?* Et licet Fel. in c. quo ad consultationem, col. 1. vers.
ex pronunciatione, de re iud. & DD. maximè Aret. in l.
stipul. alien. col. 3. ff. de verb. oblig. dicant, quòd non,
tamen in casu, de quo agitur, dixere omnes nemine di-
screpante, decretum hoc habere vim diffinitiuæ. Nam
pars vna prætendebat rē iudicatā, & porrexerat cōmis-
sionē executorialiū Simonettæ: alteram etiam constabat
cōmisisse, & prosecutā fuisse caussam appellationis in tē-
pore, & hæc caussa fuerat commissa Staphileo, & sic du-
plex caussa pendebat, quæ agitabatur coram Borsio sub-
rogato vtriusque, quo stante, ad instantiā illius, qui præ-
tendebat rem iudicatā, fuerat præsentata comissio Bor-
sio & parti aduersæ præfixerat terminū, infra quem si de
cōmissione, & prosecutione appellationis nō doceret, p-
cederet in caussa appellationis, tamquā subrogatus Si-
2 monettæ. Vnde dixere Dñi, ꝙ cū haberet vtramq; iuris-
dictionē conditionaliter decernendo executoriales, vi-
debatur etiā tacitè pronunciare, nec constare de prose-
cutione appellationis, a qua si non fuisset appellatū, pro-
nunciatum remansisset illud negociū, & propterea vim
diffinitiuæ habebat. Et ideo appellatio suspendebat. Et
3 maximè grauabat, & † ideo iusta fuit appellatio, & ma-
ximè, quia iudex eadem die, qua decreuerat executo-
riales, admiserat articulos in caussa appellationis, & pro
secutionis, quo stante, sequitur etiam resolutio secundæ
4 partis dubij: quia † si caussa appellationis pendebat, nō
potuerat ad vlteriorē executionē procedere, absque eo,
quod vigore commissionis præfigeretur terminus ad fi-
niendū caussam appellationis. Et licet in eadē cōmissio-
5 ne diceretur cū † facultate, si quid exequendū fuerit, au-
ditor exequatur, super quo pars aduersa faciebat funda
mentū: tamen dixere Dñi, quòd nihil faciebat, quia cō-
missio loquitur conditionaliter, & stante, quòd appella-
tio suspendebat, aliquid exequendum non erat.

DECISIO CCXXVIIII.

Toletan. matrimonij, 24. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Fama contraria, & inter se pugnantes ratione concubinatus, an probari sufficienter possint ex verisimilitudinibus indiciorum iudici propositorum.*

2 *Subornatio testium si metuatur, & constet de metu illato testib. per potentiam partis, non satis probari potest verisimilitudo indiciorum ad formarū contrariarū comprobationem ratione concubinatus subortarum.*

DIe 24. eiusdem in caussa Tolet. matrimo. dubitaui,
stante probatione famarū matrimonij, & collusione,
1 *de quib. in actis, † vtrum verisimiliter possint fama contraria concubinatus, validitatis sententiarum, & libertatis Io. Baptistæ probari iuncta verisimilitudine ex his, quæ*
2 *dicuntur de subornatione, & terrorib. & minis factis testib. per Comitem seniorē, & propter id quod habetur in processu facto Vallisoleti in alia caussa, & multa hincinde fuere deducta, de quib. in informationib.* Et Domini fuere
in opin. ex hoc solo non caussari verisimilitudinem istā,
nec ex eo dandā esse remissoriā, licet in eorū aīs aliquid
suspicionis remaneret, maximè in processu Vallisoleti.

DECISIO CCXXX.

In quadam caussa nullitatis processus, 24. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Procedi, expensis nō ex integro solutis, nō potest ad vlteriora, stante sic commissione, & ideo earum necessaria taxa est primario facienda, nec valet depositum de soluendo, sed effectualis solutio expēsarum fieri debet, antequam procedatur.*

2 *Cupiens procedi in caussa, in qua vigore commissionis ad vlteriora progredi nō licet, nisi effectualiter solutis expensis, debet facere taxam expensarum, & illas soluere, non ille, cui sunt reficiendæ expensæ.*

EAdem die, quia in quadam caussa erat adducta nul-
litas processus per commissionem, erat commissum
1 iudici, † ꝙ refectis expensis procederetur ad vlteriora,
& quia expensæ non erant taxatæ, qui obtinuerat com-
missionem, volebat facere depositū vnius Iunij, & pro-
cedere,

cedere, nisi effectualiter solutis expensis, postquam com
2 missio ita dictabat, † & quod debebat ille, qui volebat
procedere, facere taxationem expensarum, & soluere,
non autem hoc onus spectabat ad illum cui reficiendæ
erant, aliàs ad illum spectaret.

DECISIO CCXXXI.

Vincentini matrimonij, 27. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Taxatione alimentorum facta, antequam ad illarum solu-*
tionem procedatur, citanda est pars quæ ea conferre de-
bet, ad relaxandum executoriales alias decretas, & ad
videndum alimenta decerni.

2 *Taxatio alimentorũ ubi facta fuerit si tamen nondũ de ijs*
decretum fuerit promulgatum, pro nunc adhuc non dicũ
tur deberi, stante etiam resolutione facta illas deberi.

Die 27. eiusdem, in caussa Vincentini matrimonij pe
1 tebatur a me † postquam erant taxata alimenta ad
centum aureos pro Nicolao, qui deberet procedere in
adhibitione, solutionis a die, quo anno elapso illã nõ pos
set denegare, resolutumq. fuerat factum in plena audiẽ
tia, & illo die fuerat citata pars ad relaxandum executo
riales aliàs decretas, & ad videndum decerni alimenta
pro Nicolao, & Lucretia, pro qua tñ non erat resolutum
posse decerni, & notarius more solito vltimarũ audien-
tiarum acceperat schedulam, deinde annotauerat hoc
mõ, ꝙ declarauerat executoriales quantum ad alimẽta,
2 dixi vlterius velle cõsulere Rotã. Vnde † dixere Dñi, ꝙ
quo ad decretum alimentorũ nihil fuerat factũ, & pro-
pterea non poterant ex nunc aliquo mõ deberi, licet ẽt
resolutum esset deberi, & hoc ẽt stãte, licet pars à decre
to alimentorũ appellauerit, & caussam appellationis cõ-
miserit, q͞a hoc non faciebat, ꝙ decretũ esset factũ, licet
illi debitores ne per.... extenderetur postquam notarius
acceperat schedulã, appellauerat, et caussam cõmiserat.

DECISIO CCXXXII.

Pampilonensis beneficij, 27. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Mota quæstione parti super intrusione, & spolio beneficij*
si compareat prætensus spoliator, & cedat in fauorem
aduersarij possessionem, neque vlterius compareat, nisi
cum protestatione aduersarium cui cessit nihil prætẽde
re in istius beneficij possessione posse, & ob id se nõ de-
bere molestari, si nihilominus iudex contra ipsum pro-
cedat condemnando in fructus, & vsque ad brachium
sæculare, sententia est iniqua ex eo, quòd vocatus in ius
paruerit iudicato, & incontinenti cesserit, neque fru-
ctus vllos percepit.

2 *Habens procuratorem in partibus ad acceptandum quæ-*
cumq. beneficia cadentia sub suam expectatiuam, non
potest acceptare ea quę ante impetrationem expectati-
uæ vacantia fuere.

3 *Nemo ad spoliũ admittendũ licet constitutus sit procura-*
tor præsumitur habere mandatum cũ id delictum con-
tineat, cuius executio nullo mandato contineri potest.

4 *Gesta per procuratorem assertum etiam sub nomine prin*
cipalis, non nocent ipsi principali ex quo incontinenti a
die in ius vocationis omne ius si quod habebat in benefi
cij possessione in fauorem aduersarij cesserit, tamen
cum protestatione.

5 *Soluens fructus in quos fuit condemnatus timore brachij*
sæcularis ex parte, exempli gratia, aureos centum cum
protestatione sui iuris conseruandi, illo docto ad resti-
tutionem eorum aduersarius venit condemnandus.

IN vna Pampilonen. beneficij de sos, dubitaui, an Al-
phonsus esset bene condemnatus in fructibus? Con-
1 tra illum † mota fuerat quæstio super intrusione & spo-
lio huius beneficij, & ille cõparuerat, & cesserat posses-
sionem ad fauorẽ illũ in ius vocantis, & numq̃ postmo-
dum comparuerat, nisi repetita protestatione, ꝙ in hoc
beneficio aduersarius nihil poterat pretẽdere, & qđ nõ
debuerat molestari, nihilominus iudex cõtra illũ decre-
uerat sententiam & condemnauerat in fructib. q̃ sentẽ-
tia trãsierat in rem iudicatam, q͞a non fuerat appellatũ,
& fuerant decretæ executoriales, & deuentũ vsq. ad bra
chiũ sęculare contra istũ, & fuit commissa liquidatio fru
ctuum in partib. ad qđ cõparuerat iste, & concordaue-
rat de iudice, & constituerat procuratorem in partib. q
intenderet liquidationi faciendæ, sed tñ in omni compa
ritione protestatus fuerat non recedere a prima prote-
stratione, & propterea Dñi dixere, ꝙ ex quo incontinẽti
cesserat, & non constabat ꝙ aliquos fructus percepisset,
2 ꝙ male & inique erat condẽnatus. Et † licet iste haberet
procuratorem in partib. ad accipiendum quæcumq. be-
neficia cadentia sub sua expectatiua, & eorũ capiẽdam
possessionem, & vigore huius mandati possessionẽ acce
pisset, & in partib. ferè p duos annos litigasset sup con-
seruatione huius possessionis, & propterea cor t a princi
palem suum esset commissa caussa in Curia super spo-
lio, tamen ex quo mandatum non se extendebat ad hoc
beneficium cum non caderet sub sua expectatiua, quia
iam per multos menses ante expectatiuam concesſã va
cauerat, vt planum erat. Et esto, quòd esset comprehen-
3 sum non habebat mandatum ad spoliandum, & sic ad
4 delinquendum, quòd ea quæ erant facta per suum asser
torum procuratorem eius nomine, sibi non nocebant,
cum statim, quòd vocatus fuerat in iudicium, cesserat
possessionem si quam habebat in fauorem aduersarij. Et
5 quia ista de fructibus, de quibus erat condemnatus, sol
uerat timore brachij sæcularis centum aureos, & obti-
nuerat commissionem, quod in hunc euẽtum sibi debe-
rent restitui, & terminos seruauerat, dixerũt Dñi me de
bere condemnare aduersarium ad illos sibi restituẽdos.

DECISIO CCXXXIII.

Senensis prædij, 27. Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Actio parti quæsita, an remitti possit sine sollemnitatib. a*
iure requisitis ĩ alienatione rei Ecclesiasticæ immobilis.

2 *Venditio medietatis prædij si fiat recepta solutione in par-*
te, an pactum, quod reliqua solutione nondum facta nõ
debeat transferri dominium in ementem, sit obligato-
rium, ita vt seruari debeat.

3 *Soluens reliquum vigore pacti in venditione propositi a-*
ctionem sibi quærit, ita vt dominij, translatio amplius
retardari non possit.

4 *Prædium habitum ex caussa vẽditionis, vel res aliqua im-*
mobilis a prælato, vel Ecclesia, vt non potest sine sollẽ-
nitatibus requisitis alienari, ita & actio ad istud com-
petens eodem modo ab eodem prælato prætermissis de-
lictis sollemnitatibus cedi non potest in præiudicium Ec
clesiæ limitationem eius vide infra nu. 9.

5 *Iudicium idem de actione ad rem competente, quòd de re*
ipsa habetur.

6 *Præiudicare potest in rebus quærendis ipse prælatus suæ*
Ecclesiæ quantumcumque ipsi esset quæsita actio, secus
in iam quæsitis.

7 *Repudiare potest etiam ea prælatus in præiudicium suæ*
Ecclesiæ ad quæ illi iam actio fuit quæsita ex opinione
Iasonis.

8 *Vendens partem prædij, & non tradens, facta solutione*
ad eam tenetur aut ad restitutionem integram precij
tempore contractus soluti.

9 *Pecunia Religionis depositæ in banchum eo fine, vt [illegible]*
bilium emptionem conuertantur, non possunt ad [illegible]
effectus expendi, nec restitui emptori, sed illu[illegible]
remanere emptum penes emptorem pro R[illegible]

EAdem die in vna caussa Senensis prædij fuit dubita-
1 tum,† vtrum actio quæsita Præceptori potuerit re-
mitti sine solemnitatibus aliàs de iure requisitis in alie-
natione rei Ecclesiæ immobilis? Quidam.n.vendiderat
prædium dimidium præceptori S.Ioã. Hierosolymitani
ementis pro se,& nomine præceptoriæ,pro certo, cuius
2 pars tunc fuerat soluta ad 100.† quòd reliquum infra
triennium solueretur, & interim donec precium solue-
3 retur,non transferretur dominium. Vnde aliàs fuerat
dictum, actionem ex hoc contractu fuisse quæsitam
Præceptori, vt posset, soluendo reliquum precij agere
ex vendito ad partem fundi sibi venditi, qui Præceptor
nõ solum soluerat residuum precij,imò precium,quod
tpe venditionis numerauerat,erat sibi solutum. Ex quo
4 dicebatur, id non potuisse fieri, quia sicuti prædium, si
habuisset non potuisset alienare sine sollemnitatib.eodẽ
5 modo nec actionem ad illud competentem,cum iudice
tur de actione prout de re ad quam competit, vt per gl.
Bar.& Ang.in auth. de non alienandis aut permutand.
rebus Ecclesiæ,in prin.& per Bar.in l.potest, de auctor.
tutor.per Abb.in c.nulli,de reb.Ecclesiæ non alien.Do-
6 mini tamen dixere contrarium,quia in quærendis præla
tus potest præiudicare Ecclesiæ suæ,per not. per gl.in c.
si.q.6.Imol.in c.paternitatis, de dona. per Abb.in c.ve-
rum,de cond.apposit. Et etiam verum est quantumcũ-
que prelato esset quæsita actio, vt latissimè per Ias. qui
dixit hanc communem in l.hoc legati.ff.de leg.1.Nam
7 vult,prælatum posse repudiare,ad quod sine dubio erat
quæsita actio....in casu nostro esset euentualis, si infra
triennium soluisset. Et Domini maximè ponderatũt,ꝙ
successor in beneficio petierat partem dicti prædij in ci-
8 uitate Senarum,in qua contractus fuerat celebratus,&
fuerat iudicatum venditionem tenere ad traditionem
prædij, vel ad restitutionem integram precij tempore
contractus soluti, & sententia transierat in rem iudica-
tam,& fuerat executa:quia tñ aliquo modo constabat,
9 licet non plenè, ꝙ pecuniæ solutæ pro isto prædio erant
Præceptoriæ, & depositæ in bancho cum hoc, quod nõ
possent moueri,nisi conuerterẽtur in emptionem alicu-
ius prædij. Quòd,si de hoc plenè constaret, pecuniæ es-
sent malè restitutæ,& solutæ,& possent repeti,non autẽ
prædium. Dicebant ẽt,ꝙ pars pecuniarum restitutarum
emptori erat pro maiori parte exposita in emptione al-
terius prędij,quod etiam nunc possidebatur per Præce-
ptorẽ Modernum, qui litigabat,quòd tunc quoad illam
partẽ prędij res esset sine aliqua difficultate,quia tñ hoc
etiam plenè non constabat,non fuit facta vis super hoc.

DECISIO CCXXXIV.

Tullen. Meten. matrimonij, 27. Maij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo in instrumentis matrimonialium, si diuersa sit pro locorum diuersitate probãda est ab illo, qui eam allegat.*

IN caussa Tullen. Meten. matrimonij fuerat eadẽ die
1 dubitatum,vtrum consuetudo perficiendi instrumẽ-
tum,de quo agitur esset seruanda, & quod probaretur.
Et prius fuerat dubitatum, vtrum probaretur consue-
tudo? Tamen quia hęc caussa multas habebat difficulta
tes: nec poterat ante ferias expediri fuit dictũ,ꝙ erat bo
nũ in caussa supersedere, & ita dubia nõ fuere ꝓposita.

DECISIO CCXXXV.

Desertionis appellationis. vltima Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Commissio & decretum executorialium, an extinguant litem super caussa desertionis, uel non desertionis appellationis.*

2 *Decretum executorialium, cum per illud uideatur pronunciatum super caussæ appellationis, et ita negocium diffinitum, habet uim diffinitiuæ.*

3 *Commissio, si sit conditionalis dans iurisdictionem super una caussa, uel super alia, propter illam dictionẽ, uel, non potest extendi ad utramque.*

4 *Iudex decernens executoriales non docto a parte de prosecutione appellationis intra terminum præfixum sibi, tacitè uidetur innuere appellationem esse desertã, & sic firma manet sententia tamquam diffinitiua.*

5 *Iudex dans executoriales, & eadem die admittens articulos ad probandum prosecutionem appellationis, an hoc facto nullitas actorum argui possit.*

6 *Commissione duplici facta iudici, quarum una decretum executorialium continet, altera præfixionẽ termini parti ad docendum de prosecuta appellatione, nõ potest decernere executoriales, nisi prius de deserta constiterit appellatione.*

DIe vltima Maij dubitaui prout supra addendo ad
1 petitionẽ partis,an p commissionẽ,& decretũ exe-
cutorialiũ fuerit extincta lis inter Franciscũ, & Didacũ
super caussa desertionis,vel non desertionis appellatio-
nis? Nã in alia audiẽtia dixere Dñi,ꝙ per decretũ execu
2 torialium iudex videbatur pronũciasse super caussa ap-
pellationis,& ita negociũ illud diffinierat,pp quod tale
decretũ habebat vim diffinitiuę, qđ nunc reuocabatur
in dubium: quia cũ essent duæ caussæ,licet esset decretę
executoriales tñ alia super desertione appellationis ma
nebat. Sed ego dicebã,quòd cum cõmissio,de qua nunc
3 agitur,esset conditionalis dãdo iurisdictionem sup vna
caussa vel alia,non aũt simul super vtraque. Nã ita can
tabat commissio, ꝙ præfigeretur terminus, intra quẽ si
doceretur de vltima prosecutione appellationis, tãquã
4 subrogatus Simonettę,aut ꝙ volebamus dicere,ꝙ decer
nendo executoriales,& sic procedẽdo in negocio execu
tiuo, pronũciauerat tacitè appellationẽ esse desertã, &
nihil legitimè docto de prosecutione, sicut in veritate
nõ erat doctũ, & sic stabat decisio firma superius facta,
aut volebamus dicere,ꝙ remanebat adhuc negociũ ap-
5 pellationis,prout ẽt videbat iudex velle, ꝙ remaneret,
quia eadẽ die,qua dederat executoriales,admiserat arti
culos ad probandum prosecutionẽ appellationis, & tũc
decretũ executorialiũ erat nulliter factum,cũ ad vnum
tñ vel alterum haberet iurisdictionẽ,vel procedẽdi,vel
saltem omnia, quæ postmodum subsecuta fuere, erant
6 nulla,qa debebat vigore,vel primæ, vel alterius cõmis-
sionis præfigere terminum ad effectum, vt finiretur ne-
gocium desertionis appellationis, anteꝗ̃ procederet ad
executionem vlteriorem, & istud placuit omnib. Dñis.

DECISIO CCXXXVI.

Toletani matrimonij, vltima Maij 1549.

SVMMARIA.

1 *Testium multitudo nouiter producendorũ iuncta depositione testium in antiqua remissoria examinatorũ, an probet uerisimilitudinariè famam concubinatus subortã.*

2 *Fama collusionis, etiam per testes quamplures probata eneruatur per famam de matrimonio, quæ plurib. multo testibus fuit asserta ad fauorem mulieris, & bonæ fidei eiusdem ac prolis etiam legitimationem.*

3 *Specialiter quæ articulari debent, si non eo modo, quo requiritur, fuerint deducta, non prosunt articulanti.*

4 *Remissoria propter damnum irreparabile debet eo modo concedi illaque forma, ut omnem penitus nociuam diluat suspicionem.*

EAdem die in caussa Tole.matrimonij dubitaui,præ-
supposito,quòd famæ cõcubinatus validitatis senẽ-
tiarum,& libertatis Io.Bap. per Io.minorem articulatæ
sint releuantes, & non fuerint aliàs specificè productæ
ad articulandum quòd nulla vnquam fuit fama matri-
monij inter Io.Bapt. & Io. quòd fuerit fama publica de
sen-

1 *sententiis, utrum sit verisimile famas publicas posse probari,*
quedum ex deductis in proximo pracedenti dubio, sed etiam
sumpta verisimilitudine ex multitudine testium, quos D.
Ioannes minor examinare intendit, stante etiam, quod ali-
qui testes quos referam in remissoria antiqua fecerant men-
tionem de fama concubinatus, & quod forsan 20. testibus in
partibus nulliter examinatis, etiam pro fama super dictis
fumis productis. Et Domini nulla habita consideratione
de fumo, de quo in pũcto ex rationibus de quibus aliàs,
tunc super illis fuit dubitatum inclinata pro remissoria
ea ratione, quia etiã data prioritate opidi Terroson 300.
vicinorum, & ex aduerso præsupponebatur, & præsup-
2 posito, quòd fama † collusionis etiã esset probata per 25.
testes, quamuis quindecim tantum inter testes Comitis
inuenerim, & 6. item testes licet de populo non se restrin
xerant ad famam collusionis tamquam ad illam, quæ si-
bi nocebat, quia fama matrimonij per multò plures erat
probata, non poterat nocere quo minus Beatrix esset in
bona fide, & sic proles esset legitima propter sententias
latas cõtra matrimonium, vnde erat necesse, quòd con-
staret fama collusionis sentẽtiarum ad caussandum ma-
lam fidem, tamen erat possibile, quòd multò plures ex-
tarent, tamen propter loca multa circumuicina, quæ in
die nundinarum concurrebant ad locum de Terroson,
& data possibilitate, etiam erat verisimile propter suspi-
cionem examinatorũ pro parte Comitis, de quibus aliàs
3 fuit dictum, vt ex præsupposito secundo, † quia illa vali-
ditas sententiarum contra collusionem probatam non
erat specialiter articulata, ex quo etiam resultabat qua-
lis esset læsio in minore, licet aliàs ex hoc esset specialiter
4 informatum, & dictum contra, eo maximè inclinabant
pro remissoria, propter dãnum irreparabile, quæ etiam
deberet dari modo, & forma, quæ omnem penitus su-
spicionem dilueret. Dixere etiam se desiderare, quòd ad
Curiam deducerentur aliqui testes ex parte petentis re-
missoriam pro fumo.

DECISIO CCXXXVII.

Astoricensis S. Brixini, 3. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Testes de antedatione deponentes si non sint vnanimes in depositione determinata a... relevant.*

Idem si non concordent in positione opidi in quo gratia di-cuntur expedita, num. seq.

Die tertia Iunij Astoricensis S. Brixini, dubitaui, an
testibus examinatis, qui legentur, esset suspicio an-
tedationis, & quia altera pars, quæ opponebant de ante-
datione, habuit publicationem, & informando non no-
cebat, quod in dubium reuocaretur vtrum testes probarẽt,
1 vel non, fuit necessarium procedere, solum opponeban-
tur quædam, ex quibus testium depositiones videbãtur
suspectæ prout erat, quod pars testium videbatur dice-
re, quòd Cardinalis Viseo Legatus qui prouiderat eis...
in secũdo interrogatorio dicebant, quod Cardinalis ingres-
sus fuerat Barchin. 14. Nouem. cũ tñ vna ex duabus sup
plicacionibus, q̃ erat data, erat die 13. mensis, & sic eorũ
depositio præualeret, tñ hoc dictum aliquid suspicionis
2 generabat. Opponebatur etiam, quòd secundus, sextus,
& oct... us testis dicebant gratias fuisse expeditas in opi
do de Monchada, cum tamẽ gratia cantaret Barchino-
nen. prout expressimè datę partitę fuere, aliàs datæ, itẽ le-
gi Dñis depositionem Cardinalis mei exemplatam, qua
attestabatur supplicationes signatas, & expeditas Bar-
chinonen. adeo quod materia visa fuit suspecta, & man
darunt caussam concordari, alia etiam adducebantur.

DECISIO CCXXXVIII.

Clomacens. bonorum 3. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Locatio facta ante erectionem præpositura, vel dismem-brationem a Monasterio certis hospitibus, an probet iam erecta præpositura, cui certa bona attributa fuere possessionem pro Monasterio.*

2 *Bona omnia ante erectionem præpositura si fuerunt Mo-nasterij, tamen quæ nunc præpositus possidet, quàm quæ Monasterium, secuta postmodum dismembratione a monasterio quadam fuerint in erectione præpositura illi applicata, non tamen in specie constat, vel indiui-duo, quæ ea sint, qualiter veniat probanda possessio il-lorum a nouo titulari.*

3 *Actus possessorij, vt solutione pro incisione lignorum fa-cta, & pascuis pecorum si fiant agentibus prætenden-tis possessionem locorum, in quibus tales actus exerciti fuere, an probent possessionem.*

4 *Agentes in locis exercentes actus possessorios pro suo prin-cipali, de quibus est controuersia, vbi non constiterit de eorum mandato ad possessionem acquirendam trans-misso, cum id necessariò requiratur, non acquirunt pos-sessionem istorum locorum suo principali.*

5 *Possessorij actus gesti per prædictum in locis, de quibus lis mouetur ratione possessionis, non obsunt Monasterio, nec illud sua possessione priuare non constito de scientia Monasterij eò magis si facti tales actus fuerint in locis longè dissitis a Monasterio, & syluestribus, ex quo non difficulter prætendi ignorantia a Monasterio potest.*

6 *Monasterium ignorantiam prætendens actuum possesso-riorum a parte aduersa vtpote in locis remotis longè a Monasterio exercitorum, suam possessionem amitte-re non potest.*

7 *Cardinalis habens Monasterium in commendam ante e-rectionem præpositura, & illud possidens qui facta erec-tione fiat præpositus, continuans quoad bona præposi-tura assignata prius habitam possessionem, ex mutatio-ne tituli facta vtpote cum ex commendatario factus fuerit præpositus, non requiritur noua acquisitio pos-sessionis.*

Eadem die in vna Clomacen. bonorũ, dubitaui, cum
ante erectionem præpositurę factam de anno 1492.
omnia bona, de quibus agitur, essent Monasterij, & per
1 ipsum Monasterium stante Monasterio hospitium hu-
iusmodi locatum, qui ab ipso Monasterio hospitium hu
iusmodi conducebant, possideretur etiam in erectione
huiusmodi sine dismembratione pars bonorum Mona-
sterij, & applicata præpositurę, vt propterea quæ Præpo
siti ex parte testes deponunt probent sufficienter pri-
mum extremum prepposit. priuari etiam ad possessionem
Monasterij, & aliter quòd prætensa possessio sit restitui-
bilis, maximè stantibus eorum dictis instrumentis loca-
tionis per Monasterium productis præpositus agebat
spolio contra Monasterium. Et aliàs fuit resolutum o-
ptimè probari, tam primum, quàm secũdum extremum
2 ex parte præpositi, quia tamẽ aliàs omnia ista bona tam
quæ possidebantur per Præpositum, quàm per Mona-
sterium, erant huius Monasterij etiam quantumcumq;
pars esset dismembrata a Monasterio, & applicata præ-
positurę, in eius erectione tamen nõ constabat quę sint
ista bona, neque constabat de aliquo indicio possessionis
ipsius præpositi. Vnde dicebatur ex parte Monasterij, quod
3 † licet testes præpositi probarent aliquos actus possesso-
rios peractos per agentes præpositi, & per multum tem-
pus prout erant quòd incidentes ligna, & pascentes be-
stias, in locis de quibus agebatur soluissent pro pascuis,
& lignis agẽtibus agebat pro Cardinale, tñ per hoc non
4 erat quæsita possessio ipsi præposito, cum etiam consta-
ret, quod essent agentes pro Cardinale in illis locis, non
tamen habebant mandatum ad acquirendam possessio-
nem, qui requirebatur, l. 3. §. per procuratorem, ff. de ac-
quir. poss. Vnde Monasterium non dicebatur spoliasse,
5 sed suam antiquam possessionem continuasse, & actus

P possess-

possessorij, de quibus supra, facti ex parte præpositi non potuerũt priuare Monasterium possessione sua, cum de Monasterij scientia non constaret, & erat etiam in actis factos huiusmodi actus possessorios in locis siluestribus,
6 & satis remotis a Monasterio, † vñ de facili poterat Monasterium prætendere ignorãtia possessionem suã amittere, l. clam possidere, §. quia ad nundinas. ff. de acq. pos.
7 Sed ex aduerso dicebatur, quòd ex † quo Cardinalis Ferrariensis antiquus ante erectionem præpositurae habebat hoc Monasterium in Commẽdam, & illud possidebat, & facta erectione præpositurae ipse etiam fuit factus præpositus, quoad bona assignata præpositurae, cõtinuauit illam possessionem suam quàm prius habebat, mutato sibi titulo, nec noua acquisitio requirebatur, ideò illi actus possessorij facti per agentes suos, prosunt ad continuandam illam possessionem suam, & ideo bene dicitur probatum esse primum extremum. Et de secundo non dubitatur, ideo restituendus erat non obstante instrumento locationis ex aduerso producto, quia non constabat quòd habuisset effectum, nec proderat ignorantia Monasterij allegata, quia dato initio possessionis, continuatio vltra decennium non tollebat difficultatem. Et ita omnes Domini resoluere.

DECISIO CCXXXIX.

Hispalensis portionis, 3. Iulij 1549.

SVMMARIA.

1 *Succedens in ius alterius per vim coadiutoriæ, contra quẽ tres conformes sententiæ antea fuerunt prolatæ, vtrum ex hoc aliquod capiat nocumentum.*

2 *Sententiæ latæ tres etiam conformes contra primum coadiutorem in cuius ius successit alter, non eneruant ius secundi, eo non citato & inscio, cum potuerit primus pœnituisse, & collusisse cum aduersario, & ideò permisisse contra se ferri sententias.*

1 EAdem die in caussa Hispalen. portionis, † dubitaui, *an tres conformes latæ contra Ioannem Martinum nocerent Gasparo del Rio, qui successit in ius Ioannis per viam coadiutoriæ.* Et omnes Domini dixere absque aliqua con
2 tradictione, quòd † ex quo Gaspar ius habebat propter suam coadiutoriam ridiculum erat dicere, quòd per sententias latas contra coadiutorem primum eo non citato, & inscio, illud ius esset sublatum, quia potuit Ioan. Martinez coadiutorem pœnituisse, & propter hoc permisisse contra se ferri sententias, & collusisse cum aduersario, vnde omnino erat audiendus: quia tamen aduersarius non contentus ista resolutione petebat iterum audiri, alia vice dubitaui, & dicetur vlteriùs si quid noui deductum fuerit.

DECISIO CCXL.

Toletana matrimonij, 7. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Collusione probata in caussa matrimoniali famæ cõtraria, an probari possint per multitudinem testium, vel per testes saltem, qui pro verisimilibus habentur.*

2 *Collusio prætensa, allegata in matrimonio, & famæ pariter contraria, solum testibus possunt comprobari.*

3 *Testes in Curia examinati si criminaliter inquisiti fuere, fidem non faciunt, cum non sint omni exceptione maiores.*

4 *Remissoria non facilè concedi debet a iudice in casu quo agitur de præiudicio irreparabili incidentis in rem alicuius mulieris, vel pupilli.*

5 *Articuli dati si pariant non modicam suspicionem fraudis, non eliciunt remissoriam.*

6 *Testes ad Curiam & ex remotis partibus adducendi sunt aliquando, & si nõ quamplures, saltem aliquot, ex quorum depositione veritas elici possit de famis contrarijs controuersis, inque eorum depositione mutila pro supplętione remissoria potest concedi.*

7 *Curia Romana testes etiam ex longè dissitis prouincijs acciri Romam iubet, vbi timor subortus est subornationis, vel etiam suspicio facta calumniæ.*

8 *Pœna certa comminatio fieri potest parti, quæ se probaturam obtulit articulos, de quibus quæstio est suborta a iudice, quæ ipso facto incurratur in euentum non facta probationis.*

9 *Facultas probandi, an ob præsumptam calumniam alicui partium in iudicio constitutæ denegari possit.*

10 *Probatio articulorum cõtrouersorum nulli partium vnquam denegatur a iudice, sed modus probandi frequenter, & improbatur, & denegatur.*

11 *Testes ad formarum probationem faciẽdam ex locis deducendi sunt vbi verisimiliter fama, de qua agitur potuit vigere, etiam longè a Curia remoti stante possibilitate & amplis redditibus, pro cuius fauore futura est depositio, præsertim cum ex verisimilibus talis probatio fieri debeat.*

1 DIe septimo eiusdem in caussa Toletani Matrimonij, dubitaui, stãte probatione famarum matrimonij a collusione, de qua in actis, vtrum verisimiliter possent famæ contrariæ concubinatus, validitatis sententiarum, & libertatis Io. Baptistæ probari per testes perplures, vel saltem verisimiliores, vt dicta probatio tollatur, præsuppositis famis pro releuantibus, super quo dubio infinita hincinde deducta fuere. Et maximè considera-
2 rũt Dñi, ꝙ materia ista tota testibus terminabatur, & nõ deerant multæ suspiciones ex parte Annæ Gundisaluæ, & Comitis senioris qui tempore aliarum remissoriarum viuebat, & non modicum aggrauabant suspicionem te-
3 stes in Curia examinati, & criminaliter inquisiti, quibus nullam fidem adhibendam Dñs Decanus noster procu raruerat, licet Annam Gundisalnam a subornatione absoluisset: Nam si aliàs testes ex parte Annæ essent etiam omni exceptione maiores, non esset verisimile famas cõtrarias posse probari, & ideò denegandam remissoriam.
4 Tñ prædictis non attentis, videbatur dicendum contrarium, & maximè cum tractaretur de præiudicio irreparabili minoris; sed tamen ex aduerso infinita contra minorem, & eius matrẽ, & eorum agentes adducebantur, quæ non minus reddebant illos suspectos, visum fuit fa-
5 cis periculosum huic remissoriã concedere. Et fuit etiam per aliquos consideratum, ꝙ ex varijs articulis dans ex parte minoris non modica oriebatur suspicio, nam si solum innixi fuissent probandis famis de quibus in dubio, vtiq; verisimile foret has deduxisse, credentes illas addita remissoria posse probari: sed multò plura articularunt, & qñ voluerunt probare Ioannam prius contraxisse cum alio, qui adhuc viuebat tempore contractu matrimonij cum Ioannes Baptista, quãdoquidem Ioannes prius habuerat rem cum fratre Ioannis Baptistæ, & nũc alia intendunt, adeò ꝙ non quærunt remissoriam, quia de iure suo certo confidunt, sed solum pro materia dilatanda, & pro probando eo quod non est verum, adeo ꝙ
6 fuere in hac opinione Domini pro maiori parte, † quòd agentes pro minore adducerent testes ad Curiam, & si non ad sufficientiã, ad minus duodecim, ex quibus posset haberi aliqua notitia veritatis, pro quorum probatione supplenda, poterit dari postmodum remissoria, & ad
7 hoc in informationibus pro parte Didaci datis, ꝙ testes sint ad Curiam adducendi, qñ est timor subornationis, vel calumniæ allegabatur Host. in Summa de testibus, quod allegat Azo etiã ibidem, & refert, & sequitur Domin. de Sanct. Georgio, in l. dedit, §. tutor, columna secunda, versiculo, & vltimus, secundum Angel. ff. qui satisdare cogantur, notat. per Ioannem Andream, in capitulo præsentium, columna 3. versic. dicit Archid. quod vidit

vidit dubitari, de testibus, libro tertio, & facilè notat. per glos. penultimam, in fine, in cap. de statutis pro offerendo, de rescriptis, in sexto, & ibi Ancharan. post
8 Franc. tenet, quòd potest etiam iudex comminari certam pœnam, quam ipso facto incurrant, in euentum non probationis. Quod etiam firmat Alexander in l. 1. in princip. colum. fin. versic. & quod si respicantur, & Iaf. col. pen. ff. si quis ius dicen. non obtemperau. Et ad
9 articulata per partem aduersam, quòd per præsumptâ calumniam non sit deneganda facultas probandi, vt per Bartol. in l. 1. colum. penult. vel fin. versic. fin. ergo dico, & qui actus non poss. Afflict. decis. 312. cum alijs. Dicebatur probationem nô denegari, sed modum pro-
10 bandi, quod est arbitrium restringi, vt aliqui testes ad
11 Curiam adducantur, quod facile erat minori qui comi tatum tanti redditus possi debat, & famæ istæ quæ prætendebantur erant verisimiliter potius probandæ per habitantes in loco de Torrezon, vbi fama deberet viguisse, & sic per vasallos, & subditos minoris, qui de facili, vt obediant domino suo etiam libentissime ad Curiam venirent.

DECISIO CCXLI.

Hispalensis portionis, 12. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Coadiutor non debet admitti ad coadiutoriam litigiosam, nisi visis primo eius iuribus productis an releuantia sint, stante suspicione calumnia.*

2 *Iudicialiter venit audiendus coadiutor qui arguitur calumniari, constito de contrario, ex eo vel maximè, quod offerat se stare velle vnica promulgationi sententia, si hoc idem se facturos polliceantur aduersarij.*

Die 12. eiusdem, iterum proposui dubium in caussa Hispalensis portionis, quia agentes pro Alexâdro Romer, qui nitebantur sententijs, quæ aliâs contra quo ad vitium datæ erant, prætendentes coadiutorem non debere audiri, & stantibus tribus conformibus: cuius contrarium superius resoluerunt Domini: nunc autem dice-
1 bant saltem Rotam antequam admitteret coadiutorem Ioannem Alosij, debere inspici, an iura, quæ producebantur, essent releuantia: quia calumniosè contra tres conformes nitebantur, & Alexandrum possessorem mo-
2 lestabant: & Domini perstitetunt coadiutorem esse iudicialiter audiêdum, vt coadiutoriam defenderet, maxime quia non videbatur calumniari, eo quia offerebat se velle stare vnicæ sententiæ si aduersarij hoc facerent, vel saltem si vellent stare duabus, cum ipse esset paratus stare vnicæ.

DECISIO CCXLII.

Zamorensis parochialis, 12. Iunij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria dari potest parti, qua duas sententias conformes reportauit, & medietatem fructuum percepit attestante notario.*

In caussa Zamoren. parochialis de Cauagnas, dubi-
1 taui, *vtrum esset danda remissoria stante fumo, de quo in actis?* Et dixere Domini daudam esse Francisco, qui duas sententias conformes reportauerat, & quia habebat sufficienter fumum ex fide notarij attestantis medietatem fructuum arrendatam fuisse tantum, quæ ascendebat ad summam 40. ducat. contra quam fidem procurando, quod non faceret fumum, firmarunt Domini, ideo dixerunt dandam esse remissoriam.

DECISIO CCXLIII.

Lunens. Sarzanens. Iurispatron. 12. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Iuspatronatus in beneficio tamquam dominus loci prætendens ex immemorabili tépore præsentationis facta a dominis istius loci in quo est beneficium, an infringere possit sententiam latam in forma probantis iure patronatus probato.*

2 *Instrumenta producta in fauorem Monasterij asserentia Abbatem esse dominum loci, non ob id confirmant ius patronatus beneficij in eo loco siti, stante, quod adeo antiqua sint, vt & probationem domini asserentis præsentationem factam a se a tempore immemorabili, infringere non possint.*

3 *Iuspatronatus in dubium vocatum assertum a patrono a tempore immemorabili actuum præsentandi ex non readificatione, & dotatione vt re acquiri, ita probari potest.*

4 *Patroni asserentes ius sibi competere præsentandi a tépore immemorabili, vbi ab annis centum alios ab illis dominos ius præsentandi illud habuisse in instrumento probetur, an id illis ita probatum obesse possit.*

Eadem die in caussa Lunens. Sarzanens. iuris patro-
1 natus, dubitaui, posito pro nunc, quod sententia antiqua nouiter producta sit in forma probanti, vtrum tollat probationem per Adam, qui prætendebat iuspatronatus spectare ad ipsum, tamquam dominum loci illius vbi erat beneficium, quod ab immemorabili tempore citra, semper domini illius loci præsentarunt, tamquam Patroni. Ad elidendam istam probationem erant
2 producta quædam antiqua instrumenta, quorum vnû erat celebratum de anno 1514. in quibus instrumentis continebatur quod monasterium istud, super cuius iure patronatus erat lis, quod haberet Abbatiam & Monachos, & esset electum, & quod plus est, quod Abbas esset dominus loci, & istis prætendebatur elidi, seu saltem debilitari probationem per Adam factam. Sed dixere Domini, quod ista instrumenta erant adeo antiqua quod percutiebant tépus immemorabile probatum, & adeo, quod dabant ista simul quod de tempore istorum instrumentorum nô essent ista simul Monasterium iuris patronatus, sed ex
3 post, sicut istud Castrum cœpit habere dominos: Nam potuerunt acquisiuisse iuspatronatus isti Domini reædificando & dotando illud, & quando, & quod ab immemorabili tempore, vt testes deponebant, domini præsentauerunt. Et pro affirmatiua allegabatur Aimo. in tract. de antiq. temporum in prima parte, nu. 320. vers. plane, qui alleg. Corn. consi. 142. col. 3. ad fi. lib. ... & facit quod in simili dicit Afflict. in decis. 255. in fi. col. ante penul. Et ita etiâ aliâs tenuere Domini in vna Barchinonen. parochialis della Rocca, vbi quidam probabant se dominos & patronatus ad ipsos spectare ius ab imme-
4 morabili tempore; ex aduerso autem prætendebatur multo ante 100. annos spectasse iuspatronatus ad alios, quod dixere Domini nil obstare.

DECISIO CCXLIV.

Toletana pensio. 12. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Pensionis nullitas an ex eo probari possit, quòd in côfirmatione concordia talis pensionis caussa inita inter partes principales, derogationis prædecessoris Pontificis mentio nulla facta fuerit.*

2 *Pontifex ex narratis aut confirmat vel denegat sæpissimè insistens vestigijs prædecessorum Pontificum.*

3 *Signatura gratiæ non rarò mouetur exemplo superiorû, vel prædecessorum officialium ad aliquid concedendum, vel denegandum.*

4 *Mandatum productum ad côsentiendum vtrum priorem voluntatem arguat principalis in tertij fauorem nominandi per alium prælatum concordia antea inita collegam, idque post factam cassationem.*

5 *Cassatione facta concordia prælatorum de transferendo pensionem in fauorem persona nominanda, si noua superueniat voluntas, consensus, aut ratificatio antiqua, an dicatur cassatio obstare placitis innouatis.*

P 2 Traxis

6 *Praxis quotidiana obseruat concedi gratias sæpius antea denegatas, nulla facta mentione vel denegationis, vel cassationis, constito de voluntate, & assensu gratiam concedentis.*

7 *Voluntas & consensus innouatus post gratia cassationem si non est notorius, aut non probari possit etiam gratia obtenta, subreptitia ea haud dubiè habenda est.*

Eadem die in caussa Toletana pensionis 500. ducato rum inter Reuerendissimum de Coria, & D. Ioan-
1 nem de Chignoues, dubitaui, vtrum † pensio sit nulla ex eo, quia in confirmatione concordiæ facta per Paulū non fuisset declaratum alias per Clementem VII. fuisse derogatum? Nam prætendebat Dom. Ioannes pensionē istam sibi deberi vigore cuiusdam concordiæ alias Initæ inter Cardinalem tituli S. Crucis patronum suū, & Cardinalem Coriam tunc in minorib. quæ cōcordia in capite tangente istam pensionem fuerat cassata, & denegata per Clem. Septimum, nunc autem per Paulū Tertium confirmata fuerat: & fuerat narratum sibi tan tum non fuisse confirmatam, sed dictum ꝙ fuisset denegata, & potuerat intellexisse Paulus ꝙ non fuerat confir
2 mata, † vt sibi narrabatur, quia forte non erat petita non autem constabat, ꝙ intellexisset denegatam, quia tunc fortè non confirmasset, motus exemplo prædecesso
3 ris, quæ ratio placuit quibusdam ex Dominis, quia † videmus sæpissimè signaturam moueri exemplo ad aliqd denegandum vel concedendum: tamen finaliter Domini remanserunt in ista resolutione, quòd esset videndū, an post denegationē Cardinalis Cauriensis, quod perseuerasset in eadem voluntate producta, quia de iure censeretur durare, vel non, aut quod fortasse de nouo
4 concessisset, prout dicebatur ex parte Ioannis. Nam ostendebatur, quoddam mandatum datum post illam cassationem ad consentiendum huic pensioni, in fauorem personæ nominandæ per Cardinalem S. Crucis,
5 quòd adhuc non erat productum. Quod † si constaret de per se de ratificatione voluntatis, vel de noua, dicebatur, quòd non erat necessarium facere mentionem
6 de cassatione, quia videmus quod conceduntur gratiæ sæpius, nedum semel denegatæ, nec fit mentio cassationis, seu denegationis, nec est necessarium stante cer
7 titudine voluntatis. Si autem non constaret de voluntate, aliud esset, quia tunc nedum intellecta cassatione, sed etiam ex defectu voluntatis, subreptitia fuisset confirmatio.

DECISIO CCXLV.

Tullens. Metens. matrimonij, 14. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo irrationabilis etiā in actis probata in se habere, qua scilicet fides instrumentis sine testibus loco & die adhibeatur, an sit seruanda.*

2 *Fides aliquando adhibetur instrumentis sine die loco, & testib. celebratis, ita obtinente consuetudine quāuis videatur hac consuetudo irrationabilis vbi casus instrumento comprehensus est fauorabilis, vt matrimonij impugnati approbatio, & filiorum pariter legitimatis deductio.*

3 *Probationes coadiuuata per testem de visu, & multos alios de auditu & fama, accedente instrumenti, matrimonium in fauorem legitimationis filiorum probant.*

4 *Diem celebrationis actus esse positum in instrumēto aliud est ab eo quod diei mentio facta sit relationis de actu celebrato.*

5 *Casus vbi multum præiudicialis non est, immo fauorabilis, consuetudo seruari debet, licet de irrationabilitate notetur.*

Die 14. Iunij in caussa Tullens. Metens. matrimonij
1 dubitaui, † *vtrum consuetudo, de qua agitur, esse quod probaretur, sit seruanda?* Nam prætendebatur pro parte illius contra quem allegabatur consuetudo, quòd tamquam irrationabilis non esset seruanda, quia per illam dabatur fides instrumentis sine testibus, & sine loco & sine die. allegabatur de die dec. 400. seu 440. in an-
2 tiquis, & Bisignet. de constitut. dubitat. 7. † tamen Domini in materia, de qua agitur, dixerunt fidem esse adhibendam instrumentis factis secundum istam consuetudinem sic seruandam in hac caussa, in qua in materia eramus fauorabili, quia tractabatur de legitimatione
3 filiorum, & † habemus alias probationes super isto matrimonio, nam erat vnus testis de visu, & multi alij de auditu & fama coadiuuantes, & in hac consuetudine multa etiam adducebantur vltra ius commune, & locus non omnino omittebatur, quia constabatur, ex consuetudine ista quantumcumque non exprimeretur locus, in quo instrumentum celebrabatur, quia erat in Pôte al Curzon. & erat etiam apposita dies. Licet ex aduer
4 so diceretur, † quòd non erat dies celebrati actus, sed tantum relationis de actu celebrato. Et ad decisio. ex aduerso allegatas dicebatur quod erant dubiæ, & quòd ex his dubitarant, & contrarium tenuerat Felin. in capit. t. colum. 3. versiculo, item requiritur, de fide instrumentorum, vbi etiam Decius ponitur sustinere decisio. Rotæ, & tamdem etiam ipse dubitat, & Barbat. in rubr. ff. eodem, & Alexand. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff.
5 de operis noui nunciat. Vnde stante tali dubitatione, dixere Domini in casu isto consuetudinem esse seruandam, non obstantibus ex aduerso deductis, quæ loquebantur in casibus multum diuersis, & magis præiudicialibus.

DECISIO CCXLVI.

Giennens. Scholasteriæ, 14. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Pars præsentans iudici commissionem ad procedendum in sententia confirmatione vnius iudicis, alia alterius omissa, an dicatur induxisse mutationem iudicij, vt teneatur ad expensas eo vsque factas.*

2 *Titulum alium, si petat canonizari pars, & aliam instantiam, vtpote recedens ab instantia caussæ & appellatio nis secundi iudicis, haud dubiè expensas tamquam mutationem iudicij inducens, refundere tenetur.*

3 *Summariè in beneficialibus cum iuxta formas commissionis sit processus, semper omnē iuris deductionem a caussa tutelam facientem factam præsumitur, ita vt inconueniens non sit alium titulum a deducto canonizari posse sine iudicij vlla mutatione.*

4 *Canonizatio gratiarum si neutri, in fauorem familiarium platorū emanatarū, nō rarò fiunt non replicatis, vel & penitus omissis omnibus antea deductis & disputatis.*

5 *Mutatio instantia non semper de necessitate diuersitatem caussa producit.*

6 *Iudex a quo, & iudex ad quem in non paucis dicuntur aliquando conuenire.*

Eadem die in caussa Giennen. Scholasteriæ dubita-
1 ui, *vtrum Ioannes Solano præsentando commissionem Domino Prospero, vt procedat ad confirmationem sententia Veraldi, omissa sententia Ioannis Pauli, dicatur mutasse iudicium, ita vt teneretur ad expensas illuc vsque factas.* Prætendebatur ex parte Dominici de la Cueua contra Ioānem Solanum propter illam commissionem mutatum esse iudicium, & Iaon. teneri ad expensas factas vsque ad mutationem iudicij, l. sancimus, C. de iudicijs, l. edita, in fine, vbi glos. & Bartol. colum. pe-
2 nultima, versicu. quod vult dicere, C. de edend. Et maximè, quia in casu, de quo agebatur, erat facta mutatio, nedum rituli, quia petebat Canonizari alium titulum quam qui fuerat Canonizatus per Ioan. Paulum, sed

ad etiam instantiam, quia recesserat ab instantia caussæ, & appellationis sententiæ Ioan. Pauli, quo casu sine dubio expensæ veniunt reficiendæ, vt in l. prædicta, vbi Iacobus, colum. fin. vers. sed aduerte. tamen Domini fue
3 runt in contrario voto, † quia in beneficialibus in quibus iuxta formam commissionis etiam summariè proceditur, semper constat omne ius esse deductum, & ideò nō est inconueniens, quòd in fine petatur canonizari alius titulus, quam deductus, & deputatus illuc vsque, &
4 † propterea sæpissimè canonizantur gratiæ si neutri, omissis omnibus deductis, & disputatis, licet ex hoc etiā
5 sequeretur † mutatio instantiæ, quia in hoc non est diuersitas, cum semper esset eadem caussa, & posset tam iudex a quo, in prima instantia, quā iudex ad quem, omittēdo ius canonizari, vt prope fit in casu nostro, quia nulla est differentia in hoc inter iudicem a quo, & iudicem
6 ad quem, & † ideò sicut iudex a quo potest hoc sine dubio facere, vt per Bellamet. decis. 66a. & per Staphil. fol. 148. in trac. suo de litteris gratia & iustitiæ, ita etiam iudex ad quem.

DECISIO CCXLVII.

Hispalen. matrim. 17. Iunij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Littera procuratori missa a suo principali, an possint esse tales, vt ex illis possit eliti mandatū ad petendū remissoria.*

1 Die 17. eiusdem in caussa Hispalen. matrimonij † legi quattuor literas Marchionis directas procuratori suo ad effectum videndi an ex illis eliceretur mandatū ad petendum remissoriam ad probandum contra Marchionissam, non aūt ad impugnandum matrimonium. Et Domini dixere litteras esse sufficientes ad hoc.

DECISIO CCXLVIII.

Bracharensis nullitatis sententiæ, 17. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Sententia vigore commissionis lata existente clausula in commissione contra talem Monialem Abbatissam, omnesque alios, an sit nulla ex iurisdictionis defectu, ex eo quòd clausula pars, omnesque alios, non sit apta comprehendere moniales, tamquam facientes conuentum, & vniuersitatem.*

2 *Caussa in commissione si committatur contra Abbatissam super re concernente Conuentum, vel Monasterium, haud dubiè etiam complectitur negocium cæterarum monialium eiusdem loci.*

3 *Commissio si dicat parte legitimè citata, nec constet de vlla facta citatione parti, procurator tamen generalis multo ante commissionem constitutus compareat, an valeat quod agitur.*

4 *Temporis longinquitas ex quo procurator litem sustinuit, & compulsorialibus ad partes decretis comparuit, præsupponit satis instructum, & speciale mandatum habuisse ad agendum, & ideo de nullitate gesto cum eo notari non possunt.*

Eadem die in caussa Brachaten. de Briſtandos, dubitaui, † an sententia esset nulla ex defectu iurisdi-
1 ctionis. Dominus Prosper tulerat sententiam contra Abbatissam, & Moniales, cum tamen in commissione esset commissa caussa contra talem Monialem, Abbatissam, omnesque alios, &c. & propterea dicebatur hanc commissionem non dare iurisdictionem contra Moniales, cum clausula, omnesque alios, &c. non esset apta comprehendere Moniales, tamquam facientes couentum, quandā vniuersitatem, seu Collegium, ad not. per Ioan. Andr. in c. cum de illis, de præben. in 6. vet. item verbum odiosum, col. vlt. Bart. & Bald. in l. omnes popu-
2 li, ff. de iustit. & iure, quia † tamen in commissione committebatur caussa contra Abbatissam super re spectanti ad Monasterium, dixere etiam Moniales comprehendi, per not. in cap. edoceri, de rescript. Sed omnem difficultatem tollebat alia commissio, quæ expresse dabat iurisdictionem contra Moniales, sed tunc aliæ oriebantur
3 difficultates. Nam in illa secunda commissione dicebatur parte legitimè citata, & tamen non constabat quod Moniales aliquo tempore citatæ fuissent. Et licet responderetur præsumi hoc, quia comparuerat procurator, tamen replicabatur hunc esse procuratorem generalem multo tempore ante istam commissionem, imò ante cōmissam caussam constituerunt, & sub duplici commissione videlicet in caussis, tunc ad Curiam deuolutis, & illis aduisatis ad effectum vt illum bene instruere possent: tamen ad hoc respondebant Domini, prout alias quando ante declarationem datam in caussa ista fuit dubitatum de validitate huius sententiæ ex defectu mandati, quòd ex quo procurator monialium tanto tempore litem sustinuerat, & decretis compulsorialibus ad partes pro istis comparuerat ad illarum executionem procuratorem specialis, & vltimo loco post decretum brachij secularis constituerant moniales procuratorem specialem ad cedendum possessioni, volentes parere sententiæ, quod apertissimè constabat de lite scientiam habuisse, & proptęrea caussam esse legitime deuolutam, nec posse dici, quin procurator bene fuerit instructus, & ideò mandarunt Domini procedi ad vlteriora, iuxta commissionem.

DECISIO CCXLIX.

Arborensis Archipresbyteratus, 17. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta etiam penes notarijs Archiuij detenta, si multas habeant suspiciones, an possint in controuersiam vocari.*

2 *Instrumenti vigore non canonizati, an possit inhiberi Auditori Rotali ab Auditore Cameræ Apostolicæ, vt pendente caussa criminali, supersedeat in caussa ciuili, vna ex altera dependente.*

3 *Praeiudicali non existente criminali caussa ipsi ciuili, potest moderari inhibitio facta de procedendo a maiori iudice, & nihilominus procedi in ciuili, non obstante dicta inhibitione.*

4 *Acceptatio & nominatio sub certo die facta diœces. comprobata instrumento, quod Authenticum præsupponitur, non sufficiens est ad intentum assequēdum, ex quo coram alio notario talia possint fieri instrumenta pro beneplacito expectantis vacantis pinguibus, & sic fraus commit..., in præiudicium gratiarum per alios in simili casu nominationis expeditarum.*

5 *Instrumenta acceptationum, & nominationum deducta in folio non correspondenti qualitatibus libri talibus instrumentis deputati, suspicionem fraudis pariunt propter additionem & diminutionem qua ad nutum nominati fieri potest, & irritam faciunt nominationem.*

Eadem die in caussa Arborensis Archipresbyteratus, & aliorum, dubitaui, præsupposito valide, *vtrum caussa aliunde expedire possit*. Erat enim, vt alias dictum fuit, factum instrumentum acceptationis cum nominatione Diœcesis, & hoc instrumentum erat in Archiuio coram Didaco de Auila notario Archiuij, quod instrumentum licet multas haberet suspiciones, & propterea super illo erat commissa caussa per Hieronymum Compra. qui illud produxerat Auditori Camerae criminaliter citato fisco, & Hieronymo Zapata aduersario in caussa ciuili, ad effectum, vt illud instru-
2 mentum canonizaretur, & vigore illius instrumenti fecerat inhiberi ne in caussa ciuili procederem, quæ commissio fuerat reformata, & commissum mihi, quod
3 constito, quod caussa criminalis non esset præiudicialis ciuili, & quod caussa aliunde inhiberi posset, moderatem inhibitionem, & in caussa ciuili procedetem, propterea dubium supradictum emanauerat, in

quo Domini dixere, prout aliàs, ꝙ esto quod illud in-
4 strumentum esset verum, quòd tali † die fuisset facta ac-
ceptatio, & nominatio dicæc. tñ ista nominatio non erat
sufficiens, quia poterat variare nominatus, & corã alio
archiuista alias nominare, prout sibi bene visum fuisset,
& sic fraudem committere, exspectando vacationẽ ali-
quorum beneficiorum pinguiorum, & tunc variare co-
ram alio Archiuista, & cum essent vltra centum nume-
ro, non poterat de facili certificari & eo maximè, quia
5 in casu, in quo apparebat † illud instrumentum esse fa-
ctum, erat in quodam fol. ligato posito in medio vnius
quinterni, & positum in illo libro, qui producebatur, nõ
erat folium magis paruum, quàm aliud etiam alterius
signi. Vnde apparebat additum, & de facili potuisset oc-
cultari & lacerari, si non bene visum esset acceptanti il-
lud, in locum venire. Et ita, prout alias bis fuerat fa-
ctum, Domini reiecerunt istam nominationem.

DECISIO CCL.

Romana de Gadis, 17. Iunij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Possessio proprio nomine adepta non vigore instrumenti do
talis vtrum partis aduersæ restitui postulantis, & de spo-
lio prætendentis petita annullet.*

EAdem die in caussa Romana de Gadis, dubitaui,
*vtrum Claudia possederit Castrum Riani titulo, vel no
mine proprio contractus dotalis*. Et posito, quod proprio
1 † nomine, *vtrum possessio Archiepiscopi sit taliter proba-
ta, quòd Archiepiscopus veniat restituendus?* super quo lõ-
gè & latè factæ fuerunt interpretationes, & visum fuit
Dominis multo plura quàm probata essent hoc dubium
continere, & propterea mandarunt debere diuidi, &
particularius super deductis informari.

DECISIO CCLI.

Toletana matrimonii, 21. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Minor 20. annis an cogi possit ad testes producẽdos ad Cu
riam, ob subortas suspiciones falsitatis, & calumniæ
uel admoneri, & ei persuaderi de eorum productione
pro ueritatis indagatione.*

2 *Censurarum Apostolicarum tenore litterarum emanata-
rum timore, si reuocent antea a se in iudicio deposita te
stes, de subornatione non dubiam inijciunt suspicionem.*

3 *Curia Romana ex inueterato usu consuetudine approbata
confirmato in causis quantumcumque grauibus solet
remissorias concedere.*

1 DIe 21. eiusdem in caussa Toletana matrimonij, præ
suppofita, quòd materię non sint releuantes pro-
ductæ per Ioannem minorem 20. ann. & pro illorum
fumo producti testes 22. qui nulliter in partibus exa-
minati fuerũt, an pro remissoria habenda minor sit ex-
hortandus ad adducẽdos testes ad Curiam propter sup
plicationes ex aduerso allegat. Dixerunt Domini, quòd
fumus, qui dabatur, non erat sufficiens, imò suspectus
2 prout alias fuerat dictum de illis 22. testibus, † quorum
aliqui reuocarunt dictum suum timore censurarum pu
blicatarum in partibus vigore litterarum Apostolica-
rum in forma significari, & aliqui sibi ipsis contradice-
bant in his, quæ alias in remissoria dixerant, & alij, tam-
quam falsi instigati. Et propterea desiderabant Domi-
ni pro dando fumo perducerentur ad Curiam 10. vel
12. testes, quòd cum pars minoris renueret omnino vel-
le facere, fuit dubitatum, vt supra, & Domini venere in
opinionẽ, quòd parti possit suaderi, quòd hoc faceret,
sed non poterat cogi ad illos adducendos, per notata
per glos. & Doctor. in §. & quoniam, in versic. abundan-
tiam, in Authen. de testibus. Et ita procedunt notat. per
Ioannem Andream, & Hostien. quos allegat Imol. in l.
2. §. fin. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, &
distinguit latè in proposito Abbas in cap. cum caussam,
colum. penult. in fine, vers. & caussa de testibus. Aretin.
consf. 82. incipiente factum super quo, penultim. colum.
vers. circa quartum, est breuiter, & idem in effectu con-
sul. Bald. & alij, in Authen. apud eloquentiss. C. de fide
3 instrumen. maximè † stante consuetudine Curię, in qua
in caussis quantumcumque grauibus solet dari remisso
ria, & allegatum dictum c. cum caussam, col. pen. ver.
fallit tertio inferius ibi, & quamuis Io. Andr. Archid. &
Ioan. Monachus, in cap. Romana, §. præsentes, de foro
competenti in 6. cum multis alijs in informationibus
pro parte minoris datis.

DECISIO CCLII.

Romana de Gadis, 26. Iunij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum dotale mulieris ducatorum auri de Camera
mille, an probet iustum titulum mulieris prætendentis ex
eo de possessione Castri.*

DIe 26. eiusdem in caussa Romana de Gadis, dubi-
1 taui, *an instrumẽtum dotis Dominæ Claudiæ pro sum
ma mille ducatorum probauerit iustum titulum Dominæ
Claudiæ ad possessionem Castri Riani?* Et quia multa hinc
inde dicebãtur, visum fuit caussam remittendam ad Ca
lendas Iulij, quia erat difficilis causa, & non modicæ im
portantiæ.

DECISIO CCLIII.

Toletana pensionis, 26. Iunij 1549.

EAdem die in caussa Toletan. pensionis 500. ducato-
rum inter Reuerendissimum Cauriensem, & Ioan-
nẽ de Chignones, fuit dubitatum, an post canonizatio-
nem clausulæ in supplicatione apparente, durauerit vo-
luntas Cardinalis Cauriensis circa facultatem cassandi,
& nominationem faciendi per Cardinalem Sanctæ Cru
cis, maximè stante mandato nuper in actis producto. Et
ex eadem causa, quia materia est difficilis, & grauis,
fuit remissa ad Calendas Iulij.

DECISIO CCLIV.

Lunens. & Zarzan. iuris patr. 26. Iunij 1549.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus prætensum ex depositione testiũ de præsen
tatione facta a tẽpore immemorabili deductũ, ex visu,
auditu, & relatione maiorum, vtrum sufficiẽter com-
probetur.*

2 *Patroni si per decursũ annorũ 40. nõ pręsentariũt in bene
ficio ꝙ est de iure patronatus, an ex hoc sibi præiudicẽt.*

3 *Seruitus beneficio per præscriptionem longi temporis v-
trum induci possit.*

4 *Probationes testium subsistere dicuntur, & bene procede
re quando optimè deponunt.*

5 *Prouisio Pontificis de beneficio aliud est a dispensatione,
quæ habilitat ad habendam prouisionem in beneficio
quod est iurispatronatus.*

6 *Sententia cum brachij sæcularis decretione, vtrum testiũ
publicationem requirat.*

7 *Allegata derogatio iuris patronatus est deducenda &
probanda, alias non releuat.*

8 *Corrupti testes vasallique eius, pro quo testificãtur nec ob
exceptione maiores non sunt habiles ad testificandum.*

9 *Contra libertatem Ecclesiæ semel adeptam, in qua prętẽn-
debatur ius patronatus non pręscribitur, nisi speciali in-
dulto Papa alicui cõferat in ea ius patronatus eũ titulo.*

10 *Titulus immemorabilis habitus ab aliquo, ęquiparatur
omni priuilegio etiam Papali quantumcumque amplo.*

11 *Libera sit Ecclesia necne, quando dubitatur, allegari po-
test centenaria pręscriptio, quę omnem tollit dubieta-
tem si fuerit probata.*

12 *Centenaria & immemorabilis possessio habere dicitur cu-
iuscumque priuilegij vim ex decisione Rotali.*

Eadem

Eadem die in caussa Lunen. Zarzanen. iuris patrona
rus inter Dominum Centurionem, & Lapidam ex
Marchionibus de Malaspina, dubitaui, an standum
sit instrumentis antiquis, ac etiam litteris Apostolicis
commendarum factis Alexandro, & Floramonti cum
brachio sæculari post tres sententias per Floramontem
1 contra Federicum obtentas, prætensum ius patrona-
tus possit sustineri ex depositionibus testium pro parte
aduersa examinatorũ? Erant enim multi testes ex parte
Adæ, qui in prima instantia erant lecti in Rota & con-
clusum, quod probabant immemorabilitatem, quia de-
ponebant de visu per 40. annos, & ab inde supra audi-
uisse a maiorib. suis quod istud beneficium erat de iure
patronatus Dominorum Castri in quo erat situm, sed
quia per instrumenta antiqua constabat semel benefi-
cium fuisse liberum, & prætendebatur probari ex dedu
2 ctis in puncto † quod patroni per quadraginta annos
non præsentauerant, dicebatur quod iunctis istis extre-
3 mis, falsum deposuerunt testes, nec poterant aliqua præ
scriptione inductum esse istud beneficium in seruitutẽ,
ad not. per Cardinalem in Cle. plures, in quinta quæstio
ne de iure patron. quem sequitur Felin. etiam per alle-
gata in c. caussam, col. 3. vers. puto sustentabilem, de præ
scriptionibus, & pariter exclamat esse notabile, & ad-
uertendum Lamber. in tract. iuris patron. fol. 94. art. 1.
q. 10. principali 1. libri, nume. 41. quibus non obstan-
4 tibus, Domini fuere in contrarium, † videlicet proba-
tiones testium subsistere, & procedere, quia optimè
deponebant. Nam in prima instantia erat sententia,
& eius vigore brachium sæculare, sed tamen in actis
fuerant sententiæ, quarum vigorem brachium sæcula-
re..... & fuerat pronunciatũ satis constare de iure pa-
5 tro. ex dictis testium. Nam † prouisio Apostolica Ale-
xandri de anno 1506. nil faciebat, quia solum erat di-
spensatio, Alexandri, & Iulij... prouiso allegato, qui po
terat esse prouisus ad præsentationem patronorum. Et
dicebant testes, & vnus in specie de ista præsentatione
6 Alexandri similiter quod sententia cum brachio sæcu-
lari non habebat publicationem testium, quia in illis
nullum erat verbum de iure patronatus. Vnde poterat
Floram. obtinuisse contra Federicum præsentatum a
patronis ex alio capite, quæ quia beneficium non erat
de iure patronatus Alexandri, qua ex parte circumfe-
7 rebatur detogatio iuris patronatus in totum, quæ cum
non esset producta, voluerunt Domini ad tollen-
dam omnem suspicionem, quod in notis daretur, &
etiam inclinarunt produci instrumẽtum pensionis Adç,
in qua Castrum cum iure patronatus emebat, ad effe-
ctum, vt aliquo modo constaret de iure patron. præter-
8 quam † per testes, quos ex aduerso dicebatur esse cor-
ruptos, & nebulones, & vasallos non omni exceptione
maiores, ad dictum Cardinalis in d. Clem. plures, cum
sequent. ad quam respondebatur, quod verum est, quia
9 quando † constat quod quando Ecclesia semel fuit libe
ra, non præscribitur nisi ab habente a Papa ius patrona-
tus cũ aliquo titulo, prout loquitur Cardinalis, sed quã-
10 do quis † habet immemorabile, tunc illa habet cum vi
cuiuscumque priuilegij etiam Papalis, quia potest ille,
qui talem possessionem habebat, allegare quemcumque
titulum voluerit, vt fundatura, & doctrinæ vulgatæ, &
propterea cum centenaria possessio habet vim priuile-
gij, potest dicere Papa mihi cõcessit ius patronatus, itẽ
ego dotaui, & reædificaui, in quo casu cessat dictũ Car-
dinalis. Considerabatur tamen quod in fine quæstio-
11 nis dicit Cardinalis, quod quando † sumus in dubio, an
Ecclesia semel esset libera, vel non, potest allegari cente-
naria præscriptio. Ergo ac contrario sensu, quod volue-
re alij super allegato, quod quando de initio cõstat, etiã
centenaria præscriptio non sufficit, nec possessio, ramen
hoc videtur contra id, quod communiter in materia
12 iuris patronatus dicitur, in Rota de centenaria, & im-
memorabili possessione, quæ habet vim priuilegij cu-
iuscumque, & potest allegari quidquid facit ad propo-
situm centenatij possessoris.

DECISIO CCLV.

Toletani matrimonij, 28. Iunij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Remissoriam ex alio quam prætenso fumo dari possit non obstante suspicione partis aduersæ de non bene deductis quæ in probatione requirebantur.*

Die 28. eiusdem in caussa Toletan. matrimonij, du-
bitaui, an esset danda remissoria Ioan. And. absque
1 alio fumo, quam prætenso, de quo in actis, non obstan-
re suspicione ex aduerso proximè adducta? Et quamuis
Domini, qui viderant informationes, dicerent se incli-
nare pro remissoria non obstantibus quibuscumque, ta-
men quia materia est grauis, & maximæ importantiæ,
nec omnes poterant videre, fuit dictum remittendam
esse discussionem, vt melius considerari possit.

DECISIO CCLVI.

Hispal. matrim. 5. Iulij 1549.

SVMMARIA.

1 *Coniunctis personis ad caussa tutelam admissis ratione sui interesse prætensi pro coniuncta persona, an debeat iuramentum calumniæ offerri, idque in partibus extra Curiam stante remissoria concessione ad iudices partium facta.*

2 *Valetudinarij testes requisiti ad ponendũ, & iurãdum iudicis mandato domi ad hoc missis officialibus iuris constitutioni satisfacere possũt, quod idẽ in illustribus personis, & alijs impeditis graui impedimento locũ habet.*

3 *Signatura Gratiæ facultatem dandi articulos in partibus, in caussa aliàs in Curia agitata concedere potest, idque Auditoris libero arbitrio etiam attribuere.*

4 *Impeditis, & valetudinarijs ad hoc ut iurẽt, & de quæsitis deponant, mittitur notarius ad domũ, Illustribus verò personis examinãdis mittitur ipse iudex ex decreto tribunalis Rotalis, si fuerint in loco præsentes, si verò absẽtes, & notarius mitti assolet, idq. iũcto bono interprete.*

Die 5. Iulij in caussa Hispalen. Matrimonij, in qua
data fuerat remissoria Marchioni de Tariffa, &
iam concordatum de iudicibus, & loco loci, erat præ-
1 sentata commissio pro parte Marchionissæ, qua pete-
batur, quod fratribus Marchionissæ, qui venerãt ad cau
sam deferretur iuramentum calumniæ in partibus per
iudicẽ remissoriæ, quibus etiam daretur facultas quod
2 pro † testibus valetudinarijs impeditis, item pro illustri-
bus videlicet Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & eo
rum filijs, fratribus & vxoribus, possunt mittere indices
in eorum domos, qui eorum iuramenta, & depositiones
3 acciperent. Item † petebant sibi dari facultatem dandi
articulos in partibus, & Signatura remiserat omnia ar-
bitrio Auditoris, vnde vt possem regulare arbitrium se-
cundũ verba Dominorũ, omnia ad eorum notitiam de-
duxi, qui mihi dixere quod quantum ad iuramentum
4 calumniæ, erat æquum quod differretur quantum † ad
impeditos, & valetudinarios, & debere ad hoc etiã mit-
ti Notarios, quantum autem ad Illustres, & alios de qui-
bus supra si erant in loco, poterant iudices ire ad eorum
domos, & propterea non erat concedendum quod mit-
teretur Notarius, si verò extra locum essent tales Illu-
stres, tunc potest mitti Notarius cum bono interprete
ad recipiendum iuramenta talium testium, & eorum
depositiones nullo modo erant concedendæ, sed dandæ
erant hic in Curia.

DECISIO CCLVII.

Clomachen. terrarum, 5. Iulij 1549.

SVMMARIA.

1 *Commendatarius prælatus Illustrissima persona vt Cardinalis,*

nalis, an omnia bona Monasterij quod in Commendam habet possideat? & nu. 3.

2 *Dismembratio facta a Monasterio, & præpositure noua facta erectio in fauorem Commendatarij, qui remanet præpositus, non adimit possessionis prioris confirmationem, nec adimit titulum prius obtentum.*

3 *Abbas Monasterij vbi mensam non habeat separatam a mensa Capituli, & Monachorũ, vbi successerit erectio Commendæ ratione illius Monasterij, an & commẽdatarius ea conditione viuere debeat, & ob id bona habere communia cum Monasterio.*

4 *Papa Monasterium concedens in commendam ea ratione vt ibi duodecim monachi alãtur a Commendatario ad peragendum cultum diuinum, haud dubiè omnium bonorum Monasterij liberam administrationem tribuit Commendatario.*

5 *Abbatis & Commẽdatarij nõ ratione possessionis bonorũ Monasterij fit comparatio, sed perceptionis fructuũ, & in eo, quod uterq; alienare non possit proprietatem.*

Eadem die in caussa Clomachẽ. terrarum, quia aliàs dictum fuerat, quòd Cardinalis antiquus Ferrariẽ.
1 fuerat ante erectionem præpositure † Commendatarius Monasterij, & tamquam Commendatarius possederat omnia bona huius Monasterij, ante dismembra-
2 tionem & erectionem præpositure, & propterea facta dismembratione respectu bonorum applicatorum præpositure, cuius ipse remanserat præpositus, continuare poterat suam priorem possessionem cum suo priori titulo...... Et quod tunc non constabat quòd ante erectionem præpositure fuit pro parte Cardinalis moderni producta supra...... dicta commenda ex quo erat difficul-
3 tas, an ex ea constet Cardinalem † tamquam Commendatarium solum possedisse omnia bona Monasterij, & difficultatem faciebat, quia non constabat, quòd Abbas huius Monasterij haberet mensam diuisam, & bona diuisa a mensa Capituli & Monachorum, quo casu fatebatur aduersarij, quod tunc sicut Abbas possidisset solus bona ad eum spectantia, ita vt Commendatarius omnia possederit. Sed dato, quod omnia bona essent in commune, nec haberet Abbas mensam separatam à Monachis, tunc sicut Abbas non dicitur possidere solus bona, sed simul cum Monachis, eodem modo Commendatarius non dicitur possidere eius bona solus, sed simul cum Monachis, ad similitudinẽ Abbatis. Et hoc videbatur suaderi ex verbis Cõmendæ, dum in ea dicitur, sed illius & dilectorum filiorum conuentus eius de debitis supportatis oneribus de residuis illius fructibus, redditibus, & prouentibus disponere, & ordinare liberè, & licitè valeat, prout ipsius Monasterij Præpositi, & Abbates, qui pro tempore fuere de illis disponere, & ordinare poterant, seu etiam debuerint. Cum ergo Commendatarius æquipararetur Abbati, sicut Abbas non solus possidet, ita nec Commendatarius, tamen Domini
4 dixere contrarium, quia in hoc Monasterio † Commẽdato non erat conuentus, sed tantum vult Papa, quod ad minus deberent ibi esse duodecim Monachi, qui seruiant diuinis, quorum victui, & necessitatibus debebat prouidere Commendatarius, & Monachi debent esse ne cultus Diuinus minuatur. Et propterea non potest dici Commendatarius possedisse cum Monachis, adeò quod illa æquiparatio procedit non respectu possessio-
5 nis, sed aliorum, vt sicuti Abbas † pro tempore debitis supportatis oneribus, possit disponere de fructibus dũmodo non alienet bona Monasterij, eodem modo potuit facere Commendatarius, vt expresse cantat Commenda. Erita habita resolutione expediui caussam.

DECISIO CCLVIII.

Lunens. Zarzan. 5. Iulij 1549.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria an dari debeat ad probandũ libertatẽ Ecclesiæ, posito quòd probatum sit eam esse de iure patronatus.*

Eadem die in caussa Lunen. Zarzanen. dubitaui, an
1 esset † danda remissoria Lepido ad probandũ libertatẽ Ecclesiæ quã esse de iure patronatus erat per Adam aduersarium. Et licet pro parte aduersa adducerentur multa ex quib. videbatur dandam non esse, tamen Domini fuere pro remissoria, & ita illam decreuerunt.

DECISIO CCLIX.

Abricensis Pensionis, 5. Iulij 1549.

SVMMARIA.

1 *Commissio præsentata vbi in suspicionem venit subreptionis, impedit cognitionem validitatis, vel inualiditatis iam latarum antea sententiarum.*

2 *Iurisdictionem concedens commissio cognitionis nullitatis sententiæ, cum duabus præinsertis, si earum non fiat mentio insertarum de nullitate arguitur, & est subreptitia.*

3 *Commissio in qua narratur, quòd omnes cõmissiones, tam partis aduersæ quam actricis, ita fuerint productæ, vt starent, ac si essent signatæ sine præiudicio legitimæ executionis, si tamen de eo non constet Pontifici, non releuatur ab subreptione.*

4 *Sententia tempore feriarum lata, qua excessit negociũ executiuum, nulla est, cum huius respectu feriis derogatur, quod sine speciali commissione fieri non debet.*

5 *Iudex ferens sententiam circa ea, super quibus non habet iurisdictionem pronunciandi, idque stantib. ferijs, nulliter pronunciat.*

6 *Excommunicatus per sententiam iniustè, & præter æquitatem, sub prætextu non paritionis monitorij absolui potest cum expensa refici possint ab eo, & ita reddit inualidam ipsam sententiam, & penitus nullam.*

Eadem die in caussa Abricensis pensionis, dubitaui,
1 † vtrum commissio vltimo loco præsentata pro parte Cardinalis Annibalis, esset subreptitia taliter quòd non posset cognosci de validitate vel inualiditate sniæ Ferratini. Et posito, quod non, vtrum sententia Ferratini sit nulla. Fuerat data commissio habens duas præinsertas, in qua
2 expresse concedebatur iurisdictio, vt posset cognoscere de nullitate prædictæ sniæ. Contra illã opponebatur quòd erat subreptitia, quia non faciebat mentionẽ, nec præinserta, per quam oẽs cõmissiones pro vtraque parte erant productæ, vt starent ac si essent signatæ sine præiudicio legitimæ executionis, & hac de caussa Do-
3 mini inclinarunt, illam subreptitiã, & quantumcũq; esset præinserta quædã cõmissio in qua narrabatur quod omnes cõmissiones aduersarij erant reductæ, vt starẽt vt supra, tamen dixere Dñi hoc non sufficere, ex quo nõ constabat Papæ, quod omnes cõmissiones ex vtraque parte essent ita productæ: qua resolutione stante, secunda pars dubij non haber necessariam resolutionem. Et ta-
4 men Dñi discurrendo dixerunt, videri nullã sniam Ferratini quia tempore feriarum lata, excesserat negociũ executiuum, ideo huius respectu erat ferijs derogatũ.
5 Nam sententiam tulerat nedum executiuam, sed etiam circa materiam restitutoriam, in qua stantib. ferijs nullam haberet iurisdictionem pronunciandi. Notarunt
6 et alium defectum in snia, qui talis erat, nam excommunicauerant Cardinalem Annibalẽ quia non paruerat monitorio, quod optimè potuerat fieri, quia numquam erat negatum Monasterium, quod repugnantiam continere videbantur, & sic mala, & quia (vt dixi) monitorium non erat negatum, dixere etiam, quod censuræ per istam sententiam illatæ propter contumaciam non parentis monitorio, refectis expensis, potuissent tolli, & ab illis absolui Cardinalem, licet postmodum innodatus permanserit etiam per sententiam Antonij Augustini, qui illum postmodum excommunicauerat. Sed hic non patefieri tunc partibus quia, stante resolutione primæ partis

partis, dubij. ad hoc non videbatur dari ingressus, licet quandoque posset Cardinalis de Annibalis petere se absolui a censuris latis in contrarium, refectis expensis generalibus, vt dictum est.

DECISIO CCLX.

Tolet. Paroch. & Canonic. 4. Octob. 1549.

SVMMARIA.

1 *Spolians an audiri post tres latas debeat in petitorio reseruatis fructibus, & expensis in finem litis.*

2 *Spolio existente doloso, post tres conformes latas non auditur spolians in petitione dilationis expensarum vsque ad finem litis.*

3 *Dolosum existere spolium admissum in caussa beneficiali, ex quo probari possit.*

4 *Spoliantes an a dolo excusari possint, ex quo qualibet iusta caussa talem producat excusationem.*

5 *Spolians sciens sibi ius competere contra spoliatum, etiam scire debet, quòd ius propria sibi auctoritate dicere non debeat, nec possidentem sua priuare possessione.*

6 *Excusatio spoliantis, quòd Ordinarij mandato ceperit possessionem non valet, sed iuridicè ea capienda est.*

7 *Ordinarius licet potestatem habeat conferendi beneficiũ, non tamen potest spoliare posidentẽ sine iuridico processu per suos seruitores, cum fauere illis præsupponatur in præiudicium spoliati.*

DIe 4. Octobris in caussa Tolet. Parochial. & Canonicat. de Bagnos. & Tallauera, respectiue, dubita-
1 tur, an post tres in spolio, spoliãs de iure deberet audiri
in petitorio, reseruatis fructib. & expẽsis in fine litis. Et
fuit dictũ, ꝙ aliàs Rota in vna Arboren., cũ maxima ma-
2 turi tate cõclusit, ꝙ vbi spoliũ esset dolosũ, spolianti de
iure beneficiũ audientię non cõpeteret, decis. stat apud
Decanũ, & transũpta in libro meo, & dolosũ fuisse spo-
3 liũ in caussa, de qua agebatur, visũ fuit Dñis. ꝙ iste spo-
liauerat beneficia, de quib. agebatur...... fuisse per alios
possessa, sed tñ pro parte spoliantis adducebantur non-
4 nulla ex quib. dicebatur spoliãtes debere excusari a do-
lo, cũ quælibet etiã iusta caussa a dolo excuset, & duo in
5 effectu erant: primũ ꝙ spolians † sciebat ius sibi compe
tere, & non spoliato, ꝙ non placuit Dñis. quia debebat
etiã scire ꝙ nõ debebat propria auctoritate ius sibi dice-
re, & priuare possidẽtẽ possessione sua. Secundò se excu-
6 sabat, quia de mandato Ordinarij fuerat missus in pos-
sessionẽ Canonicatus, vnde auctoritas Ordinarij illius,
qui poterat conferre beneficiũ, debebat illũ excusare, li-
cet iuridicè non possedisset, ad not. per Dd. in l. iustè pos-
sidet, ff. de acquir. posses. ꝙ nec etiam placuit eadem met
ratione, quia isti spoliatores, qui erant duo, erant serui-
tores Episcopi, quib. voluit fauere, & alium spoliare.

DECISIO CCLXI.

Egitanensis Parochialis, 4. Octob. 1549.

SVMMARIA.

1 *Monitorij reintegratio si non fiat post quattuor terminorum obseruationem, an sententia sit ob id nulla dicenda, posito quòd processum fuerit ad declaratoriam.*

2 *Stylus Curiæ Romanæ est, vt antequam procedatur ad declaratoriam, monitorij fiat reintegratio.*

Intellige & limita si clausula apponatur vbi se senserit grauatum comparens & negans, nu. seq.

4 *Monitorium factum pendente caussa cognitione vnà cum mandato sub pœna excommun. non apposita clausula, si senserit se grauatum, facit ad declaratoriam procedi sine vlla monitorij reintegratione.*

5 *Constito de beneficij vacatione in Curia, intrusus a prætẽdente ius in illo, summariè, & extraiudicialiter moneri põt sub pœna excommun. ad dimittendam possessionem: alioquin non parens, excommunicari de facto potest.*

EAdem die in caussa Egitanen. Parochialis, in qua in
vltima audientia præterita pronunciatũ fuit D. A-
chille proponente, ꝙ sententia erat nulla, quia fuerat
1 processum per viam monitorij, & † ego seruatis quat-
tuor terminis absque reintegratione monitorij, proces-
2 seram ad declaratoriã. Vnde dicebatur, ꝙ † quia de stylo
erat quod integraretur monitoriũ parte comparente, &
negante, propterea snĩa erat nulla, tñ Dñi dixere con-
3 trariũ distinguentes, ꝙ † qñ fit sic monitorium alicui vt
soluat, seu aliud aliquid faciat, & si senserit se grauatũ
cõpareat, ꝙ tunc parte cõparente, & negãte, monitoriũ
deberet de stylo reintegrari, alias sententia esset nulla:
4 sed † aliquando fit monitorium pendente caussæ cogni-
tione, & mandatũ aliquod sub pœna excommunicatio-
nis, & in euentum quòd non pareatur, ex nũc, prout ex
nunc, nec solet opponi clausula, si senserit se grauatum,
quòd tunc nõ est necessarium reintegrari monitorium,
sed potest procedi ad declarationem, sine alia reintegra-
tione, & sic fuerat propriè in casu nostro, quia tractaba-
5 tur de beneficio vacante in Curia, & signatura commi-
serat, quod constito summariè & extraiudicialiter de
hoc, moueret intrusum ad dimittendam possessionem
sub pœna excommunicationis, qua non dimissa, ex nunc
prout ex tunc incurreret pœnam excommunicationis.

DECISIO CCLXII.

In quadam Romana de non tollendo iure quæsito, 4. Octobris 1549.

SVMMARIA.

1 *Commissio verba continens, procedatur prout aliàs iustũ fuerit, an sit talis, vt per ea verba omnia præcedentia restringantur.*

2 *Domus Ecclesiæ concessa in emphyteusim per rectorem prædefunctum, si cõductor non fecerit per sedem Apostolicam locationem confirmari, cadit a locatione.*

3 *Successor rectoris mortui conductori domus Ecclesiæ faciens mandatum de euacuanda, ius sibi istius vigore mandati acquirit.*

4 *Locatio domus quæ ostenditur in euidentem cedere Ecclesię vtilitatem, a sede Apostolica facile confirmatur, non obstante mandato facto de euacuanda per possessorem prædefuncti rectoris.*

5 *Regula de non tollendo iure quæsito si non fuit derogatum in commissione, an impediat Apostolicam confirmationem locationis factæ in præiudicium rectoris succedentis de mortuo, qui fecit locationem.*

6 *Paulina constitutio an contra ius commune specialem inducat modum confirmationis locationis, etiam stante euidente vtilitate Ecclesiæ.*

7 *Euidens vtilitas Ecclesiæ si appareat ex continuatione locationis domus factæ conductori, non requiruntur solẽnitates aliàs necessariæ, præsupposito, ꝙ vtilitas cedat illi cuius in gratiam solemnitates sunt introductæ.*

8 *Minori facta prohibitione venditionis sine sollemnitatibus, eam tamen facere potest illis non obseruatis si inde euidens illi emergat vtilitas, nec infringi potest eo inuito.*

9 *Venditio facta a minore, & locatio ab Ecclesia, etiam non obseruatis solemnitatib. ex voluntate vtriusque ratificantur, aliàs secus si ea voluntas non concurrat.*

EAdem die in vna Romana si in euidẽtem, dubitant,
1 *vtrum † esset locus regulæ de non tollendo iure quæsito,
& an illa verba, & prout aliàs iustũ fuerit procedatur, de
qua in commissione, restringant omnia præcedẽtia.* Secun-
da pars dubij fuit visa sine dubitatione, quia duo in com
missione fuerant expressa, & postmodum dictum fue-
rat, & aliàs prout, &c. Vnde dixere Domini, ꝙ illa clau-
sula non debebat referri ad omnia, sed quod in alijs
præterquam in expressis erit proceden. prout de iure, l.
cum prope, de lega. præstand. cum simil. Sed quia pars
2 dubij habuerat difficultatẽ, quia † fuerat concessa do-

mus

mus Ecclesiæ in emphyteusim per rectorẽ quo mortuo,
quia conductor numquam per Sedẽ Apostolicã fecerat
3 locationem confirmare,† successor fecerat fieri manda-
tum Conductori de euacuanda domo, per quod man-
datum ius illi fuerat acquisitum: Conductor vero obti-
nuerat a Sede Apostolica, quòd cõstito, quòd locatio es-
4 set † in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, cõfirmaretur: &
quia non erat facta mentio de lite introducta per man-
datum de vacuanda domo, pars aduersa obtinuerat cõ-
missionem illam reduci ad viam iuris: deinde & tertiò
fuerat obtentum, quod non obstante lite, & commissio-
ne reductiua, dummodo constaret, quòd esset in euiden
5 tem vtilitatem Ecclesiæ, confirmaretur. † Fuerat op-
positum de regula de non tollendo iure quæsito, cui in
commissione non erat derogatum, sed dicebatur nõ ob-
stare, quia ista locatio si erat in euidentem vtilitatẽ, va-
lebat de iure communi absque aliqua Apostolica confir
6 matione, licet per Paulinã, quæ † quoddam ius speciale
induxit, cõfirmatio seu cõcessio Sedis Apostolicæ requi-
ratur, ad not. per Sarnen. in d. regula q. 16. sed hoc non
placuit Dominis, quia imò Paulina facit ius commune,
& receditur a iure proprio communi quod erat ante
Paulinam. Secundò dicebatur, regulam non obstare,
7 quia etiam † de iure communi non seruatis solennitati-
bus valet, si est in vtilitatem illius in cuius fauorem solẽ
nitates sunt introductæ: allegabatur glos. l. cum similė,
§. caussam, de transact. & in terminis Faber. tract. de pẽs.
& vendit. 1. q. principali, colom. fi. vers. 2. si alienatio. &
larius per Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, colum. 3. de cõ-
8 stit. Cæph. cons. 104. col. 2. sicut † etiam dicitur de mino-
re prohibito vendere sine certa solemnitate, vt tenet
Bal. in l. contra iuris, in fin. princip. de pact. & in leg. oe-
que per illum, C. de contrahen. stipul. Sed ad hoc etiam
9 dixerunt Domini, quod † intelligebatur de ecclesia, &
minore volente actum valere, sed quando contra volun
tatem illius in cuius fauorem sollẽnitas est introducta,
fiat venditio, vel locatio, & valeat, hoc non dicunt præ-
dicti Doctores. Et ita conclusum fuit, confirmationem,
quò minus posset fieri, obstare dictam regulam de non
tollendo iure quæsito.

DECISIO CCLXII.

Abricensis pens. 4. Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Iudex an habeat iurisdictionem de nullitate sententia antea lata cognoscendi, stante commissione cum præinsertis antequam realis fuerit facta executio.*

2 *Iurisdictionem habens cognoscendi quòd sententia prius lata sit nulla, non tamen eam potest exercere nisi cum effectu prius paritum fuerit rei iud.*

3 *Excommunicatus ob non solutionem pensionis, non auditur, nisi prius effectualiter, & ad plenum decursas iam dissoluat pensiones.*

3 *Commissio nullitatis sententia, si non præiudicet executioni, an omnia acta a suspensione retardentur, ita vt procedi ad executionem non possit.*

EAdem die in caussa Abricensis pensionis, dubitaui,
1 an stante commissione vltimo præsentata cum præ-
insertis, iudex haberet iurisdictionem non cognoscen-
di de nullitate sententiæ Ferratini, antequam realis exe-
quutio facta fuerit, & posito quòd sic, an sententia Fer-
ratini esset nulla. Et dicebatur negari non posse quin ha
2 beret iurisdictionem, sed † illam non poterat exercere
donec paritum esset cum effectu iudicato, cum Cardi-
nalis de Aonibalis fuerat excommunicatus per senten-
tiam Antonij Augustini latam post sententiam Ferrati-
ni, & vsque ad brachium sæculare inclusiuè contra illũ
3 fuerat processum. Vnde dicebatur pro parte Cardinalis
de Carpo aduersarij, quòd non poterat audiri nisi reali-
ter fuerit satisfactum antea, quia postquam per resigna
turam fuerat sibi commissum quod procederet execu-
tiuè, per hoc iudicium exequutiuum erant omnia indi-
stinctè suspẽsa, & ideo procedi non poterat super nulli-
tate sententiæ Ferratini, quæ erat super petitorio & pos-
sessorio, & alijs ab exequutione diuersis, argumẽto eius
quod dicitur de pet. possess. Item omnes Domini dixere
contrarium, quia illud erat speciale in petitorio, nec de
iure cautum reperiebatur in casu nostro, in quo nec cõ-
missio nullitatis erat præiudicialis exequutioni, sicuti
4 nec possessorio & petitorio, ad not. per Bar. in l. nihil cõ-
mune, & propterea poterit procedi super vtraque, & sic
super exequutione, quæ non retardari debet propter
istud iudicium nullitatis, nisi forte in hoc casu ex com-
missione vltima esset retardatus processus, in qua dice-
batur salua remanente executione iam facta. Vltima
pars dubij fuit omissa.

DECISIO CCLXIII.

Ouetensis Capellaniarum, 16. Octob. 1549.

SVMMARIA.

1 *Iterato admitti ad in integrum restitutione in caussa beneficiali, an possit in contrarium si reportauerit rem iudicatam, constito de eius bono iure.*

2 *Iusta de caussa petens se admitti ad restitutionem in integrum, si fuerit probata, admittitur per titulum si sæpius in integ. restit. postul.*

DIe 16. Octobr. in caussa Oueten. Capellaniarum,
1 dubitaui, *an in caussa beneficij semel admissus ad be-
neficium restitutionis in integrũ, si contra se reportauerat rem
iudicatã, iterum posset admitti de iure, constito de bono iure,
vt solet dici in commissionibus.* Et dixere, quod ex caussa
2 poterat admitti, iuxta titulum si sæpius in integrum re-
stitutio postulata fuerit, &c. Vnde erat informandum
& audiendum, qua de caussa peteretur restitutio.

DECISIO CCLXIV.

Segobiensis pension. 16. Octob. 1549.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in caussa priuationis si prima fuerit, incipere debet a principali.*

2 *Priuatione antecedente fit ex necessitate vt canonizatio impediatur eamque penitus interimit.*

EAdem die in vna Segobiensis pensionis, quæsiui, v-
1 *trum cum in partibus decisione nostra caueretur, quod
in caussa priuationis prima citatio deberet incipere a prin-
cipali, vnde illæ decis. habent locum in casu quo tractaretur,
ne canonizaretur regressus post non solutionem pensionis.*
Et dubium faciebat, quia in hoc casu non agitur de pri-
uatione, sed de canonizatione regressus, & in sententia
nulla fit mentio de priuatione, & priuatio nõ fit per sen-
tentiã, sed in literis reseruationis pensionis. Tamen Do
mini dixere contrarium, quia in effectu priuatio, tam-
2 quam necessarium antecedens interimit, & licet fiat in
litteris, tum per iudicem super canonizatione regress.
venit declaran. cum simus in casu, in quo per litteras est,
imposita pena priuationis, & inducta priuatio, ideo ea-
dem ratione prima citatio debet incipere a præsenti.

DECISIO CCLXV.

Conchensis Capellaniæ, 16. Octob. 1549.

SVMMARIA.

1 *Possessio an stante oppositione appellationis procuratoris partis aduerse, sit attentata & per consequens non restituibilis, sed per sequestrum suspendenda.*

2 *Ordinarius vtrum instituere possit aliquem in beneficio iuris patronatus, quòd uni debetur ex agnatione fundatoris proximiori in gradu, qui non sit taliter qualificatus.*

3 *Terminus negatus procuratori pro informando principalem, si negetur, & procedat ad vlteriora iudex, tradẽdo possessionem, dicitur attentata possessio.*

4 *Procurator si opponat caussa nõ concessionis termini pro auisatione absentis principalis, dicitur litem contestari.*

5 *Oppositio appellationis ob non concessum terminum facta*

per

per procuratorem an impediat iudicem procedere ad vlteriora.

6 *Appellatio non habens concomitantem inhibitionem non est impeditoria iudicij, nec illud suspendit.*

7 *Institutio facta per Ordinarium in beneficio, quòd est de iure patronatus, non citata parte est nulla.*

8 *Iudex si ad vlteriora progreditur non citato procuratore partis aduersæ, postquam lis est introducta, nulliter procedit, & ideò possessio capta a parte non est restituibilis, sed sequestranda.*

1 EAdem die in caussa Conchen. Capellaniæ de Belmōte, dubitaui, *vtrum possessio Hieronymi sit attentata stante oppositione appellationis procuratoris Petri, & per consequens non restituibilis, sed sequestranda.* Hieronymus
2 vacante ista Capellania, quæ † erat de iure patronatus, & debebatur vni ex agnatione fundatoris proximiori, petierat ab Ordinario vt illum institueret. Aduersarius proposuerat edictum & infra terminum edicti comparuerat procurator Petri, & se opposuerat dicens Petrū esse proximiorē & idoneū, & qui erat in Curia, petebat
3 terminum ad auisandum Petrum, & talem q † posset venire, q si non concederetur appellabat, nō obstante ista appellatione, & oppositione procuratoris Petri, iudex sequenti die, qui erat vltimus positus in edicto: pcesserat, ad institutionem Hieronymi, & sibi possessionē tradiderat, q dicebatur attentata, & non restituibilis, quia ex op
4 positione, & appellatione erat lis introducta cum Hieronymo, q erant tres psonæ, ad Capitulum forus, de verb. signif. Et proposito edicto p istam comparitionē, & oppositionē erat inceptus processus iudicialis, vt dicit Lāber. in tract. iurispatr. 1. p. ar. 9. q. 4. principali. Ex aduer-
5 so dicebatur contrariū, † q oppositio non obstabat quominus iudex ad vlteriora posset pcedere, vt dicit in hoc in c. ad dissoluendum, extra de sponsalibus. Sed respondebatur, q in hoc erat reprobatus ab omnib. communiter, vt per Fel. post Ant. Abb. & Imo. in d. c. dudum, col. 7. ver. 1. cōclusio, de præsump. & in col. 7. ver. fallit quin
6 to generaliter. Dicebatur ēt pro appellatione † nō obstare, quia erat q nō suspendit, neq; impedit iudicium nisi facta inhibitione ad Capitulum non solū, §. 1. de appell. in 6. Sed ēt ad hoc respondebatur, q hoc procedit, & intelligitur, vt iudex super eo, sup quo non fuerat appellatum, sed super negocio appellationis nō pōt procedere, et sine inhibitione. Et fuit allegatus Ant. de But. in c. dilecti, el 2. de rescript. de quo meminit, & loquit Alex.
7 cons. 86. vol. 5. Propterea dictum fuit institutionē factā per Ordinariū fuisse nullam, quia sine citatione partis,
8 quia postquam procurator Petri se opposuerat, debebat illū citari facere iudex, qñ processerat ad vlteriora, postquam lis fuerat introducta, & sic dixere Domini possessionē Hieronymi non restituibilem, sed sequestrandam.

DECISIO CCLXVII.

Archipresbyteratus Arborensis 16. Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Instrumēta acceptationum nominationum Diœcesium, an sint valida litteris nondum expeditis.*

2 *Caussa ciuilis existens præiudicialis criminali, facit negocium suspendi, ita vt debeat in ea supersederi vsq; ad magis vrgentis expeditionem.*

3 *Publica sunt omnibusque patent acceptationes quæ fiunt apud notarios Archiuij, copiaque earum petentib. vbi interesse prætendunt earum datur, prævalentq. illis quæ apud alios notarios fiunt.*

EAdem die in caussa Arborensis Archipresbyteratus & aliorum, dubitaui, *præsuppositis pro veris, & vali*
1 *dis instrumentis duarum acceptationum in specie, quoad Diœc. quod exprimantur in litteris, & possint acceptari litteris non confectis, & colligitur quod nominatio Diœc. fuerit facta ante prouisionem Signorini, saltem vt transferat onus probandi in actorem dicentem contrarium:* Hic punctus virtualiter fuit extensus supra 17. Iunij, & resolutū quòd non: tamen hodie Domini mutarunt votū, & dixere, quòd si per iudicem criminalem, coram quo caussa pendebat, fuerit iudicatum ista instrumenta vera & valida, & his fidem adhibendā, vt præsupponebatur in dubio, nesciebat quomodo posset dici nominationē tūc non esse factam, quia ex nominatione facta in Diœc. Calaguritana, & Arborensi sequebatur necessariò nominatio illarum Diœc. & sic ante prouisionem Signorini. Et dubium quod aliàs habebatur de illis instrumentis tollebatur per supradictum, & per sententiam si ferretur in
2 criminali caussa adeo quod omnino caussa ista ciuilis p̄iudicialis erat criminali, propterea debebat in ea supersederi. Nec obstat quòd aliàs illos mouerat, q videlicet istæ acceptationes, & nominationes, de facili occultari, & lacerari possent, quia hoc non erat reseruandū, nec secuta ista nominatio erat nec de facili vitiari, si erat probatum illud, quòd præsupponebatur esse probatum,
3 videlicet quòd illæ acceptationes, q fiunt apud notarios Archiuij sunt publicæ, & patent omnib. & earum datur copia petentib. dummodo habeant interesse. Verum tñ est, quòd si ex aduerso probaretur, vt aliàs dictū fuit, esse verū, q istę nominationes numquam solent fieri corā istis notarijs, sed in Camera vel Cācellaria tāquā locis magis publicis, & in quib. magis patent omnib. q scribūtur in libris, qui ostenderunt omnibus quod tūc essent.

DECISIO CCLXVIII.

In caussa Vrgensis spolij, 27. Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Spolium vtrum ex relatione testium, qui litteras ex partibus se vidisse attestantur ipsius spoliantis principalis, satis sufficienterque probetur.*

2 *Semiplena probatio requisita ad dispositionem testium si defuerit depositio testium ut inutilius, non est in consideratione.*

1 DIe 27. Octobris, in caussa Vrgellen. in qua super spolio procedebatur per contradictas, *an esset probatum sufficienter secundum extremum, ex duobus testibus deponentibus per id quod intellextrant per litteras de partibus, & vnū testem, qui nedum deponebat de publica voce & fama, sed etiam de auditu a spoliante?* Et dixerunt, q nō,
2 quia hic nulla adest semiplena probatio, quę saltem requiritur ad probationem secundi extremi, maximè qa procedebatur per contradictas, nam considerabile erat in lite, quòd litem sustinuisset.

DECISIO CCLXIX.

Hispalens. Canonic. 27. Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Lata sententia, a qua fuit appellatum per datam schedulam intra decem & quinque dies, non potest succurri appellanti ob lapsum decendij.*

2 *Schedulam appellatoriā lapso termino præfixo exhibens, sibi imputare debet, sibique ob moram præiudicat.*

EAdem die in caussa Hispalen. Canonicatus, feci etiā
1 verbum, *an vellent Domini succurrere. Nam contra quem erat lata sententia, & appellauerat, prout in schedula quam dare promiserat, & illam postmodum dederat die 15. & sic quia infra decendium, sententia transiuit in iudicatum.* Et dixerunt, quod non poterat succurri, & debe
2 bat imputari sibi, qui schedulam in tempore non dederat, nec aliud poterat facere, & maximè, quia contra quem sententia trāsibat in iudicatum, nil habebat in ea.

DECISIO CCLXX.

In caussa Toletanæ pensionis, 27. Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Clausula cessationis consensus apparens ex supplicatione nomi-*

nominationis alicuius personæ, an arguat perdurationem pristinæ voluntatis.

2 *Concordia de translatione pensionum cum consensu Sedis Apostolicæ inita legitima est, & in effectum ducenda.*

3 *Reseruatio pensionis vigore concordiæ initæ vtriusq. prælati consensum requirit, præsupposito quòd prætendant de interesse.*

EAdem die in caussa Toletan. pensionis 500. ducato-
1 rum, dubitaui, *an cassatura clausulæ in supplicatione apparente durauerit voluntas Cardinalis Cauriensis circa facultatem cassandi, & nominandi personam per Card. S. Crucis, maximè stante mandato nouiter in actis producto.*
Quod dubium pendebat ab his, quæ supra dicta fuere
in dubio data 22. Iunij, hoc anno in eadẽ caussa, in qua
2 fuerat facta quędam concordia, vt supra dictũ fuit, † super beneplacito Sedis Apostolicæ, & cum fuisset supplicatio data ad resignandum, fuerat caulatum vnũ caput in quo concedebat S. Crucis, vt de pensione sibi reseruata posset cassari vsque ad 60. ducatos, & in illam Cardinalis Caurien. teneretur consentire in fauorem alterius
5 personæ nominandæ per S. Crucis. Postmodum † reseruauerat hanc pensionem non nominandam per sanctæ Crucis sine alio consensu Cardinalis Cauriensis, & prętendebat valere, quia durauit volũtas Cauriensis etiam post cassaturam. Ex aduerso prætendebatur contrariũ, & latissimè fuit informatum per vtramque partem, tandem Rota resoluit, quòd ex hoc huius supplicationis caussa illa cassatura Caurien. præstiterat consensum expressè, & Card. S. Crucis tacitè consequendo alia contenta in concordia, & percipiendo pensionem vsque ad mortem, quòd videbatur vtrumque ratum habuisse illud, quod erat factum, nec amplius cogitasse de illo capite cassato, & per consequens voluntatem non durasse, nec aliquod fundamentum fecerat in mãdato de nouo producto, ꝙ Cardinalis concesserat ad consentiẽdũ cassationi, & reseruationi de nouo 700. ducatorũ super fructib. Episcopatus Cauriens. in fauorem personæ nominandæ p Cardinalem S. Crucis, & in totum sub eadẽ forma, prout erat caput cassatum volentes arguere agẽtes pro pensionario cõtra Cardinalem Cauriens. ꝙ ex illa cassatione non erat mutata volũtas, quasi non appareret gratiã obtineri posset a summo Põtifice, qa nũc illud mandatũ similis pensionis non dedisset, qa non dicebãt Dñi, prout fortasse informantes dicebant, ꝙ cessauerit posse obtinere gratiam a summo Pontifice, sed quia illi cassationi præstando consensum acquieuerũt, nec videbatur amplius cogitasse de obtinendo Capitulum cassatum a Papa, & hoc mandatum, de quo in dubio, erat penitus diuersum, & separatum a primo, quia primũ erat de 200. reseruatis super Archidiaconatu Tolẽsi, ad quẽ fuerat nominatus Io. de Cignone nepos Card. mandatũ autem erat datum ad 700. reseruatum super fructib. Ecclesiæ Caurien. & fuerat nominatus Card. Grimaldus.

DECISIO CCLXXI.

Lunensis Sarzan. 25. Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Facultas concedi an possit per remissoriam examinandi mulieres, & honestas personas, senes, & infirmos in partibus.*

2 *Testes in loco suspecto vbi tutus accessus non datur, an possint examinari in præiudicium partis.*

3 *Iudex & notarius possunt accedere loca ex commissionis vi, vbi sunt senes, & mulieres ad eos examinandos, & quoscumque impeditos de iure, & facto.*

4 *Senes non valetudinarij non sunt ex illis testibus, qui sunt impediti de iure, & de facto, & ideo ad eos examinandos non requiritur accessus iudicis, & notarij.*

DIe 25. Octobr. in caussa Lunen. Sarzan. iurispatro-
1 natus dubitaui, *vtrum sit concedenda facultas examinandi senes, seu infirmos & honestas personas, ac mulieres, iuxta formam commissionis alibiq. in loco remissoria.*
Litigabatur super isto iure patronatus inter Adam Centurionem & Lepidum de Marchionib. de Malaspina, & erat concessa remissoria Lepido, qui extra locũ præ-
2 dictum volebat examinare testes, de quib. in dubio negabatur ex aduerso debere concedi hanc licentiam pp suspicionem de non tuto accessu ad quædam loca ibi vicina suo dominio de Malaspina, & Ducis Florentini, cuius iste Lepidus erat seruitor, & familiaris. Decreuere Domini, quòd in loco de Malaspina nullo mõ esset concedenda licentia, sed in locis subiectis Duci Florentiæ, quia non obstantibus his, quæ dicebantur, ex aduerso noluere cogitare, quòd esset tutus accessus, & ꝙ timor
3 alicuius Ducis. &c. Et ideo quòd in illis, & alijs locis vicinis concesserant posse adire iudicem & notarium pro examinandis impeditis de iure, & de facto, cuiusmo-
4 di sunt senes, qui non sunt valetudinarij.

DECISIO CCLXXII.

Oueten. Capellaniarum. 25. Octob. 1549.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum etiam post iudicatum fit sępius in beneficialibus iure bono existente a parte illius, qui illam petit.*

2 *Nouis probationibus superuenientibus conceditur in integrum restitutio in caussa beneficiali.*

EAdem die in vna Oueten. Capellaniarum dubitaui,
1 *vtrum esset restituendus in integrum Alphonsus Morani aduersus rem iudicatam in restitutione in integrum?*
Et inclinabant Dñi, ꝙ sic, qa in beneficialib. ius bonum nõn põt nocere, & propterea semper ꝙ de bono iure potest constare, et sæpius in integrum restitutio conceden-
2 da est, maximè superuenientib. nouis probationibus ad no. l. fi. vbi Bar. & Doct. C. si sæpius in integrum rest. pet. Et ita maior pars tenebat: quia tñ fuit dictum, ꝙ alias in vna Romana domus pro quodam Io. coram D. Prospero 26. Decẽb. 1547. fuerat dictum, ꝙ licet ex noua caussa restitutio iterum petita deberet dari, l. fi. C. si sępius in integrũ restitutio pet. vt declarat Bal. in l. 2. co. ti. tñ illud intelligitur ex nouis probationib. super ætate, non autẽ super læsione, prout in terminis declarat Ang. in l. 1. C. si minor se maior dixerit, vbi reddit rationem differẽtiæ: fuit dictum, quòd partes considerata dicta dec. & allegatis in ea deberent iterum informari. Et ita fuit factum.

DECISIO CCLXXIII.

Lunen. Sarzan. parochial. 25. Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Sola signatura stante vtrum œconomus impedito Episcopo ordinario loci ratione delictorũ possit beneficia collata confirmare litteris non expeditis.*

2 *Iurisdictionem ordinarius, vel œconomus non habent ante expeditionem litterarum cõcessionis, in actu, sed solum in habitu.*

3 *Gratia informis est supplicatio signata, quæ litterarũ expeditione secuta formam accipit.*

4 *Papa ex certa scientia, & motu proprio si œconomum deputauit ad beneficiorum collationem potest conferre sine litterarum gratiæ expeditione.*

5 *Patronus existens in possessione iuris patronatus, licet non sit patronus, eius tamen præsentationes sunt bonæ.*

6 *Publicè & palam exercens facultatem conferendi beneficia, præsumitur eam legitimè adeptus.*

1 IN vna Lunen. Sarzan. parochial. dubitaui, *vtrum œconomus litteris non expeditis, possit confirmare beneficia stante sola signatura?* In hoc Episcopatu Papa motu proprio creauerat quendam in œconomum, quia Episcopus in delictis erat impeditus administrare amplissimam facultatem; Concesserat etiam conferendi

bene-

beneficia,& solum signata erat supplicatio,nec super ea
erant expeditæ litteræ tempore quo prouiderat de dictis
parochialibus. Vnde dubitabatur,an prouisio valeret,&
1 dicebatur quod non : quia † ante expeditionem littera-
rum executor habet iurisdictionem in habitu, non in a-
3 ctu,quia supplicatio signata est gratia informis,quæ per
expeditionē litterarum accipit formam,Sarnen.in prin.
quæst.nu.9.& in 10.quæst.super regula de non iudican-
do litteris non expeditis, & allegabatur decis.459. cum
decis. præcedenti in nouiss. Tamen Dñi dixere contra-
rium , quia prædictæ decis. loquuntur in alijs terminis ,
qñ gratiā facit Papa in supplicatione exequenda,in qua
supplicatione exequutores non fuerunt nominati , sed
postmodum in litteris nominantur , tūc licet pars possit
allegare executores , tamen nullam habent iurisdictio-
4 nem,litteris non expeditis, sed secus erat in casu isto, in
quo Papa motu proprio, & ex certa sciētia œconomum
deputauerat illum nominando in gratia,& quia in sup-
plicatione nihilominus cōtinebatur,vt ꝙ deputatio hu-
iusmodi œconomi,qui erat in quasi possessione exercen
di officiū,hoc est conferendi in beneficia,prout in simili
5 dicitur de patrono existēte in possessione iuris patrona-
tus,& conferendi,licet bene nō esset patronatus, & eius
præsentationes valerent,c.cōsultationib.de iure pat. vel
dec.255.in antiq. & 268.in nou. & dec.22.n.4.in antiq.
6 Bisign. Et licet diceretur requiri scientiam facultatis de
qua non constabat,tñ dixere præsumi,ex quo palam, &
publicè per multos annos exercuerat hanc facultatē,&
maximè hæc resolutio placuit, licet esset probatum post
prouisionē factam per Papā de his parochialib. esse ex-
peditum breue super motu proprio huiusmodi Cano-
nicatus, tamen non inferebatur necessariò, ꝙ aliud bre-
ue, seu aliæ litteræ super hoc essent antea expeditæ.

DECISIO CCLXXIV.

Abricensis pensionis, 25. Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Suspensio a diuinis irrogari potest monitorio non parenti etiam Cardinali.*

2 *Monitorium reintegrare , & suspensum esse a diuinis ob non paritionem monitorij , sibi mutuo repugnant , & ideo coincidere non possunt .*

3 *Nullitas iurisdictionis ex eo argui potest, quia tempore feriarum cum lata sit sententia sine commissione non lædit partem .*

4 *Commissio generalis est , quando in eam cadit clausula , in caussa, & caussis, &c.*

5 *Iuris communis vigore vtrum in caussis possessorijs procedi possit tempore feriarum sine commissione .*

6 *Citatio ad videndum , & audiendum sententiam declaratoriam , siue principalem suspendi a diuinis ob non paritionem monitorij,cum incerta sit, nulla esse dicitur .*

7 *Citatio particularis ad videndum recitari , & declarari processum nullum, an sit inualida .*

8 *Sententia in partis præsentia lata supplet vim ipsius citationis in iudicio requisitæ .*

9 *Sententia lata in contumaciā partis non præsupponit partis præsentiam, cum præsens contumax dici non possit .*

10 *Citationis ex defectu haud dubiè sententia nulla dici debet, vtpote quæ ignorantia aduersarij præsupposita elidat processum .*

EAdem die in caussa Abricen.pension.dubitaui, *vtrū sententia Ferratini esset nulla, & sententia, quæ continebat Cardinalem de Carpo restituendum ad suam possessionem percipiendi pensionem* . Secundum declarabat Car-
1 dinalem de Annibalis suspensum a diuinis, eo quia non
paruerat monitorio. Tertium reintegrādum esse in qua
vult.par.dictum fuit,non posse saluari, quia continebat
2 repugnantiam, reintegrare monitorium, & suspensum
esse,quia non paruit monitorio. Multa etiam alia partes
3 opponebant,quoad nullitatē primæ iurisdictionis, quia
erat lata sententia tempore feriarum,sine commissione,
quia commissio dabat solum de processu in caussa decla
rationis exequutiua:Cui cum responderetur,quod imò
erat generalis , & comprehendebat etiam aliàs caussas ,
4 quia dicebat in caussa,& caussis huiusmodi, quia lecta,
& cōsiderata bene tota commissione,fuit dictum, quòd
solum loquebatur de caussa executiua. Fuit dictum pro
5 parte Cardinalis de Carpo , ꝙ etiam sine cōmissione de
iure cōi ferijs non obstantibus poterat procedi in posses-
sorio. Et allegabatur decis.Belenci.65.aliàs 665.in addi.
dec.95.in antiq. & 14. in nou. Vnde hoc modo poterat
saluari sententia respectu possessionis,& etiam respectu
declarationis suspensionis a diuinis, ob non paritionem
monitorij tamquam esset executiua. Vnde vigore com-
missionis potuit procedere tempore feriato, licet per
quosdā diceretur,& fortè melius, ꝙ illud nō erat proce-
dere executiuè opponebatur etiam alius defectus vigo-
6 re citationis. Nam citatio ex parte Cardinalis del Carpo
erat ad vidēdum , & audiendum sñiam declaratoriam,
siue principalem suum suspendi,quia non paruit moni-
torio, siue reintegrari monitoriū , & sic respectu posses-
soris nulla erat citatio . Sed respondebatur citationē ad-
uersarij sufficere, quia eadem die fuit per eumdem iudi-
cem pronunciatum in fauorem Cardinalis Annibalis,&
citatio erat intitulata Abricen. nullitatis pension. & sic
sub ista citatione poterat comprehēdi illud petitorium;
7 sed dicebatur ex aduerso:& ita fuit uisum Dñis,quòd il
la citatio erat particularis,ad uidendum reuocari,& de-
clarari processum nullum A. C. Vnde non poterat huic
deseruire negocio. Videbantur etiam euitare sub eo præ
8 textu, quod sententia lata est præsente parte, unde præ-
sentia supplet citationem. Tamen de hoc non cōstabat,
imò de contrario , quia licet eadē die pro ambob. Card.
essent latę duæ sñiæ diuersæ,tamen attestabatur,semper
9 esse latas in contumaciam partis. Vnde uidebatur,quòd
ista sñia in totum sustineri non posset,sed aliqui uolebāt
saluare in aliqua parte. Et tūc fuit orta dubitatio,ex quo
citatio cantabat de alternatiua sñia,quę tria capita cōti-
nebat,poterat in vno saluari stāte alternatiua,& incerta
citatione. Et ita amplius processum nō fuit,sed iterū du-
10 bitatum,an ex defectu citationis esset nulla sententia.

DECISIO CCLXXV.

In eadem Abticensis pensionis, vltima Octobr. 1549.

SVMMARIA.

1 *Sententia declaratoria suspensionis diuinorum ex citationis defectu nulla est , licet ob non obsecutionem monitorij fuerit lata .*

2 *Alternatiua dicitur citatio , quæ enarrato membro vno , aliud subinfert per voculā, vel,aut siue exempli caussa ad audiendum sententiam , vel aut siue suspendendi a diuinis, &c.*

3 *Incerta citatio non potest legitima censeri , nec arctat citatum tamquam alternatiua , neque super ea ferri potest vlla sententia .*

Contrarium & qualiter limitari hoc intelligique debeat vide num.immediatè seq.

5 *Incertus libellus in iudicio admittitur vbi incertitudo non dependet ex facto, & voluntate libellum offerentis, & pars nihil in contrarium opponat .*

6 *Seu, dictio non semper alternatiuè sumitur, sed aliquando etiam ponitur copulatiuè vel augmentatiuè , vt in præsenti casu .*

7 *Citatio dicens siue principalem suspendi a diuinis, facit ipso facto aliquem suspendi debere, non autem declarari suspensum, alioquin inutilis est .*

Q Iurisdi-

8 *Iurisdictionis æquè defectu ac citationis sententia incidit in vitium nullitatis.*

VLtima Octobr, in caussa Abricen. pension, dubita-
1 ui,† *vtrum sententia Ferratini, in quantum declarat
suspensionem a diuinis ob non paritionem monitorij, sit nul-
la ex defectu citationis?* Dictum fuit, quia citatio erat al-
2 ternatiua, videlicet audiendam sñiam declaratoriam, si-
ue principalem suspendi a diuinis, quia non paruit mo-
3 nitorio, siue reintegrati monitorium. Vnde propter in-
certitudinem videbatur non valere, seu non arctare, nec
super citatione alternatiua videbatur fieri posse senẽtia
4 copulatiuè super pluribus: tamen Dñi fuere in contra-
ria opinione, ꝙ ista citatio fuit certa in omnibus præter-
quam in eo quod pendebat a facto iudicis, videlicet su-
5 per quo vellet pronunciare: sicut dicimus de libello in-
certo, qui admittitur parte non opponente, qñ incertitu
do non procedebat a facto, & a voluntate libellantis, &
faciunt ad hoc notata per Curt. in c. cum parati, ad fi. &
ibi Alex. col. 6. vers. vñ aduerte, de appell. Et in casu isto
6 dictio, seu nõ stat alternatiuè, sed potius copulatiuè, seu
augmentatiuè, vt no. in l. si quis ita, de verb. oblig. Alia
7 etiã maior dubitatio erat, quia citatio dicebat, siue prin
cipalem suum suspẽdi a diuinis, vigore cuius debuit su-
spendi, non autem declarari suspensus: & sic, quod po-
tuit, noluit, quod voluit, adimplere nequiuit iudex. Sed
quidam dicebant, ꝙ citatio inquantum dicebat ad au-
diendum sentẽtiam declaratoriam, seruiebat etiam pro
sententia declaratoria suspensionis, alijs ex aduerso di-
centibus quòd ex quo prius debebat iudex suspendere
antequã declararet, nec poterat declarare nõ facta prius
suspensione, citatio non debet intelligi, nisi de eo quod
poterat fieri, videlicet declarari, quia non paruerat lit-
teris Apostol. in quibus erat reseruata pensio. Vnde in
ista alternatiua fuit ordinatum, quòd simul & semel du
bitaretur, an sententia in hac parte esset nulla, tam ex
8 † defectu venditionis, quàm citationis.

DECISIO CCLXXVI.

Ouetensis Capellaniarum, 1549.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum post iudicatum, an competat non minori neque priuilegiato, vt hoc casu.*

2 *Glossa in l. fi. C. si sæpius in integrum rest. post. indistinctè concludit sæpius concedendam in integ. rest.*

3 *Quadriennij cursu lapso concesso restitui cupientibus, restitutio in vanum postulatur, licet etiam de bono iure fides fiat iudici.*

4 *Ratione eadem qua post lapsum quadriennij iterum non datur restitutio, nec aduersus rem iudicatam.*

5 *Capitulum finale de rest. in integrum, lapsum quadriẽnij æquiparat alijs caussis ex quibus restitutio excluditur.*

6 *Minori & priuilegiatis personis restitutio in integrum etiam post lapsum quadriennij conceditur.*

7 *Signatura gratia lapso tempore restitutionis, vel post iudicatum ex benignitate aliquando concedit rest. non quod ad id præstandum de iure teneatur, posito quòd de iure bono constet.*

IN caussa Ouetensis Capellaniarum, dubitaui, *vtrum
1 Alphonsus Moran. veniat restituendus aduersus rem
iudicatam in caussa restitutionis in integrum?* Lata est
caussa, quare iterũ fuit dubitatum, propter dictum An-
geli, in l. 1. in 1. vers. quod intellign, C. si sæpius in integ,
rest. & Ang. vbi etiam Bart. in l. fin. C. si minor se maior.
dixerit, quod fuerat tentum in alia caussa, tamen hodie
hoc dictũ Bar. non placuit, quia videtur esse contra com
2 munem opinionem gl, cum qua omnes cõiter trãseunt,
in l. fin. C. si sæpius in integr. restit, quæ indistinctè con-
cludit dandam sæpius restitutionem in integ. & de hoc
dicto Bar. truffatur Cast. in l. 1. col. a. vers. contra istam l.
opponitur. Et latissimè in d. l. fin. col. 1. in fi. vbi æquipa-
rat ætatem alijs, videlicet testibus falsis, & alijs: tamen
Dñi fuerunt in opinione, quòd in casu isto de nouo re-
3 stitutio danda non esset, quia † videmus, ꝙ post lapsum
quadriennij non datur restitutio etiam cõstito de bono
iure, & probationibus de nouo repertis, c. 1. vbi Doctor.
de rest. in integ. Et hoc tenuit Rota in pluribus caussis,
maximè in vna Compostel. coram D. Thanis, & in alia
4 coram Prospero, sicut aduersus lapsum quadriennij nõ
datur iterũ restitutio pari ratione, nec aduersus rem iu-
dicatam in caussa restitutionis, & faciunt no. in c. fin. de
5 rest. in integ. vbi æquiparat lapsum quadriẽnij alijs cau-
sis, ex quibus restitutio excluditur: quo casu nõ obstant
6 not. in d. l. fi. si sæpius rest, quia loquitur in minori, & pri
uilegiatis personis, quib, de iure debetur restitut. in in-
tegr. huiusmodi non est Alphonsus Moran, qui in casu
7 isto restitutionem petijt, ex benignitate, signatura con-
cedit restitutionẽ in integrũ constito de bono iure, quod
nõ debet cõcedi post rẽ iudicatã in caussa restitutionis.
Vnde cum in casu nostro commissio esset resignata, pro-
ut de iure clarum est, ꝙ restitutio secunda non compe-
tit, licet possit de bono iure constare ex testibus repertis.

DECISIO CCLXXVII.

Segobiensis pensionis, 4. Nouemb. 1549.

SVMMARIA.

1 *Gesta cum procuratore habente generale mandatum, qui tamen constitutus fuit ante caussæ commissionem, an sint valida.*

2 *Executorialibus decretis, & intimatis principali ob non solutionem pensionis, ijs si obsecundatum non fuerit, poterit ad declaratoriam procedi vsque ad auxilium brachij sæcularis.*

3 *Citationis ex defectu omnia acta redduntur nulla præsertim, vbi de priuatione beneficij agitur, in quo actu necessario venit principalis citandus.*

4 *Priuatio beneficij ipso facto contingit, & iuris vigore, vbi pensionis solutio vltra terminum constitutum fuerit prorogata.*

5 *Canonizatio regressus in effectu in se priuationem non continet prætermissa numeratione pensionis.*

6 *Clausula in litteris apposita, quòd possit propria auctoritate apprehendi possessio a principali alio cessante in solutione pensionis, vtrum pro sit principali.*

DIe 4. Nouembr. in caussa Segobiens. pensio. dubi-
1 taui, *vtrum comparente procuratore generali, ante
commissionem constituto, possit cum illo procedi ad canoni-
zationem regressus, ob non solutionem pensionis absque ali-
qua citatione principalis, cum antea bulla personaliter in-
timata fuerant?* Franc. de Mendoza consenserat reser-
uationi pensio. 200. ducatorum in fauorem Francisci de
Miranda, & demum post multos annos cõstituerat pro-
curatorem, & specialem ad vnam caussam, & genera-
lem ad omnia, etiam talia, quæ speciale mandatum re-
quirerent: deinde post ferè duos annos, Miranda com-
miserat caussam contra Domin. Franciscum super cano
nizatione regressus, ob non solutionem pensionis, & fe-
cerat decerni citationem, per cuius citationis decretum
vltra sex menses cõparuerat procurator generalis spon-
te, & dederat mandatum, & cum eo fuerat processum
ad canonizationem regressus ob non solutionem pen-
sionis, & fuerant decretæ executoriales, & intimatæ
2 principali, ob quarum non paritionem, fuerat declara-
tum, & contra eum processum vsque ad brachium sæ-
culare inclusiuè, postmodum commissa caussa nullita-
3 tis, & omnium gestorum, dicebatur omnia † esse nulla
ex defectu citationis, quia vbi agitur de priuatione be-
neficij, non potest procedi, nisi citato principali, de cu-
ius citatione nullo modo apparebat. ad dec. 770. & 771.
in antiq. replicabatur hic non agi de priuatione, sed
4 de canonizatione † regressus. Nam priuatio erat ipso
facto,

facto, & de iure statim, quod cessauit vltra tempus debi
tum, vt cantant litteræ: ideo potuit procedi cum procu-
5 ratore. Domini dixete contratium, quia † in effectu ca-
nonizatio regressus habet in se ptiuationē, & ita tenue-
runt nō obstāte, ꝙ hic procurator esset nepos ex patrno,
& verisimiliter potuisset esse aduisatus, ex quo produxit
mandatum post sex menses a die decretæ citationis, &
6 ꝙ in litteris esset illa clausula, quod propria auctorita-
te posset apprehendete possessionē beneficij, alio cessan
te in solutione, & quod pensio esset soluenda in Curia,
& multis alijs, quæ ex aduerso allegabantur.

DECISIO CCLXXVIII.

Agatensis beneficiorum, 4. Nouemb. 1549.

SVMMARIA.

1 *Resignatio si non sit notoria ita, vt de validitate eius dubium suboriri possit, nouæ prouisionis commissio suffragari prouiso non potest.*

2 *Canonicus si propter concessam facultatem resignanti, habeat potestatem acceptandi resignationes, idque per litteras collationis constet, satis notoria esse dicitur resignatio.*

3 *Litteræ collationis sigillo resignantis signatæ, alijs concurrentib. satis fidē de facta resignatione facere dicūtur.*

4 *Facultate reuocata antea concessa cuidam, vt in manib. ipsius fieret resignatio, inualida est resignatio ob iurisdictionis defectum.*

5 *Instrumentum resignationis simultorum distet intercapedine annorum a data litterarum collationis, prætenditur esse falsum.*

EAdem die in caussa Agaten. beneficiorum, dubita-
1 ui, *vtrum satis constaret de resignatione † ad effectum,*
vt noua prouisio posset suffragari? Nam erat facta resi-
gnatio istorum beneficiorum, de quibus agebatur, &
quia dubitabatur de validitate, erat obtenta commis-
sio, quæ non dicebatur suffragari, quia de resignatione
non constabat: Tamen Domini dixete contrarium.
2 Erat † enim facta ista resignatio in manibus cuiusdam
canonici habentes potestatem ad id, propter facultatem
concessam resignanti, qui in litteris collationis attesta-
batur resignationem in manibus ius factam, & per eum
erat subscripta, & per notarium quendā qui præsuppo-
nebatur rogatus, sed tamen non subscribebat se, vt roga
tus, neque aderant testes. Vnde licet ex istis non satis cō
3 staret, tamen quia sigillo resignantis erant signatæ istæ
litteræ, & postea resignatārij constituerat resignantem
præsentem per procuratorem suum ad attendandum,
& colligendum fructus istorum beneficiorum, habuere
istis tribus cōcurrentibus pro perfectè probata resigna-
4 tione, quæ licet esset inualida, quia † prætēdebatur d. fa-
cultatem in manibus resignantis cuiuscumq; esse reuo-
catam, & noua prouisio tunc intrabat, & propterea resi
gnatario quoad hunc effectum erat impetrata. Et stan-
te validitate resignationis, intrat noua prouisio, & nul-
lum fecerunt fundamentum in quodam producto in-
strumento, in quo notarius, qui se subscripserat collatio
ni, rogatus, attestabatur se cum testibus quibusdā fuis-
5 se præsentē huic resignationi, & collationi, quia instru-
mentum erat confectum de anno 1519. & litteræ colla-
tionis erant sub data 1538. Vnde de alia resignatione ro
gabatur notarius, quod instrumentum ex aduerso præ-
tendebatur falsum. Domini dixere, quod si iste fabricas
ser falsum fuisset sine aliqua necessitate.

DECISIO CCLXXIX.

Gerundensis beneficij, 4. Nouemb. 1549.

SVMMARIVM.

1 *Possessor pacificus beneficij plurium annorum, an possit se tueri per regulam de triennali.*

2 *Declaratoria cū denunciatione non probant factam excommunicationem ad infringendam testium depositionem.*

3 *Identitas beneficij in controuersiam vocata, an per testes de publica voce & fama deponentes probari possit.*

4 *Possessor ante commissionem caussa beneficialis triennalis, ex eo quòd committit caussam super beneficio, illudque ob id litigiosū efficit, beneficiū regula de triēnali amittit.*

EAdem die in caussa Gerundensis beneficij, dubita-
1 ui, † *an regula de triennali tueretur Sebastianum, quò*
per plures annos possederat. & dabat de regula de trienna-
li, cui opponebatur de quadam lite? Sed replicabatur, quòd
illa lis erat introducta super beneficio S. Ginesij, non su-
per beneficio S. Anastasiæ: stipulabatur vnum & idem
2 beneficium esse, & probabatur per tres testes, sed † con-
tra duos opponebatur, quod erant excommunicati, &
producebatur declaratoria cum denūciatione, ad quod
dicebatur, & ita Domini tenerunt, quòd denunciatio
non probabat excommunicationem, dec. 152. in nou.
cui etiam alia consimilis in antiq. de excep. & legi testes
hincinde super identitate beneficij, quorum tres, vt dixi
hoc expressè probabant. Ex aduerso autem erant duo lo
quentes de hoc, qui nihil, aut parum dicebant. Nam v-
3 nus qui plus dicebat, probabat de publica † voce & fa-
ma. Sed ex alio Domini fuere in hac opinione, quòd re-
gula de tirēnali minus posset iuuare Sebastianum, quia
idem Sebastianus de anno 44. commiserat caussam su-
per isto beneficio S. Anastasiæ contra Gerardum aduer-
sarium, omnesque alios, tam intrusos, quàm intruden-
4 dos. Vnde † licet ante commissionem huius caussæ
fuisset triennalis possessor, tamen committendo caussam
super beneficio, & faciendo illud litigiosum, amiserat
illud beneficium trienoalitatis: Et allegabatur pro par-
te Gerardi pro hoc, decis. Cassad. 5. n. 6. de restitut. spol.
& Sarn. q. 66. nu 4. vers. prius tamen non obstan. super
regula de triennali, qui tamen loquitur in alijs terminis.
Sed Rota ita firmauit nihil aliud pro tunc allegans, tan
quam hoc notorium sit.

DECISIO CCLXXX.

In eadem caussa Gerundensis beneficij. 8. April. 1549.

SVMMARIA.

1 *Committens caussam super beneficio cuius triennij cursu extitit pacificus possessor, regulæ, de triennali beneficium amittit, stante eo quòd impedire absolutoriam conetur.*

2 *Imputari debet pacificus possessor triennalis sibiipsi, quod committendo caussam effecerit beneficium litigiosum, & hoc facto beneficio regulæ de triennali semetipsum priuauit.*

DIe 8. Apr. in eadem caussa, quia dicebatur, *quòd com*
mittens caussam super beneficio, quòd triennio pacificè
possederat, amittebat beneficium regula? Respondebatur
1 pro parte eius qui commiserat caussam, quod † illud
erat verum si committens caussam vellet impedire ab-
solutoriam dando de regula, secus si reus vellet titulum
suum canonixari, vel reus effectus actor, prout erat,
in actu in ista caussa, poterat contra eum, qui aliàs com-
miserat caussam titulum suum canonizare: quia tunc
regula sibi suffragaretur, & posset eam dare: tamen Do-
2 mini dixete, idem esse omni casu, quia † huic commit-
tenti debebat imputari, quia beneficium per triennium
possessum fuisset litigiosum, eadem ratio militat in isto
casu.

DECISIO CCLXXXI.

Abricensis pensionis, 8. Aprilis 1550.

SVMMARIA.

1 *Nullitas sententiæ, vt ex citationis defectu, ita etiam iurisdictionis dependet.*

2 *In caussa, & caussis, hac clausula inserta commissioni, haud dubiè iurisdictionem tribuit cui directa est commissio.*

3 *Vi appellationis caussa ad eos terminos perducitur in quibus erat ante litem contestatam.*

EAdem die in caussa Abricen. pensionis, dubitaui,
1 *vtrum † sententia Ferratini esset nulla ex defectu citationis & iurisdictionis, in quãtum declarat suspensionem a diuinis ob non paritionem monitorij?* Et quãtum ad effectum citationis, Domini fuere contrarij, trib. dicentib. contrarium, per rationes de quibus sup. sed quo ad effe
2 ctũ iurisdictionis oẽs fuerunt, ꝙ commissio daret † iurisdictionem, & in caussa ista suspensionis, quia dicebatur in dispositiua, & in caussa, & caussis, & licet diceretur attenta materia executiua, propter ꝙ alias dictum fuit, quod tñ videbatur respicere caussam non paritionis litterarum Apostolicarum, tñ dicebatur, ꝙ etiam processus per vim monitorij, quando monitorium non erat negatiũ executiuè, licet esset ordinarius negato monitorio... Et licet in casu isto videretur negatum, quia erat appellatum a toto processu A. C. tunc fuit dictum
3 hoc nõ sufficere, quia † appellatio reducebat caussam ad terminos, in quibus erat ante litem contestatam.

DECISIO CCLXXXII.

Romana pecuniaria, 11. Martij 1550.

SVMMARIA.

1 *Testes vtrum sine interrogatorijs præmissis examini possint subijci.*

2 *Repeti testes si petat expensis suis pars cum interrogatorijs aduersarij, an debeat concedi.*

DIe 11. Martij post mortem Pauli Quarti caussa Romana pecuniaria de Pichis, erat recognitũ quod-
1 dam registrum in hac caussa † productum, per tres testes examinatos sine interrogatorijs de Pichis, cum tñ essent citati ad videndum iurare testes, & ad dandũ interrogatoria, & fuerant contumaces, excusabant tamen se dicendo, ꝙ alias fuerunt data interrogatoria in prima instantia pro eodemmet examine, qua fuerat tran-
2 sportata in secunda instantia, vnde petebatur, quod saltem testes deberent repeti expensis suis, cum interrogatorijs, aduersarij negabant hoc debere fieri, cõsului Dominos, qui dixere, quod deberent repeti cum interrogatorijs, & expensis illorum de Pichis.

DECISIO CCLXXXIII.

Hispalen. matrimon. 11. Martij 1550.

SVMMARIA.

1 *Remissoria impetrata, & per decretum concessa in caussa matrimoniali a coniunctis personis de interesse prætendentibus, si non fuerit per ipsas coniunctas personas expedita, an releuet.*

2 *Bimestre præfixum pro termino expeditionis remissoriæ, si lapsum fuerit imò timestre, suspicionem ingerit calumniæ, & protelandi negotij caussa morã interponi.*

4 *Pars vtraque pro dissolutione matrimonij laborãs, & cõtendens, licet sint sibi aduersantes paribus passibus ambulare debent, & pro una reputari persona, ideo una non magis altera prærogatiuam in numero iudicum habere debet.*

EAdem die in caussa Hispalen. matrimon. dubitaui, *an esset danda remissoria Petro Garzia, & litis consortibus?* Et dubium faciebat, quia iam 8. vel 10. mensibus elapsis fuerat cõcessa remissoria Marchioni, & Marchionissæ, & his quibus in dubio intererat, fratres Marchionissæ per procuratorem suum petebant, tunc tem-
1 poris remissoriam, & fuerat pro illis decreta, sed numquam illam expediuerant, & de mense August. ad instantiam Marchionis, vigore specialis commissionis fue
2 rat præfixus terminus peremptorius duorum mensium ad illam expediendam, & non expedierunt, nec quidem infra tres, vnde calumniosè videbatur peti, gratia differendi negotium. Sed respondebatur, quòd ex quo impropriè fuerat cõcessa prorogatio, quattuor mensium pro expedienda remissoria, quòd isto medio tempore potuerunt etiam expedire remissoriam istorum nunc petentium. Vnde Domini facere contenti, quòd remissoriã relaxarent, absque retardatione processus, adeo quòd si superueniret remissoria Marchioni & Marchionissæ, in caussa procederetur, quia licet prorogatio ista quattuor mensium esset data, ac prouenerat culpa istorum minimè petẽtium remissoriam, quia in partibus ex pediuerat expeditionem, vt constabat ex authentico instrumento in caussa nuperrimè producto, & quia procurator istorum petebat, ꝙ tot darentur sibi iudices pro
3 expeditione ipsius remissoriæ, † quot Marchioni, & Marchionissæ, quia debeant reputari pro vna persona, ex quo vterque tendebat ad dissolutionem matrimonij, quantumcunque essent aduersarij Domini hoc non admiserunt, & ordinarunt, ipsis tot iudices esse dandos quot vni prædictorum.

DECISIO CCLXXXIV.

Senensis prædij, 11. Martij 1550.

SVMMARIA.

1 *Actio Ecclesiæ quæsita a præceptore, an possit amitti in præiudicium successorum in beneficio, & nu. 6.*

2 *Pecuniæ depositæ in bancho ad inuestiendum in re immobili non possunt alio fine impendi.*

3 *Partita si non faciat mẽtionem pecuniarum, scilicet quòd nõ possint amoueri ex bancho, nisi inuestiantur in re immobili, si fuerint alio fine, impensæ repeti non possunt.*

4 *Libris mercatorum ratione partitarum, & extractorum, quòd adhibeatur fides qualiter sit intelligendum.*

5 *Notario fides in his adhibetur in quibus a partibus est rogatus, non in illis, quæ incidenter eueniunt.*

7 *Monachus retrocipiendo pecunias mutuas, actionem quæsitam monasterio remittere potest.*

8 *Præceptor uel prælatus in actione quæsita Ecclesiæ non potest præiudicare, secus in acquirenda.*

9 *Legatum Ecclesia suæ factum a testatore potest prælatus repudiare.*

Limita & intellige, vt nu. seq. scilicet quando per eumdem remittitur actio, uel legatum, per quem etiam fuit facta conquisitio.

11 *Pecunia non potest dici inuestita si non perduret inuestitura eiusdem ex temporis & actus moditate.*

1 IN caussa Senen. prædij dubitaui, † *an actio quæsita Ecclesiæ a Lucio præceptore, & eius in præceptoria successoribus, potuerit ab eodem Lucio admitti in præiudicium dictorum præceptorum, & successorum, stantibus partibus, de quibus in actis?* Istud dubium fuit alias resolutum anno præterito, 27. Maij contra præceptorem, videlicet, quod potuerat actio remitti sine aliqua sollemnitate: nunc autẽ addebatur stãtibus partitis, de quibus in actis, per quas
2 prætendebat præceptor constare pecunias quibus prædium fuerat emptum, fuisse pecunias præceptoriæ, quas ꝓceptor nõ poterat ex bancho leuare, in quo erãt depositæ, nisi inuestirentur in aliqua re immobili, & quemadmodũ partita cantabat. Vnde latius ꝓdecessor huiusmodi præceptoris non poterat remittere actionẽ quæsitam ex pecunijs præceptoriæ, nisi de nouo illas in aliqua re immobili inuestiret: Vnde Modernus præceptor prætendebat posse adhuc vti ista actione, & petere prædiũ alias emptum: Dñi tamen contrarium resoluerunt, prout
3 alias, quia in partita non dicebatur, quòd † pecuniæ essent præceptoriæ, nec ꝙ ea non possent a bancho amoueri, nisi inuestirentur, sed solũ in partita dicebatur, ꝙ erãt pecuniæ præceptoris, & eius etiã successoribus qui emerant prædium de illis pecunijs, & ꝙ pecuniæ fuerãt solutæ de licentia Vicarij, non autem quod non possent amoueri, nisi inuestirentur. Præterea dicebatur illas partitas non facere fidem plenam, ad not. per Ias. in d. l. admonẽdi, 42. colum. versi. 2. principaliter est verum, de iureiur.
4 Post hoc vidẽdum, & licet replicaretur, quod † immo

libris

libris mercatorum fides adhibeatur, vt erat articulatū per partem aduersam, tamē dixere Domini, quod illud erat verum, quoad illud, quod partita principaliter cātabat, sed quod pecuniæ fuissent solutæ Bartholomæo creditori, non autem quo ad illud, quod incidenter enūcia-
5 batur: sicut dicimus in † notario, cui creditur in eo, in quo a partib. rogatur, non autem quod incidenter per illum enunciatur: dixerūt tñ Domini, quod licet actio ex
6 pecunijs præceptoriæ fuisset † quæsita, potuisset tamen per eundem præceptorem qui acquisiuerat remitti, atqu
7 mento eius, quod dicitur de monacho, qui commodat, vel mutuat pecuniam, qui potest retrocedēdo pecunias, actionem quæsitam monasterio remittere. Vnde conclu dit Bar. in l. fin. C. de pact. Et per hoc tollebatur vnum
8 quod dicebatur, quod præceptor non poterat præiudicare Ecclesiæ in actione quæsita, & acceptata, vt tenet Fed. de Sen. consil. 9. in fi. licet alias in quærendis possit præiudicare Ecclesiæ etiam postquam quæsita est actio,
9 vt in legato facto Ecclesiæ, quod potest prælatus repudiare, vt alias dicebatur, allegando no. per Ias. in l. lega-
10 tum, de leg. 1. Nam illud procederet, quando per eundem remitteretur actio, per quem fuit quæsita. Fuit etiam dictum, quod casu, quod esset verum, quod pecuniæ debuissent inuestiri in re immobili, nec posse, nisi inuestirētur amoueri a bancho, quia Benedictus venditor fuerat factus creditor, deinde ad paucos dies resolutumtur cōtacta, vnde huius emptor fuerat de nouo factus creditor, quod mercator non debuerat istas pecunias dare Lucio, nisi inuestirentur, quia remanserant in bancho, sub eadem conditione, ex qua prima emptio fuerat re-
11 soluta. Nec poterat dici pecunia inuestita, ex quo non dutauerat inuestitura facta loannis, Modernus præceptor potius posset agere contra mercatorem, quia soluet pecunias absque eo, quòd inuestirentur potius, quā ageret ad traditionem prædij venditi, contra Benedictum venditorem.

DECISIO CCLXXXV.

Ciuitatensis decimarum, 11. Martij, 1550.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo si dicatur esse, quod decimæ sint personales, illa per testes venit probanda.*
2 *Regula est iuris, vni testi affirmanti maiorem fidem adhiberi quam mille per negatiuam deponentibus.*

IN caussa Ciuitatensi decimarū, eadem die, dubitaui,
1 præsupposito, φ omnes testes ab vtraque parte examinati deponunt consuetudinē esse, quod decimæ sunt personales? Etiam ex parte Capituli, quidam testes deponunt, quod hæc consuetudo tātum seruetur inter clericos sęculares S. Petri, ex parte autē Abbatis, & non cōuentus quidam testes deponebant, quod illam viderunt obseruari inter fratres & monachos ac clericos regulares, quæ probatio præualet, erant testes Abbatis, & cōuentus numero pauciores, & dubium faciebat, quia testes examinati pro parte Capituli, licet essent plures, tamen videbantur deponere super negatiua. Vnde succe-
2 dit regula, quod † magis creditur uni affirmatiuē deponenti, quam mille negatiuis, ad glo. in l. diem proferre, §. si pluries, ff. de arb. Tamen uidebatur, quod imò affirmabant, quod decimæ soluebantur, pro eo quod in eius territorio erant prædia, nō autem monachis ministranti bus sacramenta prout affirmatiuē deponebat secundus testis examinatus pro parte Capituli: tertius autem non ita respondebat. Vnde dixere aduertendum esse, quomodo testes deponerēt: quia, si ex parte Capituli plures essent testes, qui affirmatiuē deponerent, prout secūdus, quòd tunc pręualeret eorum depositio testibus Conuentus numero paucioribus.

DECISIO CCLXXXVI.

Tolerana parochialis, 14. Martij, 1550.

SVMMARIA.

1 *Actor spoliatus vbi fuerit suspenso petitorio, an de spolio agi possit, & peti in integrum restitutio.*
2 *Expectatiua vtrum tantum procedat in petitorio omissa caussa possessorij.*
3 *Restitui ante omnia venit spoliatus, & maximè antequā articuli ad valorem beneficij probandū admittantur.*
4 *Valor beneficij excedens quantitatem, aut attingens summam quingentorum ducatorum, expectatiuam excludit.*
5 *Irritans decretum habens reseruatio, inficit & titulum, & possessionem.*
6 *Mandato ad prouidendum concesso in expectatiua ad certum tempus, si fiat acceptatio post illud tempus, non præstat titulum coloratum illud mandatum.*
7 *Probationes vbi de iure non veniunt admittendæ, nec eas iudex debet admittere.*

DIe 14. eiusdem in caussa Toletana parochialis de Galapazar, dubitaui, an stante suspensione petito
1 rij, & commissione vltimo loco præsentata, articuli producti veniant admittendi? Agebatur ad istam parochialē vigore expectatiuæ, quæ producta erat, & quia actor spoliatus erat suspēso petitorio, intendebat spolium, & petebat se restitui. Ex aduerso prætendebatur expectatiuam nō capere beneficiū propter valorē, & erat præsentata commissio, in qua petebatur, quòd constito de
2 valore 500. duc. Nam expectatiua tantū in eo procederet in petitorio omissa caussa possessorij, & signatura dicebat, φ iudex arbitrio suo procederet, erant dati articuli ad probandū valorem expressum in commissione. Opponebatur, p parte agentis spolio, φ nō erant admittēdi,
3 quia concernebant petitorium, & spoliatus ante omnia debebat restitui. & ex quo et probantur, sed ex aduerso dicebatur esse admittendos, quia discolorabantur. Nā si
4 probaretur, quod beneficium valuisset 500. ducatos, vt que non caderet sub expectatiuam, & sic titulus in totum remaneret discoloratus, & quod isti articuli essent admittendi ad discolorandum, probabant argumento eius, quod dicitur, φ admittātur probationes, ad probādū reseruationē beneficij, & titulus discoloraretur, iuxta decis. 16. in nou. & p Cassad. prima de rest. spol. Et ita anno pterito fuerat dictum in caussa Cæsaraugustan. de Viglen. in qua contendebat, iam in actis de reseruatione,
5 quia erat facta resignatio in manibus Papæ, & quia reseruatio habet decretū irritans, quod inficit nedum titulum, sed etiam possessionem, φ non est in casu isto. Se. ū do, p hoc allegabatur, quod alias de anno 1542. in voa Astoricens. parochialium fuerat itum, quod si in expe
6 ctatiua sua mandatum dę prouidendo, † ptout erat in casu illo, erat concessum ad certū tēpus, φ si post illud tēpus erat facta acceptatio, quod mandatū non præstabat titulum coloratū: ex quo ex veritate apparebat qđ ille titulus nō erat bonus: argumento no. per Bald. in l. & parui §. quod vrasit. Sed respondebatur, φ hoc non erat in casu nostro, quia in veritate nō apparebat de malo titulo, sed erant faciendæ probationes, quæ non debebant admitti stante suspensione petitorij, quia fortasse secus fuisset si causa cōtituisset in actis, id quod probare volebat, nec quod cōmissio aliquid operaretur, quia rota erat restricta arbitrio iudicis, quod secundum deposi tum iuris cōis regula est, ad not. per Fel. in c. Canonum statuta, col. 17. nu. 86. & col. 19. nu. 99. & 100. Bart. in Extrauag. ad reprimendum, in vers. videbitur, cum mil
7 le similib. Vnde, † si de iure non veniunt admittendæ, nec eas iudex admittere debet.

DECISIO CCLXXXVII.

Tullens. Metens. matrimonij, 14. Martij, 1550.

SVMMARIA.

1 *Testes de scientia deponentes ad probationem consuetudinis ex obseruatione communi, & sua item particulari, vtrum probent.*

Q 3 Instru-

2 *Instrumenta tempus extensionis non denotantia in actu controuerso discutiendo, parum, aut nihil prosunt.*
3 *Consuetudo contra iuris ordinem introducta instrumentorum vigore non probatur in extraiudiciali actu, & num. 5.*
4 *Quod verum est, nisi ad fidem factam per instrumenta concurrat depositio testium, alias secus, nu. seq.*
5 *Solis ex instrumentis non fit comprobatio introductæ consuetudinis, sed etiam ex testibus.*
6 *Instrumenta etiam secundum ius commune confecta, si tamen non sint recognita, non sunt probatoria.*

EAdem die in caussa Tullen. Meten. matrimonij dubitaui, *vtrum stantib. instrumentis pro parte Ioannet*
1 *ta productis, & testibus † deponentib. articulum verum, & in caussa scientia dicentib. ita vidisse obseruatum, & ita illos obseruasse, sit satis probata consuetudo, de quo agitur.* Testes deponebant cõcludenter, vt in dubio dicebatur, sed dicebatur testes non esse tales, quib. esset fides adhibenda, sed hoc extra dubium, cũ pro nunc præsupponã-
2 tur habiles admissi ad disputandum, alias ad † instrumenta dicebatur nihil facere, quia non percutiebant tẽpus cõfecti instrumenti, de cuius validitate in hac caus-
3 sa quærebatur. Item quia ex instrumentis † non potest probari consuetudo contra ius in extraiudicialib. vt dicit Abb. in cons. 53. in 1. lib. 2. & apertius in cons. 73. col.
4 3. nu. 1. eo. lib. Sed respondendum, quod † posset esse verũ si sola instrumenta sine dictis testium adferantur, tũc cessant pdicta, quia tunc testes percutiunt tẽpus instrumenti confecti de quo agitur, & ex instrumentis colligitur, quod consuetudo est ab antiquo continuata vsque
5 hodie, nec † ex solis instrumentis, vt dixi, probatur consuetudo, sed ex testib. etiã, vnde cessant dicta Abbatis. Erant ẽt producta instrumenta p parte contraria, quæ de iure cõi erant confecta non secundũ istam consuetudinẽ, vnde stante tali diuersitate, nõ videtur inducta aliqua cõsuetudo, vt dicit Bart. in l. 2. in fi. princ. versic. sed quod in ciuitate. ff. sol. mat. quẽ sequitur Dec. 129. col. 1. in 1. vet. hæc consuetudo. Sed ad hoc respondebatur,
6 qđ hæc instrumenta vltima nõ erant recognita, cõfecta a notarijs publicis, nõ aũt a iuratis illius loci, inter quos ptenditur seruari consuetudo, cum sit inter diuersos notarios, nõ inter easdem personas, vt loquitur Bal. supra alleg, maximè, vt iam licet extra hoc dubiũ ponderabãt Dñi, quod in partib. fuerat productum instrumentũ de quo nunc agitur, & nihil contra illud fuerat oppositũ, qa sciebant cõsuetudinem, & de facili ista opinio potuisset elidi, nunc aũt in Curia calumniosè videtur opponi.

DECISIO CCLXXXVIII.

Resignatio inualida Agaten. beneficij. 20. Mart. 1550.

SVMMARIA.

1 *Facultate reuocata, quæ collata prius fuerat in acceptatione resignationum, si nihilominus fiat admissio resignationis, an ob id inualida sit.*
2 *Superueniente resignationi factæ etiam inualidæ noua prouisione, vtrum per illam reualidetur.*
3 *Vacare non potest dici beneficium, quod per inualidam resignationem cessum est, ideoque prouisio noua succedens non est releuatoria.*
4 *Papa postquam innotescat resignatio facta beneficij, licet inualida sit, de illius viribus dubitatur, & cõferens beneficium facit actu vacare, & admittit resignationẽ succeditq; prouisio noua cuius vigore titulus cõfertur.*

1 DIe 20. eiusdem in caussa S. Agathæ dubitaui † *vtrum ille, in cuius manib. fuit facta resignatio, habuerit facultatem admittendi resignationem, stante reuocatione, de qua in actis, & suffragatur noua prouisio?* Quantũ ad primam partem dubij, res nullam difficultatem habet, quia uerba reuocationis, & in princip. & in procemio, & in dispositiua erant clara, quod reuocabat gratias, & concessiones factas cum clausulis, quorũq. sub-
2 sistit, & quibuscumque alijs. Sed noua prouisio videbatur validare inualitudinem resignationis, quia ea narrabantur, & ita concluserunt Domini nemine discrepãte, solum videbatur facere difficultatem Bisig. decis. 3. de renuncia. in antiq. quæ vult, quod resignatio inualida licet quoad ordinarium dicatur abdicare ius a se, & dicatur vacare, vt ordinarius possit conferre, tamen quoad intrusionem non dicitur vacare, & potest contra illum
3 agi. Si ergo beneficium † per resignationem inualidam non vacat, ergo noua prouisio nõ suffragatur, quia narratur Papæ beneficium vacare, & ita Papa præsuppo-
4 nit, sed Domini dixere, quod statim quod Papa † intellexit resignationem factam de illius viribus dubitari, & conferens beneficium facit illud vacare, & admittit resignationem, quia admissa beneficium vacat, & noua prouisio dat titulum. Et vult idem Bisign. in decisio. eiusdem tituli de renunc. quam sequitur semper Rota.

DECISIO CCLXXXIX.

Cartaginen. beneficij. 20. Martij. 1550.

SVMMARIA.

1 *Accessu & regressu reseruato, si fiat retrocessio beneficij, an de simoniaco contractu suspicio suboriri possit.*
2 *Mandata correspectiua in se pacta continentia in retrocessionibus, & reseruationib. haud dubio sunt Simoniaca.*
3 *Resignatio & retrocessio, cum pactis intercedentibus eodẽ die & loco facta, an arguant simoniacum contractum.*
4 *Correspectiuitas nulla in retrocessione si appareat interuenisse, actus simoniacus dici non potest, stante quòd nulla etiam accesserit pactio.*

1 IN caussa Cartaginen. beneficij de Eliæ, dubitaui, vtrũ retrocessio facta reseruato sibi accessu, & regressu esset simoniaca? Fuerat per Adam resignatum hoc beneficium de mense Iunij in nepotem suum, postmodum de mẽse Augusti eiusdem anni fuit per resignationem datũ mandatũ ad retrocedendum in Adam, reseruato regressu resignatario, & ad Adam, eadẽ die coram eodem notario, & eodẽm et procuratore cederet ad consentiendũ regressus in euentum, quod in illum fieret retrocessio,
2 sed coram diuersis testibus, & in alio loco. Dicebatur q̃ ista mandata videbantur correspectiua, & propterea habere in se pacta, quæ in beneficialibus inducerent simoniam, c. cum pridem, cum similibus. Et dicebatur quod licet aliàs Dñi propterea noluere possessorem vigore talis regressus expellere a possessione, sed mandarunt caussam cõcordare, quando habens talem regressum, agebat ad canonizationem contra possidentem, vt in casu isto, tunc inducitur cõtra talem regressum.... vt aliàs in caussa Calagurita. in fauorem Petri Remirez cõtra Iulianũ Ximenez: tñ omnes Domini dixere contrarium, quia decisiones allegatæ procedebãt, quando eodẽ die, quo erat
3 facta † resignatio, erat datum tum ad retrocedendum reseruato regressu, tum propter reseruationem promissam, & tunc regressus in retrocessione reseruatus erat simoniacus: Secus in casu isto, vbi resignatio tanto tempore
4 re præcesserat, vnde † retrocessio nullam habet correspectiuitatem ad illam. Et licet esset mandata facta eadem die tamen nullam inducebant pactionem, quia si iste nõ aliter intẽdebat retrocedere, nisi reseruato sibi regressu, mandata aliter fieri non poterant, nisi euentualiter, eo maximè hoc firmarũt Domini, quia non essent facta coram eisdem testibus, & eodem loco, ideo nõ poterat omnino argui ad correspectiuitatẽ, nec intrabant dicta per Bar. in l. penul. §. si vir, versic. 1. alias quinto, nã illa verba. ff. solut. matrim. & per Felin. in c. pastoralis, in 1. col. 4. n. 25. vers. scias, & quid si vnus cõtractus, de rescriptis.

DECISIO CCXC.

Toletana pensionis, 20. Martij, 1550.

SVMMARIA.

1 *Probari consensus dici non potest ad ea, quæ sunt denegata, cùm priuationem præsupponant, & sint nulla.*

2 *Concordia facta sub vmbra beneplaciti Sedis Apostolicæ id efficit, vt denegata ab vno Pontifice, ab alio successore eius possint concedi, cùm non possit successoris potestas ligari decretis antecessoris.*

IN caussa Toletana pensionis, 500. ducatorum, dubitaui, *vtrum non obstante denegatione Clementis, & postea in concessionibus ab vtraque parte præscriptis super supplicatione, in qua erat cassata concordia, & voluntas contrahentium durauerat, quo ad denegata tempore confirmationis Pauli istud dubium in effectu fuerat positum.*
Et resolutum pro cassatione voluntatis, die 21. Octobris anni proximè præteriti. Sed cum præsens dubitatio esset, quia consensus illi præstiti erant, & extendebā-
1 tur ad concessa, & ad denegata, † cū denegatis, quia oil
erant, non potest dici præstitus hic consensus ad concessa contra intentionē concedentis, cum habeat extendi
ad denegata, cui per Dominos respondebatur, quòd cōsensus erāt præstiti super supplicatione, in qua erant cōcessa, & denegata, vnde ad omnia consensus debet extēdi, & est secundum intentionem consentientis, qui aliàs
reclamasset, & noluisset stare concordiæ, etiā cū denega
2 tis non fuissent cōtenti, & licet diceretur, quod concordia erat facta sub beneplacito Sedis Apostolicæ, vnde licet Clemens denegasset, poterat tamen Paul. concedere
ex quo nō erat sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis, ad not. in capit. quoniam Abb. de offic. deleg. &
ita cap. si gratiosè, de rescript. in 6. quæ particulariter inducebatur, sed illum textum non retorquebant, nisi Clemens denegasset: tunc enim successores potuissent, sed
sequuta denegatione cōditio defuit, vnde nō expectatur
amplius beneplacitū successoris, sicut in d. c. si gratiosè,
quod non retorquebatur. Et ita Dñi non mutarunt votum.

DECISIO CCXCI.

Tullen. Meten. matrimonij, 20. Martij 1550.

SVMMARIA.

1 *Testamentum in quo testator vocat vxorem, an iuuet testium depositiones attestantes de matrimonio, quòd per aduersarios negatur contractum.*

2 *Dubitari de matrimonio non debet, vbi testes adsunt de visu, & auditu, & confessio partis accedat, ad effectum, ut proles fiat, & habeatur pro legitima.*

3 *Confessio mariti defuncti, qui adhuc uiuens attestatus fuerat, se matrimonium cum muliere contraxisse, quæ nūc ob id in ius nocatur, sufficit ad id probandum.*

DIe 29. eiusdem in caussa Tullen. Meten. matrimo-
1 nij, dubitaui, † *vtrum testamētum Philippi adiuuet dictum Thomasini, & relationem fratris Petri acceptatā per Philippum, ita vt probetur matrimoniū, in hoc enim testamento.* Philippus maritus vocauerat Ioannettam sæpissimè vxorem suam, & ex ea natos in eis instituerat hęredes, tamquam filios legitimos, & ex legitimo matrimonio natos, vnde si ponamus hoc testamento cum d.
Thomasino testes formiter examinatos, & de visu deponentes de isto matrimonio, & relationem fratris Petri
dicentis se desponsasse Philippum cum Ioānetta, & hæc
relatio fuit facta præsente D. Philippo, & acceptante se
desponsasse Ioannettam, vbi inferabatur frater Petrus,
2 † vtique dubitari non posse, quin plenissimè sit probatum hoc matrimonium, ad effectum, vt ex eo nati filij
legitimi sint. Nam pro defensione matrimonij agebatur, cum iam Philippus esset mortuus, † nam sola cōfes-
3 sio mariti videretur sufficere, ex dictis per Paris. cons. 10.
nu. 15. & 25. no. 2. quanto magis tot concurrentibus. Ex
aduerso nil allegabatur releuans, sed fundamētum eorum erat super exceptionibus datis testibus, sed fuit facta resolutio reseruata exceptione.

DECISIO CCXCII.

Romana pecuniaria, 29. Martij, 1550.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum venditionis, si non contineat rei venditæ traditionem, vtrum per illud probari possit ex integro dicta venditio.*

2 *Confitens se recepisse schedulam pro quittantia quingentorum solutorum pro rata mille, non sibi in reliqua summa præiudicat adhuc soluenda pro restanti.*

EAdem die in caussa Romana pecuniaria de Pichis, dubitaui, vtrum ex apocha, de qua in actis constet, frumentum non fuisse traditum. Erant enim multa vendita per Hieron. de Pichis, Ioann. Georgio Cæsarino,
1 prout † constabat ex instrumento, in quo Ioā. Georgius
confitebatur se omnia recepisse, & quia erat venditum
granum inter alia, dicebat hoc non fuisse traditū, & ad
id probandum, inducebatur quædā schedula Io. Georgij, in qua confitebatur Hieron. de Pichis soluisse 500.
scuta ex mille, quæ sibi debebantur. Vnde inferebatur,
quod si Hieronymus granū tradidisset, quod erat venditū pro mille, vtique dici non potuisset Hierony. debitor
mille, quod dicebatur propter granū, & hanc schedulā
2 condemnabat alia schedulam Hieronymi, in † qua confitebatur recepisse illā schedulā pro quittantia 500. solutorū, promittebat illam non producere, nisi in euentū,
quod summa prædicta esset soluta, quæ de nouo peteretur, & licet istæ schedulæ non probarent plene istam nō
traditionē grani, quia si non tradidisset granum, vtique
non diceretur fuisse debitorem mille, quod erat pretiū
grani, sed in grano ipso, tamen Domini voluere videre
alia adminicula, quæ prætendebantur adiuuare istam
probationem, & sic nihil super hoc resoluere.

DECISIO CCXCIII.

In caussa S. Agathæ beneficiorum, 29. Mart. 1550.

SVMMARIA.

1 *Resignatione facta in manibus habentis facultatem acceptandi resignationem, si statim prouiderit vni ex familiarib. resignantis, an dicatur ob id committi simonia.*

2 *Vacatione diuturna detur facta resignatione, vbi statim succedit puisio, facit nō præsumi de simonia commissa.*

3 *Familiari resignantis prouisum si fuerit, non arguit ob id cōtractum simoniacum intercessisse, stante eo maxime quòd sit idoneus administrationi beneficij, & benemerita persona.*

4 *Facultatem habens a Pontifice acceptandi resignationes, si illa fuerit reuocata, & tamen nihilominus acceptet, & prouideat, vtrū simoniacum sit, quòd fuerit gestū.*

5 *Decreto irritante interposito in reuocatione facultatis acceptandi resignationes, noua prouisio non tenet.*

6 *Limitationem huius & pleniorem intellectum habes nu. sequen.*

7 *Prouisio noua prodest, & conualidatur ex concessione Pōtif. ubi non uergit in preiuditium alterius.*

IN caussa Sanctæ Agathæ beneficiorum, dubitaui, an resignatio, de qua agitur, censeatur simoniaca, ex quo dicitur facta vigore facultatis reuocatę, cum de-
1 creto irritante, vt noua pēsio subsistat. † Prætendebatur
enim resignationem ex his beneficijs Franc. esse simoniacam, ex eo, quod incontinenti facta resignatione in manibus illius, qui prætendebat habere facultatem admittendi resignationem, statim prouideretur vni familiari resignantis, vnde dicebatur ex ista vicinitate actuū
præsumi facta mediante pactione, & sic simoniaca, vt
Ang. no. per glo. in cap. officij, versic. incōnnēti, de elect.
Quòd tamen paruipenderunt Domini, quia glos. loquitur in alijs terminis & quasi omnes resignationes infirmgerentur, si hoc procederet, cum statim facta resignatione

tione præsumitur alteri prouisum, vt docet experientia,
2 & non † sine caussa, ne detur diuturna vacatio, nec mo-
uit Dominos. quod prouisum fuerit familiari resignan-
ris, quia ex tã modica præsumptione noluere induci si-
3 moniam, maximè quia potuit familiaris † esse idoneus,
& benemeritus. Ex alio etiam fuerat difficultas, quia fue
rat facta resignatio in manibus habentis potestatẽ con-
4 cessam a Iulio Secundo, quæ † facultas præsupponeba-
tur reuocata per Clementem Septimũ per regulam suã
in qua erat decretum irritans, nedum annullans resigna
tiones factas, post reuocationẽ facultatis, sed etiam om-
5 nia inde secuta, vnde † ex hoc inferebatur nouam proui
sionem non tenere, propter decretum irritans. Et maxi-
mè, quia si Papa hoc intellexisset, non concessisset, aut
6 difficilius nouam prouisionem; † tamen hoc etiam non
obstante, Domini dixerunt nouam prouisionem bonam
quia decretum irritans non se potest extendere ad nar-
ratam prouisionẽ, cum illa non respiciat ex parte inter-
uenientium, sed tantum præterita. Et hoc Papa intelle-
7 cto, † etiam concessisset nouam prouisionem, vbi de al-
terius præiudicio non tractaretur, & intellexit saltem
in genere irritam non subsistere resignationem, quan-
tumcumque talem defectum pateretur.

DECISIO CCXCIV.

Maioricensia parochialis, 29. Martij, 1550.

SVMMARIA.

1 *Calumnia præsumpta an possit petitam a parte remissoriã ad partes, in suspenso tenere, aut penitus impedire.*
2 *Actore nihil probante, non potest constringi ad aliqualẽ, etiam vel minimam probationem reus, imò extrita iuris regula venit absoluendus.*

EAdem die in caussa Maioricensis parochialis, San-
1 cti Nicolai, dubitaui, † an esset danda remissoria,
Et potissima ratio quæ adducebatur, quare nõ esset dan
da caussa erat quod essemus in tertia instantia, & erat in
præsumpta calumnia, quę cum parti aduersæ esset data,
in prima poterat iste, qui erat reus expediuisse, & fecis-
se probationes duas, quòd caussa non fuerit, videbatur
3 calũnia. Ex aduerso dicebatur, † cum actor nihil probas
set, reũ nõ esse adstrictũ ad aliquã probationẽ, l. qui recu
sare, C. de eden. Dñi dixere inspicienda esse duo, & pro-
bationẽ actoris, quæ valida esset, & instantiam petentis
remissoriã, quibus bene visis, & consideratis, prætende-
batur calumnia, & daretur, vel denegaretur remissoria.

DECISIO CCXCV.

Cæsaraugustana pecuniaria, 2. Martij, 1550.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ob non factam solutionem, & ex certis caussis absolutus, an possit ad petitionem partis aduersa, denuò censuris Ecclesiasticis innodari.*

EAdem die in caussa Cesaraugustana pecuniaria, du-
bitaui, *vtrùm Io. Cepero veniat restituendus: fuerat*
1 *enim absolutus ad beneplacitum.* † Nunc Matthæus Pas-
qualinus aduocatus petebat reintrudi, & licet multa, ex
quibus deberet reintrudi allegauerit, tamen quia ex ad-
uerso dicebatur debitum, propter quod Io. Cepero fue-
rat excõmunicatus, constare, quòd iam erat solutũ, vel
saltem debebat compensari, cum maiori debito liquido:
Rota mãdauit, quòd videretur, nũquid satis cõstaret ex
actis ante, quando determinaret, quòd absoluẽdus esset.

DECISIO CCXCVI.

In quadam Toletana de Gallapagar, 14. Apr. 1550.

SVMMARIVM.

1 *Spolio non purgato non potest in caussa ipsius ad vlteriora fieri progressus, nisi liquidatis & fructibus, & expensis.*

DIe 14. Aprilis in caussa Toletana de Gallapagar Io.
Pogeus Papę thesaurarius, cum ageret spolio con-
tra Episcop. Per Aloysium de Heredia, eesserat spolio,
1 & cum vellet prosequi caussam spolij periti, opponeba-
tur non posse, nisi prius in totum purgato spolio. Et ita
dixere Domini supersedendum esse, donec venisset ad
partes pro possessione a Curia, vt videretur, an in defe-
ctu possessionem..... & etiam donec fructus liquidati es-
sent, & soluti, non obstãte, ꝙ idem Pogius fecisset depo-
situm vnius Iulij pro expensis, & fructibus liquidatis.

DECISIO CCXCVII.

Romana pecuniaria, 14. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Registrum vetus productum, cuius non apparet manuale, quòd ex sacco Vrbis dicitur deperditum, vtrùm probatoriè fidem facere possit, stante illo fortuito casu furia militaris.*
2 *Recognitio registri, cuius non apparet manuale, potest per testiũ fieri depositionem, ita vt uim probatoriam possit nancisci.*
3 *Testis deponens sibi videri registrum esse de manu talis notarij, licet substituti, cum alio, qui affirmatiuè dicit esse eiusdem, probant pro registro.*

EAdem die in caussa Romana pecuniaria de Pichis
1 erat productum † quoddã registrum vetus, non ha-
bitum in domo alicuius notarij, sed pars illud in parti-
bus produxerat, nec apparebat aliquod manuale, quòd
2 dicebatur deperditum tempore sacci, super † recogni-
tione istius registri, erant examinati quattuor testes, qui
dicebãt, quod rubricatura registri videbatur esse de ma-
nu cuiusdam Io. Hieronym. qui dicebatur notarius sub-
stitutus Card. Anconitani, coram quo caussa erat tracta-
ta, & lata erat sententia, quæ transierat in iudicatũ. Duo
3 alij testes dicebãt, † vnus, ꝙ expresè illi videbatur esse
manus cuiusdã Io. quia pluries viderat, alius autẽ affir-
matiuè dicebat, quod erat manus illius. Dixere Domi-
ni, quòd registrũ erat satis recognitum. Constabat enim
Io. familiarem fuisse dicti Cardinalis.

DECISIO CCXCVIII.

Cæsaraugustana pecuniaria, 14. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Compensatio post rem iudicatam, aliquando non admittitur.*
2 *Compensatio licet aliquando non admittatur, exceptio tamen solutionis venit admittenda.*

EAdem die in caussa Cæsaraugust. pecun. dubitaui,
*vtrum iura per Io. Cepero in alijs caussis per eumdem
producta, & in ista causa compensationis per eum repetita, debeant nunc describi, vt impediant executionem rei iudicatæ contra ipsum?* Multa hincinde adducebantur ad
1 demonstrandum, quod in casu isto † compensatio post
rem iudicatam admitti non debet: quibus ex aduerso re
spondebatur; sed dixere Domini, quòd in casu isto ne-
dum colligebatur compensatio, sed etiam solutio, & po-
2 sito, quòd † compensatio non deberet admitti, tamen
negari non potest, quòd exceptio solutionis deberet ad-
mitti, ideò mandarunt, quod videretur, an de solutione
constaret.

DECISIO CCXCIX.

Tullens. Meten. matrimonij, 14. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Obiecta contra testamẽtum, & notarios super eo rogatos, utrùm probationem ex eo resultantem diminuere dicantur.*
2 *Allegatio contra personas iuratas, quæ testamẽtũ subscripserunt, reddere uidetur testamentum de falso suspectum, & ideo multum est ponderanda.*

IN caussa Tullen. Meten. matrimonij, eadẽ die, dubi-
1 taui, † *vtrũ obiecta contra testamentum, & notarios su-
per eo rogatos, diminuant probationem ex eo resultantem?*
Fuerat enim diebus elapsis dictum, quod ex testamẽto,
in quo Ioannetta appellabatur vxor, & filij ex ea nati,
tãquã legitimi intitulabãtur hæredes, iuncto dicto fra-
tru

tris Petri,& Thomasini,probaretur contractum matrimonium per Philippum, cum Ioannetta ad effectum, vt filij legitimi essent,nunc dubitabatur particulariter
1 super testaméto cōtra quòd allegabant, † primo contra personas iutatorū,qui subscripserant se testamento,quę videbantur Dominis multum ponderāda,aliquibus dicentibus,quod ex his testamētum reddebatur suspectū, & quia non bene visum fuit esse informatū,mandaui ite rū informari sup eisdē, quantū concernebat personas.

DECISIO CCC.

Arborensis Archipresbyteratus, 18. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Anterioritatis suspicio an tolli possit per acceptationes,& nominationes in specie factas,quo ad beneficia acceptata per alios mandatarios.*

2 *Acceptatio in genere, & in specie simul, an coram eisdem notario & testibus de vacantus eodem die fieri possit.*

3 *Loci distantia facilè ex verisimili habitam vacationum notitiam parere potest.*

4 *Certitudo diei in prouisione adnotata praualere facit prerogatiuam incertitudini nominationis sine die factæ.*

5 *Decretum irritans positum in mandato prouisionis,& factum in nominatione, vtrum promotioni Papali obsistat.*

6 *Irritans decretum ad specificatas solum,non ad genericas nominationes, ita vt prosit extenditur.*

Die 14. eiusdē in caussa Arboren. Archipresbyteratus,& aliter dubitaui,an acceptantes in specie, cū
1 nominatione Diœc.factæ per Ioan. Baptistam tollant suspicionem anterioritatis,quoad beneficia acceptata per alios mandatarios, & quantum ad acceptationes in genere ex actis apparentibus, quæ eisdem & notatio, & die,& testibus, sub quibus erant acceptationes in specie factæ asserebantur, quæ etsi maxime mouerunt animos Dominorum ad credendū rem ita se habere, tamen dixere hanc non esse cōcludentem probationem, quia po-
2 tuissent eadem die coram eisdem notario,& testibus acceptasse in genere, & in specie habita notitia vacationis beneficiorum,quæ dicebantur vacasse 21. Iulij, & acceptationes erant 26. eiusdem,nam non potuit verisimili-
3 ter venire notitia vacationis die 26. ex Sardinia, quod si vacasset die 25. vt ex aduerso prætendebatur: tunc Domini dixere esse in alia opinione. Quātum autem ad nominationē Diœc. factā per Io. Baptistā, dixere, quòd non tollit præsūptionē anterioritatis, quoad alios, quia poterat Ioan. Baptista nominasse Diœc. ante prouisionem Signorini, poterant & alij nominasse, sed poterant & non nominasse, vnde data possibilitate, non tamen erat certum, quod ante prouisionem Signorini fuisset facta, vn de remanebat resolutio antiqua, ex quo prouisio Signo-
4 rini † habebat diē certū, dies autem nominationis esset incerta, præsumebat anterior dies certa,& sic denominatio Diœc. facta per Io. Baptistam non proderat alijs mā-
5 datarijs: fiebat etiam aliud fundamentū, quod † ex quo in mandato de prouidendo dato Ioan. Baptistæ, erat decretum irritans factū in nominatione per illū omnia beneficia,& in illis Diœc. nominationes erant factæ, donec fuerunt specificata beneficia per illū, nec etiam Papa potuerat prouidere. Et propterea prouisio Signorini,& sic diligentia Io. Baptistæ in nomināda Diœc. proderat alijs mandatarijs,& eorū prouisiones aduersus prouisionem Signorini, præualebant propter decretum irritans tamē
6 Domini dixere, quod † decretum irritans operabatur, quo ad beneficia specificata per Ioan. Bapt. non autem quod ad omnia beneficia. Et ideo nō proderat alijs mādatarijs, agentes enim pro Hieronymo comparuerant, contra quem veniebat huiusmodi resolutio: dixere motiua eorum non esse bene percepta per Rotam, propterea super hoc dubio vltimo dari particulare dubium dicebant.

DECISIO CCCI.

Romanæ hæreditatis de Gadis, 28. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Tutorio nomine possidens quædam bona mariti pacificè, an ex eo deduci possit, & Castrū eo nomine, de quo est controuersia, possedisse, an noīe proprio pro sua dote.*

2 *Administrationis bonorum modus, & forma facilè ostēdit, an tutorio nomine bona, an proprio possideantur.*

3 *Venditio mobilium, & locatio immobilium facta a prætendente possessionem, & alia quauis conuentio, licet non subsequatur effectus, animi tamen sunt haud occul ti indices.*

4 *Deputatus ad negocia nomine partium cum subscriptione vtriusque, cuius deputationis non adest originale, sed extractum, aut solū copia, an ex ea fides fieri possit alijs iunctis probationibus.*

IN caussa Romana hæreditatis de Gadis, dubitaui
1 *præsupposito, † quod Claudia nomine tutorio cetera bona, quæ tenuit possideat, an ex deductis, simul tutorio nomine censeatur possedisse totum Castrum Riani cum territorio, an nomine proprio pro sua dote.* Tamen Domini dixerunt ex deductis, quæ multa erant, prout in informa-
2 tione, apertissimè probari, quod † tutorio nomine possederat, maximè moti sunt ex administratione tutelæ, & bonorum sumpta: & licet ex aduerso diceretur, cepisse administrationem cum protestatione, quam faciebat sine præiudicio sui iuris: tamen lectis & consideratis verbis protestationis, fuit iudicatum, quòd alio tēdebat dicta protestatio, scilicet ad soluendum ius competēs sibi
3 in testamento, in quo admissio sibi concedebatur; † moti etiam fuere, ex quadam conuentione de vendendis vaccis, & locando: nam prædia Riani, quæ licet non habuit effectum, collegerunt tamē animum Claudię, quæ illi se subscripserat, tamquam tutrix, non modicum fundamentum fuit etiam factum in gestis per Dominum Lactantium, quæ erāt multa, & successiuis temporibus facta nomine, tam Claudiæ tutricis quàm Archiepiscopi, licet de deputatione subscripta manu Claudię, tam-
4 quam tutricis non apparebat originaliter, sed ex sola copia, quia licet aliàs ex sola copia nō probaretur, tamē iūctis alijs inducebant animum Dominorum ad ita firmiter tenendum, cum hac tamen consideratione, si de possessione Castri Riani per Claudiam tenta, non autem petitam administrationem, vt ex aduerso prætendebatur proprio nomine non constaret, quia tunc fortè aliter esset dicendum.

DECISIO CCCII.

Toletanæ pensionis, 21. April. 1550.

SVMMARIVM.

1 *Cassatura gratiæ seu indulti, semper præsupponit signaturam factam a Sanctissimo, præcessisse.*

VIgesimaprima in caussa Toletana pensionis, dubitaui, *an sit præsumendum cassaturam de qua in supplicatione originali, fuisse factam a Clemente, aut de eius mandato & an onus probandi incumberet Card. Cauriens.* Quod enim esset ista cassatura iam notum est ex præcedentibus, & Domini sine aliqua discussione dixere cassaturam istam esse factam a Clemente, vel aliquo eius officiali, & quod aliter dicere esset grauissimum de-
1 lictum Cardinalis Cautien. † cum non potuerit esse factum, nisi post signaturam Papæ,& ideo si Dominus Ioannes Aduersarius prætenderet contrarium criminaliter perquirere q. coram Audit. Cam. quia hoc ipsi præsumere non valebant, & per allegata in contrarium, ex hoc instabat responsio, quia procedebat, quando non esset aliqua præsumptio pro producente instrumentum cassatum.

DE-

DECISIO CCCIII.

Romana Casalis, 21. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Terminis non seruatis contra omnes, qui pretendunt interesse, nec etiam eisdem reiteratis, an ob id sententia dicatur nulla, & num. 3.*

2 *Obseruatio terminorum facta contra vnum Capellanum, tamquam principalē ex multis, & procuratorem, qui tamen non erat procurator, utrum sit releuatoria pro obseruante.*

4 *Sententia lata pro Capella, & Capellanis, & nomine Capelle, licet non facta fuerit proprio nomine, tenet.*

EAdem die in caussa Romana Casalis, dubitaui, *an*
1 *sententia sit nulla, vbi contra † omnes Capellanos non fuere seruati termini, nec nomine eorum reiterati, vel saltem posset pro parte sustineri.* Fuerat caussa iactationis
commissa pro Michaele, contra assertos Capellanos, Ca-
1 pellæ Innocētij, & fuerunt seruati quattuor termini, cō
tra vnum ex Capellanis, tamquam principalem, & pro-
curatorem, qui tamen non fuerat vmquam procurator,
deinde fuerant iterati termini per procuratorem consti-
tutum, a tribus Capellanis ex quattuor, qui erant, dein-
de fuerat lata sententia adiudicando Casale Capellæ, &
3 Capellanis, vnde dicebatur sententia nulla, quia non es-
sēt seruati termini, nec reiterati per omnes Capellanos,
ad dicta per Cassad. 8. de rescrip. Domini tamen fuere in
contraria opinione, quia omnia erant facta contra Cap-
pellanum, & Capellanos, nō autē proprio nomine, quia
numquam fuerant nominati. sed semper sub hoc nomi-
4 ne Capellanorum, & similiter sententia, vt dixi in fauo-
rem Capellæ, & Capellanorum. Vnde nedum tres, sed
potuit vnus omnia facere, per ea, quæ habentur in c. cū
olim, de testib. multo magis in casu isto, in quo tres fue-
runt in iudicio, quo stante, non fuit necessarium deueni-
re ad discussionem secundæ partis dubij, in quo tamen
Domini sentiebant, quod sententia nō potuisset pro par
te valere, quantumcumq; esset super re diuidua, in hoc
iudicio, ff. famil. ercisc. vbi glos. prima, & Doct. maximè
Abb. in solutione cōtrarij, d. l. si filio. §. familiæ, eod. tit.

DECISIO CCCIV.

Tullens. Meten. matrim. 21. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Notarij appellantes in instrumento, testamento, Apostillis, & similibus scripturis pro defuncto confectis uxorem, quę non pretenditur esse uxor, an ex hoc approbetur matrimonium.*

2 *Pluralitas instrumentorum, & diuersitas notariorum uxorem predefuncti nominantium, tollit fraudis suspicionem ratione pretensi matrimonij.*

3 *Apostilla facta a notario, & recognita pro legitimè extēsa, & quidem a rogato, probat etiam non facta subscriptione ab eodem notario rogato.*

4 *Testiū unus de loco instrumēti confecti deponens, ut superiori, contrariatur illi, qui asserit inferiori Camera confectum, & ideò reprobatorij sunt huiusmodi testes.*

5 *Testes subornatos deponentes, ob non modicam ijs datā pecuniam, si singulares sint & varient, inualidè probant.*

EAdem die in caussa Tullen. Meten. matrimonij, du-
bitaui, *vtrùm obiecta contra Notarios rogatos, in testamento diminuant probationem ex eo resultantem?* Hoc
dubium magis latè in præcedenti fuit declaratū, & ma-
gis aucta suspicio, quæ adducebatur contra hos Nota-
1 rios. † Erat quædam Apostilla addita per vnum ex di-
ctis, & maximè cuiusdam alterius instrumenti venditio
nis, quæ dicebat & pro Ioannetta eius vxore, quæ dice-
batur addita, vt probaretur, quod Ioannetta esset: vxor
2 tamen, † quia in instrumento erant quattuor alia instru
menta, in quibus eodem modo vxor appellabatur, ro-
gata per alios Notarios, quia carebat omni suspicione,
visum fuit Dominis, vniformiter tolli omnem suspicio-
nem falsitatis, quia iam nō indigebant illa Apostilla, &
propterea non erat præsumendum, quòd falsitatem vo-
luerint notarij fabricare in re, quæ non indigebat, sed
potius erat præsumendum, quod de voluntate partium
3 addita fuerint illa verba, maximè, quia † ille, cuius ma-
nu erat facta Apostilla, quam Domini habuere pro be-
ne recognita, erat rogatus de illo instrumēto, quātum-
cumque in illo non esset subscriptus. Et licet allegaren-
tur duo testes, qui dicebant fuisse præsentes, & num-
quam de Ioannetta factam fuisse mentionem, tamen
4 Domini de illis non curarunt, quia erant † contrarij: cū
vnus diceret instrumentum factum in Camera superio-
ri, alius in inferiori. Alia etiam contra testes opponeban-
tur, quæ non fuerunt habita in consideratione. Quòd
5 † autem opponebatur testes fuisse subornatos, & datam
illis non modicam pecuniam, non bene probatur, quia
testes erant singulares, & varie deponebant. Et ita fuit
resolutum, fidem testamenti integram esse.

DECISIO CCCV.

Spoletana beneficiorum, 2. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Vacatio per obitum, & prouisio per resignationem, an cōprehendantur sub clausula, quouis modo, & cuiuscumque personæ.*

2 *Resignatio facta a possessore, & in beneficio ius habentis, per aliam resignationem, valida est, licet iuris adeptio in secunda resignatione non fuerit publicata.*

3 *Resignans habens priuilegium de non publicando, si illud non producat tenetur ad publicationem.*

4 *Prouisione duorum de eodem beneficio facta vacante per obitum, si reus cōcludenter probet, de anterioritate incumbit actori probatio ad sui defensionem.*

EAdem die in caussa Spoletana beneficiorum, sine
aliqua informatione, quia Petrus Gerardi actor fa-
1 ciebat † difficultatem, nūquid sub clausula, quouis mo-
do, & cuiuscumque personæ, vacet, cōprehēderetur va-
catio per obitum in prouisione facta per resignationem,
cum tempore datæ resignationis vacaret per obitum, fe
ci verbum super hoc, cum Domini, quis dixere, hoc esse
in difficultate, & caussam comprehendi, maximè, quia
3 ille, qui † resignabat erat possessor, & ius in beneficio ha
bebat ex alterius resignatione, & ita pronūciaui ex isto,
quia dubitabatur, an ex resignatione esset ius quæsitum
resignanti. secundo loco, cum resignationem non publi-
3 casset: & licet diceretur, † quod iste, qui resignauerat ha
beret priuilegium, quod non teneretur ad publicatio-
nem: tamen priuilegia non erant producta. Dicebatur
etiam, quod secūdus resignatarius, vt in casu isto non te
nebatur publicare. Sed dixere Domini hoc fortè habe-
re locum, quando prius publicasset, antequam tamen
subscriberent sententiam, voluerunt de nouo cōsidera-
re testes examinatos per Petrum super obitu Iacobi, qui
resignauerat primo in D. Ioannem, per cuius obitū ve-
niebat etiam Petrus, & nil etiam visum fuit, quod non
concludētet probaretur obitus Iacobi, ante resignatio-
nem factam per Ioannem, propterea noluerunt subscri-
bere sententiam pro reo canonizatoriam, sed subscripse
runt, tamquam simplicem absolutoriam confirmando
4 sententiam D. Putei. Nam cum in actis † esset producta
prouisio vtriusque per obitum eiusdem, & prouisio rei
esset anterior, concludenter actor debebat probare obi-
tum, & de quo die, & mense obijsset, vt cognosceretur,
an prouisio actoris esset melior.

DECISIO CCCVI.

Alternatiua Feltrensis ordinarij, 25. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Ordinario concessa alternatiua a Sanctissimo, an tribuat*

pote-

potestatem valide conferendi beneficia nondum litteris super hac potestate expeditis.

2 *Gratia concessio impetrata per supplicem libellum, an ex sola ipsius exhibitione perficiatur, licet informis dicatur.*

Die 23. eiusdem ad instantiã Episcopi Eltren. quesiui, *an Episcopus, cui a Papa erat concessa alternatiua potuerit valide conferre beneficia, quæ vacarunt ante expeditionem litterarum?* Et dubium faciebant, quòd habebat in dec. 401. cum duabus præcedentibus. In hoc tamen Domini dixerunt contrarium, quia, vt notauĩ est,

2 † ex sola supplicatione gratia perficitur, licet dicatur informis, & non possit canonizari obstante clausula canonizatoria, quia ex quo ista alternatiua est concessa ordinario collatori, eo quidem iure habet ius conferendi in omnibus mensibus per illam concessionem, remouetur solum obstaculum regulæ de octo mensibus, & nihil de nouo conceditur, vt dixit sæpissimè Cassad. Nec obstant adducta in contrariũ, quia loquuntur in alijs terminis.

DECISIO CCCVII.

Romana horti, 13. Aprilis, 1550.

SVMMARIA.

1 *Commissiones dantur aliquando in Curia, quæ auocata a quibuscumq. iudicibus causas concernentes certas hypothecas ad tribunal Auditoris Cameræ Apostolicæ.*

2 *Debiti confessio non statim facit, vt procedi ad vlteriora liceat stante eo, quòd nulliter, & malè fuerit processum.*

Eadem die in caussa Romana horti sine partium informatione legi commissionem pro Camillo de Rusticis præsentatam, cum præinserta Comitis Ioannis Fran-

1 cisci, † in qua omnes caussæ concernentes certam hypothecam erant auocatæ a quibuscumque iudicib. & commissæ Auditori Cameræ, inter quas erat vna, quæ pendebat coram me, cõtra Communitatem Fiani, pro dictam commissionem dubitaui, an commissio esset subreptitia, quia in ea narrabatur, quòd ad confessionem erat processum, & propterea commissio dabat, quòd ad vlterio-

2 rem executionem procederetur. † Nam licet esset processum ad confessionem debiti, tamen nulliter & malè erat processum, & dixere Domini, quòd propter hoc nõ erat subreptitia, quia etiam si hoc narratum fuisset, tamen signatura dedisset, quòd caussa ad me reuerteretur, vnde caussa debebat redire ad Rotam.

DECISIO CCCVIII.

Arborensis Archipresbyteratus, 23. April. 1550.

SVMMARIA.

1 *Exprimentes collationes ante vacationem beneficiorum, si post obitum existentibus vacantijs in specie non acceptent, an per alium prouisum præueniantur.*

2 *Papa contra collationes factas, qui specificè non expressérunt Diæceses, an possit alijs prouidere etiam vacantia per obitum existente.*

Eadem die in caussa Arborensis Archipresbyteratus, dubitaui, stante quòd Io. Baptista & Dauid ante va-

1 cationem † beneficij expressérint collationes suas in Arborensi a Calagurritana, & deinde per obitũ Lofredi vacauerint quinque beneficia, de quibus agitur, & Hieronymus Signotini, antequã dicti in specie acceptassent, obtinuerit sibi prouideri per obitum de omnibus benefi cijs, & post prouisionem Signorini, expectantes accepta uerint in specie tria beneficia, an prouisio Signotini sit ab initio nulla in omnibus beneficijs, tam in Arborensi, quàm Calagurritana per obitum dicti Lofredi vacantibus. Et Rota consistebat in decreto quodam irritanti, quod erat in gratia prædictorum, quod habebat verba prægnã-

2 tia, etiam per nos, &c. † Et propterea dicebatur Papam non potuisse prouidere Signorino, antequam illi specificassent beneficia, & quòd illud decretum afficiebat omnia beneficia, & allegabatur decis. Gassad. 3. num. 10. de præbend. & sup. de concess. preb. eiusdem in contrarium allegabatur dec. 4. eiusdem de decretis in reseruatione appositis, quam materiam decreti Domini noluerunt intrare, quia dixere, quod ex quo illi gratiati post nominationem Diœc. acceptauerant saltem in genere ante prouisionem Signorini, licet post pensionem Signorini specificauerint, vnde quia illa specificatio erat sub data generalis acceptationis, decretum non poterat afficere omnia beneficia in illis Diœcesi. vacantia, sed tantum illa, quæ tunc fuerunt acceptata.

DECISIO CCCIX.

Tullens. Metens. matrimonij, 11. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Fides testamento an adhiberi possit, si ad narrata in eo accedunt aliarum apocharum & scripturarum probationes, stante quòd in suspicionem venerit ... ratione Notariorum.*

2 *Instrumenta per partis confessionem roborata ... matrimonij contracti, an fidem faciant etiam præsente parte aduersa, & patiente vxorem in illis dici quam esse negabat.*

3 *Notarius licet fidem non faciat de partis præsentiã, ob id non est dicenda absens fuisse.*

Die 11. Maij in caussa Tullens. Metens. dubitaui, *vtrũ cedula contra testamentum, & Notarios de eo rogatos, minuere possint fidem eius.* Et propositi solum super prætensa suspicione Notariorum cogerentur dicere, quòd alia instrumenta non debebant tollere suspicionem, ex quo fuĕ etiã rogata per eosdem Notarios, & sigillatim ab eodemmet. ñ Domini perstitere in eadem opinione, quia satis erat ad tollendum suspicionem Apostil. quæ erat in instrumento, ex aduerso allegata, non haberis

2 pro nunc in consideratione, quòd ex illis instrumẽtis cli ceretur probatio matrimonij, propter confessionem Philippi, præsente etiam Renato aduersario, & patiẽdo ita illam appellari, prout in primo instrumento appellaba-

3 tur ex aduerso allegato, habuere tamen dubium hoc pro resoluto, quod omnibus illis instrumẽtis Philippus esset præsens, quãuis cũq. Notarius non attestaretur de præsentia.

DECISIO CCCX.

Romana hæreditatis, 11. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Testes de possessorijs actib. multorum de possessione contendentium deponentes, quomodo, & pro quo probẽt.*

2 *Mulier vicariũ constituẽs in Castro, an ob id dicatur id proprio, an tutorio nomine filiorũ, vel hæredũ possidere.*

3 *Possessio licet probata sit ex actib. possessorijs, non tamen ob id sequitur, quòd sit probatum certitudinaliter, quo nomine capta aut habita sit possessio.*

4 *Coniectura quæ capitur ex confessione fructus perceptos fuisse in familiam alendam conuersos, an doceat tutorio nomine perceptos.*

5 *Testes deponentes de reputatione, scilicet, quòd fuerit reputata Domina vnica Castri, & patrona, &c. non faciunt fidem de possessione absoluti dominij, sed de quadam præeminentia.*

6 *Dictio, post, tempus immediatum an significet, vt si dicatur Titius, post Sempronium possideat nullo medio indicet captam possessionem.*

Eadem die in caussa Romana hæreditatis de Gadis, dubitaui, præsuppositis his, de quibus in puncto, vtrum probetur possessio? Iam aliàs in hac caussa fuerat

1 datum dubium tale, præsupposito quòd testes dicant, quòd a morte Aloysij, tam Archiepiscopus, quàm Alexander, & fratres, quàm Claudia steterint, fuerint, & rediérint ad Castrum Riaoi, atque Archiepiscopus fecerit gratias, & minuerat pœnas vasallis, & quòd vasalli omni-

omnibus obedierunt,& quòd Archiepiscopus posuerit confines inter Castrum Riani,& Castrum Nouum. Et ex parte Claudiæ dicitur, quòd Claudia ab omnib. fuit communiter habita post obitum Aloysij vnica domina & patrona dicti Castri, & quòd Vicarium in illo Castro posuerit, & ex eo fructus perceperit, tenuit,& possede-
2 rit dictum Castrum. dubitabatur † ergo, *an ex prædictis per testes ipsos probaretur, quòd Claudia illo medio tempore quòd fuerat vnus mensis, possederit proprio nomine.* Et Do-
3 mini dixere,quòd non,quia† licet per illos probetur possessio Claudiæ, non tamen certitudinaliter probabant, & dicebant, quòd proprio nomine possederit, vnde potius erat dicendum, quod tutorio nomine, & addeba-
4 tur alia coniectura, quia confitebatur se fructus Castri Riani conuertisse in alendam familiam, ergo illos perceperat tutorio nomine: quia si proprio, non conuertisset in alendam familiam,quam alere non tenebatur, cum essent filij,& filiæ Aloysij. Item quia vt aliàs resolutum fuit,licet proprio nomine potuisset possidere,propter dotem mille scutorum, tamen videtur voluisse cum pecuniæ ad hoc destinatæ in bancho steterint semper sub nomine Claudiæ,& illas post mortem Aloysij exegerit,tãquam proprias, non autem tamquam dotales, licet super his coniecturis nullum fieret fundamentum non
5 obstante, quod testes dicant quod fuit reputata vnica domina & patrona,& sic non tutorio nomine, quia tũc non in totum potuisset:quia dixere,quod ista reputatio non tangebat possessionem', nec actus possessorios, sed quamdam præeminentiam,prout fuerat sibi in testamẽto relictum. Non obstat,quod dicant,ꝙ illa percepit fructus omnes, quia conuertit, vt dictum est,in alendis filijs,vt tutrix. Præterea testes non percutiebant tempus, nedum inter tutelam susceptam & mortem Aloysij:potuit enim percepisse post tutelam, & de his intelligere
6 testes,etiam quantumcumque dicant,quod dictio, post denotat tempus immediatum, allegando Gomez. in q. 2. in prin. in 11. not. de rest. spol. in 6. tamen fuit dictum, quod illud Gomez. non dicit, sed bene vult, quod si testis dicat,ꝙ Titius possidet post Sempronium, quod intelligebatur immediatè, hoc est,quòd nullus inter istos medio tempore possederit, sed quod incontinenti post Titium incepit possidere Sempronius,hoc non dicit Gomez.& quod possit aliquo medio tempore intelligi,siue dicat a morte:fuit allegatus Bald. in l. Celsus,de vsuris, dũ loquitur de eo, qui dr̃ possedisse ante decẽ annos, & ex omnib. istis colligitur, ꝙ tutorio nomine possederit.

DECISIO CCCXI.

Turritana Canonicatus, 5. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Habens gratiam acceptandi, si acceptatum beneficiũ cessit alteri, vtrùm de nouo possit acceptare, aut consumpta sit gratia.*

2 *Cedens beneficio sine reserua pensionis, tamen ex hoc non constare dicitur id factum, ad consumendam gratiam acceptationis expectatiuæ.*

3 *Commodum ex cessione nullum reportans, si cesserit nulla necessitate cogente in fauorem possessoris sibi imputare debet.*

DIe 5. eiusdem in caussa Turritana Canonicatus & Præbendæ, dubitaui, *an ex deductis in huiusmodi*
1 *caussa, constet de consumptione gratiæ, & expectatiuæ D. Georgij, quòd vacet, qui cessit in fauorem Antonij Sequera.* Gregorius ceperat vltra Canonicatum, de quo agitur
2 vigore expectatiuæ, duo alia beneficia, quorum vnum erat in Turritan. Diœces. Vnde dubitabatur, *an ex illa acceptatione esset consumpta gratia, ita vt non possit acceptare Canonicatum, cum ad vnum tãtum esset gratia in Diœc. Turritana, & de tali acceptatione constaret ex narratis per eam in noua prouisione.* Item tale beneficium cesserat in alium, vt ex consensu suo super hoc præstito constabat, adeo quod diceret Domini rem esse claram. Et licet ipse diceret, quod ex quo cesserat huic beneficio sine aliqua pensione, & vtilitate propria, constabat, quod noluerit cedere animo consumẽdi gratiam suam,& quia ex clausulis,de quibus in noua prouisione potuerat capere beneficium aliunde, quàm ex prouisione, & acceptatione
3 facta vigore expectatiuæ: tamẽ Domini voluere dicere, quod quantumcumque nullum commodum reportasset,tamen acceptauerat,& cesserat nulla necessitate cogente in fauorem possessoris sibi præiudicauerat, dato quod beneficium fuisset de beneficio sibi non debito,ꝙ tñ non erat in casu isto,quia erat sibi debitum,& sic gratis erat cõsumpta,ex dictis p Ro. cons. 729. n. 8. ver. cæterum, post Io. Andr. in c. cum in multis. de rescrip. in 6.

DECISIO CCCXII.

Romana de Pichis, 5. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Copiæ, & instrumenta, & acta, an probationem inducant de non traditione rerum in controuersia positarum.*

2 *Instrumenti vigore facta confessio de recepto, non tamen facta traditione, idq. sub spe futuræ traditionis, an obsit confitenti.*

3 *Mora & retardatio facta in traditione grani, efficit istum esse debitorem, cuius caussa talis mora intercessit.*

EAdem die in caussa Romana de Pichis, dubitaui,
1 *vtrum ex copia, & alijs deductis in actione constet, granum non fuisse traditum, de anno 1516. Hieronymus de Pichis, senex vendiderat 5000. rubr. grani pro pretio mille ducatorum, & multas alias res Georgio Casarino, qui*
2 *in instrumento confessus fuerat se granum, & alias recepisse, & promiserat soluere pretium infra triennium: deinde omnes res emptas vendicabat Fabricio, & constituerat se illas illius nomine possidere, adeo quod ex his Instrumentis oriebatur confessio, quod omnes res venditæ essent traditæ.* Et licet diceretur confessionem fuisse factam sub nomine futuræ traditionis, tamen Rota resoluerat coram D. Aug. qui caussã fouerat in primo, ꝙ oẽs probationes incumbebãt venienti ex iure Georgij. Vnde dubitabatur, *an ex quibusdam apochis, & multis alijs, quæ adducebãtur, esset probata ista non traditio, nec vt alia, quia omnia ista præsupponebant Hieronymum de Pichis esse debitorem Io. Georgio, in summa mille ducatorum occasione grani, quod ex illis instrumentis, quòd non erat. Imo Ioan. Georgius erat debitor pecuniarum D. Hieronym. 500. rubr. grani.* Et propterea videbatur dicendum, quod omnia illa loquerentur de alia summa pecuniarum, quàm grani: tamen dixere Domini contrarium, ex tot simul iunctis, quia cum Ioannes Georgius deberet consequi granum venditum,& non tenebatur soluere pretium, nisi post triennium,statim quod Hieronymus fuit in mora non tradẽdi granum, cœpit esse debitor pecuniarum, quia fortasse post morã intererat Io. Georgio, potius habere pecunias,quam granum,quod forte diminutum erat in pretio,ideo inter illos cœpit esse controuersia, tamquam esset debitor mille ducatorum occasione grani, soluerat 500. ducatos ex ista summa,non erant duæ pollizæ,quę a principio allegabantur,& alia multa adducta,& postmodum restantibus, 500. soluerat de restantibus. 100. adeo, quod ex ista continuatione, & idem dictat personarum,& summarum.... venerant Domini in istam interpretationem, vt constaret granum non esse traditũ, sed de summa mille ducatorũ solutos fuisse 250. quod cederet ad vtilitatẽ Hieronymi Pichi iunioris, qui caussam agebat,& quia prætendebatur ex aduerso, sicut nõ obstante confessione per instrumentum facta, granum non fuisse traditum, ita etiã tolleretur probatio, quoad alias res,& sufficeret hæc probasse, elidendo illam confessionem. Tñ Domini dixere ex hoc non inferri contra traditionem aliarum rerum, sicut fuit factum de grano,

DE-

DECISIO CCCXIII.
Fauentina hæreditatis, 24. Maij 1550.
SVMMARIA.

1 *Hæreditas adita ab ea, quæ non est instituta, obtenta gratia subrogationis per sacram pœnitentiariam non facta mētione aditionis, an sit subreptitia caussa istius taciturnitatis.*

2 *Facti narratione veraciter facta, sacra pœnitentiaria peti ta priuato, vel nō concedit, uel difficilius saltem ne præiudicet societati, & pio loco.*

3 *Confessio facta a procuratore nomine partis in iudicio, si incontinenti reuocetur releuat, secus si per diutinum internallum fiat reuocatio.*

4 *Aditio hæreditatis, si de iure nulla sit in gratię impetratio ne, non est necesse eius uel ulla ut mentio fiat.*

Die 24. Maij in caussa Fauentinæ hæreditatis, dubitaui, *an ex aditione hæreditatis, de qua in actis, possit inferri ad subreptionem gratia per Catharinam obtenta?* Pater istius Catharinæ instituerat hæredem vniuersalē suorum bonorum, quamdam societatem existentem in ciuitate Fauentina, grauando illam de restituendo omnes reditus hęreditatis in suos vsus, & hæreditatem adierat Catharina filia, & obtinuerat a sacra pœnitentiaria se subrogari in locum societatis, cum eodem onere, nec in ea fecerat mentionem de aditione hæreditatis: dubitabatur, an per istam taciturnitatem gratia esset subrepti-
2 tia: † maior enim pęnitentiaria non concessisset, vel difficilius, si hoc intellexisset. Dabantur multa ad sustinendam gratiam: Primò, quòd licet non esset narratum, tamen maior pœnitentiarius hoc intellexerat, quia informādo signaturam hoc fuerat expressum, vt eadem societas in articulis suis fatebatur, quæ ratio mouit Domi-
3 nos: tamen, quia † ista confessio erat procuratoris, poterat reuocari, prout statim post fuit reuocara, ideo m hoc
4 non fuit facta vis. Secundò dicebatur, † quod aditio fuerat nulla, ideo de aditione nulla debuit fieri mentio, Fel. in c. super litteris, nu. 15. & in ceterum, col. 3. 16. q. 13. limit. de rescrip. Quod fundamentum placuit Dominis, ideo mandatum fuit, vt melius informaretur.

DECISIO CCCXIV.
Cæsaraugustana pecuniaria, 24. Maij 1550.
SVMMARIA.

1 *Confessio in carceribus coram Gubernatore facta de solutione pecuniarum facienda, aut fideiussorem dando, si non sit producta in iudicio, an prosit.*

2 *Debito liquido existente vigore apodissa, opponi potest de eodem in præiudicium debentis.*

IN caussa Cæsaraugustana pecuniaria eadem die dubitaui, *vtrum posita, de quibus in actis sint talia, quod terminus possint opponi in hac caussa, in qua iam erat decretū brachium sæculare.* Et punctus fuit restrictus ad vnum, quia alia nō erant recognita, ex quo ad recognitionem restricta fuit ad medietatē, quia Matthæus Pasqualius, cuius manus cognoscebatur, erat subscriptus cum alio & ita tota summa pro medietate sufficiebat, quia continebat in totū 350. & Matthæus habebat brachium sæcu
1 lare † solum pro 120. & quia instabat confessio Matthęi in carceribus coram Gubernatore facta, quod pro istis pecunijs pro eo solus dederat in arrendam Archid. suū Ioan. Cepero aduersario, vt sibi satisfaceret de his pecunijs pro eo solutis vt cantabat instrumentum; ideo dixere Domini, quod res non habebat difficultatem. Tamen quia ista confessio non erat producta in iudicio, & loquebatur de alio arrendamento, & postea animaduerti, de hoc non potuit fieri fundamentum. Sed ex alio Do
2 mini fuere in eadē opinione, scilicet, quod † ex illa apodissa posset opponi, quia erat debitū liquidum, ideo de eo potuit opponi, l. 2. de compens. allegando Bar. in l. infertur, §. qui compēsationem, de iure fisci, cum simil. de quib. sup. Tamen dixere Domini, illa esse intelligenda debito non liquido, ideo videndum, quid deponeretur huic schedulæ, quod si esset aliquid, quod altiorem indaginem requireret, tunc non esset impedienda executio Io. Cepere, quod si debitum remaneret liquidum, vtique compensaretur.

DECISIO CCCXV.
Romana de Gadijs, 24. Maij 1550.
SVMMARIA.

1 *Nomine tutorio possidens mulier, an postea proprio etiam nomine vigore dotalis instrumēti fructus percipere, & stabilia possidere possit.*

2 *Adiudicatio in solutum obtenta per partem, quæ habet hypothecam anteriorem, facit illam non tamquam hæredem possidere, sed tamquam creditorem.*

3 *Possidere pro hærede differt ab illo, quod est pro creditore possidere, quorum vnum saltem a prætendente possessionem, venit declarandum.*

EAdem die in caussa Romana de Gadijs dubitaui, *præsupposito, quod Claudia post susceptam tutelam cen*
1 *seatur possedisse Castrum Riam tutorio nomine, vtrum postea ea licuerit proprio nomine vigore instrumenti dotalis propria auctoritate percipere, & possidere.* Et dixere Domini, quod ex quo constabat quod Archiepiscopus aduersatius Claudiæ possederat, tanquam hæres, posset Claudia vigore instrumenti dotalis danti licentiam ingredi propria auctoritate, & Castrum retinere, quantumcumque cæperit possidere proprio nomine contra hæredem, per not. per Bar. in l. creditores, C. de pign. & cū multis alijs, quæ in informatione adducebantur. Et licet ex aduerso diceretur pro parte Archiepiscopi, quod
2 fecerat sibi adiudicare in solutum dictum Castrum, pro concurrente quantitate 17. ducatorum, in quibus erat creditor, & habuerat hypothecam anteriorem Claudiæ, & quod post illam adiudicationem cæperat possidere, non tanquam creditor, non tanquam hæres, quo casu contra illū non habente caussam a Patre suo, qui dederat licentiā Claudiæ, nō poterat Claudia illum spoliādo, incipere possidere vigore instrumenti, & tū dixe-
3 re Domini, quod ex † quo, ex aliquibus constabat de animo suo, quod noluerat possidere tamquam hæres, nec constabat, quod noluerat sibi mutare caussam possessionis, & possidere pro creditore, quod hoc non debebat haberi in consideratione, non ostenderetur.

DECISIO CCCXVI.
Carthaginen. pecuniaria, 21. Maij 1550.
SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de possessione aduersa partis, quod sit attentata si non probent, inualidè & nulliter deponunt.*

DIe 21. Maij, in caussa Carthagin. pecuniaria, quia prætendebatur ex parte Francisci de Mendoza es-
1 se probatum † per testes examinatos hic in curia, possessionem aduersariam esse attentatam, legi testes. Et dixere Domini non probare.

DECISIO CCCXVII.
Toletana matrimonij, 21. Maij 1550.
SVMMARIVM.

1 *Relatio facta actorum pro dandis punctis repeti debent puncta ante discussa, ex eo, quod nouiter ingressi auditores, quib. de antedictis non potest constare, possint informari.*

1 EAdem die in caussa Toletana matrimonij † retuli omnia pro dandis punctis. Et mandarunt dāda ad votum Domini Comitis hic præsentis, quantumcumq; repeterentur puncta alias data, ex quo erant tres Auditores noui, qui resoluta non intelligerent.

DECISIO CCCXVIII.
Arboren. Archipresbiteratus, 21. Maij 1550.
SVMMARIVM.

1 *Archiuiistarū relationi stat Rotale tribunal. vt in alijs multis, ita in ijs, quæ acceptationes beneficiorum cōcernunt.*

R Eadem

EAdem die in caussa Arborensis Archipresbyteratus, super acceptatione extracta ex Archiuio Rotali Domini, mihi dixere, quòd Archiuistæ . . . . Et dixerant sufficere cum his, de quibus in actis ad probādum, quòd
1 acceptationes in specie in actis productæ erant ex genere extractæ, & ad speciem deductę.

DECISIO CCCXIX.

Tullen. Meten. matrim. 21. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Apostilla seu additio facta testamento, uel potius contractui ab eo qui de tali contractu non fuit rogatus, utrum probet in iudicio, necne.*

2 *Scripta per notarium qui de falsitate arguitur nō possunt dici esse talia, nisi fuerit de falsitate aliàs commissa inquisitus, conuictus, & condemnatus.*

3 *Notarium de falsitate suspectū aliud est ab eo, quòd sit re ipsa falsarius, utpote inquisitus de commissa falsitate.*

IN caussa Tullen. Metens. matrimonij, dubitaui, *præ-*
1 *supposito, quòd Apostilla sit manu Arnulphi addita, quod non fuerat de contractu illo emptionis rogatus, sed interuenerat tamquam vnus de iuratis deputatis ad inuestiendum, & expensa super Ioannem, cum additum sit nedum nomen vxoris, sed adducta vxor in emptione, acquisitione, & solutione prædictis, & falsitas si qua oritur scriptio contra testamentum Philippi ab isto rogatis.* Et dixere Domini, prout alias dixi, quod non, quia omnia allegata per aduocatos præsupponentes oriri supplicationem loque-
2 bantur † in Notario, qui condemnatus, vel alias inquisitus fuerat super eo, quòd instrumentum falsum fecisset, nam tunc verum erat dicere, quòd omnia instrumenta
3 postea per eum rogata erāt suspecta, sed in † casu nostro non sic, quia additio illius apostillæ faciebat Arnulphū suspectum, sed non falsum & nullibi contra reperiebatur, nec aliquis dicebat, quod orta suspicione cōtra vnū Notarium ex aliqua caussa in aliquo instrumento, quod esset suspectus, quæ omnia postea per ipsum facta, imò ex quo tractabatur de interesse partis recurrētis ad aliū pro rogitu, erat dicēdum, quod tales erant fideles, & illum fidelem reputabant, paterentur, hoc dāni, & illi in actis fides adhibenda non esset, quod secus erat, quando iam fuisset accusatus, vel inquisitus, quia tunc imputandum erit ei, qui a tali Notario non abstinuisset.

DECISIO CCCXX.

Romana de Gadis, 21. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Constitutum appositum instrumēto dotali, utrum post mortem mariti aliquid in fauorem mulieris operari possit.*

2 *Absente parte, si proponatur constitutum coniūctim dotalibus instrumentis, an ius acquirat eidem, ac si præsens fuisset, uel requiratur subsequens ratificatio, stipulatio licet per Notarium eius nomine interuenerit.*

3 *Possessionis acquisitio fieri nullo modo potest, nisi accedat cōsensus animi & uoluntatis, & ideo ut de animo hoc constet ratificatio omnimodo est necessaria.*

4 *Iure crediti possidentem non licet spoliare, aut de tali prętendentem, nisi eo satis sufficienterque constito.*

IN caussa Romana de Gadis dubitaui, *præsupposito quòd post sententiam latam super credito Archepiscopus declarauerit velle possidere etiam tanquam creditor, an tunc licuerit Dominæ Claudiæ spoliare Archiepiscopū sua medietate?* Et pro parte hæredum Claudiæ, quod sic, propter pactum constituti, quod erat appositum in instrumento dotali per Aloysium, dicitur detinere rationem Claudiæ, propter illud pactum tenebatur per eos, non obstante, quod postmodum fuit lata sententia super credito, non potuit Archiepiscopus in præiudicium Claudiæ incipere possidere, tamquam creditor, l. interdum, §. alieno, ff. de acquiren. possess. Sed ad hoc responde-
1 batur, quod † constitutū post mortem Aloysij non operabatur aliquem effectum, tamquam collatum post mortem. Dicebatur, quòd constituebat se nomine Claudiæ possidere in omnem euentum restitutionis dotis, vnde cum non euenisset casus mortis, erat ac si esset collatum post mortem, cum ante non operabatur aliquem effectum, notat Ange. in l. quamuis, §. si conductor, versicul. ex dicto hoc, & ibi Cuman. versic. pro hoc dixit Angel. Alexan. ibi, colum. 2. in versic. per illum textum, Iason in l. 1. colum. penul. versic. confirmat, quia etiam, de acquiren. possess. cum alijs allegatis. Et hoc placuit multis ex Dominis, tamen vnus dixit, quod ista loquebantur, quando constitutum erat expressè collatum in euentum restitutionis dotis, & allegabatur Baldus, in l. 1. C. de commun. seru. manum. & Bald. Nouel. in tractatu de dote. Gozad. cons. 42. Curtius in l. si is, qui pro emptore, secundum vnam interpretationem, ff. de vsur. Tiraquel. in tract. de iure constituti. in 3. parte 3. limitatione, quæ cum non fuissent visa a Dominis, substite-
2 runt. Sed respondebatur secundo, quod ex quo † constitutum fuerat positum absente Claudia, ei ius non acquirebatur, nisi secuta ratificatione, quantumcunque Notarius stipulatus esset pro ea, secundum Alexand. in l. quod meo, colum. 6. versic. inter istud, quod dicitur, de acquiren. possess. & in cons. 153. colum. 1. vers. propterea, si bene, volum. 6. Decius in l. constitutus, num. 160. de regulis iuris, latissimè Tiraquel. qui omnes cumulat in dicto tract. 3. par. 3 limitatione. Et licet esset aliqua discrepantia, tamen placuit omnibus distinctio Soc. in l. 1. §. si iusserim, de acquiren. possess. quæ dicit quod quo ad possessionem acquirēdam nulla esset difficultas,
3 † cum non acquireretur nisi de animo, ideo necessaria erat ratificatio, vt de animo constet. Sed replicabatur, quod ante sententiam latam, & sic antequam Archiepiscopus possederat, cœperit possidere pro creditore, & Claudia etiam in iudicio discussionis pro credito suo produxit instrumentum dotale. Vnde videbatur omnino in eo contenta ratificare. Sed dixere Domini, quod ista erat tacita replicatio, quæ debebat intelligi tantum de iure pignoris, nō autem de possessione respectu constituti, cum postea Claudia declarauerit, se velle possidere tutorio nomine, vt alias resolutum fuit; vnde teman-
4 sit resolutum dubium quod † non licuerit Claudiæ spoliare Archiepscopum iure cred. possidentem: & licet vlterius diceretur, quod nō licuit Archiepiscopo mutare sibi caussam possessionis nisi illam dimitteret, ex quo caussa hæreditaria, & de nouo tamquam creditor inceperit possidere l. qui bona, §. fin. & ibi Paul. Castr. ff. de acquir. possess. Et hanc opinionem sequitur semper Rota quidquid alias dixerit, propterea hic Archiepiscopus non mutauit sibi caussam possessionis, sed caussam caussæ cumulabat . . . . quod sine difficultate, d. l. 3. §. *ex pluribus*, Felin. in cap. in nostra, versic. titulus, de rescriptis. in dicta l. qui bona, §. fin. Cassador. decis. 4. in fi. de restit. spoliar.

DECISIO CCCXXI.

Arboren. Archipresbyteratus, 9. Maij 1550.

SVMMARIVM.

1 *Partes non raro informare in voce possunt, quamuis dubiū nullum in iudicio proponant.*

DIe 9. eiusdem in caussa Arboren. Archipresbytera-
1 tus & aliorum, † vtraque parte informante in voce, licet non dato dubio, iterum quæsiui a Dominis, id, de quo alias 21. Maij præsentis anni. Et Domini permanserunt in eadem opinione.

DECISIO CCCXXII.

Tullen. Meten. matrimonij, 9. Maij 1550.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria, si calumniosè petatur ad caussæ protelationem, non venit concedenda, præsertim cum prope finem sit caussa, & instet tempus expeditionis.*

Eadem

EAdem die in caussa Tullens. Metens. matrimonij, du
1 bitaui, † *utrum Renato esset danda remissoria.* Et quia caussa diu disputata fuerat in Rota, & eramus iam in fine, calumniosè videbatur peti ad diffugiendum expeditionem: ideo dixere, quòd si Renatus cōtentabatur dari sententiam cōtra illum remissoriam insimul & semel, aliàs de caussa habebat aliam difficultatem, videretur etiam pro iustitia, & expediretur postmodum, & in secunda instantia videretur, *an esset danda remissoria.*

DECISIO CCCXXIII.

Romana domus locationis, 9. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Ius acquiri dicitur per viam monitorij intimati parti prætendenti de confirmatione locationis ipsi intimanti.*
2 *Nullus renunciare iuri censetur quod sibi nescit competere.*

IN caussa Romana, si in euidentem, eadem die, dubitaui, an ex deductis constaret, quòd Rectores percipientes canonem, sciuissent litem motam, vt propter caducitatem dici posset illud remisisse propter tales receptiones, non facta ista locatione in tertiam generationē, saluo beneplacito Sedis Apostolicę, quòd numquam per multos annos fuerat expeditum, imò mota lite per viam
1 monitorij de euacuanda domo locata, per quam litem aliàs dictum fuerat esse quęsitum ius Rectoribus, vt quandocumque pro expeditionibus beneplacitum esset in forma, si in euidentem, propterea tamē, vt dictum fuit aliàs in hac caussa non fuerat sublatum istud ius, sed illis remansisse. Et dixere Domini, quòd non, quia nullo modo constabat, quòd Rectores nullo modo percepissent sim-
2 pliciter, si sciuissent motam litem, vnde iuri quod quis ignorat sibi competere, non censetur renunciare, iuribus vulgatis, immo cognita lite, non reperiebatur, quòd aliquis ex rectoribus acceperit Canonem, nisi cum protestatione, idest saluis iuribus, &c.

DECISIO CCCXXIV.

Romana de Pichis, 9. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Clausula, dolo facis q petis, q statim restituturus es, vel cōpēsationis, an impedire possint executionē rei iudicatę.*
2 *Fideiussores principalis, si metu excommunicationis, vel aliarum censurarum depositum summæ petitæ a creditore fecerunt, an repetere possint per commissionem datam de nullitate censurarum latarum.*
3 *Sententia ob fatalium lapsum transiens in iudicatum, an possit peti exequi.*
4 *Compensationis exceptio, potest opponi exceptioni rei iudicatæ, posito quòd concurrat, vt plurimum cum exceptione dolo facis, ex doctrina Baldi.*
5 *Fideiussoribus agentib. tamquam principali, an possit opponi exceptio compensationis, quæ eneruat rem iudicatā.*
6 *Dolo facis exceptio ad idem tendit cum compensatione, & ius cum compensatione confundit.*
7 *Agens ex instrumento ad mutui petitionem, si opponantur exceptiones, & sic debitum non est liquidum, opponi exceptio non potest.*

IN caussa Romana de Pichis, eadem die dubitaui,
1 *utrum executio rei iudicatæ possit impediri per clausulam dolo facis, vel compensationis ex aduerso opposita.* Hieronymus de Pichis mutuauerat 1800. ducatos Io. Georgio de Cæsarinis, restituēdos post certum tempus, quo elapso, agebat cōtra Marcum Casalium, & alios fideiussores, & obtinuerat confiteri debitum, & eos ex-
2 communicari, † qui metu censurarum fecerant depositum, quod fuerat relaxatum Hieronymo prædicto, isti fideiussores commiserunt caussam nullitatis istarum censurarum, & repetitionis depositi, coram Cardinali Anconitano, qui pronunciauerat censuras nullas, & resti-
3 tuendum depositum, quæ tamē ob lapsum fataliū transierat in rem iudicatam, cuius sententiæ petebatur executio, ad quæ dictus Hieronymus dicebat dolo facis, qui statim restituturus es, quia ex contractu mutui tan-
4 tum teneris mihi, & si ista exceptio nō obstat, saltem exceptio compensationis, quæ contra exceptionem rei iudicatæ potest opponi, quæ cōcurrit cum exceptione dolo facis, & vt plurimum confunduntur, secundum Bal. in l. eius, in fin. C. de compens. tradit Felin. in c. suborta, col. 2. de re iud. Sed ex aduerso dicebatur, q placuit Dominis, quòd ex quo isti, tamquam principales agant ad nullitatem censurarum, & repetitionem depositi conueniunt ex instrumento, tamquam fideiussores, non potest opponi contra illos exceptio, dolo facis, vt in terminis dicit Aret. in l. ex duobus, prima, col. fi. vers. & ita ades,
5 ff. de duob. reis. Et similiter non potest opponi exceptio compensationis, quia eneruaret rem iudicatam, l. 2. vbi est tex. in 1. responso, C. de compensa. vbi omnes not. Et
6 hac ratione etiam non potest opponi exceptio dolo † facis, quæ, vt dictum est, ad idem tendit, & confundit ius cum compensatione: nam quid esset dicere compensemus, nisi quòd ista res iudicata non haberet executionem, quam propter illud met iustum fuerat fideiussoris censurari, & factum depositum, quod fuit per rem iudicatam mandatum restitui, & declaratum censuras nul-
7 las. Dicebatur etiam, quòd quando agebatur ex instrumento ad petitionem mutui, dabantur exceptiones, & sic debitum non est liquidum, vnde de eo non potest opponi compensatio, iuribus vulgaribus.

DECISIO CCCXXV.

Carthagin. pecuniaria, 13. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Citatione facta ad constituendum procuratores pro executione compulsorialium non intimato processu principali, an valeat processus.*
2 *Scientia requiritur illorum, quæ apud acta fiunt principali parti, ideò in extractione compulsorialium inquisitio de procuratorum constitutione est facienda.*
3 *Citata pars, si fuerit ad constituendos procuratores pro certa hora, non amplius venit inquirendum apud acta, an sint constituti, necne.*
4 *Facta diligentia de principali inueniēdo solum per vnum, & non per duos, an valeat citatio.*
5 *Mandato non habito a procuratore ad agendum, an quod geritur validum sit, an verò veniat rescindendum.*
6 *Citationis originali affixo ad valuas non dimissa copia, neque prælecta citato, an vrgeat citatum.*

1 DIe 13. in caussa Carthag. pecuniaria, dubitaui, stante citatione ad constituendum procuratores pro executione compulsorialium ad certū terminum, cum protestatione, quod aliàs principalis citabitur ad valuas per affixionem, an si constitutio facta fuerit post terminum, & parte, non intimata, ualeat processus factus per affixionem ad ualuas. Et præsuppositum fuit, quòd elargitio instrumēti fuerit facta post depositionem pecuniarum. Nam de ea constabat per librum notarij, qui postea mensaturam soluerat pro isto. Et dubiū faciebat dictum Paul. de Castr. in l. 1. C. qui satisdare cogan. qui
2 vult, quòd illa, quæ fiunt apud acta, pars tenetur scire. Et ideò quando uoluit extrahere instrumentum compulsorialium, debet perquirere, an essent constituti procuratores. Et licet diceretur, quòd Abb. in c. mandati in uersic. de procurat. diceret, quòd contra Paulum est communis opinio, tamen fuit dictum, quòd istud non erat uerum, & illud fuerat secuta Rota: tamen Domi-
3 ni tenuerunt contrarium in casu illo, quia ex quo pars fuerat citata ad constituendum procuratorem pro certa hora non debuit amplius perquiri apud acta, an essent postea constituti, uel non, sed pars tenebatur intimare. Et ita hoc casu non loquitur Castren. sed Bald. in l. eos, §. Apostolos, Cod. de appellationibus, ex cuius dictis

4 decidltur iste casus. Dicebatur etiam, ꝙ † quo fuerat facta diligentia, tñ per vnum & non per duos de reperiẽdo principalẽ, quòd non valebat citatio per affixionem, sed Dñi hoc non curarunt, quia hoc est de stylo in Cu-
5 ria: Sed non reperitur iure cautum. † Opponebatur etiã, ꝙ procurator non habebat mandatũ ad agendum, ideo dicebatur, quòd processus erat nullus, & attẽtatus, idq; ad euitandum: tamen hoc etiam non placuit, quia habebat mandatum speciale. Ad id quod fuerat vltimo pro-
6 positum dicebatur, quòd † processus erat nullus, quia citatio erat originalis, & affixa ad valuas, sed non dimissa copia, nec erat lecta citatio, quæ non valet, ad decis. 223. in nouis. Et tamen dicebatur ex aduerso, quòd imò debebat valere, & quia materia est exẽplaris, fuit dictum, quòd super hoc particulariter informaretur.

DECISIO CCCXXVI.

Romana de Gadis, 13. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Actus tutorio nomine faciens matrona, non dicitur possidere vi constituti, etiã eo per ratificationem approbato.*

2 *Subsequens actus animum possidere prætendentis facilè demonstrat, an tutorio nomine, vel alio sit gestus.*

3 *Testamentum penes se detinens præsumitur omnium in testamento illo contentorum notitiam habere, easque approbasse.*

4 *Notitiam habens contentorum omnium in testamento, etiam omnia approbans, non tamen tenetur eis vti, quæ sibi præiudicium adferre possunt.*

5 *Tutorios actus faciẽs nomine filiorum, & sic officij necessitate, sibi tamen præiudicare non tenetur in suo iure.*

EAdem die in caussa Romana de Gadis, dubitaui, *vtrum ex productione instrumenti dotalis cum his, quæ*
1 *dicuntur in sententia, Claudia taliter dicatur ratificasse cõstitutum, vt ex actis subsequentibus factis tutorio nomine, vna cum Archiepiscopo, non censeatur vigore constituti possedisse, & an testibus possit ad propositum constare, quantum sufficiat, quòd Archiepiscopus iure crediti noluerit possidere.* Et quo ad prædictum dubium dixere Dñi, quòd Claudia non censebatur voluisse ex constituto possidere per actus subsequentes, quos tutorio nomine fecit, qui demonstrant eius animũ. Vnde ex verbis sententiæ non
2 agitur, quòd Domina Claudia voluerit vigore constituti possidere, & propterea consolabant ad aliud funda-
3 mentum, dicentes, quòd ex † quo Claudia fecerat releuare testm̃, & penes se detinuerat, habebat notitiam de omnibus in eo contentis, & omnia approbauerat, tamen dixere Dñi, quòd licet de omnibus habuerit notitiam,
4 & omnia approbauerit, tamen non voluit vti constituto, vt apparet ex productione, quæ erat facta ad effectũ demonstrandi creditum, vt ex actis factis tutorio nomi-
5 ne. Et licet replicaretur, quòd Claudia fecerat † illos actus tutorio nomine, & sic ex necessitate officij sui, vnde non debebant præiudicare sibi, tamen dicebatur, quod nulla erat necesſitas, eo quod proprio nomine possedisset, velle posſidere tutorio nomine, & illos actus illo nomine facere, & simul cum Archiepiscopo, qui cum ea fecerat illos actus. Quoad secundam partem dubij nulla fuit difficultas, quia solum allegabatur doctr. Bart. in l. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo, quæ nihil faciebat ad propositum, de quo dictum fuit supra, in eadem hac caussa.

DECISIO CCCXXVII.

Toletana testamenti, 16. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Sufficiens mandatum vt habeat procurator necesse est ad apertionem testamenti, præsertim, vbi prouisum est per testatoris munificentiam loco pio.*

2 *Rogitus notarij facit sufficiens esse mandatũ, etiã si datum sit ex narratiua per congregationem pro vsu styl. partium.*

3 *Gesta pro se, & nomine absentium, quos non constat esse vocatos, si non sit in arduis, ratificantur, non obstante, quòd non sint absentes illi vocati.*

DIe 16. eiusdem in caussa Toletana testamenti, seu hæreditatis, dubitaui *vtrum mandatum pro parte administratorum hospitalis exhibitum sit sufficiens hospitali Misericordiæ in ciuitate Toletana existen.* Prętendebat id hospitale se esse institutum hæredem a quodam, qui hic in Curia decesserat, & petebat, aperiri quoddam
1 testamentum clausum. Opponebatur, quòd procurator non habebat mandatum sufficiens, quia non constabat, quod administratores hospitalis congregati, dedissent mãdatum, nisi ex narratiua eiusdem Capituli, dicentis,
2 nouerint vniuersi, &c. Sed dixere Dñi, quòd quo Notarius erat rogatus, de hoc mãdato illa erat assertio huius mandati, vt solet fieri de stylo illarum partium, & tollebatur etiam alia difficultas, quæ fiebat, quod illi fecerãt pro se, & nomine absentium, quos vocatos esse non cõ-
3 stabat: sed dictum fuit, quod non eramus in arduis, in quibus deberent vocari, & ita sine alia difficultate mandatum fuit habitum pro bono.

DECISIO CCCXXVIII.

Hispalensis portionis, 16. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod vetat acceptationem, & iuris acquisitionem in beneficio fieri per filios & nepotes reconciliatorum, an liget Episcopum qui obtinuit dispensationem, licet fuerit filius combusti.*

2 *Prohibitum vbi est aliquid obtinere, censetur & illud prohibitum per quod ad id perueniri potest.*

3 *Regressu obtento ad beneficium, dicitur concessum id per quod ad beneficium assequendum perueniri solet.*

4 *Statutum etiam in fauorem Ecclesiæ factum, si tamen sit exorbitans a iure, non est seruandum, vt odiosum odio irrationabili.*

5 *Exorbitans a iure constitutio loquens in acquirentibus beneficia, non debet extendi ad ius suum iam quæsitum continuantes.*

6 *Statutum articulans de donatione, non comprehendit donationem ob caussam.*

EAdem die in caussa Hispalensis portionis, dubita-
1 ui, *an Episcopus Scalensis, qui ante statutum Clementis obtinuerat huiusmodi portionem, fuerit impeditus per dictum statutũ resignare reseruatis sib. regressu & fructibus.* Dominus Puteus dixit punctum istum fuisse aliàs resolutum coram Crescẽtio, & coram Domino Marsicano, de mense Februarij 1542. an statutum Ecclesiæ Hispalen. quo cauetur, quòd filij, & descendentes per lineam masculinam, vel femininam, usq; ad secundum gradum ex hæreticis, seu reconciliatis, non possent de cetero Canonicatum, & præbendam, aut assequi, aut ius aliquod in eis acquirere, comprehenderet regressum, quem postea præstitit Episcopus prędictus, qui ex caussa resignationis de dicta potestate facta, obtinuerat reseruari: &
2 pro parte affirmatiua dicebatur, ꝙ si tales erãt prohibiti obtinere, & id per ꝙ peruenitur ad illud, l. nã, ff. de sponsal. l. 2. & ibi Bar. de iurisd. omn. iud. c. cum quis, de reg.
3 iur. in 6. per regress. peruenitur ad beneficium: ergo licet regressus haberet oculos retro, & esset concessum ex caussa de præterito, & statutum deberet aliud comprehendere, ut per Felin. in c. fin. col. 22. uers. sed declaratio huius fallentiæ, extra de constitutionibus, tamen istis non obstantibus, fuit decisum contrarium per maiorem
4 partem, quia † licet tale statutum sit in fauorem fidei, & Ecclesiæ, ut purgaretur uiris suspectis in huiusmodi caussa, in quantum tamen comprehendebat descendentes ex linea masculina, vsque ad secundum gradum, erat exorbitans a iure, ut dicit Bal. in l. 1. colum. 2. circa princip. ff. de uerborum significat. per l. quisquis,

C. ad

C. ad leg. Iuliam Maiest. est odiosa odio irrationabili.
5 Cum ergo constitutio esset exorbitans, & loqueretur in
acquirentibus beneficium, non debebat extendi ad con
tinuantes ius suum, nam per hunc regressum dicebatur
quodammodo ius suum continuare, argu. l. qui sic, ff.
de sol. Et non videbatur eadem ratio in vtroque casu,
cum statutum non debilitaret, quo ad ius de præterito,
facilius erat Episcopum tolerare in suo regressu, quam
quod actualiter in iure quæsito perseuerasset. Item qa
regressum habet, item quia caussam de præterito, &
imo ad illud ius dependens, non videtur constitutio
extendi, argumento eorum, vt dicit Cassad. decis. 1. de
pact. Item quia regressus erat ob caussam, & ex titulo
6 oneroso resignationis. Vnde sicut statutum articulans
donationem, non comprehendit donationem ob cau-
sam, vt notatur in l. 1. ita & statutum istud; & ita reso-
lutum fuit tunc, & nunc.

DECISIO CCCXXIX.

Toletani matrimonij, 16. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Articulanda fama & probantes, an verisimiles dici pos-
sint ob partis vnius emanatam confessionem.*
2 *Collusio si facta fuit de qua fama est, an validitatem sen-
tentiæ prolata infringat.*

1 IN caussa Toletani matrimonij visum fuit; † *vtrum
fama articulata, & probantes, quas alias fuit resolutū
esse releuantes, sint verisimiles propter confessionem Ioan-
nis factā in mandato procuratoris facti, ad tollendū in vim
mandati; & sententia ab huiusmodi confessionem lata, &
confessionem Ioan. Baptistæ in articulo mortis, & publici-
tatem matrimonij inter Ioan. & Beatricem, & disparita-
tem inter Ioan. Baptistam, & Ioannam, & impudicitiam
Ioannæ, & eius ingressus in religionem.* Et Domini pro
duabus partibus fuere in opinione, quòd famæ essent
verisimiles, propter præteritas rationes, quib. datis fuit
verisimile, quòd tunc orta fuerit fama Ioannam nō fuis-
se coniugem, sed concubinam, & validam fuisse senten-
tiam, alijs in contrarium existentibus, quia dato, prout
in facto præsupponitur, quod statim orta fuerit fama,
2 omnia illa per collusionem facta fuisse, non potuit esse
fama validitas sententiæ: tamen præualuit alia opinio,
quia potuit esse contrarium, & verisimile fuit; licet &
hoc probatum non sit.

DECISIO CCCXXX.

Tullens. Metens. matrimonij, 16. Maij 1550.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles filiæ, in quarum fauore lata est sententia protestās
earum legitimationem facilius matrimonio elocantur,
nec indigent remissoria.*

EAdem die in caussa Tullens. Meten. matrimonij, qa
Renatus obligauerat se de stando vnicæ sententiæ
Petri, an vellent dare remissoriam sine aliqua sententia,
1 & dixere, quòd non, quia Renati nihil intererat habe-
re remissoriam, in secunda, instabat autem habere sen-
tentiam propter filias nubiles, quas habebat, quæ habi-
ta sententia super legitimitate propter præsumptionem
sententiæ, facilius nuptui traderetur.

DECISIO CCCXXXI.

Cæsaraugustanæ confidentiæ, 16. Maij 1550.

SVMMARIVM.

1 *Consensus solum resignantis, an prosit resignatario, si produ
ctus sit, & probatum, quòd liberè & purè factus fuerit.*

EAdem die in caussa Cæsaraugustana confidentiæ
inter Thomam Fort, & Hieronymum Cortis in se-
1 cunda vel tertia ferè ex eisdem, quia † solum erat pro-
ductus consensus Petri Valero resignantis, qui consen-
serat resignationi purè, & liberè, sed de hoc non fuit ha
bita ratio, quòd postquam per testes constare præsup-
ponebatur de confidentia, & quia ista confidentia fuit
secreta, & in consensibus, non declarata tamen licet es-
set ex eisdem, quia pars Hieronymi petebat audiri in
Rota, & aliæ sententiæ modo fuerant latæ in Rota, licet
interueniente D. Puteo resoluere Domini dari dubium
& informari.

DECISIO CCCXXXII.

Cæsaraugustana Decimarum, 16. Maij 1550.

SVMMMARIA.

1 *Valuis Ecclesiarum affixa citatio pro executione intiman-
da compulsorialium non dimissa copia, vtrū sit valida.*
2 *Citatus primò ad caussam, si deinde nō cōparens citetur p
cōtradictas inurbanitatis est, et uoluntatis, nō necessitatis.*
3 *Curiales citationes quæ dicuntur fieri per contradictas, ha
bent similitudinem cum illis, quæ in partibus fiunt post
primam citationem factam.*
4 *Citationibus in illis, quæ per contradictas fiunt, vt nō relin
quitur copia affixa in curia, ita nec in secūdis, quæ in par
tibus fiunt, cum curialibus per cōtradicta assimilentur.*
5 *Forma in citatione seruata iudice in perquirendo reo prin
cipali, vel eius procuratore etiam non dimissa copia va
let citatio, & obest citatis non comparentibus.*

EAdem die in caussa Cæsaraugustana decimarum, du
1 bitaui, † an citatio facta contra Dominum Petrum
in executionem compulsorialium generaliū per affictio
nem nō dimissa copia valuerit. Et dixere, Domini, quòd
2 † valuit, quia postquam quis est citatus primo ad caus-
sam, aliæ citationes quæ fiunt postmodum per contradi-
ctas, non comparente citatio, fiunt potius ex voluntate,
quam ex necessitate, vt dicit Miles, in repert. suo, in ver-
3 bo, citatio, † tamen vnde citationes quæ fiunt in partib.
post primam citationem dicuntur similes illis quæ fiunt
in Curia per cōtradictas, vt dixit Castren. in l. ad perem
pt. in fi. ff. de iudic. quem refert, & sequitur Felin. in cap.
quoniam, §. porro, col. 4. in fi. vt lite non contest. Er pro-
pterea sicut facta in contradictis dicuntur fieri ex vrba-
nitate, non ex necessitate, ita & illæ quæ fiunt in partib.
in executione compulsorialium, & remissoriæ maximè
cum in Curia fiat intimatio, quòd in partibus in tali lo
4 co fiat executio, † & sicut videmus, quòd in cōtradictis
non relinquuntur copiæ, ita nec in illis, quæ fiunt in par-
tibus, cū sint similes, vt dictū est, eo maximè hæc opin.
placuit, quia quoniam in Curia fit citatio ad constituen
dum procuratorē, qui intersit exactioni iuriū, dicitur,
alias procedetur per affixionem, prout fuit factum in ca
su isto, nec dicitur dimissa copia, ideo satis est, quòd sic
seruatur illud, quod continet protestatio, & iudex in par
tibus mandat fieri diligentiam de reperiendo principa-
lem, vel procuratorem suum per affixionem ad valuas
5 Cathedralis, ideo cum sit seruata forma tradita a iudice
citatio debet valere, licet nō dimissa copia, cū iure cautū
non sit, ꝙ in istis citationib. copia debeat dimitti. Et licet
pro ista parte allegaretur decis. 1. in nouis. & addit. ad de
cis. 278. & Barto. in Extrauag. ad reprimen. in vers. publi
cè, cū alijs, tamen dixere Domini quod non faciebat ad
propositum, quia loquebatur in citatione per edictum.

DECISIO CCCXXXIII.

Hispalensis matrimonij, 16. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Depositio testium de reputatione articulantium, an probet
in caussa matrimoniali consanguinitatem.*
2 *Testes consanguinei & conuersati in domibus, eorum, qui
matrimoniū contraxerunt, de quo est controuersia ra-
tione cōsanguinitatis deponentes respectiuè de publica
voce & fama, cum alijs cōcurrētibus de auditu, an pro
bent consanguinitatem impediendum matrimonium.*

EAdem die in caussa Hispalensis matrimonij, dubi-
1 taui, *præsupposito, quòd vnus testis dicat cognouisse om
nes articulantes propter suspicionem, & articulantes veros,
quia conuersatus fuit in eorum domibus, & ita ab omni-
bus reputari articulatur, & sunt duo vel plures testes, qui*

tamquam consanguinei & conuersati in eorum domibus respectiuè deponunt de publica voce & fama, quòd sint consanguinei in tertio gradu connumerando personas, quarum aliquas cognouere, & sunt multi, qui deponũt de auditu simplici, & de publica voce & fama, quod sunt consanguinei, & nesciunt in quo gradu, an ex his probetur consanguinitas impediens contractum matrimonij, maximè stante sumpto remissorio. Et in hoc dubio multa fuere dicta, & Domini qui viderant se resoluerunt, pro non probatione, rationes quibus mouebantur non curarunt ponere.

DECISIO CCCXXXIV.

Casalium Canonicatus, 23. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Iudex termino dato iuris appellanti, potest alium terminum etiam largiri pro Apostolis.*

2 *Citatio facta reo ad vidẽdum respondere de Apostoli, non comparente eodem, fit progressus ad reuerentiales.*

3 *Annum habens ad committendam caussam, licet citatus nõ compareat, sibi in nihilo officit cum ius suum saluum sibi remaneat, ideò non eum arctant reuerẽtiales datæ.*

DIe 23. eiusdem in caussa Casalium Canonicatus,
1 erat lata sententia, a qua erat appellatum, ac Audi
tor dederat terminũ iuris, deinde eodẽ reuerso pro Apo
2 stolis, dederat alium terminum iuris, † postmodũ pars,
pro qua erat lata sententia fecerat citari appellatum, ad videndum sibi responderi de Apostolis, & eo nõ comparente, Auditor dederat reuerentiales, & ex quo appellans post responsionem de Apostolis, non commiserat caussam infra decem dies, ex aduerso erat obtenta commissio executorialis, & petebatur decerni executoriales, & taxari expẽsas, vnde dubitaui, an essent decernendæ. Qui respõderunt, quòd non, quia ex quo appellans non tenebatur amplius redire pro Apostolis, & iure habebat annum ad cõmittẽdum caussam, propterea sciẽs saluum esse ius suum, fuit cõtumax, & noluit comparere citatus. Vnde licet Dominus Auditor dederit reuerẽtiales, tamen non arctabatur ad committendum caussam infra decẽ dies, & propter ea executoriales nõ erãt decernendę, quę resolutio mihi non placuit pro nunc.

DECISIO CCCXXXV.

Lunensi Sarzan. iuris patronatus. 23. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Cursores Apostolici facta diligẽtia de reperiendo procuratore, eo non reperto citationis copiam possunt affigere eius ædibus, quas si non habet, fit citatio per contradictas in acie Campi Floræ.*

2 *Prima relatio Cursorum de absentia procuratoris diligenter inquisitis eius est vigoris, vt de absentia satis constare dicatur.*

EAdem in die caussa Lunen. Sarzanen. iuris patrona-
1 tus, erat facta diligẽtia per † vnum, deinde per duos
de reperiendo procuratorem, & Cursores retulere in domo eius audiuisse, quomodo erat absens ab vrbe. Et dixere Domini per affixionem ad valuas domus, si habebat, & quia dicebatur illum non habere domum, licet quasiuerint in domo cuiusdam Cardinalis, fuit dictum debere citari per contradictas, & in acie Campi Floræ,
2 & † ex prima relatione Cursorum dixere satis constare,
& probari illum esse absentem, & vno vel alijs modis posse decerni processum, vel citationem.

DECISIO CCCXXXVI.

Toletana matrimonij, 23. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Testes & eorum depositiones pro fama probanda in matrimonio, quomodo verisimiles, vel non probent.*

2 *Testium aliqui reuocantes dicta sua alias prolata, alij sibi contrarij non probant conclusionem de qua agitur, & omnes habentur pro suspectis.*

IN caussa Toletana matrimonij eadem die, dubitaui,
1 an † *ex deductis in puncto dato in proxima audiẽtia, & maximè ex confessione Ioannæ, & eius curatoris, & sententia, & ex oĩbus alijs, quæ extra contenta sunt in processibus criminalibus, & de Cursa sint deducta in actis pro probando fumo, & cõpugnando, videlicet testibus partibus, & ẽt in Curia coram Auditore Cameræ examinatis litteris fratris Petri de Al. mol. & citationib. in partib. factis, & testes Comitis in partibus examinati, & eorum dicta reuocarentur turibus, ex quibus prætenditur fuisse falsos duos fratres in Curia examinatos, attestantes rectam depositionem in vim significauit, de subrogatione, & alijs formis validitatis sententiarum, & libertatis Ioannis Baptistæ reddantur verisimiles, vel inuerisimiles.* Et super hoc puncto varia & multa, hincinde fuere deducta: fuere tñ Domini omnes pro verisimilitudine ex alijs dictis, & quia cum in partib. fuerint examinati viginti testes, de quibus in dubio, licet ex 12. prædictis quinque, vel sex per
2 litteras forma significauit, † reuocarunt eorum dicta, &
duo ex alijs decem fuissent sibijpsi contrarij his, quæ alias deposuerint, nã restabant adhuc decem vel duodecim, contra quos non opponebatur aliquid, propter qđ resultabat verisimiliter fama validitatis sententiæ, cum conclusio non reperiretur probata, plus quam per 25. testes, alias tamen cum fuisset super his testibus particulariter dubium datum, Domini habuere omnes pro suspectis, & pro talibus, qui nullum darent fumum.

DECISIO CCCXXXVII.

Cæsaraugustana confidentiæ, 23. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Resignans beneficia in infirmitate in confidẽtia, vt reconualescens eadem ad se regrediantur, an dicatur committere actum simoniacum.*

2 *Prouisio Pontificis de beneficijs alicui facta, ipsius, qui antea resignauerat in confidentiam existens infirmus, sed reconualescens, & tandem ex alia infirmitate decedens, an sit bona contra resignatarium.*

3 *Confidentia probata aut saltem si de ea constiterit de restitutione beneficiorum in confidentiam resignatorum recuperata sanitate, si oppetierit mortem cõfidens vacant per obitum eius beneficia, & non per resignationem, & ideò valet prouisio Papæ contra resignatarium ex confidentia possidentem.*

4 *Testes duo contestes deponentes de confidentia, ex auditu relationis possidentis per resignationem confidentes, & alij de publica voce & fama satis probare confidentiam dicuntur.*

5 *Archiatri quamuis attestentur non ex toto conualuisse, si tamen domo egrediatur reconualescens, & munera publica exerceat, dicitur reconualuisse ex toto, & pro sano habetur.*

6 *Reconualescens non sanæ mentis habitus, ex quibus indicij imbecillitate laborare probari indicijs possit.*

7 *Executorem dicens testamenti relinquere, cui in confidentiam beneficia resignarat, & postmodum repetierat, an ex hoc non sanæ mentis arguatur.*

IN caussa Cæsaraugustana confidentiæ eadem die, dubitaui, vtrum ex deductis probetur confidentia, &
1 conualescentia quantum sufficit. † Petrus Valero, vt dicebatur, resignauerat beneficia sua, cum esset infirmus Hieronymo Cortes, in confidentiã, vt si conualesceret ex illa infirmitate, sibi illa beneficia restitueret, & si moriatur essent sua, & Nepotib. suis debere benefacere ꝑsupponebatur Petrũ cõualuisse, & a Hieronymo benefi
2 cia sua petijsse, qui negauerat restituere, demũ † Petrus
erat mortuus ex alia infirmitate, & Papa Thomæ forte per obitum Petri prouiderat, cum peteretur beneficium tunc oppositum de resignatione, dictum fuit fuisse simoniacam,

niacam, & nil valuisse, & Papa motu proprio mandaue-
rat Aud. Cam. vt constito summariè, & extraiudiciali-
ter quantum sufficeret, cogeret Hieronymum, & alios
quoscumque ab eo caussam habentes, ab retrocedendū
dicta beneficia eidem Thomæ, & cum Auditor Came-
ræ processisset vsque ad brachium sæculare contra Hie-
ronymum, caussa iterum posita, & coram eodem Audi-
3 tore ac coram Domino Puteo † vt constito de confiden-
tia, declararetur beneficia vacasse per obitum, & non
per resignationem, & ita declarauerat, & per appellatio
nem caussa venerat ad Rotam, & me proponente, Do-
4 mini dixere satis constare de confidentia. Erant † enim
duo testes contestes, qui deponebant hoc audiuisse a
Hieronymo & vnus alius singularis, qui de publica vo-
ce & fama deponebat, adeò quod fuit visum Dominis
satis constare, & quia in resignatione præsupponebatur
quod si conualesceret ex infirmitate restitueret, diceba-
tur non probari conualescentia: tamen Domini habue-
5 re hoc pro satis probato, quia † licet medici deponerent
non in totum conualuisse, tamen apertè probabatur
quod modicum laborabat, & exibat extra domum, &
practicabat, & petebat beneficia sibi restitui. Vnde hoc
visum fuit sufficere, licet ex toto non conualuisset, atte-
stabantur eum obisse ex alia infirmitate: quia tamen di-
6 cebatur, quòd idem Petrus licet conualuisset, † tamen
non erat admodum sanæ mētis, & instigatione aliorum
prædicta fecisse, & inde pridie quam moreretur dixisse,
quòd moriebatur contentus, quia de beneficijs suis, vt
7 vellet disposuerat, & Hieronymum quem sibi executo-
rem reliquerat testamenti, in prædicta infirmitate factū
non reuocarat, visum fuit causam habere aliquid dubi-
tationis, propterea caussam de nouo proponendam.

DECISIO CCCXXXVIII.

Gehennen. Parochialis, 23. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Inhibitio petenti procuratori an extra Curiam debeat concedi, vel denegari vigore Commissionis caussæ attentationis, quum ex Ordinario Curiæ stylo non soleat denegari.*

2 *Inhibitione si aliquid in partibus machinari posse procuratorem sit suborta suspicio, quamuis sit præter morem, & solitum Curiæ stylum, denegari potest.*

3 *Præsens pars aduersa si fuerit in Curia, debet ibidem conueniri, eidemque fieri inhibitio per procuratorem non in partibus prout fuerat petitum.*

EAdem die in caussa Gehennen. parochialis consu-
1 lui Dominos, † an procuratori Incolæ esset danda
inhibitio extra Curiam vigore commissionis caussæ at-
tentationis, vel saltem vigore commissionis, caussam cō-
miserat super iactatione? Et licet ordinariè soleant con-
cedi, & numquam denegari, tam vigore vnius, quàm al-
terius commissionis, tamen propter suspicionē in caussa
2 ne ista inhibitione aliquid machinaretur in partibus,
postquam Dominus Guido post tres conformes contra
actorem suum multis laboribus, & expēsis in Rota ob-
tinuerat, & lite pendente resignauerat in eius fauorem
cum decreto parlamenti Regij Parisiensis confirmatæ
sententiæ Rotales, denegarunt istam inhibitionem. Et
3 dixere, quod † postquam Guido erat præsens illum
conueniret, & illi inhiberet, & ita aliàs hoc anno etiam
me proponente fuit resolutum.

DECISIO CCCXXXIX.

Romana de Gadijs. 23. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Partis vnius procuratore informante iudicem, vel auditorem recusante fieri potest propositio cum informatione partis aduersæ.*

2 *Testis, qui quadriennio neque confessus fuit, vel communicauit, vt suspectus reijcitur.*

3 *Matrona nobilis regens familiam prædefuncti mariti, administrans, & colligens fructus, & parti aduersæ postea subministrans sub cōpnto factoris, non propterea cum actus hi possessorij videantur, dicitur possidere.*

4 *Actus possessorij ab vtraque parte litigante de possessione fieri possunt, licet vna illarum tutorio solum nomine possideat.*

IN caussa Romana de Gadijs, eadem die, dubitaui, an
ex iuribus productis, & testibus vltimo loco exami-
natis constet Dominam Claudiam a morte Aloysij vsq;
ad sententiam vigore constituti possidere stātibus acti-
bus possessorijs, an & post sententiam tutorio nomine
per eam simul cum Archiepiscopo pro sua parte inter-
1 ueniente facta? Et fuit pro parte Anselmi † procurato-
ris punctus acceptatus, tamen noluit postmodum in-
formare. Vnde proposui cum sola informatione Archie
piscopi, & primo ex testibus nihil probabatur, quia ex
2 tribus † qui erant examinati primus de illis qui depone-
bat, non fuerat per quattuor annos nec confessus, nec
communicatus. Secundus nihil dicebat. Tertius quo
ad hoc nihil dicebat, & ideò Rota nullum fecerat fun-
damentum in eis, cum tunc erant suspecti propter quas
dam adiectiones factas manu alterius, & de alio atra-
mento, tunc quia in illis iuribus non continebatur, nisi
annotatio quarundam rerum commestibilium datarū
Archiepiscopo in Castro Riani, quod dixerant Domini
3 nihil facere, quia † cum Claudia regeret familiam quō-
dam Aloysij, fructus ex dicto Castro collectos administrabat, & dispensabat. Vnde cum Archiepiscopus ibat
ad Castrum Riani, committebat factori, vt daret quid-
quid ipse Archiepiscopus vellet, & computum tene-
ret, & istæ erant quædam listæ seu computa præterita,
quarum vna manu Archiepiscopi erat subscripta, tam-
quam acceptata, quòd omnia repererat, vnde Domi-
4 ni dixere, quòd † ista potuerunt fieri quantumcumque
Arciepiscopus partem possideret, & aliam Domina
Claudia tutorio nomine, nec contrarium ex hoc neces-
sarium ferebatur.

DECISIO CCCXL.

Barchinonen. Canonicat. & præben. 23. Maij 1550.

SVMMARIA.

1 *Supplex libellus admittens mutationem simul & semel cum extensione, an faciat locum regulæ octo mensiū.*

2 *Regulę exorbitantes & odiosæ nō comprehendunt in simplicibus casus mixtos.*

3 *Supplex libellus duas gratias continens vnam mutationis, aliam extensionis, vtraque gratia potest esse simplex & non mixta.*

4 *Generalis derogatio regularum Cancellariæ, etiam regulæ octo mensium tamquam sub generalibus contentæ, dicitur haud dubiè derogare.*

IN caussa Barchinonens. Canonicat. & præbend. ea-
1 dem die dubitaui, † an quando fit mutatio simul;
& semel in eadem supplicatione cum extensione, sit
locus regulæ, de qua in actis, & an illi sit sufficienter
derogatum? Aliàs in eadem caussa fuit prima pars du-
bij proposita, & resolutum satisfactum regulæ de mu-
tatione collationis: sed nunc dicebatur prædicta non
habere locum quando simul & semel in eadem sup-
2 plicatione fieret mutatio, & extensio, quia † sub sim-
plicibus non comprehenditur casus mixtus in regu-
lis, quæ sunt exorbitantes, & odiosæ, & ad fundamen-
tum aduersariorum dixere mihi valere, quia non era-
3 mus in mixtis, sed in simplicibus, quia licet in vna &
eadem supplicatione essent duæ gratiæ vna mutatio,
& alia extensionis, tamen vtraque gratia erat simplex,
& si in eadem supplicatione decem gratiæ continerentur, non propter hoc diceretur supplicatio continere
aliquod

aliquod instrumentum. Et propterea satis est, quod nullus vtraque caussa ratio regulæ, quæ erat obuiare fraudibus, quæ de facili poterant fieri, scilicet, quod expectaretur vacatio beneficij, quod si esset piogue, expediretur litteræ super extensione sub data supplicationis accipiendo beneficium, & deinde præstando consensum mutatione in alijs Diœcesib. Et licet Rotæ fuisset ostensus fasciculus supplicationum ex quo non aliter exprimebantur collationes, mutationes, & extensiones, nisi prout in ista, tamen dixere, quod erat necessarium excludere fraudem, & demonstrare, quòd cessaret, aliàs non satisfaceret regulæ. Quoad secundam partem dubij nulla fuit facta difficultas, quia fuit visum ridiculum, quoad expressum in regula de idiomate, & alijs similib. modici
4 momenti, quibus passim derogari solet, quod † ex generali derogatione alijsque Cancellariæ regulis intelligeretur derogatum regulæ de qua erat datum, & alijs maioris conditionis, & importantiæ, nec caussa Illarden. in qua D. Fabius Decanus videbatur habere interesse, aliquid faciebat ad propositum, quia in supplicationis corpore erat data gratia etiam ad vacantias in mense Ordinarij, nihilominus postmodum in generali derogatione regularum erat dictum, quod intelligebatur derogatũ regulæ de mensibus ordinariorum loquentibus.

DECISIO CCCXLI.

Toletana beneficiorum, 4. Iunij 1550.

SVMMARIA.

1 *Clausula quouis modo vacet, vtrum capiat beneficium vacans in Curia de quo non fuit facta mentio stante clausula, quamcumque generalem resignationem.*

2 *Vacans beneficium per obitum tempore resignationis subiacet clausulæ quouis modo vacet, cuius limitationem, & intellectum vide latius ibidem.*

3 *Latissimæ & pingues sunt gratiæ, quæ clausulas quouis modo vacent, & quamcumcumque generalem resignationem in se continent.*

Die 4. Iunij in caussa Toletana beneficiorum, du-
1 bitaui, † *vtrum clausula quouis modo, capiat beneficium vacans per obitum in Curia, de quo non fuit facta mentio, stante clausula quamcumque generalem reseruationem, &c.* Fuerat resignatum beneficium, & quod resignatio patiebatur aliquas difficultates fuit dictũ, quod
2 ex quo tempore resignationis vacabat per obitũ, quod clausula quouis modo vacet, capiebat beneficium, sed replicabatur, quod ex quo beneficium vacabat per obitum in Curia, de quo nulla fuit facta mentio, clausula non capiebat, vt dicunt Gem. & Franc. in c. 2. de præbẽ. in 6. in pen. & vlt. col. Rota dec. 278. in antiq. Sed triplicabatur per clausulas de quib. supra videlicet verusque & vlt. beneficiorum resignatorũ vacationis modus, etiã si ex illo quæuis generalis reseruatio etiã in corpore iuris clausula resultet, seu in toto, vel parte exprimi possit, etiã clausula quamcũque generalem reseruationem in portauerat, perinde ac si obitus in Curia fuisset expressus, & litteris potuisset exprimi, & fuit allegatus per vnũ ex Dominis Aeneas de Falc. in tract. fol. 9. & 4. q. princip. in 36. effect. Et licet in contrarium allegaretur consiliũ Gem. 12. in fin. tamen Domini dixere Gem. non loqui
3 in casu simili, quando † iã latæ clausulæ erant in gratia, sed alio casu penitus diuerso, vt ex lectura eius patet.

DECISIO CCCXLII.

Cæsaraugustanæ confidentiæ. 4. Iunij 1550.

SMMVARIA.

1 *Testes deponentes de confidentia, & resignatione ex eo, quod dicunt se ab ipsomet resignatario audiuisse licet sint de auditu, probant.*

2 *Sanitas mentis læsa vtrum ex hoc deducatur probatoriè, quod pars de eo conqueratur cui in confidentiam resignauit beneficia quæ eadem postea restituere detrectat.*

3 *Testes concludentes se non bene recordari eorum de quibus est quæstio, inutiles sunt, & supernacanei, nihilque penitus probant.*

4 *Processus Cameræ Apostolicæ Auditoris per quem decreta est executio brachij sæcularis si fuerit nullus, veniũt reficiendæ expensæ illi contra quem talis executio decreta est.*

Eadem die 4. Iunij in caussa Cæsaraugustanæ con-
1 fidentiæ, dubitaui, † vtrum ex dictis testium probetur confidentia, & conualescentia quantum sufficiat ad effectum, de quo agitur, & an regula de non tollendo iure quæsito obstet? Prima pars dubij fuit aliàs proposita, & resolutum satis constare de confidentia, & conualescentia. Et Domini testibus lectis iterũ fuere in eadẽ opinione, sed non fecere in hac opinione fundamentũ, super eis quæ testes deponunt. Super secundo articulo ex
2 quibus prætendebatur satis probari † Petrũ Valero non esse sanæ mentis, quando cõqueretbatur de Hieronymo Cortesio, quod nollet sua beneficia restituere quę sibi in confidentiã dederat: sed Domini audita lectura quinti, & sexti testium, qui prætendebatur hoc probare, dixere,
3 hoc non esse bene probatum, quia testes concludebant, quod non bene prædictorum recordabantur, prout antea, & quod quoad loquebantur extra propositũ id fiebat eorum iudicio, quòd non erat releuans. Prætendebatur etiam dictũ Petrũ pridie quã moreretur dixisse, se omnia dispossuisse bene, nec voluisse reuocare testamentum, in quo Hieronymus iste erat relictus executor, & ad hoc adducebantur duo testes. Et ita Domini iterum firmarunt satis constare de cõfidentia. Quoad secundũ dubiũ nulla fuit facta difficultas, quia si beneficia fuerant Decani per confidentiam, nullum fuerat ius quæsitum Hieronymo, & ita de voto Dominorum pronunciauit, confirmando sententiam Putei, & Aud. Cameræ in ea parte, qua declarauerat beneficia vacare per obitũ; sed quantũ ad aliam partem sententię in qua dicebatur ad vlteriorẽ executionẽ brachij sęcularis petendam
4 esse, quia prætendebat processum Aud. Cameræ, qui declarauerat brachium sæculare esse nullum: dixere Dñi, q si erat nullus erant reficiendæ expensæ Hieronymo contra quem erat decretum brachium sæculare, & declarationes sententiæ nullæ etiam erant in illa parte.

DECISIO CCCXLIII.

Romana de Gadis, 4. Iunij 1550.

SVMMARIA.

1 *Oppositio facta contra testes, quod sint singulares ratione loci, & temporis, ea probata, nil releuatorie deponunt.*

2 *Testes deponentes qui etiam sunt contestes aliquando nihil releuant.*

3 *Testis prætensus infamis ob homicidium de quo tamen nõ constat, nisi per sententiam in contumaciam latam, per quam solum cõdemnatus, postea absolutus si de absolutione fides facta est per Auditorem Cameræ, non impeditur testari.*

Eadem die in caussa Romana de Gadis, in qua procurator Dominus litis effectus habebat publicationẽ testiũ, & aduersus pro parte Archiepiscopi, super eo qđ Archiepiscopus declarauerat se velle possidere iure crediti sui, & contra illos opponebatur quod erãt singula-
1 res ratione loci, & temporis: itẽ esse contrarij seu diuersi in dictis: legi duos testes secũdum & vltimum, qui etiã
2 si sint contestes, etiam nihil releuant, quo stante volui legere duos alios, quartum & quintum qui iudicio meo erant contestes, & bene probabant, nec visum fuit Dominis, quòd isti testes non deponerent aliter, quòd resultaret incertitudo ratione loci, & temporis. Et
3 ex aduerso prætendebatur † vltimo contra vltimum testem, & opponebatur, quòd esset homicida, &

ideò

ideò infamis, tamen de homicidio non constabat, nisi per sententiam latam in contumaciam, & fuit etiã extraiudicialiter postea ostensum per fidem And. Cameræ qualiter comparuerat postmodum, & fuerat absolutus, & receptus in gratia tam a Paulo III. quam a Iulio III. Domini habuere illam dispensationem pro bona.

DECISIO CCCXLIV.

In eadem Romana de Gadis, 4. Iunij 1550.

SVMMARIA.

1 *Testes consanguinei etiam in stricto consanguinitatis gradu quo casu deponant veraciter.*

2 *Consanguinea testis deponens statim post obitum mariti consanguinea accessisse ad condolendum alio deponente post tres dies, ob modicum internallum temporis dicuntur contestes.*

3 *Testibus consanguineis ratione qualitatis personarum fides indubia adhibetur.*

EAdem die in eadem caussa legi duos testes examinatos pro parte procuratoris, qui deponebant Claudiam statim ab obitu Aloysij dixisse se tenere, & posside-
1 re Castrum Riani pro dote sua, & licet † essent consanguinei, in satis stricto gradu, quia Dom. Iacoba erat so-
2 ror matris Do. Claudiæ. Item † licet Do. Iacoba diceret, quòd statim post mortem Aloysij iuerat ad secum condolendum cum Domina Claudia, & testis Hermes diceret, quod iuerat post duos, vel tres dies tamen habuerunt il-
3 los pro contestib. & † dixere fidem esse adhibendam non obstante consanguinitate, propter qualitatem personarum, & propter istam resolutionem dubitaui, vt infra.

DECISIO CCCXLV.

In eadem Romana de Gadis, 4. Iulij 1550.

SVMMARIA.

1 *Pars asserens se possidere, & tenere Castrum pro dote, cũ tamẽ actus exercuerit possessorios tutorio nomine, qualis hæc dicenda sit possessio.*

2 *Statim se possedisse attestans a morte mariti, an & naturaliter, & ciuiliter possessionem adepta probari possit.*

3 *Nomine proprio possidẽs, vtrum caussam possessionis mutare possit, ita vt iure crediti possidere valeat.*

4 *Possessionem suam confirmans vigore constituti non dicitur alium qui prætendit de ea spoliare.*

5 *Dicens se tenere, & possidere, non ob id infert ad constitutum dotale, nec ex hoc acquiritur possessio propria, apparente de contrario per actu subsecutiuos, vtpote tutorios.*

6 *Possidere quis potest tamquam hæres, & successiuè etiam tamquam creditor, nec spoliari potest sine caussa.*

7 *Fides in totum adhiberi non debet testibus non omni exceptione maioribus, & ijs præsertim qui deponere agnoscuntur ex affectu.*

1 DIe 9. in caussa Romana de Gadis, dubitaui, † *præsupposito quod probetur, quòd D. Claudia dixerit se tenere, & possidere Castrum Riani pro dote sua, & nihilominus constet eam fecisse actus tutorio nomine, de quibus in actis, & vltersus appareat Archiepiscopum possedisse vigore sui crediti partem, an præmissis stantibus, Claudia censeatur proprio nomine possidere, ita vt Archiepiscopus ad suam partem non veniat restituendus?* Fundamentum hæredũ
2 D. Claudiæ erat, quòd † ex quo Claudia dixerat statim se possidere pro dote sua, videatur ratum fuisse constitutum, de quo in instrumento dotali, & propterea statim cœperat possidere, & ciuiliter, & naturaliter, & Archiepiscopus hæres Aloysij possidere non potuit nomine
3 proprio, sed nomine Claudię. Vnde non poterat sibi mutare caussam possessionis, & possidere iure crediti, propterea non veniebat restituendus, quia Claudia nõ illũ spoliauerat, sed suam possessionem continuauerat, & ẽt
4 post mortem Aloysij poterat propria auctoritate sine vio spolij occupare Castrum Riani vigore sui constituti: tñ Domini fuere in contrarium, videlicet quod Archiepiscopus veniret restituendus, quia ex eo quod Claudia di-
5 xerit se tenere, & possidere Castrum Riani, non inferebatur ad constitutum, vnde testes interrogati, qui dixerunt, quòd possideret vigore constituti, dixerunt se de constituto nihil audiuisse, vnde ex hoc solo, quod Claudia dixerit se possidere, non acquirebatur possessio proprio nomine, cum postmodum facto declarasset cõtrarium, faciendo illos actus quos fecerat tutorio nomine. Vnde Archiepiscopus possidere potuit tamquã hęres,
6 & postmodum tamquam creditor, & non licuit eũ spoliare, propterea veniebat restituendus, & maximè placuit ista opinio, quia licet aliàs dixissent Domini his te-
7 stibus adhibendam fidem, tñ non omnino erat adhibenda, cum non essent omni exceptione maiores, & satis affectionati, & etiam videantur singulares, cũ D. Iacoba diceret, quod statim post mortem Aloysij iuerat de mane, fuerat illo vel sequẽti die obitus Aloysij: Hermes aũt diceret post duos, vel tres dies, & sic nõ satis constabat de cõtestualitate, vnde ex omnibus istis fuit absolutum in fauorem Archiepiscopi, & data mihi licẽtia, quod pronunciarem, & ita pronunciaui.

DECISIO CCCXLVI.

Romana Vineæ, & Palatiorum montis Quirinalis, 9. Iulij 1550.

SVMMARIA.

1 *Appellatione subsistente ob sententiam latam, an supersedendum in caussa expeditione veniat, possitque impediri ratione tertii de interesse prætendentis.*

2 *Commendatarius Abbas cuiusdam Monasterii etiam est in numero Prælatorum Curiæ Romanæ.*

1 EAdem die in caussa Romana vineæ, & palatiorum montis Caualli, dubitaui, *an stante appellatione interposita pro parte Domini Vicentii, a sententia lata contra tertium ex deductis per Romulum, debeat supersederi in expedienda caussa, & possit caussa impediri tanquam tertio veniente pro suo interesse, & Ferdinandi, quod prætendebat Vincentius, erat propter Bullam Alexandri in tertia instãtia productã, in qua confirmabat donationẽ Clementis Cardil. factam de hac vinea, et palatio. reseruando habitationẽ Prælatis descendentibus ex linea donatariorum cuiuslibet, est iste Vincentius, qui erat Abbas commendatarius cuius-*
2 *dam Monasterii, & tanquam Prælatus petebat, quòd declararetur habitationem sibi competere, & propter hoc impedire confirmationem duarum conformium, quod nullo modo placuit Dominis, quia illud interesse nullo modo concernebat duas sententias conformes, quæ erant adiudicatoriæ medietatis vineæ, & palatiorum prædicto Ferdinando, quòd nihil caussa habebat cum habitatione, quam prætendebat iste Vincentius, qui neuter venerat ad impediendum?* Et ita pronunciaui, confirmando sententias, nihil tamen de iure vel interesse huius Vincentij.

DECISIO CCCXLVII.

Ouetens. Archidiaconatus, 9. Iulij 1550.

SVMMARIA.

1 *Schedula accepta a iudice tempore promulgationis sententiæ, ab vna partium, nec immediatè data ad registrandum notario, an reddat sententiam nullam.*

2 *Notarius si non rogatus fuerit ad extensionem, & promulgationem sententiæ, an reddatur ob id nulla tamquam de ea non legitimè constiterit.*

3 *Auditor datus si non sit sacerdos, cum id videatur requiri in habili tamen ætate ad sacerdotium, ita vt statim promoueri possit, nil obstare videtur de non habito sacerdotij gradu requisito.*

4 *Resignatio facta postquam aduersarius fuit beneficij annalis possessor, an teneat, & ueniat talis possessio annalis ponderanda.*

Eadem

EAdem die in caussa Oueten. Archidiaconatus, dubi
1 taui, † *an sententia Domini Veraldi esset nulla, quia ipse de manu partis pronunciando acceperat schedulam, nec dederat notario, sed penes se retinuerat, & post multum temporis dederat notario schedulam, vt annotaret terminũ, qui ita propriè annotauit, vt dictum est?* Et dixere Domi-
2 ni sententiam esse nullam, quia † notarius de ea rogatus non erat, & nisi aliud fuisset, stetisset pro nullitate, tamquam non legitime constitisset de sententia, ad Capitulum, gratia, extra de prob. quia tamen ex multis alijs in registro constabat sententiam esse latam per multas cõparitiones factas per partes, affirmantes sententiam latã habere pro bona, & quòd de ea satis constaret. quãtum
3 ad negociũ principale, dixere, quòd † ille qui datus erat Auditor non esset sacerdos, tamen erat in ea ætate in qua potuit statim effici, quod sufficiebat, ad not. per Io. And. in c. fi. de cler. ægrot. Quantum ad illud dubium,
4 quòd † scilicet fuisset facta resignatio postquam aduersarius fuisset annalis possessor, habuere pro dubio considerabili, & mandarunt reseruari ad Calendas, vt informaretur casu quo in actis constaret de annali possessione.

DECISIO CCCXLVIII.

Fulginaten. prioratus, 9. Iulij 1550.

SVMMARIVM.

1 *Executorialium intentio vtrum legitimè facta sit, quomodo constare possit.*

1 EAdem die in caussa Fulginat. prioratus, legi † intentionem executorialium, *an essent bene facta & sufficerent?* Erat enim præsentata commissio super illis quæ dabatur arbitrio; & Domini dixere bene factas, & sufficienter.

DECISIO CCCXLIX.

Romana si in euidenti, 9. Iulij 1550.

SVMMARIA.

1 *Rector omissa protestatione recipiens domus pensionem post sciẽtiam litis, ius sibi quæsitum remittere videtur.*

2 *Scientia in probanda quæ actus est successiuus, testes singulares sufficientes esse dicuntur.*

EAdem die in caussa Romana si in euidentem, legi tres testes, quos Dominis fuit visum probare sententiam Domini Francisci noui Rectoris, & per cõsequẽs, ex quo post scientiam litis receperat pensiones domus
1 † sine aliqua protestatione, videbatur remisisse ius sibi quæsitum ex illa lite, quo stante cum decretum esset in euidentem, & sibiipsi præiudicauerat rector, quoad litem, remanebat bona sententia lata per Vicarium. Et ita illam confirmaui, solum pars Rectoris dicebat testes nõ probare, ex quo erant singulares, tamen Domini dixere,
2 quòd hoc non obstabat, quia ad probandum scientiam, quæ est actus successiuus sufficiunt testes singulares, & allegarunt in terminis cons. Curt. iun. 64.

DECISIO CCCL.

Arboren. Canonic. 9. Iulij 1550.

SVMMARIA.

1 *Clericatus non probatur ex reputatione, testibus deponentibus non de reputatione per publicam vocem, & famam, sed de propria reputatione.*

2 *Controuersia de ratione, & Diœcesi suborta, identitatem asserens eam probare debet.*

EAdem die in caussa Arboren. Canonicat. legi testes
1 ad videndum, *an esset probatus Clericatus?* Et dixere, quòd non, ex quo deponebant non de communi reputatione, & fama, sed de sua tantum, & licet essent ꝓductæ litteræ, tamen dicebatur de quodam Io. Nicolao Eccl. Diœc. & hic de quo tractabatur in litteris suæ prouisionis, appellatur Nicolaus Calagurita. Diœc. & licet
2 pars diceret idem esse ex quibusdam de quibus nõ constabat, Domini dixere, quod debebant probare.

DECISIO CCCLI.

Toletana testamen. 9. Iulij 1550.

SVMMARIA.

1 *Testamentum aliquando etiam non obseruatis iuris sollemnitatibus aperiri potest.*

2 *Publicatio testamenti, & eiusdem apertio non in idem recidunt, immo inter ea non modica constituitur differentia.*

1 IN caussa Toletana testamenti, eadem die, dubitaui, *an testamentum, de quo agebatur, posset reperiri, non seruatis sollemnitatibus iuris?* Et Domini dixere quòd poterat aperiri, iuxta tradita per Alex. in l. publicati. C. de test. Et ad ea, quæ ex aduerso allegabantur, dixere, responderi posse, quòd loquebantur de publica. inter quæ
2 erat maxima differentia, vt allegato loco.

DECISIO CCCLII.

Toletana matrimonij, 9. Iunij 1550.

EAdem die in caussa Tolet. matrimon. retuli omnes resolutiones hinc inde factas super fumo, vel non fumo remissoriæ, ad effectũ, vt mihi ordinaretur quid agerem, & fuit mihi per vnum ex Dominis dictum vnum, quod mirabiliter omnibus placuit.

DECISIO CCCLIII.

Hispalensis matrimonij, 9. Iulij 1550.

EAdem die in caussa Hispalensis matrimonij, ex voto Dominorum propter impedimenta Marchioni in expeditione remissoriæ decerni, quid faciendum esset pro expeditione, prout in actis, qui vigore commissionis etiam postmodum reseruatæ per aduersarios dabat arbitrio.

SECT. II. LIBRI TERTII, CONTINENS DECISIONES PALAEOTI.

DECISIO CCCLIV.

Carthaginen. Archidiac. die 26. Maij 1556.

SVMMARIA.

1 *Resignatio Archidiaconatus vacantis per obitum facta, an ex hoc subreptitia dici possit, quod cum Archidiaconus talis in Capitulo vocem habeat, nulla de hoc in resignatione fuerit facta mentio.*

2 *Dubio stante, an Archidiaconus habeat vocem in Capitulo, vtrum illud per productum mandatum, & testium depositiones probari possit.*

IMpetrauerat Gaspar Archidiaconatũ Carthag. vti
1 vacantẽ per obitum, impugnabatq. resignationem aliàs factam Ægidio iuniori tamquam subreptitiã, eo quòd hic Archidiaconatus haberet vocem in Capitulo, nullã dicebat de eo mẽtionẽ factam fuisse in resi-
2 gnatione. Dubitaui *an cõstare Archidiaconũ habere vo-*

cem

eum, & quia hoc probare conabatur Gaspar ex mandato quodam, & testibus, noluit Rota quidquam tunc firmare, cum etiam eis egn legerem verba mandati & testium: sed mandauit, vt vnicuique Auditorum copia daretur, & singuli accuratius deliberarent.

DECISIO CCCLV.

In ead. Carthaginen. Archidiaconat. die 5. April. 1556.

SVMMARIA.

1 *Instrumentũ resignationis Archidiaconatus in quo sępius mentio fit vocis, & loci in Capitulo & Stalli in choro cõpetenti Archidiacono, an probet priuilegium vocis.*

2 *Archidiaconus senior dicens in instrumento resignationis reseruare sibi vocem in Capitulo & Stallum in choro, cum conditionaliter id dici possit, non probat ob id vocis prerogatiuam, de qua agitur.*

RVrsus eamdem caussam proposui data copia instrumenti, & testium. In instrumento Aegidius senior constituebat procuratorem N. ad resignationem Archi-
1 diaconatus in fauorem Aegidij minoris, & † in eo sæpius fiebat mentio de voce & loco in Capitulo, ac stallo in choro competenti Archidiacono, hinc cõclusum fuit
2 verba instrumenti nihil probare. Quia † licet Aegid. senior dicat se reseruare sibi vocem & stallum, & c. in his tamen verbis intelligitur tantum quędam conditio, quatenus scilicet hæc ad Archidiaconum spectent, & præsertim, quia ait, quomodolibet competentia, & c. quæ verba non sunt affirmatiua, quod testes dixerunt primo non probari, quia aiunt sic instrumenta cum potuerint illa esse non authentica, Dec. consf. 82. nu. 2. in fin. & seq. & quia refert seipsum ad instrumenta, quoad secũdum est de auditu auditus, quoad tertium non probat necessario, quia dicit se vidisse de mandato Episcopi ad quem non spectant actus Capitulares, & cum hæc videantur materiæ obiectiuæ, agaturque de probanda gratia subreptitia, visa est necessaria esse clarior probatio.

DECISIO CCCLVI.

Regien. Canonicatus, 10. Maij 1556.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex uacantis beneficij ab Ordinario alicui collati capiens per Breue nomine Camerę poßeßionem sine uitio spolij tamquam reseruati, alij cõferre potest.*

2 *Protonotariorum beneficia per obitum uacãtia Sedi Apostolicæ reseruata Ordinario uim adimunt ea conferẽdi.*

3 *Articuli ad probandam legitimã poßeßionẽ beneficij, an in spolio ueniant admittendi, non purgato ante spolio.*

4 *Spoliatus ante omnia est restituendus ad euitandam dilationem diutius in spolio persistendi.*

5 *Poßeßione beneficij capta medio Breuis Apostolici facit articulos admitti aliàs ob pretensum spoliũ denegatos.*

6 *Camerę Apostolicæ nomine ferè numquam capi potest poßeßio in beneficio sine spolij vitio.*

VAcauerat Canonicatus Ecclesię Regien. ex obitũ cuiusdam, qui dicebatur esse Protonotarius Apostolicus. Ordinarius cõtulit Prospero Arelotto, qui pos-
1 sessionem eius nomine Capituli assequutus fuit. † Postea Iulius PP. Tertius per Breue cepit possessionem eiusdẽ nomine Cameræ Apostolicæ sine vitio spolij, tamquam reseruati, eoq; nomine Comes Annibal de Zagliano reperiebatur tunc in possessione, etiam excluso Arelotto,
2 Arelottus agebat spolio contra Comitem, Comes autẽ, vt ostenderet prædecessorem fuisse Protonotarium, & consequenter Canonicatum reseruatum, producere vo-
3 lebat † coram me articulos quosdam, Arelottus negabat articulos esse admittendos, quoniam in caussa spolij non recipiuntur, Rota in nou. 16. num. 5. & extat decis.
4 Io. Pauli 116. Dicebatur è contra, † spoliatum in primis esse restituendũ, ne alicui detur dilatio, vt quis diu spoliose foueat, Cassad. de dot. 2. & præsertim quia hoc nõ poterat dici reseruatio notoria, quæ inficeret possessionem, Cassad. 1. de rest. spol. in 6. Ideò ego dubium proposui, an articuli essent admittendi. Et omnium votis vno
5 excepto firmatum fuit omnino, esse † admittẽdos, quoniã possessio capta erat vigore Breuis, quod tribuit hoc ius sine vitio spolij. Fel. in c. postulasti, de reseruat. num. 73. aliud enim est, cum quis auctoritate propria alium spoliauit, & opponit deinde ei aliquod crimẽ, veluti execrabilem simoniam aut similia, & c. vt ita illi impediat restitutionem, & tunc qui possunt admitti .... quia materia merè obiectiua est, vt apud Io. Pau. in d. decis. 116. aliud est, cum quis vult excusare testem suũ, quod scilicet non spoliauerit, nec ideò tamen arguit aduersariũ alicuius criminis, hoc enim tunc permittitur, prout in
6 casu nostro Rot. in nou. 27. num. 2. aliter † numquam ferè potest capi possessio nomine Cameræ sine vitio spolij, si non concederetur, vt interim potuerit probare beneficium fuisse reseruatum, cum semper reperiatur aliquis prius esse in illa possessione, quæ nomine Cameræ capienda est. Accedat quod probatio erat facienda in Curia, & testes hic examinandi, quo casu in spolio solẽt admitti articuli vbi probatio statim peracta est. Rot. in antiq. 274. præsertim ad excusandum spolium, Cassad. de dilat. quando autem Arelottus replicabat non constare Comitem ingressum fuisse possessionem nomine Cameræ fuit responsum satis ei esse, quòd vigore Breuis eijciatur a possessione, nihil enim quo ad eum refert, an Comes, an alius possideat, quis enim potest excipere quoad si liberas ædes habeo, & cum de Breui constet, & deinde Comes reperiatur in possessione, præsumitur id ex eo præcedenti titulo factum esse, iuxta glos. in leg. quædam, ff. de rei vend.

DECISIO CCCLVII.

Carthagin. Archidiacon. die 17. Maij 1556.

SVMMARIA.

1 *Verba clausulæ quomodolibet competentia sunt assertiua.*

2 *Instrumẽtum probans Archidiaconum interuenisse actui Capitulari vnà cum Canonicis, non ob id probat vocem habere in Capitulo, cum ex eo solo actu non acquiratur poßeßio dandi votum.*

3 *Esse in quasi poßeßione votandi, & habere votũ, non sunt identica, sed plurimum differunt, sicut aliud est esse patronum, & ius habere præsentandi.*

4 *Aßistere quis potest Capitulo, vt vocem det cõsultiuam, nec ob id dicitur votandi habere ius.*

IN hac caussa Carthaginen. pars, quæ impugnabat resignationem, produxit quoddam aliud instrumentum, & testes alias examinauit, rogauitq; vt rursus caussã proponerẽ, an ex his iunctis alijs, de quibus supra probaretur Archidiaconum habere vocẽ, Domini autẽ responderunt hoc non sufficere. Nã primũ instrumentum aliàs productum, licet duobus ex Doctoribus videretur
1 esse satis efficax, eo quòd † verba illa, quomodolibet cõpetentia, sint assertiua, iuxta doctrinam Ias. in leg. Stichum qui meus. de legat. 1. & illa sit confessio propriæ vocis, cum in eo mandato asserit Archidiaconum habere vocem, cui omnino standum sit, cum præferatur, cap. cum venerabilis, de excep. ceteris omnibus contrarium placuit, & perstiterunt in sententia aliàs firmata, die 15. Aprilis, vt supra, & omnia verba intelligantur sub tacita conditione quatenus illa competunt Archi-
2 diacono, aliud etiam † instrumentum, in quo notabatur Archidiaconum Capitulo interuenisse cum Canonicis, ad quendam actum celebrandum, non visum est necessario hoc probare, quia ex eo solo actu non quęritur quasi possessio dandi votum, quia non concurrentibus alijs sex, de quibus Cald. consil. 12. de iur. patron. cap. cum Ecclesia, de caus. possess. num. 9. Et dem-
3 de ex eo concluderetur † illum esse in quasi possessione

ne votandi, non autem habere votum, cum hæc inter se
differant, sicut aliud est esse patronum, & aliud habere
ius præsentandi, Franc. in c. vnde, col. 2. de iur. patron. in
6. Cassa. 2. de prob. nu. 3. vel sequeretur etiam, cum esset
in quasi possessione votandi, tamen in illo actu ac simili,
non autē in ceteris omnibus, cum ex vno ad aliud non
inferatur, vt per Felin. in c. auditis, de præsent. nu. 2. Et
propterea in caussa Burgen. iuris mutandi fuit decisum
coram D. Quiroga die 5. April. & 7. Maij 1557. Hæc pro
bat etiā quidā testis, qui ait se vidisse Archidiaconū in-
gredi Capitulū, nec ex eo sequitur, ideò eum habere vo-
cem, cum posset quis intrare Capitulum varijs de caus-
sis, vt petat aliquid de Canonicis, vt exponat aliquod
eius negocium, vt rationem reddat gestorum, & simi-
4 lia. Et quidā † admitti solent in Capitulo tantum, vt dēt
Consilium, non votum, qui dicuntur habere vocem cō-
sultiuam: Abb. in c. cum Ecclesia, de causs. poss. & pro-
priet. nu. 3. & c. Cumana de elect. nu. 7. Atque hæc pars
eo maximè firmata fuit, quoniam hic agitur de succes-
sione, probataq; est materia veluti obiectiua, quæ liqui-
dè admodum probanda est, Paris. cons. 104. num. 4.

DECISIO CCCLVIII.

Salamant. beneficij de los Santos. 22. Maij 1556.

SVMMARIA.

1 *Gratia ob commēdam sublata cum clausula gratificatio-*
nis, an possit reualidari per consensum prælati.
2 *Gratiæ duæ si concurrant, quarum vna pinguior est, alia*
tenuior, vtra earum debeat procedere.
3 *Cardinalis gratia obtenta ius suum a se sine consensu Pa-*
pæ abdicare non potest.

PEr obitum cuiusdam Cepadæ vacauerat beneficiū,
qui erat familiaris Cardinalis de Saluiatis, Alphon-
sus Horanda impetrauit a Papa cum clausula accedēte
consensu Cardinalis, qui tunc erat absens, & eadem die
idem beneficium commendatum fuit ipsi Cardinali cū
clausula gratificationis: postea Didacus Vasquel id etiā
ipse impetrauit. Inde cum Cardinalis concessisset in fa-
uorem Alphonsi, orta fuit lis inter ipsum, & Didacum,
1 quæ gratia potior esset. Nā Didacus negabat posse ex cō
sensu Cardinalis validari gratiam Alphonsi, quæ iā erat
sublata ob commendam Cardinalis, cum clausula gra-
tificationis. Rota noluit tunc quidquam firmare. Nam
quidā ex Dominis asserebant, aliàs coram Decano in fa-
uorem Alphonsi fuisse consensum. Alij in diuersum tūc
dubium propositum fuisse dicebant. Qui pro Alphonso
stabant, mouebantur maximè, quia sicuti potuisse Car-
dinalis non vti gratia sua, nec etiam consentire in fauo-
rem Alphonsi, quo casu gratia Didaci tunc potior sur-
rexisset: quæ etiam debet licitè consentire gratię Alphō-
si, & sententiam ipsius comprimere, siue obijcere. Non
enim est ratio, cur gratia Cardinalis debeat magis noce-
re gratiæ Alphonsi, quam gratiæ Didaci, si quidem præ-
2 ualet vtrique, & præsertim quia † hic agitur de concur-
su duarum gratiarum, quarū altera est pinguior altera
tenuior: quamuis igitur gratia Alphonsi sit debilior gra
tia Cardinalis, non autē statim irrita est censenda, cum
Cardinalis ita voluerit, vt nota. in c. ex iure, de his quæ
fiunt a prælatis. Soc. cons. 115. in 3 Alij consentiebant.
3 Nam † Cardinalis non potest ius suum a se abdicare si-
ne consensu Papæ, nec gratiæ Alphonsi iam exstinctæ
ob clausulam gratificationis amplius excitari, Rebuff.
de pacific. posses. num. 295. & nota. in c. si tibi, de præbē.
in 6. Dictum est itaque vt factum inspiciatur rectè, an
Cardinalis antea consenserit gratiæ Alphonsi, quàm ip-
se non acceptauerit, ac litteras expediuerit, an gratia sua
esset particularis quoad beneficium, an verò generaliter
omnia beneficia illius Cepadæ, vt familiaris essent ei cō-
mendata, & tunc casus proponeretur.

DECISIO CCCLIX.

Romana iuris piscandi, 13. Maij 1556.

SVMMARIA.

1 *Informationibus non datis omnibus auditoribus sæpe su-*
persedetur in caussæ conclusione.
2 *Prætendentes ratione Breuis Apostolici ius aliquod in re,*
de qua controuertitur, possidente eam alio, ius illud vt
probent necesse est.
3 *Possidens in præsens non propterea præsumitur anteactis*
temporibus possedisse.

HAec caussa pendebat coram Vicario Vrbis, qui
me rogauit, vt intelligerem sententiam Domino-
rum, *an reuocata censeantur illa prout propositum in dubio,*
1 *sed nihil conclusum fuit?* Nam † non fuerunt datæ omni-
bus informationes. Quidam tamen sentire videbantur
non esse reuocatam pilam, quam nunc possidet Iulia-
nus, eo quod reuocatio tantum esset in breui pila olim
concessa Ecclesiæ, scilicet Sanctæ Mariæ Transtiberinæ.
Cum autem hæc non appareat, necessariò ex illis est quę
ad Ecclesiam pertinebant. Quinimò constat nunc eam
2 possideri a Iuliano, meritò † fratres S. Saluatoris, quibus
concessum fuit, bene debent ad cōdemnationem Iulia-
ni, aliunde ius suum probare: alij contra. Nam tempo-
re Breuis Sixti, fratres Sancti Saluatoris dicunt habere
intentionem fundatam ex breui, quod concedit eis om-
nes pilas antiquas olim spectantes ad Ecclesiam Tran-
stiberinam: Iulianus ergo debet contrarium docere, vi-
delicet hanc non esse ex illis pilis. Nam quamuis hodie
3 eam possideat, non † ideo constat Iulianum posedisse
hanc pilam. Igitur referendo nos ad tempus illis breuis,
semper præsumitur posedisse, hucusque tolletur ratio
contra deducta.

DECISIO CCCLX.

Carthaginensis Archidiaconatus.

31. Maij 1556.

SVMMARIA.

1 *Remissoria sub conditione si profutura sit ad infringendā*
resignationem, de qua agitur, peti potest, ne sumptus su
peruacanei in remissoria exequenda fiant.
2 *Ius vocis in Capitulo si quis habere aliquem prætendat, de*
ipso in supplicatione Pontificis mentio fieri debet ne-
cessario.
3 *Papa non præsumitur velle priuare Ecclesiam aliquā pri*
uilegio vocis, cum ex tali priuatione non leue perpeti
damnum eadem Ecclesia dicatur.
4 *Litteræ expeditæ non facta mentione vocis in Capitulo prę*
tensæ, potius nullæ, quàm subreptitiæ sunt dicendæ.

1 PEtebatur a Gasparo † remissoria sub conditione tan
tum, si ei esset profutura: cum enim vellet probare
Archidiaconum habere vocem in Capitulo, dubitabam
tum nonnihil, an hoc ei satis esset profuturum ad infrin
gendam resignationem Aegidij, quòd in ea mentio vo-
cis nulla esset facta, ideò antequam sumptus expendat
in exequenda remissoria, petebat hoc dubium resolui,
quia aliàs a remissoria se abstinuisset. Altera autem pars
voluit informare, quia dixit se velle proponere, nisi id quod
est, non id quod erit, aut non erit. Quare Domini di-
xerunt posse remissoriam habere ad docēdum id, quod
prætendit: An autem id omnino sit futurum releuans ad
probandum subreptionem gratiæ? Visum est potius sa-
tis esse hanc, cum de iure Archidiaconus non habeat vo
cem in Capitulo. Ioann. filius de benefic. secunda part.
quæst. decimasexta, numero decimoseptimo. Hic au-
tem: de quo agitur, habebat, vt Gaspar prætendit, ne-
2 cessariò, ergo † de eo erat mentio facienda Papæ. Felin.
in cap. postulasti, num. 50. & 51. de rescrip. Tamen quia
hæc qualitas consistit in facto, Felin. in capit. in nostra,
3 columna quarta, de rescript. Tum † quia Papa non
voluisset priuare Ecclesiam hac voce, cum inde dica-
tur damnum pati. gloss. clementi. secunda, versicul.
in eis-

in eisdem. de elect. & qualitat. Attamen in casu nostro non videbantur hæ rationes facilè applicari, quamuis veræ sint, nam cum mandatum Aegidij senioris sit conditionale, & resignet cum illis qualitatibus, videlicet reseruata sibi voce stallorum. Nam si expeditæ sint litteræ
4 Aegidij minoris, † nulla facta mentione vocis, hæ litteræ videntur potius nullæ, quàm subreptitiæ, cum sint expeditæ propter formam mandati: dubitatur etiā aliqui circa subreptionē. Nam cū Aegidius senior reseruauerit sibi vocem in Capitulo, non erat necesse illius facere mētionem in litteris Aegidij minoris, ad quem vox, *interim*, non pertinebat, sed replicabatur accidere potuisse illum seniorem mori antequam minor ad legitimādum ætatem peruenisset: hæc tamen obiter ita a quibusdam fuerunt dicta, & nihil a quoquam adhuc vere firmatū.

DECISIO CCCLXI.

Salamantina beneficij de los Santos, 14. Iunij 1556.

SVMMARIA.

1 *Beneficium commendatum prælatus concedens familiari, præsumitur commendam sibi de eo factam cessisse.*
2 *Ius plenum competere in beneficijs sciens prælatus, an possit sine simoniæ suspicione familiaribus suis in huiusmodi beneficio pensiones reseruare.*

CVm fuisset hoc beneficium collatum Alphonso accedente consensu Cardinalis, & idem ad hoc beneficium commendatum eidem Cardinali, qui erat absens spatio trium dierum, cū clausula gratificationis postea Cardinalis consensisset in fauorem Alphonsi. Dubi-
1 tabatur, *an præsumeretur Cardinalem cessisse commendam sibi factam tempore quo concessit?* Et conclusum fuit præsumi, tum quia non est verisimile alium impetrasse commendam nomine illius ignorantis, & nunquam id illi significasse cum intercesserint plures menses antequam
2 consensum adhibuerit Cardinalis, tū etiam, † quia cum voluerit Cardinalis quando consensit pensionem reseruare quibusdam familiaribus suis, cum esset simoniaca reseruatio, nisi sciuisset Cardinalis sibi ius plenum in his beneficijs competere, præsertim cum satis sciret, quod omnibus est notissimum passim concedi Cardinalibus huiusmodi commendas ex die obitus familiarium suorum in Curia decedentium, & si caussam petijsset sibi denegandam non fuisse. Nec obstat, quòd postea Cardinalis expedierit gratiam suam, & litem sit prosecutus nomine suo, nam post ius quæsitum Alphonso, id ei non licuit, c. mutare, de reg. iur. in 6.

DECISIO CCCLXII.

Romana sequestri, 4. Iunij 1556.

SVMMARIVM.

1 *Creditum antiquum est præferendum credito nouo.*

PRoposita a me hac caussa reperi deinde hoc dubiū, 8. Maij coram D. Remano fuisse decisum, quia cōfirmationem alias pro Io. Iacobo de Cesis datam, nunc quoque coram me paucis additis fuisse repetitam, contra quam nunc Rota conclusit, prout etiam alias, non enim potuit iudex mandare illud exequi contra Martinum fideiussorē, cum illius obligatio intelligatur quoad iudicatum, tamen cum præiudicio, & non cum pacifi-
1 ca † & maximè, quia dicebatur creditum Penotij esse antiquius credito Ioannis Iacobi de Cesis, atque ita res nullam habuit difficultatem.

DECISIO CCCLXIII.

Cauallicen. pecuniaria, 14. Iunij 1556.

SVMMARIA.

1 *Promittens aut fideiubens pro Oeconomo, cui fructuum administratio Episcopatus commissa est in triennium, an lapso triennio teneatur.*
2 *Contractus compatibiles eius sunt naturæ, vt ex secundo non tollatur primus.*
3 *Oeconomus decretus habet facultatem locandi bona, tam alijs, quàm sibi, modo dolus malus non interueniat.*
4 *Nouatio facta non præsumitur, nisi fuerit expressa.*

FVerat constitutus quidam Oeconomus fructuum Episcopatus Cauallicēsis, cum Episcopus imploras-
1 set beneficium c. Odoardus, † & Dominus Paulus Stimethius pro Oeconomo fideiusserat, deinde eidem locati fuerunt fructus Episcopatus vsque ad triennium. Quærebatur an lapso triennio teneretur Oeconomus aut Stimethius fideiussor soluere creditoribus, quibus promiserat in obligatione Oeconomus se soluturum ex fructibus administratis, & cum ille negaret, eo quòd per arrendamentum esset sublata Oeconomia, atq; ita duo ex Dominis consentirent, ceteri tamen contra steterunt.
2 Nam contractus hi sunt compatibiles, nec † ex secundo tollitur primus, siquidem tamquam conductor tenetur ad pretium, tamquam Oeconomus ad exigendum hoc pretium considerandum, aut distribuendum inter creditores, quinimò cum decernitur aliquis Oeconomus,
3 intelligitur † ei data facultas locandi bona, tam alijs, quàm sibimet, si dolus absit. gl. & Cattr. in Authen. quibuscumque. C. de sacrosanc. eccl. Rip. in l. 1. §. fuit quæsitum, ad Trebel. num. 9. Tiraq. de off. deleg. comm. par. 18. nu. 110. cum igitur facultas locandi cōtineatur sub Oeconomia, non potest dici actus contrarius. cum alter insit alteri, vt species generi, hicque cessat, quòd dicebatur contractum renouatum, nullus enim hic est actus nouus, sed comprehenditur locatio sub priori Oecono-
4 mia, præsertim verò cum nouatio numquam præsumatur, nisi expressum sit, l. fin. C. de nouat. Alex. conf. 22. in col. 6. num. 8. cetera ad factum pertinent, an fuerit facta intimatio, an creditores omnes consenserint, de quibus aliàs agetur si quidem opus erit: ego enim adiunctus fui in hac caussa D. Auditori Cameræ.

DECISIO CCCLXIV.

Hierosolymitana pecuniaria, 28. Iunij 1556.

ADiunctus fui etiam in hac caussa Domino Auditori Cameræ, prout in præcedenti. Et quoniam dubium fuit generaliter propositū, *an constaret ex actis*, &c. voluit Rota, vt magis restringeretur, aut ad sortem principalem, aut ad fructū, & seorsum omnia excutiantur.

DECISIO CCCLXV.

Carthaginen. Archidiaconatus, 21. Iunij 1556.

QVoniam dubium ponebatur ex verbis supplicationis ac mandati, atq; illorum copia singulis Auditoribus data non fuit: ideo quinque statuere voluerunt, caussam prorogari ad Calendas.

DECISIO CCCLXVI.

Salamantina beneficij de los Santos, 20. Iunij 1556.

SVMMARIA.

1 *Collatione beneficij facta, & adhuc iure acceptandi pendente, an irrita sit pensio, ita, vt nec partium etiam consensu possit validari.*
2 *Gratia duplex super vno, & eodem beneficio eodem temporis tractu cadere ita vt vtraque valeat non potest, sed præualet ea quæ est magis valida.*
3 *Validiorem gratiam habens si ea vti renuat admittitur is cui imbecillior gratia fuit concessa.*
4 *Gratia concessæ priuatum fauorem spectantes illi concessa dicuntur, qui ea vti volet.*
5 *Collatio beneficij, quod de iure patronatus est, rata validaque est, posito, quòd patronatus suum præbeat assensum.*
6 *Rarò aut numquam in iure accidit, vel actus respiciens commodum alicuius alium infringat, si pars id non declaret & eo vtatur.*

S Quam-

QVamuis hoc ipsum ferè dubium bis iam Dominis propofuerim,vt fupra,die 21.Maij,& 4.Iunij,adhuc tamen non potuit certum dicere fuper ea Rota de-
1 cretum.Quidam enim dicebant,poftquam femel collatum fuit beneficium,donec penderet ius acceptandi, irritam prorfus reddi quamcumque pefsionem aliam, nec confenfu partiū validari poffe,c.fi tibi,cum gl.& Franc. num.4. de præben.in 6. colum.1. verf.quid fi prælatus,
2 & Gemin.num.6.& Franc.in fin.duæ enim†gratiæ non poffunt eodem tempore fuper eodem beneficio cadere, ita vt vtraque valeat, Caffador.decif.19. de conceff.nu. 3. fed quæ validior eft ftatim inficit aliam, nec patitur eam a futuro euentu pendere, vt Caffador. decif.24. de conceff.præbend. in 6.Sarnen.in reg.de publ.417.num.
3 6.& 7.& de fubrog.quæft.17.alij contra,quoniā qui habet validiorem gratiam poftea non vti, & tunc habens debiliorem admittitur. Deinde quia hic agitur de concurfu gratiarum in quibus non feruatur hic rigor, vt quæ potior eft omnino eneruet aliam, fed tunc tantum quando ferió vult certare: itaque gratia debilior quoad debiliorem quidem nulla eft, fed fuaptè natura, & vbi ea non concurrit aliqua eft, & vires habet, & viget in terminis. Rot.in antiq.858.num.7. Sarnen.in regul.de
4 public. q. 18. Poftremò† omnes hæ gratiæ cum refpiciunt fauorem priuatum,intelliguntur conceffæ illi,qui his uti uoluit,Sequet.cap.cum ex officijs, de præf.& maximè hæc pars mouebatur conf.50. & confil. 115. nu.3. vnus ex Dominis putabat tribus cafibus gratiam Didaci contra Alphonfum effe præferendam. Primus, fi gratia Cardin. habet claufulam exftinctiuam aliarum. Secundus fi conftaret Cardinalem acceptaffe gratiam fuam antequam præberet confenfum Alphonfo. Tertius, fi gratia Card fuerit anterior in data eadem die. Sed tamen nonnulli in omnibus prorfus diffentiebant, quoniam hæc omnia intelliguntur uolēte eo uti gratia,
5 qui ualidiorem habet, prout ualet collatio benefici iurifpatronatus fi patronus confentiat, alioquin reuocatur, & fi perpendantur rationes Socin.conf.115. uidentur tres cafus fupra computari poffe, ad text.in cap.fi tibi, de præben.in 6. cum glof. quòd eft potiffimum fundamentum contra eum, debet propterea de quib. Soc. dicto confil.115. aliud effe cum fubftantia collationis eft, quæ nulla eft, dicto capit.fi tibi, aliud cum effectus collationis habet tacitam conditionem ob concurfum perfonarum, prout in cafu noftro, Ruin.confil.93. nu-
6 mero 8. & 509. in 3. Rarò enim † aut numquam in iure accidit, ut actus refpiciens commodum alicuius alium infringat, fi pars id non declaret ac eo citato, l.uniuerfa,ubi Bald.& IaſC.de precib.Imper.offer.nihil fuit firmatum.

DECISIO CCCLXVII.

Ofcen.parochialis de Alberuela,25.Iunij 1556.

SVMMARIA.

1 *Temporis anterioritatem probans, præferendus eft pofteriori per regulam de non tollendo iure quæfito.*
2 *Probatio tendens contra Papæ atteftationem non eft vllo modo admittenda.*
3 *Anterior Pontificis voluntas per fubfcriptionem videtur immutata.*

PEtrus Nauarrio probare uolebat Martinum Sala nō fuiffe tempore actuarij, quo uacabat beneficium in mēfe Maij inter defcriptos antiquos & familiares: ideo-
1 que † fe illi præferendum effe regul. de non tollen. iure quæfit. Martinus oftendebat Bullam, quæ habebat menfis Maij, in qua Iulius III. mandabat omnes ibi defcriptos familiares, & priuilegiatos, & aliter numerari non debere, inter quos etiam Martinus erat nominatus: & quamuis aliquo poft tempore illa Bulla fuerit expedi-
2 ta,dixit tamen Rota ad datam illius effe infpiciendum, nec admittendam probationem Petri, quæ tendebat contra atteftationem Papæ, ut in Clem. litteris, de probat. quòd fi idem ftatuit in hac cauffa coram D.Chifſanen. die prima Februarij 1557. ut nuper Paulus Papa Quartus in fignatura fua reiecit quamdam fupplicationem iftius fuper hac & eadem re, in qua aduerfarius petebat,ut admitteretur ad probandum,non fuiffe tunc temporis Martinum familiarem: uoluit enim Papa ut ftaremus datæ illius Bullæ. Quare conclufum fuit, nec effe locum in ifto cafu regul. de non tollendo iure quæfit. non enim Papa potuit ius quæfitum alteri ita declarare, quamuis ea declaratio non fuerit expedita: quid
3 enim obftat deinde, licet Papa id antea uoluiffet, cum tamen nunc adfit fubfcriptio illius, uidetur poft mutaffe uoluntatem coram Chiffanen. eadem die 25. Maij 1557.

DECISIO CCCLXVIII.

Hierofolymitana pecuniaria.25.Iunij 1556.

SVMMARIVM.

1 *Stabilimentis Religionis, an per breuia dicatur aliquando derogari.*

CVm in cauffa hac Religionis Hierofolymitanæ uaria oriantur dubia, uoluit Rota, ut prius ab ea par-
1 te inciperemus, an fcilicet ex breui motus fidei dicatur fufficienter derogatum ftabilimentis religionis, atque quoad hoc caput punctum reftringi.

DECISIO CCCLXIX.

Eugubina prioratus, 28.Iunij 1556.

SVMMARIA.

1 *Beneficij capiens poffeffionem vigore regreffus, habita tantum fupplicatione fine litterarum expeditione, an incidat in pœnam Extrauagantis Iulij III.*
2 *Extrauagans Iulij III. de qua hic, odiofa eft nimis, & ideo reftringenda.*
3 *Poffeffio capta tam ex priori titulo, quàm ex fupplicatione regreffus aliquando poteft.*

1 OBijciebatur Petro Matthæo, quòd cepiffet poffeffionem benefici uigore regreffus, fuper quo litteras non expedierat, fed habebat tātum fupplicationem, dicebantq; eum incidiffe in pœnam Extrauagantis Iulij Tertij, addebant; quod in eadem fupplicatione fignata cancellauerat claufulam abfque litterarum conficiendarum expeditione, quafi inde euidentius conftare neceffarias litteras fuiffe expeditas ad poffeffionem apprehendendam. Rota tamen contrarium conclufit, non fo-
2 lum quia illa Extrauagans eft maximè odiofa, & reftringenda, fed etiam quia Petrus Matthæus non cępit poffeffionem vigore poffefsionis, fed prioris fui tituli. Quāuis facultas vtendi prioribus illis litteris ibi petebat ex hactantum fupplicatione ubi conceditur regreffus ad priorem titulum, tamen illa Extrauagans intelligitur quoad fupplicationes futuras, non præteritas, quæ fcilicet pendent ab anteriore titulo expedito, & ad dicta refpiciunt, ut patet in d. Extrauag. in fin. ibique, quę de cętero fupplicationes tum fecus effet, fi fola extaret fupplicatio, abfq; adminiculo illius tituli expediti, tunc.n. neceffariò diceretur capta ex poffefsio ex fupplicatione, & in cafu noftro dicitur capta ex litteris illius fupplica-
3 tionis, id igitur tantum hic effe uidendum, an uerè poffefsio capta fuerit ex priori titulo, an ex fola fupplicatione regreffus, non obtinente claufulam cancellatam in pofsefsione, quia intelligitur tantum quo ad referuationem futuram, ut patet ex fupplicatione.

DECISIO CCCLXX.

Romana fequeftri, 28.Iunij 1556.

SVMMARIA.

1 *Exceptio rei iudicatæ, vbi nulla eft, obfiftere non poteft, re iudicata nulla exiftente.*
2 *Iniquitas decreti vbi notoria eft, licet executi, locus eft repetitioni pecuniæ tamquam indebitæ exactæ, & folutæ.*

Ex

EX resolutione habita die 4. Iunij in hac eadem caus-
sa, licet ferre amplius nihil dubij reliquum videre-
tur, voluit tamen pars etiam vt dubitaretur, an obstaret
exceptio rei iudicatæ in hoc casu, & domini omnes re-
1 sponderunt † non obstare, quia nulla fuit res iudicata,
contra Marium fideiussorem, aut Penotiam, sed tamen
contra Aegidium, idest sententia non potuit illis officere,
decretum etiam executiuum contra Marium non po
test dici transiuisse in iudicatum, tum quia non po-
tuit exequi id iudex contra Marium, vt Rota supra cō-
clusit, tum etiam quia quādo executum fuit decretum,
data fuit cautio de restituendo in casu succumbentiæ:
2 Cum igitur † non cōstaret de iniquitate decreti executi
ui, Rota decreuit, quod locus erit repetitioni pecuniæ,
tamquam indebite exactæ, & solutæ.

DECISIO CCCLXXI.

Hierosolymitana pecuniaria, 28. Iunij 1556.

SVMMARIA.

1 *Hierosolymitana Religio bona decedentium militum appli-
cat Religioni.*
2 *Clausula quorum tenores, ne obesse possit, potest eius rei cau-
sa exigi.*

MOrtuo N. milite Hierosolymitano Religio pete-
bat ab eius hærede diuersa bona, & inter cetera
quasdam pecunias collocatas apud mōtem fidei: hæres
negabat se teneri, quoniam ex priuilegijs eius montis il-
læ pecuniæ ad heredes spectabāt legitimè, & nō ad Reli
gionem. Hic mihi primum dubium visum fuit, an priui
legia montis satis derogent stabilimentis religionis, quæ
1 † applicabant omnia bona militum decedentium reli-
gioni. vtriusque igitur verbis collatis, statuit Rota satis
esse derogatum, cum in priuilegio montis adsit clausu-
la, *quorum tenores*, &c. cons. Bar. 2. Aim. cons. 126. cum a-
lijs clausulis latè patentibus quæ derogant omnibus mo
dis, & formis alias notorijs, & specialiter Papa in ea fa-
ciat mētionem de militibus Hierosolymitanis, vnde ap-
paret euidens Papæ mens ē, ex ea clausula, *quorū tenores*, &c. ita passim Rota iudicare solet, vt alias decisum
fuit coram Domino Vestano in caussa Cæsaraugustana,
attestatusque fuit mihi Dominus Ghissanen. dum pete-
2 rem eius votum, se olim quęsiuisse in Rota † cautionem
aliquam ne clausula illa, *quorum tenores*, posset aliquan-
do nocere suæ gratiæ exspectatiuæ, & nō fuisse repertā:
ceteri affirmarunt hanc clausulam omnimo tollendam,
nisi in quibusdam casibus, vt in derogan. reg. verisimili,
& concilijs, & similibus his enim casib. magis opus est
specialiter apparere mentem Papæ, vt per Sarnen. in
proœm. reg. pen. & in fine, quęst. 6. & in casu nostro, quia
erant nominati milites Hierosolymitani, nulla super
fuit præterea dubitatio.

DECISIO CCCLXXII.

Parmen. S. Cæciliæ, 5. Iulij 1556.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus aliud Ecclesiasticum est, aliud sæculare.*

ORiebantur variæ difficultates in hac caussa, an ob-
latio illi facta in testamento fuerit reuocabilis, ab
1 initio, † & an hoc ius patronatus censeatur Ecclesiasti
cum, aut sæculare, an oblatio illa prima quamuis liberè
facta fuerit, quia tamen coram Vicario facta fuerit, indu
xerit ius patronatus, & quoniam instabant feriæ caussa
fuit in Calendas dilata.

DECISIO CCCLXXIII.

Senen. Canonicatus, & præbendæ,
5. Iulij 1556.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia per obitum protonotarij, qui nescit se es-
se protonotarium, tamen dicuntur reseruata, cum illud
ius protonotariatus etiam acquiratur ignoranti.*

DVbitatur, an ex quo N. absens fuerat creatus proto
notarius, non constabat tum eum acceptasse id pri
1 uilegiū, & † se gessisse pro protonotario, beneficia vacan-
aleq
tia per eius obitum dicerentur reseruata. Rota respōdit
reseruata esse, quia ius acquiritur etiam ignoranti, Rota
in nou. 12. & ita alias decisum fuit coram D. Ghissanen.
vt ait Crescen. in 15. decis.

DECISIO CCCLXXIV.

Bononien. S. Christinæ, 9. Iulij in vltima
audientia 1556.

SVMMARIA.

1 *Duobus de possessione beneficij cōtendentibus, & vtroque
petente mandatum de manutenendo, an probans ante-
rioritatem in possessione veniat alteri præferendus.*
2 *Constituens Capellanum principalis qui suo nomine possi-
deat, curamque animarum exerceat, hoc actu benefi-
cij acquirit possessionem potiorem, propter possessionis
continuationem.*
3 *Fructus percipiens, prædia elocans, & similes actus posses
sorios exercens in beneficio parochiali, non ex hoc verā
probare possessionem potest, quæ potius ex actib. conti
nuatis solet probari, quale est Curæ exercitium.*
4 *Actus possessorios exercens post motam litem, & factam
inhibitionem in caussa, beneficiali sibi præiudicium fa-
cit.*

ERat lis inter Ludouicū de Bartholis, & Hieronymū
1 de Bobus, † super possessione beneficij, quorū vter-
que prætendebat se possidere, & vterq; petebat manda-
tum de manutenendo. Tres erant Ecclesiæ simul vnitæ,
& Ludouicus probabat se esse anteriorem in possessione
duarum: Tertia autem quæ caput erat ceterarum non
clarè constabat a quo primum fuisset apprehensa, sed ta
mē quia docuit Ludouicus se in omnibus ijs constituis-
2 se Capellanum, † qui nomine eius possideret, & curam
exerceret, prout in presenti exercet, dixerunt Domini ex
huiusmodi actu acquiri possessionem potiorem propter
continuationem, quamuis etiam Hieron. alias probaret
3 se fructus, & pensiones aliquas percepisse, prædia locas-
se, & similia egisse. Nā nec inde probatur vera possessio,
sed magis ex actibus quibusdā cōtinuatis, prout est exer
citium Curæ, & in similibus per Sarnen. regul. de annal.
947. col. fin. in casu aūt nostro eo minor fuit dubitatio,
4 quia Hieronym. eos actus omnes gessit iam mota lite, &
post inhibitionem. Præterea constabat, Ludouicum etiā
fructus collegisse, colonos constituisse, ab illisque vti re-
ctorem agnitum fuisse, ideo mandauit mihi Rota, vt da
rem mandatum de manutenēdo Ludouico, & non Hie
ronymo, atque ita feci.

DECISIO CCCLXXV.

Romana domus, 9. Iulij 1556.

SVMMARIA.

1 *Possessio probata per vnum testem de visu, aliquando elicit
mandatum de manutenendo.*
2 *Lenioribus in possessionibus mandatum quod fit, potest iuua
ri ex præsumptionibus sine adminiculo testium.*

TEnui terminum in hac caussa pro dando decreto
de manutenendo: postea quia caussa erat inter so-
rores, & nepotes, curaui caussam amicè componēdam,
& facto iam compromisso nihil tamen perfici potuit,
semper tergiuersante Margarita: cum igitur res esset a
me de iure decidenda, cōsului priuatim aliquos ex Do-
1 minis, an † dandum esset mandatum de manutenendo
Lucretiæ quo probabat probationem suam, ex dicto
tamen vnius testis eorumdemque inquisitum; & respon-
derunt in huiusmodi decreto Rotam admittere, dictū
tantum vnius testis de visu, & ita declaratum ac con-
cordatum per doctr. Bart. in lib. 1. C. quorum bono-
rum, & l. admonendi, de iureiuran. atque ita serua-
runt; alij etiam addiderunt, sufficere præsumptiones,
2 quia † hoc mandatum est ex leuioribus possessionibus
& distinctum ab illis, vt per Castren. cons. 3. in 2. Sar-
nen. de annal. q. 46. Cap. decis. 55. & 13. itaque man-

datum in fauorem Lucretiæ dimisi, auditis prius hincinde partibus in iure, & facto.

DECISIO CCCLXXVI.

Asculana parochialis, 9. Iulij 1556.

SVMMMARIA.

1 *Institutiones cõtinuatæ spatio annorũ 141. ab Ordinario ad præsentationẽ patronorũ nõ ꝓductis licet præsentationib. probant legitimè iuris patronatus possessionẽ cõcurrẽte, quòd in litteris Ordinarius eos vocet patronos.*

2 *Litteris Ordinarij, quando & quare credatur cum agitur de probatione iuris patronatus.*

3 *Resignans beneficium, & non amplius se illud possidere asserens, litem tamen si sustineat, condemnationis iure subit sententiam.*

1 OStendebantur † continuatæ institutiones Recto-
rum huius Ecclesiæ factæ ab Ordinario per annos
141. ad præsentationem patronorum, ipsæ tamen præ-
sentationes non erat productæ, sed Ordinarius tantum
in his litteris suis patronos nominabat, narrabatque se
ad eorum præsentationem talem instituisse, dixerunt Do
mini sufficere ad probandũ ius patronatus, litteris enim
2 Ordinarij hac in re creditur, † cũ agatur de præiudicio
ac diminuenda sua iurisdictione, vt per Rotam decis. 11.
in nouis. de iure patron. quòd etiam nonnullis testibus
deponentibus de publica fama huius patronatus proba
3 tur. Cum autem † aduersarius iampridem resignasset
istud beneficium, ac se amplius non possidere attestaretur, attamen quia litem semper sustinuit, dictum est, eum certè condemnari posse, atque ita condemnaui.

DECISIO CCCLXXVII.

Eugubina prioratus, 9. Iulij 1556.

SVMMARIVM.

1 *Actus possessorius vt substineatur, quia in controuersiã deducitur, præsumitur iuris fictione mors præcessisse.*

CApta erat possessio beneficij die 28. & probatur de
obitu Rectoris ante diem sextam, non autem præ-
cise ante diem tertiam: quærebatur án hoc sufficeret, vt
possessio ideo semper capta dicatur; cum potuerit ille
mortuus esse die quarta, aut quinta, non autem respon-
1 sum † est sufficere, cum mors præsumatur præcessisse
possessionem, vt actus sustineatur, Cassad. 21. de preben.
& faciunt tradita a Rota super reg. decis. 3. & 5. nu. 4.

DECISIO CCCLXXVIII.

Salamantina beneficij de los Santos, 6. Octobr. in prima audientia 1556.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas Cardinalis nõ probatur ex eo, quòd testium vnus dicat habuisse aliquem cameram in palatio Card. & expensas victus: alter fuisse præfectum stabuli, quod temporis certitudinem affirmatorẽ non adducant, cum quadrimestre ad hoc tempus requiratur continuè cohabitationis cum prælato, idque ad minimum.*

DIdacus Vasquez, qui impetrauerat hoc beneficiũ
per obitum simpliciter, cum aduersarius secus im-
petrasset per obitum familiaris Card. de Saluiatis acce-
dente consensu Card. nunc obijciebat non esse defunctũ
familiarem Card. & cum aduersarius produceret duos
1 testes, quorum primus diceret, † eum stetisse in seruitijs
Cardinalis, & habuisse cameram, & expensas in Palatio
illius: alter diceret, eũ vidisse in seruitio Cardinalis cõmo
rando cum eo pro magistro Stalli. Domini dixerunt per
hoc non probatam familiaritatem, quia non affirmant
testes per quod tempus fuit in seruitio Cardinalis, cum
requiratur saltem spatium quattuor mensium ad effectum, de quo agitur.

DECISIO CCCLXXIX.

Carthagin. Archidiacon. 13. Octobr. 1556.

SVMMARIA.

1 *Resignans cum clausula, non aliter, nec alio modo, reseruãsque sibi fructus regressus, &c. licet per triennium maneat in possessione resignatarius, non sibi præiudicat per regulam de triennali.*

2 *Producta resignatio simplex litteris expeditis absque litteris reseruationis, an validam reddat resignationem, necne.*

3 *Litterarum expeditioni fides ex præsumptione datur, nisi probatio afferatur in contrarium.*

4 *Resignatio facta sub conditione ne resignatarius possit ingredi possess. sine consensu resignãtis, non acquirit possessionem vllam resignatario, quæ titulum coloratum tribuat.*

IN supplicatione resignationis Aegidius senior resi-
1 gnans † cũ clausula, *nec aliter, nec alio modo*, reserua-
bat sibi fructus, regressus, & cetera omnia, ita vt etiam si
resignatarius remaneret in possessione per triennium,
non tamen habet locum regul. de triennali aut allega-
tio Lapi nisi de mandato, ac licentia ipsius resignatoris.
erat deinde in actis mandati resignatarij ad consentiẽdũ
isti reseruationi, nulla tamen facta mentione illius regu
læ de triennali, sed tantũ in fine mãdati dicebatur, *iuxta
formam supplicationis*, &c. Fuerat præterea ꝓducta sim
plex resignatio litteris expeditis absq; litteris reseruatio
2 nis: ꝓpositũ dubium, † *an resignatio valida esset ea casu, quod in mandato resignatarij, nõ esset clausula illa de triennali, atq; ita nõ responderet forma supplicationis resignãtis, qua aliter videlicet nõ valeat, nisi omnia seruata essent?* Pla
3 cuit Dominis subsistere resignationem, † de qua constat
ex litteris expeditis, iuxta quas semper præsumi solet, &
iudicari donec contrarium probetur, nec obstet ea sup-
plicatio, nã cũ litteræ simpliciter fuerint expeditæ potius
ex illa simplici supplicatione, hæc. n. impedit quominus
potuerit alia supplicatio obtineri. Vnde antequã doceatur, standum est litteris expeditis, ideoque præfigi termi
nus quandocumque solet ad docendũ ex iure *aliam supplicationẽ* aut mandatũ, Cassador. super regu. 5. dicebat
propterea necessariam non fuisse clausulam illa de re-
gul. de triennal. ne mandatum tollatur resignatarij. Nã
4 cũ resignatio esset sub hac cõditione, ne posset resignata
rius ingredi possessionẽ, nisi de mãdato, & licentia resi-
gnantis, vtique non potuit acquirere possessionẽ vllam
quæ præberet illi titulum coloratũ, quo ad clausulam de
triennal. q. 33. in fin. & q. 42. in fin. Ias. cõs. 86. in 3. nu. 15.
cons. 161. in 2. nu. 5. Vnde aut nõ potuit acquiri illa colo
rata possessio sine consensu resignãtis, aut si potuit cũ il
lius consensu, potuit etiam tũc illi prohibere effectum il
lius resignatoriæ, vel potius nullo pacto ei cõcedere pos-
sessionem, vt apud Ioan. Paul. decis. 45. tantũ si qua erat
mẽtio necessaria satis fuerit impleta ex illis verbis, *iuxta
formam*, quæ referri possunt ad oĩa præcedentia. *Dec.*
cõs. 62. nu. 6. & in l. requiris, de app. & ẽt ex alijs verbis,
in mandato in omnes, & quoscumque euentus, &c. quæ cõ-
prehendunt hunc casum reg. de triennali, igitur &c.

DECISIO CCCLXXX.

Benen. spoliorum, 22. Octob. 1556.

SVMMARIA.

1 *Conquisita a clerico præsumptionem faciunt de bonis Ecclesiasticis fuisse comparata.*

2 *Camera Apostolica vigore cuiusdam Extrauagãtis Pauli Tertij in spolijs habet ius succedendi.*

3 *Pecuniæ propria non autem aliena, prout sunt clericorum transeunt ad hæredes post mortem.*

4 *Papam Ecclesiæ non præsumitur tam grauiter velle præiudicare, vt ipsius bona ad extraneos hæredes per vltimas voluntates clericorum transferri concederet.*

5 *Vocula, alios, est similium repetitiua.*

6 *Clerici de bonis Ecclesiæ sine licentia testari non possunt.*

7 *Dubitatio in priuilegio nulla esse potest vbi ampla in ipso*

posita

posita sunt verba, & clara, neque clausula etiam nulla superuacantis.

8 *Fauoris publici caussa Papa in beneficijs plenissimo iure vti solet.*

ROgatus fui, vt proponerem hanc caussam, quæ pen
debat cum thesaurario, quod libenter feci, tũ quia
illis gratificaret, qui id a me petebant, tum quia ageba-
tur coram me caussa Hierosolymitana in qua simile du-
bium erat discutiendum. Quæstio in eo erat an ex priui-
legio montis Iulij Anconæ possent hæredes ab intestato
consequi pecunias depositas super eo monte a quodam
1 clerico beneficiato. Nã cum quæsita a clerico præsuma-
tur de bonis Ecclesiæ comparata, gl. Auth. licentia, C. de
episc. & cler. Abb. in c. 1. de testam. in 4. not. volebat Ca-
mera iure spoliorum has pecunias occupare mortuo do
2 mino. Rot. in antiq. 855. quoniam ex quadam Extraua-
ganti Pauli Tertij in spolijs succedit Camera, hæredes
autem defendebant se ex priuilegijs illius montis; cõtra
quod replicabat Camera in tantum ibi cõcedi, vt possit
vnusquisque ex pecunijs depositis fructus licitè cõsequi
3 absque vllo conscientiæ scrupulo, quæ aliquando vsura
fuisset, verum id intelligi de pecunijs proprijs missis, nõ
de alienis, prout sunt clericorum, quæ post mortem eo-
rum non transeunt ad hæredes, gl. in c. præsente, de off.
4 ord. in 6. nec enim verisimile est voluisse Papam, tam gra
uiter præiudicare iuri Ecclesiæ, & quasi occasionem da-
re clericis expellendi bona Ecclesiarum, vt ea conuertan
tur in hos annuos redditus montium, & transmittantur
ad hæredes, sed quoniam intelligendum hoc priuile-
gium in pecunijs tantum proprijs videbatur, deinde su-
perueniendus titulus, sed si intestati, &c.... certas pecu-
nias proprias hæredib. acquiri, respondebat Camera ad
id ita expressum fuisse, quoniam aliàs dubitari poterat,
ne exemplo aliorum officiorum curiæ venalium, quæ
amittuntur morte, sic pecuniæ istæ extinguerẽtur, ideo
dictum ibi fuisse ad instar aliorum bonorum patrimo-
5 nialium. Nam verbum, *alios*, cum repetat similia, ibi sen
tit de bonis proprijs, non Ecclesiasticis, ꝙ & probat in
vers. constito, quòd propriè non refertur ad clausulam,
6 arg. l. t. de suis, & leg. cum illi de bonis Ecclesiæ absq; li-
centia non possint testari, vt in c. relatum, c. cum in offi-
cio, de testam. Rota autem contrarium omnino conclu-
7 sit, idque varijs rationibus, sed præcipuè, quia † verba
priuilegij sunt adeò ampla, vt omnem tollãt dubitatio-
nem, & nullæ clausulæ in eo censeantur superuacuæ, ni-
si id ita intelligatur, velut illa loquẽs de clericis religio-
sis, &c. & ea etiam, quæ sine Romani Pontificis licen-
tia, &c. maximè autem admonebat, quòd expressè id
statuit, vt bona confiscata, seu confiscanda, & quorum
ius iam est quæsitum beneficiato, tamen ob id priuile-
gium transeat ad hæredes, quo ergo magis id affirman-
dum est in pecunijs dictorum, quæ interim non sunt ac-
quisitæ, sed acquirendæ Cameræ post mortem eorum, &
hac confiscatione cessabant ferè adducta, si quidem ap-
paret euidenter Cameram noluisse sibi præiudicare in
bonis sibi acquisitis, & confiscatis, nedum acquirendis.
Vnde unus ex Dominis eo magis in quæstione proposi-
ta hanc sententiam probabat, quia res erat inter Came-
ram, & hæredes clerici. Ideo dicebant Cameram exclu-
dendam, quia ipsamet fauore huius montis excluditur
veluti in bonis confiscatis, cum concedentem priuile-
gium sit tale interpretandum, quòd si ageretur inter suc
cessorem beneficij, & hęredes clerici defuncti, tum non-
nihil dubitabat, quod potuit quidem Camera præiudi-
care iuri suo, non autem iuri Ecclesiæ, & successorum in
beneficio, sed tamen ceteri omnes generaliter contrariũ
statuerũt ob uerba amplissima priuilegij, quoniam hic
non agitur de excludenda Ecclesia, & re propria acqui-
sita, sed tantum ab his pecunijs quas potuisset uiuẽs cle-
ricus in alios vsus conuertere, & consumere, quocirca
graue præiudicium quo minus in re acquirenda posset
8 iuri Ecclesiastico derogari fauore publico, a Papa, qui
in beneficijs plenissimo iure utitur: sic igitur ab omni-
bus firmatum fuit duobus exceptis, quorum alter pror-
sus dissentiebat, alter dubitabat tantum in casu, de quo
supra; aliorum uota, quæ fuerunt octo affirmatiua fa-
cta, maturè omnibus consideratis. Cum enim dubium
proposuissem, voluerunt ut rursus, & tertio propone-
rem, ideo quia res erat magni exempli, post tertiam con
sultationem fuit in hanc sententiam conclusum.

DECISIO CCCLXXXI.

Executio sententiæ, 9. Nouemb. 1556.

SVMMARIA.

1 *Curiæ stylus est non exequi sententias in partibus latas nisi cognita re iudicata.*

2 *Decimæ an in fructibus solui debeant vel pecunia numerata, & vtrum de illis fiat transactio.*

3 *Appellans non prosequens appellationem sibi præiudicat.*

4 *Iuris præsumptionem contra se habens, debet ius suum clare probare quod prætendit.*

5 *Litem esse super decimis aliud est ab eo, quòd lis sit super modo decimarum.*

6 *Confitens debitum decimarum cum qualitate, scilicet soluendi in pecunia, cum cadem qualitate eadem confessio a decimante acceptari debet, & ob id decimas fructuum de iure petere non potest.*

PRocedebatur in hac caussa per contradictas, & quia
erat mihi commissa ut constito mihi, quòd monito-
rium aliàs decretum in partibus transiuisset in rem iu-
dicatam, darem illi executionem, ergo nolui umquam
decernere executionem, nisi mihi constaret etiam de
bono iure: quia ita sciebam esse stylum Dominorum, ut
1 non † exequerentur sententiæ latæ in partibus nisi co-
gnita re iudicata. In præsenti autem caussa, quia id non
satis mihi constabat, nolui umquam præiudicare, tamen
petijt pars Rotam informari, & dubium proponi. De-
canus enim agebat contra incolam de Benuattalos vt
2 sibi soluerent decimas † in fructibus, incolæ fatebantur
se teneri ad decimas tantum in pecunia, non autem in
fructibus ob transactionem quamdã aliàs inter eos ini-
tam, quæ tamen non extabat. Officialis Valentinus mo
nuit incolas, sub pœnis, & censuris, ut soluerent in fru-
ctib. quòd monitorium prætendebat decimas transiuis-
se in rem iudicatam, quia incolæ ab eo quidem appella-
3 uerant, † sed non fuerunt deinde legitimè prosecuti ap-
pellationem, idcirco petebat inde executionem contra
incolas ad decimas in fructibus. Domini dixerunt, ex
his non constare de bono iure Decani, cum de iure com
muni decimæ ad eum non spectent, sed ad Rectorem,
vel ordinarium. Igitur cum is habeat iuris præsumptio-
4 nem contra se, † debet ius suum clarè probare. Nec ob-
stat, quòd incolæ fateantur se debere decimas in pecu-
5 nia, & † quòd in partibus non esset lis super decimis, sed
super modo decimarum. Nam si Decanus vult se fun-
dare in confessione incolarum, & habet præsumptionẽ
contra, non potest eam confessionem stringere, sed eam
debet acceptare cum sua qualitate: illi autem fatentur
6 se debere decimas in pecunia, & has parati sunt solue-
re, ergo non possunt ex eorum simplici confessione con-
demnari in decimis in fructib. Bar. in l. Aurelius. §. idem
quæsiuit, de liber. leg. Minus obstat, quòd monitorium
id decretũ fuit a Vicario Archiepiscopi, & publicatum a
Rectore. Nam cum ille sit iudex Ordinarius, nõ potest
excusare, quin requisitus a Decano, qui prætendit ius in
decimis, moneat incolas, & quoslibet alios, ut doceant
de eorum iure, id enim fuit de officij sui necessitate, non
quia ipse consentiat decimas deberi Decano, nec enim
ex eo actu præiudicatur iuribus Ordinarij, aut Re-
ctoris, ad quos pertinent decimæ. Dicebant propterea
monitorium non posse dici trãsiuisse in rem iudicatam.

Nam cum id dictum fuit, statim resolutum fuit vi dictæ citationis, Paris. cons. 113. in 4. doceat igitur alius de decimis ius suum, & tunc obtinebit sententiam.

DECISIO CCCLXXXII.

Vercellen. executionis mandati, 9. Nouemb. 1555.

SVMMARIA.

1 *Statuta in forma probanti esse dicuntur quando originalia subscripta sunt a Notario, & habente faciem antiquitatis, licet manus Notarij ob nimiam antiquitatem non recognoscatur.*

2 *Statuta antiqua multa ex testium confirmatione validantur per depositionem viridis obseruantia.*

1 PRoposui dubium, *an † statuta de quibus allegabatur, essent in forma probanti?* Domini responderunt esse,
quoniam erant originalia subscripta a Notario & habebât signum & faciem multam antiquitatis, & quamuis
non fuerit recognita manus Notarij, quia tamen sunt
valde antiqua vltra centum, & quædam etiam trecẽtos
annos, dixerunt sufficere pro quomodolibet adminicu-
2 lo. Id autem hoc erat, quia testes duo deponebant † ea
esse statuta Ecclesiæ Vercellen. & esse in viridi obseruantia, quo deposito, prodest quoad ostendendum & adiuuandum id esse in forma probanti. Si autem ageretur, an verè essent in viridi obseruantia, tunc alia esset quæstio, & possent testes super hoc repeti, & diligentius interrogari; nunc non agitur.

DECISIO CCCLXXXIII.

Salaman. beneficij de los Santos, 15. Nouemb. 1556.

SVMMARIA.

1 *Tempore familiaritatis si ea præsupponatur an obtinuerit beneficium defunctus vt veniat probandum.*

2 *Præter testes de acceptatione beneficij facta si appareat prouisio, ea venit ad maiorem probationem inspicienda.*

DVbitaui, *an ex testibus quorum copia data fuit, probaretur Didacum defunctum, ex cuius obitu vacauit beneficium, fuisse familiarem Cardinalis de Saluiatis.* Item
1 *an tempore familiaritatis obtineret id beneficium, si quidem constabat eum tempore mortis sua non fuisse familiarem Domini Cardinalis?* Dñi concluserunt probari ex testibus familiaritatem, idque etiã aliàs in Rota fuisse decisum; ꝙ vero eo tempore obtinuerit beneficium id dixerunt non probari, qm̃ autem Alphonsus Mataractos
2 dicebat extare præter testes quãdam prouisionem super illo beneficio, quæ clarè probat competijsse eo tempore ius dicendi, in eo Dñi mandarunt, vt eam inspicerem, & si res exigeret, eam coniugerem cum dictis testium, ac rursus proponerem, quoniam in acceptationibus & circa dicta ac personas testium aliqui etiam dubitabant.

DECISIO CCCLXXXIV.

Neapolitana Fraudum, 19. Nouembr.

SVMMARIA.

1 *Fratres religiosi succedentes in hæreditatem, qui alicuius tertij bona 15. annorum spacio cum insigni damno principalis administrauit, an teneantur id damnum resarcire eo probato per præstationem iuramenti interessati.*

2 *Sententia Cameræ Apostolicæ Auditoris improbata certis casibus, nec firmari, nec infirmari potest.*

3 *Constito sententiam esse conditionalem, sed non appareat conditionem esse secutam, ex ea sententia nihil potest acquiri.*

4 *Confessio matris habens adiunctam declarationem se possedisse, scilicet nomine filij, in totum aut accipienda est, aut repudianda.*

5 *Possessio subsecuta non completa conditione nihil prodest.*

REligio fratrum S. Aneli in ciuitate Neapolitana suc-
1 cesserat, tamquam hęres in testamento in bonis cuiusdam Gabrielis Capuani, ei litem mouit D. Io. Vincentius Stambonus prætendens Capuanum fuisse negotiorum gestorem, ac administratorem bonorum suorum spatio annorum 15. seque ab eo fraudatum grauiter, vnde præstito iuramento in litem coram Auditore Cameræ obtinuerat sententiam contra fratres in summam trium millium scutorum: Fratres variè excipiebant, inter cetera, quòd bona administrata a Capuano non erãt ipsius Stamboni, sed Dominæ Sarræ eius matris. Præterea negabatur etiam illum administrasse, sed Sarram dicebant Dominam, & administratricem fuisse: summa dubij propositi in eo vertebatur, an sententia Auditoris Cameræ esset coofirmanda, hac in re? Quod dubium
2 concluserunt Domini, ex his, quæ deducerent sententiam Auditoris nec firmari posse, nec infirmari. Deducta enim licet non concludant necessariò Sarram fuisse dominam, aut administratricem, adferunt tamen aliquam dubitationem. Vnde ex his sententia pendere nõ potest, sed ex alijs si qua aliunde deducãtur, quoad quęsita vero dubia, an Sarra fuerit effecta domina illorũ bonorum, responsum fuit id non probari, & an sñia de qua agebatur erat conditionalis, videlicet secuta etiam, &
3 cum non constet cõditionem secutam, nec simus in antiquis, ex sententia nihil acquiri potest, l. fi. C. de contrahen. empt. Alex. cons. 9. in 5. nu. 4. Non obstat confessio Sarræ, de qua in instrumento, quoniam cum instrumentum id sit productum pro compulso in parte, & partibus, etiam non nocet Ioan. Vincentio, Rot. 3. de fide in-
4 strum. Deinde cum in ea confessione † coniuncta esset declaratio eiusdem Sarræ, quæ ait se possedisse nomine Ioan. Vincentij filij, vnde in totum est accipiendum aut respuendum, Batt. in l. Aurelius, §. 1. de lib. leg. non no-
5 cet propterea quoad dominium, † quia possessio illa subsecuta ante impletam conditionem nil prodest, Alex. d. cõs. 9. nu. 4. minus quoad administrationẽ, quia hoc inde nõ agitur, cũ multi testes sint examinati pro Io. Vincentio, qui alter deponunt, de quibus aliàs erit agendũ.

DECISIO CCCLXXXV.

Cæsaraugustana parochialis, 24. Nouemb. 1556.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus illi qui de spolio agebat, an actionem tamquam transmissam de spolio continuare possit.*

AGebatur causa spolij, petebaturque dubium aliàs propositum in Rota rursus discuti, an scilicet Io.
1 de Aldon subrogato competeret actio spolij: Responsum fuit aduersarium Ioan. rursus audiendum esse, eo quòd coram me tertia verteretur instantia, nam si quid noui adduceret uiderent Domini an ad rem pertinebat, sin minus, id quod aliàs conclusum fuit, firmaretur.

DECISIO CCCLXXXVI.

Vercellen. attentatorum, seu manutentionis, 3. Decembris 1556.

SVMMARIA.

1 *Forma in declaratione non seruata vtrum efficiatur iniustam esse declarationem, & ob id omnia ex eo secuta reuocanda tamquam nulla.*

2 *Censura post interpositam appellationem lata, vtrum validè dici possint.*

3 *Cautio ab eo qui in possessione non est, an frustratoriè exigatur, & præstetur.*

4 *Decretum Rotale volens præstari pro fructib. possessionum cautionem, non potest ligare non possidentem.*

5 *Concesso, quòd censuræ non fuerint attentatæ, vbi tamen cautio nulla est, & ipsa censuræ nulla sunt.*

6 *Iudex habens facultatem manutenendi, si procedat ad cõdemnatoriam quoad præteritorum fructuum restitutionem, modum dicitur excedere præscriptum.*

ALexander Ceruola unus ex canonic. Capituli Ver-
1 cellen. prætendebat *se iniustè declaratum, eo quòd non esset forma seruata decreti Rotalis,* ideoq; cõtendebat omnia secuta esset nulla, & ob id petebat, an sententiam reuo-

reuocare placuerit Dominis: Hæc pars eo, quod decre-
tum Rotale exigebat cautionem pro fructibus ac posses
sione, cautio autem fuit præstita pro fructibus tantum.
2 Vnde cum appellatum fuerit, non possunt censuræ po-
stea latæ validæ esse, ac subsistere: quoniam autem duo
obijciebantur contra. Primum, *quòd Ceruola non erat*
3 *in possessione, ideò quoad eum cautio non fuit idonea, cum ab*
eo fructus tantum peterentur, non possessio, præsertim cum
decretum Rotale formam non contineret indiuiduam. Se-
cundum, *quòd appellatio non erat intra legitimum tempus*
interposita. vnde cautio vtrinque data visa est a Capitulo,
et ab ipso Ceruola, qui in possessione non fuisset adhuc, tamẽ
4 *cautionem nullam datam esse, quia decretum Rotæ vult cau*
tionem præstari pro fructibus possessorum etiam, quia in re
nunciatione attenditur, an iste vel ille sit in possessione, nec
an fructus, & possessio, sint magis penes Ceruolam, quam
alium, hoc enim non consideratur, sed tamen datur idonea
cautio ab omnibus quicumque possident, aut fructum habẽt.
Et hæc, *siue sit forma nullitatis, aut alia, satis est requiri*
in decreto. vt pro illis omnibus caueatur. Duo tamen ex
Dominis in hoc dubitauerunt, & potius dissentiebant,
quando licet constaret Ceruolam non fuisse in possessio
ne, quod quidem dixi me diligentius ex facto intellectu
rum. Quo ad secundum, cum appellatio fuerit ab inter-
locutoria, potuit & eo tempore fieri, & præsertim, quia
asserunt de absentia illius delegati obscurum, non po-
tuerunt intra decem dies coram eo appellare, & quia
5 etiam si concedatur † censuras non esse attentatas, fue-
runt tamen nullæ, quia cautio nulla: sed id videtur tol-
6 lere omnem difficultatem, quia iudex † excessit modum
in exequendo, cum non haberet facultatem, nisi manu-
tenendi, non autem condemnãdi, quoad restitutionem
fructuum præteritorum, cum hoc diuersum sit. Castrẽ.
consi. 3. nu. 2. Ideo ex hoc solo capite videntur censuræ,
& inde secuta certa reuocari posse, c. Pisanis, de restitu.
spol. cum similibus.

DECISIO CCCLXXXVII.

Cæsarang. parochialis, 3. Decemb. 1556.

SVMMARIA.

1 *Litis verificatione non facta, subrogatus an id spolij actio-*
nem antea intentatam a principali admitti possit.
2 *Subrogatio spolij alias clausulas requirit, alias subrogatio*
ad litem.
3 *Clausula litis expressiua posita in instrumento supplicatio*
nis, omnia præcedentia intelligitur declarare.

1 QVestio erat, *an † Ioan. Aldon, admittendus esset ad*
actionem antea spolij ex subrogatione impetrata?
absque alia verificatione litis conclusum admittendum
esse, & quòd illæ regulæ gratię quatenus litigiosum, etiã
addunt, & ampliant gratiam, non restringunt. Vnde
2 † talia est clausula, quoad subrogationem in spolio, aliud
est quoad subrogationem in litem, nec vtraque adeo si-
mul coniuncta est, quo minus altera potest consistere,
quin attenti sint Domini Auditores, ijdemque Referen
darij, qui tunc aderant, quoties concedunt huiusmodi
supplicationes sub ea formula, posse tunc impetrantes
expedire ex singulis clausulis singulas litteras separatas
quæ autem in contrarium adducuntur habent locum,
3 vbi † in instrumento supplicationis extaret clausula ex-
primens litem, quæ intelligitur declarare omnia præce-
dentia, vt dicatur concessa si tum adsit lis, & in casu no
stro mentio litis facta est in corpore, & separatim a cete
ris clausulis, ergo ita decisionem aliàs habitam in huius
modi caussa coram D. Aldobrandino, die 9. Decembris.
1556. etiam in præsenti Domini firmarunt, & in d ic 17.
Octob. 1558.

DECISIO CCCLXXXVIII.

Parmen. S. Cæciliæ, 10. Decemb. 1556.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus etiam ex sola dotis collatione acquiri potest.*
2 *Assignatio dotis Ecclesiæ in testamento facta, an sequatur*
naturam vltimæ voluntatis.

DVbitaui, an assignatio bonorum facta Capellaniæ,
de qua agitur cum reseruatione iurispatronatus
1 familiæ de robore? Et conclusum fuit tantum acquisitũ
fuisse iuspatronatus ex illa assignatione dotis, & erectio
ne consortij, de qua in Bulla, Rota de iure patron. vers.
& donauit, q. 1. & 2. Ceterum, an hoc ius patronatus fue
rit acquisitum irreuocabiliter illi consortio, eo quòd illa
assignatione censeatur actus inter viuos, ita, vt non cõ-
sentiente consortio non potuerit amplius illa dote, de
2 hoc aliàs erit agendum: dubitatum enim fuit, *an hu-*
iusmodi assignatio dotis sequatur naturam vltimæ volunta
tis, cum facta sit in testamento, ac actus inter viuos, quia fa
cta præsente Vicario, & cum his verbis, de quibus in Bulla,
& facta caussa, &c. pro hoc igitur aliàs erit agendum.

DECISIO CCCLXXXIX.

Hierosolymitan. pecuniaria. 12. Decemb. 1556.

SVMMARIA.

1 *Deponens pecuniam constitutus in militia ordinis Hieroso*
lymitani apud montem, reseruatis sibi fructib. eo fine,
vt filio naturali cedat proprietas, eo defuncto non Re-
ligionis Hierosolymitanæ erunt pecuniæ, sed filij natu-
ralis.
2 *Fructus vt plurimum dominum suum insequuntur.*
3 *Mandatum factum procuratori ad exigendum pecunias*
depositas nomine filij, excludit ab earum vendicatione
partem aduersam, vt hoc casu Religionem ordinis Hie
rosolymitani.
4 *Spurius filius ob illegitimitatem non debet impediri, quo-*
minus in commodum ipsius a patre statuta integrè con
sequatur.
5 *Intestatus decedere an dicatur, de cuius constet dispositio*
ne in fauorem filij multò ante obitum facta.

FRater Io. Antonius ordinis Hierosolymit. cum habe
ret filium naturalem Io. Paulum, deposuit quasdam
pecunias apud montem fidei nomine Io. Pauli, quarum
proprietas præsupponebatur acquisita fuisse, sibi Ioan.
Paulo ob priuilegium illius montis, aut perceptæ ex illo
1 monte fuerunt depositæ apud Borgianos mercatores,
qui Io. ante reseruauerat sibi expresse dispositionẽ illarũ
pecuniarum, ac fructuum: deinde collocauerat apud
Borgianos nomine Ioannis præseruata tamen sibi eadẽ
disponendi facultate, vt supra. Mortuo Fratre Io. Anto-
nio. *Quærebatur, an isti fructus pertinerent ad Religionem,*
an ad Io. Paulum? Dixerunt Domini omnes spectare ad
2 Io. Paulum, eo quia fructus sequuntur dominum, l. fru-
ctus, de rei vend. cum proprietas montis eius esset vtiq.
& fructus cedendi præsertim, quia libri Borgianorum
referunt nomen Io. Pauli, non autem Io. Antonij, nihil
ex his in fauorem Religionis probati, l. ad probationẽ,
vbi Bulla, C. de prob. Fel. in c. 2. nu. 82. & 83. de fide in-
str. Qm̃ autem dicebat Religio Fratrem Ioannem non
simpliciter deposuisse pecunias nomine filij apud Bor-
gianos, sed reseruasse sibi omnimodo earum dispositio-
nem, q̃ dispositio ex nonnullis facta ostendebatur, rñsũ
fuit imò nulla ex re constare voluisse Io. Antoniũ quid-
quam de ijs pecunijs statuere in pręiudicium filij: nam
3 primò mandatum ab ipsis Borgia. ad exigendum eas pe
cunias apparet factum fuisse ad commodum ipsius. Io.
Pauli, & si dicatur non potuisse patrem id facere admi-
nistratores nomine, quia Io. Paulus erat spurius, respon
4 detur saltem constare de animo patris, qui noluit noce-
re filio in eo actu, sed potius ei prodesse, quare inde non
potest probatio fieri alicuius dispositionis in damnũ fi-
lij, quia mens repugnat. Minus obstant verba in libris
Borgianorum: nam ibi repetita sunt eadem verba, quæ
in mandato continebantur, videlicet ad ordine, & dispo
sitione ẽt q̃ probant eũ non sumpsisse illum lectũ, tan-
quam

quam dispositionem, sed tamquam facultatem disponẽ
di, quam voluit sibi reseruare si fortè placeret, & eas pe
cunias in alium filium conferret. Non obstat, quòd idẽ
5 frater Io. Antonius † intestatus decesserit, quasi videatur
ea tacita, argu. l. conficiuntur, de iure dot. nam id non
sufficit, tameo pecuniæ, & facultates fuissent Io. Pauli:
requiritur enim factum aliquod Io. Antonij in contra-
rium, nec satis est non factum, ex quibus concluditur pe
cunias, & fructus fuisse Io. Pauli, quamuis resoluendos
sub ordinatione, si frater Io. Antonius aliter disponeret,
quòd ex prædictis factum fuisse oon constat: an verò ex
alijs actib. & cõtradictione earum pecuniarum dicatur
ille frater Io. Antonius disponere, aliàs proponetur.

DECISIO CCCXC.

Cæsaraugustana parochialis, 17. Decembris.

SVMMARIA.

1 *Subrogatio aliquando ius dat in statu, & terminis defuncti principalis, ita, vt actio spolij competens defuncto, etiam ad subrogatum transferatur.*

2 *Defunctus, si numquam declarauit se fuisse spoliatum, an successor ob id videatur ius agendi de spolio amisisse.*

3 *Ius transmittendi declarationem spolij aliud est a iure transmissionis actionis de spolio.*

4 *Spolium etiam aliquando bona fide fieri an possit.*

5 *Spolio probato fit condemnatio semper a die intrusionis.*

QVamuis in hac caussa aliàs fopra conclusum fuis-
set, competere actionem spolij Io. Aldon. subroga
to, & Bernardinum condemnandum esse a die intrusio-
nis, adhuc tamen placuit caussam proponere, vt diluerẽ
tur nonnullæ obiectiones, quæ obstare videbantur. Do-
1 mini autem primam decisionem firmauerunt, quæ sub-
rogatio, de qua agitur, dat ius expresse in ijsdem statu
& terminis quib. erat defunctus, vnde cum competeret
actio spolij defuncto, competit etiam sobrogato. Non
2 obstat prima ratio, quod defunctus, † nnmquam decla-
rauerit se spoliatum fuisse, ideo videatur hoc ius amisis-
se: nam aut loquimur de declaratione facta iu iudicio,
& iam decisum fuit subrogationem valere, quamuis
nulla lis cum defuncto fuerit, aut loquimur de declara
tione extra ius ad id competens, quod competebat de-
functo quoad actionem spolij, nec obstat, ꝙ ius declarã
3 dum non transeat ad hæredes, quia † hic non agitur de
transmissione iuris declarandi, sed de transmissione a-
ctionis spolij, & in simili not. Rip. in l. si vnquam, C. de
reuoc. donat. q. 42. in fi. nu. 104. cum seq. id procedere, si
ageretur nunc actione spolij criminaliter, & inde agitur
ciuiliter, igitur actio sicut in hæredem transit, ita & in
4 subrogatum, l. 1. C. de actio. emp. Non obstat, † ꝙ spoliũ
fuerit bona fide actum, ideo condemnandum, nisi a die
motæ litis, vt per Rot. in nou. 5. de restit. spol. Nam rñde
5 tur, semper probato spolio fieri condemnationem a die
intrusionis, & hoc seruare Rot. vt in antiq. de resti. spol.
15. fortè, quia præsumptio est eum non aliquid sciuisse
si alienam possessionem occupasset, vnde ab illo tempo-
re fit cõdemnatio, Rot. in nou. 411. circa medium. Quo
ad tertium, quod constet de non iure in petitorio falsum
est in facto, in deductis ex informationibus.

DECISIO CCCXCI.

Romana compromissi. 10. Ianuarij 1558.

SVMMARIA.

1 *Laudum ab arbitris duobus ferẽdum, an possit vno defuncto ab altero ferri, qui superstes est ex conuentione, facultate attributa.*

2 *Tempus prolationis laudi, quando inspiciatur, & quando subscriptionis.*

3 *Appellari potest aliquando ad cautelam, et si pars nondum sciat pro certo se grauatã, idq; in futurum euẽtũ.*

4 *Extrema habilia esse debent, ad qua referenda est subreptio in laudo.*

5 *Facultas vtrique competens in laudo ferendo in solidum, facit, vt vnus vicem duorum supplere possit.*

6 *Caussa satis cæpta dicitur cum iam in ea lata est sententia.*

HÆc caussa non pendet coram me, sed fuerat com-
promissa in D. Finettum Senen. qui rogauit me
vt eam proponerem: duo aũt vertebantur dubia. Pri-
mum, *an esset attendendenda ipsius probatio laudi, an verò*
1 *subscriptionis?* alter † ex arbitris iam mortuus fuerat, &
ex vna conuentione tota facultas superstiti fuerat attri-
buta. Secundò, *an esset subducenda de medio tempore vacantis Sedis Iulii III. & Marcelli II. aut vt de iure cõ. aut*
vigore motus proprii Pauli IV. ita, vt dici non posset totum
quadriennium ad petendam restitutionem in integrum?
Quoad primum omnes vnanimes consenseruot. Vnde
2 tantum respicit tempus prolationis, non subscriptionis,
Ias. l. si ita stipulat. §. Chrysogonus, nu. 15. de verb. oblig.
Et hunc in Curia passim esse stylum, & allegata fuit de-
cisio in caussa Mediol. coram D. Quiroga, die 26. Maij,
3 & 9. Iunij 1557. hincq. † videmus semper appellari qua
tenus contra, idq. ad cautelam, licet pars nondum certo
sciat se grauatam fuisse, debuit tñ cogitare eundẽ casũ
posse euenire, l. si quis domum, §. idẽ quæsijt, ff. loc. Nec
obstat, ꝙ in laudo non vt ea rõ. ac in alijs iudicijs, quo-
ad hoc tamen regulariter in omnib. æquiparãtur, l. 1. de
arbit. tũ præcipuè quoad fatalium, & desertiones appel
lationum, ac similia. Bal. cons. 355. in 5. reg. de compro-
4 mis. in 10. q. prin. nu. 27. Minus obstat, ꝙ in casu præsup
posito extrema non essent habilia, ad quem referenda
sit subscriptio, eo quòd mortuus sit iam alter ex arbitris,
vt per Alex. l. præterea, C. de appel. nu. 7. Dec. num. 4. Pa
ris. consi. 22. nu. 29. in prin. cum fuerit sententia lata nõ-
dum tamen subscripta sit nulla, vt ait Cresc. dec. 1. Nam
ex conuentione partium, quia id potuerunt, tributa est
5 eadem facultas. Nam competebat vtrique, & vnus re-
fert vicem duorum, ac si superstites essent, vt apparet ex
eorum conuentione, & maximè, quia subscriptio vide-
tur potius pertinere ad probationem, quæ facilius indu
ci potest, etiam post mortem ex consensu partium argui
tur, d. eorum quę tradit Cassad. l. de tenun. nu. 4. Quoad
secundum, quidquid dicant Bar. Bal. & Salic. in l. fin. C.
de temp. in integr. resti. Bald. de rescript. pag. 121. num.
28. dixit vnus ex Dominis seseruari opinionem Canoni
starum, vt tempora illa quandocumque acciderint de
medio subducantur, iuxta Clem. 1. in gl. de testit. in in-
tegr. propterea motus proprius clarè adimit omnem dif
ficultatem, quæ ob has ipsas, & similes causas prosequi
possit, hæc autem, de qua agitur, nondum esset incæpta,
quasi sit differentia inter caussas incęptas, & alias, vt ex
motu proprio detur prosecutio earum cæptarum, non
6 aliarum, tñ responsum fuit caussam ipsam satis cæptam
esse, quia iam lata erat sententia: & quamuis caput resti
tutionis nondum esset petitum, tamen caussa ipsa, & lis
inter partes pendebat; deinde motus proprius alloqui-
tur iudices, & non partes, & ita oĩa cessant: sicut ẽt dice
retur oportere constare de impedimento, ꝙ fuerit in
caussa, ne restitutio petita sit, iuxt. dec. Ias. l. 4. §. ꝙ dici-
mus si quid eant. Aim. cons. 152. nu. 12. & cons. 179. nu.
9. nec motus proprius concedit restitutionem arbitrio,
& Rota semper complectitur æquitatem, nisi cõstet cla
rè de malitia, vt & aliàs decisum fuit in caussa Regien.
coram Caputaquen. 18. Ianuarij 1557.

DECISIO CCCXCII.

Segobien. parochialis de Valsecca, 19. Ianuarij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Actor super spolio agens, si nihil probet, an sibi remissoriam petenti, ea debeat ad partes concedi.*

1 CAussa pendebat coram me in tertia instantia super
spolio, & actor nihil prorsus probauerat, quare pe-
tebat sibi dari remissoriã in ciuitate Neapol. spacio 20.
dierum.

dictum examinaueratq. duos testes pro fumo. Quoniã
autem pars aduersa dicebat eum nullum habere titulũ
saltem coloratum, & vna obijciebat contra eos testes:
Domini dixerunt, vt de vtraque re clarius recognoscerem, & postea referrem.

DECISIO CCCXCIV.

Hierosolymitana pecuniaria, die 24. Ian. 1557.

SVMMARIA.

1 *Verba in mandato inducentia dispositionem, alia sunt ab iis, quæ inducunt facultatem disponendi.*

2 *Verba mercatorum, vbi non sunt verisimilia, non probant contra tertiũ, licet in suis libris reperiantur conscripta.*

QVoniam frater Ioan. Antonius emens portionem
montis fidei, nomine Io. Pauli filij sui, reseruauerat
sibi dispositionem fructuũ inde percipiendorũ, mandatumq; dederat Borgianis mercatorib. ad eos exigendum cũ eadẽ reseruatione, & deinde descriptum in eorũ rationib. ab ordine dispensationis earum personarũ,
vt amplius dici nõ possent esse Ioan. Pauli, nisi aliud ex
parte Religionis ostendatur. Nec obstant illa verba, de
quibus in puncto, quando probata sunt eodem modo,
prout ẽt concepta fuerunt in mandato, & in emptione
1 montis: in quib. tñ Dñi † alias resoluerunt non induci
dispositionẽ, sed facultatem disponendi, ppea ea verba
intelligenda sunt de dispositione uera & effectuali, veluti, quia eas pecunias Fr. Ioan. Antonius alteri donasset, & in alios usus expendisset nulla habita rõne Ioan.
Pauli: secus hic est, ubi tota permutatio, & depositio pecuniarũ est ad cõmodum Io. Pauli, iterumq; rationes
semper referunt nomen illius, vnde eius esse præsumuntur, Bar. in l. si patronus caussa, vt in ..... & Alex. cons.
139. in 5. Non obstat cessio facta a fratre Ioan. Baptista,
quoniã iste nullũ ius habuit in his pecunijs, vt ipsemet
2 in cessione confitetur, † & verba illa mercatorum, ita
cõscripta, nec hæc probant, nec sunt verisimilia, non. n.
probant contra tertium, quia hæc nõ pertinent ad mercatorem. Ias. l. admonendi, de iureiur. nu. 81. præsertim
cum fuerint producta ab ipsa Religione, non etiam continẽr verisimilia, quia cum extitit mandatum ipsius fratris Ioannis Antonij, & instrumẽtum emptionis, vbi reseruat sibi ipsi totam facultatem disponendi, verisimile
non videtur eum plus mandasse mercatori, vt describeret in libro suo, prætetquam, quod dubitari posset, an
mortuo fratre Ioan. Antonio potuerit frater Ioan. Baptista vti ea commissione, hæc ita statuta fuerunt circumscripto d. testis, Bar. quòd adhuc cum legerem, non in
puncto proposueram.

DECISIO CCCXCV.

Inhibitionis die 18. Ian. 1557.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo decretum, sed nondum relaxatum, vbi fuerit, an inhibitio fieri possit.*

1 PEtebatur inhibitio iuxta formam commissionis, † &
qm̃ mandatum de manutenendo a iudice, a quo,
iampridẽ fuerat decretum, sed nondum relaxatũ, pars
in cuius fauorem lata fuerat sñia, volebat dari inhibitionem, prout semper conceditur, iuxta formam commissionis, & decretum suspensum fuisse a iudice, prout notoris est, & quia deinde in sententia comprehendi dicantur, quæ per appellationem postea sunt suspensa.

DECISIO CCCXCVI.

Ferrariens. paratæ. 18. Ian. 1557.

SVMMARIA.

1 *Parata in flumine, an noua sit vel antiqua refecta & fulcita, quomodo deducatur.*

2 *Parata constructa in flumine nesciente illo, vel illa, cuius est ius fluminis, non potest obesse nescienti.*

PLura a me fuerunt præsupposita in puncto, quæ collegeram in depositionibus testium, & vt res Dominis clarius pateret, fuit mandatũ singulis dari designationem filijs, & parenti, de qua agebatur: qm̃ aũt nunc
primum caussam proponebam, & satis videbam ex capitis multiplicatione, quæ oriebatur, non posse elici certã
torius negocij diffinitionem, petij a Dominis, vt saltem
inde cursum aperirem, cui post hac insistere deberem. Illi autem materia inter se discussa, visi sunt hæc capita, vt
potiora eligere, quæ postea sigillatim certè essent intel-
1 ligenda. Primò † *an parata, de qua agitur, fuerit noua, an verò dicatur potius refecta fuisse vetus, & fulcita.* Secundò, *an D. Virginia sit omnino Domina fluminis, ita vt absque eius consensu priuatus non possit aliquid dimittere in flumen, vt per Bar. Castr. l. Fluminum, de dam. infect.* Tertiò, *an ex eo, quod Christophorus habet ius deducendi aquam, ac in illo flumine fuerunt olim duæ parata, licuerit ei hanc nouam constituere sponte.* Quartò, *ex quo mediante hac noua parata vsus suo molendino, & fuit in quasi possessione, inde cum agitur possessorio, ipse ante omnia sit restituendus & reliqua reseruare in petitorio.* Interim etiam obiter dixe-
2 runt esse præsuppositum in dubio scriptum, videlicet
paratam per mensẽm vnum mansisse constructam, nihil nocere illi D. Virginiæ. Nam cum ipse procul absens esset, nec inde argui possit scientia sua, aut consensus, licet etiam ministri ipsius id vidissent, & passi essẽt,
qua de re tamen aliàs, si opus fuerit, dubitabitur.

DECISIO CCCXCVII.

Romana fideicommissi de Gracchis, vlt. Ian. 1557.

SVMMARIVM.

1 *Dubitationes a partibus proposita, si ita deducantur, vt in ijs non conueniant ipsæ partes, resolutio dubitationum nulla fieri potest.*

FVit subrogatus de cõsensu partiũ in hac caussa propter absentiam R.P.D. Episcopi Alysani, P. Antonij
Augustini Nuncio a Sanct. D. N. ad Regẽ Romanorũ.
1 Nihil autem in primo dub. a me proposito fuit conclusum, quoniã partes non conueniebãt in dubitationib. de
quib. agebatur: Domini aũt mandarunt mihi non nulla, quæ singulatim proponerẽ, prout tunc in informationib. ad mei memoriã adnotaui, idẽ aũt ferè dubium,
de quo nunc ego agebam, fuerat etiam propositum à D.
Antonio Augustino, die 1. Decemb. & nihil conclusum.

DECISIO CCCXCVIII.

Vercellen. attentatorum, Vltima Ianuarij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Censura & attentata renouari possunt, nisi aliquid a parte aduersa in contrarium adferatur.*

NIhil etiã in hac caussa fuit terminatum, qm̃ partes
extra dubium vagabantur, sed mandarunt Domi-
1 ni, vt in primis † attentata & censuras latas contra Ceruolam reuocarem, nisi quid in contrarium ostenderetur, nec amplius dilationib. aduersarij locum darem.

DECISIO CCCXCIX.

Calaguritana vnionis, 17. Februar. 1557.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata sine iurisdictione, est re ipsa nulla.*

2 *Clausula, quam & quas, latissimè patet, & omnia ferè complectitur.*

3 *Appellatio commissa ab interlocutoria, vel diffinitiua lata super aliquo incidenti, facit vt negocium principale sit omnino diuersum a caussa appellationis.*

4 *Iudicis iurisdictio si non extendatur ad caussam appellationis, an etiam eo casu non attingat negocium principale.*

5 *Iudex sententiam quando fert ex secunda instantia, id patet ex verbis ipsius sententiæ.*

PRoposueram etiã hanc caussam die 24. mensis præcedentis, & quoniam erat hora tarda, & quæstio grauis videbatur, rursus caussam paucis in puncto mutatis
proposui. Agebatur super dissolutione vnionis, fueratque lata sententia a patribus in fauorem vnionis pro
Capitulo & beneficiatis de Nauarrete, quæ ob non prosecutionem appellationis Dñi Chissan. qui non obstãte
1 desertione tulerat sententiã reuocatoriam. primo † vnde nunc dicebatur, hæc sñia nulla, quia lata sine iurisdictione,

dictione, iuxta Clemen. si appellationem, de appel. Gui
do Papa, consil. 10. nu. 5. & cons. 30. Franc. c. ex ratione,
de appel. col. 20. Mohed. 239. Paul. 41. Capello, glo. 244.
contra tamen respondebatur, eo quòd fuerat commissa
caussa appellationis cum clausula, nec non totius nego-
cij principalis, vnde quamuis aliàs fortè sententia super
negocio principali ..,.. vt est in term. cons. Rimin. 114.
2 facit Rota in antiq. 390. Et quia aderat etiam clausula,
quam, & quas, &c. quæ latè patet, & omnia ferè com-
plectitur, vt per Sarn. de infor. resig. in antiq. 34. num. 4.
Et tamē, quia aduersarius coram hoc iudice appellatio-
nis cōparuerat, passusq; fuerat coram eo agi de meritis
caussæ. iuxta Fel. in c. cū inter Monasterium, in 8. limi-
tatione, de re iudic. & facit Aegid. 45. 54. Verum repli-
catio, quoad primam rationem ad cons. vni. 114. id pro-
3 cedere, † vbi commissa esset appellatio ab interlocuto-
ria, vel a diffinitiua lata super aliquo incidenti, quibus
casib. negocium principale est oīno diuersum a caussa
appellationis, ideo iudex tunc certè procedere potest su
per negocio principali, ac in casu nostro negocium con-
tinet idem, quod appellatio. Aegid. 236. in fi. reuertitur,
4 ideo † sicut in casu appellationis nulla est iurisdictio, ita,
& in negocio principali, ac in casu nostro negocium cō-
tinet idem, quod appellatio, Aegid. 236. in fi. reuertitur,
ideò, & sicut in casu appellationis nulla iurisdictio, ita
& in negocio principali. Mohed. 293. eodēque ferè mo-
do, & ad alia respondebatur, quoniā re vera hoc nego-
cium principale nihil differt ab eo, quod in caussa appel
lationis continetur, quæ omnia maximè confirmaban-
tur eo, quod iudex tulerat sententiam, tāquam in secun
da instātia, vt ex verbis eius satis clarè patebat. Et ad li-
mit. fol. 28. in d. cap. inter dicebatur eum producere, vbi
iudex cognoscit de negocio principali, quod iam transi-
uit in rem iudicatam, tunc enim potest cognoscere con-
stituentib. partibus, secus in caussa appellationis, quia
desinit iurisdictio, & repugnat expressè dispositio dictæ
Clem. Si appellationem, cum glossa, & Pital. cons. 3. vbi
igitur iudex adeatur, tamquam super negocio principa-
li, tum pot. st forte admitti limitatio, ac vbi aditur, tam-
quam super appellatione, quemadmodum in casu no-
stro videbatur facta, nunc merè prodest consors partiū
d. Clemen. si appellationem, vt tradit Mohed. d. decis.
293. in fine, quoniam autem hic sumus in vigore, Domi
nis videbatur sententiam Chissan. hoc solo capite esse re
uocandam, mandarunt mihi, vt partibus suaderem, vt
de meritis tātum commissa nullitate ageretur, alioquin
tēperamentū aliquod in re proposita adhiberi dēat. Ea-
dem caussa fuit etiam proposita coram D. Augustino,
die 29. Nouembr. 1557. in cuius locum ob eius obseruā-
tiam ipse de consensu partium fui subrogatus.

DECISIO CD.

Rom. fideicommissi de Gracchis, 14. Febr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Hæredes vocati in testamento intelliguntur de filijs, quam-
uis in vniuersum non succedant.*
2 *Lata in testamentis facienda est interpretatio in fauorem
hæredum institutorum.*
3 *Hæredis appellatione non venit particulariter institutus,
nisi id ex præsumpta mente testatoris proficiscatur.*
4 *Mens testatoris ex hoc solo non constat, quod hæredis facta
sit mentio in testamento.*
5 *Particulariter institutum non esse hæredem ex verborum
proprietate multi Doctores conclusere.*
6 *Verbum hæres pro filijs capitur etiam ijs non succedentibus
ex sententia Speculatoris.*

TRes oriebantur difficultates in præsenti caussa.
Nam dubitabatur, *an Lucretia hæres particulariter
instituta posset admitti ad fideicōmissum Andreæ de Grac-
chis, qui vocauit hæredes Antoniæ, cum ipsa Antonia
& duos filios masculos hæredes vniuersales reliquisset,
& Lucretiam filiam particularem hæredem.* Prima igitur
ratio in fauorem Lucretiæ sumebatur doctr. Specu. in l.
de testam. §. 1. num. 31. quæ videtur crebrius esse rece-
pta, & in terminis rem decidere, vt per Bald. l. liberasti,
nu. 30. C. de oppo. libet. Alex. in l. quædam, §. nihil inte-
rest, nu. 6. de edend. & cons. 192. nu. 2. Guid. Pap. d. con
sil. 58. Oldrad. cons. 13. Ruin. consil. 158. num. 12. in 3.
Quil. Ren. cap. reiunctiuis vet. in eodem testamento re
linquens, nu. 259. & sequens. Secundò, *quia tempore
quo factus est locus substitutioni Lucretia sola in filijs Anto
niæ reperiebatur*, vnde videbatur locus esse doctr. Bald.
l. in testamento, in 6. q. nume. 12. C. de testam. milit.
& Salic. nu. 22. & declarat Aret. post Ang. in l. Lucius,
col. 7, vers. hæc tamen dicta limit. de vulg. & pupil. Ter
1 tiò, quia † hæredes vocati in testamento intelliguntur
de filijs, quamuis non succedant in vniuersum, ideo cō-
prehenditur etiam & Lucretia, Ias. in §. etiam si paren-
te, nu. 28. Alex. in cons. 139. num. 1. in 6. Abb. c. in præ-
sentia, num. 25. circa fi. de probat. Contrarium tamen
quoad duas primas rationes Rota conclusit. Nā quoad
primam ex doctr. Specul. nititur duabus rationib. quos
2 ipse refert: altera est, † quia in testamento debet fieri la-
ta interpretatio, quam quidem resi sunt omnes scriben-
tes in d. l. Lucius, de vulg. & ibi Ias. nu. 24. Com. l. quo-
ties, de verbor. propriet. quæ institutos in re incerta nō
admittit pro hæredib. passim oēs. Aimon. in l. ex facto,
de hæred. instit. & l. quoties. C. eodem. Afflict. dec. 38.
Aim. cons. 186. col. 2. Socinus in cons. 134. in princ. Pa-
ris. cons. 2. nu. 23. 28. & cons. 16. nu. 14. in princ. Bologn.
cons. 25. col. penul. Paulus Cast. l. fi. num. 3. ad Trebel.
3 hoc enim regulariter est, † appellatione hæredis nō ve-
niat particulariter institutus, nisi id proficiscatur ex præ
sumpta mente testatoris. Aim. cons. 13. nu. . . . Soc. con-
sil. 80. nu. 6. in secundo. Curt. consil. 62. nume. 6. in 6.
4 Quæ † quidem mens ex eo solo non constat, quòd hæ-
redis facta sit mentio in testamento, vti lata sit inter-
pretatio, nam ita sequeretur semper hæredem haberi
institutum in re certa, cum hæc constitutio non fiat nisi
in testamento, l. non codicillum, C. de testamen. deinde
Doct. supra allegati loquuntur etiam ipsi testamento,
5 & tamen communiter concludunt, ex verborum pro-
prietate particulariter institutum non esse hæredem.
6 Altera est ratio Speculatoris, quia † verbum, hæres, ac-
cipitur pro filijs, quamuis nō succedant. Hanc aūt ra-
tionem, quæ & supra relata fuit. Tertio loco noluit Ro
ta in psenti attingere: sed in aliā diem reiecit, itaq; in
præsenti non oīno damnauit opinionem Specul. sed tā-
tum reiecit alteram ex eius rationib. Quoad secundum
argumentum, de quo supra in fauorem Lucretiæ resp ō-
sum fuit hic non procedere, cū tempore, quo locus fa-
ctus est substitutioni, esset adita iam hæreditas *Antoniæ*
a filijs eius masculis: deinde id habeat locum, vbi in-
stitutio, & substitutio, facta ab Andrea, institutio au-
tem ab Antonia, quæ diuersa sunt, vt apud Aretin. d. l.
Lucius, col. penult. quoad tertiam Domini mandā-
runt, vt id alia die separatim proponerem.

DECISIO CDI.

Cauallicen. pecuniaria, 13. Februarij 1557.

SVMMARIA.

1 *Agens tanquā cessionarius Episcopi, an sit audiendus, ex
quo alias agitatū inter eos iudiciū corā Vicario urbis ex
tet, ex quo fatetur creditū retrocessisse ipse cessinarius.*
2 *Cessio crediti facta, vtrum etiam contingat ipsum fide-
iussorem.*

NOn potuit in hac caussa elici certa conclusio, quæ
1 negotiū terminaret, si quidem dubitabatur, † *an
D. Antonius agens tamquam cessionarius Episcopi Prul-
letta esset audiendus?* Ex quo extabat iudicium quoddā,
alias inter eos coram Vicario vrbis agitatum, in quo
in articulis Antonius affirmabat se retrocesso credito

Episcopi

Episcopi Prulletæ: Rota respondit nihil dubitandum,
quin probetur retrocessio facta contra Antonium, cum
ipsemet Antonius id fateatur in articulis: verum id du-
bium relinqui, an illa cõcessio facta in his articulis præ-
iudicet, nunc Antonio agenti contra Dominum Paulũ,
ex quo facta fuit a parte impugnata, sic quoque dubita
3 ri posse, an † cessio crediti facta contra Episcopum Caua
lien. comprehendat etiam fideiussorem illius Domini
Pauli, vt Dominus Antonius contra eum agere possit,
iuxta trad. per Bal. in l. si verò, & in l. dotalem, solu. ma-
trim. de his igitur postea erit agendum.

DECISIO CDII.

Bononien. Monasterij, vltima Febr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Regressus locum habet, tum demum, vbi beneficium con-
fertur illi, in cuius fauorem fuit resignatum.*

2 *Resignatio facta in fauorē, non refert, an simpliciter fiat,
vel cum clausula, nec aliter, nec alio modo, cum utraq.
sit conditionalis.*

3 *Resignatio, vbi fit in fauorē certæ personæ, regressus pro-
pter cessum numquam intrat.*

DVbitabam, *an stante regressu Bruschi per cessum vel
decessum Francischi Felicis, & stante cessione ipsius
Francisci in fauorem Felicis cerula, prout in actis fuerit ex
cessione factus locus regressui, ita vt actio spolij aduersus
Bruschum non admittatur?* Et Domini responderunt,
non esse factum locum regressui, eò, ꝙ resignatio Fran-
1 cisci fuit in fauorem Felicis. † Vnde videtur conditiona
lis, tuoc demum locum habet, vbi beneficium confer-
tur illi, in cuius fauorem fuit resignatum, cum & Papa
ipse non intelligatur aliter admittere dictam resignatio
nem, Io. Paulus decis. 102. Cassad. 3. de renunc. num. 1.
2 † Nec quidquam refert, an resignatio sit in fauorem Feli
cis simpliciter, an cum clausula, nec aliter, nec alio mo-
do, quoniam vtroque modo est conditionalis, vt apud
Io. Pau. supra, & Domini dixerunt hoc satis tritum in
Rota. Regressus autem propter cessum numquam in-
3 trat, vbi † resignatio fit in fauorem certæ personæ: sed
nunc tantum ei fit locus, vbi simpliciter fit pura resigna
tio in manibus Papæ, vel Ordinarij, Mohed. 341. Put. 6.
de renunc. quod si in casu nostro Felix non tantum ac-
cept. resignationē, sed etiam acceptasset possessionem,
etiam id, si tempore spolij fuisset, tunc dici potest nullã
actionem Ioan. Francisco aduerso Bruscum competere,
cum Frãciscus amplius in possessione esset: erit igitur in
hac parte facti videndum, quomodo se habeat, & tunc
poterit dubitari.

DECISIO CDIII.

Corduben. Cantoriæ vltima Februarij 1557.

SVMMARIA.

1 *Terminis in articulando seruatis non dantur dilationes ad
partes.*

2 *Protestatio facta, si a iudice fuerit reiecta, non est releua
toria.*

3 *Malitia petentis dilationem, vbi notoria est, concedenda
est nequaquam dilatio.*

1 NOluerunt Domini, † vt darentur dilationes ad par
tes, quoniam fuerat seruatus bene terminus ad ar
ticulandum, iuxta decis. 2. Cassad. de dilat. Et quamuis
pars exponeret, quod inter dies sex citationis ad articu-
landum protestata esset, eum non audire, nisi docto de
2 interesse, quia tamen iudex reiecerat hanc protestatio-
nem, & ille non appellauerat, & posteaquam fuerat re-
seruatus terminus in tempore, & deinde etiam reperi-
3 tus, visum fuit, non concedendam esse dilationem, præ-
sertim, quia nonnihil constabat de malitia petentis eã.
Dixerunt tamen, vt de facto concederent ei spacium ali
quod ad consulendum iuribus suis, quod quidem polli
citus fui omnino me facturum.

DECISIO CDIV.

Neapolitana fraudum. 4. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Fides testis integerrima esse debet, quando de probanda
fraude agitur, quæ occulto committitur.*

2 *Lis de filiatione suborta hominis statum concernit.*

HÆc caussa tota nitebatur de positionibus testium
contra Gabrielem Capuanum, cui successerãt fra-
tres in hæreditate, ideo aduersus hos testes varias exce-
ptiones adferebant, quas dubitaui, an essent admitten-
dæ? Quoad primum, quòd aliqui existimarent testem
1 non omnino repellendum, sed tantum de eius fide mi-
nuendum, eo, quod hic agatur de probanda fraude, quę
occulto committitur... criminis admittitur in testem, cũ
aliunde vix veritas probari possit, vt per Alb. c. fi. de test.
reg. Arer. cons. 61. nu. 3. Alex. cons. 65. in 6. nu. 10. Et pre-
sertim, quia hic agitur ciuiliter, vt per Ias. in l. fi. §. 4. de
cond. ob turpem caussam, tamen maior pars contrariũ
conclusit. Nam si ea de re constat testem falsas rationes
descripsisse, vt obsequeretur patri, æquè verisimile est eũ
esse falsum, & falsum testem dictutum alterius causa,
nec enim excusatur nisi paterno, de quo in dubio, qm̃ in
delictis non admittitur ea excusatio. l. secus, de actio. &
oblig. Bart. l. non solum, nu. 6 de iureiur. accedit deinde
2 lis, quæ ei intercedit cum monitorio supra causa filia-
tionis, & sic super statu suo, dicitur grauis, Bar. l. 3. textu
gl. auth. de testa. §. si verò, in ver. quæstiones. Quoad se-
cundam exceptionem, satis dubitatum fuit, quia & te-
stis videtur particeps fraudis, ac conscius fuisse saltem
illius actus, quem videbat tendere in fraudem Io. Vin-
centij, cuius erat domus: sed qm̃ rñdebatur, non ideo
hoc sibi nocere debere cum inquilinis, ita paciscendo rē
suam agat, & non sit is copulandus, quoties mercedem
conuẽtam soluit, quamuis deinde locator velit, vel plus
vel minus in suis rationibus scribat. Quia tñ res non be-
ne olet, & videtur vterq. tam locator, quàm inquilinus
non rescripsisse in fraudem Io. Viocentij, mandarũt Do
mini, vt testimonium hoc ita reponerem. Quoad tertiũ
dixerunt non esse validam acceptationem, cum illi tres
testes deponũt de vsuris obiter, & ad nihil pertineat ad
causam fraudum. Alex. cons. 41. nu. 6. in 4. Fel. c. super,
col. fi. de test. reliquæ exceptiones fuerunt reseruatæ in
alium diem, quoniam erat hora tarda.

DECISIO CDV.

Hierosolymitana pecuniaria, 4. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Nomen inscriptum libris mercatorum ipsius filij natura-
lis, cuius in fauorem pecunia fuit deposita, an sufficiat,
vt ius ad illas pecunias prætendere possit.*

2 *Religio Hierosolymitana, an fratris sui, qui pecunias depo
suit in fauorem filij naturalis, tamquam in fraudem
facto deposito tali, eas sibi vendicare possit.*

ITem fuit firmata omnino certa cõclusio, eo ꝙ ad ho
ram tardam tempus non patiebatur singulos Domi-
nos de more votum ferre, & etiam non fuerant singulis
datæ informationes, tamẽ primo responsales aperte sen
tiebant non competere ius Io. Paulo in libris Borgiano-
rum, præterquam in pecunijs ex priuilegijs montiũ, vt
1 aliàs decisum fuit, nec enim satis iuuat, ꝙ eius nomẽ sit
inscriptum, & nomen Religionis in corpore rationem
eorumdem, quæ cum referant nomen Io. Antonij, idem
est ac religionis, quæ ei successit: deinde id procederet, si
lis tantum esset inter Io. Paulum, & mercatorem, tum
enim inscriptio libri prodesset, Bart. in l. si patronus, C.
2 com. vtr. iud. nu. 6. At hic concurrit etiam religio, q̃ pe-
tit eas pecunias, tamquam in fraudem traditas a fratre
Io. Antonio in fauorem filij, ꝙ ei non licuit, Bart. l. 1. C.
de nou. vbi Alex. Ias. l. 6. de vulg. Dec. consil. 311. & sen-
tentia hæc satis videbatur alijs placere.

DE-

DECISIO CDVI.

Romana fideicommissi, 9. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Hæredes in testamento nominati, aliquando soli filij dicuntur, aliquando & alij etiam extranei.*

2 *Mentione facta filiorum in institutione, in substitutione verbum hæredibus, de filijs venit intelligendum.*

3 *Testatorem voluisse anteponere per testamentum in institutione hæredes extraneos suis, non est verosimile.*

REliqua pars dubij, quæ omissa fuit, die 14. Februa-
rij in hac caussa hodie a me fuit proposita, videlicet
1 *an hæredes Antoniæ vocati in testamento, intelligerentur
tantum de filijs nulla habita ratione quomodo succederent,
an verò de hæredibus qui omnino succederent, an verò de
hæredibus in casu nostro?* Atq. ita Lucretiam institutam
in re certa esse admittendam circumscripto tñ concursu
personarum aliarum, si quæ fortè adessent, ratio præci-
pua ea fuit, de qua Bart. Castrens. Soc. & Ias. in §. etiam
2 si parente, nu. 28. quòd supra, † vbi in institutione facta
est mentio de filijs, tunc in substitutione etiam verbum
hæredibus intelligitur de filijs, ne videatur testatorem
prætulisse extraneos hæredes substitutis extraneis hære
dibus filij, & sequitur Cæpol. l. hac edi. appellat one, de
verb. signif. nu. 3. versicu. item ponit, & declarat optim.
Cast. d. §. etiam si parente. Quidam dubitauerunt, eo ꝙ
in q̃stione nostra fuit substituta Antonia, ac eius heres,
quæ caussa videtur esse de simili, exemplo Doctorum,
3 sed tamen omnino est eadem ratio, siquidem † non est ve
risimile Andream testatorem anteponere hæredes ex-
traneos Antoniæ hæredibus extraneis filij sui. Igitur di-
cendum est, eum fuisse de filijs tantum Antoniæ, & qa
replicabatur, ergo, si filij Antoniæ præmortui essent, aut
illas eos exhæredasset, hæc substantia euanuisset. Respõ
sum fuit hunc casum non accidisse, ideò in eo nobis non
esse laborandum.

DECISIO CDVII.

Hispalen. beneficiorum, 9. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Papa potest Comiti concedere priuilegium durante vita præsentandi ad certa beneficia, ac si esset fundator vel dotator.*

Et an hoc priuilegium extendatur ad beneficia vacantia in mensibus reseruatis ex regula reseruatoria octo mensium nu. seq.

3 *Iuris fictione Papa concedens priuilegium Comiti præsentandi ad beneficia tributum videtur iuspatronatus.*

1 COncessum fuerat Comiti de.... Priuilegium † a Pa-
pa valdè amplum, vt durãte eius vita haberet ius
præsentandi ad certa beneficia, proinde ac si esset ex fun
datione, & dotatione cum alijs clausulis amplissimis,
eoq; Comes dicebatur exposuisse 250000. scutor. in ere-
ctione Ecclesiarum hospitalium, & quotidie etiam ex-
2 ponere. † Cum vero postea accidisset casus vacationis
vnius ex beneficijs in mense reseruato, & Comes vnum
præsentasset, & alteri prouidisset Papa, dubitatum fuit,
an esset locus priuilegio ob regulam reseruatoriam octo
mensium Pauli Quarti: vix autem a me proposita caus-
sa in Rota, Domini aliquot dixerunt, hunc casum in ter
minis aliàs conclusum fuisse in fauorem priuilegij Co-
mitis, vt apud Mohed. 350. Put. 3. in 2. lib. & in addit.
Sarnen. ad regu. de annal. q. 27. mandatumque mihi, vt
decisiones illas colligerem animaduerteremq. an ad rẽ
facerent, ac parti ostenderem, postea, si quod dubiũ su-
peresset, proponerem rursus: interim verò omnes incli-
nare videbantur in fauorem priuilegij, vt secundam nõ
comprehendat, cum ad eum non spectent, quæ sunt iu-
ris patronatus. Rot. in num. 332. Lap. alleg. 69. Curt. de
nou. patr. versic. competens, q. 24. & quamuis videretur
3 hoc tentum, nisi in priuilegio, tamen id fingi a Papa, ac
si esset ex fundatione, quòd & probauit, & facit consil.
Socin. primum, nu. 10. cum seq. in 1. Ruin. consi. 86. nu.
14. in 3, sed hæc obiter tantum dicta fuerunt.

DECISIO CDVIII.

Neapolitan. pecuniaria, 9. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Fides testium licet diminuta sit, non tamen omnino facit ob id testem repelli a testimonio.*

2 *Testes in caussa se habentes vt fautores, sunt plurimum suspecti, & ex hoc illorum testimonium labefactatur.*

QVoniam exceptiones circa personas testium aliàs
a me proposita, die 4. super eodem inclusæ non
potuerunt tunc omnes a Dominis discuti, sed tres reli-
ctæ fuerunt postea agendæ, hodie cum esset Rota inculcata
in materia recens in animos Dominorum illos pro-
posui, qui responderunt quoad quartum, iuxta ordinẽ
aliàs propositum, eam nihil obstare, quia superueniens
ius habens non repellit testem, qui iam pro testimonio
dixit Dec. cons. 163. eodem modo circa quintam statue
runt, ex quo non debet testis sane reijci. Roman. consil.
186. num. 8. quoad sextam autem quamuis aliqui senti
1 rent, multum ea † diminui de fide testium, non tamen
prorsus eos repellendos, Fel. c. cum nobis, de testa. Rot.
in nou. 152. de appel. tamen, quia aduersarius dicebat,
2 testes nominatos in hac exceptione se gessisse, vt fauto-
res in caussa remissoriæ, cum ab eis remissio vigeret, vi-
sum est hinc colligi perspicuum iudicium summæ affe-
ctionis eorum erga caussam, quę labefactat prorsus eo-
rum testimonium: hoc ego tamẽ maturius ex facto ipso
intelligam, & si ita res se habeat, admittam omnino, vl-
timam exceptionem, & testes vltimos repellam.

DECISIO CDIX.

Salam. beneficiorum de los Santos. 14. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Regula de impetrandis beneficijs familiarium, an habeat locum in beneficio litigioso.*

2 *Beneficia vacantia in Curia comprehenduntur sub regula de impetrandis beneficijs familiarum prælatorum.*

3 *Beneficium litigiosum, an dicatur reseruatũ, posito, quòd Papa conferens tale beneficium tollat litigium.*

1 DVbium in eo præcipuè vertebatur, † *an regula de
impetrandis beneficijs familiarium habeat locum in
beneficio litigioso, si quidem constabat Didacum Capoda tẽ
pore quo erat familiaris, habuisse litteras executoriales su-
per huiusmodi beneficio, sed quoniam decesserat, deinde a fa
miliaritate, antequam moreretur, non videbatur probari
necessariò eum obtinuisse, hoc beneficium tempore familiari
tatis, licet tempore mortis esset in possessione illius*. Conclu-
sum fuit regulam comprehendere beneficia litigiosa du
plici præcipue ratione. Primò quia, vt refert Sarnen. in
d. regul. q. 8. excipiunt tantum casus subrogationis, in
quo consensus Cardinalis non requiritur, sed collitigãs
admittitur iure subrogationis, ob rationem particularẽ.
de qua ibi Sarnen. quia etiam sentit tunc collitigantem
non admitti, vbi subrogationis auxilio nõ uteretur, ita-
que in alijs casibus non admittitur regula generaliter,
quæ instituta fuit in prærogatiuam Cardinalium, ac fa-
2 uorem illorum. Altera est ratio, quia regula procedit ẽt
in beneficijs uacantibus in Curia, quia uulla datur ma-
ior reseruatio, qua ex re apparet præualere hoc casu pri-
uilegium Cardinalium reseruationi Papæ, quę ad hunc
casum non extenditur, ut per Sarnen. d. reg. 4. q. 15. Nõ
3 obstat, ꝙ beneficium cum sit litigiosum, dicatur reserua
tum: nam, vt modo dicebam, hæc ratio non attenditur,
deinde ẽt in terminis huius regulæ, ubi familiaris mo-
ritur, Cardinalis consentit tantum in fauorem alicuius
ceterum Papa ipse confert beneficium, ex qua collatio-
ne facta, a Papa tollitur uitium litigiosi, cum per apposi
tionem manus Papæ uitium purgetur.

DE-

DECISIO CDX.

Cauallicen. Roman. pecnniaria, 14. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Cessio aduersus debitorem facta non comprehendit fideiussorem eius, qui diuersa persona est a principali.*

2 *Obligare se pro aliquo, qui non est soluẽdo nemo ex verosimili coniectura velle præsumitur.*

CVm Episcopus Ponzetta cessisset D. Anto. creditũ, quòd sibi cõpetebat aduersus Canallic. & cessisset bonis, & fuisset Oeconomus quidã cõstitutus, qui inter creditores bona distribueret, & ꝓ eo fideiussisset D. Paulus Stenichins, dubitatum fuit a me vigore cessionis sibi factæ, an posset Antonius agere contra Paulũ fideiussorẽ.
1 Rota respondit, non posse, qm̃ † cessio aduersus debitorẽ facta non cõprehendat eius fideiussorem, qui diuersa persona est, Bal. Innoc. Alex. l. si vero sol. matr. Alber. l. venditor actionis, de hær. vel act. Spec. de cessio, art. 29. vbi Io. Andr. Alb. de Rub. C. hæred. vel act. col. penul. Cum. 183. Ias. l. non quomodocumque, § qui caussam, de lega. 1. Iacob. de Aren. in tract. de cess. art. . . . Quæ opinio non communis, & procedit quando credit specialiter certũ debitũ aduersus aliquem multo magis admittẽdum est in casu nostro, vbi Paulus non fideiussit specialiter pro debito competẽti in fauorem Ponzettæ, sed generaliter ꝓ oib. fructib. administrãdis in Oeconomia. aliquib. dubium mouebatur, ꝙ tempore cessionis factæ Episcopus Cauallicen. iã erat admissus in ca. Odo-
2 ardus, † vnde verisimile non est Antonium voluisse suscipere obligationem aduersus Cauallicen. quem videbant non esse soluendo, sed responsum fuit, verba instrumenti esse clara, quæ tantum referunt se ad dictum Cauallicen. ideo cessio ad alios non est extendenda, & quãuis ita cogitaret, hoc tamẽ nõ sufficit, nec debet alijs præiudicare. Dictum fuit, etiam factum fuisse retrocessionẽ, sed quoniã hoc erat extra punctũ, nihil in hoc fuit firmatũ. sed tamen ex priori ratione conclusum nõ cõpetere Antonio actionem aduersus D. Paulum fideiussorem.

DECISIO CDXI.

Pampilon. beneficij de Villa Franca, 18. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Simonia realis commissa, & obiecta, an rescindat sententiam iam latam.*

2 *Realis simonia admissa per aliquem, parit inhabilitatẽ ad beneficia obtinẽda, non tamen ad iam obtenta, in quibus non fuit admissa simonia.*

3 *Simoniaca fraus alicui obiecta qui de ea antequã obijceretur absolutus fuit a Papa, non impedit rata esse quę ab eo gesta fuerunt.*

1 LAta iam fuerat sententia ab alio iudice, & nunc coram mę obijciebatur de † reali simonia cõmissa, ob quam rescindere tẽtabant sententiam, ideo dubitaui, an ex actis constaret de talia simonia, quæ obijcitur, quę nõ fuit cõmissa super hoc beneficio, de quo agitur, verũ su-
2 per alio, & ante litem cęptam, † quæ inde vertitur, ideo quãuis ex ea dici posset, cũ inhabilem effectum quoad beneficia obtinẽda, non tamen in alijs beneficijs iã obtẽtis, super quib. non fuit versata simonia. Et ita procedit extrauag. cum detestabile, vt per Fel. in c. de simon. in d. vers. simoniacus. Paris. cons. 29. in 4. Secundo quoniã antequam ei obiecta fuit hæc simonia, prout inde oppo-
3 nitur, † ille impetrauit iam absolutionẽ a Papa, de quia in actis, vñ gesta ab eo subsistere rectè potuerunt, vt in c. pia, de excep. in 6. nec dicatur non valuisse reseruationem ab eo tamquam ab excõicato impetratam, vt in c. 1. de rescrip. circa prin. de off. deleg. videlicet, vt concedatur, etiam id fortè procedere, vbi opponitur & exceptio, tamen cum in casu nostro fuerit iam impetrata absolutio, dubia prorsus cessant, Crescen. 223.

DECISIO CDXII.

Vercellen. moderat. inhibit. 18. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Cautione præstita a parte, veniunt inhibitiones moderandæ, maximè cum illa præstita sit in vim commissionis aduersariorum.*

2 *Commissio ita ordinaria parte potest, vt habita cautione cetera firma persisterent sine præiudicio legitima executionis.*

3 *Rota non solet decernere executionem nisi habita cognitione iustitia caussæ.*

PRoposui dubium, ꝙ summatim complectebatur tam ferè seriem caussę vt scirem *an essent moderandæ inhibitiones in fauorem Rainerij ad dandum mandatum de manutenendo, aut his omnibus discutiendũ negotium principale*. Domini responderunt vnanimes moderandas esse
1 inhibitiones varijs de caussis, sed † præcipuè, qa Rainerius repetitur nunc cautionem, præstitisse iuxta commissionem impetratam ab eius aduersarijs, cui cum ipsi acquieuerunt, non possunt obijcere prima attentata, q̃ prætenduntur ab illo commissa, quoniam ea non tantũ fuerunt ab auditore reiecta, verum etiam ea ipsa negle-
2 xisse videntur, cum passi sunt ea † commissione concedi illi, vt præstita cautione cetera starent præiudicio legitimæ executionis: & qm̃ dicebatur Dominum Rainerũ sibi præiudicasse in vltimis commissionib. vbi transtu-
3 lit executionem in Rotam, cum † Rota numquam decernere executionem soleat nisi habita cognitione iustitiæ caussæ, responsum fuit illas commissiones non transferre executionem, nisi quatenus cautio, de qua tunc agebatur, fuisset legitimè præstita, quo casu mandatur, vt procedat, prout in his: verum cum cautio illa haberet, & Rainerius ea nõ vtitur, nec vti posset, sicque executio facienda a Rota, respiciebat tantum illud emergens ꝙ postea aliter cecidit. Ex his itaq; statuerunt Domini melius esse partes moderari tantum inhibitiones, executionem aũt relinquere faciendam iudici ad quem spectat, nec deberet eam diuidere, aut adiudicare fructus, aut similia, quoniam hæc omnia spectant ad A. C. qui videbit quomodo, & qua parte hæc sunt exequenda intra decretum ab eo alias factum.

DECISIO CDXIII.

Pampil. matrimonij, seu professionis, 23. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Per contradictas proceditur, vbi sæpe monitus principalis etiam per litteras post lapsum aliquot mensium non comparet, vel non respondet.*

2 *Matrimonij validitas, vel non, cum in arduum cadat, & maximè considerabile plerumque ex testium depositione dependet.*

1 QVoniam † procedebatur per cõtradictas, eo quòd procuratores constituti non voluerũt acceptare, & iam fuerunt elapsi plures menses, & principales potuerunt ẽt admoneri ab agentib. eorum, & familiarib. in Curia. Quinimo retulerunt mihi ijdẽ se iam sæpius ad principales scripsisse, & sibi nihil vnquam respõsum fuisse, idcircoque se nolle in hac caussa immiscere, statui cum altera pars maxime vrgeret, & iam lapsi essent tres menses, proponere caussam circa caput de validitate ꝓfessionis, & quoniam res est maximè ardua, & pendet a
2 depositionibus testium, † ꝙ deinde a me factum fuit, quib. auditis, dixerunt, aliunde probari iam & merum, neque posse super hoc capite præiudicare reseruata discussione validitatis matrimonij in aliud tempus.

DECISIO CDXIV.

Cauallicen. decimarum, 23. Maij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Laudum in decimarum comprobatione, an suffragetur, vel obsistat.*

1 MAgis inclinabant Domini. † laudum nihil obsta-
re Celestinis. Et ita dixerunt aliqui sensisse etiam
Rotam die 16. Nouembris 1556. corã D. Ant. Augusti-
no, ob eius obseruantiam ego subrogatus fui. Attamen
nihil fuit firmatum, quoniam cum non remissoria In su-
lanorum adiuisset, iussum fuit cõmodius esse, vt ea inspi
ciatur an aliquid probet, aut si fortè ex dispositionibus
illis laudum hoc declarari possit, aut aliàs circa laudum
tantum dubium proponatur, quoniam multipliciter Ce
lestini id prætendunt impugnari posse.

DECISIO CDXV.

Hispalen. beneficiorum, 23. Maij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Regula reseruatoria octo mensium, an habeat locum contra
Papale priuilegium concessum, de præsentando in vim
patroni.*

QVoniam verba priuilegij non erant data omnibus
Dominis, noluerunt quidquam firmare. Non du-
1 bitabant autem cum † regula reseruatiua non haberet
locum in priuilegio simplici, ideo de hoc quærendum
non esse dixerunt, sed vt post hac proponerem dubium
huiusmodi videlicet, *an regula reseruatoria octo mensium
Pauli Quarti comprehendat beneficium de quo agitur &
detur copia priuilegij Comitis.*

DECISIO CDXVI.

Salamantini beneficij de Babilla fonte,
28. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Familiarem esse alicuius prælati per depositionem testium
an sufficienter probetur.*

2 *Cardinalium familiares descripti in matricula, si inter eos
non reperiatur descriptus, qui se dicit familiarem, an
ob id non sit habendus pro familiari.*

DVbitabatur *an testes probarent familiaritatem Gar-
sia de Aluaro?* Et data copia depositionum, Domi-
1 ni dixerunt, † satis probari præsertim ex primo, 4. & 5.
& alijs etiam, & in hoc nulla fuit difficultas. Intellexe-
runt autem hoc circumscripto Rotulo, de quo obijcieba
2 tur, quoniam de hoc alias agetur, si quidem † prætendit
Vicarius omnes familiares Cardin. ibi reperiri descri-
ptos, & hunc nõ nominari inter eos. Item etiam circum
scripto tempore, quo permansit familiaris. Dixerunt
etiam mihi, ut diligenter inspicerem, quomodo se habe
ret interrogatorium 18. & an tempus quatuor mẽsium
esset rectè articulatũ. Nam licet in examine videãtur re
ctè deponere, quia tñ referunt se ad tempus, de quo in
articulo sine interrogatorio, ideo hæc sunt cõsiderãda.

DECISIO CDXVII.

Barchionen. anniuersariorum, 28. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Nullitates obiectæ contra compulsorialium processum si
friuolæ sint, meritò reijciuntur vt inutiles a iudice.*

2 *Vicarius, qui compulsoriales concedit, legitimã debet ha-
bere potestatem eas concedendi.*

3 *Regularis Canonicus sine licentia speciali sui superioris
non potest idoneus esse, vt concedat compulsoriales.*

1 FVerant propositæ variæ nullitates contra quendam
processum compulsorialium ad impugnãdũ eius fi-
dem. Omnes autem fuerunt reiectæ tamquam friuo-
læ, duabus exceptis, de quibus dixerunt seorsum agen-
dum esse. Altera est, an scriptura extracta ex illo archi-
uio.... & Notario plurima instrumenta in hac eadem
caussa sumpserint, & alia concurrant, quæ simul in du-
2 bio aliàs proponendo colligan. Altera est circa perso-
nam Vicarij compulsoris, an fuerit legitimata coram
3 Domino Reomano. Domini dixerunt Canonicum re-
gularem absque licentia superioris non videri idoneũ
compulsorem, nunc verò cum productum fuerit in-
strumentum quo constat hunc compulsorem iam fuis-
se electum Vicarium generalem, & tunc temporis Vi-
carium esse, videndum erit, an hoc sufficiat, ceteræ nulli
tates committuntur ex vniuersalibus, de quibus in in-
formationibus.

DECISIO CDXVIII.

Vercellen. Canonicatus. 18. April. 1557.

SVMMARIA.

1 *Attentata facta in partibus ob non ideoneã præstitã cau-
tionem, an sint nulla, & ob id censura etiam illata.*

2 *Pars si in suspicionem venit caussam protelare, vt defati
get aduersarium in petitis, non est audienda.*

CVm superioribus diebus mandasset Rota, vt man-
darem inhibitiones in fauorem Rainerij, atque ita
eas esse moderatas; petebat nunc Capitulum primò, vt
1 reuocarem, & vt declararem † attentata, ac nonnulla
alia acta, quæ fuerunt facta in partibus de anno 1555.
ob cautionem non legitimè præstitam, & consequenter
declararem censuras esse nullas, quæ tunc fuerunt latæ
cõtra Cetuolam, vt alias coram me decisum fuit in hac
eadem caussa, die 3. Octobr. 1557. Secundò petebat, vt
post moderatas iam a me inhibitiones, inciperem nunc
cognoscere super negocio principali, prout etiam alias
conclusum fuit posse cognosci coram Dom. Reomano
in hac eadẽ caussa, die 21. Octob. 1555. & decis. Afflict.
131. Rainerius respondebat, nihil omninò agendum es-
se donec Capitulum pareret mãdato de manutenendo,
quia hic actionibus quærebat eum vexare iniquè: Pro-
posui caussam in prima audientia post alios. Et quãuis
stricto iure rationes Capituli viderentur admitti posse,
2 tamen quia magna erat † suspicio, hæc omnia requiri
a Capitulo, vt diutius fatigaret Rainerium, nec sineret
eum ad mandatum de manu tenendo peruenire, man-
dauit mihi ne Capitulum his in rebus audirem, donec
omninò paruisset, cũ scirẽ de decretis Rotalibus, & am
plius non indulgerem vllis Capituli propositionibus,
nisi ab eo omnia prius ex decreto Rotæ essent *impleta.*

DECISIO CDXIX.

Hierosolymita. pecuniaria, 20. April. 1557.

SVMMARIA.

1 *Pecuniæ registratæ in libris mercatorum cuius esse præsu
mantur, an patris, vel filij, qui erat pupillus, & nequa-
quam industriosus.*

2 *Cauallerìatus quomodo probetur ex filij pecunijs non pa-
tris emptus fuisse.*

QVærebam, an pecuniæ, de quibus in libris merca-
1 torum † præsumerẽtur fuisse fratris Ioan. Anto.
an vero Ioã. Pauli filij eiusdẽ, & tũc pupilli, & pssertim
partita quadã Cauallerìatus vẽditi pro scutis 825. pro-
ut in ea responsum fuit, pecunias de quibus in partitis
præsumi fuisse profectas a Patre Io. Anto. non solum,
quia filius tunc erat pupillus, & nõ industriosus, iuxta
glos. & Docto. in l. cum oporter. C. de bonis q̃ lib. Corn.
cons. 247. in 3. Sarn. cons. 81. in 4 verum etiam, quia ex
libris ipsis mercatorũ in nonnullis partitis apparebat va-
2 rias pecunias depositas fuisse a Patre ipso scribẽdas, † iñ
nomine filij. Quo ad Cauallerìatum dicebatur, ipsam
pecuniarum receptionem prouenisse ex re filij, quoniã
officium q̃d vendituũ fuit erat ipsius filij, ideo cessat hæc
psumptio de pecunijs patris, aut aliũde. Hęc est alia quę
stio, & aliqui sentiebant, teneri religionem clarius pro-
bare intentionem suam, quia potuit hoc officium ei esse
donatũ a Papa. Imò supplicatio ipsa officij titulo dona-
tionis est concepta, sed plures contra, quoniam a com-
muniter accidentibus emuntur officia, quo casu præsu-
mitur, & hoc ipsum emptum pecunia paterna *iuxta di-
ctam legem cum oportet.* Dixerunt ergo diligenter perqui
rendum esse in libris Datarij, indeque apparebat, an fue
rit verè venditus, an emptus, & a quo.

DECISIO CDXX.

Taruisina matrimonij. 20. April. 1557.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Matrimonium negatum esse contractum per verba de praesenti ex parte mulieris, an possit per testium depositiones probari.*

2 *Testium depositiones formiter Rota Auditoribus in caussis matrimonialibus tradi debent.*

ERat lis inter Io. de Caluis, & Margaritam, quoniam asserebat Ioãnes contractũ fuisse matrimoniũ inter eos per verba de praesenti, & cum lata fuisset sñia Venetijs in fauorem Margaritae, pendebat inde appellationis 1 caussa corã me, quare primũ dubitaui, an ex testib. probaretur matrimoniũ inter eos contractũ saluis exceptionib. nihil autẽ fuit conclusum, qm̃ res continere videba-2 tur aliquid difficultatis, in no. in c. ex parte, de spons. vnde voluerunt Domini, vt eis formiter traderentur verba omnia testiũ circa hoc caput, & si quid aliud huc pertinet, quod obtuli me in alia audiẽtia accuratè factũ tum.

DECISIO CDXXI.

Cauallicen. dissolutionis vnionis, 27. Aprilis 1557.

SVMMARIA.

1 *Compositio in controuersia mota fieri non potest vna partium non habente a suo principali mandatum ad id faciendum.*

2 *De sententia reuocatione, quando agitur, pars, si audiri velit, de iure est audienda.*

CVm fuisset a me superius bis aut ter dubitatum, *an sententia D. Chissanen. posset defendi ex capite iurisdictionis, cum ei obstaret Clem. si appellationem, de appell.* Et Dñi mãdassent, vt si fieri posset, caussam componerem, 1 retulissemq; rem non potuisse componi, eo q; altera pars ad ea mandatum non habebat, quae in hoc peragendo non erant necessaria, dixerunt, vt dubium in eo concluderem, an in casu, de quo agitur, caussa appellationis, & negocium principale sit idem, q; quidẽ a me factũ fuit, & cum bis tractasset pars incolatum, vt informarem super hoc dubio, tamẽ id proposui altero etiam informãte, & res Dñis visa fuit satis clara, videlicet, idem esse negocium ad effectum de quo agitur, Aegid. 236. in fin. 2 & 237. quia tamen agitur de reuocatione sententiae Auditorũ, si pars vult audiri, super aliquo capite audiatur.

DECISIO CDXXII.

Salamant. beneficij de los Santos, 27. Aprilis 1557.

SVMMARIA.

1 *Gratia an subreptitia dicatur non facta mentione in ea eorum, quae ad id videntur requiri.*

2 *Papa agrè concedit gratias vergentes in praeiudicium alicuius Cardinalis.*

3 *Clausula, dummodo Cardinalis consentiat, praeseruat ius Cardinalis.*

4 *Clausula gratificationis posita in gratia alicuius Cardinalis, iuris fictione facit illam anteriorẽ alijs impetratis.*

5 *Concurrentibus gratijs duabus, quae validior est praeualet, ex illa imbecilliori.*

6 *Pura gratia non dicitur ea, quae a consensu alicuius praelati, vt Cardinalis, vel alterius dependet.*

7 *Commenda acceptata vigore gratiae a Cardinale, cum in ea ius iam habeat quaesitum perfectè, non potest a se abdicare sine consensu superioris.*

QVoniam haec caussa fuerat a me praeteritis mensibus saepius proposita, & nihil vmquã certi super hoc capite firmatum, statui nunc distinctius de ea Dominos consulere, vt scirem omnino, *an gratia Alphonsi posset sustineri stante commenda Card. facta eadem die, cum clausula gratificationis, & alijs, de quibus in dubio* 1 *pro cuius clariori decisione visum fuit Dominis, rem in 4. capita distinguere?* Primum fuit, *an gratia Alphonsi dicatur subreptitia, quia in ea non est facta mentio de gratia Cardin. sed potius praeseruat caussam, cum sit concessa accedente illius consensu, quo casu non dicitur subreptitia. Aegid. 719. ver. quod dicendum, Bertrah. c. litteris. de rescript. in* 2 *1. lectura, num. 47.* † Verum etiam, quia aequè concessurus erat Papa hanc gratiam; facta, aut non facta mentione commendae Cardin. ex quo secundum eius consensum vult necessarium in hac gratia Alphonsi, vnde excluditur subreptio. Lap. alleg. 89. nu. 6. & seq. Felin. in c. super litteris. de rescript. nu. 13. Paris. cõs. 82. in 4. nu. 35. Secundum est, an c. si tibi, de praeb. in 6. obsistat gratiae Alphonsi? Et responsum fuit non obstare, & praecipuè 3 ob illam clausulam, dũmodo Cardinalis consentiat, quae praeseruat ius Card. & nihil verè tribuit Alphonso nolẽte Cardin. Nec etiam prohibet illud tex. quo minus facta prouisione pura in fauorem alterius sub modo, aut conditione, praesertim quando hic modus pendet a voluntate primi prouisi, & Doctor. quia aliter videntur sentire loquuntur, aut in secunda gratia purè facta, aut id affirmant ratione subreptionis, ut per Franc. d. cap. si tibi, num. 10. 14. quae subreptio cessat in casu nostro: addebatur & alia ratio, quòd hic non constat gratiam Cardin. fuisse anteriorem, vnde non est locus d. cap. si tibi. Item quòd ille text. non habet locum in Papa, vt sentit Abb. cap. accedeos, de praeben. num. 3. & in c. pen. de postul. praelat. in fin. uers. ex quo, & c. referetur, & in terminis firmat Guid. Pap. cons. 48. sed quoniam non-4 nulli dissentiebant: † quoniam in gratia Cardin. adest clausula gratificationis, quae fingit eam anteriorem, dictum fuit collectarum, in c. Ecclesiae, de sortileg. numero 6. velle eum tex. loqui etiam in Papa, unde prior ra-5 tio magis fuit probata. Tertium est, *an ex quo concurrit gratia Alphonsi cum gratia Cardin. quae est validior, & habet clausula gratificationis dicatur gratia Alphonsi vsque ab initio esse extincta, ita vt etiam cõsentiente postea Card. non possit executari, quod caput etiam alias bis aut ter in hac caussa fuit propositum.* Et cum multa adducerentur pro inualiditate gratiae, de quibus in informationib. & praesertim ex dec. Rot. 422. in antiq. Ioan. Andr. c. statutum, de praeb. in 6. col. 1. ubi Gemin. num. 6. & Sarn. reg. de praeb. q. 17. nu. 6. & reg. de subrog. nu. 17. & Bisignet. 23. 6 de praeb. tamen conclusum fuit pro ualiditate, quoniam gratia Alphonsi non est simpliciter pura, sed pendet a consensu Card. unde non concurrit, nec certat cum gratia Cardin. sed potius ei submittitur, ideo ualere potest, Rot. in antiq. 958. nu. 7. & Sarn. in reg. de public. resig. q. 18. uers. non obstat si dicatur: Contraria autem loquuntur in duabus gratijs priori, & haec Alphonsi non est omnino pura, & pendet ab eo, qui habet gratiam pinguiorem, cum igitur non ualeat. Idem que colligitur ex dicta decis. 422. in antiq. facit, & pro hac parte cons. Socin. 115. in 5. Inn. c. ex ore, de his, quae fiunt a praelatis, cum alijs allegatis. Quartum caput, *an Card. acceptauerit gratiam suam ante consensum in fauorem Alphonsi, in quo nihil est firmatum.* Nam litterae reperiuntur quidem expeditae Card. sub eodem die, sed tamen dicunt expeditionẽ post multos mẽses factam uerè fuisse, quamuis ex stylo ponatur sub eadem die: qm̃ erat absens. Dixerunt igitur, ut dubium circa hoc restringam, an cõstet Card. prius acceptasse suam commendam, quàm consenserit 7 Alphonso, uel econtra. Nam si Cardin. acceptauit prius, tunc quia sibi ius erat perfectè quaesitum, non potuisset id a se abdicare sine consensu superioris, aliàs contra.

DECISIO CDXXIII.

Roman. attentatorum, 4. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Commissio si dicat, si quid sit exequendum, ante omnia exequatur, & attentata reuocentur, si qua sint, vtrum prius de executione, an attentatorum cognitione veniat inchoandum.*

2 *Oliuarum plantatio subrogata in locum vitium, & frumenti, an faciat ad priores, & solitas decimas Religiosis obligari incolas loci.*

3 *Laudum non impedit solutionem decimarum, cum quotam fructuum respicit, non speciem eorumdem.*

4 *Incola a decimarum præstatione Fratribus Celestinis debitarum, non liberantur ob id, quòd in laudo in specie illarum mentio non sit facta.*

5 *Subrogatæ fructuum alterius generis, vel speciei a prioribus, non præbent liberationem solutionis decimarum.*

6 *Incola ad solutionem decimarum non tenentur Religiosis quando in quasi possessione sint non solutionis, idque a tempore immemorabili.*

FVeram adiunctus datus vni ex clericis Cameræ in
1 hac caussa, & commissio dicebat, *vt si quid exequendum esset in primis, & an omnia exequerētur, & attentata
si qua essent reuocarentur?* ideo quæsiui in Rota, *an primo
mihi incipiendum esset a cognitione negotij quoad executionem, an verò ab attentatis esse cognoscendum, & ita semper
Rotam seruare, non obstantibus illis verbis in commissione,
quoniā intelliguntur prout de iure.c.caussam quæ, de rescrip.*
Et deinde etiam quoad verba commissionis rem ita se
habere, quoniam cum mandet in primis, & ante omnia
nos exequi si quid sit exequendum, vtique satis cognoscit dispositionem, cognitionem, & exequutionem aliarum rerum, peruertunt insulani qui conueniebantur a
2 fratribus Celestinis ad solutionem decimæ oliuarū subrogatarum in locum vitium, & frumenti negabāt se teneri ob laudum quoddam olim firmatum inter eos, &
Præpositum villæ insulæ. Ideò dubitatum fuit, *an hoc obstaret petitioni fructuū*, Rota respondit nihil obstare. Pri-
3 ma ratio fuit, quoniam laudum id respicit quotam fructuum, non autē speciem fructuum, vt apparet ex petitione Rectoriæ, & responsione insularum, & ex serie ipsius laudi. Nā petitio est teneri eos ad integrā decimam:
responsum fuit eos non teneri, nisi ad rationē 25. & pro
alijs ad nihilū, & simil. laudum verò continet eos teneri
in quibusdā ad rationē 25. in alijs aliter, & prout in eo.
Nec obstat, quod in dicto laudo dicatur omnes præstationes
decimarum ibi concludendas, & subrogandas in illa cōpositione, quasi non teneantur insulani, nisi ad decimas
rerum ibi expressarum: Quoniam primò respondetur,
4 quāuis nihil in laudo de decima oliuarum soluenda dicatur, non tū intelligendum esse ideo insulanos ab eo liberatos esse, Bar. Bal. in l. 1. C. si aduer. rem iud. Abb. c. cū
inter, de re iud. nu. 23. Et quamuis videatur voluisse ibi
omnia complecti, id tamen respicit quotā fructuum, an
laudum sit conforme petitioni, Castrens. cons. 370. Aim.
188. in princ. quòd clarissimè constat in eodem laudo,
vers. & quòd tantū super ordinata, &c. vbi de alijs fructib. ibi non expressis, vel decimam solui ad rationē 25.
Alia fuit ratio etiam considerata pro Celestinis, quoniā
ipsi petunt decimas de oliuis, de vino, & grano, in cuius
5 locum fuerunt subrogatæ aliæ; non possint se excusare
ab huiusmodi oliuis, sicuti nec excusantur a decima uini, cum hæ duæ sint subrogatæ in locum uini, iuxta c. cū
in tua, vbi Abb. de decim. q. 14. num. 25. & 26. sed quoniam ratio hęc non uidebatur admodum tuta, quoniam
6 aliàs conclusum fuit tunc non teneri insulanos ad oliuas subrogatas, quòd non essent in quasi possessione immemorabili eas non soluendi, ob quam caussam fuerit
decreta eius remissoria eodē modo, ut prodesset eis hoc
laudum si ex eo quòd essent absoluti a protestatione decimæ oliuarum: Alij autem replicabant non posse laudum suffragari, cum eo tempore hic casus non accidisset. Tamdem omnes concluserunt tum ex prima ratione, tum ex alijs obiter relatis, hoc laudum nihil prodesse Insulanis, sed cum habeant hic remissoriam, uidendum esse an probent articulatam consuetudinem, & cetera omnia omittenda.

DECISIO CDXXIV.

Egitauien. parochialis. 4. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Mandatum an sufficiens dicatur ex eo quòd solum ad defendendum datum sit, non ad agendum.*

2 *Clausula in mandato posita, & quascumque res suo nomine facere, sufficiens reddit mādatum tam ad agendum, quam defendendum.*

3 *Clausula ad lites mandato procuratorio inserta, ipsius perfectionem producit.*

OBijciebantur duo præcipuè in hac caussa. Primò
1 *mandatū Aluari non fuisse sufficiens, cū fuisset ad defendendū tantū non ad agendū.* Secūdò in dubiū vocabatur, *an ex regula Iulij Tertij, de qua datum erat in actis, esset
reuocata facultas iudicij Portugalliæ?* Nam si erat reuocata, utiq; prouisio Aotonij nulla erat, cum ipse obtinuisset 11. menses, post reuocationem: quoad primam partem dictum fuit mandatū esse sufficiens iuncta iurium
productione si quidem ex actis, quæ uerisimile est, sibi a
principali transmissa fuisse qua ex re iuuatur præsumptio mandati, Felin. c. coram, de off. delegat. Cassad. 3. de
procurat. Quo ad igitur uerba ista mandati multi dubitabant ei non sufficere, quoniam uideretur pertinere ad
caussam defendendi, non agendi: alij tamen contra, præ-
2 sertim ex clausula quadam in fine, ibi, *& quascumque
res suo nomine faceret, requirere, defendere, & exponere,
prout ipse præsens posset.* Sed omnes dixerunt eam cessare dubitationē si apparerent hæc instrumēta postea fuisse producta, qui dixerunt, ut ego diligenter inspicerem,
quoniam etiam obijciebatur mandatum Antonij non
comprehendere hanc litem contra Aluarū. Fuit responsum unionem completam, cum mandatum sit ad hanc
3 caussam agendi, & defendendi, cum clausula ad lites, in
forma. Quoad secundam partem, dixerūt reuocata fuisse ex illa regula facultates... cum illa... constitutionem,
die 26. Febr. lata. Et ita sæpè fuisse decisum.

DECISIO CDXXV.

Samacen. parochialis Sancti Pelagij.
13. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Resignans in fauorem alterius, qui postmodum etiam resignauit nondum intercedente consensu prioris resignatarij, vtrum valida sit secunda resignatio.*

2 *Resignatarius secundus resignans tertio eo tempore quo ex non præbito adhuc consensu ius nondum habuit in beneficio, inualidè resignat.*

3 *Resignatio facta a resignante nondum plenum ius adepto an sit nulla, vel potiùs subreptitia.*

4 *Gratia supplicationis signata per Papam perfecta est conditionaliter accedente consensu in resignatione requisito principalis resignantis.*

5 *Consensus trahitur retrò semper ad diem datæ supplicationis, vel gratia in resignatione beneficiorum.*

6 *Res non integra existente in resignatione beneficij, an consensus retrotrahi possit, posito quòd de alicuius præiudicio non agatur.*

7 *Formalis & expressus consensus est in resignatione necessarius principalis resignantis.*

Et an consensus tacitus taliter prosit, vt possit prodesse resignatario. num. seq.

1 PEtrus resignauit in fauorem Ferdinandi nondū præstito consensu. Ferdinandus resignauit in fauorem
Gasparis. Postea Petrus præstitit consensum in fauorem
Ferdinandi, & Ferdinandus in fauorem Gasparis, an es-
2 set ualida, & quòd tempore suæ resignationis nullum
adhuc ius habebat, cum resignatio in eius fauorem facta careret consensu Petri. Idem obijciebatur Petrū decessisse in possessione beneficij, ideo obstare regulam de
publ. Nec prouisio Gasparis effectum sortiatur dubio a
me proposito, Rota conclusit ex his, quæ deducuntur
nihil opponi, quod canonizationē gratię Gasparis impediat: non enim obstat regula de public. cum Petrus
reser-

reseruauerit sibi fructus administrationem, & quo casu
resignatarius non astringitur regula, vt sæpius conclu-
sit Rota coram Dom. Oradino in caussa Foroliuien. 24.
3 Iulij 1557. Paris.cons.56. in 4. Non obstat, ꝙ † resigna-
tio Ferdinandi dicatur nulla, aut subreptitia, quia tépo-
re, quò resignat, nullum ius habebat, cum Petrus nullũ
consensum præstitisset: imò respondetur, nec ius aliqđ
4 habuisse, † cũ gratia ipsa ex supplicatione signata a Pa-
pa sit perfecta, sed tamen reuocabiliter donec consen-
sus præstetur: cõsensus igitur producit tm̃ ad exitum
5 gratiam ipsam, † quæ tamen antea erat valida, hincq;
consensus ipse semper retrotrahitur ad diem datæ, per-
inde ac si tunc consensisset. Cas. 1. & 2. de renunc. Ioã.
Pau. 30. Nec dicetur hic nõ posse retretrahi consensum,
6 † cum res non sit integra, ex quo iam Ferdinandus resi-
gnauit tempore consensus Petri. Nam respõdetur imò
retrotrahi, cũ hic nõ agatur de præiudicio alicuius, imò
hoc pacto confirmatur, & secunda resignatio, ꝙ etiam
videtur sentire saltē a contrario sensu Mohed. 85. q̃uis
prima facie videatur imminuere contra. Idemq; dicen
7 dum est, licet prima resignatio esset Card. cum reserua-
tione fructuũ, & necessarius esset expressus consensus,
ac formalis: nam eodē modo valet resignatio Ferdinã-
di, cum ille formalis cõsensus, q requiritur in prima resi
gnatione Petri non impediat, quo minus Ferdinandus
interim ius aliquod saltē ipse habebat, quia cũ deinde
Petrus consensit eo ipso, fit verisimile, cũ porrexisse sup
8 plicationē, & ita consensum tacitũ vsq; ab initio absuis-
se, vel quidquid opponatur eadem erit ratio, quoad resi
gnationem Ferdinandi, cũ consensus Petri præcedebat
consensum Ferdinandi ideo referendo, vt aiũt, singula
singulas oportet pari antepensari, & defenditur ẽt resi-
gnatio Petri, cum reperiantur litteræ hodie expeditæ
sub data supplicatione. Vnde secundum Crescent. vidē
dum est, & vsque tunc dicitur gratia valuisse, & fiē
Ferdinandus tempore resignationis suæ validum ha-
buisse.

DECISIO CDXXVI.

Neapolitan. fraudem, 13. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Mandatum procuratorium etiam litteris, & alijs modis fieri potest.*

2 *Gubernator tempore administrationis inceptæ habens bona, si deponant testes de eius paupertate, an probent.*

3 *Diues quis, & pauper diuersu respectu dici potest.*

CAussa ista tota nitebatur depositionibus testium.
Ideò alias dubitatũ fuit circa exceptiones, quoad
psonas testium Inde quæsiui de exceptionib. quoad di-
cta eorum, qm̃ variè opponebantur. Rota tamen con-
clusit, eas nihil obstare, & quoad primam, qm̃ produ-
ctum erat mandatum de anno 1538. prout in instrumē
to mandati. Verum responsum fuit, non ideo testes cõ-
uinci cũ potuerint illi etiam ante id tp̃s, tamquam admi
nistratores, eius res gerere. Mandatum .n. etiam litteris
perficitur ac alijs modis, ideò potuit aliud extare man-
datum, & testes ipsiusmet Religionis dicunt illũ ab an-
no 17. in curia fuisse procuratorem, & agentem Io. Vin
centij. Vnde appatet cũ annos 38. omnia administras-
se, quod eo magis placuit, quia hic non agitur de indu
cendo mandatum, sed tantum, si obiectiones tendunt
ad reprobationem testium, ideo dixerunt, non suffice-
re hanc solam præsumptionem. Quoad secundũ, quod
1 in verisimilitudine locationis † fieri a gubernatore no-
mine illius præsente Io. Vincētio. Quoad ternum, ꝙ nul
li dantur testes, respõsum fuit, non esse necesse, cũ simus
in antiquis, & adsit similitudo, vt patet ex testib. etiam
religionis. Quoad quartam non est verisimile, illum pu-
blicè fraudes cõmisisse in negotijs Io. Vincentij, & illũ
semper tolerasse, responsum id intelligi, quoad ipsos re-
stea; si tamen ita deponunt, quod quidem ego ex facto
2 iubebo. Quoad quintum, † ꝙ gubernator tempore in-
ceptæ administrationis haberet bona, & tamē testes de-
ponunt, cũ valde pauperem, responsum est, instrumen-
3 ta, quæ opponuntur, non esse magni momenti, † & habi-
ta ratione diuitiarum, quas postea acquisiuit, potuit tũc
dici pauper. Nec enim testes in depositione omnino cõ-
tradicunt articulo, aliqui tamen dixerũt, ex hoc aliquid
fidei detrahi posse, quod cõsiderabatur in dubio propo-
nendo circa scripturas, & tunc considerabitur, quanta
fides sit omninò adhibenda omnibus.

DECISIO CDXXVII.

Calagurita. dissolutionis vnionis, 16. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Appellationis caussa cum negotio principali non rarò coincidit, ita, vt vnum & idem esse dicantur.*

2 *Sententia, quæ notoriè iniusta est, non potest transire, in rem iudicatam.*

REpetij idem dubium, ꝙ etiam a me propositũ fuit
die 17. Feb. 1558. nec tamen omnino firmatũ. Ve-
1 rum † quoniam deinde 17. April. conclusum fuit caus-
sam appellationis, & negotiũ principale esse vnũ ac idē,
ex dec. Aegid. 176. in fi. & 117. res tũc nullam habuit dif
ficultatem, dixeruntque Domini nullã esse ob lapsa tem
pora appellationis .... si apppellationem de appell. vbi
Vital. col. 2. nu. 24. Guid. Papæ cons. 31. & ad allegata in
contrarium responsum fuit, prout aliàs die 17. Feb. pro-
cedunt enim ea omnino, vel vbi caussa appellationis di-
uersa est a negocio principali commisso in appellatione,
iuxta consil. Ruin. 114. in 4. cuius cõtrarium est in casu
nostro, & cũ iam decisum fuerit, idem est hoc negociũ
principale, & caussã appellat. Aegi. 236. in fi. & 117. vel
ea ꝓcedunt, vbi iudex adiretur principaliter super nego
cio principali nulla habita rõne appell. cuius contrariũ
apparet etiam in casu nostro, cũ & cõmissio ipsa, & sen-
tentia apertissimè ostēdat pronunciatum hic fuisse, tan-
quam super caussa appellationis, non tãquam super ne-
gocio principali, Mohed. 239. Ioan Pau. 41. non tamen
firmatũ fuit circumscripto capite notoriæ iniustitiæ pri-
mæ sententiæ: nã si de ea constet, tunc nõ potest transire
in rem iudicatam, & ita locum fuisse appellationi: vi-
dendum igitur erit, an constet de hac notoria iniustitia.

DECISIO CDXXVIII.

Ferentin. Paratæ, 16. Martij 1557.

SVMMMARIA.

1 *Testibus contrarijs existentibus in caussa, quæ quasi tota ex testium depositione dependet, quid sit agendum.*

2 *Quod oĩbus notissimum est, in dubium reuocari nõ debet.*

3 *Negocium arduum decidendum si offeratur iudici, & testium pugna intercedat ocularis inspectio per iudicem fieri potest, interimque suspendi dilatorie ipsa decisio.*

1 TEstes examinati in hac caussa † adeo erant contra-
rij, vt videre nunc non possem me satis tuto alte-
rutri parti fidere, & cum dubium, quod petebatur pro-
poni, totum penderet ab eorum depositionibus, & con-
trouersia nunc præcipuè verteretur, *an olim fuisset para-
ta in loco dicto la Rottura?* quòd quidem testes D. Virgi-
neæ omninò negabant, & testes D. Christophori intre-
pidè affirmabant, ideò quòd Christophorus recusabat
super hoc informare, dicens, id nolle in dubium reuoca
2 re, quod † esset omnibus notissimum & clarissimum:
quare petij a Dominis, vt vellet aliquem mittere in rem
præsētem, qui oculis rem inspiceret, & a vicinis omnia,
quomodo se habuissent, intelligeret, tum circa actoris
paratæ constructionem, quam nouæ, & si damnum in-
de vicinis poterat peruenire, &c. quæ ad caussam
decidendam sunt necessaria: placuit hoc Rotæ &
mandauit mihi huius causæ cognitionem, vt in locum
3 † me conferrem, & coram diligenter exquirerem, &
quoniam nunc negocia Rotæ instabant, dixerunt, vt

eam nunc decernetem, hanc differrem vsque in mensem Decembris proximum.

DECISIO CCCCXXIX.

Salaman. beneficij de Babilla fonte, 16. Martij, 1557.

SVMMARIA.

1 *Examen testium committere notario in partibus an liceat, cum plures testes præsentes sint in curia, qui examinari possint.*

2 *Stylus si sit de consuetudine examinare testes in partibus per vim remissoriæ debet obseruari.*

3 *Extra terras Ecclesiæ nõ admittitur, nisi ægrè, vt notarij testes examinent, vbi in curia copia testium dari possit, quãuis in terris vicinis aliquãdo id fuerit obseruatum.*

PArs obtinuit commissionem signatam arbitrio, &
committerem notario examen testium in ciuitate
Neapolis: datis interrogatorijs partis aduersæ, Garzias,
1 qui erat aduersarius, † dicebat, non esse hoc conceden-
dum, cũ adsint in Curia testes plurimi optimè de re in-
structi, qui possent examinari: Rota decreuit, quoniam
commissio erat signata arbitrio, ne hoc examen vllo pa-
cto committerem, quamuis etiam peteretur sine retar-
2 datione processus, & quod adsit † stylus consuetus exa-
minandi testes in partibus vigore remissoriæ ut quoti-
3 die vtimur: hæc † autem ratio committendi examina
testium Notario quamuis aliquando in locis vicinis sit
seruata, tamen extra terras Ecclesiæ nunquam esse per-
missum etiam si hic agi possit de præiudicio partis, ideò
non debere nos veterem morem mittere ac iure proba-
tum procedendi, scilicet obtenta remissoria.

DECISIO CDXXX.

Florentina Cambij, 16. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Computis non bene declaratis, mercatores parti ad declaranda verba apocharum an veniant adhibendi.*

2 *Caussa cognita a Rota computus ratione, vel Cambij, æquũ non videtur, vt electio fiat mercatorum ad declarationem calculationis.*

Limitationem vide istius, & intellectum, nu. seq.

ITem etiam quod super hac caussa domini responde-
runt, nam cum lis verteretur cũ quibusdam litteris,
*an in illis mãdatum esset, vt pecunia darentur econtra aut
aliter etiam fuissent examinati amplius quam 18. testes,*
& caussa sæpius proposita coram Caputaquen. Rota sta
1 tuisset in fauorem Pauli. † Nunc aduersarij obtinue-
runt, vt eligerẽtur mercatores periti, qui verba ea expo-
nerent quomodo ea essent accipiẽda, sed quoniam com
missio erat signata arbitrio, non placuit Rotæ hæc ele-
ctio, cum caussam iam cognouerit diligenter, nec æquũ
2 videatur, vt Rota cogatur acquiescere relationi illorũ:
3 dixerunt quidẽ me † debere personaliter exquirere opi-
nionem quorumdam mercatorum qui probi sint, ac pe-
riti, vt ita rectius in causa pronunciare possim. Sed hanc
rationem eligẽdi peritos quorum iudicio necessario sta-
re debemus, noluerunt admittere.

DECISIO CDXXXI.

Taruisina matrimonij 10. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Schedula conscripta ab vno prætensorum coniugum, an probet matrimonium contractum.*

2 *Confessio extraiudicialis mulieris duobus testibus probata, an matrimonij validitatem declaret, necne.*

3 *Multorũ testium singulariũ depositiones separatim factæ, non sufficiũt ad matrimonij validitatẽ comprobandam.*

4 *Schedula mulieris manu conscripta, an in matrimonio probando sufficienter recognosci debeat.*

QVærebant an ex depositionibus testium quorum
copia erat datas probaretur matrimonium cõtra-
ctum inter Margaritam, & Ioannem de Caluis, quo-
1 niam autem inter eos descripta erat † schedula quæ-
dam quæ prẽtendebatur manu ipsius Margaritæ conscri-
pta, Domini circa hanc schedulam nihil in præsenti fir-
mare voluerunt, visum est enim necessariũ esse particu-
lare dubiũ circa hoc proponere, scilicet, si certè cognita
sit, vt fidem faciat quoad cetera aũt, de quib. in dubio,
omissa hac schedula, an, s. ex illis probetur matrimo-
nium, varię fuerunt sñiæ. Nam multi inclinabãt potius
pro validitate matrimonij cõiungendo sibi plura admi-
nicula, veluti *depositionem Apolloniæ, quæ est de visu, &
plenissima*. Secundò, *depositionem Io. Annibalis in mul
2 tis, vbi est contestes Apollonia, quæ est de visu, & plenissima.*
Tertiò, *confessionẽ extraiudicialem ipsius Margaritæ pro-
batam duob. testibus*. Quartò, *cognitionem schedulæ tali-
ter qualiter*. Quintò *adminicula alia quatenus Margarita
in positionibus negauit, & postea conuincitur de mendacio
a pluribus testibus*. Alijs tñ non videbatur sufficere hæc
caussa matrimonij, quæ est grauis, cũ singula per se non
3 sufficiant, & † quia illa fama publica potuit habere ori-
ginem ex alia schedula, vnde nihil prodesset, nisi data
validitate schedulæ. Conclusum fuit primo ad euaden
4 das has difficultates, vt proponerem dubium, an † sche
dula esset sufficienter recognita, videbantur oẽs circun-
stantiæ probatæ, & ex ea postea esse matrimonium, quod
dixi me facturum, & alia extant in actis ad hoc nego-
tium pertinentia, quæ omnia simul coniunguntur.

DECISIO CDXXXII.

Carthaginen. Oriolen. iurisdictionis, 15. Maij 1555.

SVMMARIA.

1 *Probationes desumptæ ex testibus nulliter factæ, secuta sententia, an eam reddant nullam, & nu. 9.*

2 *Testes non rectè examinati, si tamen ea quæ deponunt aliter defendi possint de iure communi, deposito habentur in consideratione.*

3 *Iuris cõis vigore Præposito competit facultas corrigendi leui saltem correctione subditos clericos suæ Ecclesiæ.*

4 *Præpositus succedit aliquando in locum Archidiaconi, & eius vtitur prærogatiuis.*

5 *Iurisdictionem leniter corrigendi clericos sibi subiectos habet Præpositus beneficia prælaturæ.*

6 *Ius multandi non uenientes ad horas canonicas persoluendas, vtrum præposito vltra punctatorem conueniat.*

7 *Bene vel male an quis fuerit punctatus, iudicium spectat ad Præpositum.*

8 *Negotium quod in iure non versatur, sed in facto, an de iure communi defendi possit.*

10 *Limitari vnico verbo Bullæ, iurisdictionẽ Præpositi, durũ est, & contra ius cõmune, & naturam talis dignitatis.*

CVm esset quæstio inter Præpositum, & Canonicos
fuit olim lata sententia in partib. pro Pręposito, &
altera pro Canonicis; cum caussa esset deinde ad Rotã
deuoluta: Dominus Caputaquen. eius Auditor, senten
1 tiam in fauorem Præpositi confirmauit, sed quoniam
in ea multa tribuebantur Præposito, quæ dicebant Ca-
nonici sumpta esse ex quibusdam probationib. testium
nulliter factis. Itemq; sñiam super his fundatam non
subsistere. Et replicabat Præpositus imò oĩa ibi expres-
sa sibi cõpetere vigore cuiusdam Bullæ Benedicti, idcir-
co proposui dubiũ, an stantib. prædictis sententiæ essẽt
cõfirmandæ. Rota respõdit esse cõfirmandas, nisi aliud
2 opponatur. cũ ea, quæ in his tribuuntur Præposito, licet
non probentur ex testib. qui dicuntur non recte exami
nati, tñ defendi possunt de iure communi, tñ ex verbis
Bullæ in dubio. Nam de iure communi certum est Præ
3 posito competere ius leuis correctionis in clericos Eccle
siæ subditos, vt per Abb. c. cum contingat, de foro com-
pet. nu. 28. 29. Innoc. Ioan. And. Host. c. ad hoc, de offic.
4 Arch. siue quia Præpositus succedat in locis Archidia-
coni, uo. in 4. de elect. & 442. siue quia sit prælatus, &

præse-

præferatur collegio, Rot. de preben.8. in antiq. & 173.
1 in nnu. Et † propterea iurisdictionem huiusmodi consequatur. gloss. Abb.nu.9.c.cũ ab Ecclesiarum, de offic. ord. Ea aũt quæ narrantur in sententia, sunt propriè huiusmodi, quæ non ad pœnas graues inferendas, sed potius ad moderandos motes, & clericos in officio continendos spectant. Vnde non obstat, quòd opponebatur, quòd iurisdictio etiam in sententia videatur minus ampla, cum caussa sit limitata ad ceteros actus. Nam dicitur, eos intelligi secũdum ius commune, videlicet in casibus præmissis. Minus obstat quòd dicebatur non com-
6 petere ei ius multandi non venientes ad horas, eo quòd ad punctatorem hoc spectat. Nam respondetur, Præpo-
7 situm cognoscere, an quis bene vel inique fuerit punctatus. Et hæc omnia competunt in omnes clericos, qui subditi sunt Ecclesiæ, vt per Abb.d.cap.cum contingat.
8 Ad alia † quę obijciebantur non versari in iure, sed in facto, ideò non posse defendi de iure communi, respõsum fuit, iudicem in partibus, aliunde animum suum mouere ex scriptis, & confessione aduersariorum, & quamuis
9 etiam iudex motus fuisset ex illis testibus nulliter examinatis, non ideò tamen sententia potest dici nulla, cum etiam sine probationibus, vt Alc. Bertrand. cons.3.num. 7. in 1. nec dici potest ideo notoriè iniustitia, imò potius præbent præsumptionem iustitiæ quamuis acta non rite & sollemniter fuerint: omnia confirmabantur ex verbis Bullæ, quibus non obstat id verb. tantum, quod intelligitur ratione suæ Ecclesiæ, non autem quod ex illa dictione restringatur natura suæ dignitatis. Durum .n.
10 nimis esset ut eo vnicò verbo, esset iurisdictio Præpositi limitata, & contra ius commune, & contra naturam eius dignitatis, arg. l.si quando. Cod. de inoff. testam. & multa ex his aliàs etiam notata fuerunt coram Domino Caputaq. die 21. Iunij 1557.

DECISIO CDXXXIII.

Barchinonen. anniuersariorum, 25. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Instrumenta noua litterarum compulsorialium, an non legitimè extracta ex eo probentur quod monachus Abbatis cuiusdam Vicarius extiterit compulsor.*
2 *Compulsor non necessariò requirit dignitatem, & ideò potest tale cadere officium in monachum non aũt claustralem.*
3 *Vicarius omnia potest quæ Abbas qui eum cum sua potestate substituit.*

INter Cannnicos Ecclesiæ Barchinon. & beneficiatos versabatur lis super anniuersarijs, cumque Canonici
1 noua instrumenta litteris compulsorialibus produxissent, obijciebantur ea nunc legitimè non extracta, quoniam constitutus erat compulsor Monachus quidam Vicarius Abbatis, quem beneficiati dicebant inhabilem ad id munus, ideò data copia facultatis Vicariatus, dubitaui, an fuerit ille idoneus compulsor. Ideo dixerunt Domini in ea non requiri illa, de quibus in c.statutum,
2 de resc. in 6. quoniam cum sit compulsor, tamen non est necessaria in eo dignitas, vt in addit. ad Rot.30. in nou. de rescrip. & 98. in antiq. Cum igitur constaret tantum illum esse monachũ, non autem claustralẽ, omnes, omninò sentiebãt contrariũ, quia repugnant instrumenta, regularis caret propria voluntate, & non potest, nisi ea, quæ spectant ad vtilitatẽ Monasterij .... & si principalis ibi incol. & Card. de rescrip. Dec. cons.128. nu.3. in primis alij tamen, quia id nondum est Monasterium, quod mandatur etiam clericis tabellionibus, & ferè quibuscũque, verum etiam & facultate sibi concessa in Vicariatu, quæ ampla etiam hæc, igitur Abbas ipse hoc potuisset, vt Vicarius eius qui eum refert in omnibus, vt patet ex verbis Vicariatus. Ad contraria respondebant ea fortè procedere in mẽdicãtibus, nõ in Canonicis regularib. prout hic est, poterit tamen circa hoc iterum dubitari.

DECISIO CDXXXIV.

Hispalen. beneficiorum, 25. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Dilationes etiam aliquando dantur actori inusitato more.*
2 *Bulla Papalis etiam priuilegijs concessis per Sedem Apostolicam derogare potest.*

COnclusum fuit dilationes saltem fortè esse concedendas, ex quo ius hoc, quod deducitur quamuis non sit omnino, videtur tamen inusitato quodã more
1 impetratum, vnde & actori dantur † dilationes, Put. 10. de dilat. Pars enim Melchioris numquam æstimauit posse gratiam Pinelli ita extendi in Bulla de expresso, vt deroget priuilegin Comitis, cum etiam videat Rotam
2 de hoc dubitare. † Cum itaque nunc sit producta Bulla expedita cum derogatione priuilegij amplissima, iusta videtur caussa cui saltem de facto concedatur, collatio ad deliberandum. Cres.46. Domini dixerunt, vt vsque ad vacantias suspenderem has caussas.

DECISIO CDXXXV.

Calagur. de Branteuilla. 27. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata in partibus in fauorem beneficiati a maiore parte Capituli, reuocantur si non fuerit admissus ab Ordinario iuxta formam statutorum.*
2 *Minus habilis etiam aliquando admittitur, & magis habilis præfertur, præsertim cum sit beneficium simplex & non curatum.*

ALphonsus fuerat prę̨sentatus a maiori parte, Episcopus tamen admiserat Ioannem tamquam habilem, & in eius fauorem latæ fuerant sententiæ Vicariam sibi concessam ante vacationem beneficij deseruiendi in capellanum, inde litteras promotionis ordinarij ad presbyteratum, & vltimò examinauit quattuor testes deponentes de eius habilitate in omnibus tempore vacationis beneficij, quòd quidem erãt simplex, & ex
1 his dubitaui, an sententiæ latæ in partib. sint confirmandæ, vel reuocandæ: conclusum fuit ex deductis esse reuocandas, quoniam cum Alphonsus esset præsentatus a maiori parte, debuit admitti ab Episcopo iuxta formam statutorum, cũ eodem tempore appareret eum esse idoneum, quamuis Ioan. esset habilior, non enim hoc sufficit ad eũ repellendũ, vt per Abb. Dec. c. cõstitutus, de appell. nu.13. consil.129. nu.6. Lambert. de iure patronat. art.3.10. quæst. principali, fol.255. nu.23. præsertim verò cum beneficium non sit curatum, sed simplex, vt per Felin. c. cum venerabilis. de excep..... quoniam tamen non informauit, dictum fuit, si aliquid retinẽs adducat posse caussam rursus dubio præposito audiri.

DECISIO CDXXXVI.

Hierosolymitana pecuniaria, 1. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Descriptio facta in libris mercatorum iussu patris pecuniarum sub nomine filij, an eas probet ob id ad filium pertinere.*
2 *Hierosolymitani fratres tria substantialia profitentur, vt ceteri Religiosi, ideò pecunias si quas habent, in filios naturales transferre non possunt.*
3 *Stabilimento quodam religionis Hierosolymitanæ conceditur suis fratribus, vt bona per ipsos acquisita vita durante possideant.*
Limita hoc, & intellige, vt numero immediatè seq.
5 *Liberũ & immune esse acquisitũ a religiosis Hierosolymitanis equitibus, an debeat intelligi a censu, & oneribus etiã, quod alienare possint inconsultis Religionis ordinibus.*
6 *Bona patrimonialia possunt in filium naturalem transferri a patre equite Hierosolymitano ante religionis ingressum.*
7 *Vsus & obseruantia obtinuit, vt fratres Hierosolymitani bona patrimonialia sua sibi reseruent, & de ijs arbitrio suo disponant.*

Miles

8 *Miles religionis qui numquam fuit Hierosolymitanæ, eius
priuilegijs in sui commodum frui non potest.*
9 *Donare nemo potest, quod suum nõ est, & eò maximè Re-
ligioni astrictus.*

IN libris Borgianorum mercatorum reperiebantur
1 plures partitæ, in quibus † fratrem Ioannem Anto-
nium pecunias constabat transtulisse in filium suum Io-
annem Paulum, quoniã fecerat eas describi sub nomine
Ioan. Pauli, vt aliàs conclusum fuit, ideo nunc dubitaui,
an præsupposito, quod pecuniæ, de quibus agitur, fue-
runt Ioan. Ant. licuerit & eas transferre in Ioan. Paulũ
stantibus stabilimentis religionis, quorum nõnulla hinc
inde deducebantur ex legitimatione ipsius Ioan. Pauli.
Rota respondit fratrem Ioann. Antonium non potuisse
transferre pecunias, de quibus agitur, in Ioan. Paulum:
tamen de iure communi, quia religiosi profitentur tria
substantialia, quales etiam sunt isti fratres sancti ordi-
nis Hierosolymitani. Abb. cap. Monachi. Mohed. 169.
2 & quidquid acquirunt religioni acquirunt, Authen. in-
gressi. C. de sacrosanct. Eccles. Cald. consil. 1. de reg. tum
etiam vigore stabilimentorum religionis, quibus omnia
pertinent ad religionẽ, nec ipsi quidquam possunt alie-
nare in alios vt in stabilimento 1. 7. to. 87. nec obstat sta
3 bilimentũ secundum sub tit. 15. quod permittit, vt bona
acquisita possint vita ipsorum durante possidere & tene
re, vnde videntur etiam posse facere fructus suos, cum
ille effectus sit possessionis, Bar. l. Seruius, in prin. de pe-
ric. & commo. rei vendit. & in l. 3. §. è contra, de acq. pos
4 sess. Nam respondetur ad intelligendum, † vt possideãt
tantum in vsum statutum eis permissum, circa eorum
commoditatem, sed tãtum circa propriam, & videmus
hanc interpretationem conformem esse alijs etiam sta-
bilimentis, & quamuis stabilimentum subdat, quod ab
illis acquisitum sit liberum, & immune, tamen id acci-
piendum est vt sit liberum a censu, & onerib. non quo-
ad facultatem alienandi. Non obstat si dicatur fratrem
Ioannẽ Antonium hubuisse bona patrimonialia, vt pro-
batur ex testib. & potuisse illum ex his acquirere has pe
6 cunias. Nam respondetur, si hæ pecuniæ essent transla-
tæ in filium antequam ille ingressus esset religionẽ, tunc
posse cadere in dubitationem. Verum id quod fuit trans
latum in filium, fuit post ingressum religionis fratris
Ioan. Antonij, vnde bona patrimonialia ipsius Ioannis
Antonij per ingressum religionis fuerunt acquisita reli-
7 gioni: hoc tamen Domini firmarunt circumscripto † v-
su & obseruantia, quæ prætenditur a Ioan. Paulo, quod
scilicet isti fratres Hierosolymitani retineant semper bo
na sua patrimonialia, & de his arbitrio suo disponant.
Nam si hoc verum est in facto, aliquid posset responde-
ri: non obstabat priuilegium militũ Pauli emptum ipsi
8 Ioan. Paulo † nam cum militia numquam fuerit fratris
Ioan. Antonij, non potest ille gaudere his priuilegijs ex
quo ipso non est milex, aliàs sequeretur ex eadem mili-
tia..... quod absurdum est: quoad legitimationem ni-
hil dictum fuit. Nam cum pecuniæ pertineant ad reli-
gionem, frustra quæritur de capacitate ipsius Ioannis
9 Pauli, cum frater Ioannes Antonius non potuerit dona-
re, quod suum non erat.

DECISIO CDXXXVII.

Illerden. parochialis. 1. Iunij, 1557.

SVMMARIA.

1 *Procuratore constituto ad acceptandum beneficia vigore
gratia expectatiua, simulque ad capiendam possessionem,
reuocata expectatiua, an possit dici verus possessor iste
principalis ob istam reuocationem.*
2 *Mandato procuratorio generali existente ad omnia benefi
cia, non restringi potest solum ad beneficia acceptata vi-
gore expectatiua.*
3 *Possessio beneficij capta per procuratorem nomine principa-
lis ex vi mandati generalis ratificari debet per principa-
lem, aliàs est nulla.*
4 *Ratificatio ante annum facta probari debet a principali
possessiones acceptata, vt annalis dici possit possessio.*

FVerat constitutus procurator ad acceptandum bene
1 ficia † vigore gratiæ expectatiuæ, necnon ad capien
dam possessionem Berengarij constituentis: postea fue-
runt reuocatæ expectatiuæ, & deinde procurator acce-
pit possessionem cuiusdam beneficij collati ante ordina-
tionem in fauorem Berengarij, tamquam id possedisset
per Hieronymum, & alter quidam Antonius Campo
illud impetrauit tamquam vacãs ex cessione cuiusdam
Annibalis, Berengarius obijciebat de regula de annali.
Vnde ortum fuit dubium pro parte Antonij, negaba-
tur Berengarium fuisse annalem pacificum possessorem
quia possessio capta fuerat post reuocationem expecta-
tiuarum, quæ ideò nulla fuit, Rom. cons. 266. in princip.
& fuit aliàs decisum in vna Siluen. Scholasticæ coram
2 Domino Caputaquens. Berengarius respondebat man-
datum suum fuisse generale ad capiendam possessionẽ
quamcumque beneficiorum, nec restingi ad beneficia
acceptata vigore gratiæ expectatiuæ, cum ab illa sit di-
uersa regula, ad id allegabat decis. Crescen. 100. Vnde
Domini mandarunt mihi, vt decis. perquirerem, & po-
stea eos consulerem, interim nihil firmare voluerunt.
3 Aliud etiam fundamentum pro Berengario adduceba-
tur, quod si ipse possessionem ratificasset, iuxta decisio.
150. in nou. ratificationem autem appellabat prouisio-
ne aduersarij, qui eum appellabat in prouisione sua,
intrusum, cum sufficiat quoad regulam de annali,
quælibet detentio, Sarnen. in dict. regul. quæst. 57. circa
finem. Verum hæc ratio non placuit, quoniam in illa
prouisione non commemorabat eum simpliciter intru-
sum, sed intrusum citra annum tantum, ideò dictum
fuit hanc confessionem, aut omnino acceptandam cum
hac qualitate, aut reijciendam, Bar. l. Aurelius. §. idem
quæsiuit, de lib. leg. Tiraquel. de retractat. in fin. num. 4.
4 Mohed. 37. † ratificationemque hanc probari debere
factam ante annum, vt possit dici annalis possessio, Abb.
c. cum venissent. nu. 6. de rest. spol. Sarnen. reg. de annal.
q. 49. ann. consil. 5. num. 17. Aim. cons. 365. nu. 5.

DECISIO CDXXXVIII.

Florentina Cambij. 2. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Cambij in negotio verba si reperiantur ancipitis intelle-
ctus, an consuli debeant de ijs periti mercatores.*
2 *Verba in litteris Cambij contenta,* con possibili vantaggi,
qualiter sint intelligenda, & quam vim habeant.
3 *Electio peritorum non est facienda vbi non est casus talis
in quo necessario requiratur artis peritia.*
4 *Examinati testes in casu Cambij, qui sunt mercatores calli-
di, periti, & magna experientia, si nihil probarunt fru-
straneum est ad aliorum opinionem inquirere.*
*Potest tamen extraiudicialiter Auditor pro meliori infor-
matione negotij mercatorum placita in huiusmodi nego-
tio requirere, num. seq.*

CVm aliàs in hac caussa obiter consuluissem Domi-
nos, an essent eligendi periti? Et respondissent non
esse locum electioni, vt die 16. Maij suprà, tamen roga-
tus a partibus proposui dubium vtroque informante.
2 Dubitatio autẽ oriebatur, quando caussa erat inter mer
catores, & cõtrouertebatur super interpretatione quo-
rũdam verborũ in litteris missiuis, quæ dicebant, *faret-
ci valere con possibili vãtaggi*, an scilicet ex verbis istis es
set data potestas faciendi Cambiũ ad vsum, vel ad con-
tare ei. Cum alias Rota dixisset videndũ esse quomodo
stylus in hac re haberet, vnde pars impetrauerat com-
missionẽ, quæ tamen fuit signata arbitrio: Rota autem
3 conclusit non esse eligendos peritos, quoniã non sumus
in casu proprio, in quo sit necessaria peritia artis. Et
maximè

maximè, quia si perijssent eligendi, esset eorum rela-
tioni standum, & cum examinati iam fuerint 16. & am
plius testes, qui visi sunt non legitimè probare conclu-
denter. Ideo æquum non est nunc acquiescere relationi
istorum qui fortè contrarium censebāt, præsertim cum
in actis examinati sint pro parte illorū de Oriualdis et
multi, qui deponunt de stylo contra Pantiaticum. Item
4 †testes examinati pro Pantiatico omnes sunt mercato-
tes experti, qui si nihil probarunt in sua testificatione,
minus verisimile est probare debere. Dixerunt tamē me
5 debere † extraiudicialiter exquirere opinionem aliquo-
rum qui sunt probi, & periti mercatores, & illic referam
in Rota, quod ab his acceperim.

DECISIO CDXXXIX.

Romana assecurationis aluminum, 12. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Procurator partis aduersæ non appellans infra decendiū facit locum parti colliriganti ad sententiæ executionem petendam.*

2 *Restitutio procuratori decreta ob paupertatem impedit executionem sententiæ.*

Contrarium vide nu. seq. idque ob neglectum appellationis prosequendæ.

4 *Simplex negligentia in non appellando intra decendiū suffragatur aliquādo procuratori, non item dolus malus.*

5 *Maioribus restitutio etiam læsis non datur, nisi de bono iure docto.*

1 PEtebatur a Grimaldis † executio sententiæ eo, quod
procurator partis aduersæ non appellauerat intra
decem dies, ex aduerso fuerat impetrata cōmissio resti-
tutionis, prout de iure, & examinati testes ad probandū
paupertatē procuratoris, ex qua prætendebant sibi resti
tutionē competere, Mohed. 78. in .p. Rot. in nou. 155.
2 in fi. Staph. pag. 173. q̄ restitutio † impedit executionē,
Afflict. 356. num 3. Verum Domini contrarium conclu
3 serunt: †negligentia enim procuratoris in non appellan
do non probat iustam caussam restitutionis, cum impu-
tandum sit domino, qui debuit diligentiorem procura-
torem eligere, Rota 27. de appell. in antiq. Ægid. 655.
col. fi. & ita seruari tradit Cassad. 5. de appell. Contraria
4 autem fortè procederent, quando argueretur dolus pro
curatoris, non autem vbi adest simplex negligentia in
omittendo, Bald. autem hodie, num. 3. C. de appel. Abb.
cap. cum venissent, col. 5. de in integrum rest. & in c. cū
olim, colum. 3. de causs. poss. & propr. Aim. cons. 132. n.
5. Et tradit Crescen. in 2. libro dec. incip. procuratorem
negligentem: cum igitur maiorib. non detur restitutio,
5 nisi doceant de bono iure debere caussæ executionē da-
re, & quòd executiua effecta fuerit appellabilis ob sen-
tentias hinc inde latas, nihil ferè fuit dictum, quod inde
non agebatur de obligatione principali, dicebatur tamē
consentire caussam effectam appellabilem esse, ex ratio-
nibus, prout in informationibus.

DECISIO CDXL.

Romana dotis, siue 3000. 6. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Dos an numerata fuerit quomodo debeat probari?*

2 *Solutio dotis confessa ante tempus in conuentione positum, an releuet in probatione dotis numeratæ, vel notet collusionem.*

IN hac caussa nihil fuit conclusum. Nam dubiū erat
satis generale, partesque in facto non conueniebant
in omnibus, & multa inuoluebantur quæ Domini pu-
tant distinguenda, circa tamen caput principale nume-
1 rationis dotis fuerunt variæ opiniones: aliquibus vide-
batur constare de numeratione ex præsuppositis in pun
cto. Alij contra, quoniam verisimile non videtur solu-
tam fuisse dotem scutor. 3000. & de solutione nihil ap-
pareret, nisi illa schedula scut. 250. & maximè, quia illa
2 solutio est ante tempus præfixum in conuentione, quòd
etiam probat collusionis suspicionem. Dixerunt igitur,
vt separatim proponam dubium, an constet de deductis
de vera numeratione dotis, ideo videbitur posito quòd
constet, an ideo præiudicet cum credito illorum de Al-
touitis.

DECISIO CDXLI.

Florentina S. Pancratij, 6. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Pars ad declaratoriam procedens contra aduersarium si non constat notoriè de ipsius iure, an releuet.*

2 *Intrusi lite pendente obtenta re iudicata per partem aduersam, & executoriales, de iure cogi possunt vt pareant iudicato.*

3 *Beneficium reseruatum ratione protonotariatus vtrū inducat notorium non iuris, partis, quæ tale beneficium obtinuit, ita vt impediat executionem obtentam contra aduersarium per iudicatum, & executoriales.*

4 *Iuris patronatus si sit beneficium, non potest dici reseruatum, nec per expectatiuam acceptari.*

5 *Possessio beneficij cessa a parte in manu Rotæ non tradita causa non est releuatoria maximè, si non fuerit executorialium forma obseruata.*

6 *Inobedientibus iudici pœna per declaratoriam irrogari potest si temerario ausu perseuerent.*

ORta fuerit quædam lis inter Spinellum, & Archie
piscopum Pisanum, qua pendente decessit Archie
piscopus, Spinellus autem obtenta subrogatione prose-
cutus fuerat litem cōtra interesse prætendentes vsq; ad
sequestrum, & executoriales, interim verò cuidam de
Caualcantib. per obitum Archiepiscopi fuerat proui-
sum, & possessionem acceperat; Spinellus nunc petebat
procedi contra eum ad declaratoriam, quoniam non re
stituebat sibi possessionem; ille respondebat, constare
1 de notorio non iure Spinelli, seque non teneri. Rota
conclusit procedendum esse ad declaratoriam contra
Caualcantes, si non restituant possessionem Spinello,
prout debent: ratio est, quoniam cum non obtinuerit
Spinellus rem iudicatam, & executoriales, & Caualcan
2 tes intrusi lite pendente, & nulla est ratio cur parere nō
debeant, ac possessionem Spinello tradere, prout in com
missione executorialium continetur. Nec obstat, q̄ illi
3 aiunt constare de notorio non iure Spinelli, quia benefi
cium erat reseruatum ex protonotariatu, ideoque impe
diendam executionem, quoniam præter multas respon-
siones quas adfert Spinellus, quib. conatur probare ius
suum, & non bonum aduersariorum ius Caualcantiū,
quoniam cum ipsi aiunt beneficium fuisse de iure patro
4 natus, vt constat ex vltimo statu beneficij. Ideoque non
dici reseruatum, & dum Caualcantes replicant, si est de
iure patronatus, ergo non capitur ab expectatiua: Spi-
nellus respondet reseruatum fuisse Archiepiscopo, qui
cum esset inhabilis, quia tunc esset excommunicatus, &
incapax, quia Archiepiscopus, ideo factum hic esse locū
suæ gratiæ, Rota in dec. 4. in nou. de iure patr. Abb. c. cū
vos, nu. 4. de mo. ord. Rebuf. in tract. tit. de uolu. nu. 14.
Vnde ex his negari non potest cum res sit controuersa,
ac indigeat discussione, & propterea exceptio Caualcan
tium dum aiunt constare de notorio non iure Spinelli
non est valida, nec admittenda ad impediendum execu
tionem: vt in simili lib. alias decisum fuit in caussa Versa-
na, coram D. Quirigo, die 24. Nouembr. 1557. Verum
quia reperio in actis Spinellum mortuo Archiepiscopo
prosecutum fuisse litem contra interesse habere putan
tes, & obtinuisse rem iudicatam, cuius vigore decretū
fuit sequestrum contra interesse habere prætendētes, re
perio etiam Caualcantes cessisse possessionē in manibus
Rotæ. Et dicunt non posse procedi contra eos ad decla
ratoriam, quia non possident, nec habent quod resti-
tuatur,

5 tuatur, quibus respondet Spinellus † non sufficere eos
diminuisse possessionem penes Rotam, nisi caussam sibi
tradant iuxta formam executorialium. Idcirco dixerũt
Domini, vt videam eos ita componere, vt ego tradam
possessionem Spinello, quæ nunc est apud Rotam, &
omittam declaratoriam, & omittam declarationem cõ-
tra Caualcantes; præsertim cum illi non sint condemna
ti in sententia in expensis, & fructus nullos perceperũt,
quòd si Spinellus renuat, videam diligentius factam, &
6 si reperiam Caualcantes † non obedire procedam ad de-
claratoriam, vt moris est.

DECISIO CDXLII.

Vrbeuetan. Capellaniæ, 10. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Lapsus sex annorum in beneficia iuris patronatus post eius erectionem, si eo tempore nullius fiat præsentatio a patrono, an faciat vt conferendi potestas ad Papam deuoluatur.*

2 *Instrumentis si probari potest super iure patronatus confectis reseruatum patrono ius conferendi durante vita, non releuat prouisio Papalis in contrarium facta, cum non præsumatur Papa patroni iuri præiudicare velle.*

3 *Patronus reseruans sibi vsumfructum omnium assignatorum beneficio durante vita, potest interim assignari ex omnibus sibi reseruatis Rectori instituto pro sustentatione.*

4 *Sororis filius, qui non est de agnatione patroni, an possit habere collationem beneficij ex præsentatione patroni stãte conditione, quod debeat esse de agnatione præsentandus, & habilis ætatis ad celebrandum ipso habili non existente ob minorem ætatem.*

5 *Capellanus ad celebrandum potest substitui prouiso nondum habili ob ætatis defectum si ita in fundatione fuerit constitutum.*

ERectum fuerat ius patronatus a Vincentio de Bal-
lottinis, in quodam altari Monialium cum quibus-
dam conditionib. quorum copia dota fuit, postea lapsis
7. aut 8. annis, idem Vincentius præsentauit in rectorem
Antonium Torellum nepotem ex sorore natum annis
19. & vltra eius præsentatio admissa fuit, & secuta insti
tutio ac possessio. Quidam Io. Maria paucis post diebus
eamdem capellaniam impetrauit a Papa vti certo mo-
1 do vacantem, † prætendens ob lapsum 6. annorum post
erectionem iuris patronatus, intra quod tempus nullus præ
sentatus fuit, beneficium deuolutum ad Papam esse, &
alia nonnulla aduersus præsentationem Torelli obijcie
bat, Rota tñ conclusit contra prouisionem Io. Mariæ, si
2 quidem ex instrumento iuris patronatus apparet reser-
uatum fuisse ipsi Vincẽtio fundatori ius præsentandi du
rãte ipsius vita, itẽ vsumfructum omnium bonorum in
dotem assignatorum. Vnde non dubiũ est potuisse eum
in erectione iuris opponere hasce conditiones, quæ con-
seruandæ sunt, prout fundator ipse voluit, Fel. in tracta.
4. lit. A post. nu. 2. & 5. cum præsertim hic fuerit auctori-
tas Vincentij, ex cuius consensu dubium non est posse
reseruari in ipsa fundatione hmõi conditiones, licet re-
spicerent actum spiritualem, Card. cons. 8. Roch. de iur.
patr. pro eo, quod, q. 12. nu. 24. & seq. Fel. in tract. 6. num. 4.
Nõ obstat, quod non appareret de facultate Vicarij in reser
uando iure patr. iux. not. in c. fi. de off. Vicar. in 6. Nã si
Vicarius hanc facultatem non habuit, erga Capellanus
potuit erigi in titulum beneficij, & consequenter nulla
erit prouisio Io. Mariæ, qui hanc impetrauit tamquam
beneficiũ, quod nullum. Non obstat, quod lapsi sunt quattuor
mẽses ad præsentandũ post reseruationẽ iuris patr. Vn-
de beneficium erat deuolutũ ad Papam, in c. qm̃ de iu-
re patr. Dec. cons. 135. n. 3. Staphil. pag. 57. vers. hinc est,
qm̃ secus est in casu nostro, vbi Vincẽtius reseruauit si-
bi ius præsentandi durãte eius vita, & interim voluit es-
se vsufructuarius omniũ bonorũ. Vnde non põt, & inte
3 rim..., tempus † cum expresse deposuerit rectorem eligẽ-
dum debere sustentari ex fructib. dictæ dotis, & tñ eius
fructus donec ipse viuit voluerit ad se tm̃ pertinere, vel
in quemcumq. casum non esse deuolutum ad Papã be-
neficium, sed ad Moniales, vt est expressum in vers. ac ẽt
4 voluit. Non † obstat, quod non fuerit seruata forma tradita
in reseruatione iuris patr. tunc quia Torellus præsenta-
tus non est de agnatione fundatoris cum ille vocaretur
de Ballotinis, tum quia non est idoneæ ætatis ad celebrã
dum, prout requiritur in fundatione. Nam respõdetur,
imò in ea excipi omnes præsentandos etiam de agnatio-
ne, & parentela ipsius Vincentij, qui admitti possunt, dũ
modò sint proximi ad ætatẽ qua possint celebrare quæ
5 omnia in casu nostro sunt seruata, † cum ex actis constet
Torellum esse de cognatione fundatoris, & in ætate 19.
annorum, & vltra, & interim constitutus sit Capellanus
de consensu Monialium, qui loco illius interim celebra-
ret, prout cauetur in fundatione: hæc autẽ omnino ma-
gis probata sunt, quia conueniunt menti fundatoris, &
non aliàs, qui tam se beneficium exhibuit erga Eccle-
siam, ne retrotrahãtur ab sua fundatione ac dotatione,
gl. in c. cũ dilectus, de iure patr. Fel. in d. trac. col. 1. & 2.

DECISIO CDXLIII.

Carthagin. seu Oriolen. iurisdictionis, 10. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Præpositus litem habens cum Capitulo, & cum aliquibus Canonicis in particulari, si sententia feratur in eius fauorem an contra Capitulum lata dici debeat, vel contra Capitulares.*

2 *Auditor gestos actus in vnum colligere ex mandato Rotæ iubetur ad faciliorem inducendam cognitionem caussa, & decisionem.*

FVerat lata sententia a Dom. Caputaq. contra Cano
nicos in fauorem Præpositi, & dubitabatur, *an esset
prima, vel secunda, contra Capitulum si quidem alia ante
etiam fuerat lata in partibus, et quia lis erat Præposito cum
Capitulo, & nonnullis Canonicis particularibus:* ipsi pratẽ
debãt fuisse iudicatum contra Capitulares, non contra
1 Capitulum; ideo etiam Capitulum petebat remissoriã.
Quoad primam partem dixerunt Dñi, vt colligerem sin
2 gulos actus, qui fuerunt gesti a principio litis vsq; ad fi-
nem cum sententia, & illos postea referrem in Rota, &
tunc rectius iudicabunt, an sententia Domini Caputaq.
fuerit lata contra Capitulum, aut contra particulares,
quoad remissoriã, & an sit danda, videatur decisio a Ca
nonicis allegata coram R. P. D. Antonio Augustino. Nã
tunc ego nondum eram receptus inter Auditores, alij
aũt Domini non habebant in præsenti illius memoriã.

DECISIO CDXIV.

Taruisina matrimonij, 13. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Apocha seu schedula quæ scripta dicitur a muliere ea id negante, si sit satis recognita, an ex hoc sufficiẽter actu matrimonium probetur, posito, quòd præcipuum probationis fundamentum in illa recognitione sit collocata, & num. 3.*

2 *Exacta probatio vbi non videtur requiri, Rota legitimis coniecturis acquiescere solet.*

ALiàs proposueram dubium, *an ex testib. & aliis de-
ductis in puncto, probaretur matrimonium inter Io.
de Caluis, & Margaritam?* Et quamuis Domini tunc sa-
1 tis inclinarent pro probatione matrimonij, quia tunc
præcipuum fundamentum nitebatur recognitioni cu-
iusdam schedulæ, quam Ioan. asserebat scriptam fuisse a
Margarita, illa autẽ negabat, propterea Domini volue-
rũt vt de hoc particulariter quæreretur, an schedula es-
set

fet legitimè recognita, ita vt ex ea probetur matrimonium, data igitur copia depositionis testium, cõclusum fuit a Dominis nemine discrepante, recognitã aliunde esse schedulam ex depositionibus testium de quibus in dubio, nec enim requiritur exacta illa probatio, de qua DD. in l. comparentes. C. de fide instr. Cũ Rota acquie-
2 scat legitimis tantum † coniecturis aliàs ... hic in Curia possent recognosci, & similia. Alex. conf. 14. nu. 10. præterea id fortè procederet, si tota hæc probatio niteretur tantum dictis illorum duorum, aut trium testium, verũ hic concurrunt plura alia adminicula, rẽ ita se habuisse, de quibus in alio dubio ante a me proposito, & facit conf. Dec. 163. Alex. 123. in 1. & quoad particulas sic acceptas, vbi adest consensus in matrimonio de præsenti id probatur, Put. de sponf. 5. recognitã autem schedula
3 Domini nihil dubitarunt, quin † ex ea probaretur matrimonium, tum ex verbis illius claris, tum ex alijs adminiculis, veluti ex cõfessione ipsius Margaritæ, testib. de publica voce, depositionem aliorum testium, ac ceteris, de quib. in dubio aliàs proposito.

DECISIO CDXLV.

Pctulsin. Sanctæ Crucis. 13. Iunij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij etiam litis pendentia adhuc in vigore existente capi potest, vbi resignatio ante litem facta fuerit.*

Nihil autem fuit in hac caussa conclusum, quoniam factum erat non satis recognitum, & varia erant vota, nonnullique ex antiquiorib. attestabantur, aliàs
1 decisum fuisse † possessionem capi posse & lite pendente vbi resignatio facta est ante litem, vt in caussa Gebilonen. corã D. Anton. August. die 27. Febru. 1553. & in quibusdam alijs decis. quas mandarunt mihi, vt diligenter inspicerem, ac postea si opus esset rursus dubitarem.

DECISIO CDXLVI.

Cæsaraugust. Archipresbyterat. 18. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Incedens in publica processione vt Archipresbyter, & faciens sequestrum in loco Archipresbyteratus, vtrũ horum actuum medio dici debeat Archipresbyter.*

2 *Verba laudi, an simoniam, & confidentiam declarare possint intercessisse.*

Agebatur tertia instantia, & petebatur remissoria, ideò caussa proposita conclusum fuit, eam dandã esse ex varijs capitib. ex quib. defuncto, & de releuan-
1 tia: Primò, quia dicitur ille incessisse in processione vti archipresbyter; † in loco dignitatis interpositum sequestrũ, vt patet ex instrumento aliàs producto, q̃ si nõ probat, præbet tamen magnũ firmũ, & materia est maximè releuans. Aegid. 429. Secundò, quia dicitur locasse domũ presbyteralem, & horrea vltra trienniũ, atq; ita incidisse in Paulinã, quàm etiam probare volunt vsu rece-
2 ptam in illis partib. Tertiò, volunt † probare simoniam cuius fumus datur ex verbis laudi, vti condemnãdo ad soluendum expensas pro expeditione regressus: itẽ probare confidentiã ostendit confessio eorum quamuis reuocata. Accedit quod etiam dicitur post sequestrũ prosecutum esse cognitionem caussæ sibi delegatæ, vt archipresbyter, & quare ille se excusabat caussam ante sequestrum fuisse inceptam, & quia obijciebantur hæc omnia tendere ad probandum delictum, ideoque remissoria non laudum, responsum fuit hic non agi de imponenda pœna animati, deinde dari etiam hoc casu vbi adest magnus fumus. Crescen. 130. Samen. super reg. 325. & ita fuit seruatum in caussa Lucan. canonicatus coram D. Chissanen. ex his conclusum pro remissoria.

DECISIO CDXLVII.

Ferentin. parata, 18. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Contrarietas testium deponentium ex vna parte de parata facta in altero fluminis certo loco, ex altera negantium, nec de loco parata conuenientium, vt conciliari debeat ad facti probationem.*

2 *Flumine publico existente vbi parata noua fuit ab vna partium constructa, non tamen nauigabili, non potest ea in præiudicium alterius partis aduersæ veterem paratam demoliri propria auctoritate.*

3 *Fluminis publici, & non nauigabilis aliæ conditiones sunt a flumine nauigabili, & priuato.*

4 *Parata extructa a parte aduersa in fluuio, quæ non impedit vsum publicum per dominam habentem iurisdictio nem ibidem, an possit demoliri ad suarum paratarum nouiter erectarum protectionem.*

5 *Priuatũ vbi fuerit flumen, videndum est cuius sit terrenũ circa quod parata est constructa, vt constare possit an propria possit auctoritate demoliri talis parata.*

Haec caussa plurimum pendebat a facto, si quidem
1 erant examinati testes multi † ex vtraque parte inter se omnino contrarij, quoniam aliqui asserebant olim paratam in certo loco extructam fuisse, alij negabant, repugnabant etiam circa locum paratæ nouæ, & alueum fluminis, & præiudicium quod inde oriri dicebatur, & alia multa, quib. ex caussis statuerunt Domini, vt eo mense Septembris proximo in rem præsentem accedam, & locum ipsum diligenter inspiciam, atque a vicinis, & incolis ibi instructionem accipiam quomodo res se habuerit: interim vero quoniam D. Virginia prætẽdit licuisse sibi paratam deuastare, quàuis omnia etiã in facto reperiatur, prout præsupponit pars aduersa, idcirco ne superuacaneus esset labor huius itineris, & inspectionis loci, proposui dubiũ iuxta omnia ferè præsupposita D. Christophori. Rota autem conclusit sub hac
2 distinctione, q̃ † si flumen vbi parata noua fuit constructa est publicum, non nauigabile, tunc non licuit D. Virginiæ eam propria auctoritate deuastare, cum fluminis vsus sit publicus, Cæp. de seru. rust. præd. in titu. de flumin. nu. 7. nec obstat doct. Paul. de Cast. in l. flumin. de damn. infect. nam communis opinio est contra illum. Ang. in d. l. flumin. in 3. linea, nu. 3. Alex. d. conf. 194. nu. 2. in 2. Bar. l. quo minus, de flum in secunda q. Iaf. ibi in primo notab. & nu. 45. Ripa ibi num 42. Dec. conf. 241. nu. 4. & Cæpol. supra in dicto tit. de flumin. alia autem adducta pro obiectione Pauli de Cast. non sequuntur in hoc casu. Nam Bal. in l. si plures. C. de cond. instru. lo-
3 quitur † de flumine nauigabili, aut in flumine priuato, qui sunt diuersi casus, vt per Bal. in rubr. de rerum diuis. num. 7. & 8. in l. item lapilli, eod. tit. nu. 4. & 5. Dec. conf. 221. Barbat. conf. 28. & 4. quapropter sola ferè auctoritas Pauli Castren. in d. l. fluminum, qui etiam videtur vti ratione non bona, si quidem alius fluuius est publicus de iur. quæsit. sicut & flumen. l. adeo. §. insula, de acqu. rerum domin. fac. l. prima, §. similique modo, de flum. & §. iterum, Institut. de rerum diuis. & ita vt in terminis Bart. in tract. de alueo. in § nouus, versic. cuius, & ipsum fluuium. Bald. in rubric. de rerum diuis. num. 27. Cæpoll. in dicto tractat. de aqua, & in titul. de alueo, num. 1. & 2. Quæ tamen catenus intelliguntur,
4 quatenus hac † parata non impediebatur vsus publicus aliorum, quoniam tunc erit videndum an D. Virginia, quæ habet iurisdictionem in illo territorio, poterit eam deuastare iure cuiusdam protectionis aliorũ, quæ ad eã spectanr, vt per Bar. in l. 1. §. per hanc, ille secundo, de rei vend. Bal. in d. rubr. de ter. diuis. num. 8. vers. sed nouus alueus. Ruin. conf. 96. in 4. & ita procedunt multa etiã in contrarium allegata, quotiescũque parata impediret vsum publicum aliorum. Aliud caput distinctionis fuit,
5 quod si flumen, † de quo agitur, est priuatum, tunc videndũ erit cuius est terrenum, circa quod parata est cõstructa, vt intelligamus an licuerit eã propria auctoritate deuastare, iuxta legẽ quemadmodum. ad leg. Aquil. Cæpol. in d. tractat. d. titu. de flumin. priua. Bald. in leg. item

item lapilli, de rer.diuis.colu.1.Ruin. cons.95.96.97.in quo ita, Aim d.cons.124. cum simil.

DECISIO CDXLVIII.

Cametacen. Canonicatus. 20. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Reuocatoria regula facultatū concessarū Legatis, & Nuncijs Apostolicis habens verba generalia quid operetur.*

2 *Pontifex maximus reuocatis Nuncijs Apostolicis a prædecessoribus ablegatis, censetur & facultates illis concessas reuocare.*

3 *Nuncij ad Imperatoriam Maiestatem mitti solent vltra quadraginta annos a Sede Apostolica.*

4 *Papa ob nimis amplas facultates a prædecessoribus concessas Legatis, vel Nuncijs sæpè reuocatoria vti consueuit.*

COram D. Antonio Augustino pendebat caussa, qui proposuit hoc ferè dubium, & nihil tunc conclusum fuit, quamuis inclinarent magis Domini non esse reuocatas facultates, cum deinde ego propter eius obseruantiam essem subrogatus, rursus proposui dubium paucis tamen mutatis. Quapropter re diligentius per-
1 specta conclusum fuit hoc pacto. Nam cum † vltima reg. reuocatoria habeat verba generalia, & deinde exceptiones quasdā veluti, quia reuocat generaliter oēs Legatos de latere, & Cardinales, & Nuncios, exceptis tamen Legatis, seu iudicibus in Anglia, Hibernia, & alijs locis ibi .... ante annos 40. soliti sunt a Papa Legati mitti, seu Nuncij, ideo dictum fuit, quoad regularitatem regulæ satis dici reuocatas facultates Archiepiscopi.... Nam cū ille fuisset Nuncius missus a Iulio Tertio, postea Marcellus reuocauit omnes suas facultates, & idē fecit Paulus Quartus initio citationis, sed quia tamen illa fuit reuocatio earum facultatum, ille permansit semper Nuncius, licet esset mortuus Iulius Tertius, quoniā Archiepiscopus erat Nuncius Sedis Apostolicæ. c.si gratiosæ, de rescrip. in sexto. Deinde Paulus Quartus reuocauit illas facultates, & vltimò demum secuta est regu-
2 la de qua nos agimus, † in qua ille expresse reuocat omnes Nuncios a prædecessoribus suis constitutos, inter quos dubium non est ex vi verborum comprehendi Archiepiscopum, cum ille fuerit creatus a Iulio Tertio, igitur reuocato Nuncio sunt etiam reuocatæ facultates, l. semper, §. negociatores §. fin. Bar. Bal. Sal. Cast. l. Seruiamus. C. de test. milit. præterquam, quod hic propter reuocationem iudicij est reuocatio facultatum expressa, & ita in hoc capite res nullam videtur habere difficultatem, sed quia deinde ad sunt excepriones in regula reuocatoria, de quibus, supra visum est Dominis propriè
3 cadere sub exceptionem. † Nam Nuncij ad Imperatorem iam soliti sunt mitti vltra 40. annos, & hoc dixerunt adeo notum esse, vt alia probatione nō indigeat, in eo attestati sunt aliqui ex Dominis se certò scire eū fuisse eo tempore cum negocia componerentur, & Papam ad eam edendam motum esse ob nimium amplas facultates concessas a Iulio Tertio Legato Portugalliæ, quas cū voluerit reuocare expresse, & iudicialiter, ne illi iniuriam facere videretur, voluit vti hac verborum generalitate, vt videretur regula esse communis, cum tamen ille nollet reuocare alios suos iudices solitos, & ideò adiectas fuisse illas exceptiones. Ob hanc caussam, & hanc affirmauerunt mentem omnino sanctissimi fuisse.

DECISIO CDXLIX.

Barchinonen. anniuersariorum. 28. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Monachus claustralis Vicarius Abbatis existens, verum beneficiatus esse possit.*

2 *Impugnati articuli aliquando a parte conceduntur, vt celerior caussæ expeditio sequatur.*

3 *Compulsor vt quis esse possit de substantia officij non est vt in dignitate constitutus.*

4 *Prior claustralis subest Abbati, & tantum claustri curam gerit.*

5 *Abbatis aut prioris cōuentualis maior & potior est licentia cōcessa Vicario Cōpulsori, quàm claustralis prioris.*

CVm in eadem caussa supra a 5. Maij conclusum fuisset extractionem iurium factam à Vicario ..... Canonico regulari, validior fuisse, nisi probaretur hunc
1 fuisse Monachum claustralem nunc beneficiatum, articulos produxerunt contra Capitulum, vt ostendat Vicarium hunc fuisse omninò claustralem: agentes autem
2 pro Capitulo quamuis hos articulos impugnarent, tamen vt celerius caussa expediretur, voluerunt ea omninò admittere, quæ in his continentur, & adhuc asserebant Vicarium illū fuisse, legitimū compulsorē ex ratio-
3 nib. aliàs traditis, præsertim cū in cōpulsore non requiritur dignitas, de qua in c. statutum de reserua. in 6. & per Rotam de rescrip. in nou. 30. cum ad .... ad Bonif. Clemen. & si principalis de rescr. nu. 20. & 42. quam rationem nunc & probauit Rota. Quoad obiectiones autem, & allegationes beneficiatorum, responsum fuisse, ea fortè potuisse procedere si probassent hunc priorem, qui dedit licentiam Vicario fuisse priorem claustralem.
4 Nam cum prior claustralis habeat Abbatem superiorē, & ipse curam gerat tantum claustri, c. cū ad Monasterium. §. prior autē, & §. Abbas verò, de stat. monach. & ait glos. in d. Clem. & si principalis. ver. claustra, potuisset fortè dici hanc sententiam nullā esse, quia prior claustralis tantū ea debet curare, quę ad claustrū spectant, & ita procedit Rota in d. Clem. & si principalis, vbi Anch. nu. 9. Bar. nu. 22. 29. Imol. nu. 3. & 5. & alia adducta a beneficiatis, secus verò est vbi licentia conceditur ab Ab-
5 bate aut Priore conuentuali, qui hoc potest. Card. Clem. religiosus, de procur. 3. not. facit Clem. ne in agro, §. ceterum, vcti.. ōuntualis de statu monac. 478. Staph. pag. 58. prout accidit in casu nostro, sicut constat *instrumento* producto, allegatum etiam fuit pro *Canonicis* Felin. c. decernimus, de iud..... col. penult. & Purpur. rubr. de officijs eius, col. fin. qui attestatur de communi.

DECISIO CDL.

Neapolitan. pecuniar. 28. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Intentio partis agentis, an possit probari si testes quidam de administratione suorum bonorum per quendam tertium facta 15. annorum spacio alij verò 25. deponant.*

2 *Matrona possidere potest, curamque rerū gerere, quamuis per alium eiusdem bona administrentur.*

3 *Probatio hac an indefinita sit, s. probare quendam tertium bona sua administrasse, si non addatur, omnia.*

4 *Testes deponentes quantum fieri potest a mendacio, & contrarietate defendi debent.*

5 *Condemnatio an fieri possit in certam quantitatem ratione administrationis non perfectè constito de redditib. bonorum administratorum.*

QVoniam dubium propositum erat satis amplum, si quas continebat probationes Domini Vincentij, ēt quæ ex aduerso a religione opponūtur, continebat deinde an sententiæ super his latæ sint confirmandæ: in quibus quidem sententijs duo comprehenduntur; alterum est, quòd religio condemnetur in scutis 3000. alterum est, quòd condemnetur ad cedēdum rationem administrationis Capuani: Rota voluit hæc omnia tunc capita decidere, sed primum tantum firmauit circa administrationem, conclusitque intentio-
1 nem Dom. Ioann. Vincentij ex deductis clarè esset probatam, neç iam elidi, & offuscari ex his quæ obijciuntur a Religione. Nam pro parte Dom. Vincentij probatur Capuanum administrasse illius bona, ac redditus per quam plures annos, & aliqui deponunt de 15. annis, alij de 20. alij de 25. & simul, & testes de his deponentes reddant etiam congruam rationem senten-

tiæ, &

tiæ & circa probationem administrationis nihil dubita-
tum sit, quin ex eis pars probetur: pro parte verò reli-
gionis, quæ adducuntur non elidunt nec minuunt, si Ca
puanus administrauerit, cũ possit quidẽ Sarra posside-
re, & rerum curam gerere, & tamen Capuanum illa ad-
2 ministrare, vt † quotidie videmus in nobilibus viris, &
alijs dominis rerum accidere, quoniam ipsi quidẽ pos-
sident, sed habent deinde agentes, & famulos qui ea ad-
3 ministrant, deinde † probatio D. Io. Vincentij est indefi-
nita, videlicet, quòd Capuanus administrabat eius bo-
na, sed non dicit omnia, prout in eius articulo. Idemque
aiũt omnes testes, quapropter licet Sarra administraret
etiam aliqua bona, nõ ideò excluditur depositio testium
in alijs bonis. Tertiò, cum probatio Io. Vincẽtij compre-
hendat longius tempus, non repugnat administrationi
Sarræ, quæ fuit tantum post discessum Io. Vincẽtij, quæ
omnia eo magis sunt adnotanda, quod agitur de defen-
4 dendo testes a mendacio, & repugnãtia, iuxta c. cum tu,
de testib. & ex his respondetur ad alia omnia pro parte
religionis, quoniam necessario non cõcludunt, imò mul
ta sunt, quæ potius firmant probationem Io. Vincentij,
vt est tertium instrumentum & quamplures litteræ Sar-
ræ, quæ ostendunt Capuanum administrasse, & Sarram
solitum ei omnia concedere: quoad alia duo capita præ-
5 sertim quoad condemnationem in scut. 3000. nihil fuit
firmatum, quoniam Dñi prius voluerunt intelligere cla
rè, qui essent reditus omnium bonorum D. Io. Vincen-
tij, & in qua summa dicatur fraudatus, ita vt intelligant
an sit verisimile eum hac in summa potuisse fraudari.

DECISIO CDLI.

Pisana parochialis S. Iacobi 28. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus aliquando patronis competit, vt vniuersita-*
ti, & collegio, aliquando vt particularibus.
2 *Patronus an bis iuramentum præstitum variare possit.*

CAussa vertebatur super iure patronatus, &c. ex præ
sentatis potius habẽdus esset. Quoniam autẽ mul-
tæ oriebantur difficultates, fuit reiecta ad Calendas. Du
1 bitabatur enim primò, † an ius patronatus competat his
patronis, tamquam vniuersitati, & collegio, an vt parti-
2 cularibus, deinde, an potuit bis variare postea iuramen-
tũ, obstetq; in re? Contrarij ferè sunt inter se. Alex. cons.
16. & 3. Et Lambert. in tract. fol. 307. ver. an potuerit ita
absolui a iuramento non citata parte, & similiter.

DECISIO CDLII.

Mediolanen. Capellaniæ de Castillone, 1. Iulij 1557.

SVMMARIA.

1 *Consilio nondum de acceptatione principalis, mandatũ ta*
mẽ procuratoris ad acceptandũ licet generale sufficit,
& ad capiendã possessionẽ beneficij collati principali.
2 *Principalis dans mandatum procuratori ad possessionem*
capiendam beneficiorum sibi conferẽdorum, dat etiam
facultatem vt collatione facta statim id exequatur no-
mine beneficij licet non expresso.
3 *Possessorio vbi agitur, sufficit coloratus titulus ex supe-*
rioris auctoritate.
4 *Mandatum si sit expressè apprehendendi quæcumque be-*
neficia, & dicitur mandatum apprehẽdendi possessio-
nem, & beneficia item acceptandi.
5 *Verbum, apprehendẽdi, in mandato procuratorio positũ,*
potissimũ refertur ad possessionem beneficij capiendã.

QVamuis hoc idem ferè dubium in eadem caussa
anno præcedenti coram Dom. Chissanen. fuisset
decisum, tum cum in secunda instantia lis coram me a-
geretur, non potui deesse supplicationi partis, quin rur-
sus caussam proponerem nonnullis adiectis: Domini au
1 tem prior. decis. intrepide firmarunt, videlicet, manda-
tum id fuisse sufficiens ad possessionem capiendam be-
neficij collati Clausiano, quamuis de eius acceptatione
nondum constaret, idque ex text. in term. in c. si tibi ab-
senti, Abbas, c. accedens, de præb. in 2. oppos. & c. cum
2 nostris, de concess. præb. Qui igitur dat mandatum pro-
curatori ad capiendam possessionem beneficiorum sibi
conferendorum, dat etiam facultatem, vt statim colla-
tione facta id exequatur, licet beneficij nominationem
non exprimat, Bisig. 4. de procur. Cassad. 2. nu. 6. de con-
cess. præb. coniunctis dictis per Abb. d. cap. cum nostris.
3 nu. 6. 8. 22. maximè † quando nunc agitur possessorio, in
quo sufficit coloratus titulus ex auctoritate superioris,
vt 393. 422. & facit cons. Bertran. 224. nu. 19. cum 3. ad-
4 debant, quòd mandatum Clusiani erat expresse etiam
ad apprehendendum quæcumq; beneficia, quibus ver-
bis cõtineri dicebant ius apprehendendi possessionem,
& acceptandum beneficia: verum hæc ratio non satis
5 tuta visa fuit, quoniam id verbum, apprehendendi, po-
tius ad possessionem spectat, itaque priores magis pro-
batæ fuerunt.

DECISIO CDLIII.

Romana 2000. 1. Iunij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Caussa longa discussione indigentes ob maturiorem delibe-*
rationem a Rota in tempus opportunum magis reijci so-
lent.

1 CAussa fuit † reiecta ad Cal. quoniam non potuerũt
absolui ea vnica propositione, & indigebat lon-
giori excussione.

DECISIO CDLIV.

Nolana sequestri in ultima audientia, 15. Iulij 1555.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra prælatum super spolij reuocatione non*
citata parte ad videndum decerni sequestrum, vtrum sit
valida.
2 *Sequestrum cuius rei caussa potissimum veniat parti petenti*
concedendum, vel non.

1 LAta fuerat † sententia a Iulio contra Cardinalem su
per reuocatione spolij pensionis non ritè factæ, &
quia pars non citauerat Cardinalem, & ad uidendum
decerni sequestrum, D. Iulius tulit sententiam tantum,
nec sententiam apposuit: postea cum appellationis cau-
sa coram me penderet, petijt pars sequestrum apponi
vigore innouationis: Cardinalis negabat esse locum se-
questro ex decis. Aegid. 54. uerum Rota mandauit mihi
ut discernerem illud ex officio, iux. decis. Cassad. 3. in fi.
2 de restit. spol. non enim conceditur sequestrum uigore
Clem. ad compescendos, quo casu procedit d. decis. 54.
sed potius hoc totum fit ex officijs, ut supra per Cassad.
dicebant etiam aliqui, si spolium non fuisset super tota
caussa, fortè non debuisset decerni sequestrum, sed se-
cus erat in casu nostro.

DECISIO CDLV.

Romana de Infessuris, 17. Octobris 1557.

SVMMARIA.

1 *Vendens domum, & promittens de euictione, lite mota ip-*
sius domus caussa, ad defensionem tenetur emptors.
2 *Excludere volens aduersarium ad exclusionem necessario*
requiritur, vt afferat probationes ex necesse.
3 *Dominium domus ad se pertinere probare volens, audiẽdus*
est, eoque non probato iudicium fertur pro possessore.

MAtius de Infessuris agebat rei uindicatione do-
mus cuiusdam, contra Branchadorũ, & quia qui-
1 dã de Amodeis uendiderunt hanc domum Branchado-
ro, & promiserant, ideò hi nunc susceperant litem, &
caussam prosequebantur: Marius iam obtinuerat sñiam
a Domino Decano contra Amodeos, postea Dominus
Chissanen. eam reuocauerat, ea deinde deuoluta fuit ad
Dominum Antonium Augustinum, & coram eo multis
2 dubijs propositis conclusum fuerat nihil probari ex par
te Amodeorum, quod Marium excluderent, si quidem præ-
tendebant ipsi hanc domum fuisse caussam restitutionis
dotis assignatam Felicitæ de Amodeis, eamque ad eam

V per-

detur prius cogen. purgare attentata, Franc. c. bona,
col. 3. de appel. secus si nollet agere, vt quidā dicebant.
3 Alij ēt dicebant, ꝙ si † cōstat mihi in actis de bono iure
Didac. qui obtinuit rem iudicatam, tunc hæc attentata
non esse considerāda, Rot. in nou. de restit. spol. alij
tñ dissentiebant ob priuilegium attentatorum. Viden-
dum erit quo tempore fuerit facta hæc acceptatio.

DECISIO CDLXI.

Romanæ dotis de Iuuenalibus, 14. Nouemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Caussæ maximè dotales cōmissa in publica audiētia Rota-
li, possunt ēt cōmuti vt priuatim domi ab Auditore pon
derentur sine Rotæ participatione, & cognoscantur.*
2 *Dotis caussa a re iudicata etiam appellari potest maximè
si in sententia dotis mentio facta non fuerit.*
3 *Pars volens excludere aduersarium a bonis in qua dotem
petit, oportet vt ostēdat se, & non illam ad bona etiam
dotis nomine ius vllum habere, aliàs executio instru-
mento dotali danda est.*
4 *Statutum vrbis omnes reijcit exceptiones præter falsita-
tis & solutionis.*

QVamuis hæc caussa fuisset mihi commissa in au-
1 dientia publica iuxta Rotam, & deinde † in sacro
cōsilio rursus mihi cōcessa, vt solus domi sine participa-
tione Rotæ eam cognoscerem, tñ quia dubiū coram va-
rijs tribunalib. fuerat agitatum, & numq̃ decisum, &
quamplura acta, & instrumenta, & registra erant deper
dita, & etiam vt parti petenti satisfacerem proposui in
2 Rota, vt † intelligerem, an Hieronyma, q̃ petebat dotē
a Cōcordia appellare posset, ex quadam re iudicata Ma-
rescotti, cuius sentētiæ non extabant, nec acta, nec arti-
culi, nec quidquid aliud? Cum itaque Hieronyma ostē-
deret instrumentū suū dotale, & bona sibi in eo assigna-
ta nunc detineri a Concordia; replicabat Concordia ius
Hieronymæ in illis nō competere, quoniā Marescottus
eam excluserat: data igitur copia commissionis, & sine
Rota cōclusi rem iudicatam nō obstare Hieronymæ pe
tenti dotem fuisse assignatam in bonis titè, & quia sentē
tia Marescotti adiudicet Concordiæ tantū bona omnia
3 titè, necesse est, † vt Concordia si vult excludere Hieróy
mam super dote, quæ petitur, ostendat illam non com-
prehendi in bonis tite: dixerunt aūt hoc debere ostendí
statim, aliàs dandam esse executioné instrumento dotali
4 Hieronymæ, præsertim † ob statutū vrbis, ꝙ reijcit om-
nes exceptiones præter duas falsitatis, secundū est solu-
tionis: tenetur igitur Concordia docere statim, & clarē
de iure suo: alioquin mandauit mihi Rota, vt exequar
instrumentum maximè cum habeam validas, & vrgen-
tes cōmissiones ex sacro cōsilio super hoc, & sit pauper
vidua, quæ dotem petit, & non constet mihi fuisse corā
Marescotto productum instrumentum dotale, aut cum
cognitione de meritis istius dotis, cum instrumenta, &
acta non reperiātur, & sententia nihil de dote exprimat.

DECISIO CDLXII.

Illerden. parochialis, 16. Nouembr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Clausula, realem & actualem acceptandi possessionem in
mandato procuratorio ad acceptandum beneficia posi-
ta, quid operetur.*
*Quę clausula necnon realem, & actualē, &c. ęquè princi-
paliter non accessoriè debet intelligi nu. seq.*
3 *Mandatum cum clausula, necnon generale est, & ideò in-
telligitur indefinitè ad omnia beneficia acceptanda.*
4 *Reus quando est possessor, potest instare pro absolutoria.*
5 *Mandati procuratorij contextus docere potest de mente
constituentis, & an sint in eo positę clausulę accesso-
ria, ęquè principales.*
6 *Verba beneficiorum, & iurium eorūdem in mādato procu-
ratorio posita præcedentia respiciunt, & sic gratiā expe-
ctatiuā, si de illa principaliter fuerit datum mandatū.*

ERat constitutus procurator ad prosequēdum litte-
ras gratiæ expectatiuæ ad acceptandum quæcum-
1 que beneficia, deinde † aderat clausula, necnō realem,
& actualem possessioné beneficij, seu beneficiorum ...
& pertinentiarum eorūdem capiendi possessionem Ec-
clesiæ parochialis, de qua agitur, collatam prouisione
Ordinarij: Duo ex Dominis sentiebant mandatum fuisse
2 idoneum, primò ob illam clausulam, necnon, quæ intel-
ligitur æquè principaliter nō accessoriè, Aegi. 558. Rui.
114. nu. 4. & 5. in 4. Sarn. de infir. resig. q. 34 nu 4. Secun
dò, quia in prima parte mandati fit mentio de beneficijs
vigore gratiæ expectatiuæ, in secunda autem parte ni-
hil de his exprimitur, sed generaliter tantum. Tertio,
quia in formularijs, vbi referunt mandata ad gratias ex-
pectatiuas, dici solet beneficiorum huiusmodi aut be-
neficiorum prædictorum, aut quid simile, hic autem ni-
hil tale dicitur, ergo non est simpliciter ad gratiam ex-
3 pect. Quartò; quia mandatum in hoc, in versic. nec
non, loquitur generaliter, unde intelligendum est indefi
nite in omnibus beneficijs, ut est terminus deci. Crescēt.
4 99. quæs. quia hic qui nititur mandato est reus & posses
sor, & agit pro absolutoria, & unde pro eo in dubio est re
spondendum, l. fauorabiliores, de reg. iur. His tamen nō
obstantibus reliqui Domini, qui erant quinque, contra-
rium firmarunt, primò quia hæc uidetur esse mens con-
stituentis procuratorem, cum in prima parte, ubi loqui-
tur de gratia expectatiua, dixerunt unum, uel plura. De
inde in secunda parte in uers. necnon, ait beneficij vel
5 beneficiorum quasi ... idē quod supra. Secundo, quia
ex ipso contextu mandati apparebat illam clausulam,
necnon, esse accessoriā ad præceden. & ideo intelligēdū
in ijsdem terminis. Tertiò, quia si constituens intellexis-
set de omnibus beneficijs, potuisset dare mandatum ge-
nerale absque aliā mentione expectatiuæ. Quartò,
quia si sensisset de alijs beneficijs, dedisset aliud man-
datum ad petendum collationem ab Ordinario, pro-
ut fieri solet in his mandatis. Quintò, ex serie ipsius man
dati cōstat procuratorem constitutū esse, primò ad pro-
sequendas litteras gratiæ expectatiuæ, deinde ad acce-
ptandum beneficia, postea ad capiendam possessionem,
quæ omnia prout continuata sunt, ita etiam pendent ab
eadem caussa, & ex his responsum fuit in contrarium.
Nam hic cōstat de mente constituentis, & ad decis. Cre-
scen. 99. dicebatur, cum loqui ubi est facta mentio de si
te indefinite: hic uero in uersic. necnon, dicitur benefi-
ciorum, & iurium eorundem, quod uerbum eorūdē,
repetit præcedentia, & pertinet ad gratiam expectati-
uam, idemque concludebat.

DECISIO CDLXIII.

Romanæ fideicommissi de Gracchis, 16 No-
uembr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Cōductor finita locatione perseuerans tamen in casali, tā-
quam conductor, si recognoscat domini proprietatis;
an ex hoc actu recognitionis acquirat possessionem.*
2 *Detentor nudus nō potest per constitutionem, aut aliud fa-
ctum transferre possessionem.*
3 *Iacente hereditate non dicitur vacans possessio.*
4 *Possessio naturalis licet aliquando ad se transferat ciui-
lem, tamen in detentione, quę est meri facti, nō videtur
idem posse operari.*
5 *Presupposito quod hereditas sit iacens, ac vacans posses-
sio, potest conductor, qui in ea perseuerat, eam occupa-
re, & in alium transferre.*
6 *Absente animo acquiri potest per amicum, subsequente
acquisitionis ratificatione.*

Colonus

7 *Colonus mortuo domino transfert possessionem in alium per constitutum.*

8 *Contrarietas opinionum inter Doctores adhibita distinctione saluatur.*

9 *Detentor ignorans vacare possessionem, non potest habere animum eam acquirendi.*

HAec caussa fuerat a me proposita die 21. Octobr.
1 sed difficultas nunc in eo versabatur: † *An Marius cuius finita erat locatio, & tamen detinebat Casale recognoscendo deinde in Dominam Lucretiam acquisierit possessionem vacantem saltem in ipso actu recognitionis, ita vt Casale transtulerit in eam?* Caussa fuit accurate disputata, & ea quæ dubium faciebant pro parte negatiua hæc videbantur. Primò, quia nudus detētor, prout erat Ma-
2 rius non potest † per constitutionem, aut aliud factum transferre possessionem, Bal. rub. C. de contrahen. empt. q. 17. Alex. l. quod meo. num. 26. eod. tit. Secundò, quia
3 iacente hæreditate possessio non dicitur vacans, Dec. in term. cons. 140. nu. 6. Bal. in fi. nu. 1. C. de edic. diui Adr. Vnde Marius detentor non potuit caussam hoc modo
4 transferre. Tertiò licet, † quòd naturalis possessio quandoque ad se transferat ciuilem, &c. contra Bar. l. 1. col. 3. de acq. poss. Iaf. l. 3. §. ex contrario, nu. 67. eo. tit. tamen in detentione, quę est meri facti, non videtur idem posse operari, l. Celsus, in princ. ad exhib. Iaf. l. clam possidere, §. qui ad nundinas, nu. 71. de acq. pos. vnde Bar. Alex. & alij in d. l. quod meo, loquuntur tantum in colono, & similib. non autem in mero detentore. Quartò, quia in casu nostro non est simplex constitutum, nec effectuale, & factum a Mario tamquam a colono, cum tamen non esset: & erga mulieres illas, tamquam fideicommissarius, quòd tñ illis non licebat, l. non dubium, C. de leg. His tamen non obstant. Rota quoad id caput, de quo in informationib. præcipuè agebatur contrarium firmauit, varios tamen casus considerando: ac primò dixit, cum præ
5 supponamus † hęreditatem iacentem ac possessionē vacantem, ideo potuisse eam Marium certè occupare, & in alium transferre, Bar. decis. l. fi. num. 4. C. de edic. diui
6 Adr. & Vber. nu. 11. † sicut & amico absenti acquirere possessionem, videlicet eo ratificante, Rota in nou. 150. & facit in materia nostra cons. Ruin. 158. in 1. col. pen. Adducebatur & a quibusdam, l. interdum, in princ. de acq. poss. cum summario Bar. ibi & Aret. sed tamen hæc non multum vrgere videbantur, quoniā vbi rogans precario possidebat, & dum rogabat alium, & alius consentit, ille alius acquirit possessionem quam rogans habebat, secus in casu nostro. Verú ratio præcipua huius opinionis ea visa fuit, quòd cum possessio esset vacans, potuit eam Marius acquirere, & in aliū transferre, vt sup. Non obstat primum argumentum, quia regula quidem ea est de detentore, quòd per constitutū non possit trāsferre possessionem, Bal. d. q. 14. sed limitatio est, vt locū
7 non habeat qñ possessio vacat, † sicuti & colonus mortuo domino per constitutum transfert, quod antea licebat, Alex. d. l. quod meo, nu. 25. But. c. cum venisset, col. pen. de rest. spol. & ratio quia detentioni illi in actu ipso constitutæ accedit vera possessio, quæ uacabat, Clau. d. l. quod meo, col. vlt. uers. successiue quæritur. Tiraq. de const. in 1. q. nu. 26. post Aret. in l. certi condictio. §. depositum. nu. 37. si cer. pet. & idem Tiraq. in 14. limit. nu. 3. Non obstat secundum, quia hæreditas iacens non dicitur possideri, l. 1. §. Scæuola, si quis testamento. lib.... secus nisi quoad percipien. usucapionem, & quibusdā casibus qui sunt exceptiones, l. si umquam, §. uacuum, de vsucap. Paul. de Castr. l. cęptum, ff. eod. Non obstat tertium, quia licet Doctores loquantur in colono, tamen eadem est ratio etiam in detentore, quando possessio uacat, & in hoc domini consenserunt, illás doctrinas procedere etiam hoc casu, quoniam rationes a Doctoribus
8 adductæ hoc idem attestantur, & si † quando uiderentur inter se contrarij, adhibita hac distinctione soluantur: nam & Ias. in d. §. qui ad nundinas, nu. 71. loquitur
9 † in detentore qui ignorabat uacantem, & ita non habebat animum eam acquirendi, secus est in casu nostro, vbi Marius sciuit, & uoluit acquirere, prout constat ex eius recognitione, de qua tamen aliàs particulariter agetur. Non obstat quartum, quia in hoc restricta fuit conclusio Dominorum scilicet uideatur an doctrina illa Doctorum, in d. l. quod med. applicetur huic casui nostro, & ita post hoc dubitetur circa ea capita, de quib. in argumento contrario.

DECISIO CDLXIV.

Romana hæreditatis de Comitib. 21. Nouemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Remedium l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. competit etiā procuratori agenti ad instantiam hæredis instituti in testamento, in quo mater fuit præterita.*

2 *Præsupposito de nullitate testamenti, ratione præteritionis matris, quomodo hæreditas peti debeat, an ex edicto diui Adr. an verò ex clausula codicillari.*

3 *Sententia in fauorem instituti hæredis lata cum reseruatione legitimæ minori, & hæredibus eius, an valeat.*

4 *Difficultates multiplices in caussa graui emergentes & dubia possunt aliquando restringi.*

5 *Ignorantia iuris sui deducendi ex absentia, & militiæ functionibus prætensa, vtrum semper excuset.*

6 *Lex finalis, C. de codicillis, quæ docet agentem ab initio modum agendi declarare debere, vtrum de iure Canonico procedat.*

ILlustris D. Torquatus de Comitibus fuerat institutus hæres a D. Aldo de Comitib. & in testamento erat
1 præterita mater, procurator Domini Torquati † cœpit agere remedio l. fi. C. de edicto diui Adriani, ad eius instantiam uti instituti hæredis in testamento contra fratres eiusdem Aldi, qui occupauerant bona ab intestato. Aduersarij prætendebant eum malè egisse, iuxta l. fi. C.
2 de codic. Nam cum testamentum esset nullum præteritione matris, debuit hæreditatem petere, & fideicommissum ob clausulam codicillarē, non iure directo: ipse replicabat, se id ignorasse, præsertim cum miles esset absens a patria. Aduersarij respondebant in actis ab initio constitisse matrem fuisse superstitem, & deinde fuisse ratificata a Torquato omnia gesta a procuratore suo cūq; Aud. Cameræ iudex causę terminum ad sententiam resoluisset, & in interlocutoria Do. Torquatus obtinuit a Sacro Consilio rescriptum, ut iudex reiecta attenta mente testatoris pronunciet, nulla habita ratione quis mo-
3 dus agendi esset intentatus. Quapropter Auditor Cam. sententiam tulit in fauorem D. Torquati hæredis instituti, relicta tamen legitima minori, & hæredib. eius: deinde Sacrum Concilium eamdem caussam mihi commisit extra Rotam, appellatione remota: ego tamē quia caussa erat grauis, uolui Dominos super ea consulere, & dubium quoddam generale super tota causa proposui: domini uidentes multiplices difficultates oriri, manda-
4 runt mihi, ut † dubium restringerem, quoad ultimum rescriptum Sacri Concilij, an scilicet ex eo defendatur sententia lata: quoad alia autem de multis dubitabant, & quoad primam commissionem, uidebantur inclinare eam non suffragari D. Torquato, tum quia agens debet initio declarare modum agēdi, iux. l. fi. C. de codic. Quo
5 ad † aliud caput, an Dom. Torquatus excusetur ab ista ignorātia, ut quia miles, nihil firmauit Rota, quia obijciebatur quædam ratificatio ab eo dicta quæ indigebat particulari discussione, ideo ad decidēdum caussam esse re esse exordiri ab illo ultimo rescripto, quoniam inde fortè cessabunt omnes difficultates dixerunt & aliqui
6 fortasse illam, l. fi. de codic. non procedere de iure canonico, ex c. Abbatem, de re iud. in 6. hæc obiter.

eam nunc decernerem, hanc differrem vsque in mensem Decembris proximum.

DECISIO CCCCXXIX.

Salaman. beneficij de Babilla fonte, 16. Martij, 1557.

SVMMARIA.

1 *Examen testium committere notario in partibus an liceat, cum plures testes præsentes sint in curia, qui examinari possint.*

2 *Stylus si sit de consuetudine examinare testes in partibus per vim remissoriæ debet obseruari.*

3 *Extra terras Ecclesiæ nõ admittitur, nisi ægrè, vt notarij testes examinent, vbi in curia copia testium dari possit, quãuis in terris vicinis aliquãdo id fuerit obseruatum.*

PArs obtinuit commissionem signatam arbitrio, &
committerem notario examen testium in ciuitate
Neapolis: datis interrogatorijs partis aduersæ, Garzias,
1 qui erat aduersarius, † dicebat, non esse hoc concedendum,
cũ adsint in Curia testes plurimi optimè de re instructi,
qui possent examinari: Rota decreuit, quoniam
commissio erat signata arbitrio, ne hoc examen vllo pacto
committerem, quamuis etiam peteretur sine retar-
2 datione processus, & quod adsit † stylus consuetus examinandi
testes in partibus vigore remissoriæ ut quoti-
3 die vtimur: hæc † autem ratio committendi examina
testium Notario quamuis aliquando in locis vicinis sit
seruata, tamen extra terras Ecclesiæ nunquam esse permissum
etiam si hic agi possit de præiudicio partis, ideò
non debere nos veterem morem mittere ac iure probatum
procedendi, scilicet obtenta remissoria.

DECISIO CDXXX.

Florentina Cambij, 16. Martij 1557.

SVMMARIA.

1 *Computis non bene declaratis, mercatores parti ad declaranda verba apocharum an veniant adhibendi.*

2 *Caussa cognita a Rota computus ratione, vel Cambij, æquũ non videtur, vt electio fiat mercatorum ad declarationem calculationis.*

Limitationem vide istius, & intellectum, nu. seq.

ITem etiam quod super hac caussa domini responde-
runt, nam cum lis verteretur cũ quibusdam litteris,
*an in illis mãdatum esset, vt pecunia darentur econtra aut
aliter etiam fuissent examinati amplius quam 18. testes*,
& caussa sæpius proposita coram Caputaquen. Rota sta-
1 tuisset in fauorem Pauli. † Nunc aduersarij obtinue-
runt, vt eligerẽtur mercatores periti, qui verba ea expo-
nerent quomodo ea essent accipiẽda, sed quoniam com
missio erat signata arbitrio, non placuit Rotæ hæc ele-
ctio, cum caussam iam cognouerit diligenter, nec æquũ
2 videatur, vt Rota cogatur acquiescere relationi illorũ:
3 dixerunt quidẽ me † debere personaliter exquirere opi-
nionem quorumdam mercatorum qui probi sint, ac pe-
riti, vt ita rectius in caussa pronunciare possim. Sed hanc
rationem eligẽdi peritos quorum iudicio necessario sta-
re debemus, noluerunt admittere.

DECISIO CDXXXI.

Taruisina matrimonij 10. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Schedula conscripta ab vno prætensorum coniugum, an probet matrimonium contractum.*

2 *Confessio extraiudicialis mulieris duobus testibus probata, an matrimonij validitatem declaret, necne.*

3 *Multorũ testium singulariũ depositiones separatim factę, non sufficiũt ad matrimonij validitatẽ comprobandam.*

4 *Schedula mulieris manu conscripta, an in matrimonio probando sufficienter recognosci debeat.*

QVærebant an ex depositionibus testium quorum
copia erat datas probaretur matrimonium cõtra-
ctum inter Margaritam, & Ioannem de Caluis, quo-
1 niam autem inter eos descripta erat † schedula quæ-
dam quæ prẽtendebatur manu ipsius Margaritæ conscri-
pta, Domini circa hanc schedulam nihil in præsenti fir-
mare voluerunt, visum est enim necessariũ esse particu-
lare dubiũ circa hoc proponere, scilicet, si certè cognita
sit, vt fidem faciat quoad cetera aũt, de quib. in dubio,
omissa hac schedula, an, s. ex illis probetur matrimo-
nium, varię fuerunt sñiæ. Nam multi inclinabãt potius
pro validitate matrimonij cõiungendo sibi plura admi-
nicula, veluti *depositionem Apollon. a, quæ est de visu, &
plenissima*. Secundò, *depositionem Io. Annibalis in mul-*
2 *tis, vbi est contestis Apollonia, quæ est de visu, & plenissima.*
Tertiò, *confessionẽ extraiudicialem ipsius Margaritæ pro-
batam duob. testibus*. Quartò, *cognitionem schedulæ tali-
ter qualiter*. Quintò *adminicula alia quatenus Margarita
in positionibus negauit, & postea conuincitur de mendacio
a pluribus testibus*. Alijs tñ non videbatur sufficere hæc
caussa matrimonij, quæ est grauis, cũ singula per se non
3 sufficiant, & † quia illa fama publica potuit habere ori-
ginem ex alia schedula, vnde nihil prodesset, nisi data
validitate schedulæ. Conclusum fuit primo ad euaden
4 das has difficultates, vt proponerem dubium, an † sche
dula esset sufficienter recognita, videbantur oẽs circun-
stantiæ probatæ, & ex ea postea esse matrimonium, ꝙ
dixi me facturum, & alia extant in actis ad hoc nego-
tium pertinentia, quæ omnia simul coniunguntur.

DECISIO CDXXXII.

Carthaginen. Oriolen. iurisdictionis, 15. Maij 1555.

SVMMARIA.

1 *Probationes desumptæ ex testibus nulliter factæ, secuta sententia, an eam reddant nullam, & nu. 9.*

2 *Testes non rectè examinati, si tamen ea quæ deponunt aliter defendi possint de iure communi, deposito habentur in consideratione.*

3 *Iuris cõis vigore Præposito competit facultas corrigendi leui saltem correctione subditos clericos suæ Ecclesiæ.*

4 *Præpositus succedit aliquando in locum Archidiaconi, & eius vtitur prærogatiuis.*

5 *Iurisdictionem leniter corrigendi clericos sibi subiectos habet Præpositus beneficia prælaturæ.*

6 *Ius multandi non uenientes ad horas canonicas persoluendas, vtrum præposito vltra punctatorem conueniat.*

7 *Bene vel male an quis fuerit punctatus, iudicium spectat ad Præpositum.*

8 *Negotium quod in iure non versatur, sed in facto, an de iure communi defendi possit.*

10 *Limitari vnico verbo Bullæ, iurisdictionẽ Præpositi, durũ est, & contra ius cõmune, & naturam talis dignitatis.*

CVm esset quæstio inter Præpositum, & Canonicos
fuit olim lata sententia in partib. pro Pręposito, &
altera pro Canonicis; cum caussa esset deinde ad Rotã
deuoluta: Dominus Caputaquen. eius Auditor, senten
1 tiam in fauorem Præpositi confirmauit, sed quoniam
in ea multa tribuebantur Præposito, quæ dicebant Ca-
nonici sumpta esse ex quibusdam probationib. testium
nulliter factis. Itemq; sñtam super his fundatam non
subsistere. Et replicabat Præpositus imò oĩa ibi expres-
sa sibi cõpetere vigore cuiusdam Bullæ Benedicti, idcir-
co proposui dubiũ, an stantib. prædictis sententiæ essẽt
cõfirmandæ. Rota respõdit esse cõfirmandas, nisi aliud
2 opponatur, cũ ea, quæ in his tribuuntur Præposito, licet
non probentur ex testib. qui dicuntur non recte exami
nati, tñ defendi possunt de iure communi, tñ ex verbis
Bullæ in dubio. Nam de iure communi certum est Præ
3 posito competere ius leuis correctionis in clericos Eccle
siæ subditos, vt per Abb. c. cum contingat, de foro com-
pet. nu. 28. 29. Innoc. Ioan. And. Host. c. ad hoc, de offic.
4 Arch. siue quia Præpositus succedat in locis Archidia-
coni, no. in 4. de elect. & 442. siue quia sit prælatus, &
præse-

præferatur collegio. Rot. de preben. 8. in antiq. & 173.
5 in nou. Et † propterea iurisdictionem huiusmodi consequatur. gloss. Abb. no. 9. c. cũ ab Ecclesiarum, de offic. ord. Ea aũt quæ narrantur in sententia, sunt propriè huiusmodi, quæ non ad pœnas graues inferendas, sed potius ad moderandos morea, & clericos in officio continendos spectant. Vnde non obstar, quòd opponebatur, quòd iurisdictio etiam in sententia videatur minus ampla, cum causa sit limitata ad ceteros actus. Nam dicitur, eos intelligi secũdum ius commune, videlicet in casibus præmissis. Minus obstat quòd dicebatur non com-
6 petere ei ius multandi oon venientes ad horas, eo quòd ad punctatorem hoc spectar. Nam respondetur, Præpo-
7 situm cognoscere, an quis bene vel inique fuerit punctatus. Et hæc omnia competunt in omnes clericos, qui subditi sunt Ecclesiæ, vt per Abb. d. cap. cum contingat.
8 Ad alia † quę obijciebantur non versari in iure, sed in facto, ideò non posse defendi de iure communi, respõsum fuit, iudicem in partibus, aliunde animum suum moue te ex scriptis, & confessione aduersariorum, & quamuis
9 etiam iudex motus fuisset ex illis testibus nulliter examinatis, non ideò tamen sententia potest dici nolla, cum etiam sine probationibus, vt Alc. Bertrand. cons. 3. num. 7. in 1. nec dici potest ideo notoriè iniustitia, imò potius præbent præsumptionem iustitiæ quamuis acta non rite & sollemniter fuerint: omnia coofirmabantur ex verbis Bullæ, quibus non obstar id verb. tantum, quod intelligitur ratione suæ Ecclesiæ, non antem quod ex illa dictione restringatur natura suæ dignitans. Durum. o.
10 nimis esset ot eo vnico verbo, esset iurisdictio Præpositi limitata, & contra ius commune, & contra naturam eius dignitatis, arg. l. si qoando. Cod. de inoff. testam. & multa ex his aliàs etiam notata fuerunt coram Domino Caputaq. die 21. Iunij 1557.

DECISIO CDXXXIII.

Barchinonen. anniuersariorum, 25. Maij 1557.

SMMVARIA.

1 *Instrumenta noua litterarum compulsorialium, an non legitimè extracta ex eo probentur quod monachus Abbatis cuiusdam Vicarius extiterit compulsor.*
2 *Compulsor non necessariò requirit dignitatem, & ideò potest talo cadere officium in monachum non aũt claustralem.*
3 *Vicarius omnia potest quæ Abbas qui eum cum sua potestate substituit.*

INter Canonicos Ecclesiæ Barchinoo. & beneficiatos versabatur lis super anniuersarijs, cumque Canonici
1 noua instrumenta litteris compulsorialibus produxissent, obijciebantur ea ounc legitimè non extracta, quoniam constitutus etat compulsor Monachus quidam Vicarius Abbatis, quem beneficiati dicebant inhabilem ad id munus, ideò data copia facultatis Vicariatus, dubitaui, an fuerit ille idoneus compulsor. Ideo dixerunt Domini in ea non requiri illa, de qoibus in c. statutum,
2 de resc. in 6. quoniam cum sit compulsor, tamen non est necessaria io eo dignitas, vt in addit. ad Rot. 30. in nou. de rescrip. & 98. in antiq. Cum igitur constaret tantum illum esse monachũ, non autem claustralẽ, omnes, omninò sentiebãt contrariũ, quia repugnant instrumenta, regularis caret propria voluntate, & non potest, nisi ea, quæ spectant ad vtilitatẽ Monasterij .... & si principalis ibi Incol. & Card. de rescrip. Dec. cons. 128. nu. 3. in primis alij tamen, quia id nondum est Monasterium, quod mandatur etiam clericis tabellionibus, & ferè quibuscũque, verum etiam & facultate sibi concessa in Vicariatu, quæ ampla etiam hæc, igitur Abbas ipse hoc potoisset, vt Vicarius eius qui eum refert in omnibus, vt patet ex verbis Vicariatus. Ad contraria respondebant ea fortè procedere in mẽdicãtibus, nõ in Canonicis regularib. prout hic est, poterit tamen circa hoc iterum dubitari.

DECISIO CDXXXIV.

Hispalen. beneficiorum, 25. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Dilationes etiam aliquando dantur actori insufitato more.*
2 *Bulla Papalis etiam priuilegijs concessis per Sedem Apostolicam derogare potest.*

COnclusum fuit dilationes saltem fortè esse concedendas, ex quo ius hoc, quod deducitur qoamuis non sit omnino, videtur tamen inusitato quodã more
1 impetratum, vnde & actori dantur † dilationes, Put. 10. de dilat. Pars enim Melchioris numquam æstimauit posse gratiam Pinelli ita extendi in Bulla de expresso, vt deroget priuilegio Comitis, cum etiam videat Rotam
2 de hoc dubitare. † Cum itaque nunc sit producta Bulla expedita cum derogatione priuilegij amplissima, iusta videtur caussa cui saltem de facto concedatur, collatio ad deliberandum. Cres. 46. Domini dixerunt, vt vsque ad vacantias suspenderem has caussas.

DECISIO CDXXXV.

Calagur. de Branteuilla. 27. Maij 1557.

SVMMARIA.

1 *Sententiæ lata in partibus in fauorem beneficiati a maiore parte Capituli, reuocantur si non fuerit admissus ab Ordinario iuxta formam statutorum.*
2 *Minus habilis etiam aliquando admittitur, & magis habili præfertur, præsertim cum sit beneficium simplex & non curatum.*

ALphonsus fuerat pręsentatos a maiori parte, Episcopus tamen admiserat Ioannem tamquam habilem, & in eius faoorem latæ fuerant sententiæ Vicariam sibi coocessam ante vacationem beneficij deseruiendi in capellanum, inde litteras promotionis ordinatij ad presbyteratum, & vltimò examinauit quattuor testes deponentes de eius habilitate in omnibus tempore vacationis beneficij, quòd quidem erat simplex, & ex
1 his dubitaui, an sententiæ latæ in partib. sint confirmandæ, vel reuocandæ: conclusum fuit ex deductis esse reuocandas, quoniam cum Alphonsus esset præsentatus a maiori parte, debuit admitti ab Episcopo iuxta formam statutorum, cũ eodem tempore appareret eum esse idoneum, quamuis Ioan. esset habilior, non enim hoc sufficit ad eũ repellendũ, vt per Abb. Dec. c. cõstitutus, de appell. nu. 13. consil. 129. nu. 6. Lambert. de iure patronat. art. 3. 10. quæst. principali, fol. 255. nu. 23. præsertim verò cum beneficium non sit curatum, sed simplex, vt per Felin. c. cum venerabilis. de excep. .... quoniam tamen non informauit, dictum fuit, si aliquid retinẽs adducat posse causam rursus dubio præposito audiri.

DECISIO CDXXXVI.

Hierosolymitana pecuniaria, 1. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Descriptio facta in libris mercatorum iussu patris pecuniarum sub nomine filij, an eas probet ob id ad filium pertinere.*
2 *Hierosolymitani fratres tria substantialia profitentur, vt ceteri Religiosi, ideò pecunias si quas habent, in filios naturales transferre non possunt.*
3 *Stabilimento quodam religionis Hierosolymitanæ conceditur suis fratribus, vt bona per ipsos acquisita vita durante possideant.*
Limita hoc, & intellige, vt numero immediatè seq.
5 *Liberũ & immune esse acquisitũ a religiosis Hierosolymitanis equitibus, an debeat intelligi a censu, & oneribus etiã, quod alienare possint inconsultis Religionis ordinibus.*
6 *Bona patrimonialia possunt in filium naturalem transferri a patre equite Hierosolymitano ante religionis ingressum.*
7 *Vsus & obseruantia obtinuit, vt fratres Hierosolymitani bona patrimonialia sua sibi reseruent, & de ijs arbitrio suo disponant.*

Miles

8 *Miles religionis qui numquam fuit Hierosolymitanæ, eius priuilegijs in sui commodum frui non potest.*
9 *Donare nemo potest, quod suum nõ est, & eò maximè Religioni astrictus.*

IN libris Borgianorum mercatorum reperiebantur
1 plures partitæ, in quibus † fratrem Ioannem Anto-
nium pecunias constabat transtulisse in filium suum Io-
annem Paulum, quoniã fecerat eas describi sub nomine
Ioan. Pauli, vt aliàs conclusum fuit, ideo nunc dubitaui,
an præsupposito, quod pecuniæ, de quibus agitur, fue-
runt Ioan. Ant. licuerit & eas transferre in Ioan. Paulũ
stantibus stabilimentis religionis, quorum nõnulla hinc
inde deducebantur ex legitimatione ipsius Ioan. Pauli.
Rota respondit fratrem Ioann. Antonium non potuisse
transferre pecunias, de quibus agitur, in Ioan. Paulum:
tamen de iure communi, quia religiosi profitentur tria
substantialia, quales etiam sunt isti fratres sancti ordi-
nis Hierosolymitani. Abb. cap. Monachi. Mohed. 169.
2 & quidquid acquirunt religioni acquirunt, Authen. in-
gressi. C. de sacrosanct. Eccles. Cald. consil. 1. de reg. tum
etiam vigore stabilimentorum religionis, quibus omnia
pertinent ad religionẽ, nec ipsi quidquam possunt alie-
nare in alios vt in stabilimento 1.7.10.87. nec obstat sta
3 bilimentũ secundum sub tit. 15. quod permittit, vt bona
acquisita possint vita ipsorum durante possidere & tene
re, vnde videntur etiam posse facere fructus suos, cum
ille effectus sit possessionis, Bar. l. Seruius, in prin. de pe-
ric. & commo. rei vendit. & in l. 3. §. è contra, de acq. pos
4 sess. Nam respondetur ad intelligendum, † vt possideãt
tantum in vsum statutum eis permissum, circa eorum
commoditatem, sed tãtum circa propriam, & videmus
hanc interpretationem conformem esse alijs etiam sta-
bilimentis, & quamuis stabilimentum subdat, quod ab
illis acquisitum sit liberum, & immune, tamen id acci-
piendum est vt sit liberum a censu, & onerib. non quo-
ad facultatem alienandi. Non obstat si dicatur fratrem
Ioannẽ Antonium habuisse bona patrimonialia, vt pro-
batur ex testib. & potuisse illum ex his acquirere has pe
6 cunias. Nam respondetur, si hæ pecuniæ essent transla-
tæ in filium antequam ille ingressus esset religionẽ, tunc
posse cadere in dubitationem. Verum id quod fuit trans
latum in filium, fuit post ingressum religionis fratris
Ioan. Antonij, vnde bona patrimonialia ipsius Ioannis
Antonij per ingressum religionis fuerunt acquisita reli-
7 gioni: hoc tamen Domini firmarunt circumscripto † v-
su & obseruantia, quæ prætenditur a Ioan. Paulo, quod
scilicet isti fratres Hierosolymitani retineant semper bo
na sua patrimonialia, & de his arbitrio suo disponant.
Nam si hoc verum est in facto, aliquid posset responde-
ri; non obstabat priuilegium militũ Pauli emptum ipsi
8 Ioan. Paulo † nam cum militia nunquam fuerit fratris
Ioan. Antonij, non potest ille gaudere his priuilegijs ex
quo ipso non est miles, aliàs sequeretur ex eadem mili-
tia..... quod absurdum est: quoad legitimationem ni-
hil dictum fuit. Nam cum pecuniæ pertineant ad reli-
gionem, frustra quæritur de capacitate ipsius Ioannis
9 Pauli, cum frater Ioannes Antonius non potuerit dona-
re, quod suum non erat.

DECISIO CDXXXVII.

Illerden. parochialis. 1. Iunij, 1557.

SVMMARIA.

1 *Procuratore constituto ad acceptandum beneficia vigore gratia expectatiua, simulque ad capiendam possessionem, reuocata expectatiua, an possit dici verus possessor ille principalis ob illam reuocationem.*
2 *Mandato procuratorio generali existente ad omnia beneficia, non restringi potest solum ad beneficia acceptata vigore expectatiua.*
3 *Possessio beneficij capta per procuratorem nomine principalis ex vi mandati generalis ratificari debet per principalem, aliàs est nulla.*
4 *Ratificatio ante annum facta probari debet a principali possessiones acceptata, vt annalis dici possit possessio.*

FVerat constitutus procurator ad acceptandum bene
1 ficia † vigore gratiæ expectatiuæ, necnon ad capien
dam possessionem Berengarij constituentis: postea fue-
runt reuocatæ expectatiuæ, & deinde procurator acce-
pit possessionem cuiusdam beneficij collati ante ordina-
tionem in fauorem Berengarij, tamquam id possedisset
per Hieronymum, & alter quidam Antonius Campo
illud impetrauit tamquam vacãs ex cessione cuiusdam
Annibalis, Berengarius obijciebat de regula de annali.
Vnde ortum fuit dubium pro parte Antonij, negaba-
tur Berengarium fuisse annalem pacificum possessorem
quia possessio capta fuerat post reuocationem expecta-
tiuarum, quæ ideò nulla fuit, Rom. cons. 266. in princip.
& fuit aliàs decisum in vna Siluen. Scholasticæ coram
2 Domino Caputaquens. Berengarius respondebat man-
datum suum fuisse generale ad capiendam possessionẽ
quamcumque beneficiorum, nec restringi ad beneficia
acceptata vigore gratiæ expectatiuæ, cum ab illa sit di-
uersa regula, ad id allegabat decis. Crescen. 100. Vnde
Domini mandarunt mihi, vt decis. perquirerem, & po-
stea eos consulerem, interim nihil firmare voluerunt.
3 Aliud etiam fundamentum pro Berengario adduceba-
tur, quod si ipse possessionem ratificasset, iuxta decisio.
150. in nou. ratificationem autem appellabat prouisio-
ne aduersarij, qui eum appellabat in prouisione sua
intrusum, cum sufficiat quoad regulam de annali,
quælibet detentio, Sarnen. in dict. regul. quæst. 57. circa
finem. Verum hæc ratio non placuit, quoniam in illa
prouisione non commemorabat eum simpliciter intru-
sum, sed intrusum citra annum tantum, ideò dictum
fuit hanc confessionem, aut omnino acceptandam cum
hac qualitate, aut reijciendam, Bar. l. Aurelius. §. idem
quæsitum, de lib. leg. Tiraquel. de retractat. in fin. num. 4.
4 Mohed. 37. † ratificationemque hanc probari debere
factam ante annum, vt possit dici annalis possessio, Abb.
c. cum venissent. nu. 6. de rest. spol. Sarnen. reg. de annal.
q. 49. non. consil. 5. num. 17. Aim. cons. 365. nu. 5.

DECISIO CDXXXVIII.

Florentina Cambij, 2. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Cambij in negotio verba si reperiantur ancipitis intellectus, an consuli debeant de ijs periti mercatores.*
2 *Verba in litteris Cambij contenta,* con possibili vantaggi, *qualiter sint intelligenda, & quam vim habeant.*
3 *Electio peritorum non est facienda vbi non est casus talis in quo necessario requiratur artis peritia.*
4 *Examinatis testes in casu Cambij, qui sunt mercatores callidi, periti, & magna experientia, si nihil probarunt frustraneum est ad aliorum opinionem inquirere.*
Potest tamen extraiudicialiter Auditor pro meliori informatione negocij mercatorum placita in huiusmodi negotiis requirere, num. seq.

CVm aliàs in hac caussa obiter consuluissem Domi-
nos, an essent eligendi periti? Et respondissent non
esse locum electioni, vt die 16. Maij suprà, tamen roga-
tus a partibus proposui dubium vtroque informante.
2 Dubitatio autẽ oriebatur, quando caussa erat inter mer
catores, & cõtrouertebatur super interpretatione quo-
rũdam verborũ in litteris missiuis, quæ dicebant, *faretes-
ci valere con possibili vãtaggi,* an scilicet ex verbis istis es
set data potestas faciendi Cambiũ ad vsum, vel ad con-
tare ei. Cum alias Rota dixisset videndũ esse quomodo
stylus in hac re haberet, vnde pars impetrauerat com-
missionẽ, quæ tamen fuit signata arbitrio: Rota autem
3 conclusit non esse eligendos peritos, quoniã non sumus
in casu proprio, in quo sit necessaria peritia artis. Et
maximè

maximè, quia si periti essent eligendi, esset eorum relationi standum, & cum examinati iam fuerint 16. & amplius testes, qui visi sunt non legitimè probare concludenter. Ideo æquum non est nunc acquiescere relationi istorum qui fortè contrarium censebât, præsertim cum in actis examinati sint pro parte illorũ de Oriualdis & multi, qui deponunt de stylo contra Pantiaticum. Item
4 † testes examinati pro Pantiatico omnes sunt mercatores experti, qui si nihil probarunt in sua testificatione, minus verisimile est probare debere. Dixerunt tamẽ me
5 debere † extraiudicialiter exquirere opinionem aliquorum qui sunt probi, & periti mercatores, & tũc referam in Rota, quod ab his acceperim.

DECISIO CDXXXIX.

Romana assecurationis aluminum, 12. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Procurator partis aduersæ non appellans infra decendiũ facit locum parti colliganti ad sententiæ executionem petendam.*

2 *Restitutio procuratori decreta ob paupertatem impedit executionem sententiæ.*

Contrarium vide nu. seq. idque ob neglectum appellationis prosequendæ.

4 *Simplex negligentia in non appellando intra decendiũ suffragatur aliquãdo procuratori, non item dolus malus.*

5 *Maioribus restitutio etiam læsis non datur, nisi de bono iure docto.*

1 PEtebatur a Grimaldis † executio sententiæ eo, quod procurator partis aduersæ non appellauerat intra decem dies, ex aduerso fuerat impetrata cõmissio restitutionis, prout de iure, & examinati testes ad probandũ paupertatẽ procuratoris, ex qua prætendebant sibi restitutionẽ competere, Mohed. 78. in ... p. Rot. in nou. 155.
2 in fi. Staph. pag. 173. q̃ restitutio † impedit executionẽ, Afflict. 356. num 3. Verum Domini contrarium conclu-
3 serunt: † negligentia enim procuratoris in non appellando non probat iustam caussam restitutionis, cum imputandum sit domino, qui debuit diligentiorem procuratorem eligere, Rota 27. de appell. in antiq. Ægid. 655. col. fi. & ita seruari tradit Cassad. 5. de appell. Contraria
4 autem fortè procederent, quando argueretur dolus procuratoris, non autem vbi adest simplex negligentia in omittendo, Bald. autem hodie, num. 3. C. de appel. Abb. cap. cum venissent, col. 5. de in integrum rest. & in c. cũ olim, colum. 3. de caus. poss. & propr. Aim. cons. 132. n. 5. Et tradit Crescen. in 2. libro dec. incip. procuratorem negligentem: cum igitur maiorib. non detur restitutio,
5 nisi doceant de bono iure debere caussæ executionẽ dare, & quòd executiua effecta fuerit appellabilis ob sententias hinc inde latas. nihil ferè fuit dictum, quod inde non agebatur de obligatione principali, dicebatur tamẽ consentire caussam effectam appellabilem esse, ex rationibus, prout in informationibus.

DECISIO CDXL.

Romana dotis, siue 3000. 6. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Dos an numerata fuerit quomodo debeat probari?*

2 *Solutio dotis confessa ante tempus in conuentione positum, an releuet in probatione dotis numeratæ, vel notet collusionem.*

IN hac caussa nihil fuit conclusum. Nam dubiũ erat satis generale, partesque in facto non conueniebant in omnibus, & multa inuoluebantur quæ Domini putant distinguenda, circa tamen caput principale nume-
1 rationis dotis fuerunt variæ opiniones: aliquibus videbatur constare de numeratione ex præsuppositis in puncto. Alij contra, quoniam verisimile non videtur solutam fuisse dotem scutor. 3000. & de solutione nihil appareret, nisi illa schedula scut. 250. & maximè, quia illa
2 solutio est ante tempus præfixum in conuentione, quòd etiam probat collusionis suspicionem. Dixerunt igitur, vt separatim proponam dubium, an constet de deductis de vera numeratione dotis, ideo videbitur posito quòd constet, an ideo præiudicet cum credito illorum de Abtouitis.

DECISIO CDXLI.

Florentina S. Pancratij, 6. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Pars ad declaratoriam procedens contra aduersarium si non constat notoriè de ipsius iure, an releuet.*

2 *Intrusi lite pendente obtenta re iudicata per partem aduersam, & executoriales, de iure cogi possunt vt pareant iudicato.*

3 *Beneficium reseruatum ratione protonotariatus vtrũ inducat notorium non iuris, partis, quæ tale beneficium obtinuit, ita vt impediat executionem obtentam contra aduersarium per iudicatum, & executoriales.*

4 *Iuris patronatus si sit beneficium, non potest dici reseruatum, nec per expectatiuam acceptari.*

5 *Possessio beneficij cessa a parte in manu Rotæ non tradita caussa non est releuatoria maximè, si non fuerit executorialium forma obseruata.*

6 *Inobedientibus iudici pœna per declaratoriam irrogari potest si temerario ausu perseuerent.*

ORta fuerit quædam lis inter Spinellum, & Archiepiscopum Pisanum, qua pendente decessit Archiepiscopus, Spinellus autem obtenta subrogatione prosecutus fuerat litem cõtra interesse prætendentes vsq; ad sequestrum, & executoriales, interim verò cuidam de Caualcantib. per obitum Archiepiscopi fuerat prouisum, & possessionem acceperat; Spinellus nunc petebat procedi contra eum ad declaratoriam, quoniam non restituebat sibi possessionem; ille respondebat, constare
1 de notorio non iure Spinelli, seque non teneri. Rota conclusit procedendum esse ad declaratoriam contra Caualcantes, si non restituant possessionem Spinello, prout debent: ratio est, quoniam cum non obtinuerit Spinellus rem iudicatam, & executoriales, & Caualcan-
2 tes intrusi lite pendente, & nulla est ratio cur parere nõ debeant, ac possessionem Spinello tradere, prout in commissione executorialium continetur. Nec obstat, q̃ illi
3 aiunt constare de notorio non iure Spinelli, quia beneficium erat reseruatum ex protonotariatu, ideoque impediendam executionem, quoniam præter multas responsiones quas adfert Spinellus, quib. conatur probare ius suum, & non bonum aduersariorum ius Caualcantiũ, quoniam cum ipsi aiunt beneficium fuisse de iure patro-
4 natus, vt constat ex vltimo statu beneficij. Ideoque non dici reseruatum, & dum Caualcantes replicant, si est de iure patronatus, ergo non capitur ab expectatiua: Spinellus respondet reseruatum fuisse Archiepiscopo, qui cum esset inhabilis, quia tunc esset excommunicatus, & incapax, quia Archiepiscopus, ideo factum hic esse locũ suæ gratiæ, Rota in dec. 4. in non. de iure patr. Abb. c. cũ vos, nu. 4. de mo. ord. Rebuf. in tract. tit. deuolu. nu. 14. Vnde ex his negari non potest cum res sit controuersa, ac indigeat discussione, & propterea exceptio Caualcantium dum aiunt constare de notorio non iure Spinelli non est valida, nec admittenda ad impediendum executionem: vt in similib. aliàs decisum fuit in caussa Versana, coram D. Quirigo, die 24. Nouembr. 1557. Verum quia reperio in actis Spinellum mortuo Archiepiscopo prosecutum fuisse litem contra interesse habere putantes, & obtinuisse rem iudicatam, cuius vigore decretũ fuit sequestrum contra interesse habere prætendẽtes, reperio etiam Caualcantes cessisse possessionẽ in manibus Rotæ. Et dicunt non posse procedi contra eos ad declaratoriam, quia non possident, nec habent quod restituatur,

5 tuatur, quibus respondet Spinellus † non sufficere eos
diminuisse possessionem penes Rotam, nisi caussam sibi
tradant iuxta formam executorialium. Idcirco dixerũt
Domini, vt videam eos ita componere, vt ego tradam
possessionem Spinello, quæ nunc est apud Rotam, &
omittam declaratoriam, & omittam declarationem cõ-
tra Caualcantes; præsertim cum illi non sint condemna
ti in sententia in expensis, & fructus nullos perceperũt,
quòd si Spinellus renuat, videam diligentius factam, &
6 si reperiam Caualcantes † non obedire procedam ad de-
claratoriam, vt moris est.

DECISIO CDXLII.

Vrbeuetan. Capellaniæ, 10. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Lapsus sex annorum in beneficia iuris patronatus post eius erectionem, si eo tempore nullius fiat præsentatio a patrono, an faciat vt conferendi potestas ad Papam deuoluatur.*

2 *Instrumentis si probari potest super iure patronatus confectis reseruatum patrono ius conferendi durante vita, non releuat prouisio Papalis in contrarium facta, cum non præsumatur Papa patroni iuri præiudicare velle.*

3 *Patronus reseruans sibi vsumfructum omnium assignatorum beneficio durante vita, potest interim assignari ex omnibus sibi reseruatis Rectori instituto pro sustentatione.*

4 *Sororis filius, qui non est de agnatione patroni, an possit habere collationem beneficij ex præsentatione patroni stãte conditione, quod debeat esse de agnatione præsentandus, & habilis ætatis ad celebrandum ipso habili non existente ob minorem ætatem.*

5 *Capellanus ad celebrandum potest substitui prouiso nondum habili ob ætatis defectum si ita in fundatione fuerit constitutum.*

ERectum fuerat ius patronatus a Vincentio de Bal-
lottinis, in quodam altari Monialium cum quibus-
dam conditionib. quorum copia data fuit, postea lapsis
7. aut 8. annis, idem Vincentius præsentauit in rectorem
Antonium Torellum nepotem ex sorore natum annis
19. & vltra eius præsentatio admissa fuit, & secuta insti
tutio ac possessio. Quidam Io. Maria paucis post diebus
eamdem capellaniam impetrauit a Papa vti certo mo-
1 do vacantem, † prætendens ob lapsum 6. annorum post
erectionem iuris patronatus, intra quod tempus nullus præ
sentatus fuit, beneficium deuolutum ad Papam esse, &
alia nonnulla aduersus præsentationem Torelli obijcie
bat, Rota tñ conclusit contra prouisionem Io. Mariæ, si
2 quidem ex instrumento iuris patronatus apparet reser-
uatum fuisse ipsi Vincẽtio fundatori ius præsentandi du
rãte ipsius vita, itẽ vsumfructum omnium bonorum in
dotem assignatorum. Vnde non dubiũ est potuisse eum
in erectione iuris opponere hasce conditiones, quæ con-
seruandæ sunt, prout fundator ipse voluit, Fel. in tracta.
4. lit. Apost, nu. 2. & 5. cum præsertim hic fuerit auctori-
tas Vincentij, ex cuius consensu dubium non est posse
reseruari in ipsa fundatione hmôi conditiones, licet re-
spicerent actum spiritualem, Card. cons. 8. Roch. de iur.
patr, pro eo, quod, q. 2. nu. 24. & seq. Fel. in tract. 6. nu. 4.
Nõ obstat, quod non appareret de facultate Vicarij in reser
uando iure patr. iux. not. in c. fi. de off. Vicar. in 6. Nã si
Vicarius hanc facultatem non habuit, erga Capellanus
potuit erigi in titulum beneficij, & consequenter nulla
erit prouisio Io. Mariæ, qui hanc impetrauit tamquam
beneficiũ, quod nullum. Non obstat, quod lapsi sunt quattuor
mẽses ad præsentandũ post reseruationẽ iuris patr. Vn-
de beneficium erat deuolutũ ad Papam, in c. qm̃ de iu-
re patr, Dec. cons. 135. n. 3. Staphil. pag. 57. vers. hinc est,
qm̃ secus est in casu nostro, vbi Vincẽtius reseruauit si-
bi ius præsentandi durãte eius vita, & interim voluit es-
se vsufructuarius omniũ bonorũ. Vnde non potuit & inte
3 rim... tempus † cum expresse deposuerit rectorem eligẽ-
dum debere sustentari ex fructib. dictæ dotis, & tñ eius
fructus donec ipse viuit voluerit ad se tm̃ pertinere, vel
in quemcumq. casum non esse deuolutum ad Papã be-
neficium, sed ad Moniales, vt est expressum in vers. ac ẽt
4 voluit. Non † obstat. quod non fuerit seruata forma tradita
in reseruatione iuris patr. tunc quia Torellus præsenta-
tus non est de agnatione fundatoris cum ille vocaretur
de Ballotinis, tum quia non est idoneæ ætatis ad celebrã
dum, prout requiritur in fundatione. Nam respõdetur,
imò in ea excipi omnes præsentandos etiam de agnatio-
ne, & parentela ipsius Vincentij, qui admitti possunt, dũ
modò sint proximi ad ætatẽ qua possint celebrare quæ
5 omnia in casu nostro sunt seruata, † cum ex actis constet
Torellum esse de cognatione fundatoris, & in ætate 19.
annorum, & vltra, & interim constitutus sit Capellanus
de consensu Monialium, qui loco illius interim celebra-
ret, prout cautor in fundatione: hæc autẽ omnino ma-
gis probata sunt, quia conueniunt menti fundatoris, &
non aliàs, qui tam se beneficium exhibuit erga Eccle-
siam, ne retrotrahãtur ab sua fundatione ac dotatione,
gl. in c. cũ dilectus, de iure patr. Fel. in d. trac. col. 1. & 2.

DECISIO CDXLIII.

Carthagin. seu Oriolen. iurisdictionis, 10. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Præpositus litem habens cum Capitulo, & cum aliquibus Canonicis in particulari, si sententia feratur in eius fauorem an contra Capitulum lata dici debeat, vel contra Capitulares.*

2 *Auditor gestos actus in vnum colligere ex mandato Rotæ iubetur ad faciliorem inducendam cognitionem caussa, & decisionem.*

FVerat lata sententia a Dom. Caputaq. contra Cano
nicos in fauorem Præpositi, & dubitabatur, *an esset
prima, vel secunda, contra Capitulum si quidem alia ante
etiam fuerat lata in partibus, et quia lis erat Præposito cum
Capitulo. & nonnullis Canonicis particularibus:* ipsi pratẽ
debãt fuisse iudicatum contra Capitulares, non contra
1 Capitulum; ideo etiam Capitulum petebat remissoriã.
Quoad primam partem dixerunt Dñi, vt colligerem sin
2 gulos actus, qui fuerunt gesti a principio litis vsq; ad fi-
nem cum sententia, & illos postea referrem in Rota, &
tunc rectius iudicabunt, an sententia Domini Caputaq.
fuerit lata contra Capitulum, aut contra particulares,
quoad remissoriã, & an sit danda, videatur decisio a Ca
nonicis allegata coram R. P. D. Antonio Augustino. Nã
tunc ego nondum eram receptus inter Auditores, alij
aũt Domini non habebant in præsenti illius memoriã.

DECISIO CDXIV.

Taruisina matrimonij, 13. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Apocha seu schedula quæ scripta dicitur a muliere ea id negante, si sit satis recognita, an ex hoc sufficiẽter actu matrimonium probetur, posito, quòd præcipuum probationis fundamentum in illa recognitione sit collocata, & num. 3.*

2 *Exacta probatio vbi non videtur requiri, Rota legitimis coniecturis acquiescere solet.*

ALiàs proposueram dubium, *an ex testib. & alius de-
ductis in puncto, probaretur matrimonium inter Io.
de Caluis, & Margaritam?* Et quamuis Domini tunc sa-
1 tis inclinarent pro probatione matrimonij, quia tunc
præcipuum fundamentum nitebatur recognitioni cu-
iusdam schedulæ, quam Ioan. asserebat scriptam fuisse a
Margarita, illa autẽ negabat, propterea Domini volue-
rũt vt de hoc particulariter quæreretur, an schedula es-

set legitimè recognita, ita vt ex ea probetur matrimo-
nium, data igitur copia depositionis testium, cõclusum
fuit a Dominis nemine discrepante, recognitã aliunde
esse schedulam ex depositionibus testium de quibus in
dubio, nec enim requiritur exacta illa probatio, de qua
DD. in l. comparentes. C. de fide instr. Cũ Rota acquie-
2 scat legitimis tantum † coniecturis aliàs ... hic in Curia
posseut recognósci, & similia. Alex. cons. 14. nu. 10. præ-
terea id fortè procederet, si tota hæc probatio niteretur
tantum dictis illorum duorum, aut trium testium, verũ
hic concurrunt plura alia adminicula, tẽ ita se habuis-
se, de quibus in aliu dubio antea me proposítu, & facit
cons. Dec. 163. Alex. 123. in 1. & quoad particulas sic ac
ceptas, vbi adest consensus in matrimonio de præsenti
id probatur, Put. de spons. 5. recognita autem schedula
3 Domini nihil dubitarunt, quin † ex ea probaretur ma-
trimonium, tum ex verbis illius claris, tum ex alijs ad-
miniculis, velnti ex cõfessione ipsius Margaritæ, testib.
de publica voce, depositionem aliorum testium, ac ce-
teris, de quib. in dubio aliàs proposito.

DECISIO CDXLV.

Perusin. Sanctæ Crucis. 13. Iunij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij etiam litis pendentia adhuc in vigore exi-
stente capi potest, vbi resignatio ante litem facta fuerit.*

NIhil autem fuit in hac caussa conclusum, quoniam
factum erat non satis recognitum, & varia erant
vota, nonnulliique ex antiquiorib. attestabantur, aliàs
1 decisum fuisse † possessionem capi posse ẽt lite penden-
te vbi resignatio facta est ante litem, vt in caussa Gebi-
lionen. corã D. Anton. August. die 27. Febru. 1553. & in
quibusdam alijs decis. quas mandarunt mihi, vt diligen
ter inspicerem, ac postea si opus esset rursus dubitarem.

DECISIO CDXLVI.

Cæsaraugust. Archipresbyterat. 18. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Incedens in publica processione vt Archipresbyter, & fa-
ciens sequestrum in loco Archipresbyteratus, vtrũ ho-
rum actuum medio dici debeat Archipresbyter.*
2 *Verba laudi, an simoniam, & confidentiam declarare pos-
sint intercessisse.*

AGebatur tertia instantia, & petebatur remissoria,
ideò caussa proposita conclusum fuit, eam dandã
esse ex varijs capitib. ex quib. defuncto, & de releuan-
1 tia: Primò, quia dicitur ille incessisse in processione vti
archipresbyter; in loco dignitatis interpositum seque-
strũ, vt patet ex instrumento aliàs producto, ꝙ si nõ pro
bat, præbet tamen magnũ firmũ, & materia est maximè
releuans. Aegid. 429. Secundò, quia dicitur locasse do-
mũ presbyteralem, & horrea vltra trienniũ, atq; ita in-
cidisse in Paulinã, quàm etiam probare volunt vsu rece-
2 ptam in illis partib. Tertiò, volunt † probare simoniam
cuius fumus datur ex verbis laudi, vti condemnãdu ad
soluendum expensas pro expeditione regressus: itẽ pro-
bare confidentiã ostendit confessio eorum quamuis re-
uocata. Accedit quod etiam dicitur post sequestrũ pro-
secutum esse cognitionem caussæ sibi delegatę, vt archi-
presbyter, & quare ille se excusabat caussam ante seque
strum fuisse inceptam, & quia obijciebantur hæc omnia
tendere ad probandum delictum, ideoque remissoria
non laudum, responsum fuit hic non agi de imponen-
da pæna animati, deinde dari etiam hoc casu vbi adest
magnus fumus. Crescen. 130. Sarnen. super reg. 325. &
ita fuit seruatum in caussa Lucan. canonicatus coram
D. Chissanen. ex his conclusum pro remissoria.

DECISIO CDXLVII.

Ferentin. paratæ, 18. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Contrarietas testium deponentium ex vna parte de parata
facta in altero fluminis certo loco, ex altera negantium,
nec de loco parata conuenientium, vt conciliari debeat
ad facti probationem.*
2 *Flumine publico existente vbi parata noua fuit ab vna
partium constructa, non tamen nauigabili, non potest
ea in præiudicium alterius partis aduersæ veterem pa-
ratam demoliri propria auctoritate.*
3 *Fluminis publici, & non nauigabilis aliæ conditiones sunt
a flumine nauigabili, & priuato.*
4 *Parata extructa a parte aduersa in fluuio, quæ non impe-
dit vsum publicum per dominam habentem iurisdictio
nem ibidem, an possit demoliri ad suarum paratarum
nouiter erectarum protectionem.*
5 *Priuatũ vbi fuerit flumen, videndum est cuius sit terre-
nũ circa quod parata est constructa, vt constare possit
an propria possit auctoritate demoliri talis parata.*

HAec caussa plurimum pendebat a facto, si quidem
1 erant examinati testes multi † ex vtraque parte
inter se omnino contrarij, quoniam aliqui asserebant
olim paratam in certo loco extructam fuisse, alij nega-
bant, repugnabant etiam circa locum paratæ nouæ, &
alueum fluminis, & præiudicium quod inde oriri dice-
batur, & alia multa, quib. ex caussis statuerunt Domini,
vt ego mense Septembris proximo in rem præsentem
accedam, & locum ipsum diligenter inspiciam, atque a
vicinis, & incolis ibi instructionem accipiam quomodo
res se habuerit: interim vero quoniam D. Virginia prę-
tẽdit licuisse sibi paratam deuastare, quãuis omnia etiã
in facto reperiãtur, prout præsupponit pars aduersa, id-
circo ne superuacaneus esset labor huius itineris, & in-
spectionis loci, proposui dubiũ iuxta omnia ferè præsup
posita D. Christophori. Rota autem conclusit sub hac
2 distinctione, ꝙ † si flumen vbi parata noua fuit constru
cta est publicum, non nauigabile, tunc non licuit D. Vir
giniæ eam propria auctoritate deuastare, cum fluminis
vsus sit publicus, Cæp. de seru. rust. præd. in titu. de flu-
min. nu. 7. nec obstat doctr. Paul. de Cast. in l. flumin. de
damn. infect. nam communis opinio est contra illum.
Ang. in d. l. flumin. in 3. linea, nu. 3 Alex. d. cons. 194. nu.
2. in 2. Bar. l. quo minus, de flum in secunda q. Ias. ibi in
primo notab. & nu. 45. Ripa ibi num 42. Dec. cons. 241.
nu. 4. & Cæpol. supra in dicto tit. de flumin. alia autem
adducta pro obiectione Pauli de Cast. non sequuntur in
hoc casu. Nam Bal. in l. si plures. C. de cond. instru. lo-
3 quitur † de flumine nauigabili, aut in flumine priuato,
qui sunt diuersi casus, vt per Bal. in rubr. de rerum di-
uis. num. 7. & 8. in l. item lapilli, cod. tit. nu. 4. & 5. Dec.
cons. 121. Barbat. cons. 28. & 4. quapropter sola ferè au-
ctoritas Pauli Castrens. in d. l. fluminum, qui etiam vi-
detur vti ratione non bona, si quidem alius fluuius est
publicus de iur. quæsit. sicut & flumen. l. adeo. §. insula,
de acqu. rerum domin. fac. l. prima, §. similique modo,
de flum. & §. iterum, Institut. de rerum diuis. & ita vt in
terminis Bart. in tract. de alueo. in §. nouus, versic. cu-
ius, & ipsum fluuium. Bald. in rubric. de rerum diuis.
num. 27. Cæpoll. in dicto tractat. de aqua, & in titul. de
alueo, num. 1. & 2. Quæ tamen catenus intelliguntur,
4 quatenus hac † parata non impediebatur vsus publicus
aliorum, quoniam tunc erit videndum an D. Virginia,
quæ habet iurisdictionem in illo territorio, poterit eam
deuastare iure cuiusdam protectionis aliorũ, quæ ad eã
spectant, vt per Bar. in l. 1. §. per hanc, ille secundu. de rei
vend. Bal. in d. rubr. de rer. diuis. num. 8. vers. sed nouus
alueus. Ruin. cons. 96. in 4. & ita procedunt multa etiã
in contrarium allegata, quotiescunque parata impediret
vsum publicum aliorum. Aliud caput distinctionis fuit,
5 quod si flumen, † de quo agitur, est priuatum, tunc vi-
dendũ erit cuius est terrenum, circa quod parata est cõ-
structa, vt intelligamus an licuerit eã propria auctorita-
tẽ deuastatè, iuxta legẽ quemadmodum. ad leg. Aquil.
Cæpol. in d. tractat. d. titu. de flumin. priua. Bald. in leg.
item

item lapilli, de ter.diuiſ.colu.1.Ruin. conſ.95.96.97.in quo ita, Aim d.conſ.124. cum ſimil.

DECISIO CDXLVIII.

Cameracen. Canonicatus. 20.Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Reuocatoria regula facultatū conceſſarū Legatis, & Nuncijs Apoſtolicis habens verba generalia quid operetur.*

2 *Pontifex maximus reuocans Nuncijs Apoſtolicis a prædeceſſoribus ablegatis, cenſetur & facultates illis conceſſas reuocare.*

3 *Nuncij ad Imperatoriam Maieſtatem mitti ſolent vltra quadraginta annos a Sede Apoſtolica.*

4 *Papa ob nimis amplas facultates a prædeceſſoribus conceſſas Legatis, vel Nuncijs ſæpè reuocatoria vti conſueuit.*

COram D.Antonio Auguſtino pendebat cauſſa, qui
propoſuit hoc ferè dubium, & nihil tunc conclu-
ſum fuit, quamuis inclinarent magis Domini non eſſe
reuocatas facultates, cum deinde ego propter eius ob-
ſeruantiam eſſem ſubrogatus, rurſus propoſui dubium
paucis tamen mutatis. Quapropter re diligentius per-
1 ſpecta concluſum fuit hoc pacto. Nam cum † vltima
reg. reuocatoria habeat verba generalia, & deinde exce-
ptiones quaſdā veluti, quia reuocat generaliter oēs Le-
gatos de latere, & Cardinales, & Nuncios, exceptis ta-
men Legatis, ſen iudicibus in Anglia, Hibernia, & alijs
locis ibi .... ante annos 40. ſoliti ſunt a Papa Legati mit-
ti, ſeu Nuncij, ideo dictum fuit, quoad regularitatem
regulæ ſatis dici reuocatas facultates Archiepiſcopi....
Nam cū ille fuiſſet Nuncius miſſus a Iulio Tertio, po-
ſtea Marcellus reuocauit omnes ſuas facultates, & idē
fecit Paulus Quartus initio citationis, ſed quia tamen
illa fuit reuocatio earum facultatum, ille permanſit ſem
per Nuncius, licet eſſet mortuus Iulius Tertius, quoniā
Archiepiſcopus erat Nuncius Sedis Apoſtolicæ, c.ſi gra
tioſæ, de reſcrip.in ſexto. Deinde Paulus Quartus reuo-
cauit illas facultates, & vltimò demum ſecuta eſt regu-
2 la de qua nos agimus, † in qua ille expreſſe reuocat om-
nes Nuncios a prædeceſſoribus ſuis conſtitutos, inter
quos dubium non eſt ex vi verborum comprehendi Ar
chiepiſcopum, cum ille fuerit creatus a Iulio Tertio, igi
tur reuocato Nuncio ſunt etiam reuocatæ facultates, l.
ſemper, §.negociatores §.fin.Bar.Bal.Sal.Caſt.l.Seruia-
mus.C.de teſt.milit. prætetquam, quod hic propter re-
uocationem iudicij eſt reuocatio facultatum expreſſa,
& ita in hoc capite res nullam videtur habere difficul-
tatem, ſed quia deinde ad ſunt exceptiones in regula re
uocatoria, de quibus, ſupra viſum eſt Dominis propriè
3 cadere ſub exceptionem. † Nam Nuncij ad Impera-
torem iam ſoliti ſunt mitti vltra 40. annos, & hoc dixe-
runt adeo notum eſſe, vt alia probatione nō indigeat, in
eo atteſtati ſunt aliqui ex Dominis ſe certò ſcire cū fuiſ-
ſe eo tempore cum negocia componerentur, & Papam
ad eam edendam motum eſſe ob nimium amplas facul-
tates conceſſas a Iulio Tertio Legato Portugalliæ, quas
cū voluerit reuocare expreſſe, & iudicialiter, ne illi iniu
riam facere videretur, voluit vti hac verborum genera-
litate, vt videretur regula eſſe communis, cum tamen il
le nollet reuocare alios ſuos iudices ſolitos, & ideò adie
ctas fuiſſe illas exceptiones. Ob hanc cauſſam, & hanc
affirmauerunt mentem omnino ſanctiſſimi fuiſſe.

DECISIO CDXLIX.

Barchinonen. anniuerſatiorum. 28. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Monachus clauſtralis Vicarius Abbatis exiſtens, vtrum beneficiatus eſſe poſſit.*

2 *Impugnati articuli aliquando a parte conceduntur, vt celerior cauſſæ expeditio ſequatur.*

3 *Compulſor vt quis eſſe poſſit de ſubſtantia officij non eſt vt in dignitate conſtitutus.*

4 *Prior clauſtralis ſubeſt Abbati, & tantum clauſtri curam gerit.*

5 *Abbatis aut prioris cōuentualis maior & potior eſt licentia cōceſſa Vicario Cōpulſori, quàm clauſtralis prioris.*

CVm in eadem cauſſa ſupra 25.Maij concluſum fuiſ
ſet extractionem iurium factam à Vicario ..... Ca-
nonico regulari, validior fuiſſe, niſi probaretur hunc
1 fuiſſe Monachum clauſtralem nunc beneficiatum, arti-
culos produxerunt contra Capitulum, vt oſtendat Vi-
carium hunc fuiſſe omninò clauſtralem: agentes autem
2 pro Capitulo quamuis hos articulos impugnarent, ta-
men vt celerius cauſſa expediretur, voluerunt ea omni-
nò admittere, quæ in his continentur, & adhuc aſſere-
bant Vicarium illū fuiſſe, legitimū compulſorē ex ratio-
3 nib. aliàs traditis, præſertim cū in cōpulſore non requi-
ritur dignitas, de qua in c. ſtatutum de reſerua. in 6. &
per Rotam de reſcrip. in nou.30. cum ad .... ad Boniſ.
Clemen.& ſi principalis de reſcr.nu.20.& 42.quam ra-
tionem nunc & probauit Rota. Quoad obiectiones au-
tem, & allegationes beneficiatorum, reſponſum fuiſſe,
ea fortè potuiſſe procedere ſi probaſſent hunc priorem,
qui dedit licentiam Vicario fuiſſe priorem clauſtralem.
4 Nam cum prior clauſtralis habeat Abbatem ſuperiorē,
& ipſe curam gerat tantum clauſtri, c. cū ad Monaſte-
rium.§.prior autē, & §.Abbas verò, de ſtat. monach.&
ait gloſ.in d.Clem.& ſi principalir. ver.clauſtra, potuiſ-
ſet fortè dici hanc ſententiam nullā eſſe, quia prior clau
ſtralis tantū ea debet curare, quę ad clauſtrū ſpectant, &
ita procedit Rota in d.Clem.& ſi principalis, vbi Anch.
nu.9.Bar.nu.22.29.Imol.nu.3.& 5.& alia adducta a be
neficiatis, ſecus verò eſt vbi licentia conceditur ab Ab-
5 bate aut Priore conuentuali, qui hoc poteſt. Card.Clem.
religioſus, de procut.3. not.facit Clem.ne in agro, §.cete
rum, ver.... cōuentualis de ſtatu monac. 478. Staph. pag.
58.prout accidit in caſu noſtro, ſicut conſtat inſtrumen-
to producto, allegatum etiam fuit pro Canonicis Felin.
c.decernimua, de iud.... col.penult.& Purpur. rubr. de
officijs eius, col.fin. qui atteſtatur de communi.

DECISIO CDL.

Neapolitan. pecuniar. 28.Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Intentio partis agentis, an poſſit probari ſi teſtes quidam de adminiſtratione ſuorum bonorum per quendam tertium facta 15. annorum ſpacio alij vero 25. deponant.*

2 *Matrona poſſidere poteſt, curamque rerū gerere, quamuis per alium eiuſdem bona adminiſtrentur.*

3 *Probatio hac an indefinita ſit, ſ. probare quendam tertium bona ſua adminiſtraſſe, ſi non addatur, omnia.*

4 *Teſtes deponentes quantum fieri poteſt a mendacio, & contrarietate defendi debent.*

5 *Condemnatio an fieri poſſit in certam quantitatem ratione adminiſtrationis non perfectè conſtito de redditib. bonorum adminiſtratorum.*

QVoniam dubium propoſitum erat ſatis amplum,
ſi quaa continebat probationes Domini Vincen-
tij, ét quæ ex aduerſo a religione opponūtur, contine-
bat deinde an ſententiæ ſuper his latæ ſint confirman-
dæ: in quibur quidem ſententijs duo comprehendun-
tur; alterum eſt, quòd religio condemnetur in ſcutis
3000. alterum eſt, quòd condemnetur ad cedēdum ra-
tionem adminiſtrationis Capuani: Rota voluit hæc
omnia tunc capita decidere, ſed primum tantum fir-
mauit circa adminiſtrationem, concluſitque intentio-
1 nem Dom. Ioann. Vincentij ex deductis clarè eſſet pro-
batam, nec iam elidi, & offuſcari ex his quæ obijciun-
tur a Religione. Nam pro parte Dom. Vincentij pro-
batur Capuanum adminiſtraſſe illius bona, ac redi-
tus per quam plures annos, & aliqui deponunt de 15.
annis, alij de 20. alij de 25. & ſimul, & teſtes de his de-
ponentes reddant etiam congruam rationem ſenten-
tiæ, &

riæ & circa probationem administrationis nihil dubitatum sit, quin ex eis pars probetur: pro parte verò religionis, quæ adducuntur non elidunt nec minuunt, si Capuanus administrauerit, cũ possit quidẽ Sarra possidere, & rerum cusam gerere, & tamen Capuanum illa ad-
2 ministrare, vt † quotidie videmus in nobilibus viris, & alijs dominis rerum accidere, quoniam ipsi quidẽ possident, sed habent deinde agentes, & famulos qui ea ad-
3 ministrant, deinde † probatio D. Io. Vincentij est indefinita, videlicet, quòd Capuanus administrabat eius bona, sed non dicit omnia, prout in eius articulo. Idemque aiũt omnes testes, quapropter licet Sarra administraret etiam aliqua bona, nõ ideò excluditur depositio testium in alijs bonis. Tertiò, cum probatio Io. Vincẽtij comprehendat longius tempus, non repugnat administrationi Sarræ, quæ fuit tantum post discessum Io. Vincẽtij, quæ omnia eo magis sunt adnotanda, quando agitur de defen-
4 dendo testes a mendacio, & repugnãtia, iuxta c. cum tu, de testib. & ex his respondetur ad alia omnia pro parte religionis, quoniam necessario non cõcludunt, imò multa sunt, quæ potius firmant probationem Io. Vincentij, vt est tertium instrumentum & quamplures litteræ Sarræ, quæ ostendunt Capuanum administrasse, & Sarram solitum ei omnia concedere: quoad alia duo capita præ-
5 sertim quoad condemnationem in scut. 3000. nihil fuit firmatum, quoniam Dñi prius voluerunt intelligere clarẽ, qui essent reditus omnium bonorum D. Io. Vincentij, & in qua summa dicatur fraudatus, ita vt intelligant an sit verisimile eum hac in summa potuisse fraudasi.

DECISIO CDLI.

Pisana parochialis S. Iacobi 28. Iunij 1557.

SVMMARIA.

1 *Ius patronatus aliquando patronis competit, vt vniuersitati, & collegio, aliquando vt particularibus.*
2 *Patronus an bis iuramentum præstitum variare possit.*

CAussa vertebatur super iure patronatus, &c. ex præsentatis potius habẽdus esset. Quoniam autẽ multæ oriebantur difficultates, fuit reiecta ad Calendas. Du-
1 bitabatur enim primò, † an ius patronatus competat his patronis, tamquam vniuersitati, & collegio, an vt parti-
2 cularibus, deinde, an potuit bis variare postea iuramentũ, obstetq; in re? Contrarij ferè sunt inter se. Alex. cons. 16. & 3. Et Lambert. in tract. fol. 307. vet. an potuerit ita absolui a iuramento non citata parte, & similiter.

DECISIO CDLII.

Mediolanen. Capellaniæ de Castillone, 1. Iulij 1557.

SVMMARIA.

1 *Constito nondum de acceptatione principalis, mandatũ tamẽ procuratoris ad acceptandũ licet generale sufficit, & ad capiendã possessionẽ beneficij collati principali.*
2 *Principalis dans mandatum procuratori ad possessionem capiendam beneficiorum sibi conferẽdorum, dat etiam facultatem vt collatione facta statim id exequatur nomine beneficij licet non expresso.*
3 *Possessorio vbi agitur, sufficit coloratus titulus ex superioris auctoritate.*
4 *Mandatum si sit expressè apprehendendi quacumque beneficia, & dicitur mandatum apprehẽdendi possessionem, & beneficia item acceptandi.*
5 *Verbum, apprehendẽdi, in mandato procuratorio positũ, potissimũ refertur ad possessionem beneficij capiendã.*

QVamuis hoc idem ferè dubium in eadem caussa anno præcedenti coram Dom. Chissanen. fuisset decisum, tum cum in secunda instantia lis coram me ageretur, non potui deesse supplicationi partis, quin rursus caussam proponerem nonnullis adiectis: Domini au-
1 tem prior. decis. intrepide firmarunt, videlicet, mandatum id fuisse sufficiens ad possessionem capiendam beneficij collati Clausiano, quamuis de eius acceptatione nondum constaret, idque ex text. in term. in c. si tibi absenti, Abbas, c. accedens, de præb. in 2. oppos. & c. cum
2 nostris, de concess. præb. Qui igitur dat mandatum procuratori ad capiendam possessionem beneficiorum sibi conferendorum, dat etiam facultatem, vt statim collatione facta id exequatur, licet beneficij nominationem non exprimat, Bisig. 4. de procur. Cassad. 2. nu. 6. de concess. præb. coniunctis dictis per Abb. d. cap. cum nostris.
3 nu. 6. 8. 22. maximè † quando nunc agitur possessorio, in quo sufficit coloratus titulus ex auctoritate superioris, vt 393. 422. & facit cons. Bertran. 224. nu. 19. cum 3. ad-
4 debant, quòd mandatum Clusiani erat expresse etiam ad apprehendendum quęcumq; beneficia, quibus verbis cõtineri dicebant ius apprehendendi possessionem, & acceptandum beneficia: verum hæc ratio non satis
5 tuta visa fuit, quoniam id verbum, apprehendendi, potius ad possessionem spectat, itaque priores magis probatæ fuerunt.

DECISIO CDLIII.

Romana 2000. 1. Iunij 1557.

SVMMARIVM.

1 *Caussa longa discussione indigentes ob maturiorem deliberationem a Rota in tempus opportunum magis reijci solent.*

1 CAussa fuit † reiecta ad Cal. quoniam non potuerũt absolui ea vnica propositione, & indigebat longiori excussione.

DECISIO CDLIV.

Nolana sequestri in ultima audientia, 15. Iulij 1555.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra prælatum super spolij reuocatione non citata parte ad videndum decerni sequestrum, vtrum sit valida.*
2 *Sequestrum cuius rei caussa potissimum veniat parti petenti concedendum, vel non.*

1 LAta fuerat † sententia a Iulio contra Cardinalem super reuocatione spolij pensionis non ritè factæ, & quia pars non citauerat Cardinalem, & ad uidendum decerni sequestrum, D. Iulius tulit sententiam tantum, nec sententiam apposuit: postea cum appellationis caussa coram me penderet, petijt pars sequestrum apponi vigore innouationis: Cardinalis negabat esse locum sequestro ex decis. Aegid. 54. utrum Rota mandauit mihi ut discernerem illud ex officio, iux. decis. Cassad. 3. in fi.
2 de restit. spol. non enim conceditur sequestrum uigore Clem. ad compescendos, quo casu procedit d. decis. 54. sed potius hoc totum fit ex officijs, ut supra per Cassad. dicebant etiam aliqui, si spolium non fuisset super tota caussa, fortè non debuisset decerni sequestrum, sed secus erat in casu nostro.

DECISIO CDLV.

Romana de Infessuris, 17. Octobris 1557.

SVMMARIA.

1 *Vendens domum, & promittens de euictione, lite mota ipsius domus caussa, ad defensionem tenetur emptoris.*
2 *Excludere volens aduersarium ad exclusionem necessario requiritur, vt adferat probationes ex necesse.*
3 *Dominium domus ad se pertinere probare volens, audiẽdus est, eoque non probato iudicium fertur pro possessore.*

MArius de Infessuris agebat rei uindicatione domus cuiusdam, contra Branchadorũ, & quia qui-
1 dã de Amodeis uendiderunt hanc domum Branchadoso, & promiserant, ideò hi nunc susceperant litem, & caussam prosequebantur: Marius iam obtinuerat sñiam a Domino Decano contra Amodeos, postea Dominus Chissanen. eam reuocauerat, ea deinde deuoluta fuit ad Dominum Antonium Augustinum, & coram eo multis
2 dubijs propositis conclusum fuerat nihil probari ex parte Amodeorum, quod Marium excluderent, si quidem prętendebant ipsi hanc domum fuisse caussam restitutionis dotis assignatam Felicitæ de Amodeis, eamque ad eam

peruenisse. Hoc tñ quia non probauerũt, dixit Rota Ma
3 rium audiendum esse si velit probare dominium domus
ad se spectare, alioquin Amodeos absoluendos esse cum
possideant. Quoniam verò pro parte Marij aliàs nonnul
la deducta fuerant, & cum essent proposita in Rota corã
D. Chusanen. ostensum fuit ea non sufficere: statui ego,
qui fueram subrogatus in locum D. Antonij Augustini,
omnia vndiq; colligere, quæ ius suum probarent, tamen
proposui dubium satis amplũ, vt si fieri posset, vnita pro-
positione eam terminatem, quæ inter.... pauperes sub ti
tulo pauperum litigantium, dixerunt retẽtis ijsdem in-
formationibus, iterum dubitari posse sub aliquo certo
capite, de quo in puncto, & si placeret proponerem, hoc
videlicet, an ex deductis constet de titulo, & præscri-
ptione Ioan. Pauli ad effectum de quo agitur.

DECISIO CDLVI.

Perusina parochialis S. Crucis. 17. Octob. 1557.

SVMMARIA.

1 *Attẽtata an dici possit possessio tẽpore liti. pendẽtis capta.*
2 *Gratiosa subrogatio in beneficio tribuit etiam ius quoad capiendam possessionem.*
3 *Subrogatio alia gratiosa est, alia rigorosa, & alia quoad litem.*
4 *Subrogatus ẽt gratiosè, & possessionem capiens post multum temporis adhuc lite pendente, an dicatur attẽtata.*
5 *Possessio capta ex cessione intrusi alicuius in beneficio, vtique dicitur attentata.*

MArius Rodianus commiserat caussam contra Ro
bertum rectorẽ, & possessorẽ beneficij de.... cita-
tionis obtinuit, sed nondum fuerat executa citatio: Ro-
bertus deinde resignauit in fauorẽ Fuscherij qui litteras
expediuit cum gratiosa subrogatione etiam quoad pos-
sessionem post resignationem; Marius executus citatio-
nem contra Robertum, Robertus deinde sustinens litẽ,
& permanens in possessione mortuus est infra quattuor
menses. Marius prosecutus est litem contra interesse ha
bere putantes, & obtenta sententia ac executorialibus,
eas intimari fecit cuidam Guidoni intruso: post obitum
Roberti, Fuscherius mouit litem contra Guidonem in-
trusum, postea Guido cessit ei possessionem, atq; ita Fu-
scherius ingressus est possessionem, Marius inde dicebat
1 caussam † attentatã esse, quia cepta lite pendente, & exe
cutoriales impetratas ipsum afficere: Fuscherius se tue-
2 batur gratiosa subrogatione, quæ † ei etiam tribuit ius
quoad possessionem, & nonnulla alia deducebat, & qñ
respondebat Marius subrogatus non prodesse, quia tũc
non aderat lis, & subrogatio habet clausulam quatenus
3 beneficium esset litigiosum: Rñsum fuit id fortè proce-
dere in subrogatione rigorosa, iuxta Rot. in nou. 411.
hic locum esse cum contingat duplicem subrogationẽ,
alteram quoad possessionem, alteram quoad litem, q e-
tiam aliàs firmatum fuit corã D. Aldobrandino in causa
Cæsaraugustana parochialis die 1. Decembris 1557. vbi
4 visum fuit dictum, quod subrogatus gratiosè sit capiat
possessionem, post multum tempus etiam pendente lite
dicitur attentare. Verum Domini in alijs dubitabant,
videlicet, an possessio Fuscherij sit attentata, eo quod
capta fuit post mortem Roberti, & post sententiam la-
5 tam contra interesse putantes ei captam ex cõcessione,
&. de manu Guidonis intrusi, dixeruntque dubium es-
se ad hæc capita redigendum.

DECISIO CDLVII.

Romana fideicommissi de Grachis. 21. Octobr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Lite pendente caussa locationis domus facta a iam defuncto, dicitur extincta locatio.*
2 *Conductore persistente in domo locata a defuncto, si fiat recognitio locationis nomine hæredum, vtrum vigore istius recognitionis in possessionem veniant mittendi.*
3 *Colonus aut inquilinus esse desinens per obitum locatoris, sed simplex detentor, non potest per actum fictum transferre in alium possessionem.*
4 *Possidente nemine, & iacente hæreditate, & dum vacua est possessio, ille qui desiit esse colonus, rei insistendo transferre potest possessionem.*
5 *Creditum aureorum centum non est huiusmodi, vt eius caussa possessio domus in creditore debeat transferri, quæ multo maioris valoris est.*

MIchael Angelus locauerat quoddam casale Virgi-
lio ad 12. annos, & Virgilius sublocauerat Ma-
rio: Mortuo postea Michaele Angelo orta fuit lis inter
Vincentium de Rubeis, & duas sorores Michaelis An-
geli super eius hæreditate, & præsertim hoc casale, quia
1 lite pendente finita est locatio Marij, ipse tamen adhuc
insistebat in casali: placuit deinde Mario, dum ita insi-
steret recognoscere in dñas duas illas sorores, & consti-
tuit se nomine illarum possidere. Dubitaui ego, an hęc
2 recognitio sufficeret, ita vt illæ essent mittendæ in pos-
sessionem, & præponi Vincentio in possessorio? Plurі-
ma pars Dominorum sentiebat hanc recognitionem ni-
hil prodesse, eo quòd cum iam finita esset locatio Ma-
3 rij, & ipse amplius non esset colonus, sed detentor sim-
plex, non potuit per actum fictum transferre in alium
possessionem, Bal. rub. C. de contrah. empt. q. 16. Alex. l.
quod nemo, nu. 26. de acq. pos. cum ijs tñ inter veterem
possessionem per quos possidemus, ut seruus, procura-
tor, colonus, uel inquilinus, non autem ille qui nullum
ius habet, Bart. l. peregrè. §. quib. uers. quæro, quæ est ra-
tio, & l. si id quod, §. 1. de acq. pos. & not. l. fi. C. eod. qui-
dam tamen dissentiebant, quoniam possessio esset va-
4 cans, & iacente hæreditate nemine possidente, ille qui
desijt colonus esse insistendo rei potuit transferre pos-
sessionem, cum possessio illa ciuilis, quæ a nemine oc-
cupata est, accedat illi detentioni, Claud. l. quod in eo.
de acq. poss. Tiraq. de constit. in 3. par. 14. limit. nu. 5. *In*
hac igitur difficultate nihil fuit firmatum, *sed dixerunt*
Domini, vt dubium restringeretur. Quoad alia vero de
quibus in puncto de credito Marij in eo casali nulla fuit
5 altercatio, cum ratione tantum centum aureorum, ad
quam summam ascendebat eius creditum, non possit
transferre possessionem Casalis multo maioris æstima-
tionis, l. vt nemo plus, de reg. iur.

DECISIO CDLVIII.

Compostell. Archidiacon. 21. Octobr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Consensus in resignatione antea præstitus, & postea reuocatus coram Notario, si a parte resignataria extendatur, non citato resignante, an sit validus.*
2 *Consensus præstitus ad beneficij resignationem reuocari potest cum protestatione, & sic resignatio est nulla.*
3 *Regula est Cancellariæ, quæ prohibet resignationes expediri, nisi prius expressus consensus fuerit præstitus in Cancellaria.*
4 *Pontifex summus nullam resignationem admittit, nisi cõstet de mente ipsius resignantis, vt patet eius signatura, quæ tacitam habet conditionem, quatenus supplicantes in eadem voluntate persistant.*
5 *Papa gratias in beneficiorum resignatione concedit, non Datarius.*
6 *Stylus Curiæ obseruat, vt etiam post adeptam possessionẽ, & solutam compositionem Datario, adhuc ante extensum consensum resignans possit variare.*
7 *Regula præstationis cõsensus ostendit Papã extensionem denegare post dies quindecim a tempore missæ supplicationis ad registrum, propter fraudes quæ admitti solẽt.*
8 *Consensus præstitus semel, an possit reuocari.*
9 *Res adhuc integra dicitur, quæ variationem patitur, & admittit voluntatis mutationem.*

Reno-

10 *Reuocatus consensus non potest extendi, vtpote cum nul-
lus sit, cum ad nulla fieri non possit extensio.*
11 *Papa defectum consensus in resignatione requisiti supple-
re non potest.*

GOmezius Vasquez resignauerat Archidiaconatū
in fauorem Ludouici de Torres clerici Cameræ,
& concesserat super parua data tantū: postea antequam
parua data extenderetur, reuocauit coram Notario eo-
dē dict. patu. consensum, & protestatus fuit vt inde ex-
tenderetur, deinde ad mandatum R. Iulij de Sacchis,
1 alterius clerici Cameræ fuit † extensus ille consensus nō
citato aliter Gomezio, & non obstante eius protestatio-
ne: nūc quia Ludouicus de Torres expeditis literis pe-
tebat canonizatoriam, proposui dubium, an esset dan-
da, & an resignatio subsisteret? Domini vnanimes re-
sponderunt, rem esse minimè dubiam, & sępius deci-
2 sam, videlicet † consensum paruum reuocari potuisse,
& resignationem esse nullam. Et aliàs cóclusum fuit co
ram D. Quiroga, & in caussa Cameracé. canonicatus, &
præbendæ, die 8. Octobris 1556. & coram Capizucco in
caussa Gerunden. beneficiorum 1557. Rationes sunt
3 multiplices. Primò, † ob regulam Cancellariæ 43. quæ
prohibet resignationes expediri nisi prius expressus cō-
sensus fuerit præstitus in Cancellaria, vnde cum paruus
consensus non adhibeatur in Cancellaria, constat ta-
men non sufficere, arg. Sarn. in reg. de subrog. collit. q.
10. & de iust. resig. q. 31. & in reg. de public. resig. q. 7.
4 nu 4. & 2. quia † Papa non admittit resignationem nisi
constet de mente resignantis, c. admonet. cap. super hac
de renunc. quinimo eius signatura habet tacitam condi
tionem, quatenus supplicantes in eadem voluntate per-
sistant, Abb. c. super eo, nu. 8. de condit. appos. & ob id
gratia trahitur ad diem datæ paruæ, Cassad. 1. & 2. de
renunc. Vnde cum in casu nostro ante diem gratia sup-
uenerit, pœnitentia non potest retrotrahi, quia extrema
non sunt habilia. l. bonorum, ff. rem rat. hab. Dec. l. con-
tractus, nu. 23. de reg. iur. quæ fuit ratio Abb. d. ca. ad fi.
5 de cond. appos. Tertiò † cum Papa concedat gratias, &
non Datarius, consensus super parua data nullum ius
tribuit, & res adhuc dicitur integra, & locus est pęniten
tiæ, l. si pecunia, de cōd. ob caussam, l. fin. vbi Dec. in 4.
not. C. de pact. sicut & donat. facta absenti reuocata an
acceptationem factam ab eo qui debet acceptare, non
obstante stipulatione Notarij, Dec. l. contractus, num.
22 de reg. iur. Tiraq. de constit. limit. 30. num. 8. & seq.
Quartò hoc comprobat stylus Curiæ, quod videmus
hos paruos cōsensus vt plurium permanere apud ipsas
partes nec tradi Notario, & interim licere vnicuique
res arbitrio suo tractare, quod non concederetur si hic
paruus cōsensus esset reuocabilis, iux. not. in c. qm̄ gra-
6 ui, de crim. fals. Affl. 253. nu. 4. idéque stylus obseruat,
vt etiam post arreptam possessionem, & solutam com-
positionem Datario, adhuc ante extensum consensum
possit resignans variare, Put. 29. de renūc. Decani 48.
7 Mohed. 183. Quinto facit regula de præst. consen. vbi
Papa denegat extensionem post quindecim dies a tem
pore missæ supplicationis ad registrandū propter frau-
des quæ fiebant, dum differebatur extensio consensus,
cum interim status beneficiorū esset in certo, quod id-
circo cōtingebat, quia interim in arbitrio cedentis erat
valere commissionem a se factam a resignante vel eius
procuratore renunciatio sumptorum dicitur perfecta.
Cassad. 1. de resuc. Sarn. de infir. resign. q. 31. quoniam
in casu nostro Gomezius consensit tantum super par-
ua data, non autem super supplicatione, nec caussam
porrexit, imò expressè constat de cōtrario eius consensu
ex reuocatione, & protestatione, aliàs aliquis posset finge-
re supplicationem, & subripere beneficiū, vt apud Sar-
nē. de reg. collitig. quæst. 10. Non obstat, quòd cōsensus
8 semel præstitus non debeat posse † reuocari, iuxta reg.
cap. quod semel, de reg. iur. in 6. nam non dicitur præ-
stitus, l. non videtur, de acq. posses. & latè Tiraquel. l. si
vnquam, verbo, susceperit, num. 167. cum enim fuerit
adhibitus tantum super parua data, & sic super ... in-
9 formis † res dicitur adhuc integra, quæ patitur variatio
nem, l. si. vbi Ias. in 1. limit. de pact. Alexan. l. si pecuniā,
de cōdict. ob causam. Nō obstat, quòd cōsensus hic fue-
rit extensus mādato Pauli clerici. quoniam cum præsup
10 ponebamus consensum fuisse reuocatum, † vtique non
potuit extendi id quod non erat, l. si manente, l. dies, in
princip. de damn. infect. præterquam quod Camera nō
11 habet hāc facultatem. † cum nec etiam Papa possit sup
plere defectū consensus, Sarnen. in compen. vtri signat.
nu. 71. vers. idem est in consensu, cum similibus.

DECISIO CDLIX.

Romana domus, 12. Nouembr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Titulus aliqualis probatus ex diuisione fratrū, an fidem fa-
ciat de dominio domus quondam fratris prædefuncti.*
2 *Testis patronus ipsius pro quo deponit, non est omni exceptio
ne maior, potest tamen in probatione dominij admitti.*

FVerant examinati varij testes ad probandum do-
minium domus detentum ab Amodeis, quia Ma-
rius de infessuris prætendebat fuisse Io. Pauli fratris sui,
& ad se spectare, quia dubitaui, an ex deductis consta-
ret de titulo Io. Pauli, & sufficienter eius possessio esset
probata quoad effectum de quo agebatur? Rota conclu
1 sit † probari quemdam titulum ex diuisione facta inter
Io. Paul & fratrem eius, Castr. prima coram veri. num.
Dec. cons. 29. in 3. Bar. Castren. l. cum solus, nu ... Hæc
igitur prouisio probatur ex primo & secundo teste cla-
re, tamen alijs multis adminiculis concurrentibus. Item
possessio Io. Pauli probatur ex omnibus ferè testibus: tē-
pus autem possessionis: videlicet post diuisionem, hoc
nō probatur. Nam tertius testis probat quędam, sed alij
non, quod fuerit post diuisionem. Et quamuis allias te-
stes præsumatur cōtestes, Aim. 28. in fin. tamen in casu
2 isto, quia ille tertius testis est patronus Marij, & ita nō
est maior omni exceptione, & quia agitur hic de probā-
do dominio, Rota voluit hoc admittere, dixeruntque
vt aliàs particulariter agatur an probetur possessio suffi
ciens post diuisionem, vel videatur an sufficiat Marij
titulus pro hærede. Io. Pauli, nam tunc possessio eidē suf
ficeret, & omnia contraria tenerent.

DECISIO CDLX.

Caurien. Archidiac. 12. Nouembr. 1557.

SVMMMARIA.

1 *Impetrari potest declaratoria contra non parentem execu-
torialibus.*
2 *Cessione facta in tertium beneficij, si quis fuerit spoliatus,
an acta tamquam attentata veniant purganda.*
3 *Constituo de bono iure ex actis istius qui rem iudicatam ob-
tinuit, non veniunt consideranda attentata.*

GVtterius duas cōformes, ac executoriales obtinue-
rat cōtra Didacū, postea cessit ius suū in Petrum,
& Petrus in Alphōsum, cū subrogatione et quoad pro-
secutionem executorialiū, quia Alphonsus tūc agebat
1 ad † declaratoriam contra Didacum non parentē exe-
cutorialibus. Didacus excipiebat se fuisse a Gutterio
2 spoliatū post cessionē factam in Petrū, in eoque † hæc
attentata prius esse purganda. Dn̄i dixerunt duos casus.
Primus est, si Petrus acceptauit cessionē antequam Gut
terius spoliaret Didacum, & tunc clarum, & posse pro-
cedi ad instantiam Alphonsi contra Didacum ad decla-
ratoriam, eo quòd Gutterius qui eum spoliauit, est iure
tertius, quia non pōt impedire ius Alphonsi, Rot. 3. de
caus. poss. & propr. & 438. in nou. Bisig. 4 de iud. To-
los. 493. Mil. versic. possessorio recuperandi agens, 35.
est casus vbi Gutterius spoliasset, antequam Petrus
acceptauerit, & tunc quoniam Petrus accessoriè suc-
cedit in Vitall. qui deinde trāsfert in Alphonsum, quia
nunc igitur videtur ei obstare hoc, & si vult agere, vi-

detur prius cogen. purgare attentata, Franc. c. bona,
col. 3. de appel. secus si nollet agere, vt quidã dicebant.
3 Alij ẽt dicebant. ꝙ si † cõstat mihi in actis de bono iure
Didac. qui obtinuit rem iudicatam, tunc hæc attentata
non esse considerãda, Rot. in nou. de restit. spol. alij
tñ dissentiebant ob priuilegium attentatorum. Videndum
erit quo tempore fuerit facta hæc acceptatio.

DECISIO CDLXI.

Romanæ dotis de Iuuenalibus, 14. Nouemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Caussæ maximè dotales cõmissa in publica audiẽtia Rotali, possunt ẽt cõmitti vt priuatim domi ab Auditore ponderentur sine Rotæ participatione, & cognoscantur.*

2 *Dotis caussa a re iudicata etiam appellari potest maximè si in sententia dotis mentio facta non fuerit.*

3 *Pars volens excludere aduersarium a bonis in qua dotem petit, oportet vt ostẽdat se, & non illam ad bona etiam dotis nomine ius vllum habere, aliàs executio instrumento dotali danda est.*

4 *Statutum vrbis omnes reijcit exceptiones præter falsitatis & solutionis.*

QVamuis hæc caussa fuisset mihi commissa in au-
1 dientia publica iuxta Rotam, & deinde † in sacro
cõsilio rursus mihi cõcessa, vt solus domi sine participa-
tione Rotæ eam cognoscerem, tñ quia dubiũ coram va-
rijs tribunalib. fuerat agitatum, & numq̃ decisum, &
quamplura acta, & instrumenta, & registra erant deper
dita, & etiam vt parti petenti satisfacerem proposui in
2 Rota, vt † intelligerem, an Hieronyma, q̃ petebat doté
a Cõcordia appellare posset ex quadam re iudicata Ma-
rescotti, cuius sentẽtiæ non extabant, nec acta, nec arti-
culi, nec quidquid aliud? Cum itaque Hieronyma ostẽ-
deret instrumentũ suũ dotale, & bona sibi in eo assigna-
ta nunc detineri a Concordia; replicabat Concordia ius
Hieronymæ in illis nõ competere, quoniã Marescottus
eam exclusisset: data igitur copia commissionis, & sine
Rota cõclusi rem iudicatam nõ obstare Hieronymæ pe
tenti dotem fuisse assignatam in bonis tite, & quia sentẽ
tia Marescotti adiudicet Concordiæ tantũ bona omnia
3 titè, necesse est, † vt Concordia si vult excludere Hieróy
mam super dote, quæ petitur, ostendat illam non com-
prehendi in bonis tite: dixerunt aũt hoc debere ostendi
statim, aliàs dandam esse executionẽ instrumento dotali
4 Hieronymæ, præsertim † ob statutũ vrbis, ꝙ reijcit om-
nes exceptiones præter duas falsitatis, secundũ est solu-
tionis: tenetur igitur Concordia docere statim, & clarè
de iure suo: alioquin mandauit mihi Rota, vt exequar
instrumentum maximè cum habeam validas, & vrgen-
tes cõmissiones ex sacro cõsilio super hoc, & sit pauper,
vidua, quæ dotem petit, & non constet mihi fuisse corã
Marescotto productum instrumentum dotale, aut cum
cognitione de meritis istius dotis, cum instrumenta, &
acta non reperiãtur, & sententia nihil de dote exprimat.

DECISIO CDLXII.

Illerden. parochialis, 16. Nouembr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Clausula, realem & actualem acceptandi possessionem in mandato procuratorio ad acceptandum beneficia posita, quid operetur.*

Quę clausula necnon realem, & actualẽ, &c. ęquè principaliter non accessoriè debet intelligi nu. seq.

3 *Mandatum cum clausula, necnon generale est, & ideò intelligitur indefinitè ad omnia beneficia acceptanda.*

4 *Reus quando est possessor, potest instare pro absolutoria.*

5 *Mandati procuratorij contextus docere potest de mente constituentis, & an sint in eo positę clausulę accessoria, ęquè principales.*

6 *Verba beneficiorum, & iurium eorũdem in mãdato procuratorio posita præcedentia respiciunt, & sic gratiã expectatiuã, si de illa principaliter fuerit datum mandatũ.*

ERat constitutus procurator ad prosequẽdum litte-
ras gratiæ expectatiuæ ad acceptandum quæcum-
1 que beneficia, deinde † aderat clausula, necnõ realem,
& actualem possessionẽ beneficij, seu beneficiorum ....
& pertinentiarum eorũdem capiendi possessionem Ec-
clesiæ parochialis, de qua agitur, collatam prouisione
Ordinarij: Duo ex Dominis sentiebant mandatum fuisse
2 idoneum, primò ob illam clausulam, necnon, quæ intel-
ligitur æquè principaliter nõ accessoriè, Aegi. 558. Rui.
214. nu. 4. & 5. in 4. Sarn. de infir. resig. q. 34 nu 4. Secun
dò, quia in prima parte mandati fit mentio de beneficijs
vigore gratiæ expectatiuæ, in secunda autem parte ni-
hil de his exprimitur, sed generaliter tantum. Tertio,
quia in formularijs, vbi referunt mandata ad gratias ex-
pectatiuas, dici solet beneficiorum huiusmodi aut be-
neficiorum prædictorum, aut quid simile, hic autem ni-
hil tale dicitur, ergo non est simpliciter ad gratiam ex-
3 pect. Quartò, quia mandatum in hoc, in uersicu. nec
non, loquitur generaliter, unde intelligendum est indefi
nite in omnibus beneficijs, ut est terminus deci. Crescẽt.
4 99. quasi, quia hic qui nititur mandato est reus & posses
sor, & agit pro absolutoria, & unde pro eo in dubio est re
spondendum, l. fauorabiliores, de reg. iur. His tamen nõ
obstantibus reliqui Domini, qui erant quinque, contra-
rium firmarunt, primò quia hæc uidetur esse mens con-
stituentis procuratorem, cum in prima parte, ubi loqui-
tur de gratia expectatiua, dixerunt unum, uel plura. De
inde in secunda parte in uers. necnon, ait beneficij vel
5 beneficiorum quasi ... idẽ quod supra. Secundo, quia
ex ipso contextu mandati apparebat illam clausulam,
necnon, esse accessoriã ad præcedẽ. & ideo intelligẽdũ
in ijsdem terminis. Tertiò, quia si constituens intellexis-
set de omnibus beneficijs, potuisset dare mandatum ge-
nerale absque aliã mentione expectatiuæ. Quartò,
quia si sensisset de alijs beneficijs, dedisset aliud man-
datum ad petendum collationem ab Ordinario, pro-
ut fieri solet in his mandatis. Quintò, ex serie ipsius man
dati cõstat procuratorem constitutũ esse, primò ad pro-
sequendas litteras gratiæ expectatiuæ, deinde ad acce-
ptandum beneficia, postea ad capiendam possessionem,
quæ omnia prout continuata sunt, ita etiam pendent ab
eadem caussa, & ex his responsum fuit in contrarium.
Nam hic cõstat de mente constituentis, & ad decis. Cre-
scen. 99. dicebatur, cum loqui ubi est facta mentio de fi
te indefinite: hic uero in uersic. necnon, dicitur benefi-
ciorum, & iurium eorundem, quod uerbum eorundẽ,
repetit præcedentia, & pertinet ad gratiam expectati-
uam, idemque concludebat.

DECISIO CDLXIII.

Romana fideicommissi de Gracchis, 16 Nouembr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Cõductor finita locatione perseuerans tamen in casali, tã-quam conductor, si recognoscat domini proprietatis; an ex hoc actu recognitionis acquirat possessionem.*

2 *Detentor nudus nõ potest per constitutionem, aut aliud factum transferre possessionem.*

3 *Iacente hereditate non dicitur vacans possessio.*

4 *Possessio naturalis licet aliquando ad se transferat ciuilem, tamen in detentione, quę est meri facti, nõ videtur idem posse operari.*

5 *Presupposito quod hereditas sit iacens, ac vacans possessio, potest conductor, qui in ea perseuerat, eam occupare, & in alium transferre.*

6 *Absente animo acquiri potest per amicum, subsequente acquisitionis ratificatione.*

Colonus

7 *Colonus mortuo domino transfert possessionem in alium per constitutum.*

8 *Contrarietas opinionum inter Doctores adhibita distinctione saluatur.*

9 *Detentor ignorans vacare possessionem, non potest habere animum eam acquirendi.*

HAec caussa fuerat a me proposita die 21. Octobr.
1 sed difficultas nunc in eo versabatur: † *An Marius cuius finita erat locatio, & tamen detinebat Casale recognoscendo deinde in Dominam Lucretiam acquisierit possessionem vacantem saltem in ipso actu recognitionis, ita vt Casale transtulerit in eam?* Caussa fuit accurate disputata, & ea quæ dubium faciebant pro parte negatiua hæc videbantur. Primò, quia nudus detẽtor, prout erat Ma-
2 rius non potest † per constitutionem, aut aliud factum transferre possessionem, Bal. rub. C. de contrahen. empt. q. 17. Alex. l. quod meo. num. 26. eod. tit. Secundò, quia
3 iacente hæreditate possessio non dicitur vacans, Dec. in term. cons. 140. nu. 6. Bal. in fi. nu. 1. C. de edic. diui Adr. Vnde Marius detentor non potuit caussam hoc modo
4 transferre. Tertiò licet, † quòd naturalis possessio quandoque ad se transferat ciuilem, &c. contra Bar. l. 1. col. 3. de acq. poss. Ias. l. 3. §. ex contrario, nu. 67. eo. tit. tamen in detentione, quę est meri facti, non videtur idem posse operari, l. Celsus, in princ. ad exhib. Ias. l. clam possidere, §. qui ad nundinas, nu. 71. de acq. pos. vnde Bar. Alex. & alij in d. l. quod meo, loquuntur tantum in colono, & similib. non autem in mero detentore. Quartò, quia in casu nostro non est simplex constitutum, nec effectuale, & factum a Mario tamquam a colono, cum tamen non esset: & erga mulieres illas, tamquam fideicommissarius, quòd tũ illis non licebat, l. non dubium, C. de leg. His tamen non obstant. Rota quoad id caput, de quo in informationib. præcipuè agebatur contrarium firmauit, varios tamen casus considerando: ac primò dixit, cum præ
5 supponamus † hęreditatem iacentem ac possessionẽ vacantem, ideo potuisse eam Marium certè occupare, & in alium transferre, Bar. decis. l. fi. num. 4. C. de edic. diui
6 Adr. & Vber. nu. 11. † sicut & amico absenti acquirere possessionem, videlicet eo ratificante, Rota in nou. 150. & facit in materia nostra cons. Ruin. 158. in 1. col. pen. Adducebatur & a quibusdam, l. interdum, in princ. de acq. poss. cum summario Bar. ibi & Aret. sed tamen hæc non multum vrgere videbantur, quoniã vbi rogans precario possidebat, & dum rogabat alium, & alius consentit, ille alius acquirit possessionem quam rogans habebat, secus in casu nostro. Verũ ratio præcipua huius opinionis ea visa fuit, quòd cum possessio esset vacans, potuit eam Marius acquirere, & in aliũ transferre, vt sup. Non obstat primum argumentum, quia regula quidem ea est de detentore, quòd per constitutũ non possit trãsferre possessionem, Bal. d. q. 14. sed limitatio est, vt locũ
7 non habeat qñ possessio vacat, † sicuti & colonus mortuo domino per constitutum transfert, quod antea licebat, Alex. d. l. quod meo, nu. 25. But. c. cum venisset, col. pen. de rest. spol. & ratio quia detentioni illi in actu ipso constitutæ accedit vera possessio, quæ uacabat, Clau. d. l. quod meo, col. vlt. uers. successiue quæritur, Tiraq. de const. in 1. q. nu. 26. post Aret. in l. certi condictio. §. de posito, nu. 37. si cer. pet. & idem Tiraq. in 14. limit. nu. 3. Non obstat secundum, quia hæreditas iacens non dicitur possideri, l. 1. §. Scæuola, si quis testamento. lib.... secus nisi quoad percipien. usucapionem, & quibusdã casibus qui sunt exceptiones, l. si umquam, §. uacuum, de vsucap. Paul. de Castr. l. cęptum, ff. eod. Non obstat tertium, quia licet Doctores loquantur in colono, tamen eadem est ratio etiam in detentore, quando possessio uacat, & in hoc domini consenserunt, illas doctrinas procedere etiam hoc casu, quoniam rationes a Doctoribus
8 adductæ hoc idem attestantur, & si † quando uidentur inter se contrarij, adhibita hac distinctione soluantur: nam & Ias. in d. §. qui ad nundinas, nu. 71. loquitur
9 † in detentore qui ignorabat uacantem, & ita non habebat animum eam acquirendi, secus est in casu nostro, vbi Marius sciuit, & uoluit acquirere, prout constat ex eius recognitione, de qua tamen aliàs particulariter agetur. Non obstat quartum, quia in hoc restricta fuit conclusio Dominorum scilicet uideatur an doctrina illa Doctorum, in d. l. quod med. applicetur huic casui nostro, & ita post hoc dubitetur circa ea capita, de quib. in argumento contrario.

DECISIO CDLXIV.

Romana hæreditatis de Comitib. 21. Nouemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Remedium l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. competit etiã procuratori agenti ad instantiam hæredis instituti in testamento, in quo mater fuit prætérita.*

2 *Præsupposito de nullitate testamenti, ratione præteritionis matris, quomodo hæreditas peti debeat, an ex edicto diui Adr. an verò ex clausula codicillari.*

3 *Sententia in fauorem instituti hæredis lata cum reseruatione legitimæ minori, & hæredibus eius, an valeat.*

4 *Difficultates multiplices in caussa graui emergentes & dubia possunt aliquando restringi.*

5 *Ignorantia iuris sui deducendi ex absentia, & militiæ functionibus prætensa, vtrum semper excuset.*

6 *Lex finalis, C. de codicillis, quæ docet agentem ab initio modum agendi declarare debere, vtrum de iure Canonico procedat.*

ILlustris D. Torquatus de Comitibus fuerat institutus hæres a D. Aldo de Comitib. & in testamento erat
1 prætérita mater, procurator Domini Torquati † cępit agere remedio l. fi. C. de edicto diui Adriani, ad eius instantiam uti instituti hæredis in testamento contra fratres eiusdem Aldi, qui occupauerant bona ab intestato. Aduersarij prætendebant eum malè egisse, iuxta l. fi. C.
2 de codic. Nam cum testamentum esset nullum præteritione matris, debuit hæreditatem petere, & fideicommissum ob clausulam codicillarẽ, non iure directo: ipse replicabat, se id ignorasse, præsertim cum miles esset absens a patria. Aduersarij respondebant in actis ab initio constitisse matrem fuisse superstitem, & deinde fuisse ratificata a Torquato omnia gesta a procuratore suo cũq; Aud. Cameræ iudex causę terminum ad sententiam resoluisset, & in interlocutoria Do. Torquatus obtinuit a Sacro Consilio rescriptum, ut iudex reiecta attenta mente testatoris pronunciet, nulla habita ratione quis mo-
3 dus agendi esset intentatus. Quapropter Auditor Cam. sententiam tulit in fauorem D. Torquati hæredis instituti, relicta tamen legitima minori, & hæredib. eius: deinde Sacrum Concilium eamdem caussam mihi commisit extra Rotam, appellatione remota: ego tamẽ quia caussa erat grauis, uolui Dominos super ea consulere, & dubium quoddam generale super tota causa proposui: domini uidentes multiplices difficultates oriri, manda-
4 runt mihi, ut † dubium restringerem, quoad ulnmum rescriptum Sacri Concilij, an scilicet ex eo defendatur sententia lata: quoad alia autem de multis dubitabant, & quoad primam commissionem, uidebantur inclinare eam non suffragari D. Torquato, tum quia agens debet initio declarare modum agẽdi, iux. l. fi. C. de codic. Quo
5 ad † aliud caput, an Dom. Torquatus excusetur ab ista ignorãtia, ut quia miles, nihil firmauit Rota, quia obijciebatur quædam ratificatio ab eo dicta quæ iudigebat particulari discussione, ideo ad decidẽdum caussam ex re esse exordiri ab illo ultimo rescripto, quoniam inde fortè cessabunt omnes difficultates dixerunt & aliqui
6 fortasse illam, l. fi. de codic. non procedere de iure canonico, ex c. Abbatem, de re iud. in 6. hæc obiter.

DECISIO CDLXV.

Romana reſtitutionis officij, 28. Nouemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Debitor creditori officium hypothecare poteſt cum pacto redimendi.*

2 *Pactum factum de remiſſione rationum, & computi, oppoſitum creditorib. per debitorem, an releuet in eo, ut alijs conuentis ante remiſſionem ſtare non teneatur, & n. 5.*

3 *Reſtitutio an fieri debeat rerum, & conuentorum obſeruatio praſtari antequam debitor audiatur vlterius in fauorem creditorum.*

4 *Iudicio pendente ſuper remiſſione computorum, utrum teneatur debitor ad reſtitutionem officij, poſito quòd non ſit debitor in tanta ſumma quantus eſt valor dationis in ſolutum.*

ORta controuerſia inter mercatores de Sparris, &
D. Alex. Ruffinum ſuper quibuſdã creditis, & de-
bitis inter eos: celebrauerunt primũ inſtrumentũ in quo
1 Ruffinus dedit nõ ſolum mercatoribus officium extra-
ordinariatus, tamquam debitor in ſumma duorum mil-
lium ducatorum, cum pacto tamen de redimendo inter
eos comput. Poſt aliquos dies fit ſecundum inſtrumen-
tum, & compertum eſt præfatum Ruffinum permanere
verum debitorem in ſumma tantum 1850. ſcut. pro qua
ſumma mercatores locant officium Ruffino ad trienniũ
proximum pro ſponſione 185. quolibet anno, cum pa-
cto quod finita locatione teneatur Ruffinus officium li-
berè reſtituere, vt in vera forma Cameræ ſe obligauit cũ
iuramento: elapſo triennio Ruffinus non ſoluit amplius
penſionem, nec reſtituebat officium, aſſerens in ſecundo
2 illo inſtrumento factum fuiſſe pactum inter eoſdem re-
uidere prius cõputum, atq; examinauerat nõnullos te-
ſtes, vnde negabat ſe teneri, antequã rationes inter eos
certæ eſſent computatæ. Mercatores reſpondebant eum
3 non eſſe audiendum, niſi prius reſtitueret, deinde com-
puta fuiſſent ſæpius reuiſa, prout cõſtat ex relatione pe-
ritorũ in actis Aud. C. coram quo ipſi ſnĩam obtinuerãt.
Nunc cũ corã me lis verteretur, & mercatores petitoriũ
ſuſpendiſſent, & cõionem vltimo impetraſſent, vt poſ-
ſim procedere inſtar Audit. C. propoſui dubiũ in Rota,
4 *an pendente iudicio ſuper remiſſione computorum, Ruffinus
teneatur ad reſtitutionem officij, quoniam tunc circa primũ,
quam ſecundum inſtrumentum videbatur oriri aliqua diffi-
cultas, eo quòd datio illa in ſolutum, apparebat facta pro ma-
iori ſumma quam reuera Ruffinus eſſet debitor, & cõſequen-
ter nulla.* Bart. l. ſi non fot. §. 21. gl. prima, nu. 23. Idcirco
domini omiſſo hoc capite ſuper quo voluerunt diſputa-
re, item omiſſo ſecundo inſtrumento, cum ſupererant
etiam nonnulla excutienda, dixerunt ſatis ex tertio in-
5 ſtrumento rem decidi poſſe. Nam cum locatum ſit offi-
ciũ Ruffino, & elapſus ſit terminus, nulla eſt ratio, quin
is in primis teneatur ad reſtitutionem officij, prout ſe
obligauit in forma Cameræ, l. ſi conditionis, C. locati, So
cin. conſil. 287. in 1. Aimon. conſ. 157. Facit Caſſad. pri-
ma, de mutuis petit. 2. nu. . . . Non obſtant, quæ in con-
trarium pro Ruffino deducuntur: Nam procedunt in
petitorio, quod non ſuſpenſum eſt, tenetur igitur ad re-
ſtitutionem, niſi quid aliud oſtendat.

DECISIO CDLXVI.

Hiſpalen. beneficij de Moran. 28. Nouemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Papa mens non videtur eſſe derogare priuilegio tãquam iuris patronatus Illuſtri viro ob bene merita conceſſo, licet alius ſuper tali beneficio litteras impetrarit, quæ ob id non ritè dicuntur expeditæ.*

2 *Rota ab expeditoribus litterarum Cameræ, quid in correctione earumdem de illegitimitate uel ſubreptione notatarum ſit faciendum, expiſcari ſolet.*

CVm hanc cauſſam propoſuiſſem ante vacãtias, & ni-
hil fuiſſet cõcluſum, & Thomas Pinellas impetra-
uit per obitum, & curauit litteras ſuas expediri, & in eis
derogare expreſsè priuilegio Comitis, & ita produxerat
nunc corã me litteras expeditas, & petebat canonizato-
riã: Melchior aduerſarius præſentatus a Comite excipie-
1 bat litteras non eſſe rectè expeditas, nec mentẽ fuiſſe Pa-
pæ derogare priuilegio illi conceſſo ex cauſa oneroſa,
quapropter dubitaui, *an littera eſſent remittenda ad re-
ſtringendum?* Rota voluit nunc liberè ſtatuere litteras
2 corrigendas: ſed mandauit mihi, vt intelligerem ab ex-
peditoribus Cameræ quid ipſi ſentiant, & pars vtraque
eos informet, quoniam Rota magnã quidem ſuſpicio-
nem habet eas rectè eſſe expeditas, ſed tamen vult prius
intelligere, ſi quæ fortaſſe ſit ratio, quæ mouerit eos ad
ita expediendum, quæ expeditio facta fuit in Camera.

DECISIO CDLXVII.

Romana fideicommiſſi de Gracchis. 2. Decemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Conductor mortuo locatore recognoſcens hæredes in dominos, cum illa cognitio proprietatem reſpiciat non poſſeſſionem, non per illam recognitionem parit recognitæ poſſeſſionis translationem.*

2 *Aſſerens ſe bona ſtabilia tenere nomine depoſiti, non acquirit poſſeſſionem ijs quorum nomine depoſitum confitetur, illis non habita vmquam antea rei iſtius ſtabilis poſſeſſione.*

3 *Poſſeſſio ex depoſito alterius nomine acquiritur, quando antea ille alter poſſidebat, aut qñ aliquis contractus præceſſit ex quo poteſt fingi facta translatio poſſeſſionis.*

4 *Voluntas enixa prodeſſe cupienti quibus fauet, quid in poſſeſſionis translatione per confeſſionem recognitionis in dominum operetur.*

5 *Doctrina approbati Doctoris repugnans regulis iuris communis, ſtrictè uenit intelligenda.*

6 *Recognoſcens aliquem in dominum, ut affictuarius locatione iam finita, an proſit cognito, ut in eum transferatur poſſeſſio rerum antea locatarum.*

7 *Clauſula, omnibuſque meliorib. modis, quam uim in tranſlatione poſſeſſionis habere dignoſcatur.*

8 *Recognitio dominij conditionalis eſt, ſi fiat promiſſio a conductore reſtitutionem datorum facere ad omne iudicis mandatum.*

9 *Immitti in poſſeſſionem rerum ſtabilium nemo debet ſine mandato ſuperiorum, & ante cauſſa cognitionem.*

QVoniam die 16. Nouemb. concluſum fuiſſet Mariũ
potuiſſe conferre poſſeſsionem vacantem in ſo-
rores, quæſiui nunc, *an ex recognitione quadam cuius co-
pia data fuit, dicatur eã tranſtuliſſe ſtante præſertim quodã
præcepto Vicarij Vrbis, prout in actis.* Et Dñi diligẽter cõ-
ſideratis verbis recognitionis, concluſerunt nõ eſſe trãſ-
1 latam poſseſsioné, eo q non ſit conſtitutum, iux. dc̃tr.
Bar. & Alex. in l. quod meo, de acq. poſ. quia firmata fuit
præcedens Rotę concluſio, nec habet aliud quod omni-
no ſufficiat, vnde materiã hanc in duo capita diſtingue-
bant. Primum erat, an ex recognitione ſit translata poſ-
2 ſeſsio, in qua firmabant non eſſe, eo q, cum Marius con-
fitetur, & cognoſcit illas in dñas, hoc reſpicit proprieta-
tem, non autem poſseſsionem. iuxt. §. nihil cõe, de acq.
poſ. hic quoque dum ait tenere in depoſitum nomine il-
larũ, non probat translatam poſseſsionem, & quod non
3 conſtat illas umquã poſsediſſe, ſi quidem tunc ex depo-
ſito acquiritur poſseſsio nomine alterius, qñ ille antea
poſſidebat, & ita loquitur Alex. in l. vniuerſas, §. 1. de
acq. poſs. aut qñ alius contractus præcedit ex quo fingi
poteſt factam translationem, arg. l. ſingularia, ſi cert. pet.
Secus eſt hic, vbi priores inquam poſsederũt, ſic quæ ad
aliàs doctrinas pro ſororibus adductas reſpondebant,

eas

eas loqui in diuersis terminis, vt ex illis patet: & ex hac primum caput omnes firmabant, vno excepto, qui valde dubitabat, considerãdo totam seriem recognitionis,
4 ex† qua constat de enixa voluntate Marij, qui voluit mu liti bus quoquo modo prodesse. Idem tamē dubitabat,
5 eo † quod doctrina Bar. & Alex. in d. l. quod meo, videtur repugnare regulis iuris, & ideo intelligenda est strictè in constituto, non autem in recognitione; hoc secundum erat caput in quo dubitabatur, præsupposito actû recognitionis validè ad transferēdum, an in hoc de quo agimus obstarent quæ ab Aduersario opponebantur: al
6 terum erat, quia † Marius recognouerat tantum vt affictuarius, & tamen locatio erat finita: Verum respōsum fuit, hic adesse clausulam, *omnibusque melioribus modis:*
7 Nam† illa posita, & applicata, complectitur & alia etiā non expressa, l. ea tamen. de lega. 3. Dec. consil. 14. Felin. d. c. cum super, de offic. deleg. Cassad. 7. de appell. nu. 7. Et ita dixerunt nonnulli ex Dominis, semper vidisse distingui hic in Rota dum dubitabatur, *an hæc clausula extendat oratorem vltra narrata, vt videlicet attendatur an adsit copulatiua dictio, aut minus.* Alterum ꝙ obijcieba
8 tur erat, hanc recognitionem fuisse conditionalem, qa Marius promisit restituere bona ad omne mandatū iudicis: vnus ex Dominis dicebat recognitionem simpliciter esse, sed obligationem ad restituendum fructū sub conditione esse conceptam. Alij tñ omnes contra, quoniam apparebat eam fuisse mentem Marij, vt vellet esse depositarius, & obligatus bona tradere sororibus nō tñ, sci
9 licet cum iudex mandasset. Dicebant igitur non prius eas immittendas esse in possessionem quàm Rota mandarit hoc, quod quidem non nisi præcedente caussæ cognitione faciendum est. Nec obstat id ꝙ de mandato Vicarij dicitur, qm̄ id dicebant fuisse attentatū, propterea effectum sortitum non esse: ideo non considerandū, glo. fi. c. complures, de offic. deleg. in 6. Sarnen. reg. de anna. q. 45. & 47. ex quibus concludebant agendum esse bono iure partium, & meritis negotij principalis.

DECISIO CDLXVIII.

Romana hæreditatis de Comitibus, 2. Decem. 1557.

SVMMARIA.

1 *Litem pendere super restitutione bonorum aliud est, & super iure directo controuersiam moueri.*

2 *Fratrem se & attinentem nominans in rescripto, cum non sit, an sibi præiudicet.*

3 *Termino fratrem in rescripto si iungatur vocula, & attinentem, facilè docetur non esse fratrem, neque vterinum, vel patruelem, cum in testimonium beneuolentia sæpius eo termino in rescriptis vtamur.*

4 *Stylus Curiæ obseruat, vt in tractatu litigioso expensarum depositio vnius Iulij fiat.*

5 *Mentio si non fiat in rescripto, quod fuerit conclusum in caussa, an officere possit illi qui illud impetrauit.*

6 *Conclusio in caussa satis censetur reuocata ex eo, quòd iudex resoluit terminum in interlocutoria sententia tam mandato ad vlteriora procedendi.*

7 *Quotidiani quæ sunt vsus, nulla videntur indigere dispensatione.*

Dubium huius caussæ quæ fuit proposita supra die 25. Nouembr. redactum fuit circa vltimum rescriptum sacri Concilij, *an esset obreptitium aut subrepti-*
1 *tium.* Et quinque obijciebantur. Primò, quod narratum fuerat litem pendere super restitutione bonorum, & tamen lis erat super iure directo. Responsum fuit, quamuis lis esset super hæreditate, & bonis, directo tamen ad consequentiam eorum, prout illegitimè sunt occupata. Bartol. Pau. de Castro, l. licet minimum, de pet. hær. Ias. Alex. l. 1. ff. de eden. deinde dicebatur fuisse narrata in rescripto totam seriem litis, ex qua apparebat non actum fuisse iure aliquo ad restitutionem, alioquin non
2 erat necessarium huiusmodi rescriptum. Secundò obijciebatur, ꝙ Dominus Torquatus vocauerat se fratrem, & attinentem, cum tamen non esset. Responsum fuit ex serie narrata satis constare eum non fuisse fratrem, quia
3 non accidisset hæc lis, idque nomen fratris ibi appositū esse quodam testimonio beneuolētiæ, cum adiungatur, & attinentem, quod necesse non est, si frater fuisset, propterea Principem non moueri ea caussa ad id concedēdum, sed ex alijs narratis, prout apertè constat. Tertiò obijciebatur ꝙ expressè non fuerat in ipsa volente., vt apud Curtium l. edita, nu. 137. C. de edendo, & Bal. ou. 56. Responsum fuit, cum essent liquid. sufficere oblationem factam cum obligatione, Alex. consi. 121. nu. 16. in 7. Alex. Ias. l. 4. §. prætor ait, de re iud. Dec. d. l. edita, nu.
4 49. deinde dictum ex stylo Rotæ sufficere in his expēsis depositionem vnius Iulij, prout hic factum fuit, & quo
5 tidie in alijs caussis seruatur. Quartò obijciebatur, quòd in rescripto non erat facta mentio de conclusione in caussa: Ægid. 338. responsum fuit cum iudex resoluisset terminum in interlocutoria, & mandasset ad vlteriora procedi, satis ex hoc reuocatam fuisse conclusionem,
6 idque in Rota seruatur, Rot. 1. dec. in nou. de test. Ægi. §. Rot. in antiq. 357. & 358. & in nou. 5. in addit. & quia
7 quotidie hoc vtimur, vt post huiusmodi reuocationem producantur iura, non indiguit res dispensatione. Quintò obijciebatur, de reg. non tolen. iure quęsit. & quoniā hoc caput longiori discussione indigebat, reseruatum fuit in alium diem, &c.

DECISIO CDLXIX.

Nolan. Abbatiæ Regalis Vallis, 9. Decembr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Prælatus vigore breuis Cameralis, & impetrata subrogationis mortui, qui habebat beneficiū super quo erat reserua regressus, non facta mentione reseruationis, nec litis mota, vbi possessionem apprehendit sibi præiudicat. Et dicitur attentare.*

2 *Rota etiam contra Cardinalem attentantem super Abbatia resignata in tertium, cum reserua regressus, ponit se questrum.*

3 *Inique appositum sequestrum venit statim reuocandum, præsertim vna tantum sententia lata super attentatis, quæ propriè diffinitiua dici non debet.*

4 *Sequestrum ante prolationem diffinitiua, ex iudicis officio apponi potest.*

5 *Iuris communis vigore non potest sequestrum fieri ante sententiam diffinitiuam, & adiudicantem, secus secundum stylum Curiæ.*

6 *Possessio non vacans beneficij, vt a prælato attentata, non potest apprehendi, ita neque apud eundem remanere nequit, neque tradi aduersario, ideoque bene potest sequestrari.*

7 *Sequestrum ob contemptum iudicis non solum fit, sed etiā ob animæ periculum, et publicam Ecclesiæ vtilitatem, ideò talibus casib. non expectatur probatio diffinitiuæ.*

8 *Sententia petitorium respiciens in fauorem lata, alia est ab ea quæ in contrarium lata est ratione attentatorum in vna eademque persona nomine diuersorum effectuū.*

Io. Michael Gesualdus cesserat Abbatiam, de qua agitur in fauorem Hieronymi, reseruato sibi accessu, & regressu, postea existētes in processione Hieronymi Cardinalis Saracenus impetrauit certo mō vacantem & litem mouit Hier. contra quem obtinuit primam sententiam? Io. Michael ab ea appellauit, & caussam cōmisit Domino Iulio cum inhibitione, postea mortuus est Hie
1 ronymus, vnde Cardinalis statim possessionem, tamq vacantem apprehendit, vigore tñ breuis Cameralis, & subrogationis impetratæ per obitū Hieronymi, nulla tñ facta mentione, nec litis, nec regressus alteri competē-

ti,

ti, Ioan. Michael caussam attentatorum contra Cardi-
2 nalem commisit, & † Rota proonnciauit contra Cardinalem, videlicet eum attentasse, vnde, & sequestrum in Abbatia apposuit: tunc Cardinalis sequestrum hoc ini-
3 què appositum fuisse asserebat, † ideòque petebat illud omnino reuocari, eo quod cum lata sit tantum vna sententia super attentatis, quæ propriè non dicitur diffinitiua, Rot. in Auth. 1. de offic. iudicis, & quòd non adiudicat alteri proprietatem, aut possessionem, non potuit vigore illius apponi sequestrum, glos. in Cle. de seq. posses. in verbo, contra possessionẽ, vbi Cardinalis in 6. q. prout est in terminis decisio Ægid. 54. & prout prima, de se-
4 quest. posses. & quoniam proparte Gesualdi dicebatur sequestrum apponi potuisse ex officio iudicis, iuxta dec. 3. Cassad. de rest. spol. in fi. Rot. in nou. 10. vt lit. pend. n. 4. respondebatur pro parte Cardinalis ea procedere, vbi latè essent tres sententiæ in attentatis, cum caussa super his pendeat. Ego cum caussa super attentatis penderet coram me, in secunda instanna proposui hoc primum dubium, *an sequestrum esset reuocandum*. Et Domi-
5 ni concluserunt ita distinguendo, quod † si loquimur secundum ius commune, sequestrum hoc non potuit apponi, eo quòd illa loquitur in sententia quæ adiudicat, & definit: hæc autem super attentatis nihil huiusmodi facit, nec fertur super beneficio, vnde diuersa est, & ita loquitur Ægidius, 54. & Put. prima, de seq. posses. Et quamuis aliqui dicerent Innoc. d. Clement. 1. procedere etiam in sententia super attentatis, vt ex eius verbis patet, tñ alij contra: Aut vero loquimur secundum cõsilium, aut secundum stylum Dominorum, tunc videtur quidem ex officio iudicis certè, & bene fuisse appositũ. Rot. in nou. 10. vt lite pend. in 2. dubio, & in Anthen. 2. vt lit. pend. Cassad. 3. & in fi. de restit. spol. Mohed. 329. A. A. lib. 1. nu. 9. Et ratio est, maximè in casu nostro, quia
6 † cum possessio non esset vacans, vtique non potuit apprehendi a Cardinale, vnde nec debet apud eum retineri, nec tradi aduersario, sed omnino sequestrãda est: nec enim aliud remedium apparet. Cassad. d. decisio. 3. in fi. Non obstat quod hæc non sit tertia sententia in attentatis, sufficit enim prima cum officium iudicis subrogetur, aut procedat æque contra dispositiones d. Clement. & facit Abb. in c. dilectus. num. 17. de sequestr. posses.
7 Et quia † hoc sequestrum fit non tantum ob contemptũ iudicis, sed etiam ob periculum animæ, & vtilitatem Ecclesiæ publicam, Rot. in ant. in fin. vt lite penden. ideo non expectandæ sunt vlteriores sententiæ. Non obstat decis. Ægid. 54. quia loquitur quo ad dispositionem Clemen. primæ, nos autem ex officio iudicis, vel illa loquitur, quoad pœnam violationis sequestri tantum, vt tradit Sarnen. lib. 1. decis. 37. Mohed. 329. vel illa non procedit quando est attentatum super tota possessione A.
8 Augustinus, lib. 1. num. 9. Non obstat, quod † prima sententia fuerat lata in fauorem Cardinalis, quia illa respicit petitoriũ, hæc autem attẽtata, & sic quid diuersum. Cassad. 2. de seq. pos. & fruct.

DECISIO CDLXX.

Carthaginensis parochialis de Almoraldis, 9. Decemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Cedens beneficium in alium cuius ius est nullum, & inefficax ex defectu incidenti in suam expectatiuam etiam nulliter cedit.*

2 *Prætendens gratiam anteriorem prouisione aduersarij, cui cessio fuerat facta, licet nulla, vtrum debeat obtinere.*

3 *Generalib. ex clausulis in cessione quæ nulla esse præsupponitur positis, an rapi beneficium uacans per obitum possit non facta mentione de mense.*

GVlielmus possessor beneficij vigore gratiæ expectatiuæ cesserat illud Francisco, qui etiam apprehenderat possessionem diu, dum Melchior impetrauit
1 idem beneficium, & quia ius Gulielmi, qui cessit in Frãciscum erat nullum, & inefficax, qm̃ expectatiua sua iã fuerat... idcircò nunc Franciscus tuebatur se ex clausulis generalibus appositis in illa cessione, prætendebatq.
2 cum esset gratia sua anterior prouisione Melchioris sibi deberi beneficium ex clausulis generalibus, tamquã impetratis per obitum cuiusdam Ioannis vltimi possessoris defuncti. Melchior excipiebat obstare prouisionẽ Francisci, & regulam de exprimendo mense: ideo pro-
3 posui dubium, an ex clausulis generalib. possit capi beneficium tamquam vacans per obitum, non facta mentione de mense: & quia caussa erat exemplaris, & variæ hinc adducebantur rationes, prout in informationibus, propterea placuit Dominis nihil tunc statuere, sed vt alia die proponerem, & ipsi diligentius considerarent, prout proposui infra.

DECISIO CDLXXI.

Caualicen. decimarum. 24 Decembris.

SVMMARIA.

1 *Decimarum solutionem abnegans ex immemorabili cõsuetudinem, eam probare tenetur.*

2 *Exceptiones propositæ a testibus, si eos reddant valde suspectos ad iteratum examen seorsum seponendi sunt.*

3 *Depositio testium de ætate mendax, & varia, reddit suspectos eos, idque in probatione longa consuetudinis ante cuius probationem, ætatis vt præcedat probatio est necesse.*

CVm litigassent fratres Celestini contra Insulanos a quib. exigebant decimas oliuarum, tandem Insu-
1 lani obtinueront remissoriam ad probandum immemorabilem consuetudinem non soluendi huiusmodi decimas, quam etiam produxissent coram me. Fratres Celestini opposuerunt varias exceptiones, de quibus in puncto, fuit ita validè consultatum, vt testes illi non sint ad-
2 mittendi: Domini concluserunt eos seorsum ponendos esse, eo quòd habebant illos valdè pro suspectis ex exceptionibus propositis, & ex ea præsertim, quod cum Insulani velint probare immemorabilem consuetudinẽ non soluendi decimas, in qua certum tempus requiritur de substantia, & certa in testibus, vt per Franc. c. 1. de rescr. in 9. Bal. in tract. præscrip. l. Celsus. in 4. par. 2. principa-
3 lis. nu. 14. illi testes dũ deponunt de ætate sua, reperiuntur mendaces, cum in examine alio facto iam annis 5. dixerunt se esse certæ ætatis, & nunc deponunt se esse longè maioris, & insignis fit differentia, ideoq. valdè suspecta est talis depositio, quia cum ipsi velint probare certum tempus consuetudinis, debebant prius de tempore ætatis suæ nihil varium testificari: alia etiã deinde multa eis obstant, vnde Domini voluerunt eos nunc omnino reijcere, qui forte numerus aliorum potest etiam illos defendere, & tueri, contra probationẽ: sed dixerunt, vt dicta aliorum discutiantur, & interim istæ seorsum relinquantur rationes, aut quare singuli testes particulariter fuerunt reprobati, habeo ego descriptos in informationibus ex voto duorum primorum responsalium.

DECISIO CDLXXII.

Perusin. parochialis S. Crucis. 24. Decembr. 1557.

SVMMARIA.

1 *Capta possessio per subrogatum post mortẽ illius, qui mortuus est in possessione, & post sententiam latã ratione interesse prætendentium, & intimationem executorialium factarum intruso, an dici debeat attentata.*

2 *Subrogatio tollit impedimenta attentationis, taliter ac si possessio fuisset a prædecessore cõtinuata in subrogatũ.*

3 *Intrusus in possessionem ante subrogatum a defuncto, non potest diminuere ius quæsitum subrogato cum intrusio sit contra decretum, & ideò careat omni effectu iurisdictionis, nec ob id habeatur in consideratione.*

Litte-

4 *Litteræ subrogati expeditæ post mortem subrogantis, non minuunt ius in beneficio iam translatum, cum illud a die datę veniat considerandum, & semper vigeat in persona subrogati.*

5 *Legitimo facto modo subrogatio naturalem denotat continuationem, nouamque acquisitionem.*

6 *Mandatum de subrogando, differt ab ipsa gratiosa subrogatione, cum non possit adhuc dici subrogatio, tãquam non in effectum deducta, & ideò nulla.*

IVxta decisionem in hac causa factam supra die 13.
1 Octob. dubitauit, *an † possessio Domini Fuscherij esset attentata, quia capta post mortem Roberti mortui in possessione, & post sententiam latam contra interesse habere putantes, & post executoriales intimatas Guidoni intruso?* Et cũ quibusdam in alijs præsuppositis Rota firmauit præce-
2 dentẽ decisionem, videlicet nõ esse possessionẽ: † nam subrogatio tollit oĩa impedimenta, perinde, ac si possessio fuerit à prædecessore cõtinuata in Fuscheriũ. Mohe. 327.292.42. Et fuit decisum corã R. A. in caussa Gehennen. parochialis, die 27. Feb. 1553. Vbi eadem fere oĩa præsupponebantur, quæ & hic. Et facit quod ait Rip. 2. lib. Respon. 2. respon. in fi. me. R. 22. Rota in nou. 440.
3 Non obstat, quod tertius, videlicet, ille Guido intruserit se in possessionẽ ante Fuscheriũ, quoniam illa intrusio, cũ sit contra decretum, caret omni iurisdictionis effectu, nec vllatenus consideratur. Rot. in ant. de restit. spol. 17. Sarn. 23. q. de... 3. Rot. in nou. in 2. add. Bar. l.
4 non dubium, in 2. C. de leg. † Non obstat, quod litteræ Fuscherij fuerint expeditæ post obitum Roberti. Nam effectus subrogationis incipit à die datæ, & semper viget in persona subrogati. Cassad. 1. vt lite pend. Sarnen. q. 20. de ann. Nõ obstat, q̃ subrogatio prosit, quoad ciuilem, non aũt quoad naturalem continuationẽ. Nam re-
5 spondebatur † hanc esse continuationem naturalem, nõ aũt nouam acquisitionem. Alb. c. cum venissent, nu. 7. de restit. spol. cũ transferatur lex sine principis ministerio, Rip. l. 1. nu. 36. de acq. pos. & in d. respons. nu. 22. Cetera quæ in contrarium adducebantur, nihil etiam obstat: veluti Rot. in nou. 411. & Bisig. 2. de seq. possess. cũ
6 simil. qñ ibi non erat subrogatio gratiosa, sed mandatum tantum de subrogando, aut nulla subrogatio.

DECISIO CDLXXIII.

Abulen. S. Martini, 16. Decemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Spolians non auditur, nisi spolio purgato cum restitutione possessionis, fructuum, expensarum, damnorum, & interesse vsque ad vltimum quadrantem.*

2 *Spoliatus si sub certis conditionibus conuenit cum spoliante, vtrum ad earum obseruationem de iure teneatur.*

3 *Petitorio spoliator agere potest, etiam non purgato spolio, & restitutionem in integrum, ratione initæ conuentionis, eo tamen modo, quo hoc permitti solet.*

4 *Spoliator non potest agere spolio, nisi prius eo purgato.*

5 *Communis regula est petitorium nihil habere commune cum possessorio.*

FRanciscus, qui fuerat spoliatus à Luca de Guerinis, postea conuenit cũ illo, vt posset agere, tam petitorio, q̃ restitutione in integrum, reseruatis fructib. in fine litis in euentũ succumbentiæ, & cũ quibusdam alijs clausulis, quarũ copia data fuit: nunc Lucas agebat possessorio, & produxerat quædam instrumẽta, Franciscus
1 excipiebat eũ nõ esset audiendũ, nisi prius purgato spolio, cũ restitutione possessionis fructuũ, expensarũ, damnorũ, & interesse, vsq; ad vltimum quadrãtem. Rot. in nou. 319. Paris. cons. 1. num. 144. in princ. Aim. 140. nu-
2 me. 3. Staphyl. fol. 162. in fin. c. pag. Lucas explicabat obstare Francisco conuentionem factam; hincque ortũ fuit dubium, Domini responderunt, & considerau-
3 runt tres casus. Primus est, si Lucas velit agere † petitorio, & tunc dixerunt hoc sibi licere, etiam non purgato spolio, cum verba conuentionis sint clara. Secundus est, si petat restitutionem in integrum, & tunc dixerunt etiam hoc ei licere ex conuentione, eo tamẽ modo, quo
4 hoc permitti solet. Ioan. Paul. Tertius est, si velit agere spolio, qui propriè est casus noster, & tunc dixerunt ei hoc non licere, nisi purgato spolio, cum hoc in conuentione non sit comprehensum. Nec obstat, quod Lucas dicebat id, quod fuit expressum in petitorio, cum petitorium complectatur in actione possessorij. Nam respõsum fuit, partes in hac conuentione pro eadem re sumpsisse petitoriũ principale, vt patet clarè ex eius verbis: vnde satis excluditur possessorium, cum illud nihil pertineat ad negotium principale. Præterea regula potius
5 in contrarium est, † petitorium nihil habere commune cum possessorio, vt in §. nihil commune, 90.

DECISIO CDLXXIV.

Rom. hæreditatis de Comitib. 19. Decemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Verbum, hæres, largè accipitur, aliquando pro fideicommissario, non tamen ita debet accipi in conficiendo libello, & actione instituenda.*

2 *Testamentum, in quo mater fuit præterita, non ob id est nullum, cum id ipsa non declarauerit nullum.*

3 *Hereditatem pretendens si incompetenti agat actiõne, & incongruis remedijs, attentasse ius dicitur aduersarijs quęsitum.*

ILlud vltimum caput, ad quod mandauerat Rota supra die 2. Decembris, vt redigerem caussam, proposui hac die nonnullis alijs circa factum adiectis, vt clarius tota series negocij huius perciperetur, attamen nihil conclusum fuit, quoad decisionem dubij, nam tres ex Dominis non potuerant videre caussam, reliqui, quamuis sentire viderentur non esse locum regulæ de non tollendo iure quæsito, tamen mouebantur varijs rationibus singuli, super quibus partes non informauerant, ideoque visum fuit nihil interim statuere. Dixerũt quidem omnes se non probare rationem adductam in fauorem Domini Torquati, quod scilicet illa verba procuratoris sui agentis ad eius instantiam, vti hæredis ex testamento cum beneficio legis intelligitur idem fidei-
1 commissi relicti in codicillis. † Nam licet fortè quandoque verbum hæres accipiatur large pro fideicommissario, tamen procedit in alijs materijs, non in conficiendo libello, & instituenda actione, prout hic: deinde sequeretur ita locum numquam esse illi leg. fin. C. de codicill. Nam licet fortè, quia semper quisquam qui egisset, tãquam hæres diceret id sumendum esse pro fideicommissario. Et sic in terminis tradit Bar. in d. l. fi. circa princip. postea mandarunt, vt dubium restringerem ad certum aliquod caput, cũ ex eo constet non esse locum prædictæ
2 regulæ, vt † præsertim circa id, quod testamentum non erat nullum, cum mater id non declarauerit, ideo Des Torquatus non male egit, & consequenter nullum est ius quæsitum aduersarijs, aut si quod aliud simile caput est, ex quo dubitari possit, non esse locum dispositioni d. l. fi. id particulariter proponam, sicuti videbantur affir-
3 mare, † si verum esset eum male egisse, & in congruum remedium attentasse, tunc esse statum ius quæsitum aduersarijs, iuxta consil. Rum. 125. Guid. 60. Rainutius, vers. testamentum, nu. 371. Ias. d. l. fi. cir. princ.

DECISIO CDLXXV.

Parochialis Carthaginen. de Amoraldis, 19. Decemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Exemplares vbi sunt caussæ, & matura indigentes deliberatione, non nisi sæpius ventilata a Rota deciduntur.*

2 *Regula octo mensium non obseruata, facile quilibet compositis supplicationib. ex alicuius resignatione, qui nullum ius habebat, & per generales clausulas beneficia vacantia per obitum piscaretur, non sine fraude, quod fieri non debet.*
3 *Resignante bonum ius habente, non requiruntur clausulæ accessoria in litteris resignationis, qualis est clausula, quouis modo, &c.*
4 *Vacationem beneficij per obitum exprimi dispositiuè est impossibile.*
5 *Verba regulæ de exprimendo mense, modum vacationis respiciunt, non modum narrationis.*
6 *Vacatio vbi dispositiuè narratur, regula octo mensium vel de exprimendo mense locum habet.*
7 *Clausulæ quouis modo, & similes, apponi solitę in acceptatione beneficij vacantis per obitum, tunc demum operantur in commodum acceptantis, cum vacat beneficium non in mensibus reseruatis, sed Ordinarij.*

IAm bis proposui hanc caussam super iisdem, & tamē adhuc nullam potui firmam elicere decisionem. Nā cum primo eam proposuissem supra, die 9. Decembris, Domini potius tunc inclinare videbantur, obstare regu-
1 lam de mense, † tamen nihil firmare voluerūt, eo quod caussa esset exemplaris, & accuratiori indigeat deliberatione: nunc autem eodem dubio rursus proposito, plerique contrarium potius sentiebant, alij priorem sententiam sequebantur, qui dicebāt locum esse regulæ de exprim. mense: mouebantur præcipue, quia aliās facile il-
2 la regula.... † cum semper vnusquisque componeret supplicationes ex resignatione alicuius, qui nullum ius habebat, & deinde clausulis generalibus piscaretur beneficium hoc vacans per obitum alterius. Verum alij respondebant, hoc vacasse per resignationem, vt narratū fuit, falsē de facto, cum ille, qui resignauit esset in posses-
3 sione, iuxta Aegid. 116. † alioquin clausulæ accessoriæ, quæ apponuntur nihil prodessent, si necessarium esset, vt resignans haberet bonum ius, prout dicitur de clausula quouismodo, & similibus. Cassad. 5. de præben. prope fin. & ita numquam ex supplicatione per resignationem posset capi beneficium vacans ex clausulis genera-
4 libus, cum impossibile sit vacationem per obitum exprimi expositiue in resignatione. Secundò dicebatur in noua prouisione necessariam esse mentionem de mense. Mohed. 75. Sarn. de annal. quęst. 28. & quod ait Cassad. super reg. 29. nu. 2. & 3. sed respondebatur ea procedere, secus si accessorie, prout in casu nostro. Sarn. de non iud. q. 27. nu. 7. & de verisim. no. q. 3. nu. 2. Cassad. super
5 reg. 35. col. fi. & 35. no 3. Tertiò dicebant verba regulæ de exprimendo mense respicere modum vacationis, nō autem modum narrationis. Ideoque cum beneficium vacauerat vere per obitum, non esse attendendū, quid partes narrauerint, sed respondebatur primò hoc beneficium vacasse saltem per resignationem de facto, vt supra. Secundò hoc forte posse procedere si colligeretur fraudem commissam fuisse in exprimendo potius hoc modo vacationis, quā illo. Tertiò retorquebant argumētum, cum dicerent mō regulam expresse respicere corpus supplicationis prout expressum est, quod assertiuè in ea narratum fuit, vt scilicet regula tunc locū habeat,
6 vbi vacatio narratur dispositiue, quod secus est in casu nostro cum in resignatione vacatio narratur potius in euentum quendā: pōderabant verba regulæ, ibi, in verbo, & voluit, quæ repetāt præcedentia cum iisdem qua litatibus, arg. §. c. 1. instrumentum ad legem Aquil. item notabant illa verba, alia fiat mētio dispositiua, & c. Quarto adducebantur nonnullæ decis. Reuer. Putei, sed respondebatur ea procedere in diuersis terminis, & in cōtrarium asserebatur decis. Mohed. 109. & coram Fabio Decano in caussa Cæsaraug. sancti Anton. 1546. & coram Iunio in caussa Olysiponen. de Alberginia, die 22. Iunij 1556. & ad confirmandam hanc vnionē, dicebatur has clausulas generales nihil profuturas, si necessa-
7 ria esset in ea expressio mensis. Quidam tū responderūt tūc clausulas has posse operari, qm̄ beneficium vacaret non in mense reseruato, sed in mense Ordinarij, iuxta .... 118. ex his nihil fuit firmatū, sed mandatūt mihi, vt diligenter inspiciam testes, & reliqua acta, an aliūde possit colligi aliqua fraus Francisci, qui curauerit supplicationē concipi potius eo modo, q̄ per obitum, & an eo tēpore ipse sciret Melchiorem aduersarium iam impetrasse beneficium per obitum, & an verum sit eum, qui resignauit in fauorem Francisci, fuisse tunc in possessione beneficij, & similia, quæ ad factum pertinent.

DECISIO CDLXXVI.

Corduben. pensionis & accessus, 23. Decemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Regressus an possit peti canonizari si non fuerit soluta pensio annua ab ipso pensionario principali.*
2 *Pensio statuta in beneficio sine mandato augeri non pōt.*
3 *Prorogatione iterato concessa quadrimestris ad productionem mandati auctæ pensionis, si adhuc non producatur, an possit regressus petitus canonizari.*
4 *Oblatio schedulæ camby pro solutione pensionū decursarū facta a reo pēsionanti elicere potest tertiā dilationem ad productionem mandati concurrente raritate tabellariorum ex partibus ad Curiam accedere solitorum.*

1 ACtom fuerat ad † canonizationem regressus propter non solutionem pensionis, & Rota iam sta-
2 tuerat, vt pensio, quæ primo erat ducat. 16. † augeretur vsque ad 44. & quia in hac re necessariū erat mandatū principale, Rota concesserat dilationem 4. mensium, vt
3 mandatum exhiberetur, † qui rursus prorogatus fuerat ad alios 4. menses: nunc elapso eo termino cum mandatum adhuc non aduenisset, & pars vigeret pro canonizatione regressus, pars aduersa schedulam bancharīā depositi nomine Nicolai Doria mihi tradidit pro summa scut. 126. de camera soluen. aduersario pro pensio-
4 nib. decursis, † quā ad hanc summam ascendit: oblata igitur hac schedula sub die 21. Decemb. 1557. & subscripta ab eodē Nicolao Doria, placuit Dominis, vt rursus alia dilatio concederetur, donec mandatum offeratur, præsertim cum iamdudum tabellarij nulli ex Corduba huc Romam venerint.

DECISIO CDLXXVII.

Lugdunen. parochialis, 23. Decemb. 1557.

SVMMARIA.

1 *Originale prioris sententia si non extet, vtpote subtractā notario parte petente declaratoriā executorialiū executarum in partibus, vtrum possit procedi in caussa.*
2 *Sententia inserta executorialib. fidem faciente, & ex actis, de rei veritate apparente, potest ab Auditore dubitante de subscribenda, securè subscribi.*

ORiginale sententiæ latæ olim, a Reuerend. Reomano fuerat subtractum Notario, & cum nunc reproducerentur executoriales executæ in partibus, & pars peteret declaratoriam, Notarius dubitabat ne pos-
1 sit procedi, cū non extaret originale prioris sententiæ. Reuerēd. etiam Reomanus nunc nolebat amplius subscribere eādem sententiam, nisi de voto Dominorū petijsset quid esset agendū, cū ego suffectus essem D. Reo-
2 mano, dixerunt sententiam † insertam in executorialib. fidem facere, & ex reliquis actis registratis de rei veritate apparere, ideo certè posse a Do. Reomano subscribi. Crescent. 134. las. 3. A. A. 173. Put. 28. de fide instrum. Rot. in antiq. 731. aliās 56. de rescript.

DECISIO CDLXXVIII.

Aquen. S. Quiritij, 23. Decemb. 1557.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testes si suspecti sint, qui deponunt de habilitate ratione ætatis ad beneficia, & sit præsens in Curia, quæ petit beneficium, debet oculis Auditorum in persona subijci. vt ex inspectione de ætate ferre iudicium possint.*

PErebatur remissoria ad probandum ætatem pro ha-
bilitate obtinenda beneficia, & pro sumn examina-
1 ti † fuerant quidam testes, contra quos nonnihil suspi-
cionis erat de facto. Dominis placuit, antequam decer-
nerent danda ne esset remissoria, aut deoeganda, vt prin
cipalis, qui erat in Curia, deduceretur præsens coram
singulis Auditorib. vt Domini ex aspectu corporis pos-
sent ætatem illius iudicare, iuxta decis. 14. de except. in
antiqu. siquidem aduersarius asserebat, illum esse longè
minoris ætatis.

DECISIO CDLXXIX.

Virdunen. Monasterij, 13. Ianuarij 1559.

SVMMARIA.

1 *Resignans cum clausula non aliter, nec alio modo, prætendens se resignasse, cum condit. reseruatæ pensionis, & regressu, si notarius faciat instrumentum de pura resig. an obsit, qui dicit se resignasse cum conditione.*

2 *Resignatarius expeditis litteris, & capta possessione, an possit se tueri, ex impugnato instrumento contra resignãtem qui agit spolio, quod asserat se non purè, sed sub conditione resignasse, reseruatis pensione & regressu per resignatarium denegatis.*

3 *Paulus Quartus Pontif. Max. prohibuit supplicationes regressus, & pensionum super alienis beneficus expediri.*

4 *Calumnia petentis remissoriam ex eo maximè patet, quòd diu agitato in partib. negotio super vno articulo, etiam in Curia super eodem controuersia mouetur.*

5 *Spolio si agatur, & petatur remissoria suspicio est, ne ad prolõgationem remissoria petatur, quo diutius spolium suum tueatur spoliator.*

6 *Instrumenta duo si sint, quorum alterum alterius contemplatione est factum, sicque correspectiuum, si secũdum expediri non potest, neque primum valet.*

IOseph resignauerat Monasterium in fauorum Io. &
prætendebat se resignasse cum conditione, videlicet,
1 reseruata pensione 40. & regressu, & † nõ aliter, nec alio
modo: Notarius autem dedit instrum. .... resignatio-
nis simplicis, vbi Ioseph. constituebat procuratores ad
resignandum purè in fauorem Ioan. præterea quòd Io.
2 † expediuerat litteras, & possessionem ceperat Monaste-
rij: Ioseph. nũc agebat spolio, & examinatis testib. instru
mentarijs, & ex alijs multis dicebat resignationem a se
factam esse sub conditione, & nõ purè, & idcircò in par
tib. obtinuerat primã restitutoriam, & deinde secũdam
in Rota corã D. Oradino, & nũc tertiã petebat corã me:
Io. contra sibi petebat dari remissoriam, & profumo vte
batur primo instrumẽto, quamuis impugnato a testib.
iuxta gl. in l. 2. de fide instr. Gem. cons. 100. nu. 3. deinde
producebat duos testes extraiudicialiter in partib. exa-
minatos post primam sententiam, ex quib. se probaturũ
asserebat primum instrumentum resignationis factum
fuisse, quo ipse consentiebat reseruationi 40. & fidẽ quã-
dam produxerat Datarij attestãtis supplicationẽ in hoc
secundo instrumento esse in falsa quadã.... eo, quod priusq̃
3 N. † Paulus IV. 4. Decemb. 1555. prohibuerat huiusmo
di supplicationes regressuum & pensionum super alie-
nis beneficijs expediri: ego dubium proposui, *an esset dã
da remissoria?* & Domini quoad fumũ nihil dubitabant
de eo satis constare, tam ex eo instrumento, q̃ ex testib.
extraiudicialiter examinatis, Cassad. 3. de dilat. Verum
dubitabant, ne hæc remissoria esser calumniosa, & etiã
nõ releuans calumniam: colligebant primò, quod caussa in
partib. per plures menses fuit agitata super hoc ipso ca-
4 pite, de quo nunc controuertitur, & potuit ille tunc te-
stes examinare, & neglexit, Afflict. 137 nu. 4. Secundò,
quia testes instrumẽtarij, q deponunt contra instrumen
tũ, nihil probant, Alex. consil. 127. in 2. Inno. Abb. Fel. c.
5 cum Ioannes, de fide instr. Tertiò, quia agitur caussa spo
lij, & suspicio est, ne spoliator remissoriam petat, vt diu-
tius spolium suum tueatur, Cassad. 2. & 3. de dila. Quar
tò, qa dicebatur ipsummet Io. in quibusdã exceptionib.
suis, de quibus tñ mihi non constabat, affirmasse. quod aũt
non esset releuans, dicebant aliqui inde probari, quia
6 licet fuerint duo instrumenta, quoniam tñ alterum vi-
detur factum contemplatione alterius, & sit correspecti
uum, si secundum expediri non potest, vtique nec pri-
mum valebit, vt aliàs decisum fuit in caussa Augustana
præpositurae coram Domino Capisucco: & ex his man-
darunt mihi, vt rursus dubitem, an constet de calũnia,
vel non sint releuantia quoad impediendam remissoriã,
& iterum videam, an fuerint alij testes præter instrumẽ-
tarios, qui interfuerint, quo tempore celebratũ fuit in-
strumentum. Deinde etiam perquiram in actis, an verũ
sit Ioan. exceptionibus siue positionibus id affirmasse,
quod aduersarij præsupponunt.

DECISIO CDLXXX.

Romana domus, 13. Ianuarij 1559.

SVMMARIA.

1 *Præscribi potest possessio titulo diuisionis, vel titulo pro hærede.*

2 *Non constito, quo tempore facta sit diuisio, vel quamdiu post diuisionem durauerit possessio, quoad titulum diuisionis, non potest constare de sufficienti possessione.*

3 *Testis, qui dicit se non recordari de tempore celebratæ diuisionis, non probat possessionem ex titulo diuisionis.*

4 *Testis probans de possessione illius, pro quo deponit etiam diuturna, videlicet quindecim annorum, cum sit patronus, & ideo suspectus, non probat.*

5 *Præscriptio, quòd fieri debeat præsentib. illis contra quos præscribitur communis est Doctorum opinio limitatur tamen in diuersis domicilijs diuersarum prouinciarũ.*

6 *Plurimi testes de possessione deponentes, & sic habiti pro contestibus ex præsumptione sunt tales re vera, si omnino sint integri, & omni exceptione maiores.*

7 *Præsumi testes omnes esse contestes in præscriptione non proceditur, nisi omnino de certo tempore exponant.*

8 *Titulus pro hærede, vt probetur in testium copia, relatio omnium fieri debet, quæ ad id de iure requiruntur, ad præscribendum hoc titulo.*

SEquendo obitum aliàs propositum supra vndecima
Nouemb. 1558. in hac eadem caussa, dubitaui, an stã
tibus testib. quorum copia datur, constet de sufficienti
1 possessione Io. Pauli præscribendo titulo diuisionis, vel
saltem titulo pro hærede? Domini omnes concluserunt,
quoad titulum diuisionis non constare de sufficienti pos
2 sessione, eo, quod non constat quo tempore facta sit diuisio,
vel quamdiu post diuisionem durauerit possessio, siqui-
dem primus testis examinatus in iudicio petitorio, non
deponit Io. Paulum possedisse post diuisionem. Secun-
3 dus testis non recordatur precisè de tempore. Tertius li
cet probet possessionem 15. annorum post diuisionem,
4 tamen non sufficit, quia plura ei obstant. † Primò, quòd
est patronus Marij. Secundò, non constat de præsentia
eorum, contra quos præscribitur, vt communiter tenent
Doct. Bald. in prima p. 4. §. principalis, in 3. q. in primis,
fol. 53. quamuis hoc omnino firmũ non sit, quia aliqui
5 limitant, nisi vterque non habeat domicilium in eadem
prouincia, vt Bald. ibid. num. 4. Tertiò obstat huic testi
6 quod est singularis, nec quidquam facit, quòd alij testes
deponant de longa possessione, & sic præsumantur con-
testes, quia id fortè procederet, si testis omnino esset
inte-

integer. Nam ex eius dicto possent alij adiuuari: verum
cum sit patronus Marij, hoc argumentum cessat: dein-
7 de † in præscriptione non procedit id, vt testes præsumâ
tur contestes, nisi deponant omnino de certo tempore,
Bal. in l. Celsus, in 4. par. in 2. in princ. 9. par. num. 2. fol.
185. in paruis, Alex. consil. 118. nu. 17. Secundò, non ob-
stant testes examinati in possessorio, quia caussa eorum
depositio fuerit in alio iudicio super alia re, ad alium fi-
nem, nihil probat Ægid. 360.... Alex. cons. 212. nu. 15. in
8 6. † Quoad titulum verò pro hærede, nihil conclusum
fuit: nam cum pars aduersa negaret adesse requisita om
nia, & in copia testium nõ ait singula esse relata, verum
dominium, & possessionem Bar. de Palochijs auiæ Ma-
rij, & heredis Stephani, & postea successio. Ioan. Pau. cũ
alijs, quæ necessaria sunt ad præscribendum hoc titulo,
vt per Afflict. 25. Rot. 41. nu. 15. Bal. in l. Celsus, in fi. de
vsucap. Ideo dictum fuit posse rursus super hoc capite
dubitari relatis dictis testium circa hanc successionem
Stephani Bartholomæi & Io. Pau. & si pars etiam velit
aliquid allegare super testibus examinatis in iudicio pos
sessorij, quos ait repertos fuisse ab Ordinario in hac in-
stantia poterit audiri.

DECISIO CDLXXXI.

Florentin. Sancti Pancratij, 16. Ianuarij 1559.

SVMMARIA.

1 *Iuspatronatus non probatur ex publica voce, & fama, cum non sumus in antiquis.*

2 *Pars aduersa si nondum informauit volens ad suæ caussa vtilitatem aliquid adferre validum est audienda.*

DVbitaueram, *an ex propositis a me in puncto consta-
ret de iurepatronatus?* Domini responderunt rem
1 nullam habere difficultatem † eo quòd cum non simus
in antiquis, non probatur patronatus ex publica voce,
& fama. Cassad. 2. de probat. minusque ex alijs aduersis,
quando nihil necessariò concludunt, dixeruntq. hoc sæ-
pius in pluribus casibus fuisse decisum, & præsertim co
ram d. Cantuccio in caussa Burgen. S. Dorotheæ, quia ta
2 men altera pars quamuis a me expectata non † informa-
uit, dixerunt esse si quid validum afferre velit, audien-
dam, aut super hoc, aut alijs dubijs.

DECISIO CDLXXXII.

Spoletan. parochialis Villæ Caporum, 16. Ian. 1559.

SVMMARIA.

1 *Spolij in caussa mandatum de manutenendo spoliator an petere iure possit interim dum caussa discutiatur.*

2 *Mandatum de manutenendo spoliatori, an etiam possit concedi, si possidet, notorieque hoc constat, idque quoad caussa fuerit decisa.*

COmmissa erat caussa spolij ab Angelo Veglia con-
tra Ioannem de Benedictis, & tota caussa iam erat
1 ferè instructa. Ioan. de Benedictis petebat † mandatum
de manutenendo, interim dum caussa discuteretur: &
quoniam pars aduersa negabat concedendum attenta-
ta causa spolij fore instructa, quæsiui a Dominis quid
2 † mihi esset agendum: illi respoderunt nihil dubitan-
dum esse quin dandum sit mandatum Ioã. si constat eũ
possidere, prout mihi constabat: cum enim interim pen-
deat causa supra spolio, & procedendum sit per tres
conformes, hactenus non potest dici de eo liquere, iux-
ta gl. in c. significarunt, de testa. ita vt non consideranda
sit illius possessio in eo statu in quo reperitur, & hoc di-
xerunt se semper solere obseruare.

DECISIO CDLXXXIII.

Romana hæreditatis de Comitib. 16. Ianuar. 1559.

SVMMARIA.

1 *Mater præterita a filio in testamento, an ob id nullum reddatur testamentum, attento, quòd numquam impugnauerit testamentum.*

Et quod sit nullum etiam matre non declarante ex opinione omnium passim Doctorum recepta, vide nu. seq.

3 *Doctores vbi loquuntur in casu testamenti, vbi filius est præteritus, aliud est ab eo, quòd est in testamento, vbi filius præterijt matrem.*

4 *Mater, vbi diu superuixit, & non impugnauit testamentũ filij in quo fuit præterita, an sibi præiudicet.*

5 *Filius matrem præteriens in testamento condito, in quo extraneum instituit hæredem, nisi statim, & incontinẽti impugnet testamentum tale, ex quorumdam Doctorum opinione sibi officit, nec annullat testamentũ filij.*

6 *Lex constituens nullum esse testamẽtum filij, quo matrem præterijt, debet intelligi petente matre, vt annulletur, aliàs valet.*

7 *Necessarium non est in actu nullo ex sui natura semper adesse debere partis declarationem, quando lex vlterius procedit declarando.*

IN vltima propositione huius causæ, quæ fuit 19. De
cem. 1559. cum nihil eset cunclusum, dubitauit tũc
1 super alio capite, videlicet, *an testamentum D. Aldi,
in quo præterijt matrem dicatur nullum fuisse, ita vt dici
possit ius quæsitum Federico, ex quo, quod procurator Do-
mini Torquati hæredis egerit prout in actis, attento, quod
mater D. Aldi numquam illud testamentum impugnauit?*
2 Rota vnanimiter conclusit, testamentum illud fuisse
ipso iure nullum, quamuis & mater non declarauerit,
secundum omnes opiniones passim a Doctoribus rece-
ptas, per text. in §. siue igitur, & §. sin autem, authen. vt
cum de appel. cognoscitur, ita Calder. cons. 5. de testib.
Boer. q. 96. nu. 10. Ias. nu. 18. Guil. Benedict. in d. c. Rai-
nuc. vers. in eodem testamento relinquens, num. 100. &
252. Corn. auth. ex causa, C. de libe. præt. num. 102. in
fi. qui ait istam opinionem communem esse, & in practi
ca seruari. Sarn. Ioan. de elect. Aret. test. tit. 3. Authen. 1.
Corn. cons. 84. nu 70. in 4. Boer. q. 96. in fi. Bal. cons. 229.
in 4. & cons. 340. num. 4. responsum fuit *multipliciter*,
3 vel quod Doctores loquuntur in casu, vbi filius præteri
tus velit approbare testamentum, & quærunt, an illi in-
stituti possint illud impugnare, & tunc sentire videtur
diuersũ esse in matre præterita a filio præterito, vt Bal.
d. consil. 191. & Boer. d. q. 96. in fi. vol.... loquuntur, vbi
4 mater diu superuixit, & numquã impugnauit, vbi Bald.
cons. 340 & 229. in 4. vel loquũtur, vbi inserta fuit caus
sa præteritionis in testamento, quæ tamen postea non
probatur, nam tunc diuersum ius est. Guil. Benedict. in
d. vers. in eodem testamento, nu. 93. & seq. quę est com-
munis distinctio in hac materia, Barto. Auth ex causa,
nu. 21. Fulg. nu. 12. Boer. d. q. 96. nu. 1. & 3. & quamuis
Igneus Auth. ex causa, nu. 24. & Vigli. in rub. de inoff.
5 test. asserunt imò testamentum validum esse, nisi nunc
illud impugnet, & declaret nullum, motum tamen vi
verb. in d. §. siue igitur, & §. siue aũt, in auth. vt cum de
appel. cog. quod latius in Auth. respõsum fuit, videlicet
reuocato, & rescisso testamento, quæ verba præsuppo-
nunt testamentum ante subsistere, tum etiam, quia lex
6 constituens testamentũ esse nullum, intelligitur, si pars
id petat & declaret nullum, Ias. l. vniuersa. C. de prec.
Imper. latè Tiraq. in l. si vnquam.... conuertatur non. n.
Attamen hæ rationes sunt omnino contra communem
opinionem, nec ius verb. gratiæ, illud ita exactè probat,
7 vt ipsi tradunt, nec verum est in actu nullo semper ne-
cessariam esse declarationem partis, quando lex proce-
dit vlterius declarando, l. 2. cap. quando cum patrono.
Igne. d. Auth. nu. 117. Tiraq. in verb. reuertatur, nu. 11.
in fin. & hæc sententia eo magis in casu nostro probata
fuit, quod non constabat matri vmquam id testamen-
tum factum fuisse.

DECISIO CDLXXXIV.

Grenonen. Cantoriæ, 23. Ian. 1559.

SVMMARIA.

1 *Indultum confirmationis beneficiorum Cardinalis concessum*

sum si præsupponatur reuocatũ vigore regularũ reuocatoriarũ, an facit impetrantis petitionẽ canonizari.

2 *Regula reuocatoria indultorũ confirmandi beneficia Ordinarijs concessorum in fauorem expectatiuum ad electionem inferiorum emanauit.*

3 *Ordinarij confirmatio non est ius liberum ex eo quod ab alterius electione dependet.*

4 *Verba ordinarij, & non ordinarij posita in regula reuocatoria indultorum, quomodo sint intelligenda?*

5 *Reuocatoria regula indultorum ordinarij concessorum triplici membro distinguitur, & limitat, coarctatque facultatem ordinariorum etiam Cardinalium.*

6 *Papa an præsumatur per reuocatorias regulas indultorum Cardinalibus ordinarys velle auferre ius confirmandi in beneficijs.*

7 *Ius confirmandi æstimari non adeo magni solet, ex eo q̃ ab electione ipsa prauia dependet.*

8 *Reuocari ius beneficia conferendi aliud est, aliud vero eadem confirmandi.*

9 *Verbum, conferendi, in beneficialibus aliquando comprehendit & confirmandi facultatem.*

10 *Beneficia aliqua electiua reperiuntur quorum confirmatio non ad Ordinarium spectat loci sed præpositum, vel Archiepiscopum, idque ex consuetudine.*

11 *Raro euenientia eius sunt natura, vt sub regulas non cadant, vt hoc casu præsenti.*

HAec caussa fuit sæpins proposita a bo. mem. Domi
no Iunio, in cuius locũ ego sui subrogatus de con
1 sensu partium. Et quãuis Rota semper inclinasset † re-
uocatum esse indultum Card. stylum esse contrarium,
quod idem attestabatur Reuerẽd. Puteus, ideo placuit,
vt rursus de ea duhitarem: prius autem consului Reue
rend. Puteum, quid super hac re sentiret, qui mihi re-
spondit in casu proposito non esse reuocatum indultum
Card. de Cæsis, & ita eos, qui condiderunt regulam, cũ
eã cõderent omnino caussam sciuisse. Cum igitur quæ-
stio hæc esset, an Ioan. Petrus de Cornis vigore suæ expe
ctatiuæ potuisset acceptare Cãtoriam in Ecclesia Cre-
mon. cuius electio iure cõmuni spectabat ad Capitulũ,
& confirmatio ad Card. ordinarium Ecclesiæ Cremon.
proposui dubium hoc pacto: videlicet præsupposito,
q̃ electio Cantoriæ de qua agitur, spectet ad Capitulũ,
& confirmatio ad Episcopum, stante prima regula reuo
catoria indultorum, & secundo altera moderatoria ea-
dem die publicatis, quarum copia datur, an indultum,
quod præseruat ius confirmandi Card. tanquam Ordi-
nario dicatur ita esse per dictas regulas reuocatũ, vt ex-
pectatiua D. Io. Petri persistat, & sit canonizanda: nihil
aũt fuit in præsenti oĩno firmatum, sed maior quædam
pars cõtra Card. sentire videbatur, idque duab. præci-
puè rõnib. ex ratione reuocatũ, & eius ẽt verbis. Nam
2 † cũ illa regula edita fuerit solũ in fauorem expectantiũ
ad electionem inferiorum, vtiq; si diceremus ius confir
mandi, quod cõpetit Card. in illis electiuis nõ esse reuo-
catũ, sequeretur electionẽ inferiorũ, & in mensib. reser-
uatis esse præseruatã, quod esset cõtra expectantes ꝑua-
lere inferiorib. collatorib. in mensib. reseruatis, & quis
hoc modo intelligendo regulam videatur tolli ius con-
firmandi cõpetens Card. tamq̃ Ordinario, dicebant ali-
qui hoc nihil existimari factũ in fauorem expectatiua-
3 rum, cũ confirmatio † Ordinarij non sit ius quoddam li
berũ, sed quod pendet præcedenti alterius electione.
Rebuff. in cõcord. rubr. de collat. §. præfatiq. Ordinarij,
in verbo. dispositionẽ suaderi. Et hoc dicebatur ex ver-
bis eisdẽ regulæ, q̃ in 1. parte reuocat indulta Cardina-
liũ non Ordinariorũ in alienis diœces. deinde in versic.
necnon, loquitur etiam de Cardinalib. Ordinarijs, & nõ
4 Ordinarijs: quæ † verba ne sint superuacanea ac repe-
tant idem quod supra dictum fuerat, videntur intelligẽ-
da esse, ita vt reuocentur indulta concessa Cardinalibus
Ordinarijs quoad ius confirmandi, instituendique in be
neficijs spectantibus ad inferiores in sua tamen diœcesi,
& deinde id verbum, *non Ordinarijs*, intelligitur quoad
ea beneficia, quæ q̃uis sint in diœces. Cardi. tũ quoad ea
nullũ prorsus ius Card. habet nec cõferẽdi, nec cõfirmã
di, nec quidquam aliud faciendi, perinde ac si (quo ad
5 ista) non esset Ordinarius: sicque † triplex erit distin-
ctio in d. regula. Prima enim reuocat indulta Card. be-
neficia conferendi in aliena diœces. secunda reuocat in-
stituendi, seu confirmandi beneficia spectantia ad ele-
ctionem inferiorum etiam in propria diœces. in mensi-
bus reseruatis tertia reuocat indulta conferendi benefi-
cia spectantia ad inferiores, in quibus ipsi Card. nullum
ius habent, quod ius fuit in propria diœcesi. Quoniam
autem pro parte Card. tria præcipuè dicebantur. Primo,
6 quia † nõ creditur Papam voluisse illis auferre ius con-
firmandi cõpetens eis vt Ordinarijs. Cassad. 3. 5. de pri-
7 uil. responsum fuit ad hoc, vt supra, quòd † hoc ius con-
firmandi æstimatur parui, tum quia necessariò sequitur
electionem, tum vt exspectãtes facilius exspectatiuarũ
gratia frui possint. Secũdò, pro parte Card. dicebatur re
8 uocari in regula indulta conferendi † tantum beneficia:
verum hoc ius, quod nunc producit Card. non esse pro
conferendo beneficio, sed confirmando, quod diuersum
est, vt c. fi. cum glo. de off. Vic. in 6. Ideoque hunc casum
commissum a regula esse verum: respõsum, fuit verbũ,
9 † *conferendi*, comprehendere etiam confirmationem.
Franc. c. 1. col. 1. de elect. in 6. & præsertim hic ex mẽte
regulæ, vt supra. Tertiò pro Card. adducebatur Crescẽ.
195. & Simon. 29. sed respondebatur illas ad hũc casum
non pertinere, nec quidquam facere, quòd nonnulla
10 † beneficia electiua reperirẽtur, quorum cõfirmatio ad
Præpositum, aut ad Archiepiscopum pertinet ex consue
tudine, vel priuilegio, non autem ad Ordinarium, in qui
bus exspectãtes ius suum exercere possunt. Nam respon
11 debatur † hoc accidere rarò, propterea verba regulæ de
clarata, vt supra, minimè conuenire. Ex his igitur maior
pars sentiebat contra Cardinalem, sed quia ego mentem
Reuerẽ. Putei retuleram in diuersum esse, qui interfuit
dum regula cõderetur, ideo omnes Domini substituerũt
in his, nihil affirmãdo, mandatumque fuit vt Card. refer
rem earum dubitationem, isque curet mentem hãc Re
ueren. Putei si eiusmodi est, in scriptis redigi, & postea
super ea diligentius cõsiderabitur. Dixerunt etiam quia
in informatione Card. dicitur de triplici indulto, quòd
cõcedi solet Cardinalibus, quorum aliud permanet, aut
videantur indulta Cardinalis, cuiusmodi sint, & super
illis si opus erit dubitetur.

DECISIO CDLXXXV.

Roman. dotis 2000. de Cęsis, 23. Ianuarij 1559.

SVMMARIA.

1 *Numeratio dotis nõ probatur per confessionem mariti de recepta, facta tempore matrimonij constantis, imò præsupponitur fraus, vel potius donatio.*

2 *Confessio de recepto ratione dotis a marito constante matrimonio emanata, constare debet notoriè.*

3 *Temporis diuersitas allata per testes in probatione schedulę confessionis mariti de recepta dote, de qua agitur, reddit suspectam depositionem.*

4 *Confessio dotis receptæ continens anticipatam solutionem quæ non præsumitur, suspicionem fraudis parit: præsertim si agatur de magna quantitate.*

5 *Constito de promissione dotis ante matrimonium, tunc confessio dotis receptæ constante matrimonio emanata, nõ præsumitur fraudulenta in præiudicium creditorum.*

6 *Fraus in confessione dotis receptę in præiudicium creditorum ex coniecturis argui potest.*

7 *Verosimile non est scuta 4800. & sic satis magnam quantitatem fuisse numeratam in caussam dotis absque fide de recepto.*

8 *Quittantia facta secundum consilium testis in caussa numeratæ pecunia caussa dotis, est suspecta.*

ILlustrissima Isabella de Cæsis, agebat contra Altoitos detentores cuiusdam domus prius hypothecatæ ratione suæ dotis: Altoiti negabant legitimè constare de huiusmodi obligatione, & multa opponebant cõtra instrumenta, & schedulas productas a D. Isabella, idcircò ego dubitaui stante instrumento prouisionis dotis de anno 1530. ante contractum dotis de anno 1530. & ante contractum matrimonium, & apocham confessionis, 1532. vna cum dictis instrumẽtis, quorum copia datur, ac instrumento 1538. an ex his constet sufficiẽter de numeratione? Domini omnes vnanimes concluserunt non constare legitimè de numeratione dotis, & quia omnes sequuti sunt rationes adductas a primis duobus responsalibus, ideo hic subijcio votum vtriusque, sumptum ex eorum informationib. ad verbum: votum aũt primi responsalis est hoc, qđ sequitur: prima sit conclusio, quòd
1 per † confessionem de recepto factam a marito cõstante
matrimonio non probetur numeratio, sed præsumatur fraus, vel donatio, vt in informationibus de Altoitis. Secunda sit limitatio præcedentis, vt non procedat, quando de premissione dotis facta ante matrimoniũ constet, & ista videtur cõis ex allegatis per Afflic. 402. Aim. cõs. 40. vtrumq. sentit Aretin. & Bald. Nouel. de dote in 10. par. col. 7. limit. 7. nu. 18. ad fin. licet aliter referat ipse Af
2 flic. sed difficultas est, an † constet de huiusmodi cõfessione, & ad hoc allegantur duę schedulæ de anno 1532. cum testibus examinatis ad eius corroborationem, sed hoc nõ videtur probare confessionẽ ex duobus. Primò,
3 quia Pax secũdus testis † de anno 1551. dicit, ꝙ schedula fuit confecta præsente Ioan. Iacobo. Marianus Iacob. vltimus del 1558. dicit, ꝙ Ioan. Iacob. erat absens, & ꝙ d. Pax attulit foliũ albũ subscriptũ manu D. Iacobi. Pri-
4 mò quia cõtinet † solutionẽ anticipatam, quæ nõ præsumitur si est in magna quãtitate. Secũdò, principaliter allegatur instrumẽtũ hypothecę del 1558. sed hoc videtur habere dubitationem, quia refert se de dote habita ad instrumentũ Adami, quod deberet exhiberi, nec põt intelligi de ꝓmissione dotis, quia de ea nõ fuerit instrumẽtũ si Michael Colluzonus, & quia promissio erat certa, sed nõ solutio, dicendo plus vel minus, quia non cantabat, ꝙ Isabella transmitteret instrumẽtum promissionis dotis, & quia hoc instrumentum loquitur de solutione, & de prouisione, & quia nondum videntur partes firmasse quantitatẽ, ex quo videtur reuerti ad Raimundũ. Tertio, quia Isabella promittit intra mẽnsem transmittere instrumentum, & apochas, quod nõ apparet fuisse factum. Quartò, quia factũ pẽdente lite cum Altoitis votũ principalis: vt attestatur Afflict. decis. 402. Aimon con
5 sil. 40. hæc est communis conclusio, quòd † vbi cõstat de promissione dotis ante matrimonium, tunc confessio receptæ dotis constante matrimonio emanata non præsumitur fraudulenta, & præiudicat creditorib. in creditis medio tempore contractis, tum quia pręallegati limitãt hoc non procedere, vbi aliàs constaret de fraude, merito
6 aduertendũ est ad † cõiecturas de fraude, ꝙ adducãtur ꝓ parte Altoitorum. Prima est, quòd cõfessio de recepto emanauit antequam veniret dies solutionis. Aimo. cõs.
7 175. nu. 2. quia a communiter accidẽtibus † non est verisimile, quod fuerint soluta scuta 4500. absque aliqua fide de receptis, quod argumẽtũ a verosimili est cõsiderãdũ. Aimon cõs. 40. nu. 2. Tertia coniectura est ꝑ me, licet nõ adducatur per informãtes, quia in instrumento hypothecæ Ioan. Iacob. asserit se recepisse dotem, vt constat per instrumentum, redditur verisimilis apocha, quia pluralitas quitationum nõ præsumitur, quãto plus mihi quã vrgens, quia Pax secundus testis qui dicitur recepisse pecunias in quinto interrogatorio, dicit illam schedulam esse factam præsente Iacobo, ac de eius ordine. quartus testis, qui soluit pecunias super septimo interrogatorio, dicitur deposuisse, ꝙ Io. Iacob. non erat præsens, sed credit, ꝙ esset Narniæ, necnon addidit, ꝙ Pax tulit secum vnum folium album subscriptum, vt appa-
8 rebat ex subscriptione D. Io. Iacobi, & ꝙ d. quittantia fuit facta, secundum quod cõsuluit testem quidam Doctor. vt patet, ꝙ isti testes sunt contrarij, & non est verum, quod illa schedula fuerit subscripta manu D. Io. Iacobi. Vltima suspicio est, quæ oritur ex dictis D. Petri Pauli attestantis, quòd schedula vltimi pagamenti erat lata scripta, & subscripta manu Ioan. Iacobi, ergo patet, quòd schedula cuius copia datur, redditur inuerisimilis dicens porrecta, & tamẽ est solum subscripta per D. Io. Iacobum, stantib. his suspicionibus esset iterum dubitandum, vt pars intelligat difficultatem.

DECISIO CDLXXXVI.

Mantuan. reductionis laudi, 27. Ianuarij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Dubium propositum complectens varia capita numquam antea motum, restringitur aliquando in stylo Rotali, maximè vbi deducta minus sunt prolixa.*

QVoniam nunc primum hunc casum in Rota proponebam, edidi dubium quoddam, quòd varia ca-
1 pita † complectebatur adiectis depositionibus & receptionibus testium, vt iam generalis saltem caussæ instructio a Rota sumeretur: itaque cum cõplura hinc inde, & nimis prolixè essent deducta, mandarunt mihi, vt dubium restringerem circa tres testes, qui videntur magis conuinci de mendacio. In primis autem videam decisiones vltimas coram D. Romano, & corã D. Augustino in hac eadem caussa editas.

DECISIO CDLXXXVII.

Neapolitana fraudum 7. Ianuarij 1559.

SVMMARIA.

1 *Processus ad declaratoriam vtrum fieri possit, & ad executionem, sententijs antea latis non existentibus conformibus.*

2 *Auditor Cameræ si damnet partem ad certam quantitatẽ reddendamque rationem administrationis, eaque sententia per alium atque secũdum fuit confirmata, an etiã tertia accedente confirmatoria priorum cum modificatione tamen summæ, faciat sententias istas non dici conformes.*

Affirmatiuam scilicet conformes esse omnino, vide num. seq. ex decis. Rotæ eiusque rationem, ibid.

4 *Sentẽtia tertia absolutoria rationum nõ reddendarum & administrationis duabus, præcedentib. cõdemnatorijs, vtrum faciat difformitatem sententiarum dici posse.*

5 *Sentẽtia pro facto & fraude condemnans, eadem potest alio casu absoluere, vt in præsenti absoluit in redditione rationum administrationis.*

6 *Commissione obtenta de nullitate sentẽtiæ, & restitutione in integrum, an prius de nullitate sit cognoscendum.*

Limita & intellige, vt nu. sequen.

8 *Declaratoria ferri potest contra partem quæ sub prætextu concordię, quam tamen reuera recusat, differt solutionem.*

LAta fuerat a me dudũ de mense Iulij proximè præterito tertia sentẽtia contra fratres S. Ancellini nunquam hactenus illis intimatis, qui executorialibus cum
1 parere recusassent, negarentque etiam † procedi posse ad declaratoriam, eo quod sententiæ non essent conformes, nec exequendæ, proposui dubium, an esset procedendum ad declaratoriam, & exequenda quomodo essent mode-

2 *Moderanda?* Res autem sic se habebat, † nam Aud. Ca-
meræ in prima sententia condemnauerat eos in scuta
3000. Et ad reddendam administrationem rationis, po-
stea Dominus Decanus in secunda instantia eam con-
firmauit. Ego deinde in tertio varijs dubijs propositis
duas præcedentes confirmaui cum modificatione tamē,
vt summa redigeretur ad 500. & ex nouiter deductis
absolui eos a reddenda ratione administrationis in nul-
la instantia teneri. Rota rem omnem distinxit in tria ca-
pita. Primum fuit, *an sententiæ essent conformes*. In quo
3 respondit, omnino esse. Nam cum agatur inter easdem
personas, & de eadem re, eadem actione, & sententia al-
tera alteram confirmat: dubium non est eas esse confor-
mes, quoad minorem summam, quæ in maiori contine-
tur. l. inter pares, in fine, de re iudic. l. diem proferre, vbi
glos. Bart. & Bald. de recept. arbit. Afflict. 362. Nec ob-
stat quòd dicebant fratres, eas non esse conformes in
4 caussa, † quia tertia instantia absoluit eos ab administra-
tione, in qua fuerunt condemnati in duabus præceden-
tibus. Nam respondetur, quod tertia instantia condem
5 nat eos pro facto, & fraude; sicuti prima & secunda,
quamuis absoluat ab administratione: id intelligitur
præterquam, quò ad caput fraudum, in quo expressè
eos condemnat. Secundum caput fuit, *an hæ sententiæ*
6 *essent exequendæ*. Nam † fratres obtinuerant commissio-
nem super nullitate, & restitutione in integrum, dice-
bantque prius esse de nullitate cognoscendum. Verum
7 & in hoc Rota contrarium respondit, † quoniam com-
missio erat directa alteri iudici cum clausula, sine præiu-
dicio legitimæ executionis non esse supersedendum: se-
cus fuisset si apposita fuisset clausula, si quid exequen-
do . . . . . Et hic est stylus Signaturæ, passimque in vsu,
proptereaque mandarunt mihi expressè, vt ferrem de-
8 claratoriam contra fratres, qui hactenus varijs artibus
& sub prætextu ineundæ concordiæ, quam tamen reue-
ra recusant, solutionem distulerant. Tertium caput fuit,
quod expensæ essent moderandæ. In quo responsum fuit,
fratres, ad duas priores sententias in omnibus teneri,
quoad tertiam autem non teneri, quoad ea, quæ respi-
ciunt administrationem, quia sententia eos absoluit, sed
non ideo tamen mereri absolutionem quoad hanc par-
tem in alijs instantijs, tamen quia hæc absolutio ex no-
uiter deductis concessa est, tum quia sufficit eos in alio
capite non habuisse iustam caussam litigandi, vt aliàs
firmatum fuit in caussa Gerunden. pecuniaria coram
D. Cantuccio.

DECISIO CDLXXXVIII.

Hispalen. beneficij de Moron. 1559.

SVMMARIA.

1 *Legitimè litterarum expeditiones factas ex Summistarum relatione iudici constare potest.*

2 *Expensa si nulla pro litterarum expeditione fuerint facta, merum præsumitur priuilegium interuenisse.*

Retuli in Rota, quòd mihi mandauerat supra in hac
1 eadem caussa, dixique d. Summistam mihi respō-
disse, litteras rectè esse expeditas, tum ex eorum stylo,
tum quia super hoc tempore beneficij, de quo agebatur
2 nihil vmquam fuerat a Comite expensum, vnde seque-
batur hoc merum esse priuilegium concessum a Papa
quoad hoc beneficium, quoniam vero pars aduersa re-
clamabat, Rota statuit, vt dubium proponerem, an lit-
teræ sint mittendæ ad corrigendum?

DECISIO CDLXXXIX.

Romana dotis de Iuuenalibus,
30. Ianuarij 1559.

SVMMARIA.

1 *Probatio ordinaria non sufficit vbi agitur de dotis numeratione, quæ in dubium venit.*

2 *Res inter alios acta mihi præiudicare non debet.*

3 *Instrumentis probationis incendio combustis, difficilis redditur probatio.*

Sequendo vltimam decisionem huius caussæ, supra
die 14. Nouembr. 1558. dubitaui, *an constaret datam
fuisse dotem de bonis ritè ex quodam sequestro producto, tum
alijs quibusdam, prout in puncto*. Rota respondit quoad
1 probationē ordinariam hæc non sufficere, quia illa ver-
ba in dicto sequestro sunt enūciatiua, & inter alios pro-
2 bata, † & in alio iudicio, & ad aliū finem, quæ nihil no-
cere possunt in præsenti iudicio D. Hieronymæ, quoniā
tn̄ pro parte concordiæ dicebatur deperdita esse, & com
busta incendio multa registra in hac caussa, ideoq. non
sibi facilē esse huius rei probationem, ob lapsum tempo-
3 ris, & incendio subsequuto, & satis ex hoc sequestro ap-
parere dotē fuisse de bonis ritè, ex quo ita sibi exprimi-
tur: dixerunt Dn̄i, vt videat Concordia, si posset aliquod
adminicul̄ū adferre sine sequestro, quod probat quod-
dam argumētum probabile in eius fauorem, sed tamen
non ita concludit, vt ipsa sit absoluenda a dote petita.

DECISIO CDXC.

Tirasonen. decimarum de Vierlas.

SVMMARIA.

1 *Præfixo termino de nullitate docenda, ea non docta, non amplius pars auditur.*

2 *Caussa restitutionis in integrum ex lapsu temporis deserta, nulliter petitur.*

3 *Succumbenti in caussa nullitatis, tempus quadriennij restitutionis in integrum incipit a die latæ sententiæ.*

4 *Probabilem caussam nullitatis committendæ si habeat pars & succumbat, excusatur a lapsu fatalium.*

5 *Parte quæ de nullitate prætendit nihil adferente, ad vlteriora fit progressus.*

Lata fuerat sententia contra D. Antonium, die 22. Iu-
nij 1548. & eodem anno fuerant ei executoriales
personaliter intimatæ: postea de anno 1551. idem com-
misit caussam nullitatis, & restitutionis in integrum, &
pars aduersa aliam commissionem obtinuit præfixo ter-
mino, inter quem Dom. Antonius nihil docuit, cum-
1 que † nunc pars aduersa prætenderet caussam restitu-
tionis quidem, atque ideo eum esse adhuc audiendum,
iuxta l. contra maiores, & ibi Castr. q. 6. de inoff. testam.
2 Ego dubitaui, *an hæc caussa restitutionis in integrum esset
deserta ad effectum, vt ei esset deneganda remissoria, quam
petebat, & . . . a quibus fuerat absolutus ad beneplacitum.*
Rot. respondit, solere obseruari distinctionem, Franc. in
c. dilecti, quæst. 6. de appell. vbi concludit, quando quis
3 succubuit in caussa nullitatis, tunc tempus quadriennij
in caussa restitutionis incipere labi a die latæ sententiæ,
cap. 1. de restit. lib. 6. Dec. c. ex ratione, num. 10. & Felin.
num. 4. de appell. Rota in nou. de appell. 15. & in antiq.
79. Sarnen. reg. de annal. q. 14. nu. 7. Hoc enim casu ille
qui succubuit, ostendit se tenere caussam nullitatis com
missiuè, sicut in simili dicitur de eo, qui committit cau-
sam attentatorum, & nihil probat. Rota aliàs conclusit
coram D. Caputaquensi in caussa Giennen. Prioratus de
4 Villa Noua: aliqui ex Dominis dubitabant, si D. Ant.
habuisset fortè probabilem caussam committendi nego-
cium nullitatis, tunc licet succubuisset, esse tamen ex-
cusandum a lapsu fatalium, vt sentit Franc. in d. cap. di-
lecto, quæst. 6. verum quia in casu proposito D. Ant. ni-
5 hil adduxit umquam, quod dubium faceret, ideo uisum
fuit contra illum ad ulteriora esse procedendum, nec
quidquam facere quod obijciebatur, de executorialibus
intimatis contra incolas, & uniuersitatem loci de Vier-
las, quæ fuerunt declaratæ nullæ, quoniam nulla diuer-
sa caussa est, nec commune quidquam habet cum Ant.
de quo quærimus.

DECISIO CDXCI.

Parmensis Castri, & bonorum, 10. Februarij 1559.

SVMMARIA.

1 *Lata sententia in fauorem a qua si est appellatum, vbi ta-*

men reperitur non prorogata fatalia, & lapsus sit diuturnus multorum annorum cursu, proceditur ad executionem vigore commissionis non doctæ in termino de prosecuta appellatione.

2 *Executoriales eliciuntur nihil constito productum esse a reo ad sui defensionem in aliis.*

LAta fuerat sententia de anno 1546. a Reuer. Puteo in fauorem D. Fräcisci de Casalibus, a qua cum fuisset
1 appellatum, quia † tamen non reperiebantur prorogata fatalia, & tot anni iam erant elapsi, ideo D. Michael hæres obtinuit commissionem, vt præfixo termino ad docẽdum de prosequutione appellationis, procederem ad executionem. Itaque præfixo termino, & lapsis deinde etiam duobus mensibus, cum aduersarij prorsus nihil docerent, & verbo tantum procederent, caussam olim fuisse auocatam in partibus, cõsului Dominos bis, quid esset agendum? qui responderunt, vt postquam nihil mi
2 hi in actis cõstaret de auocatione, & pars fuerit satis experta, vt procederem ad executoriales.

DECISIO CDXCII.

Monasterien. Canonicatus, 13. Febr. 1559.

SVMMARIA.

1 *Monasteriensis Ecclesia Cathedralis in Vvestphalia uigore statuti non admittit in Canonicos, nisi nobiles, & eos quidem equestres.*

2 *Papa derogat aliquando expressè statuto confirmato cum clausulis derogatorijs a prædecessoribus suis.*

3 *Derogans priuilegio Pontifex non facta sibi in supplicatione mentione regulæ de non tollendo iure quæsito, an valida sit talis derogatio?*

4 *Vacante præbenda quæritur ius incontinenti nobilitati equestri in ea vigore statuti priuilegio Apostolico confirmati in hoc casu.*

5 *Papa expressè derogans statuto per clausulam quorum tenores, facit gratiam suam canonizari.*

6 *Statutum contrarium iuri, & idcirco nullum est, non debere recipi in Canonicos, nisi ex ordine nobilitatis equestri, nisi per Papam approbetur.*

7 *Consuetudo asserta ex temporis immemorabilitate per asserentem probanda est.*

8 *Regula, de non tollendo iure quæsito, non procedit vbi iuris effectus suspenditur, secus vbi ius omnino tollitur.*

Ius quæsitum vbi est merè speciale, non habet locum regula de non tollendo, &c.

Quæ etiam regula, vt locum habeat, necessarium est ut ius quæsitum etiam sit uerè cum effectu, num. seq.

11 *Iuramentum præstitum a Canonicis de non cassando statuto a se facto, non ligat, gratia expressa Papæ superueniente derogatoria statuti.*

1 ECclesia Monasterien. habebat † statutum *vt nemo in Canonicum recipi posset, nisi ex nobili genere esset, & militari, & cum quibusdam alijs qualitatibus expressis.* Quod statutũ fuerat confirmatum a Iulio II. cum clausulis derogatorijs futurarum prouisionum, quæ statuto illo aduersarentur, nunc vacante Canonicatu Papa illũ contulerat Io. SchenKcinK, qui probabat se nobilẽ quidem ex vtroque parente, non tñ ex militari ordine. Papa autem in eius gratiam expressè derogauerat prædicto
2 statuto cum clausula, *quorum tenores*. Quapropter nunc Capitulum denegabat possessionẽ tradere Ioan. prætendens sibi ius quæsitum ex dicto priuilegio, cui Papa non
3 derogauit, cum nulla sit facta mentio de regula de non tollendo iure. Itẽ Canonici, qui sunt astricti iuramento seruare illud statutum, nec Papa eos in gratiã Io. dispensat ab illius obseruatione, vt Paris. cõs. 40. nu. 8. in 4. fol. c. nonnolli vers. septima conclusio. de rest. Et etiam quia
4 cum primum † vacauit Canonicatus statim quæsitũ fuit ius vigore statuti ordini militari, c. cum Ecclesia, cũ glo. in fi. de præb. in 6. idcirco non sufficit derogatũ fuisse statuto, nisi de regula sit facta mentio. Sarnen. regu. de non tollen. iur. q. 15. nu. 7. Rom. conf. 327. His non obstãtibus, cum dubiũ proposuissem adiũctis depositionibus testiũ, & nonnullis alijs. Rota cõclusit gratiã Io. esse canonizãdã, & Capitulũ cogendum illi tradere possessionẽ: ratio præcipua fuit, quia Papa in prouisione sua expressè, & in
5 specie derogauit huic statuto cũ clausula, *quorũ tenores*, quæ derogauit omnibus contrarijs, vt est stylus Rotæ. Ant. de But. conf. 7. Cassad. 10. Cum igitur de voluntate Papæ appareat, nihil dubitandum est de præsente, cum
6 huiusmodi statutum sit contrarium iuri, & cõsequenter nullum, nisi Papa id approbet, & in terminis, vt Abb. c. venerabilis, de... Curt. c. fi. de cõsuet. nu. 475. Altera fuit ratio, qñ confirmatio. 12. de qua supra nititur quadã immemorabili consuetudine, quam asserebat extare in Ec
7 clesia Monasterien. quæ tamen a Canonicis non probatur, ideo non videtur obstare gratiæ Ioan. non obst. regula de non tollendo iure, quoniam multipliciter responsum fuit, primò, eam non procedere qñ ex eius derogatione non derogatur iuri cõi, Cur. iun. cõs. 1. nu. 22. Cassad. cõs. 66. nu. 63. Sarn. d. reg. q. 19. & 18. Secundò pro
8 cedit ea regula, vbi prorsus tollitur ius, secus vbi tãtum effectus eius suspenditur, Abb. c. nu. 10. de rescript. Cassad. decis. fi. nu. 2. de concess. præb. Rot. de præb. in nou.
9 17. Paris. conf. 119. nu. 7. in 4. Tertiò non procedit vbi ius quæsitum est merè speciale, Sarn. de reg. q. 6. aliàs requireretur, oẽs prouisiones Apostolicas semper esse irritas, cum in illis derogetur statutis, & priuilegijs Ecclesiarũ, & tñ numquam fiat mentio de huiusmodi regula, quia si aliquod ius esset quæsitũ nobilibus militaribus, in quorum fauorem statutum fuit conditum, non autem ipsis canonicis, ideo ipsi nihil possunt obijcere. Quarta, quia opus est, vt ius quæsitum sit vere, & cum effectu, ita ut
10 regula procedat, prout in casu nostro. Sarnen. q. 15. secus est, vbi prætenditur ius ex statuto. Nam sufficit tunc tantum derogatio statuti, Put. 4. de iur. quæsito. Sarn. su per reg. 26. Rot. in Ant. 42. de conc. præb. & in nou. primo eo. tit. Non obstat, quod Canon. non fuerint habilitati. Nam non in iuramento semper intelligitur Papæ auctoritas. c. ueniens, de iureiur. Rot. in nou. prima, de iureiur. deinde quia Papa in Bulla dat executores gra
11 tiæ. Vnde Canonici satis excusantur a periorio. Et postremo, quia Papa concedens huiusmodi gratiam Ioan. cum omnibus illis clausulis, soluit, & Canonicos omni vinculo obseruãdi statuti quoad personam ipsius Ioan. l. 2. de iurisdict. omn. iudic. Curt. conf. 1. num. 22. Alexand. l. quidam consulebant, de re iud.

DECISIO CDXCIII.

Rom. hæreditatis de Comitibus, 17. Febr. 1559.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio inualida est, quando non est facta iuxta tenorem earum rerum, quas ratificauit principalis.*

2 *Ignorantia earum, quæ antea fuere gesta, an impediat ratificationem, & num. 3.*

4 *Ratificatio facta apud acta, quæ notorium parit inter partes, errorisque suspicionem tollit, reuocari non potest.*

5 *Deliberatus consensus intercessisse actui, arguitur ex iuramenti interpositione, facitque ratificationem impugnari nullatenus posse.*

6 *Ratificatio facta cum iuramento antea consensu intercedente similiter cum iuramento, cum ignorantia prætendi nulla amplius verisimilitudine possit, non releuat.*

7 *Ratificatio vbi ea tantum continet, quæ gesta sunt ante constitutionem procuratoris, non est plenè perfecta.*

DVbitaui, *an ratificatio Domini Torquati huiusmodi fuerat, an dicatur aduersario ius quæsitum ex actis antea a procuratore suo factis, stante præsertim declaratione cum instrumento eiusdem Domini Torquati postea sequuti?*

1 *sequuti*: Dicebat † enim Torquatus ratificationem fa-
ctam esse nullam, quia si non fuit secus tenorem earum
rerum quas ratificauit, vt per Paul. de Castr. consf.382.
in 2. Aim. consf.192. num.14. Parisf. consf.47. num.97. in
princ. deinde quia incola propriè declarauit, se ignoras-
2 se ea quæ antea gesta erant, † quod sufficere videtur,
glosf. §. sed iste, Instit. de alien. capit. pastoralis, de ex-
cept. Parisf. consf.85. num.46. in 1. Verum domini om-
nes conclusent validã esse ratificationẽ, c. si. de iureiur.
io 6. Rota in nou. de procur.39. Nec reuocari potest præ
3 textu ignorantiæ, tũ † quia habet clausulã ex certa scien
tia quæ sufficit, Iasf. l. si dari, de verb. oblig. num.5. Castr.
consf.216. nu.5. in 1. Bald. l. matet, nu.5. C. de rei vend.
4 Tũ † quia facta est apud acta, quæ reddunt ootorium
inter partes, tolluntque erroris suspicionem, Castr. l. r.
C. de satisd. nu.2. Capic. decisf.4. num.28. quibus accedit
5 iuramentum in eadẽ ratificatione, quod arguit delibera
tũ consensum, Alex. consil.62. nu.4. in 5. Bald. l. 1. capit.
6 commodo, Dec. consf.345. nu.2. Non † obstat reuocatio
postea facta etiam cũ iuramento, quoniam cũ ignoran-
tia amplius non sit verisimilis, prodest nihil iuramentũ,
præsertim cũ nõ sit præstitũ a iudice, Rota in nouisf.444.
Roman. consil.481. col. fin. Felin. etiam in materia 18.
conclusf. de rescript. Titaq. in prædict. l. si vnquam, nu.
7 39 Dixerunt † etiam hanc ratificationem cõprehendere
ea tantum, quæ gesta sunt ante constitutionem procu-
ratoris, vt clarè apparet ex verbis ratificationis. Ce-
terum autem, an hæc gesta eiusmodi sunt, vt ex his
possit dici ius quæsitum aduersarijs alias agetur.

DECISIO CDXCIV.

Cæsaraugustana Archidiacon. de Rocca,
17. Febr. 1559.

SVMMARIA.

1 *Iudicibus per vim remissoria in partibus assignatis, an no-
ui articuli produci possunt.*
*Vide negatiuam numero sequenti, scilicet in Curia articu-
los deducendos esse, & deinde ad partes transmittendos.*
3 *Sequestrator deputatus, vbi de eo fuerit orta suspicio sini-
stra, remouendus est.*

DEcretum remissorium cum examinarẽtur testes in
partibus, pars obtinuit commissionem signatã ar-
2 bitrio, vt coram † iudicib. assignatis in partibus possint
noui articuli produci. Ideo cum quærerem, *an liceret
mihi hoc mandare ijsdem iudicibus*, responsum fuit, arti-
4 culos in Curia tantum esse admittendos, & eos ad par-
tes deinde transmittendos, vt ita stylum obseruatẽ, quo
niam etiam oriebantur nonnullæ expensæ factæ a primo
3 sequestratore deputato, quem deinde pars obtinuit, vt
suspec. amoueri, mandarunt mihi, vt si liqueret, de ex-
pensis factis iuberem secunda sequestratione eos solui
ex fructibus sequestratis primo sequestratorio.

DECISIO CDXCV.

Posnanien. Canonicat. & præbendæ,
22. Febr. 1559.

SVMMARIA.

1 *Lite pendente super beneficio Ecclesiastico, pars an possit
suspendere petitorium.*
2 *Pars tantum appellans a possessorio utrum sententia in iu
dicatum transire possit ratione petitorij.*
3 *Appellans in vno, non dici potest appellare in alio ratio-
ne petitorij, & possessorij, quæ re ipsa differre digno-
scuntur.*
4 *Mitioris sententia ratione Rota determinauit appellantem
in possessorio simul, & in petitorio, appellare, posita
clausula, rebusque alijs, &c.*
5 *Dubitatiua in caussa pro opponente iudicare potius conue-
nit.*

1 PEndente lite super Canonicatu pars suspendit peti-
torium. Aduocatus obtinuit commissionẽ, cuius co-
pia data fuit, prætendebatque D. Oradinum rectè pro-
nunciasse, tã in petitorio, quã in possessorio, illius com-
missionis. Imò dicebat eius sententiã transiuisse in rem
iudicatam quoad caput petitorij, quoniam pars appel-
2 lauerat tantum a possessorio, quod diuersum est a peti-
3 torio. Vnde † appellans in vno, non dicitur appellare in
alio. Parisf. consf.66. nu.5. in 1. Paul. de Cast. consf.270. nu.
2. Ego circa hoc dubium proposui, & cum in commis-
sione variæ essent sententiæ, an ex ea tributa esset facul-
tas pronunciandi etiam in petitorio, iuxta Rot. in nou.
de caussa possess. & propriet. 9..... Cassador. 6. de rescrip.
4 in fin. tamen omnes concluserunt hoc pacto mitiorem
partem sequentes, videlicet validam non fuisse senten-
tiam super vtroque capite, cum in ea adesset clausula,
rebusque alij in actis caussæ, & caussarum, quo referunt
se ad omnia in actis deducta, iuxta Parisf. consf. 69. nu.20.
in 1. Quod quidem eo magis probatum fuit, non tantũ,
5 quia in dubio pro opponente iudicandum, Castren. l. r.
si quis caut. Cassad. de appel. 4. Verum etiam, quia pars
petebat sententiam ex capite nullitatis reuocari, conten
ta & sibi appellationem datam esse.

DECISIO CDXCVI.

Perusi. Sanctæ Crucis, 22. Februarij 1559.

SVMMARIA.

1 *Bulla Clementis Papæ an habeat locum tam in obtentis be
neficijs, quam in posterum obtinendis.*
2 *Bulla ut probet in iudicio, integra illius uerba ueniunt re-
ferenda.*
3 *Acceptans beneficium religionis, utrum omnibus legibus
religionis se censeatur obligare.*
4 *Facta probationes contra interesse prætendentes, utrum
resignatario obesse possint.*
5 *Negatiua asserta Equitem Hierosolomitanum non gestas-
se habitum, nec crucem, probari per negantem debet.*

DVbium proposui in hac caussa cum dictis testium,
quo nihil fuit conclusum. Sed dictum illud distin
xerunt in varia capita, sigillatim discutienda. Primum
1 est, *an Bulla Clementis habeat locum, tantum in obten-
tis tunc beneficijs, an verò etiam in his, quæ in posterum ob-
2 tinebuntur, in quo capite danda erant integra verba Bullæ.*
Secundum est inter alia stabilimenta religionis, *an Ro-
3 bertus hoc beneficium acceptando religionis, cõseatur se obli
gasse omnibus legibus religionis, iuxta tradita ab Ant. in l.
4 si duo, de acquiren. hered.* Tertium est, *an probationes fa-
cta contra interesse putantes, afficiant D. Fuscherium resi-
gnatarium, iuxta Rot. in nouisf. de dolo & contum. 12. nu 3.*
5 Quartum est, *an testes probent negatiuam, quæ deducitur,
videlicet, Robertum non gestauisse habitum, & crucem.*
Quintum est, *an probetur deuolutio prout in impetratione
Marij, & scientia religionis, &c. quæ ad hac spectant.*

DECISIO CDXCVII.

Hispalen. beneficij de Moron. 22. Febr. 1559.

SVMMARIA.

1 *Expeditis legitimo ordine, & modo litteris, petere potest
pars, ut sententia iuxta earum tenorem feratur.*
2 *Votum Summista de litterarum legitima expeditione, an
sufficiens sit ad sententiam promulgandam an uerò re-
quiratur totius Cameræ iudicium.*
3 *Sententia antequam feratur iuxta tenorem litterarum a
Summista approbatarum, & Camerã Apostolicã, du-
bium earum caussa in Rota uenit proponendum, idque
ex opinione quorumdam Rota Auditorum, licet alij cõ
trarium senserint.*
4 *Camera si rarò cõgregetur ipsius uotum expectari non de
bet in sententiæ prolatione, quæ instantia partium urge
tur, ut ad tenorem litterarum proferatur, & hoc casu
sufficit approbatio per Summistam facta.*

CVm alias retulissem Summistam respondisse litte-
1 ras in hac caussa † recte expeditas, nunc pars vrge
bat, vt sententiam ferrem iuxta earum tenorem. Ad-
uocatus autem resistebat, qui dicebat, non sufficere so-
2 lum † votum Summistę, sed necessariam esse sententiā
totius Camerę, ideoque non esse pronunciandum, an-
tequam certè statuatur, an litterę sint corrigendæ. Con
sului Dominos quid mihi esset agendum, & exquisiui
vota singulorum, qui erant sex. Duo ex illis responde-
3 runt, dubium † esse in Rota proponendum, antequam
sententia feratur, alij quattuor contra. Nam cum litte-
ræ expeditæ reperiantur, & Summista ita retulerit, non
4 videtur retardanda sententia parti, † cum Camera ijs-
dem temporibus, non nisi rarò congregari soleat, quod
quidem non potest differri in plures menses. Man-
darunt igitur mihi, vt primam sententiam ferrem iux-
ta tenorem litterarum, postea verò in secunda instan-
tia commodius disputabitur, an sit corrigenda, & tota
Camera pro tunc consuli poterit, præsertim cum hæc
prima instantia iam ferè integro triennio sit agitata.

DECISIO CDXCVIII.

Cremonen. præpositure, 27. Febr. 1559.

SVMMARIA.

1 *Actor fundamētum suum plenè, & necessario probare debet, qui beneficium dicit vacasse in mēse reseruato, nec coniecturę verisimiles sufficiunt.*

2 *Res inter alios actę, an quo ad condemnatum sint probabiles.*

3 *Rotá sententijs latis in partibus non multum tribuere solet nisi in processu Curiali iustificentur.*

4 *Cadauere mortui reperto, an sufficiat probatio per publicam vocem & famam de interfectore.*

DVbitaui, *an probetur obitus de mense Nouembr. ad
effectum reseruationis ex multis præsuppositis in pun-
cto, quorum aliqua etiam fuerunt præsupposita, a Domino
Oradino, coram quo quæstio iam pendebat in prima instan-
tia, alia coram me de nouo producta, & addita?* domini
autem persliterunt in decisione alias firmata, vt scilicet
1 non probetur obitus in eo mense reseruato eo, † quòd
cum hoc sit fundamentum actoris, debet ab eo plenè
& necessario probari, ita vt nec verisimiles coniecturæ
sufficiant, Rot. in antiq. 885. Felin. in cap. in præsentia,
num. 22. de præbend. Non sufficit autem narratiua bre-
uis Papæ, quòd obtinuit de mense Nouembris, ex quo
Papa non narrat factum proprium, nec factum coram
se, Rota in antiq. 197. Felin. c. cum caussam, num. 2. de
restit. præsertim quoad effectum adiudicationis, Aegid.
quæst. 42. nu. 6. & de trien. quæst. 39. nu. 2. Testes etiam
deponentes de publica fama nihil probant, Beruczi
Decani subsid. q. 112. minus etiam probat sententia vl-
timò producta, primò quando verba illa narratiuè in
procœmio sententiæ fidem non faciant maximè in præ-
iudicium tertij, Capel. Tolos. quæst. 28. Bart. Clem. lit-
2 teras, nu. 5. de probat. Secundò, † quia est res inter alios
acta, quæ videlicet possit probari quoad condemna-
tum etiam in alio iudicio, Rota in antiquis. de regul.
3 iur. 4. Bart. l. sententia, de appellat. Tertiò, † quia senten
tijs latis in partibus, Rota non multum tribuere solet,
nisi in consessu isto iustificentur. Cetera quæ in contra-
rium obijciebantur facilè ablata fuerant ijsdem rationi-
bus deductis coram D. Oradino. Dixerunt autem re-
4 stringi post hoc dubium posse ad duo. Primum † est, *vt
præsupposita qualitate mortui cadaueris reperti, sumus in
tali casus vt sufficiat probatio per publicam vocem, coniun-
ctis illis, de quibus in præsenti dubio.* Secundum est, *an sen
tentia cum illius narratiua iustificetur ex processu: ita vt
constet de obitu fratris Marij in mense Nouembris.*

DECISIO CDXCIX.

Florent. Cambij, 27. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Cambium an factum dicatur, per nullos melius probari potest, quam illorum testificatione qui rem ipsam tractauerunt.*

2 *Concurrentibus multis in caussa cambij, libro scilicet signorum, testimonium eius qui soluit proxeneta & confessio procuratoris partis aduersæ, satis videtur cambium probatum.*

1 DAta copia nonnullorum testium, quærebam, † an
cambium, de quo agebatur, diceretur factum fuis-
se a Cantore? Et quoniam hæc caussa aliàs sæpius corā
varijs Auditoribus fuerat proposita, & fere semper su-
per ijsdem, ideo res nullam habuit dubitationem, om-
nes vnanimes cōcluserunt, satis probari cambium fuis-
se factum a Cantore, & rationibus aliàs traditis, & præ-
cipuè in materia hac, de qua agitur, nulla videtur esse
aptior, quam illorum testificatio, qui rem tractarunt.
Cum enim in permutandis his pecunijs aliæ personæ
non sint adhibitæ, non est, cur dubitetur, quòd ijsdem
etiam decerni possit id, quod actum fuit, quorum ma-
2 nibus res fuit confecta. Hic enim † plura concurrunt,
liber signorum, testimonium, & eius qui soluit proxe-
netæ qui intercessit, & confessio procuratoris partis ad-
uersæ, quæ omnia cum simul consentiant reddunt rem
minimè dubiam, præsertim cum non alijs testibus hu-
iusmodi negotia soleant probari posse. Et ita alias firma
tum fuit coram Puteo, coram Capizucco, & coram Ca-
putaquensi, quorum omnes decisiones in præsenti caus-
sa habui descriptas, & insertas in informationibus.

DECISIO D.

Hispalen. beneficij de Moron. 27. Febr. 1559.

SVMMARIVM.

1 *Partium altera conquerente de non plena audientia ab expeditoribus litterarum super earumdem correctione, aut approbatione, ad dies aliquot negotium differri potest, & suspendi expeditio.*

QVoniam altera pars conquerebatur, se † non fuisse
plenè ab expeditoribus auditam super correctio-
ne litterarum, Rota mandauit mihi, vt differam expe-
ditionē caussę ad octo, vel decem dies, vt interim pos-
sint consuli Summista, & Datarius, & Barēgus, qui tres
si consenserint, litteras esse recte expeditas, tunc iuxta
earum tenorem pronunciem, & si quid erit plenius di-
scutiendum in plena Camera, illud reseruetur agendū
in secunda instantia.

DECISIO DI.

Nolana monasterij Regalis Vallis, 3. Mart. 1559.

SVMMARIA.

1 *Prælatus vigore subrogationis in locū defuncti, & medio breuis de obtinenda possessione caussam apprehendens an sine vitio spolij dicatur acceptare litigioso existente beneficio, & reseruationem habente regressus.*

2 *Regressus ab vna partium allegatus, vtrum inualidus dici debeat ex eo quòd pars aduersa auctoritate Pontificis ceperit possessionem, ita vt non possit dici quidpiam attentasse, cum Papa numquam dicatur attentare.*

3 *Inualidum asserens regressum subrogatus verificare tenetur, ad hoc vt eluat quod dicitur attentasse, & eo maximè, quòd pars gratiæ sit dicta subrogationis.*

4 *Agens de attentatis ad probationem validitatis sui regressus vtrum teneatur suum terminum iustificare.*

5 *Monasterium licet sit consistoriale, de eo tamen non consistorialiter prouideri potest.*

6 *Regressus validitas cu negotium principale respiciat, quod suspensum fuit, utrum deduci debeat relicta probatione attentatorum.*

7 *Proprietatis exceptio ut cum spolio est coniuncta, ita regresus nullitas cum attentatis.*

Age-

AGebatur caussa attentatorum inter Prosperum, Gesualdum, & Cardinalẽ Saracenum. Nam cum Cardinalis lite inchoata cũ Hieronymo, obtinuit deinde per obitũ illius se in illius locũ subrogari & vigore eius subrogationis obtinuisset breue de capienda possessione sine vitio spolij, atque ita caussam apprehendisset.
1 † Nunc Prosper dicebat, eam possessionem nullam esse, ac attentatam, eo, ꝙ si per obitum Hieronymi antea erat reseruatus regressus, vnde & adhuc eo viuente ad caussam Prosper venerat ratione huius regressus. Verũ
2 Card. respõdebat, † regressum illum inualidum esse, seque non attentasse, cum auctoritate Papæ possessionem ceperit, quia Papa nõ attentat. Aegid. 749. inf. Rota in nou. 310. nu. 3. Dec. cons. 461. nu. 19. Ex his igitur dubitaui ego, *an constaret de inualiditate ingressus ad effectum*
3 *attentatorum*. Rota respõdit † in primis, Cardinalem teneri ad dandum regressum Prosperi esse inualidum, tũ quia ita Cardinalis ipse in subrogatione sua narrauit, videlicet, regressum illum nullum esse, quam ob caussam tenetur uerificare hoc, quod narrauit, cum sit pars gratiæ. Fel. c. cõstitutus, de rescrip. Boer. decis. 344. nu. 8. tũ
4 ẽt, quia † hic agendo de attentatis, Prosper non tenetur iustificare suum terminum, Rota 1. de restitutio. spoliato. in antiq. & 2. eodem titulo, in nou. Cassad. 3. nu. 1. & 2. eodem titulo. An autem Cardinalis satis dicatur ex deductis iustificasse nullitatem regressus, ita ut notorius appareat non titulus Prosperi, quo casu ẽt in attentatis debet succũbere hoc in præsenti Dñi non firmarunt. Di-
5 cebat n. Cardinalis, satis se id probasse, † dicẽdo, Monasteriũ esse cõsistoriale, & tñ de eo non prouisum fuisse consistorialiter, sed quoniã hæc nulla circa hoc in facto non ita loquebatur, fuit hæc pars in alium diem reseruata. Nec obstat ꝙ diceret Prosper non esse nũc querendũ
6 de validitate regressus, cũ id respiciat negocium principale, quod fuit suspensum, numquã agere de attentatis tantũ. Sed responsum fuit alias Rotã conclusisse hanc caussam attentatorũ totã pendere a validitate regressus, vt si ille sit inualidus, nulla sint attentata, vtpote quę pẽdeant a cognitione negocij principalis, necessario de eo videndum est, vt apud Capit. 72. in fine, sicuti cum exceptio proprietatis coniuncta est cum spolio, Socin. l. rem quæ nobis, q. 9. §. nihil cõmune, Gemin. cons. 24. nu. 2.

DECISIO DII.

Regien. Canonic. & præben. 3. Martij 1559.

SVMMARIA.

1 *Commissio super nullitate trium conformiũ latarum cum restitutione in integrum instante aduersario pro declaratoria dari potest.*
2 *Commissio signata cum clausula, Quo ad de iure, &c. quem producat effectum.*
3 *Nullitas allegata, quæ trium conformium sententiarum vim infringere possit, vt clara ita vt nullatenus reuocabilis sit necesse est.*
4 *Constito de bono iure etiam post promulgationẽ trium conformium, vtrum ad declarationem sit procedendum.*
5 *Votis Auditorum ad æqualitatem tendentibus de concordia inter partes ineunda consultatio solet de consuetudine proponi.*

1 CVm fuissent latæ tres sententiæ † contra Comitem Annibalem super spolio, & aduersarius vrgeret pro declaratoria, Comes obtinuit commissionem super nullitate sententiarum, & restitutionis in integrum,
2 quia † tamen fuit signata prout de iure, idcirco, quoad ius aduersarius dicebat illi obstare, Clem. prima, de re iudic. & sententias suas in primis esse
3 exequendas, cum † nullitas, quæ impedit executionem trium conformium debeat esse clara, & non reuocabilis, & dubiosa, Fel. in cap. inter ceteros, col. 5. de re iud. in casu aũt isto, licet in facto omnia liquerent, tamẽ dubia iuris plurima excitari posse, ex quib. executionem esse differẽdam, Franc. c. de dilect. nu. 52. Corn. cons. 20. nu. 3. in 4. Cur. iun. cons. 28. nu. 8. Cum aũt ex aduerso Comes diceret, post sñias contra se fuisse decisum in simili caussa coram Do. Chissanen. ex qua decis.
4 † constaret, se bonũ ius fouere in hac eadem caussa, & propterea nõ esse procedendũ ad declarationem. Domini aũt animaduertentes, multa hincinde satis probabili-
5 ter deduci, nihil firmarunt, † vtraq; fuerunt æqualia. Dixerunt autem, vt partes, si fieri potest, ad concordiam reducãtur, alioquin proponatur dubium, *an præsuppositis veris his, quæ in facto coram Chissan. in puncto fuerunt deducta, an impedienda sit exceptio contra Comitem Annibalem in hac caussa, iuxta l. dum quæritur, de except. rei iud.* Alij contra. Nam cum factum sit simile, *probationes similes*, &c. omnia rata, veritatem, potius sequi debet, 43. ... *iuris subtilitates.*

DECISIO DIII.

Virdunen. Monasterij, 6. Martij 1559.

SVMMARIA.

1 *Resignans in fauorem alterius purè, & simpliciter in manus notarii præsentib. testib. non committit simoniam.*
2 *Resignatarius eadem die qua facta sibi fuit resignatio eodem loco, & loco etiam loci coram eodem notario, & testibus constituens procuratores ad consentiendum reseruationi regressus, & pensionis, facit mandatum esse correspectiuum.*
3 *Contextu eodem secuta actuum vicinitas, arguit partes inter se antea conuenisse, & contractus simoniaci inducit suspicionem.*
4 *Actus si ostendit vnum esse constitutum procuratorem, & a resignante & resignatario, vt certiores essent de conuentis, non caret suspicione simoniæ.*
5 *Incontinenti actus facti semper correspectiui censentur, & ob id caussa beneficiali plurimum suspecti.*
6 *Mandatum vbi sit ad resignandum libere, & simpliciter, & tamen actus subsecutus ostendat regressum, & pensionis reseruationem, potius factum, quam dictum attendi debet.*
7 *Permutatio beneficiorum in illud membrũ incidit ab eo quod concernit regressum, & pensionis reseruationem.*

QVærebam presupposito fine veri præiudicio, ꝙ Ioseph die 21. Sept. 1555. in Monasterio S. Michaelis de S. Michaele Virdunen. Diœc. in manib. Sebast.
1 Notar. † & in præsentia testium cõstituerit procuratores ad purè, & simpliciter resignandũ suũ Monasteriũ S. Angeli in fauorem Io. in eandem die Ioan. in eisdem
2 loco, † & loco loci in manib. eiusdem Notarij, ac in eorundẽ testium præsentia. Ioan. constituerit eosdemmet procuratores ad consentiendum reseruationi regressus, & pensionis in fauorem eiusdem Ioseph resignantis: Domini responderunt, mandata esse correspectiua, & con-
3 sequenter remissoria releuantia. Ex † hac enim in vicinitate actuũ eodem contextu secuta præsumitur inter partes antea præcessisset conuentionẽ de retinenda possessione, cũ soleat quis gratis alteri beneficiũ resignare, ad ea q̃ Aegid. 12. Vital. Cle. 1. de rer. permut. num. 88.
4 Card. Anch. nu. 6. Paris. cons. 143. nu. 15. in 4. † Et actus ipse ostendit vnum procuratorem constitutum fuisse ab vtroque, vt ita certiores essent, illud implendum esse de quo simul cõuenerant, & hunc pertinent multa, quæ di-
5 ci solent de actib. † incõtinenti factis, qui semper correctiui cẽsentur, Rip. l. ventri, §. fi. de priuil. cred. Soc. cõs. 273. nu. 4. in 2. Cur. sen. 54. nu. 4. & seq. Dec. l. petens, in 2. no. C. de pact. Et ita sæpius decisum fuisse dixerunt in plurib. similia. Crescen. 78. Mohed. 124. Samen. 4. in 1. Put. de simonia freq. 81. 82. Et coram Do. Chissan.

in

in caussa Veronen. Monasterij, & coram Capisucco in
caussa Augusten. præpositurae. Non obstat, ꝙ in primo
6 mandatum primum fuerit an resignandum liberè † sim
pliciter, quoniam cum hæc materia sit suspecta, inspici-
mus potius quoad actum, q̃ quoad dictum, vt Dec. l. si
donatione, C. de coll. nu. 24. & cons. 63. Aim. cons. 156.
nu. 18. Idem fere in terminis, ait Rota, in c. r. num. 5. de
rer. permut. in 6. Non obstat ꝙ ait Cassad. 2. de simon.
quæ loquitur de resignatione coram Oradino, hic secus
est. Non obstat consilium hoc 168. in 2. col. 2. quoniã
7 loquitur in permutatione, & alius ille est casus: quo-
niam autem pro parte Ioan. dicebatur, Iosephum post
resignationem factam simpliciter illi acquisiuisse, & cũ
varijs actibus ratificasse, circa hæc nihil firmatum fuit;
cum prius in facto sint iustificanda.

DECISIO DIV.

Rom. pecuniaria releuationis indemnitatis.
6. Martij 1559.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio statutaria ex lapsu annorum decem, & sex an prosit præscribenti.*
2 *Personalibus in actibus præscriptio currit de iure communi spacio annorum triginta, vel quadraginta.*
3 *Præscribi contra pupillum nullo modo potest.*
4 *Statutaria præscriptio annorũ decem & sex, non lædit pupillũ, tutum contra oẽm præscriptionẽ ex iure cõmuni.*
5 *Præscriptio statutaria non dicitur subrogata loco præscriptionis triginta annorum, nisi id expressè per statutum caueatur.*
6 *Rubrica facile denotare dicitur, quæ mens fuerit vel intẽtio statuentiũ in statuto seruanda rõne præscriptionis.*
7 *Præscriptio decursa contra defunctum currit etiam aduersus minorem succedentem in hæreditate.*
8 *Conuentionalis præscriptio, aut longi temporis decursa contra defunctum, obest etiam minori.*
9 *Dormit præscriptio per subrogatione illius, quę est triginta annorũ, ui statuti inducta in casu pupillari ætatis.*
10 *Statutum vires instrumentorum, & fidem probationum tollere potest, debitum autem nequaquam.*
11 *Instrumentorum vis, & robur, tum probationem fidei ex diuturnitate temporis, & lapsu multorum annorum debilitatur.*
12 *Statutum de annorum decem & sex prescriptione, subrogatorium esse potest prescriptionis vigore iuris communis approbatę, scilicet 30. annorum, quę tamen non currit contra pupillum.*
13 *Ius commune non tollit actionem & debitum pupillo, licet currere possit aliquando præscriptio.*

QVærebam, præsupposito ꝙ de anno 1557. repeti-
tur præscriptio contra Hieronymum de Venturis
in maiorem, qui post annum decessit relicto Bandino
eius filio anniculo, qui obijt de anno 1533. & ꝙ Dom.
Virginia mater, de anno 1556. contra D. Ioan. Petrum
de Raffarelis litem mouit. Et in iudicio huiusmodi cer
tum instrumentum in forma Cameræ produxit, an in
1 actu de quo agitur Io. Petrus iuuari possit præscriptio-
ne statutaria 16. annorum, ita vt Ioannes Petrus ea se
tueri possit. Nam cum de anno 1532. quo cœpit curre-
re vsque ad annum 1558. quo fuit interrupta, intercesſ-
serunt tantum anni 26. ex quibus deducendi sunt an-
ni 13. pupillaris ætatis Bandini, qui erat anniculus de
anno 1533. quando obijt eius pater, vtique sequitur
nondum lapsos 16. annos requisitos statuto. Et pro hu-
ius rei decisione tres cõclusiones ab oĩbus firmabantur.
2 Prima, ꝙ de iure communi in actionibus personalibus
currit præscriptio tantũ 30. vel 40. annorum, l. omnes,
3 l. sicut, C. de præscript. 30. annorum. Secunda, ꝙ præ-
scriptio non currit contra pupillum, l. sicut, in fi. vbi glo.
& Bald. num. 6. Bart. Sal. Cast. in d. l. fi. C. in quib. caus-
sis in integ. restit. Tertia conclusio, quod in præscriptio-
4 ne statutaria subrogata in locũ præscriptionis huius in
dulto a iure communi, similiter tempore pupillaris præ-
scriptio non currit, quæ conclusio communis est Tiraq.
de retract. consang. §. primo, glo. 10. numero 79. Bal. de
præscrip. in 1. par. 6. par. principalis, in 23. casu, num. 43.
Claud. l. naturaliter, col. fi. de vsucap. Et dicebant Domi
ni, quæstionem istam pertinere ad hanc tertiam conclu
sionem, & quòd illi obstarent tria, quæ in cõtrarium ad-
ducebantur. Primo videlicet, quòd hæc præscriptio
5 † statutaria, nõ aliàs dicatur subrogata esse loco præscri-
ptionis 30. annor. nisi id statuto expressum sit, vt per Ia-
cob. de S. Geor. l. fi. C. in quibus caussis in integ. rest. nu.
32. Rom. consi. 38. in fi. Claud. l. naturaliter, de vsucap.
6 nu. 46. Nam responsum † fuit in casu nostro satis cõsta-
re de mente statuti ex rubro, & nigro, cũ rubrica loqua-
tur de præscriptione personalium actionum, & nigrum,
ex quo loquatur de negligentibus petere debitum. Quæ
verò tam de iure cõmuni non possunt referri ad præscri
ptionem 30. annor. inceptum est dubitari, an de ea statu
tum censeat, & ita, quod considerandus sit mos statuti,
de qua pscriptione cẽseat, & in cuius locum subrogaue-
rit, tradit Bal. de præscr. pag. 124. nu. 42. circa fi. Secũdo
7 obijciebatur, hanc † pscriptionẽ fuisse cum defuncto,
ideoque currere aduersus minorem, vt saltem indigeat
in integrũ restitutione, Balb. cons. 423. eos. Afflict. 370.
nu. 4. Castren. in l. vnica, C. si aduersus vsucap. Sed re-
8 spõsum fuit, ꝙ hoc potest procedere † in præscriptione
conuentionali, aut in præscriptionẽ longi temporis, aut
agatur contra indultum non eorum pupillorũ, secus est
9 in casu nostro, vbi loquimur de pscriptione † subrogata
in locum 30. annorum, & contra pupillum. Nam certũ
est eam contra pupillũ dormire, vt in terminis ait Guid.
Pap. 3. numero quarto. Tertio aliqui ex Dominis dubita
10 bant, ꝙ cum statutum hoc in secunda parte tollat tantũ
vires instrumenti, & fidẽ probationum, non autẽ tollat
debitum, Alex. cons. 170. in 7. Soc. cõs. 97. in fi. in primo,
Castr. cons. 301. in 2. Vtique sequitur, hanc præscriptio-
nem non posse dici subrogatam illius 30. annor. de iure
11 communi, cũ instrumẽta ex lapsu temporis nõ admittãt
robur probationis. Verum pars maior Dominorum cõ
trarium sentire videbatur, quando effectus idem est,
nec aliud voluit statutum, nisi vt ab annis id appareret,
quòd aliàs erat necessarium spacio 30. annor. quo casu
ex extensione passiua interpretatio in vtraque præscri-
ptione est admittẽda, l. 1. §. 1. l. lex Falcidia, vbi Alex. ad
12 leg. Falci. argumẽtabatur hoc pacto: nõnulli aũt statu-
tũ hoc dicebant esse subrogatũ loco præscriptionis ann.
30. & tunc non currit aduersus pupillũ: aut nõ est subro
13 gatũ de iure communi. Verũ hic replicabatur, ꝙ debi-
tũ quidem ipsum, & actio salua permanet, & in hac nõ
tollitur ius cõe, verum probatio debiti per instrumen-
tũ perimitur a statuto, & inefficax redditur. Super hoc
igitur vltimo capite, si videbitur, poterit alias dubitari.

DECISIO DV.

Romana duorum missium, 10. Martij 1559.

SVMMARIA.

1 *Numeratio dotis constare debet asserta, ne præiudicium generetur creditoribus.*
2 *Fraus ex cõiecturis, quòd subsit uel nõ subsit, parere solet.*
3 *Cogitare nemo potest aliquem post biennium moriturum, & se hæredem relicturum, cum mors certissima sit, hora autem incerta.*
4 *Creditum securum sine facto hæredis postea instituti, liberat enim a suspicione fraudis.*
5 *Apocha seu schedula non potest dici facta in fraudem illius rei, quæ non existit in rerum natura.*

Præ-

PRæposui dubium, quod complectebatur totum, cũ varijs coniecturis hinc inde, & quærebam, an ex præsuppositis cõstaret de numeratione dotis citra fraudem in præiudicium crediti dominorum de Altoitis. Domi-
1 ni distinxerũt rem in tria capita: † Primum, an probetur numeratio. Secundum, an citra fraudem. Tertium, an obstent coniecturæ, quæ in contrarium adducuntur ꝓ Altoitis. Quoad duo extrema capita omnes affirmarũt,
2 † cessare suspicionem fraudis pro parte D. Isabellæ, siue eius matre, non obstantibus coniecturis Altoitorum, & præcipuè ratione de anno 1532. quo fuit confecta illa schedula residui dotis, cum nondum astricti erant creditores. Quinimo d. Octauius adhuc viuebat, nec veri-
3 simile est, quòd D. Io. Iacobus debuerat † cogitare Octauium post biennium moriturum, & eum hæredem relicturum, præsertim cum Ioan. Iacobus haberet in bonis valorem plus 15. mil. scut. & domus hęc supra ipsius nõ
4 hæreditarijs Octauij fratris, quia † propter illud creditũ Altoitorum, quod sequutum deinde fuit absque facto
5 suo, nulla est ratio. Aut possumus suspicari, schedulam illam confectam fuisse in fraudem illius rei, quæ nondũ erat in rerum natura, nec verisimile sic putari debeat. Quoad primum caput, an scilicet ex illis schedulis, & instrumento probetur numeratio, saltem quoad summam decursam vsque ad annum 1532. hoc alijs particulariter agendum reseruarunt.

DECISIO DVI.

Rom. hæreditatis de Comitibus 10. Martij 1559.

SVMMARIA.

1 *Directus hæres quomodo quis probari possit, & quomodo fideicommissarius.*
2 *Fideicommissario ante restitutionem fideicommissi, non competit remed. C. de edict. Adr. tol.*
3 *Fideicommissarius hæres ante restitutionem nullum ius habet in bonis.*
4 *Citatio facta ad instãtiam hæredis cum beneficio legis, & inuentarij, ostendit non esse hæredẽ fideicommissariũ.*
5 *Verum hæres licet propriè nõ intelligatur de fideicommissario, lata tamen interpretatione & fideicommissariũ cõplectitur, & maximè, vbi agitur de sustinenda validitate conditi testamenti, vel cuiuslibet alterius actus.*
6 *Via certa in exordijs litis deligenda est, a qua amplius deinceps non est licitum facere discessum, etiam ante litem contestatam.*

DVbium propositum habebat duas partes. Prima erat, *an ex commissione, cuius copia data fuit, censeretur electa via, an ex testamento. Altera an præsupposito, quod est testamento liceret amplius D. Torquato prosequi viam fideicommissi?* Quoad primum responsum fuit, *electam fuisse viam ex testamento, cum in principio commissionis dicatur, cum velit, & intendat vigore testamenti in possessionem bonorum.* Nam ex his verbis ipse velit prose-
1 qui remedium C. de edict. diui Adria. tollen. Vnde satis apparet directam hæreditatem pętendere, non fideicõ-
2 missariam, cum fideicommissario ante restitutionem nõ competat id remedium, nec aliud possessoriũ, quia nul-
3 lum ius habet in bonis ante restitutionem, Rub. Alex. cons. 64 in princip. & in §. nihil commune, nu. 266. Hubert. l. fin. C. de edict. diui Adr. nu. 165. 174. Clarius hoc
4 deinde constat ex citatione facta ad instan. D. Torquati hæredis cum beneficio legis & inuentarij, quę verba nõ possunt competere fideicommissario. Sed & manifestissimè idem constat ex ratificatione eiusdem, in qua ait, se ignorasse, quod mater tunc viueret. Igitur non potuit tunc agere vt fideicommissarius, cum existimaret testamentum validum esse. Non obstat, ꝙ in commissione post remediũ dicat, supplicat igitur, &c. & ibi, seu quocunq; alio remedio, &c. Nam id intelligendo pro remedio, prout in præcedenti, cum ipse id in citatione, & ratificatione declarauerit, cum verba generalia libelli de-
4 clarentur exequuti actu. l. licet, C. de iust. Non obstat, ꝙ verbum, hæres, capiatur pro fideicommissario, vt verba libelli debeant latè sumi, & impropriè ad sustinendum actum. Nam hæc in alijs materijs possunt procedere, secus quoad l. fi. quę aliàs nũquam haberet locũ, ideoq; necessarium est, vt explicitè agatur, Boer. decis. 33. num. 11. & seq. Quoad secundam partem Domini dixerũt, ꝙ aut Torquatus habuit probabilem ignorantiam mortis matris testa. & tantum potest nunc prosequi ex fideicõmisso, vt omnes concludunt d. l. fi. C. de codicill. aut non
6 ignorauit, & tunc secus, quia in ipsis exordijs litis debet quis eligere certam viam, a qua amplius deinde non licet discedere, etiam ante litem cõtestatam, Boer. d. dec. nu. 14. & num. 15. Rom. cons. 125. cum simil.

DECISIO DVII.

Salaman. de Babilla fonte, 13. Martij 1559.

SVMMARIA.

1 *Resignatio, quamuis nulla, facta per procuratorem constitutum, facit tamen vt per eam dicatur abdicatio facta a possessione, stante quod passus fuerit resignatarium possidere cum fructuum perceptione.*
2 *Possessio solo animo dicitur amitti, idque locum tam in naturali, quam ciuili habet.*
3 *Resignator permittens resignatarium possidere ex eo, qđ putet valere resignationem, ex detecta esse nullã, eius patientia, vtpote ex falsa caussa, non sibi præiudicat.*
4 *Spolio agere potest resignans contra resignatarium, qui vbi nulliter facta est resignatio, non tamen restituit possessionem resignanti.*
5 *Nullitate resignationis non obstante, si resignans patitur frui possessione resignatarium, non potest de præsupposito spolio agere, nec super eo venit audiendus.*

TOtum fere factum summatim proposui in puncto cum decisionibus, aliàs firmatis in hac eadem caussa, & quia res multa capita complectebatur, nihil in præsenti fuit conclusum. Difficultas autem in eo verti videbatur, ꝙ cum Garzias erat in spolio, tanquam resignatio a procuratore suo facta nulla fuerit, respondet
1 Antonius ex resignatione illa, q̃uis nulla, tñ abdicatum fuisse possessionem a Garzia: cum passus fuerit post resignationem Antonium possidere & fructus percipere,
2 vnde possessionem dẽ amisisse, quæ sola animo perditur, l. 3. §. in admitten. de acquir. pos. c. super hoc, de re nunc. Et cum super hac re Antonius ostẽderet quandam inclinationem Dominorum die 7. Iulij 1555. in hanc ferè sententiam, quæ reperiebatur statim apud d. Decanum, nec apud vllum alium ex auditoribus, idcirco multi dubitabant maximè de huiusmodi ratione, præsertim, ꝗ
3 etsi Garzias permisisset Antonium possidere, id permisit existimando resignationem valere, q̃ cum deinde detecta fuerit nulla, non potuit hæc illius patientia, quę manauit ex falsa causa, ei nocere. Paris. consil. 12. num. 101. in 2. Quod quidem, & effectus subsecutus declara-
4 uit, cum Garzias re bene intellecta, cœpit agere spolio, cumque multa alia in controuersia ponerentur, quæ habeo annotata inter informationes ex voto vnius Auditoris. Mãdauit Rota D. Quitogæ, & mihi, vt si fieri posset causam componeremus, sin minus restringeremus dubium, an aliquid ex his capitibus, videlicet an Antonius teneatur probare Garziam facto suo cecidisse a possessione. Et posito, qđ teneatur, an ex deductis sufficiẽter
5 docuerit, vel an constet, ꝙ Garzias passus fuerit aduersariũ possidere. Non obstant nullitates resignationis ad hoc, vt non sit audiendus in spolio, præsupposito quod Garziæ incumbat onus probandi, se percepisse fructus post resignationem, an ex deductis satis probauerit stantibus deductis in actis, cui incũbat onus probandi, Garziam percepisse fructus beneficij post resignationem.

DE-

DECISIO DVIII.

Florentina Cambij.

SVMMARIA.

1 *Fines mandati qui excessit habens pecunias a principali suo, vel socio, vtrum ad totalem restitutionem earundem pecuniarum sit obligatus.*

2 *Mercatorum ex consuetudine, qualiter vsus pecuniarum rebus sit applicandus stante mādato istius tenoris clausulam habente, farete valere con il possibile vantagio, &c.*

3 *Stylus mercatorum in actibus Cambij intercedente mandato non necessariò requirit testium depositionem de actibus, singulis in specie.*

Mercatorum huiusmodi stylus, & consuetudo, non probatur nisi expresso actu, & tempore, & vnde iste stylus ortus sit, nu. seq.

5 *Testes non vt iudicent deponere debent, neque respondere, vt periti, sed fideliter ad interrogata, vt testes.*

6 *Copia testium productorum in secunda instantia, si copiosiori depositione abundet ijs, qui prima instantia de facto testati sunt, dubium aliquando iudici facere potest.*

7 *Bona fides maximè inter mercatores exerceri debet, cum ex præcipuè inter eos attendatur.*

CVm hæc caussa in prima instantia sæpius fuisset proposita, & conclusum, non obstare de illa fraude Pauli nimisque eum excessisse fines mandati. In hac deinde secunda instantia Bartholomæus aduersarius nonnullos testes coram me examinauit, ex quorum dictis coniunctis alijs, de quib. in prima instantia dubitaui, an
1 Paulus † excessisset fines mandati, ita vt teneretur ad restitutionem scutorum 400. sibi per Bartholomaũ transmissorum. Quo iure dubium maximè faciebat, quod ait Dec. consil. 430. nu. 5. cum testes satis apposite viderent
2 † de mercatorum consuetudine, vt sub illis, *farete valere con il possibile vantaggio*, non possit ille, cui mandatur pecuniam dare a contatore, sed tantum ad vsum, cũ his secus non sit contra ius cōmune, iuxta d. cons. Dec. 430.
3 dicebant, non requiri † ad probandum hunc stylum, vt testes necessario deponant de actib. singulis specialiter, Ægid. 65. & 461. Verumtamen Domini perstiterunt in decisionib. idq. ex rationib. aliàs traditis, & præcipuè coram Caputaquensi die 28. Nouemb. 1557. deinde dice-
4 bant ex testibus non probari † stylũ, & consuetudinē, cũ non exprimant actus, & tēpus vnde hic stylus ortus sit,
5 † potiusq. iudicent, & respondeãt vt periti, non aũt vt testes, Ægid. 64. Aim. 134. n. 17. & seq. in prin. cum multis alijs decisionib. in hac eadē caussa, quas oēs insertas habeo inter informationes. Vnus tm̄ ex Dñis dubitauit,
6 qm̄ † copia testium, q̃ nunc tradita fuerat, multo plura continet, q̃ alia, quæ aliàs in his decision. supradictis ostendebantur. Verum reliqui oēs in contraria sententia fuerunt, licet ijs referrem me priuatim adhibuisse consilium plurĩũ mercatorum, qui affirmarunt mihi, eum esse stylum vere in hac materia, prout testes deponebant. Responderunt enim mihi, hoc non sufficere ad proban-
7 dum stylum, præsertim cum appareat, Paulũ bona fide egisse, quæ præcipuè inter mercatores attendi debet.

DECISIO DIX.

Carthagin. de Almoraldi, 5. April. 1559.

SVMMARIVM.

1 *Legitimè respondetur propositionibus per verbum, doce legitimè, &c.*

QVæsitum est in hac Carthaginens. de Almoraldis, *an esset rectè responsum propositionibus per verbum*
1 *doce legitimè, alias non creditur, vt ponitur.* Et Domini responderunt congruam esse responsionem.

DECISIO DX.

Illerden. parochialis de Coxigar. 7. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Beneficium vacans post concessas expectatiuas, non tamē adhuc publicatas, an acceptari possit vigore istius gratiæ expectatiuæ.*

2 *Acceptatio beneficiorum per procuratorem facta includit etiam capturam possessionis, & omnium iurium, & præeminentiarum.*

3 *Iulius Tertius decreuit per signaturam, vt regula octo mēsium duraret vsque ad fulminationem processuum.*

4 *Vacantiæ beneficiorum incidentium in mensem Aprilis sunt Apostolicæ, & tam in Curia, quàm extra eam à Sanctissimo, vel eius Datario conferuntur.*

5 *Decretum regulæ octo mensium, inficit titulum possessionis, ita vt vigore expectatiuæ gratiæ, neque per se, neq. per procuratorem principalis acquirere possit persistente.*

6 *Declaratio Papæ simplex differt a noua dispositione, quæ transit in vim expectatiuæ.*

7 *Reseruatio aufertur per nouam prouisionem, & vitium pariter expectatiuæ per eandem emendatur.*

8 *Acceptatio beneficij an verè cadat sub expectatiuam, vel non, cum non quæritur possessio, tamen non ob id impeditur.*

1 VAcauit beneficium de mense Apr. 1552. post expectatiuas concessas a Iulio Tertio, sed nondum fulminatis processib. deinde 30. Maij eiusdem anni Berēgarius Tusco obtinuit nouam prouisionem, in qua expresssit sibi de dicta parochiali uigore gratię expectatiuæ, sed ordinaria auctoritate prouisum, seu prouidere concessũ fuisse, & q successiue die 6. Iunij, subsequēte gratiā ex-
2 pectatiuam, necnon ad capiendā possessionē, nimirũ & præeminētiarum omniũ eorũdē, qui procurator deinde 6. Augusti possessionem dictæ parochialis, et vigore gratiæ expectatiuæ D. Berēgario cōcessa adeptus fuit. Hinc dubitaui ego, *an stare clausula Do. Lomellini, de qua in actis attentati, Iulium Tertiũ in signatura, die vigesimo secun-*
3 *do Iunij 1556 declarasse, velle se vti regula reseruatoria octo mensiũ, duraret vsq. ad fulminationē processuum, dicatur procurator prædictus acquisiuisse possessionē Berēgario, d. die 6. Augusti 1552. ad effectum regulæ de an.* Dñi distinxerũt dubiũ in duas partes: prima est, an beneficiũ, de quo agitur, tunc temporis esset reseruatum? Nam cũ
4 vacauerit de mēse Aprilis, q regulariter est Apostolicus, vtiq. si regula reuocatoria octo mensiũ tũc vigebat, non
5 potuit capi possessio illius a Berēgario, qa decretũ regulæ octo mēsium inficit titulũ possessionis: ante oĩa igitur hoc prius videndũ est, an duret regula reuocatoria: nã de iure cōi vr potius non durare, cum beneficia vacantia in octo mensib. Apostolicis inter dicta expectatiuarũ, & fulminationem processuum possit Ordinarius cōferre, vt apud Staph. pag 3. in fi. & seq. E contra autem extat in actis attentatio illa D. Lomellini, de qua supra, q̃ etiam confirmata fuit a D. Fabio Decano, qui dixit se idem ab Episcopo ipso Iulio III. viua voce audiuisse. Et propterea dubitari hic posse. Domini dixerunt, an hæc attentatio mensis Papæ, quæ a Dño Lomellino fit, & a D. Decano, idem faciat hoc casu, ita vt ei standũ sit, ex quo ius commune et vr repugnare. Deinde præsupposito et, quod eorũ fides sufficeret, dubitari adhuc posset, an sit
6 simplex declaratio Papæ, an autem noua dispositio, cũ expectatiuæ fuerint cōcessæ, de anno 1552. & attestatio Papæ facta sit de anno 1556. Quo casu meritò dubitari possit, an sit attendendum in præiudicium iuris quæsiti, iuxta trad. a Sarnen. q. 13. de non tollendo iure quæsito. Secunda pars fuit, an præsupposito, etiam quod beneficium esset reseruatum ex regula, possessio tamen capta a Berengario fuerit valida ex duplici capite. Primò
7 quia reseruatio fuit sublata per nouam prouisionem, &

vitium

vitium expectatiuæ ab eo fuit reseruatum, iuxta Rot. de
concess. præb. 241. Aegid. 116. Sarn. de ann. q. 27. & de
subrog. q. 19. Secundò, quia reseruatio, quæ præsuppo-
nitur fuisse, iuuatur ex declaratione posteriore Papæ,
vnde possessio ante apprehensa a Bereogatio bona fide,
cum crederet beneficium sibi debitum ex gratia expe-
ctatiua, non potest deiode immutari, & infriogi ex atte-
statione Papæ, cum illa possessio meri facti sit, & hic aga
tur. .... de apprehensione illius, vt maximè, quod hic
8 non quæritur, † an vere caderet, vel non sub gratia ex-
pectatiua, sed tantum cū Berengarius ipse constituens,
non autem ex mera ipsius rei veritate, vt per Imol. &
Castr. in l. qui loco, §. primo, de hæred. instit. Ias. l. seruo
manumisso, in 2. notab. de cond. indeb. quia tameo ali-
qui videbant hoc vltimum argumentum procedere tan
tum in vltima voluntate, non autem in materia stricta
mandati, prout est nostra. Dixerunt Domini non esse re-
stringendum ad aliquod caput ex supradictis, & præser
tim ad istud, videlicet præsupposito sine veri præiudi-
cio, quod regula reuocatoria duret vsque ad fulmina-
tionem. Et præsupposito noua prouisione, cuius copia
datur, & mādato dato post, an procurator habuerit mā-
datum sufficiens ad capiendam possessionem, vt inter re
gulas de aonali.

DECISIO DXI.

Faueotina inimicitiarum, 7. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Pars recusans iudicem simulque ab eius processu appellans legitima subsistente caussa, si vlterius iudex progrediatur, grauari dicitur.*

2 *Pars, quæ recusauit iudicem, & postea comparuit corā eodem, an videatur in eum saltem tacitè consensisse.*

3 *Arbitri intra quod tempus sint nominandi, vt eligendi eo casu, quo iudex sinistre de electoribus suspicatur, quo casu ipse eligere potest.*

4 *Protestatio ab vna partium fieri potest, ne examinentur testes prius super articulis, quam super interrogatorijs vtrum releuet.*

5 *Pars ex quo recusauit iudicem, & ab eo appellauit, non requiritur alia intimatio, imò magis pars grauatur, quo sæpius intimatio repetitur.*

PRopositū dubium infrascriptum, videlicet, præsup-
posita appellatione in Curia interposita a subdelega
tione Iudicum de partibus, ac repositione cum intima-
tione, quæ non fuit facta, ac simplici allegatione iudi-
cis de partibus ex capite inimicitiarum, & petitione ele
ctionis arbitrorum, sine tamen nominatione ad inimici-
tias cognoscendas, pro parte D. Antonij de Scapitis, ac
decreto iudicis prædicti, quòd non obstantibus illis, tā-
quam non veris, & saluis, semper iuribus ratione cogno
scendi per R. D. Auditorem esset procedendum ad vlte-
riora, appellatione ab eo interposita per D. Antonium,
& contio ua compositione dictæ protestationis, ac peti-
tione copiarum iurium, & D. Cæsaris cum termino, ad
opponendum tamen ante dictam allegationem, & ap-
pellationem post, vsque ad finem processus, & datione
interrogatorum cū protestatione tamen, quod non in-
tendit recedere a promissis, nec iniurijs dictione cōsen-
tire, quod quæ testes D. Cæsaris sint prius examinati su-
per articulis, quam super interrogatorijs d. Domini An-
tonij, an sit habenda fides iuribus d. Cæsaris productis,
& testib. examinatis. Super hoc dubio Domini conclu-
serunt, processum hunc oullum esse, quia vbi pars recu-
1 sat iudicem, & simul appellat ab eius processu, exprimē-
do causam excusationis, quæ legitima esset, si probare-
tur, quamuis tunc caussam non probet, tunc iudex vlte-
rius procedendo dicitur grauare partem, & iustificare
illius appellationem, Innoc. cap. cum speciale, de appel.
quem sequitur Franc. d. c. speciali, col. pen. ante fi. vers.
postremò aduertendum, vsque ad finem, vbi latius de-
ducit. Et hoc dictum Innoc. quòd scilicet sufficiat in re-
cusatione iudicis, & appellatione talem caussam expri-
mere, quæ postea si probetur sit iusta, quamuis tunc tē-
poris non probetur, semper sequuta est Rota in varijs
caussis coram Fabio Decano in caussa Meleuitan. iuris-
dictionis, 2. Nouemb. 1552. & Coram Caurien. in caus-
sa Burgen. iuris notan. 4. & 21. Nouembris 1552. & co-
ram Chisan. in caussa Placent. decimarum, 16. Decem-
br. 1558. In casu autem nostro dubium non est, causā
idoneam expressam fuisse cum allegatæ fuerint inimi-
citiæ notoriæ, Lanfran. c. quoniam contra, vers. recusan-
tur, num. 12. & per omnes, l. apertissimi, C. de iud. Non
obst. quòd pars, quæ recusauit postea comparuerit corā
2 eodem iudice, quasi videatur tacitè consensisse in iuris-
dictionem, vt per Felin. c. gratum, col. 3. de offic. deleg.
Aegid. 137. Guid. Papæ 464. Nam cum semper compa-
ruerit vocatus, & repetita protestatione, prout in pun-
cto, non dicitur renunciasse recusationi, Fran. d. c. cum
speciali, col. antepen. ad fin. ver. 2. esset vera opinio Mo-
3 hedan. 44. & 141. Non obstat, † quòd non fuerint no-
minati arbitri, nec electi intra triduum, quia cum dire-
cta fuerit a iudice recusatio, non erat necesse eos nomi-
nare, sed iudex ipse, quia causa suspicionis spreta, velu-
ti ex capite suo, vult procedere, reddit actum & proces
sum nullum. Pract. Papien. in forma declar. iuris vel
iudicem suspectum, nu. 2. Dec. cons. 275. nu. 2. Gem. c.
iudex, num. 12. de off. deleg. in 6. His accedit, vt prote-
4 statio facta a parte, ne † testes examinarentur prius su-
per articulis, quam super interrogatorijs, quæ tamen ser
uata non fuerunt, vt apud Fab. Decanum, dec. 49. Non
obst. quod intimatio facta nō fuerit, quando iudex ex-
5 posuit, vt per Io. Paulum 121. Nam † ex quo pars recu-
sauit iudicem, & ab eo appellauit, non est necessaria si-
bi alia intimatio, imò iudex quo magis requiritur inti-
matio, eo magis dicitur partem grauare.

DECISIO DXII.

10. April. Olysipponen. beneficij de Alfange.

SVMMARIA.

1 *Beneficium resignatum in manib. Papæ, per consequentiā dicitur de ijs, quæ vocantur reseruata.*

2 *Reseruatio titulum inficiens, & possessionem, durat donec prouisus a Papa apprehendat possessionē, aut ante possessionem moriatur, vel alteri beneficium resignet.*

3 *Cessat reseruatio & inutiiis est p prouisionē factā a Papa.*

4 *Possessio reipsa quid dicitur esse separatum a titulo ipso, iure beneficii.*

5 *Reseruatione adhuc in sua robore presistente, Ordinarius, illud beneficium reseruatum conferre an possit.*

6 *Prouisus a Papa non debet morari per longum tempus, antequam capiat possessionem, ne bona fide occupantium possessionem inficiat.*

PEtrus Roderici anno 1551. constituit procuratorem
in Curia ad resigoandum in fauorem Io. Idem Pe-
trus postea alium constituit procuratorem in partibus,
ad resignandū beneficiū in manib. Nuncij liberè: Nun-
cius cōtulit Iordano, qui etiā cepit possessionē. Post tres
aut quattuor annos superuenit Ioan. ille prouisus in Cu
ria, & expulit de possessione Iordanū. Quare nūc Iorda-
nus agebat spolio, cui respondebat Ioannes, nullā fuisse
1 possessionē, Iordani ex eo, quòd beneficium fuerat resi-
gnatum prius in manibus Papæ, & consequenter effe-
ctum de reseruatis, capit. 2. de præbend. in 6. quæ reser-
uatio inficit titulum, & possessionem aliorum, Cassad. 1.
2 & 2. de restit. spol. † duratque donec prouisus a Papa
apprehēdat possessionem, aut ante possessionem moria-
tur, vel resignet beneficium alteri. Aliàs enim si dicere-
tur cessare reseruatio ex sola prouisione Papæ, ante
sequutam possessionem, possent Ordinarij post proui-
sionem Papæ statim, & ipsi conferre, & immittere alios
in

in possessionem in præiudicium beneficiorum reserua-
torum. Verum his non obstantibus, Rota contrarium
5 probauit, videlicet cessare † reseruationem ex sola pro-
uisione Papæ, ideo locũ esse spolio in casu nostro, Rot. in
antiq. 24. de præb. & 27. in nou. Sarn. de trien. quæst. 30.
Gem. c. 2. ad fi. de præb. in 6. Lap. allegat. 127. Et in ter-
minis est decis. Simonettæ 54. Cassad. 4. num. 4. de causs.
poss. & propriet. Ea autem quæ contra adducta fuerunt,
non probantur. Imò Rot. 24. de præb. in ant. adfert ratio
nem generalem, quæ decidit casum nostrum, videlicet,
4 quod † possessio est quid separatum a titulo ipso, & iure
beneficij. Quod & probatur, quia aliàs facta collatione
5 a Papa inualida, Ordinarius † non posset illud bene-
ficium conferre, quia adhuc duraret reseruatio, quod
tamen est falsum, Sarnen. q. 30. de trienn. Qui vero di-
cebant dari hoc pacto occasionem Ordinarijs alios in-
truden. nihil nocet, qm̃ si verè intrusi fuerint, condem-
nabuntur in fructibus, expensis, & restitutionem posses-
sionis. Magis autem absurdum foret, si diceremus non
cessare reseruationem, nisi post apprehensam possessio-
6 nem, quia prouisus a Papa potest morari per longũ tem
pus, antequam capiat possessionem, & semper aliorum
possessionem bona fide eam occupantium inficit.

DECISIO DXIII.

Pisana de Caffaregio. 14. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Præsentandi ius competens aliquibus tamquam vniuersi-
tati, si præsentarint, & ratum habuerint interueniente
iuramento, an possint variare postmodum, idque colle
gialiter congregati.*

2 *Laici patroni in præsentatione cum iuramento facta, va-
riare possunt congregati collegialiter in fauorem alte-
rius, etiam si sint periuri.*

3 *Superior variationem patronorum laicorum non obstan-
te iuramento præstito in priori præsentatione admittẽs,
absoluere a iuramento eos videtur.*

4 *Forma iuramenti præstiti in variatione præsentantiũ pa-
tronorum, vt aliquando faciliorem, ita non rarò diffi-
ciliorem variationem facit.*

5 *Patroni accumulatiuè, an variare possint ex forma iura-
mẽti præstiti facilè dignosci potest, & etiam an veniãt
a iuramento absoluendi.*

DVbium hoc erat, *an stante priori electione vnanimi
iuramento firmata cum alijs, de quib. in ca. licitũ fue-*
1 *rit hominibus de Caffaregio, quib. competit ius præsentandi,
tamquam vniuersitati, postea collegialiter variare in fauo-
rem ipsius Bochini.... lata veniat confirmanda, acceden-
te maximè absolutione a iuramento ante vltimam electionẽ
per Vicarium datam, prout in actis?* nihil firmatum fuit
præcisè super hoc dubio. Nam cũ quæstio principalis es-
set, an patroni laici qui semel aliquem præsentarunt cũ
iuramento, possint deinde variare cumulatiuè. Domini
quidem sentire videbantur hoc eis licere, quamuis etiã
2 periuri essent, iuxta consil. Alex. cons. 16. volu. 3. Roch.
de iur. patr. verb. honorificum, q. 12. Nec satis probatur
opinio Lamberti, de iur. patr. 15. art. nu. 45. fol. 319. siue
307. quia nulla firma ratione, aut auctoritate mouetur.
3 Et dicebant consil. Paul. de Cast. 361. in princ. † quia su
perior admisit variationẽ patronorũ, quinimo absoluit
eos a iuramento, quod secus in casu Pau. de Cast. prout
4 ratione eius.... Quia tamen dicebant Domini, † ne for-
ma iuramenti præstiti in 1. reseruatione difficiliorẽ red-
deret variationem, ita vt nõ posset absolui a iuramento,
saltem non citata parte. Idcirco Dñi in præsenti caussa,
nihil firmare voluerunt, sed mandarunt mihi, vt rursus
aliud dubium proponerem, videlicet, an stante iuramẽ-
to sub tali forma, cuius copia datur, potuerint patroni
5 variare accumulatiue, præsertim non citata parte ad ob-
tinendam absolutionem a iuramento.

DECISIO DXIV.

Carthag. de Almoraldis, 14. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Vna & altera supplicatione non derogante omnibus neces-
sarijs potest exhiberi tertia, ad effectus desideratos adi-
piscendos.*

2 *Fructus exprimi in litteris valoris beneficij, qui & qualis
debeant, & a quo data anterioritate gratiarum, & poste-
rioritate cum iure priori quæsito.*

3 *Stylus Curiæ non obseruat, vt quis non capiat duas, aut
plures datas eadem die, & deinde vnam hoc die expe-
diat, aliam alio tempore pinguiorem.*

4 *Supplicatio vna & eadem numero admittit diuersas litte-
rarũ expeditiones diuersis tẽporib. & formis conceptas.*

5 *Iure nouam expediendi supplicationem pendente, certum
est alium in gratia præferri non posse ipsi, qui tale ius, tã-
quam sibi iam quasi quæsitum nactus videtur.*

6 *Prima supplicatio nulla, & inualida, vnius partis præsen-
tatione exhibita, non propterea prætendit ab alia iam
præsentatam esse expeditam.*

7 *Expeditio supplicationis vltima facta sub forma clausulæ
cui prius, diuersitatem in tempore ratione expeditionis,
haud dubie demonstrat.*

8 *Supplicatio iuris fictione sub ea data fingitur expedita, sub
cuius data tempore reperitur fuisse concessa.*

CVm vacasset beneficium de mense Nouemb. 1555.
& Melchior 30. Februarij 1556. habuisset paruam
datam & expediuisset supplicationem non exprimendo
fructus, nisi vsque ad 80. & non derogando regulæ de
idiomate, atque alijs quibusdam necessarijs. Postea Frã-
ciscus Spuchi die 14. Martij ex resignatione cuiusdam
Gulielmi, qui vigore gratiæ expectatiuæ reuocatæ ac-
ceperat possessionem huius beneficij: illud impetrauit
post aliquot menses Melchior, qui expediuit aliam sup-
plicationem in forma, cui prius, sublata priori, & rur-
sus, quia nec hæc secunda supplicatio derogabat omni-
1 bus necessarijs, expediuit tertiam de mense Iulij 1557.
vbi omnia necessaria erant expressa. Nam quoniam
Franciscus hanc multiplicem expeditionem probare
2 volebat, dicebatque, non potuisse Melchiorem † fru-
ctus exprimere in litteris vsque ad valorem contentum
in tertia supplicatione, eo, quia sua gratia erat anterior,
& sibi antea ius quæsitum, idcirco dubitaui, an articuli
Francisci, qui nec continebantur essent releuantes? Po-
sito quòd probarentur. Domini concluserunt non esse
releuantes, quoniam cum hæ supplicationes fuerint ex-
peditæ, sub priori data anteriore, supplicationem admi-
3 sissent. Dixerunt Domini, stylum hoc seruare, vt tan-
tum quis non capiat duas aut plures datas eadem die:
& deinde vnam hoc die expediat, aliam alio tempore
pinguiorem. Verum, si quis vnam tantum paruam
datam habuerit, poterit eam sæpius extendi facere au-
gendo, vel minuendo aliquid, prout obtinere possit à
Datario, & tamen semper eadem erit gratia diuerso tẽ-
pore concessa, sicuti ex eadem supplicatione licet plures
4 litteras expedire diuersis temporib. diuersis formis con-
ceptas, vt alias conclusum fuit coram Domino. Quiro-
ga, die 17. Maij 1557. in caussa Corduben. Cantoriæ, do-
nec igitur pendeat hoc ius expediendi nouam supplica-
5 tionem, vtique certum est alium illi in gratia † præferri
non posse, ex not. in cap. si tibi absenti. de præben. in 6. &
exstat decis. Put. in caussa Elborensis Archipresbytera-
tus, facit Aegid. 746. col. 3. versic. nec facio differentiam,
Cassad. super reg. decis. 33. nu. 2. Nec obstat, quod Fran-
6 ciscus dicebat sibi medio tempore ius esse quęsitũ, † qui
cum viderit primam supplicatiõe Melchioris nullam,
& inualidam, non debuit dici.... gratiam expediuisse,
Rota. in no. 25. de reser. Et maximè cum vltima suppli-
catio Melchioris sit expedita sub forma, cui prius, quæ
ostendit diuersum tps expeditionis. Nam responsum
fuit

fuir, gratiam Melchiotis in sola parua data ex sola sup-
plicatione semper pendete, donec is, qui eam obtinuit,
illam perfectè expediat. Nam dubitandum non est, quin
8 quoties reperitur supplicatio sub eadem data, fingatur
etiam tunc temporis concessa: imò articuli, qui contra-
rium probarent non essent admittendi, quoniam argue-
rent daturam fals. Er ita stylus seruat.

DECISIO DXV.

Romana duorum millium, 14. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Apocha cuiusdam confessionis receptæ seu numeratæ sibi dotis, vnà cum testium depositione, vtrum probet confessionem, de recepto ad præiudicium creditorum.*

2 *Apocha seu schedula confessario de recepto non requirit necessario trium testium subscriptionem, idque eo vel maximè, vbi scriptura priuata conuenit cum instrumento publico.*

3 *Iurium recognitio vulgaris & consueta non sufficit, vbi de præiudicio tertij agitur, sed requiritur loci appositio, & datæ, pro maiori cautela.*

4 *Creditum assertum mercatorum an ex libris eorumdem, vel instrumento publico debeat probari.*

1 QVærebã in hac, an † apocha D. Io. Iacobi ann. 1531.
iunctis dictis testium, qui deponũt prout in actis,
probent confessionẽ, quæ habeat vim numerationis do-
tis ad effectum, de quo agitur, circumscriptis pro nunc
alijs apochis, & instrumento del 1530. nihil fuit conclu-
sum hoc die, quoniã hoc dubiũ continebat varia capita,
& dñi inter se fuerunt varij. Et multi quidem consenti-
2 re videbantur non requiri † necessariò in hac schedula
subscriptionem trium testium, iuxta l. scripturas. C. qui
potior. in pignor. habeant. Quòd tamen procedit, quan-
do scriptura priuata vult conuenire cũ instrumento pu-
blico, quod secus hic est, *vt etiam alias dictum fuit in hac
eadem caussa coram Dom. Antonio Augustino*. Verum in
alijs multum dubitabant, dixeruntque, vt dubium re-
stringam quoad primũ, *an schedula sit legitimè recognita,*
3 quoniam cũ hic agatur de præiudicio tertij, non videtur
aliquibus sufficere vulgaris illa & consueta recognitio
iurium, prout in alijs instrumentis. Vnde videtur etiã,
*an fuerit necessaria appositio loci in hac schedula, aut saltẽ,
vt ex testibus probetur locus postea, & discutiãtur dicta in-
strumenta, an adiuuent, vel potius destruant schedulam, &
4 an ita sint contrarij, vt defendi non possint, & tandem cre-
ditum Altoitorum constet ex rationibus librorum, an ex
instrumento, & eo quidem publico.*

DECISIO DXVI.

Britonorien. hospitalis, 17. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Narrans in supplici libello se clericũ cum sit laicus, an per resignationem beneficium Ecclesiasticũ habere possit.*

2 *Resignans in fratrem nulliter ex defectu clericatus si obtentum sit per præsentationem patronorum etiam prætensorum illud beneficium, & capta possessione per tertium, an is possit dici spoliator primi resignantis licet nulliter, redeuntis ad caussam ex nullitate resignationis.*

3 *Hospitale in titulum uel commendam etiam laico dari potest, idque ex consuetudine, cuius memoria non exstat.*

4 *Papa facilius & frequenter magis clerico, quam laico beneficia concedere solet, licet etiam a beneficiorum collatione laicos non penitus excludat, ut hoc casu.*

5 *Narrans in supplicatione se laicum cum sit clericus, hac falsitate narrationis non excluditur a beneficij impetrati confirmatione.*

6 *Spolio agere pôt contra intrusum, qui nulliter resignauit, maximè, ubi in resignatione fuerit clausula, Non aliter, nec alio modo, illis constitutionibus suo effectu priuatis,*

COmes Guido resignauerat hospitale in fauorem
1 fratris Galeotti, † qui in supplicatione narrabat se
clericum, cum tamen esset laicus. Postea idem Comes
commisit homicidium, vnde præsentatus fuit ad d. ho-
spitale Timothæus a quibusdam prætensis patronis, &
cępit possessionem, Galeottus commisit caussam contra
Timothæum coram D. Quiroga, quia dicebat, hoc ho-
spitale solitum esse conferri laicis, & fortè id probabat
Timothæus, tum obtinuit absolutoriam, quia Galeot-
tus non probauit se clericum, prout narrabat. Nunc
2 iterum Comes Guido venit ad caussam, & † agebat spo-
lio, eo quòd resignatio illius non habuerat effectum in
personam Galeotti. Ego dubitaui, *an resignatio Comitis
Guidonis in fratrem suum, fuerit inualida*. Et posito,
quòd ... Comes Guido veniat restituendus stante sen-
tentia priuatoria cum excommunicatione, & alia sen-
tentia absolutoria, prout in actis, quoad primam par-
tem dubij concluserunt Domini resignationem inuali-
dam esse, cum Galeottus narrauerit se clericum, & fue-
3 rit laicus: nec obstat, † quòd hospitale detur in titulum,
vel commendam, prout datum fuit Galeotto, quia in
re deceptus fuit Papa, cum ille clericum se narrauerit.
4 Et propter hanc rationem dubium non est † Papam fa-
cilius concedere beneficium clerico, quamuis si ille nar-
5 rasset, † se laicum, & fuisset clericus, certè hoc non no-
cuisset, Rot. in antiq. 73. de rescript. Cum autem resi-
6 gnatio nulla fuerit, & Comes noluerit resignare aliter,
nec alio modo, nisi in fauorem illius, sequitur eum re-
ctè agere posse spolio cum careat possessione, vt sæpius
firmatum fuit. Quoad secundam partem dubij, nihil
conclusum fuit, & domini uoluerunt, uidere facultates
generalibus uerbis, & quomodo fuerit ea sententia la-
ta, & alia postea absolutoria in eius fauorem.

DECISIO DXVII.

Lucana Capellaniæ, 17. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Deducta in informationibus ab vna partium eo modo, vt inuoluatur materia, quæ aliter se in facto habet, quid sit agendum.*

2 *Partium compositio ita fieri potest, vt canonizatoria vni detur, alteri absolutio ab expensis concedatur.*

FActum, huius caussæ, & rationes principales dubi-
tandi latius retuli in alio libro. Nunc quærebam,
*an stante cessione litis ac aliis deductis d. Matthæus sit au-
1 diendus in expensis*. Et cum in informationibus multa
ex parte Matthæi deducta essent ad inuoluendum ma-
teriam, quæ aliter in facto se habebat, dixerunt Domi-
2 ni, ut partes ita componerem, ut Matthæum absoluam
ab expensis, & Rochodem canonizationem, si uideatur
mihi illum uerificasse sibi incumbentia, alioquin si Ro-
chus condemnat Matthæum in expensis condemna-
ri .... rursus proponam dubium magis districtè circa
id, an beneficium uacauerit per obitum, & Rocho sit
danda canonizatoria.

DECISIO DXVIII.

Brixien. canonic. & præbend.
17. Aprilis 1559.

SVMMARIVM.

1 *Dubio generali proposito in caussa, numquam antea deducta in Rota, per quod partes litigantes multum inuoluuntur, tale dubium venit restringendum.*

CVm hæc caussa nondum esset in Rota proposita,
1 & positum esset quoddam dubium generale, in
quo partes multum inuoluebantur, placuit Dominis,
vt id restringeretur, ac prius videretur, an quædam ele-
ctiones dicerentur rectè factæ, ut dicantur actus Capi-
tulares. Postea quæriar, an ex his dicatur quæsita qua-
si possessio, quoad effectum probandi primum extre-
mum, de quo agebatur.

DECISIO DXIX.

Floren. Sancti Pancratij, 21. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiam si una partium dicat esse de iure patronatus, alia liberam, cui incumbat probatio, cum semper pro libertate potius ueniat præsumendum.*

2 *Reseruatio non concludenter deduci potest ex priuilegio, consuetudine, uel præscriptione, ad effectum libertatis Ecclesiæ probandum, quæ dicitur esse iuris patronatus.*

3 *Bina institutio in beneficio, tamquam in uim iuris patronatus facta, an sufficiens sit ad probationem certam istiusmodi prætensi iuris.*

4 *Beneficium de iure patronatus esse potest uarijs de caussis, utpote uel ex usurpatione, præscriptione, aut priuilegio.*

5 *Agens & obtinens, ut procurator alicuius, non prohibetur nomine proprio contra idem ius, & contra eamdem personam agere.*

TOtum factum huius caussæ continebatur in dubio præsupposito in informationibus, cuius snia hæc
1 erat, *an Spinello incumberet onus probandi Ecclesiam esse patronatum, an verò Nicolao Ecclesiam esse liberam?* Domini concluserunt, Spinellum teneri probare beneficiũ esse iuris patronatus. Nam cum Nicolaus probauerit, beneficium esse patronatum, quia Guiducius, obijt patronatus, & conclauista: Nunc si Spinellus vult ostẽdere illud non comprehendi sub reseruatione, quia sit seruatum, debet hanc exceptionem concludenter docere. Nec satis est, quòd Nicolaus confessus fuerit esse illud
2 patronatum, quia † potest intelligi ex priuilegio, consuetudine, vel præscriptione, ex quib. non cõcluditur reseruatio: Debet igitur Spinellus præcipuè ostendere patronatum ex fundatione, & dotatione, aliàs nihil agit, Aim. cons. 157. num. 9. facit, quod ait Mohed. 57. Aegid. 450.
3 Non obstat, q̃ Nicolaus † bis fuerit institutus in hoc beneficio tãquam de iure patronatus, quia eodem modo fuit sibi collatum tamquam liberum, nec vmquam firmauit pedes in illo, tamquã de iure seruatum: vel etiam
4 potuit esse, quòd † beneficium esset de iure patronatus ex priuilegio, vsurpatione, vel præscriptione, quod non impedit reseruationẽ: vel quia vti procurator patris sui, quia eodem modo respondetur, quòd non impedit re-
5 seruationem. Vel quia, † qui vt procurator alicuius egit, & obtinuit, non prohibetur nomine proprio cõtra idem ius, & contra eamdem personam agere, Rota 415. aliàs 34. de procurat. in nouis.

DECISIO DXX.

Ciuitatis Castelli, 21. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Caput illud deductum in caussa, quod sententia non sit conformis libello, fragile est, & nullius momenti.*

2 *Temporis lapsus, vtrum aliquem liberet a præscriptione.*

DVbium erat generale, *an stante instrumento concordiæ, & sententia Aud. Cameræ de qua re copia datur perfecta sententia sit confirmanda?* Domini mandarunt
1 dubium restringi: Nam id caput, quòd sententia non sit conformis libello videbatur mihi fragile, & nullius momenti, cum petita sint obseruari omnia petita in instrumento: vnde dubitandum erit posthac, an conditiones illæ in instrumento hodie sint implendæ, & numquid Ioan. Baptista potuerit ita ab Audit. Cameræ condemnari cum pro parte Nicolai non constet, ea implera fuis-
2 se, quæ ad illud spectabant. Item erit videndum, † *an ex lapsu temporis post dictum instrumentum Io. Baptista sit liberatus, præscriptione, si qua alia sunt consideranda.*

DECISIO DXXI.

Regien. Canonicatus, 24. Aprilis 1559.

SVMMARIVM.

1 *Variantibus votis & dubitantibus iudicibus acta diligentius inspicienda sunt ad deductionem certiorem eorum, de quibus est controuersia.*

PRoposui dubium super ijsdem, de quibus die tertia Martij, & Domini post variam dispositionem, cum
1 † nihil certi ex eorum votis elicere possem, vt varij varia sentirent, prout adnotatum habeo in informationibus: tandem mandarunt mihi, vt acta diligẽter repetam, referamq; ipsis, an ex deductis verificatus sit protonotarius, ex quo tempore, & ante protestationes Arlotti.

DECISIO DXXII.

Firmare seu nullius præpositure, 24. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Gratia clerici impetrantis beneficium solitum regi per sæculares, & non regulares, an sit valida.*

2 *Statum vltimum probare sufficit, vbi non agitur de mutatione status beneficij, sed solum de vsus mutatione.*

CVm hora esset tarda, nihil firmatum fuit, sed vide-
1 batur satis dubitari de gratia Brancadori, qui impetrauerat beneficium solitum regi per sæculares, secundum formam cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. sufficitque quod probet illud certum fuisse per decem annos in eodem statu, quo ipse impetrauit, nisi ex aduerso probetur, quòd per 40. annos fuit gubernatum vt regulare, & ad id adducebatur summarium, decis. 49. aliàs 157. de reseruat. in antiq. Dicebant etiam quòd
2 vbi non agitur de mutatione status beneficij, sed solum de mutatione usus, prout hic, tunc sufficit probare vltimum statum, & sine decennio, nisi ex aduerso probetur alius status præscriptus, ex quibus in tenore, quod in casu cap. beneficio, de præbend. in 6. sufficit probare præsertim statum, ut beneficium dicatur regi per sæculares uel regulares, quia agatur de mutatione usus tantum, & non status, ita Ioan. de Silu. in tract. de beneficio, debet probari plenè aliàs, quàm per sumum præb. in d. cap. cum beneficio nostro. 16. uers. pro parte negatiua. de præben. in 6.

DECISIO DXXIII.

Die 28. Aprilis Romana domus de infessuris.

SVMMARIA.

1 *Titulus pro hærede, an probetur per testes examinatos in petitorio, & reproductas in possessorio ad confirmandam possessionis comprobationem & successionem.*

2 *Probatio tituli pro hærede, requirit etiam filiationis probationem illius, qui dicitur possedisse pro hærede, iuncto quod etiam sufficienter deducatur.*

3 *Filiatio non probatur per dispositionem unius testis in petitorio asserentis se uidisse filium possedisse domum patris prædefuncti.*

4 *Requiruntur multa in præscrtptione, & usucapione pro hærede, & inter cetera, quod præscribens non sit suus hæres, & habeat testamenti factionem saltem passiuam.*

5 *Res, de cuius præscriptione agitur, debet esse præscriptibilis, & reperiri in hæreditate.*

6 *Præscriptio in titulo pro hærede fieri non potest legitimè, nisi prædefuncto eo de cuius agitur hæreditate, concurrente bona fide præscribentis.*

7 *Præscribere pro hærede non potest dici, qui eo tempore quo possidet, matrem adhuc habet superstitem.*

DVbium erat, *an testes, quorum copia data fuit examinati in petitorio, & in possessorio, reproducti tamen per Annoldos in parte, & partibus in præsenti iudicio, & acceptati pro parte Marij probent possessionem Bartholomæi, & successionem Ioan. Pauli eius filij, ad hoc, vt di-*
1 *catur ei competere titulus pro hærede?* Conclusum fuit, non probatam esse possessionem, quæ ei sufficiat, quoad hunc effectum ex rationibus infra dictis, quæ fuerant collectæ duobus responsalibus, & ceteri eos sequuti
2 sunt. Alter enim mouebatur, eo quòd ad hoc, ut competat titulus pro hęrede requiritur, quòd probetur filiatio illius, qui dicitur possedisse pro hærede. Præterea, quod

quòd ille, cui succedit possederit tempore mortis Boer.
42. nu. 15...... Testes examinati in possessiorio probāt
vidisse Ioan. Paulum pōssedisse domum, sed quod posse-
derit tempore non probatur, sed alij examinati in peti-
torio probant de possessione Bartholomei, nec Ioā. Pau-
li tempore mortis, & sic succedit dictum Boer. in d. de-
3 cis. 42. Nec † probata est filiatio Ioan. Pauli, nisi quòd
vnus testis secundus in petitorio deponit, vidisse Ioan.
Paulum filium Bartholomæi possedisse domum. Su-
per tertio articulo alij nihil deponunt de filiatione
Ioan. Pauli, quæ requiritur secundum Afflict. decis. 15.
4 nu. 1. † Alter verò mouebatur, eo quod in præscriptio
ne vel vsucapione pro hærede, multa requiruntur. Pri-
mò, quòd præscribens non sit suus hæres, l. 2. §. filium, ff.
pro hærede, l. 1. & l. nihil, eod. titulo, Mar. Socin. consil.
22. nu. 6. lib. 1. Secundò præscribens habeat testamenti
factionem passiuam, idest, quòd possit hæres institui. l.
5 fin. ff. de hæred. instit. † Tertiò, quod res de cuius præscri-
ptione agitur sit præscriptibilis, & reperiatur in hæredi-
tate, & quod præscribens sit factus hæres, & titulum præ-
cesserit in vitium vsucapionis, l. fin. C. de vsucap. pro hæ
6 red. Hostien. in summa, eod. tit. † Item quòd ille, de cu-
ius hæreditate agitur sit mortuus l. 1. pro hęrede. Itē re-
quiritur bona fides, l. 2. §. qui vulga. eod. tit. Modo ad pro-
7 positum, aut quæritur, an Paulus † præscripserit pro hæ
rede. Et dicēdum est, quòd non, quia tempore quo pos-
sidebat, viuebat eius mater, vt deponit secūdus testis in
ordine copiæ super secundo. Item non constat, quod fuerit
res in hæreditate matris, nec quòd possederit per legiti-
mum tempus: aut quæritur de præscriptione Marij. Et
idem dicendum est ijsdem rationibus, & quia non con-
stat, quòd sit emancipatus.

DECISIO DXXIV.

Romana domus de Vendatijs, 24. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Instrumentū donationis, seu diuisionis factum a patre, quo assignat filijs ex prima uxore certa bona & nascituris ex alia secunda omnia reliqua bona præsentia & futura, an sit validum pro nato filio ex secundo matrimonio, ita vt eiectus a fratribus è domo in qua natus est, veniat restituendus agens de spolio.*

2 *Infans si paternam donationem nō acceptauit, an id in sui præiudicium vergat spoliatus a fratribus primi matrimonij, quibus non est vterinus?*

3 *Infans filius an possit etiam dici in infantili ætate aliquem statum acquirere, qui possit venire in considerationem, cum status eius similis sit ei, qui rem dormientis petierit.*

4 *Status etiam talis qualis in infante est considerabilis ex sententia Asinij.*

FRanciscus ex prima vxore procreauerat Lactantiū
1 & Honoratum. Postea mortua prima vxore † fecit
instrumentum donationis, seu diuisionis bonorum suo-
rum, & assignauit filijs suis ex prima vxore omnia bona,
quæ habebat in ciuitate Tiburtina. Quòd si aliquā vxo-
rem duceret, filiosque susciperet ex ea, assignauit his na
scituris omnia bona præsentia & futura: itaque cùm ex
secunda vxore suscepisset Iulium infantem in domo,
quam Franciscus possidebat, vbi etiam post mortem pa
tris permansit, dum esset ætatis trium annorum, post-
quam a Lactātio & Honorato hic Iulius infans eiectus
fuisset, sub prætextu, quòd domus sibi esset pro quibus-
dam dotibus hypothecata? Dubitaui ego, an stante in-
strumento donationis, quòd nunc præsupponitur vali-
dum, quoad sollemnitates, & statuta, & quòd Lactan-
tius, & Honoratus possederunt bona in Ciuitate Tibur-
tina, ante & post mortem patris. Et præsupposito, quòd
Franciscus pater ex Laura secunda vxore susceperit Iu-
lium filium in domo, de qua agitur, & ibi steterit vsque
ad mortē patris, & post mortem patris spatio triū anno-
rum vel circa, *an idem Iulius agens nunc spolio, vt quia su-
spendit petitoriū sit restituendus?* Non obstat, quòd aduer
sarius allegat quasdā hypothecas dotales, quòd Iulius
2 † infans non acceptauit paternam donationem: domi-
ni nihil firmarunt. Nam omnes quidem præsupponunt
vnumquemque restituendum esse non tātum ad posses-
sionem, sed etiam ad statum, c. quærelam, de elect. Paris.
3 cōs. 105. nu. 3. Verum in eo dubitatum fuit, † an Iulius,
qui infans erat, dici possit eo tempore acquisiuisse ali-
quem statum, qui sit cōsiderabilis. Et multi negabant,
quia status eius est, veluti si quis rem dormientis petie-
rit, l. 1. §. adipiscimur, l. quamuis, §. infans. erat omnino
acquirendus, & status, & non constat eum habuisse tuto
rem, & testamentum donationis paternæ non habebat
clausulam constituti, nec adsit alia ratificatio, iuxta tra
dita ad Dec cons. 96. nu. 4. & cōs. 226. nu. 5. & sequ. Id-
circo aliquibus videbatur Iulium non esse restituendū:
4 aliqui contra, † quia status talis, qualis ēt (vt auct. est Asi
nius) est cōsiderabilis, nisi etiam deficit animus eum ac-
quirēdi, & infanti fauore illius ætatis, ad magis affirmā
dum dictum fuit, vt restringatur dubium, an ex quibus-
dam præsupositis, quę in facto colligā, dicatur, Iuliū ac-
quisiuisse aliquem statum, ita vt ad eū sit restituendus.

DECISIO DXXV.

Regien. Canonicatus & præbendæ, 24. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Processus ad declaratoriam fieri potest, nō obstantibus exceptionibus partis, si antea in varijs instantijs fuerunt reiecta.*

2 *Asserens aliquem protonotarium habitum, & reputatum pro tali, ei incumbis eius asserti probatio.*

HOdie Domini firmarunt conclusionē in hac caus-
sa, quam hactenus imperfectam reliquerūt, videli
1 cet † procedendum esse ad declaratoriam contra Co-
mitē Annibalem, nō obstantibus exceptionibus ab eo al
legatis, quæ in varijs audientijs fuerunt discussæ, & va-
rijs rationib. reiectæ, atq; eo præsertim, quod Comes Anni-
bal ex testibus ab eo examinati, nō verificabat, Petrū bo
2 num esse † habitū publicè, & reputatum protonotariū,
& ex alijs ēt capitibus vt latius retuli in alio lib. manda-
tumque fuit, vt omnino procederem ad declaratoriam.

DECISIO DXXVI.

Romana dotis de Iuuenalibus, 24. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Mulier ex vi sui instrumenti dotalis, non debet excludi a petitione sua per sententiam latam pro parte aduersa, in qua non fuit vlla facta mentio istius instrumenti.*

2 *Sequestrum, commissiones, & sentētia contra partem aliquam decreta, possunt verba obtinere partis aduersæ, quæ eidem nequaquam noceant, vt enunciatiuę prolata.*

3 *Condemnari pars in fructibus potest, & tamquam agens ratione successionis salua sibi remanente, licet dotis suę actione, vt hoc præsenti casu, tum diuersa super bonorū hæreditariorum petitione sit actio, quæ de dote est.*

4 *Meritus fructuum dotalium dominus in ijs tantum venit per sententiam condemnandus, quia vxor domina est ipsius proprietatis, super quam nullo modo pretendere maritus potest.*

5 *Obiectiuę materiæ si deducantur corā iudice ab aliqua partium, ea debent concludenter, vt prosint, probari.*

6 *Registra & acta si producantur, quæ caussæ probationi debent inseruire diminuta partim, & etiam dicantur ex parte consumpta, nihil ex istis certi probari potest.*

7 *Pars quæ asserit se non clare posse ius suum, quòd prætendit deducere ex eo, quòd casu fortuito superuenictis in-*

licis, & prægnantibus, vt ex his clarè constaret de iure suo, non tantum in caussa attentatorum, sed in negocio quoque principali: Quę cum summatim dominis in Rota retulissem, mandarunt mihi, vt arbitrio meo moderaretur inhibitio, atque ita feci, adductis tamen his alijs, de quibus in informationibus.

DECISIO DXXXI.

Giennen. beneficij, 12. Maij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Relatione facti deducta ratione interesse prætendentium ex mandato iudicium expeditio facienda est.*

1 REuli factum † huius caussæ, in qua agebatur contra interesse prætendentes. Et domini mandarunt, vt caussam expedirem prout latius, &c.

DECISIO DXXXII.

Pisana Sancti Prosperi, 12. Maij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Iusp atronatus nulliter deductum fuisse, vbi fuerit probatum, partis aduersæ in fauorem decernitur expeditio, maximè, vbi præsentationes facta præsumantur ex vsurpatione.*

1 IDem etiam mandarunt mihi in † hac caussa Pisana, cum ex aduerso nullũ probaretur iuspatronatus, & præsentationes potius præsumerentur ex vsurpatione, cum agatur ex vniuersitate, & præsertim in Tuscia, vt quidam ex Dominis inualidarunt. Rationes autem, & alia, quæ ad hanc caussam spectant, in libro relata sunt.

DECISIO DXXXIII.

Brixien. Canonicat. & præben. 17. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Resignans in fauorem alicuius reseruando sibi fructus, & regressum, si resignatarius capiat possessionem, sed non capitulariter, an rata sit taliter capta possessio.*

2 *Spolio vtrum agere possit resignatarius contra prouisum a Capitulo, cũ spoliatus sua resignatione stante sibi antea facta cũ regressu reseruato, & fructibus in persona iam defuncti, non ceperit possessionem capitulariter.*

3 *Actus facti nomine alicuius in Capitulo, qui tamen non capitulariter cepit possessionem, an ostendant habitum pro Canonico, & ad Canonicatum admissum.*

4 *Electio alicuius in Canonicum haud dubiè dicitur esse ex ijs actibus, qui dicuntur capitulares.*

5 *Propriè dicitur actus factus capitulariter, & esse capitularis, cum agitur de electione facienda a Canonicis rectè, & ritè congregatis.*

6 *Vigore instrumenti cuiusdam facta electio in personam alicuius, an dici possit capitulariter facta, maximè eodem instrumento non existente amplius.*

7 *Actus gesti a Canonicis cum fundati sint in iure communi, præsumuntur Capitulares, nisi probatio deducatur in contrarium.*

8 *Instrumentis si appareat nullos alios actibus electionum interuenisse, quam Canonicos, probantur actus capitulariter gesti.*

9 *Præparatorius actus ad electionem non est diuersus ab actu capitulari.*

10 *Electionis actus gesti, per procuratores, an probent possessionem capitulariter fuisse captam a parte principali, & eam sufficienter iustificent.*

11 *Procuratore alicuius eligente capitulariter, an requiratur alia electio a principali.*

12 *Exhibens se nequaquam Canonicis, qui prætendit se Canonicum, idque per longum temporis spacium, nec alium eligat procuratorem, qui non sit Canonicus, an sibi in iure prætenso præiudicet hac negligentia.*

1 QVoniam Matthæus de Bonis, de anno † resignauit canonicatum, & præb. collegiatæ S. Andreæ de la
Scola in fauorẽ Francisci de Spaletijs reseruatis sibi fructib. ac regressu, Franciscus cępit possessionem, sed non
capitulariter: postea reperiebatur quidam actus factus
ab eius procuratore nomine eĩ Capituli, & cum deinde
Matthæus de anno 1551. decessisset, fuit prouisus a Ca-
pitulo Nicolaus Colonius, & cępit possessionem capitu-
2 lariter, in qua adhuc persistebat. Nũc Franc. agebat spo-
lio, atq; ad probandum suum primum extremum pro-
duxerat quosdam actus, & quasdã electiones factas no-
mine illius in Capitulo, ex quibus volebat ostendere se a
3 Canonicis habitum, & admissum fuisse in Canonicum,
iuxta decis. Cassad. 8. de causa posses. & propriet. Et pro-
pterea ego dubium proposui hoc pacto, videlicet præsup
positis instrumẽtis electionis alterius canonici facti sub
4 die 22. Nouembr. 1545. quorum copia datur, an Capi-
tulares esse dicantur ad effectum, de quo agitur stante
præsertim collatione, & professione Dñi Nicolai, sub die
13. Martij 1551. cuius copia etiã datur: Dñi dubiũ hoc
distinxerũt in tres partes, Prima est, an hic dicatur actus
capitularis? Secũda, quot actus capitulares dicãtur fuis-
se? Tertia an sufficiat ad primũ extremum probandũ in
5 casu isto? Quoad primum cõclusum fuit, hos actus dici
capitulares, cum agatur de electione facienda a canoni-
cis rectè congregatis, qui omnino dicitur actus propriè
capitularis, Innoc. in c. in litteris, & c. ex parte, nu. 5. de
rest. spol. Abb. c. 1. nu. 12. & c. quapropter, de elect. facit
cõs. Paris. 92. nu. 13. & seq. in 4. Fel. c. eã te, nu. 14. vers. 1.
6 declaratio, de rescript. Nec obstat quod electiones fue-
rint factæ uigore cuiusdam instrumẽti Antonij de Salis,
quod cum non extet, non uidetur posse dici electio ca-
pitularis, cum poterit id instrumentum aliter continere.
Nã respõsum fuit, actum ipsum suapte natura esse capi-
7 tularem, & fundatam esse ex iure cõi intentionem cano-
8 nicorum, nisi contrariũ probetur: deinde ex instrumen-
tis deductis satis appareret nõ alios, quam canonicos ad
hos actus admissos fuisse. Quoad primam partem dictũ
fuit hos esse tantum duos capitulares, uidelicet duas ele
ctiones diuersis temporibus factas, prout in instrumen-
tis, siquidem ille actus protestationũ, qui pro parte Spa-
9 letij, qui dicitur esse tertius actus seorsum ab electione,
Dñis non videbatur diuersus esse, sed potius præparatio
ad illam electionem, eodem modo ille actus electionis
factus cuidam Io. Mariæ creditori Capituli, qui pro par-
te Spaletij dicitur quartus actus, non uidetur merè fuis-
se actus capitularis, & procurator Spaletij ad eũ actum
nullum mandatum habebat. Vnde relinquuntur tantũ
10 duo actus capitulares: Quoad secundam partem non
sufficere hos actus ad iustificandum possessionem capi-
tularem, iuxta decis. 77. in nou. & maximè ad probandũ
extremum, quod plene probandum est. Primò, quia non
cõstat, ꝙ procuratores Spaletij dederint suffragium no-
mine Spaletij particulariter prout requiritur, quia de
hoc in instrumẽto nullũ uerbum. Secundò, quia nõ con-
11 stat, quod procurator, cum elegerit, quem & ipse eligit,
quod est necessarium, aliàs electio est nulla. c. si quis iu-
sto. §. porro, de electionib. in 6. Rom. cõs. 76. Tertiò, quia
nec constat, quòd ex illo actu uoluit sibi acquirere pos-
sessionem capitularẽ in hoc & in alijs iuribus, iuxta de-
cis. 277. in nou. quia nunc idem fuerit Canonicus, qui in
electione aderat, & idem uoluerit esse procurator Spa-
letij, non potest ex his elici certa patientia Canonicorũ,
quoad Spaletium, sed potius uidetur quædam furtiua,
12 quoad est ingressio. Quartò, ꝙ iam longo temporis spa-
tio numquam se coram canonicis exhibuerit, aut saltem
alium procuratorem sibi elegerit, qui non esset canoni-
cus, ut canonici certò scire possent, illum procuratorem
gerere personam Spaletij, & nõ suam ipsius, qui nõ erat
canonicus. Itaq; nisi Spaletius aliud probet, nõ uidetur
in spolio posse obtinere, si tamen uoluerit ipse circa hanc
tertiam partem audiri, rursus detur dubium, quoniam
quoad hoc ipse particulariter non informauit.

DECI-

DECISIO DXXXIV.

Aptutina beneficij S. Ægidij. 17. Martij 1559.

SVMMARIA.

1 *Remissoria decreta, si elapso iam triennio, & aliquot mensibus contra petentem pronuncietur, numquid illo regresso nunc docto de iusto impedimento recenter adueniens idq. per iudices remissoriales, per signaturam restitutionem obtinet in integrum.*

Et an talis absens saltem ad instantiam partis aduersæ teneatur ad factarum in cursu processus deducti expensarũ restitutionem, num. seq.

Negatiuam vide ex decisione Rotali, num. seq. idque ratione iusti impedimenti sufficienter per litteras iudicium remissorialium probati.

1 CVm aliàs decreuissem † remissoriã, & elapso triẽnio
p aliquot menses pronunciasse contra eũ qui petierat remissoriam, & numquam amplius redierat, nunc ille aduenit, factaq. fide de iusto impedimẽto per iudices remissoriales allato, obtinuit a signatura restitutionem
2 prout de iure. Pars † aduersa dicebat, eũ teneri saltem ad
3 reficiendas expensas. Domini † dixerunt, ex quo habuit iustum impedimentum, debere me illi terminum remissoriæ prorogare, absque alia expensarum refectione, & sequestrum a me aliàs in decreto remissoriæ appositum non esse dimittendum, sed ita prout antea relinquendũ.

DECISIO DXXXV.

Perusina Plebis de confinio, die 17. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Administrans per eosdem agentes per quos prius administrauit plebaniam quam tamen resignauit, fructusq. in ea percipiens, an ob id dicatur habere ius adhuc in dicta plebania.*

2 *Subrogatus in beneficio ante litigioso, quod adhuc post obitum primi subrogantis adhuc est litigiosum, ex eo, quod ius in eo tertius prætẽdat, qui etiam ad aliquod diei possedit pacificè, & tantum spoliatum se dicat, cum & spoliator spolium in se antea commissum prætendat, quid iuris prætendere possit, & quod spolium, an primũ vel vltimum veniat purgandum.*

3 *Antiquior possessor ratione suæ possessionis tamquam meliori iure nixus est restituibilis, & spolium secundo admissum est purgandum.*

4 *Decedens in possessione qui dicitur cessisse in alium, an præiudicet cessionario suo, cum nulla dicatur illa cessio ex non subsecuta translatione possessionis.*

5 *Præsupposita in facto falso a parte aduersa deducta non obesse debent cessionario in iure suo.*

6 *Possessio ex decreto irritanti promanans, an restituibilis sit, necne.*

7 *Videndum est quis tempore mortis resignans duorum litigantium se mutuo spolio afficientium possideat, eo fine, vt de legitima possessione constare possit.*

8 *Dicitur in possessione decessisse non obstante resignatione, & cessione facta in alium, qui non reuocauit in cessione procuratores & factores suos ad fructuum perceptionem antea constitutos.*

9 *Simplex resignatio nullam præsupponit amplius in resignante reseruationem fructuum, & possessionis, vtpote omnibus absolutè translatis in resignatarium.*

10 *Resignare simpliciter non potest dici is, cuius procuratores perseuerant solito more in fructuum perceptione, & pristina sibi commissa rerum omnium administratione vsque ad mortem resignantis, cum is etiam dicatur in possessione perseuerare.*

11 *Cessione præambula, an dicatur semper reuocatum mandatum factoribus de fructuum perceptione factum.*

12 *Ius insimul cum titulo in beneficialibus dicitur penitus amitti per cessionem factam in alium, maximè vbi illa cessio fuerit simplex, & non ex conditione.*

13 *Dominus cedens bona alicui, retinere an possit naturalem possessionem per Colonum, nisi ille eijciatur.*

14 *Facta resignatio beneficij cum clausula, & clausulis, non aliter, nec alio modo, vtrum simplex veniat dicenda, vel conditionalis.*

15 *Resignans naturali possessione an priuetur postea quam fuerit sua resignatio effectum consecuta.*

16 *Examinatis in concursu testibus, præualet depositio illorum qui & numero, & probationibus præualent, & minores patiuntur exceptiones.*

CVm sæpius fuisset hæc caussa proposita coram D. Caputaquens. ego in hac secunda instantia primò dubitaui hoc modo, stante resignatione Balthasaris in manib. Papæ facta in fauorem Laurentij de anno 1541. & secus de publicatione non cõstat, ac stãte probatione 18. testium Deuirelli deponẽtiũ eumdem Balthasarem
1 post resignationem, videlicet de anno 1541. 1542. & 1546. vsq. ad eius obitum p eosdẽ agentes, & ministros, quib. prius vtebatur, semper possedisse hãc plebaniã, de qua agitur, eiusq. fructus percepisse, necnon eũ semper p omne id tempus publicè, & palã vsq. ad eius obitum ab hominib. habitum, & reputatum fuisse pro Dom. & Rectore dictæ plebaniæ, ad obtinẽdum in casu de quo agitur. Non obstantib. dictis testium pro parte Laurẽtij examinatorum. Hoc dubium ita a me fuerat propositũ, qm cum Balthasar resignasset hoc beneficium de anno 1541. in fauorem Laurẽtij cum subrogatione, & postea de anno 1545. de mense Decẽbris Balthasar decessisset, quidam Iosephus, quia antea prætendebat ius in hoc be
2 neficio, & litigauerat cum Balthasare, q̃ lis adhuc durabat, sicut p mortem Balthasaris ẽt prouisus, & subrogatus ẽt ex parte Balthasaris esset ingressus possessionem, & in ea perstitisset p decẽ & octo dies pacificè. Fuit deinde spoliatus a Laurentio cessionario Balthasaris, qui Laurentius prætendebat, se prius fuisse spoliatũ a D. Iosepho, qui post cessione Balthasaris ipse fuerãt in possessione. Cum aũt Ioseph responderet, vltimum suum spolium esse purgandũ, quo ipse eiectus fuerat a Laurẽtio, propositum fuit dubiũ corã Caputaquens. die 4. Nouẽ-
3 bris 1558. an possessio Iosephi esset restituibilis, in quo Dñi concluserunt esse restituibilẽ. Verum quia tũc præ-
4 suppositũ fuit, Balthasarem decessisse in possessione, & consequenter eius cessionẽ in Laurẽtiũ, cũ subrogatione
5 fuisse nullã: nũc Laurentius dicebat, illud p̃suppositum in facto fuisse falsũ, qm tẽpore mortis Balthasaris non possidebat Balthasar cũ decreto irritãti non potuit Iosephus apprehẽdere possessionẽ qa infecta fuit illa possessio, videlicet postea reiectus fuit a Laurentio, non tamẽ
6 eã possessio est restituibilis ob decretum irritans. Cassad. 1. & 2. de rest. spol. Hac igitur occasione ego propo-
7 sui dubiũ, de quo supra, vt videremus qs tempore mortis possideret, an ipse Balthasar, an verò Laurẽtius. Dñi aũt ita concluserũt, q̃ si Balthasar in resignatione reseruauit sibi aliquid veluti fructus, aut regressũ, tũc qa per cessionẽ non intelligitur reuocasse procuratores, aut factores suos, cũ ille tũc interesse Balthasaris perstiterit in possessione, iuxta decisio. Crescẽtij. 161. Idcirco hinc sequebatur, Balthasarẽ ipsum decessisse in possessione, prout probãt 18. testes prout supra in p̃supposito dubio.
9 Quod si resignatio Balthasaris fuerit simplex, tunc Dñi nihil omnino firmarũt, sed tñ nonnulli sentire videbantur, ẽt hoc casu dictũ Balthasarẽ decessisse in possessio-
10 ne, cũ illi agẽtes pcipẽrẽt fructus vsq. ad eius mortem.
11 Nec obstat, q̃ p cessionẽ intelligatur reuocatũ esse mandatũ, Clem. 1. de procur. Rot. in nou. 316. Cassad. 16. super regula. Et consequenter, q̃ factores Balthasaris ideò

fuerint

DECISIO DVIII.

Floreutina Cambij.

SVMMARIA.

1 *Fines mandati qui excessit habens pecunias a principali suo, vel socio, vtrum ad totalem restitutionem earumdem pecuniarum sit obligatus.*

2 *Mercatorum ex consuetudine, qualiter vsus pecuniarum rebus sit applicandus stante mãdato istius tenoris clausulam habente, farete valere con il possibile vantagio, &c.*

3 *Stylus mercatorum in actibus Cambij intercedente mandato non necessariò requirit testium depositionem de actibus, singulis in specie.*

Mercatorum huiusmodi stylus, & consuetudo, non probatur nisi expresso actu, & tempore, & vnde iste stylus ortus sit, nu. seq.

5 *Testes non vt iudicent deponere debent, neque respondere, vt periti, sed fideliter ad interrogata, vt testes.*

6 *Copia testium productorum in secunda instantia, si copiosiori depositione abundet ijs, qui prima instantia de facto testati sunt, dubium aliquando iudici facere potest.*

7 *Bona fides maximè inter mercatores exerceri debet, cum ex præcipuè inter eos attendatur.*

1 CVm hæc caussa in prima instantia sæpius fuisset proposita, & conclusum, non obstare de illa fraude
Pauli nimisque eum excessisse fines mandati. In hac deinde secunda instantia Bartholomæus aduersarius nonnullos testes coram me examinauit, ex quorum dictis
coniunctis alijs, de quib. in prima instantia dubitaui, an
5 Paulus † excessisset fines mandati, ita vt teneretur ad restitutionem scutorum 400. sibi per Bartholomæũ transmissorum. Quo iure dubium maximè faciebat, quod ait
Dec. consil. 430. nu. 5. cum testes satis apposite viderent
2 † de mercatorum consuetudine, vt sub illis, *farete valere con il possibile vantaggio*, non possit ille, cui mandatur
pecuniam dare a contatore, sed tantum ad vsum, cũ his
secus non sit contra ius cõmune, iuxta d. cons. Dec. 430.
3 dicebant, non requiri † ad probandum hunc stylum, vt
testes necessario deponant de actib. singulis specialiter,
Ægid. 65. & 461. Verumtamen Domini pecltiterunt in
decisionib. idq. ex rationib. aliàs traditis, & præcipuè coram Caputaquensi die 28. Nouemb. 1557. deinde dicebant ex testibus non probari † stylũ, & consuetudinẽ. cũ
4 non exprimant actus, & tẽpus vnde hic stylus ortus sit,
5 † poniusq. iudicent, & cespondeãt vt periti, non aũt vt testes, Ægid. 64. Aim. 134. n. 17. & seq. in prin. cum multis
alijs decisionib. in hac eadẽ caussa, quas oẽs insertas habeo inter informationes. Vnus tñ ex Dñis dubitauit,
6 q̃m † copia testium, q̃ nunc tradita fuerat, multo plura
continet, q̄ alia, quæ aliàs in his decision. supradictis ostendebantur. Verum reliqui oẽs in contraria sententia
fuerunt, licet ijs referrem me priuatim adhibuisse consilium pluciũ mercatorum, qui affirmarunt mihi, eum esse stylum vere in hac materia, prout testes deponebant.
Responderunt enim mihi, hoc non sufficere ad proban
7 dum stylum, præsertim cum appareat, Paulũ bona fide
egisse, quæ præcipuè inter mercatores attendi debet.

DECISIO DIX.

Carthagin. de Almoraldi, 5. April. 1559.

SVMMARIVM.

1 *Legitimè respondetur propositionibus per verbum, doce legitimè, &c.*

QVæsitum est in hac Carthaginens. de Almoraldis, *an esset rectè responsum propositionibus per verbum*
1 *doce legitimè, alias non creditur, vt ponitur.* Et Domini cesponderunt congruam esse responsionem.

DECISIO DX.

Illerden. parochialis de Coxigar. 7. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Beneficium vacans post concessas expectatiuas, non tamẽ adhuc publicatas, an acceptari possit vigore istius gratiæ expectatiuæ.*

2 *Acceptatio beneficiorum per procuratorem facta includit etiam capturam possessionis, & omnium iurium, & præeminentiarum.*

3 *Iulius Tertius decreuit per signaturam, ut regula octo mẽsium duraret vsque ad fulminationem processuum.*

4 *Vacantiæ beneficiorum incidentium in mensem Aprilis sunt Apostolicæ, & tam in Curia, quàm extra eam à Sanctissimo, vel eius Datario conferuntur.*

5 *Decretum regulæ octo mensium, inficit titulum possessionis, ita vt vigore expectatiuæ gratiæ, neque per se, neq. per procuratorem principalis acquirere possit persistente.*

6 *Declaratio Papæ simplex differt a noua dispositione, quæ transit in vim expectatiuæ.*

7 *Reseruatio aufertur per nouam prouisionem, & vitium pariter expectatiuæ per eamdem emendatur.*

8 *Acceptatio beneficij an verè cadat sub expectatiuam, vel non, cum non quæritur possessio, tamen non ob id impeditur.*

1 VAcauit beneficium de mense Apr. 1552. post expectatiuas concessas a Iulio Tertio, sed nondum fulminatis processib. deinde 30. Maij eiusdem anni Berẽgarius Tusco obtinuit nouam prouisionem, in qua expressit sibi de dicta parochiali uigore gratię expectatiuæ, sed ordinaria auctoritate prouisum, seu prouidere concessũ
fuisse, & q̄ successiue die 6. Iunij, subsequẽte gratiã ex-
2 pectatiuam, necnon ad capiendã possessionẽ, nimirũ &
præeminẽtiarum omniũ eorũdẽ, qui procurator deinde
6. Augusti possessionem dictæ parochialis, ẽt vigore gratiæ expectatiuæ D. Berẽgario cõcessa adeptus fuit. Hinc
dubitaui ego, *an stare clausula Do. Lomellini, de qua in actis attentati, Iuliũ Tertiũ in signatura, die vigesimo secun-*
3 *do Iunij 1556 declarasse, velle se vti regula reseruatoria octo m. expir. duraret vsq. ad fulminationẽ processuum, dicatur procurator prædictus acquisiuisse possessionẽ Berẽgario, d. die 6. Augusti 1542. ad effectum regulæ de an.* Dñi distinxerũt dubiũ in duas partes: prima est, an beneficiũ,
de quo agitur, tunc temporis esset reseruatum? Nam cũ
4 vacauerit de mẽse Aprilis, q regulariter est Apostolicus,
vtiq. si regula reuocatoria octo mensũ tũc vigebat, non
5 potuit capi possessio illius a Berẽgario, qa decretũ regulæ octo mẽsium inficit titulũ possessionis: ante oĩa igitur
hoc prius videndũ est, an duret regula reuocatoria: nã
de iure cõi vr potius non durare, cum beneficia vacantia in octo mensib. Apostolicis inter dicta expectatiuarũ, & fulminationem processuum possit Ordinarius cõferre, vt apud Staph. pag 3. in fi. & seq. E contra autem
extat in actis attentatio illa D. Lomellini, de qua supra,
q̃ etiam confirmata fuit a D. Fabio Decano, qui dixit se
idem ab Episcopo ipso Iulio III. viua voce audiuisse. Et
propterea dubitari hic posse. Domini dixerunt, an hæc attentatio mensis Papæ, quæ a Dño Lomellino fit, & a D.
Decano, idem faciat hoc casu, ita vt ei standũ sit, ex quo
ius commune ẽt vr repugnare. Deinde præsupposito ẽt,
quod eorũ fides sufficeret, dubitari adhuc posset, an fit
6 simplex declaratio Papæ, an autem noua dispositio, cũ
expectatiuæ fuerint cõcessæ, de anno 1552. & attestatio
Papæ facta sit de anno 1556. Quo casu meritò dubitari
possit, an sit attendendum in præiudicium iuris quæsiti,
iuxta trad. a Sarnen. q. 13. de non tollendo iure quæsito.
Secunda pars fuit, an præsupposito, etiam quod beneficium esset reseruatum ex regula, possessio tamen capta
a Berengario fuerit valida ex duplici capite. Primò
7 quia reseruatio fuit sublata per nouam prouisionem, &
vitium

vitium expectatiuæ ab eo fuit reseruatum, iuxta Rot. de conceß. præb. 141. Aegid. 116. Sarn. de ann. q. 27. & de subrog. q. 19. Secundò, quia reseruatio, quæ præsupponitur fuisse, iuuatur ex declaratione posteriore Papæ, vnde possessio ante apprehensa a Berengario bona fide, cum crederet beneficium sibi debitum ex gratia expectatiua, non potest deinde immutari, & infringi ex attestatione Papæ, cum illa possessio meri facti sit, & hic agatur .... de apprehensione illius, vt maximè, quod hic
3 non quæritur, † an vere caderet, vel non sub gratia expectatiua, sed tantum cù Berengarius ipse constituens, non autem ex mera ipsius rei veritate, vt per Imol. & Castr. in l. qui loco, §. primo, de hæred. instit. Ias. l. seruo manumisso, in 2. notab. de cond. indeb. quia tamen aliqui videbant hoc vltimum argumentum procedere tantum in vltima voluntate, non autem in materia stricta mandati, prout est nostra. Dixerunt Domini non esse restringendum ad aliquod caput ex supradictis, & præsertim ad istud, videlicet præsupposito fine veri præiudicio, quod regula reuocatoria durct vsque ad fulminationem. Et præsupposito noua prouisione, cuius copia datur, & mãdato dato post, an procurator habuerit mãdatum sufficiens ad capiendam possessionem, vt inter te gulas de annali.

DECISIO DXI.

Fauentina inimicitiarum, 7. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Pars recusans iudicem simulque ab eius processu appellans legitima subsistente caussa, si vlterius iudex progrediatur, grauari dicitur.*

2 *Pars, quæ recusauit iudicem, & postea comparuit corã eodem, an videatur in eum saltem tacitè consensisse.*

3 *Arbitri intra quod tempus sint nominandi, vt eligendi eo casu, quo iudex sinistre de electoribus suspiciatur, quo casu ipse eligere potest.*

4 *Protestatio ab vna partium fieri potest, ne examinentur testes prius super articulis, quam super interrogatorijs vtrum releuet.*

5 *Pars ex quo recusauit iudicem, & ab eo appellauit, non requiritur alia intimatio, imò magis pars grauatur, quo sæpius intimatio repetitur.*

PRoposui dubium infrascriptum, videlicet, præsupposita appellatione in Curia interposita a subdelegatione Iudicum de partibus, ac repositione cum intimatione, quæ non fuit facta, ac simplici allegatione iudicis de partibus ex capite inimicitiarum, & petitione electionis arbitrorum, sine tamen nominatione ad inimicitias cognoscendas, pro parte D. Antonij de Scapitis, ac decreto iudicis prædicti, quòd non obstantibus illis, tãquam non veris, & saluis, semper iuribus ratione cognoscendi per R. D. Auditorem esset procedendum ad vlteriora, appellatione ab eo interposita per D. Antonium, & continua compositione dictæ protestationis, ac petitione copiarum iurium, & D. Cæsaris cum termino, ad opponendum tamen ante dictam allegationem, & appellationem post, vsque ad finem processus, & datione interrogatorum cũ protestatione tamen, quod non intendit recedere a promissis, nec iniurijs, dictione consentire, quod quæ testes D. Cæsaris sint prius examinati super articulis, quam super interrogatorijs d. Domini Antonij, an sit habenda fides iuribus d. Cæsaris productus, & testib. examinatis. Super hoc dubio Domini concluserunt, processum hunc nullum esse, quia vbi pars recu-
1 sat iudicem, & simul appellat ab eius processu, exprimẽdo caussam excusationis, quæ legitima esset, si probaretur, quamuis tunc caussam non probet, tunc iudex vlterius procedendo dicitur grauare partem, & iustificare illius appellationem, Innoc. cap. cum speciale, de appel. quem sequitur Franc. d. c. speciali, col. pen. ante fi. vers. postremo aduertendum, vsque ad finem, vbi latius deducit. Et hoc dictum Innoc. quòd scilicet sufficiat in recusatione iudicis, & appellatione talem caussam exprimere, quæ postea si probetur sit iusta, quamuis tunc tẽporis non probetur, semper sequuta est Rota in varijs caussis coram Fabio Decano in caussa Meleuitan. iurisdictionis, 2. Nouemb. 1552. & Coram Caurien. in caussa Burgen. iuris notan. 4. & 21. Nouembris 1552. & coram Chisan. in caussa Placent. decimarum, 16. Decembr. 1558. In casu autem nostro dubium non est, caussã idoneam expressam fuisse cum allegatæ fuerint inimicitiæ notoriæ, Lanfran. c. quoniam contra, vers. recusantur, num. 12. & per omnes, l. apertissimi, C. de iud. Non obst. quòd pars, quæ recusauit postea comparuerit corã
2 eodem iudice, quasi videatur tacitè consensisse in iurisdictionem, vt per Felin. c. gratum, col. 3. de offic. deleg. Aegid. 137. Guid. Papæ 464. Nam cum semper comparuerit vocatus, & repetita protestatione, prout in puncto, non dicitur renunciasse recusationi, Fran. d. c. cum speciali, col. antepen. ad fin. ver. 2. esset vera opinio Mo-
3 hedan. 44. & 141. Non obstat, † quòd non fuerint nominati arbitri, nec electi intra triduum, quia cum directa fuerit a iudice recusatio, non erat necesse eos nominare, sed iudex ipse, quia causa suspicionis spreta, veluti ex capite suo, vult procedere, reddit actum & processum nullum. Pract. Papien. in forma declar. iuris vel iudicem suspectum, nu. 2. Dec. conf. 275. nu. 2. Gem. c. iudex, num. 12. de off. deleg. in 6. His accedit, † vt prote-
4 statio facta a parte, ne † testes examinarentur prius super articulis, quam super interrogatorijs, quæ tamen seruata non fuerunt, vt apud Fab. Decanum, dec. 49. Non obst. quod intimatio facta nõ fuerit, quando iudex ex-
5 posuit, vt per Io. Paulum 121. Nam † ex quo pars recusauit iudicem, & ab eo appellauit, non est necessaria alia intimatio, imò iudex quo magis requiritur intimatio, eo magis dicitur partem grauare.

DECISIO DXII.

10. Aptil. Olysipponen. beneficij de Alfange.

SVMMARIA.

1 *Beneficium resignatum in manib. Papæ, per consequentiã dicitur de ijs, quæ vocantur reseruata.*

2 *Reseruatio titulum inficiens, & possessionem, durat donec prouisus a Papa apprehendat possessionẽ, aut ante possessionem moriatur, vel alteri beneficium resignet.*

3 *Cessat reseruatio & inutilis est p prouisionẽ factã a Papa.*

4 *Possessio re ipsa quid dicitur esse separatum a titulo ipso, iure beneficij.*

5 *Reseruatione adhuc in suo robore presistente, Ordinarius, illud beneficium reseruatum conferre an possit.*

6 *Prouisus a Papa non debet morari per longum tempus, antequam capiat possessionem, ne bona fide occupantium possessionem inficiat.*

PEtrus Roderici anno 1551. constituit procuratorem in Curia ad resignandum in fauorem Io. Idem Petrus postea alium constituit procuratorem in partibus, ad resignandũ beneficiũ in manib. Nuncij libetè: Nuncius cõtulit Iordano, qui etiã cepit possessionẽ. Post tres aut quattuor annos superuenit Ioan. ille prouisus in Curia, & expulit de possessione Iordanũ. Quæritur nũc Iordanus agere spolio, cui respondebat Ioannes, nullã fuisse
1 possessionẽ Iordani ex eo, quòd beneficium fuerat resignatum prius in manibus Papæ, & consequenter effectum de reseruatis, capit. 2. de præbend. in 6. quæ reseruatio inficit titulum, & possessionem aliorum, Cassad. 1.
2 & 2. de restit. spol. † duratque donec prouisus a Papa apprehẽdat possessionem, aut ante possessionem moriatur, vel resignet beneficium alteri. Aliàs enim si diceretur cessare reseruatio ex sola prouisione Papæ, ante sequutam possessionem, possent Ordinarij post prouisionem Papę statim, & ipsi conferre, & immittere alios in

in possessionem in præiudicium beneficiorum reserua-
torum. Verum his non obstantibus, Rota contrarium
3 probauit, videlicet cessare † reseruationem ex sola pro-
uisione Papæ, ideo locũ esse spolio in casu nostro, Rot. in
antiq. 24. de præb. & 27. in nou. Sarn. de trien. quæst. 30.
Gem. c. 2. ad fi. de præb. in 6. Lap. allegat. 127. Et inter-
minis est decis. Simonettæ 54. Cassad. 4. num. 4. de caus.
poss. & propriet. Ea autem quæ contra adducta fuerunt,
non probantur. Imò Rot. 24. de præb. in ant. adfert ratio-
nem generalem, quæ decidit casum nostrum, videlicet,
4 quod † possessio est quid separatum a titulo ipso, & iure
beneficij. Quod & probatur, quia aliàs facta collatione
5 a Papa inualida, Ordinarius † non posset illud bene-
ficium conferre, quia adhuc duraret reseruatio, quod
tamen est falsum, Sarnen. q. 30. de trienn. Qui vero di-
cebant dari hoc pacto occasionem Ordinarijs alios in-
truden. nihil nocet, qm̃ si verè intrusi fuerint, condem-
nabuntur in fructibus, expensis, & restitutionem posses-
sionis. Magis autem absurdum foret, si diceremus non
cessare reseruationem, nisi post apprehensam possessio-
6 nem, quia prouisus a Papa potest morari per longũ tem-
pus, antequam capiat possessionem, & semper aliorum
possessionem bona fide eam occupantium inficit.

DECISIO DXIII.

Pisana de Cassaregio. 14. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Præsentandi ius competens aliquibus tamquam vniuersi-
tati, si præsentarint, & ratum habuerint interueniente
iuramento, an possint variare postmodum, idque colle-
gialiter congregati.*

2 *Laici patroni in præsentatione cum iuramento facta, va-
riare possunt congregati collegialiter in fauorem alte-
rius, etiam si sint periuri.*

3 *Superior variationem patronorum laicorum non obstan-
te iuramento præstito in priori præsentatione admittẽs,
absoluere a iuramento eos videtur.*

4 *Forma iuramenti præstiti in variatione præsentantiũ pa-
tronorum, vt aliquando faciliorem, ita non rarò diffi-
ciliorem variationem facit.*

5 *Patroni accumulatiuè, an variare possint ex forma iura-
mẽti præstiti facilè dignosci potest, & etiam an veniãt
a iuramento absoluendi.*

DVbium hoc erat, *an stante priori electione vnanimè
iuramento firmata cum alijs, de quib. in eas. licitũ fue-*
1 *rit hominibus de Cassaregio, quib. competit ius præsentandi,
tamquam vniuersitati, postea collegialiter variare in fauo-
rem ipsius Bochini.... lata veniat confirmanda, acceden-
te maximè absolutione a iuramento ante vltimam electionẽ
per Vicarium datam, prout in actis?* nihil firmatum fuit
præcisè super hoc dubio. Nam cũ quæstio principalis es-
set, an patroni laici qui semel aliquem præsentarunt cũ
iuramento, possint deinde variare cumulatiuè. Domini
quidem sentire videbantur hoc eis licere, quamuis etiã
2 periuri essent, iuxta consil. Alex. conf. 16. volu. 3. Roch.
de iur. patr. verb. honorificum, q. 12. Nec satis probatur
opinio Lamberti, de iur. patr. 15. art. nu. 45. fol. 319. siue
307. quia nulla firma ratione, aut auctoritate mouetur.
3 Et dicebant consil. Paul. de Cast. 361. in princ. † quia su-
perior admisit variationẽ patronorũ, quinimo absoluit
eos a iuramento, quod secus in casu Pau. de Cast. prout
4 rationes eius.... Quia tamen dicebant Domini, † ne for-
ma iuramenti præstiti in 1. reseruatione difficiliorẽ red-
deret variationem, ita vt nõ posset absolui a iuramento,
saltem non citata parte. Idcirco Dñi in præsenti caussa,
nihil firmare voluerunt, sed mandarunt mihi, vt rursus
aliud dubium proponerem, videlicet, an stante iuramẽ-
to sub tali forma, cuius copia datur, potuerint patroni
5 variare accumulatiue, præsertim non citata parte ad ob-
tinendam absolutionem a iuramento.

DECISIO DXIV.

Carthag. de Almoraldis, 14. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Vna & altera supplicatione non derogante omnibus neces-
sarijs potest exhiberi tertia, ad effectus desideratos adi-
piscendos.*

2 *Fructus exprimi in litteris valoris beneficij, qui & qualis
debeant, & a quo data anterioritate gratiarum, & poste-
rioritate cum iure priori quæsite.*

3 *Stylus Curiæ non obseruat, vt quis non capiat duas, aut
plures datas eadem die, & deinde vnam hoc die expe-
diat, aliam alio tempore pinguiorem.*

4 *Supplicatio vna & eadem numero admittit diuersas litte-
rarũ expeditiones diuersis tẽporib. & formis conceptas.*

5 *Iure nouam expediendi supplicationem pendente, certum
est alium in gratia præferri non posse ipsi, qui tale ius, tã-
quam sibi iam quasi quæsitum nactus videtur.*

6 *Prima supplicatio nulla, & inualida, vnius partis præsen-
tatione exhibita, non propterea prætendi ab alia iam
præsentatam esse expeditam.*

7 *Expeditio supplicationis vltima facta sub forma clausulæ
cui prius, diuersitatem in tempore ratione expeditionis,
haud dubiò demonstrat.*

8 *Supplicatio iuris fictione sub ea data fingitur expedita, sub
cuius data tempore reperitur fuisse concessa.*

CVm vacasset beneficium de mense Nouemb. 1555.
& Melchior 30. Februarij 1556. habuisset paruam
datam & expediuisset supplicationem non exprimendo
fructus, nisi vsque ad 80. & non derogando regulæ de
idiomate, atque alijs quibusdam necessarijs. Postea Frã-
ciscus Spuchi die 14. Martij ex resignatione cuiusdam
Gulielmi, qui vigore gratiæ expectatiuæ reuocatæ ac-
ceperat possessionem huius beneficij: illud impetrauit
post aliquot menses Melchior, qui expediuit aliam sup-
plicationem in forma, cui prius, sublata priori, & rur-
sus, quia nec hæc secunda supplicatio derogabat omni-
1 bus necessarijs, expediuit tertiam de mense Iulij 1557.
vbi omnia necessaria erant expressa. Nam quoniam
Franciscus hanc multiplicem expeditionem probare
2 volebat, dicebatque, non potuisse Melchiorem † fru-
ctus exprimere in litteris vsque ad valorem contentum
in tertia supplicatione, eo, quia sua gratia erat anterior,
& sibi antea ius quæsitum, idcirco dubitaui, an articuli
Francisci, qui nec continebantur essent releuantes? Po-
sito quòd probarentur. Domini concluserunt non esse
releuantes, quoniam cum hæ supplicationes fuerint ex-
peditæ, sub priori data anteriore, supplicationem admi-
3 sissent. Dixerunt Domini, stylum hoc seruare, vt tan-
tum quis non capiat duas aut plures datas eadem die:
& deinde vnam hoc die expediat, aliam alio tempore
pinguiorem. Verum, si quis vnam tantum paruam
datam habuerit, poterit eam sæpius extendi facere au-
gendo, vel mouendo aliquid, prout obtinere possit à
Datario, & tamen semper eadem erit gratia diuerso tẽ-
pore concessa, sicuti ex eadem supplicatione licet plures
4 litteras expedire diuersis temporib. diuersis formis con-
ceptas, vt alias conclusum fuit coram Domino. Quiro-
ga, die 17. Maij 1557. in caussa Cordubẽn. Cantoriæ, do-
nec igitur pendeat hoc ius expediendi nouam supplica-
5 tionem, vtique certum est alium illi in gratia † præferri
non posse, ex not. in cap. si tibi absenti. de præben. in 6. &
exstat decis. Put. in caussa Elborensis Archibresbytera-
tus, facit Aegid. 746. col. 3. versic. nec facio differentiam,
Cassad. super reg. decis. 33. nu. 2. Nec obstat, quod Fran-
6 ciscus dicebat sibi medio tempore ius esse quæsitũ, † qui
cum viderit primam supplicationẽ Melchioris nullam,
& inualidam, non debuit dici.... gratiam expediuisse,
Rota. in no. 25. de reser. Et maximè cum vltima suppli-
catio Melchioris sit expedita sub forma, cui prius, quæ
ostendit diuersum tps expeditionis. Nam responsum
fuit

fuit, gratiam Melchiotis in sola parua data ex sola supplicatione semper pendere, donec is, qui eam obtinuit, illam perfectè expediat. Nam dubitandum non est, quin
8 quoties reperitur supplicatio sub eadem data, fingatur etiam tunc temporis concessa: imò articuli, qui contrarium probarent non essent admittendi, quoniam arguerent daturam fals. Et ita stylus seruat.

DECISIO DXV.

Romana duorum millium, 14. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Apocha cuiusdam confessionis receptæ seu numeratæ sibi dotis, vnà cum testium depositione, vtrum probet confessionem, de recepto ad præiudicium creditorum.*

2 *Apocha seu schedula confessario de recepto non requirit necessario trium testium subscriptionem, idque eo vel maximè, vbi scriptura priuata conuenit cum instrumento publico.*

3 *Iurium recognitio vulgaris & consueta non sufficit, vbi de præiudicio tertij agitur, sed requiritur loci appositio, & datæ, pro maiori cautela.*

4 *Creditum assertum mercatorum an ex libris eorumdem, vel instrumento publico debeat probari.*

1 QVærebā in hac, an † apocha D. Io. Iacobi ann. 1531. iunctis dictis testium, qui deponūt prout in actis, probent confessionē, quæ habeat vim numerationis dotis ad effectum, de quo agitur, circumscriptis pro nunc alijs apochis, & instrumento del 1530. nihil fuit conclusum hoc die, quoniā hoc dubiū continebat varia capita, & dñi inter se fuerunt varij. Et multi quidem consenti-
2 te videbantur non requiri † necessariò in hac schedula subscriptionem trium testium, iuxta l. scripturas. C. qui potior. in pignor. habeant. Quòd tamen procedit, quando scriptura priuata vult conuenire cū instrumento publico, quod secus hic est, *vt etiam aliàs dictum fuit in hac eadem caussa coram Dom. Antonio Augustino*. Verum in alijs multum dubitabant, dixeruntque, vt dubium restringam quoad primū, *an schedula sit legitimè recognita*,
3 quoniam cū hic agatur de præiudicio tertij, nō videtur aliquibus sufficere vulgaris illa & consueta recognitio iurium, prout in alijs instrumentis. Vnde videtur etiā, *an fuerit necessaria appositio loci in hac schedula, aut saltē, vt ex testibus probetur locus postea, & discutiatur dictainstrumenta, an adiuuent, vel potius destruant schedulam, &*
4 *an ita sint contrarij, vt defendi non possint, & tandem creditum Alteriterum censeat ex rationibus librorum, an ex instrumento, & eo quidem publico.*

DECISIO DXVI.

Btitonorien. hospitalis, 17. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Narrans in supplici libello se clericū cum sit laicus, an per resignationem beneficium Ecclesiasticū habere possit.*

2 *Resignans in fratrem nulliter ex defectu clericatus si obtentum sit per præsentationem patronorum etiam prætensorum illud beneficium, & capta possessione per tertium, an is possit dici spoliator primi resignantis licet nulliter, redeūtis ad caussam ex nullitate resignationis.*

3 *Hospitale in titulum uel commendam etiam laico dari potest, idque ex consuetudine, cuius memoria non extat.*

4 *Papa facilius & frequenter magis clerico, quam laico beneficia concedere solet, licet etiam a beneficiorum collatione laicos non penitus excludat, ut hoc casu.*

5 *Narrans in supplicatione se laicum cum sit clericus, hac falsitate narrationis non excluditur a beneficij impetrati confirmatione.*

6 *Spolio agere pōt contra intrusum, qui nulliter resignauit, maximè, ubi in resignatione fuerit clausula, Non aliter, nec alio modo, illis constitutionibus suo effectu priuatis,*

1 COmes Guido resignauerat hospitale in fauorem fratris Galeotti, † qui in supplicatione narrabat se clericum, cum tamen esset laicus. Postea idem Comes commisit homicidium, vnde præsentatus fuit ad d. hospitale Timotheus a quibusdam prætensis patronis, & cepit possessionem, Galeottus commisit caussam contra Timotheum coram D. Quiroga, quia dicebat, hoc hospitale solitum esse conferri laicis, & fortè id probabat Timotheus, tum obtinuit absolutoriam, quia Galeottus non probauit se clericum, prout narrabat. Nunc
2 iterum Comes Guido venit ad caussam, & † agebat spolio, eo quòd resignatio illius non habuerat effectum in personam Galeotti. Ego dubitaui, *an resignatio Comitis Guidonis in fratrem suum, fuerit inualida*. Et posito, quòd... Comes Guido veniat restituendus stante sententia priuatoria cum excommunicatione, & alia sententia absolutoria, prout in actis, quoad primam partem dubij concluserunt Domini resignationem inualidam esse, cum Galeottus narrauerit se clericum, & fue-
3 rit laicus: nec obstat, † quòd hospitale detur in titulum, vel commendam, prout datum fuit Galeotto, quia in re deceptus fuit Papa, cum ille clericum se narrauerit.
4 Et propter hanc rationem dubium non est † Papam facilius concedere beneficium clerico, quamuis si ille nar-
5 rasset, † se laicum, & fuisset clericus, certè hoc non nocuisset, Rot. in antiq. 73. de rescript. Cum autem resi-
6 gnatio nulla fuerit, & Comes noluerit resignare aliter, nec alio modo, nisi in fauorem illius, sequitur cum rectè agere posse spolio cum careat possessione, vt sæpius firmatum fuit. Quoad secundam partem dubij, nihil conclusum fuit, & domini noluerunt, uidere facultates generalibus uerbis, & quomodo fuerit ea sententia lata, & alia postea absolutoria in eius fauorem.

DECISIO DXVII.

Lucana Capellaniæ, 17. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Deducta in informationibus ab vna partium eo modo, vt inuoluatur materia, quæ aliter se in facto habet, quid sit agendum.*

2 *Partium compositio ita fieri potest, vt canonizatoria vni detur, altera absolutio ab expensis concedatur.*

FActum, huius caussæ, & rationes principales dubitandi latius retuli in alio libro. Nunc quærebam, *an stante cessione litis ac aliud dedictis d. Matthæus sit audiendus in expensis*. Et cum in informationibus mul-
1 ta ex parte Matthæi deducta essent ad inuoluendum materiam, quæ aliter in facto se habebat, dixerunt Domi-
2 ni, ut partes ita componerem, ut Matthæum absoluam ab expensis, & Rochodem canonizationem, si uideatur mihi illum uerificasse sibi incumbentia, alioquin si Rochus condemnat Matthæum in expensis condemnari.... rursus proponam dubium magis districtè circa id, an beneficium uacauerit per obitum, & Rocho sit danda canonizatoria.

DECISIO DXVIII.

Brixien. canonic. & præbend.

17. Aprilis 1559.

SVMMARIVM.

1 *Dubio generali proposito in caussa, numquam antea deducta in Rota, per quod partes litigantes multum inuoluuntur, tale dubium venit restringendum.*

1 CVm hæc caussa nondum esset in Rota proposita, & positum esset quoddam dubium generale, in quo partes multum inuoluebantur, placuit Dominis, vt id restringeretur, ac prius videretur, an quædam electiones dicerentur rectè factæ, ut dicantur actus Capitulares. Postea quærat, an ex his dicatur quæsita quasi possessio, quoad effectum probandi primum extremum, de quo agebatur.

DECISIO DXIX.

Floren. Sancti Pancratij, 21. Aprilis 1559.

Y SVM-

SVMMARIA.

1 *Ecclesiam si una partium dicat esse de iure patronatus, alia liberam, cui incumbat probatio, cum semper pro libertate potius veniat præsumendum.*

2 *Reseruatio non concludenter deduci potest ex priuilegio, consuetudine, vel præscriptione, ad effectum libertatis Ecclesiæ probandum, quæ dicitur esse iuris patronatus.*

3 *Bina institutio in beneficio, tamquam in uim iuris patronatus facta, an sufficiens sit ad probationem certam istiusmodi prætensi iuris.*

4 *Beneficium de iure patronatus esse potest varijs de caussis, utpote vel ex usurpatione, præscriptione, aut priuilegio.*

5 *Agens & obtinens, ut procurator alicuius, non prohibetur nomine proprio contra idem ius, & contra eamdem personam agere.*

TOtum factum huius caussæ continebatur in dubio
præsupposito in informationibus; cuius snia hæc
1 erat, *an Spinello incumberet onus probandi Ecclesiam esse
patronatum, an verò Nicolao Ecclesiam esse liberam?* Domini
concluserunt, Spinellum teneri probare beneficiũ
esse iuris patronatus. Nam cum Nicolaus probauerit,
beneficium esse patronatum, quia Guiducius, obijt patronatus,
& conclauista: Nunc si Spinellus vult ostēdere
illud non comprehendi sub reseruatione, quia sit seruatum,
debet hanc exceptionem concludenter docere.
Nec satis est, quòd Nicolans confessus fuerit esse illud
2 patronatum, quia † potest intelligi ex priuilegio, consue
tudine, vel præscriptione, ex quib. non cōcluditur reseruatio:
Debet igitur Spinellus præcipuè ostendere patronatum
ex fundatione, & dotatione, aliàs nihil agit, Aim.
cons. 157. num. 9. facit, quod ait Mohed. 57. Aegid. 450.
3 Non obstat, quòd Nicolaus † bis fuerit institutus in hoc beneficio
tāquam de iure patronatus, quia eodem modo
fuit sibi collatum tamquam liberum, nec vmquam firmauit
pedes in illo, tamquā de iure seruatum: vel etiam
4 potuit esse, quòd † beneficium esset de iure patronatus
ex priuilegio, vsurpatione, vel præscriptione, quod non
impedit reseruationē: vel quia vti procurator patris sui,
quia eodem modo respondetur, quòd non impedit re-
5 seruationem. Vel quia, † qui vt procurator alicuius egit,
& obtinuit, non prohibetur nomine proprio cōtra idem
jus, & contra eamdem personam agere, Rota 415. aliàs
34. de procurat. in nouis.

DECISIO DXX.

Ciuitatis Castelli, 21. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Caput illud deductum in caussa, quod sententia non sit conformis libello, fragile est, & nullius momenti.*

2 *Temporis lapsus, vtrum aliquem liberet a præscriptione.*

DVbium erat generale, *an stante instrumento concordia,
& sententia And. Cameræ de qua re copia datur
perfecta sententia sit confirmanda?* Domini mandarunt
1 dubium restringi: Nam id caput, quòd sententia non sit
conformis libello videbatur mihi fragile, & nullius momenti,
cum petita sint obseruari omnia petita in instrumento:
vnde dubitandum erit posthac, an conditiones
illæ in instrumento hodie sint implendæ, & numquid
Ioan. Baptista potuerit ita ab Audit. Cameræ condemnari
cum pro parte Nicolai non constet, ea impleta fuis-
2 se, quæ ad illud spectabant. Item erit videndum, † *an ex
lapsu temporis post dictum instrumentum Io. Baptista sit liberatus,
præscriptione, si quæ alia sunt consideranda.*

DECISIO DXXI.

Regien. Canonicatus, 24. Aprilis 1559.

SVMMARIVM.

1 *Variantibus votis & dubitantibus iudicibus acta diligentius inspicienda sunt ad deductionem certiorem eorum, de quibus est controuersia.*

PRoposui dubium super ijsdem, de quibus die tertia
Martij, & Domini post variam dispositionem, cum
1 † nihil certi ex eorum votis elicere possem, vt varij varia
sentirent, prout adnotatum habeo in informationibus:
tandem mandarunt mihi, vt acta diligēter repetam, referamq;
ipsis, an ex deductis verificatus sit protonotarius,
ex quo tempore, & ante protestationes Arlotti.

DECISIO DXXII.

Firmane seu nullius præpositura, 24. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Gratia clerici impetrantis beneficium solitum regi per sæculares, & non regulares, an sit valida.*

2 *Statum vltimum probare sufficit, vbi non agitur de mutatione status beneficij, sed solum de vsus mutatione.*

CVm hora esset tarda, nihil firmatum fuit, sed vide-
1 batur satis dubitari de gratia Brancadori, qui impetrauerat
beneficium solitum regi per sæculares, secundum
formam cap. cum de beneficio, de præbend. in 6.
sufficitque quod probet illud certum fuisse per decem
annos in eodem statu, quo ipse impetrauit, nisi ex aduerso
probetur, quòd per 40. annos fuit gubernatum vt
regulare, & ad id adducebatur summarium, decis. 49.
aliàs 157. de reseruat. in antiq. Dicebant etiam quòd
2 vbi non agitur de mutatione status beneficij, sed solum
de mutatione usus, prout hic, tunc sufficit probare vltimum
statum, & sine decennio, nisi ex aduerso probetur
alius status præscriptus, ex quibus in tenore, quod
in casu cap. beneficio, de præbend. in 6. sufficit probare
præsentem statum, ut beneficium dicatur regi per sæculares
uel regulares, quia agatur de mutatione usus tantum,
& non status, ita Ioan. de Silu. in tract. de beneficio,
debet probari plenè aliàs, quàm per fumum præb.
in d. cap. cum beneficio nostro. 16. vers. pro parte negatiua.
de præben. in 6.

DECISIO DXXIII.

Die 28. Aprilis Romana domus de infessuris.

SVMMARIA.

1 *Titulus pro hærede, an probetur per testes examinatos in petitorio, & reproductas in possessorio ad confirmandam possessionis comprobationem & successionem.*

2 *Probatio tituli pro hærede, requirit etiam filiationis probationem illius, qui dicitur possedisse pro hærede, iuncto quod etiam sufficienter deducatur.*

3 *Filiatio non probatur per dispositionem unius testis in petitorio asserentis se uidisse filium possedisse domum patris prædefuncti.*

4 *Requiruntur multa in præscriptione, & usucapione pro hærede, & inter cetera, quod præscribens non sit suus hæres, & habeat testamenti factionem saltem passiuam.*

5 *Res, de cuius præscriptione agitur, debet esse præscriptibilis, & reperiri in hæreditate.*

6 *Præscriptio in titulo pro hærede fieri non potest legitimè, nisi prædefuncto eo de cuius agitur hæreditate, concurrente bona fide præscribentis.*

7 *Præscribere pro hærede non potest dici, qui eo tempore quo possidet, matrem adhuc habet superstitem.*

DVbium erat, *an testes, quorum copia data fuit examinati
in petitorio, & in possessorio, reproducti tamen
per Annoldos in parte, & partibus in præsenti iudicio,
& acceptati pro parte Marij probent possessionem Bartholomæi,
& successionem Ioan. Pauli eius filij, ad hoc, vt di-
1 catur ei competere titulus pro hærede?* Conclusum fuit,
non probatam esse possessionem, quæ ei sufficiat, quoad
hunc effectum ex rationibus infra dictis, quæ fuerant
collectæ duobus responsalibus, & ceteri eos sequuti
2 sunt. Alter enim mouebatur, eo quòd ad hoc, ut competat
titulus pro hęrede requiritur, quòd probetur filiatio
illius, qui dicitur possedisse pro hærede. Præterea,
quod

quòd ille, cui succedit possederit tempore mortis Boer. 42.nu.15...... Testes examinati in possessorio probāt vidisse Ioan. Paulum pôssedisse domum, sed quod possederit tempore nou probatur, sed alij examinati in petitorio probant de possessione Bartholomei, nec Ioā. Pauli tempore mortis, & sic succedit dictum Boer. in d. de-
3 cis. 42. Nec † probata est filiatio Ioan. Pauli, nisi quòd vnus restis secundus in pentorio deponit, vidisse Ioan. Paulum filium Bartholomæi possedisse domum. Super tertio articulo alij nihil deponunt de filiatione Ioan. Pauli, quæ requiritur secundum Afflict. decis. 15.
4 nu. 1. † Alter verò mouebatur, eo quod in præscriptio ne vel vsucapione pro hærede, multa requiruntur. Primò, quòd præscribens non sit suus hæres, l. 2. §. filium, ff. pro hærede, l. 1. & l. othil, cod. titulo, Mar. Socin. consil. 22. nu. 6. lib. 1. Secundò præscribens habeat testamenti factionem passiuam, idest, quòd possit hæres institui. l.
5 fin. ff. de hæred. instit. † Tertiò, ꝙ res de cuius præscriptione agitur sit præscriptibilis, & reperiatur in hæreditate, & ꝙ præscribens sit factus hæres, & titulum præcesserit in vitium vsucapionis, l. fin. C. de vsucap. pro hæ
6 red. Hostien. in summa, eod. tit. † Item quòd ille, de cuius hæreditate agitur sit mortuus l. 1. pro hærede. Itē requiritur bona fides, l. 2. §. qui vulga. cod. tit. Modo ad p-
7 positum, aut quæritur, an Paulus † præscripserit pro hærede. Et dicēdum est, quòd non, quia tempore quo possidebat, viuebat eius mater, vt deponit secūdus testis in ordine copiæ super secundo. Item non constat, ꝙ fuerit res in hæreditate matris, nec quòd possederit per legitimum tempus: aut quæritur de præscriptione Marij. Et idem dicendum est ijsdem rationibus, & quia non constat, quòd sit emancipatus.

DECISIO DXXIV.

Romana domus de Vendarijs, 24. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Instrumentū donationis, seu diuisionis factum a patre, quo assignat filijs ex prima uxore certa bona & nascituris ex alia secunda omnia reliqua bona præsentia & futura, an sit validum pro nato filio ex secundo matrimonio, ita vt eiectus a fratribus è domo in qua natus est, veniat restituendus agens de spolio.*

2 *Infans si paternam donationem nō acceptauit, an id in sui præiudicium vergat spoliatus a fratribus primi matrimonij, quibus non est vterinus?*

3 *Infans filius an possit etiam dici in infantili ætate aliquem statum acquirere, qui possit venire in considerationem, cum status eius similis sit ei, qui rem dormientis petierit.*

4 *Status etiam talis qualis in infante est considerabilis ex sententia Asinij.*

Franciscus ex prima vxore procreauerat Lactantiū
1 & Honoratum. Postea mortua prima vxore † fecit instrumentum donationis, seu diuisionis bonorum suorum, & assignauit filijs suis ex prima vxore omnia bona, quæ habebat in ciuitate Tiburtina. Quòd si aliquā vxorem duceret, filiosque susciperet ex ea, assignauit his na sciturus omnia bona præsentia & futura: itaque cùm ex secunda vxore suscepisset Iulium infantem in domo, quam Franciscus possidebat, vbi etiam post mortem patris permansit, dum esset ætatis trium annorum, postquam a Lactātio & Honorato hic Iulius infans eiectus fuisset, sub prætextu, quòd domus sibi esset pro quibusdam dotibus hypothecata? Dubitaui ego, an stante instrumento donationis, quòd nunc præsupponitur validum, quoad sollemnitates, & statuta, & quòd Lactantius, & Honoratus possederunt bona in Ciuitate Tiburtina, ante & post mortem patris. Et præsupposito, quòd Franciscus pater ex Laura secunda vxore susceperit Iulium filium in domo, de qua agitur, & ibi steterit vsque ad mortē patris, & post mortem patris spatio triū annorum vel circa, *an idem Iulius agens nunc spolio, vt quia suspendit petitoriū sit restituendus?* Non obstat, quòd aduersarius allegat quasdā hypothecas dotales, & quòd Iulius
2 † infans non acceptauit paternam donationem: domini nihil firmarunt. Nam omnes quidem præsupponunt vnumquemque restituendum esse non tātum ad possessionem, sed etiam ad statum, c. quærelam, de elect. Paris.
3 cōs. 105. nu. 3. Verum in eo dubitatum fuit, † an Iulius, qui infans erat, dici possit eo tempore acquisiuisse aliquem statum, qui sit cōsiderabilis. Et multi negabant, quia status eius est, veluti si quis rem dormientis petierit, l. 1. §. adipiscimur, l. quamuis, §. infans, et at omnino acquirendus, & status, & non constat cum habuisse tutorem, & testamentum donationis paternæ non habebat clausulam constituti, nec adsit alia ratificatio, iuxta tradita ad Dec cons. 96. nu. 4. & cōs. 226. nu. 5. & sequ. Idcirco aliquibus videbatur Iulium non esse restituendū:
4 aliqui contra, † dici status talis, qualis ēt (vt auct. est Asinius) est cōsiderabilis, nisi etiam deficit animus eum acquirēdi, & infanti fauore illius ætatis, ad magis affirmā dum dictum fuit, vt restringatur dubium, an ex quibusdam præsupositis, quę in facto colligā, dicatur, Iuliū acquisiuisse aliquem statum, ita vt ad eū sit restituendus.

DECISIO DXXV.

Regien. Canonicatus & præbendæ, 24. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Processus ad declaratoriam fieri potest, nō obstantibus exceptionibus partis, si antea in varijs instantijs fuerunt reiectæ.*

2 *Asserens aliquem protonotarium habitum, & reputatum pro tali, ei incumbit eius asserti probatio.*

Hodie Domini firmarunt conclusionē in hac causa, quam hactenus imperfectam reliquerūt, videli
1 cet † procedendum esse ad declaratoriam contra Comitē Annibalem, nō obstantibus exceptionibus ab eo allegatis, quæ in varijs audientijs fuerunt discussæ, & varijs rationib. reiectæ, atq; eo præsertim, ꝙ Comes Annibal ex testibus ab eo examinati, nō verificabat, Petrū bo
2 num esse † habitū publicè, & reputatum protonotariū, & ex alijs ēt capitibus vt latius retuli in alio lib. mandatumque fuit, vt omnino procederem ad declaratoriam.

DECISIO DXXVI.

Romana dotis de Iuuenalibus, 24. Aprilis 1559.

SVMMARIA.

1 *Mulier ex vi sui instrumenti dotalis, non debet excludi a petitione sua per sententiam latam pro parte aduersa, in qua non fuit vlla facta mentio istius instrumenti.*

2 *Sequestrum, commissiones, & sentētia contra partem aliquam decreta, possunt verba obtinere partis aduersæ, quæ eidem nequaquam noceant, vt enunciatiuę prolata.*

3 *Condemnari pars in fructibus potest, & tamquam agens ratione successionis salua sibi remanente, licet dotis suę actione, vt hoc præsenti casu, tum diuersa super bonorū hæreditariorum petitione sit actio, quæ de dote est.*

4 *Maritus fructuum dotalium dominus in ijs tantum venit per sententiam condemnandus, quia vxor domina est ipsius proprietatis, super quam nullo modo prętendere maritus potest.*

5 *Obiectiuę materia si deducantur corā iudice ab aliqua partium, ea debent concludenter, vt prosint, probari.*

6 *Registra & acta si producantur, quæ caussæ probationi debent inseruire diminuta partim, & etiam dicantur ex parte consumpta, nihil ex istis certi probari potest.*

7 *Pars quæ asserit se non clare posse ius suum, quod prætendit deducere ex eo, quòd casu fortuito superuenientis in-*

 cendij

cendij acta fuerint combusta hoc probato meretur, & consequi debet a iudice, vt lenius, mitiusque tractetur, quam iuris rigor postulat.

IN hac caussa prosequendo decisiones prædictas, dubitaui, *an stante sequestro, cuius copia datur*, de quo aliàs Domini cognouerunt, & stante appellatione, & cõmissione, & exceptionibus pro parte Cõcordiæ, & alijs, de quibus in actis transportatis in Rota hic cõstet, quod Hieronymæ fuerit assignata super bonis rite, ita vt sententia Mariscotti eam excludat, & detur copia iuriũ in cle-
1 ricis necessarijs. Conclusum fuit ex deductis † nõ excludi petitionẽ Hieronymæ, quæ nititur instrumẽto suo dotali claro, & cui statuta dant executionem absque exceptione: quæ vero opponit Concordia, non ita clara sunt,
2 vt omnino concludãt. Nam in † sequestro, commissionibus, & sententia, sunt verba partis aduersæ, quæ non nocẽt Hieronymæ, & verba sunt etiam enunciatiue prolata. Non obstat, ꝙ Matthæus sit condemnatus in sententia Mariscotti, & ei impositum perpetuum silentium, quasi hæc non possint dici alia de caussa, quàm ratione dotis, quoniam ter responsum fuit. Primò, ꝙ possit ipse in sententia nominari, tamquam maritus, & administrator rerũ Hieronymæ vxoris, quæ litigabat super successione ritè, non autem super dote: secundò, ꝙ si ibi cõ
3 demnatus Matthæus & Hieronyma in fructib. idẽ † apparebat, nõ actum fuisse de dote, quia cũ maritus sit Do
4 minus fructuũ dotalium, l. dot. C. de rei ven. † debuisset ipse tantum cõdemnari, non aũt Hieronyma. Ergo hinc ꝓbabitur potius actũ fuisse super alia re, quàm super do
5 te. Tertiò, quia cum ex parte Cõcordiæ materia hæc sit obiectiua, debet concludenter probari ab eo. Vnde cum possit alia de caussa Matthæus interesse in eo iudicio, q̃ dotis, non excluditur Hieronyma hoc solo fundamento. Dixerũt tñ mihi Domini vt perquiram ego in manuali Notarij, an ex his actis cõstet, Matthæum hac sola de
6 caussa, vel alia venisse ad hoc iudicium, quoniam cum registra, quæ producuntur, sunt valdè diminuta, & consumpta, nihil omnino certi ex illis dici potest. Dixerunt
7 etiam vt perquirã, an verum sit, si id quod prætendit Cõcordia, se nõ posse clarè probare ius suum, eo quòd acta multa fuerint incendio combusta. Nam si hoc verum esset, mitius cum ea sanè foret agendum.

DECISIO DXXVII.

Romana duorum milium, 24. April. 1559.

SVMMARIA.

1 *Locus loci, vtrum in recognitione apochæ confessoriæ de recepto in casu dotis requiratur, vt sit probatoria ad effectum, de quo agitur.*

2 *Ius commune in recognitione schedulæ, aut apochæ priuatæ, requirit testes, qui præsentes fuerint tempore, quo dicta apocha fuit conscripta.*

3 *Notarius aut scribens apocham priuatam in eius recognitione omnino de iure communi requiritur.*

4 *Comparatio litterarum, & agnitio manus scribentis apocham, non sufficiunt in recognitione schedulæ priuatæ.*

5 *Statuta vrbis in recognoscẽda manu, & apochis priuatis, requirunt tres testes recognoscentes, aliud est de stylo Curiæ.*

6 *Contrarij testes dicuntur, si vnus deponat schedulam scriptam in ciuitate manu certi cuiusdam scribentis alius allatum fuisse folium album tantum, & ideo reprobantur, nec valent in recognitione apocharum priuatarum requisita.*

7 *Expressio loci in scriptura priuata, quando, & qualis requiratur ex doct. Bar. in l. qui tabernam, §. idem quæsijt, de pignor.*

8 *Probari validum esse si debeat instrumentum validum, non locus tantum, sed locus loci apponi debet, quæ tali casu appositio a Rota omnino requiritur, maximè, vbi testes continuo inter se non conuenerunt circa locum ipsum de quo est controuersia.*

9 *Examinatio testium facta sine interrogatorijs contra protestationem partis prætendentis de interesse suo, an sit releuans.*

QVærebam, *an ex dictis testium, quorum copia datur, schedula 1532. sit sufficienter recognita ad effectũ, de
1 quo agitur, & an loci expressio fuerit in ea necessaria, aut saltem probetur, satis ex testibus productis*: Domini cõcluserunt, quoad primam partem dubij, schedulã non esse sufficienter recognitam: Nam si loquamur de iure com-
2 muni, certũ, † est in recognitione apochę priuatę, neces
3 sarios esse testes, qui præsentes fuerint tempore, quo † dicta apocha fuit scripta, & recognoscatur manus scribentis, Affl. dec. 181. nu 8. Alex. cons. 23. nu. 3. in primo, & 76. nu. 4. in 3. Dec. cons. 615. nu. 3. Ias. l. admonendi, nu. 88. de iureiur. Fel. c. 2. nu. 14. de fide instr. Paris. cõs. 19. nu. 43. & seq. lib. 3. Ruin. cõs. 29. in 4. Put. 1. de fide instr. Ar
4 ch. 2. de fide instr. Quæ aũt ex aduerso allegãtur, vt scilicet sufficiat cõparationem litterarum habere notam manum scribentis, nõ ꝓcedunt in schedulis priuatis, prout modo loquimur, vt per Ruin. cõs. 70. in 4: Pereg. n. 282. de fide instrum. lib. 2. Quòd si etiam loquimur secundũ
5 statuta Vrbis, de quo in nouis informationibus, c. 29. & tunc requiruntur tres testes recognoscentes, qui hic nõ adsunt. Sin aũt loquamur tantũ de stylo, tunc quia est quid facti, nec Caietanus in actis probatur, non potest quisque super eo firmari aduersus ius commune: Quæ opinio eo magis placuit, ꝙ duo testes, qui deponunt de
6 hac subscriptione, videantur, inter se contrarij, cum alter dicat, schedulam fuisse confectam in ciuitate . . . manu Iacobi tunc præsentis, & alter dicat, allatũ fuisse folium album tantũ. Vnde rei veritas omnino non deduci
7 tur. Quoad secundam partem dubij dixerunt, quamuis in scriptura priuata non requiratur loci expressio, vt per Bar. l. cum tabernam, §. idem quæsijt, de pignor. Boer. decis. 172. num. 1. Paris. consil. 78. num. 22. in 3. tamen id verum est, vbi agitur tantũ de præiudicio tertij, prout in casu nostro, Abb. c. 2. nu. 10. de fide instrum. Dec. c. 1.
8 nu. 9. eodem titulo, prout etiã, cum loquimur † de instrumento publico, Rota requirere solet nõ tantũ locũ, sed etiam locũ loci, Rota in antiq. 5. de fide instrum. Dominus Fabius Decanus, decis. 4. maximè vbi testes non cõtinuò inter se cõuenerũt circa locũ, Auth. quib. mod. nat. l. . . . §. illud quoque, vers. quantũ vero, & c. quoties condit. 1. q. 7. Hæc quoad dubium propositum. Nam dicebãt etiam Altouiti, non recognitam fuisse manũ Thomæ de Narnia, q subscripsit schedulã, sed Thomæ Sun-
9 cino, qui diuersus est, item † examinatos fuisse testes absque interrogatorijs, cõtra eorum protestationes, de quibus postea videndum erit, an subsistant, sicut & illud de statuto vrbis, an omnino hoc casu requiratur recognitio trium testium.

DECISIO DXXVIII.

Vincentin. parochiali de Patinos, 12. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata in fauorem partis per cõtradictas pars aduersa non debet per obtentionem restitutionis in integrum, cum clausula, prout de iure, audiri.*

2 *Iudicato si pars non paruerit, an debeat audiri, in restitutione in integrum petita, si asserat se concordiam inijsse cum parte aduersa, & quantam per se fieri poterat requisita a se impleta, fuisse deceptum tamen a suo procuratore, qui collusit cum aduersario.*

3 *Pars tamquam periura, & colludens cum procuratore aduersarij a iudicio est omnino repellenda.*

4 *Collusio, fraus, & periurium, an ex hoc probentur, quod procu-*

procuratores partium simul in eadem domo cohabitent simulque eadem mensa communi fruantur.

4 *Et an ex his sententia obtenta per contradictas obsit parti, quo minus audiatur super bonis iure suo, si quod habet etiam non parito iudicato, ibid.*

5 *Collusio non potest probari persona ipsius, qui tempore latæ sententiæ non erat procurator, licet postea procuratorium habuerit mandatum.*

6 *Prætendens se ab aliquo deceptum, qui nondum erat procurator alterius, cuius caussa dicit se deceptum, contra deceptorem agere potest, sine præiudicio principalis, cuius postea factus est procurator.*

7 *Iustam caussam habens & honestam, si non paruit iudicato, eo tamen non obstante audiri debet in petitis.*

8 *Concordia inita cum patre, & ad hoc mandatũ transmissum, licet deceptio interuenerit ex parte procuratoris partis, satis iusta caussa est, quòd quis non dicatur paruisse iudicato, ita vt non debeat audientia denegari.*

1 CVm ego tulissem sententiam in fauorem Francisci per cõtradictas contra Georgium, nunc Georgius obtinuerat restitutionem in integrum, cũ clausula, prout de iure (?) eamdem commiserat. Franciscus

2 etiam obiiciebat, † non esse audiendum, non parito iudicato. Georgius respondebat se iampridem inijsse cõcordiam cum Francisco, sequè ex parte sua eam impleuisse. Deceptum tamen fuisse a procuratore suo, quia collusit cum Francisco, super qua re examinauerat nonnullos testes. Dicebaturque Franciscum a iudicio esse repellen-

3 dum, † tamquam periurum, & collusionem saltem ex persona procuratoris sui, qui dolose in hac re versatus erat, & procuratorẽ Georgij malis artibus corruperat. Ideò proposui dubium huiusmodi stante cõcordia cum clausulis, prout in ea, quòd Georgius intra quattuor mẽses constituerat procuratorem Martinum ad consentiendum, & pecunias, & mandata trãsmisit. Et quòd probetur, quòd Antonius, & Martinus simul habitabant, & comedebant. Imò testes dicunt prout in copia, quæ datur, & stantibus etiam litteris commendatitijs ad Mar-

4 tinum, de quibus in actis, an † ex his constet de collusione, aut fraude, aut periurio, ita vt sententia obtenta ab Antonio per contradictas non præiudicet Georgio, quò minus audiatur super bono iure suo, si quod habet, etiã nõ parito iudicato, & etiam Antonius tamquam periurus, aut collusor sit a iudicio repellendus, & antea facta

5 fuerunt nulla. Dñi concluserunt, † non constare de collusione, nec de periurio, quia Martinus tẽpore latæ sententiæ non erat procurator, nec testes probant concludenter illum tunc fuisse procuratorẽ Antonij. Ergo Frãcisci procurator Georgij, quòd si Georgius prætendit se fuisse deceptum a Martino agat contra illum. Nam com

6 missum a Martino, † non debet principali nocere, quia tamen Franciscus prætendit, Georgium non esse audiendum, nisi parito iudicato. Domini concluserunt in hoc, imò audiendum esse de bono iure vtriusque, etiam non

7 parito iudicato, quod † dictum Staph. non procedit, vbi quis habuit aliquam iustam caussam, & honestã. Quare

8 ita contra eum fit processum, Cassad. 5. in fin. de appell. In casu autem nostro satis est honesta caussa ob concordiam tractatam, ob mandatum missum Martino, & alia ex quibus constat, nec contumacem, nec negligentem fuisse, Staphil. pag. 163. vers. si verò non iudicatur. Igitur de bono iure simpliciter est agendum.

DECISIO DXXIX.

Romana releuationis indemnitatis, 12. Maij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Priuati libri cuiusdam, an probent depositam pecuniam va riasque summas apud alium.*

DVbium diuidatur in duas partes. Primò agatur de secunda parte statuti simul in cessione, quæ prætenditur facta D. Virginiæ de anno 1558. & an Iis illa excludatur, seu quia statutum in secunda parte intellectum, quod prætendit Caffarellus, excludat pupillum? Quoad hanc caussam, seu quia ipsa agat ex cessione, non ex iure pupilli. Deinde agatur secundo loco, an pecuniæ sint solutæ ex pecunijs Io. Petri Caffarelli, an D. Hierony. ma-

1 ximè quia Io. Petrus ostẽdit quosdam libros suos priuatos, quibus ait, constare se deposuisse plures pecunias va riasq; summas, apud ipsum Hieronymum de Vecturis.

DECISIO DXXX.

Cæsaraugustana erectionis Capellæ, 12. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Aedificans ex priuilegio contra alios priuilegiatos, recentius priuilegium, & clausulis validioribus magisq; prægnantibus munitum, præualere debet.*

2 *Inhibitio de non ædificando prope monasteriũ ad spatium cannarum 300. an valida sit contra priuilegiatos prægnantibus priuilegijs, & recentibus.*

3 *Inhibitio de non mouẽdo (?) contraria priori inhibitioni de non ædificando, quid operetur in fauorem recenter priuilegiatorum contra antiquius priuilegiatos.*

4 *Attentasse partem asserenti, & super ea caussam committenti cum inhibitione, opponi potest commissio alia ad docendum de attentatis prætensis.*

5 *Processus si non sit in forma probanti, nec vigore compulsorialium legitimè deductus, an dici possit.*

6 *Testis deponens de publica voce & fama non percutiens tempus necessarium, nec locum, neque alia requisita de iure nihil probat.*

7 *Caussa attentatorum prætensa, & principale negocium purgat haud dubiè, & coadiuuat priuilegij vigorem & præstantiam noniter concessi, ita vt ius deductum optimè ex eo dicatur probari.*

1 COllegium Societatis Iesu cœperat ædificare Ecclesiã distantem spacio 200. cãnarum, vel circa ab Ecclesia fratrum S. Augustini, illi fratres prætendentes habere priuilegium Clementis Quarti, ne liceat religioso ædificare intra spacium 300. cannarum, aliquam Eccle-

2 siam propè eorum monasterium, inhibuerũt illis coram asserto suo conseruatore, ne ædificarent. Ex aduerso Societas, quæ & ipsa prætendebat habere suum conserua-

3 torem in partibus, fecit & inhiberi fratribus S. August. vt cessarent a molestijs, ex qua occasione sequutę fuerũt hincinde censuræ, & plures aliæ controuersiæ. Tamen Societas commisit caussam iactationis hic in curia, postquam præfati fratres S. August. prætendẽtes in partibus societatem attentasse, commiserunt causam attentatorum, cum inhibitione coram D. Chiffanen. in cuius locum ego subrogatus fui. Societas autem vigore alterius commissionis, obtinuit illi præfigi terminum ad docen-

4 dum de attentatis. Vnde fratres produxerunt quemdam processum de partibus, & examinarunt nonnullos testes, & ostenderunt, societatem attentasse non tantum post inhibitionem decretam in Rota a Dom. Chiffanen. cum autem coram me sæpius priuatim esset informatum, & Societas ostenderet varijs rationibus nullam fuisse, & inualidam inhibitionem sibi factam in parti-

5 bus, ne ædificaret, tum animaduerti totum processum productum, non esse in forma probanti, nec extractum vigore compulsorialium, & multis alijs nullitatibus subiacere. Quo autem ad testes hic examinatos prospexi, nec ex his quidquam concludenter probari. Nam

6 vnus erat, qui deponebat de publica voce, & fama, sed non percutiebat nec tempus necessarium, nec locum, nec quidquam aliud. Præterea, quod videbatur adimere omnem difficultatem illud erat, quòd

7 Societas † produxerat priuilegium suum sibi concessum a Paulo Tertio, cum tot clausulis, adeò Aposto-

licis, & prægnantibus, vt ex his clarè constaret de iure suo, non tantum in caussa attentatorum, sed in negocio quoque principali: Quę cum summatim dominis in Rota retulissem, mandarunt mihi, vt arbitrio meo moderaretur inhibitio, atque ita feci, adductis tamen his alijs, de quibus in informationibus.

DECISIO DXXXI.

Giennen. beneficij, 12. Maij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Relatione facti deducta ratione interesse prætendentium ex mandato iudicium expeditio facienda est.*

1 RETuli factum † huius caussæ, in qua agebatur contra interesse prætendentes. Et domini mandarunt, vt caussam expedirem prout latius, &c.

DECISIO DXXXII.

Pisana Sancti Prosperi, 12. Maij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus nulliter deductum fuisse, vbi fuerit probatum, partis aduersæ in fauorem decernitur expeditio, maximè, vbi præsentationes factæ præsumantur ex vsurpatione.*

1 IDem etiam mandarunt mihi in † hac caussa Pisana, cum ex aduerso nullū probaretur iuspatronatus, & præsentationes potius præsumerentur ex vsurpatione, cum agatur ex vniuersitate, & præsertim in Tuscia, vt quidam ex Dominis inualidarunt. Rationes autem, & alia, quæ ad hanc caussam spectant, in libro relata sunt.

DECISIO DXXXIII.

Brixien. Canonicat. & præben. 17. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Resignans in fauorem alicuius reseruando sibi fructus, & regressum, si resignatarius capiat possessionem, sed non capitulariter, an rata sit taliter capta possessio.*

2 *Spolio vtrum agere possit resignatarius contra prouisum a Capitulo, cū spoliatus sua resignatione stante sibi antea facta cū regressu reseruato, & fructibus in persona iam defuncti, non ceperit possessionem capitulariter.*

3 *Actus facti nomine alicuius in Capitulo, qui tamen non capitulariter cępit possessionem, an ostendant habitum pro Canonico, & ad Canonicatum admissum.*

4 *Electio alicuius in Canonicum haud dubiè dicitur esse ex ijs actibus, qui dicuntur capitulares.*

5 *Propriè dicitur actus factus capitulariter, & esse capitularis, cum agitur de electione facienda a Canonicis rectè, & ritè congregatis.*

6 *Vigore instrumenti cuiusdam facta electio in personam alicuius, an dici possit capitulariter facta, maximè eodem instrumento non existente amplius.*

7 *Actus gesti a Canonicis cum fundati sint in iure communi, præsumuntur Capitulares, nisi probatio deducatur in contrarium.*

8 *Instrumentis si appareat nullos alios actibus electionum interuenisse, quam Canonicos, probantur actus capitulariter gesti.*

9 *Præparatorius actus ad electionem non est diuersus ab actu capitulari.*

10 *Electionis actus gesti, per procuratores, an probent possessionem capitulariter fuisse captam a parte principali, & eam sufficienter iustificent.*

11 *Procuratore alicuius eligente capitulariter, an requiratur alia electio a principali.*

12 *Exhibens se nequaquam Canonicis, qui prætendit se Canonicum, idque per longum temporis spacium, nec alium eligat procuratorem, qui non sit Canonicus, an sibi in iure prætenso præiudicet hæc negligentia.*

1 QVoniam Matthæus, de Bonis, de anno † resignauit canonicatum, & præb. collegiatæ S. Andreæ de la
Scola in fauorē Francisci de Spaletijs reseruatis sibi fru-
ctib. ac regressu, Franciscus cępit possessionem, sed non
capitulariter: postea reperiebatur quidam actus factus
ab eius procuratore nomine tū Capituli, & cum deinde
Matthæus de anno 1551. decessisset, fuit prouisus a Ca-
pitulo Nicolaus Colonius, & cępit possessionem capitu-
2 lariter, in qua adhuc persistebat. Nūc Franc. agebat spo-
lio, atq; ad probandum suum primum extremum pro-
duxerat quosdam actus, & quasdā electiones factas no-
mine illius in Capitulo, ex quibus volebat ostendere se a
3 Canonicis habitum, & admissum fuisse in Canonicum,
iuxta decis. Cassad. 8. de causa posses. & propriet. Et pro-
pterea ego dubium proposui hoc pacto, videlicet presup
positis instrumētis electionis alterius canonici facti sub
4 die 22. Nouembr. 1545. quorum copia datur, an Capi-
tulares esse dicantur ad effectum, de quo agitur stante
presertim collatione, & professione Dñi Nicolai, sub die
13. Martij 1551. cuius copia etiā datur: Dñi dubiū hoc
distinxerūt in tres partes, Prima est, an hic dicatur actus
capitularis? Secūda, quot actus capitulares dicātur fuis-
se? Tertia an sufficiat ad primū extremum probandū in
5 casu isto? Quoad primum cōclusum fuit, hos actus dici
capitulares, cum agatur de electione facienda a canoni-
cis rectè congregatis, qui omnino dicitur actus propriè
capitularis. Innoc. in c. in litteris, & c. ex parte, nu. 5. de
rest. spol. Abb. c. 1. nu. 12. & c. quapropter, de elect. facit
cōs. Paris. 92. nu. 13. & seq. in 4. Fel. c. eā te, nu. 14. vers. 1.
6 declaratio, de rescript. Nec obstat quod electiones fue-
rint factæ uigore cuiusdam instrumēti Antonij de Salis,
quod cum non extet, non uidetur posse dici electio ca-
pitularis, cum poterit id instrumentum aliter continere.
Nā respōsum fuit, actum ipsum suapte natura esse capi-
7 tularem, & fundatam esse ex iure cōi intentionem cano-
8 nicorum, nisi contrariū probetur: deinde ex instrumen-
tis deductis satis appareret nō alios, quam canonicos ad
hos actus admissos fuisse. Quoad primam partem dictū
fuit hos esse tantum duos capitulares, uidelicet duas ele-
ctiones diuersis temporibus factas, prout in instrumen-
tis, siquidem ille actus protestationū, qui pro parte Spa-
9 letij, qui dicitur esse tertius actus seorsum ab electione,
Dñis non uidebatur diuersus esse, sed potius preparatio
ad illam electionem, eodem modo ille actus electionis
factus cuidam Io. Mariæ creditori Capituli, qui pro par-
te Spaletij dicitur quartus actus, non uidetur merè fuis-
se actus capitularis, & procurator Spaletij ad cū actum
nullum mandatum habebat. Vnde relinquuntur tantū
10 duo actus capitulares: Quoad secundam partem non
sufficere hos actus ad iustificandum possessionem capi-
tularem, iuxta decis. 77. in nou. & maximè ad probandū
extremum, quod plene probandum est. Primò, quia non
cōstat, quod procuratores Spaletij dederint suffragium no-
mine Spaletij particulariter prout requiritur, quia de
hoc in instrumēto nullū uerbum. Secundò, quia nō con-
11 stat, quod procurator, cum elegerit, quem & ipse eligit,
quod est necessarium, aliàs electio est nulla. c. si quis iu-
sto. §. porro, de electionib. in 6. Rom. cōs. 76. Tertiò, quia
nec constat, quòd ex illo actu uoluit sibi acquirere pos-
sessionem capitularē in hoc & in alijs iuribus, iuxta de-
cis. 277. in nou. quia nunc idem fuerit Canonicus, qui in
electione adetat, & idem uoluerit esse procurator Spa-
letij, non potest ex his elici certa patientia Canonicorū,
quoad Spaletium, sed potius uidetur quædam furtiua
12 quoad est ingressio. Quartò, quod iam longo temporis spa-
tio numquam se coram canonicis exhibuerit, aut saltem
alium procuratorem sibi elegerit, qui non esset canoni-
cus, ut canonici certò scire possent, illum procuratorem
gerere personam Spaletij, & nō suam ipsius, qui nō erat
canonicus. Itaq; nisi Spaletius aliud probet, nō uidetur
in spolio posse obtinere, si tamen uoluerit ipse circa hanc
tertiam partem audiri, rursus detur dubium, quoniam
quoad hoc ipse particulariter non informauit,

DECI-

DECISIO DXXXIV.

Aprutina beneficij S. Ægidij. 17. Martij 1559.

SVMMARIA.

1 *Remissoria decreta, si elapso iam triennio, & aliquot mensibus contra petentem pronuncietur, numquid illo regresso nunc docto de iusto impedimento recenter adueniens idq. per iudices remissoriales, per signaturam restitutionem obtinet in integrum.*

Et an talis absens saltem ad instantiam partis aduersæ teneatur ad factarum in cursu processus deductis expensarũ restitutionem, num. seq.

Negatiuam vide ex decisione Rotali, num. seq. idque ratione iusti impedimenti sufficienter per litteras iudicum remissorialium probati.

1 CVm aliàs decreuissem † remissoriã, & elapso triẽnio
p aliquot menses pronunciasſẽ contra eũ qui petierat remissoriam, & numquam amplius redierat, nunc ille aduenit, factaq. fide de iusto impedimẽto per iudices remissoriales allato, obtinuit a signatura restitutionem
2 prout de iure. Pars † aduersa dicebat, eũ teneri saltem ad
3 reficiendas expensas. Domini † dixerunt, ex quo habuit iustum impedimentum, debere me illi terminum remissoriæ protogare, absque alia expensarum refectione, & sequestrum a me aliàs in decreto remissoriæ appositum non esse dimittendum, sed ita prout antea relinquendũ.

DECISIO DXXXV.

Perusina Plebis de confinio, die 17. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Administrans per eosdem agentes per quos prius administrauit plebaniam quam tamen resignauit, fructusq. in ea percipiens, an ob id dicatur habere ius adhuc in dicta plebania.*

2 *Subrogatus in beneficio ante litigioso, quod adhuc post obitum primi subrogantis adhuc est litigiosum, ex eo, quòd ius in eo tertius prætẽdat, qui etiam ad aliquod dies possedit pacificè, & tantum spoliatum se dicat, cum & spoliator spolium in se antea commissum prætendat, quid iuris prætendere possit, & quod spolium, an primũ vel vltimum veniat purgandum.*

3 *Antiquior possessor ratione suæ possessionis tamquam meliori iure nixus est restituibilis, & spolium secundo admissum est purgandum.*

4 *Decedens in possessione qui dicitur cessisse in alium, an præiudicet cessionario suo, cum nulla dicatur illa cessio ex non subsecuta translatione possessionis.*

5 *Præsupposita in facto falso a parte aduersa deducta non obesse debent cessionario in iure suo.*

6 *Possessio ex decreto irritanti promanans, an restituibilis sit, necne.*

7 *Videndum est quis tempore mortis resignans duorum litigantium se mutuo spolio afficientium possideat, eo fine, vt de legitima possessione constare possit.*

8 *Dicitur in possessione decessisse non obstante resignatione, & cessione facta in alium, qui non reuocauit in cessione procuratores & factores suos ad fructuum perceptionem antea constitutos.*

9 *Simplex resignatio nullam præsupponit amplius in resignante reseruationem fructuum, & possessionis, vtpote omnibus absolutè translatis in resignatarium.*

10 *Resignare simpliciter non potest dici is, cuius procuratores perseuerant solito more in fructuum perceptione, & pristina sibi commissa rerum omnium administratione vsque ad mortem resignantis, cum is etiam dicatur in possessione perseuerare.*

11 *Cessione præambula, an dicatur semper reuocatum mandatum factoribus de fructuum perceptione factum.*

12 *Ius insimul cum titulo in beneficialibus dicitur penitus amitti per cessionem factam in alium, maximè vbi illa cessio fuerit simplex, & non ex conditione.*

13 *Dominus cedens bona alicui, retinere an possit naturalem possessionem per Colonum, nisi ille eijciatur.*

14 *Facta resignatio beneficij cum clausula, & clausulis, non aliter, nec alio modo, vtrum simplex veniat dicenda, vel conditionalis.*

15 *Resignans naturali possessione an priuetur postea quam fuerit sua resignatio effectum consecuta.*

16 *Examinatis in concursu testibus, præualet depositio illorum qui & numero, & probationibus præualent, & minores patiuntur exceptiones.*

CVm sæpius fuisset hæc caussa proposita coram D. Capuaquens. ego in hac secunda instantia primò dubitaui hoc modo, stante resignatione Balthasaris in manib. Papæ facta in fauorem Laurentij de anno 1541. & secus de publicatione non cõstat, ac stãte probatione 18. testium Deuirelli deponẽtiũ eumdem Balthasarem
1 post resignationem, videlicet de anno 1541. 1542. & 1546. vsq. ad eius obitum p eosdẽ agentes, & ministros, quib. prius vtebatur, semper possedisse hãc plebaniã, de qua agitur, eiusq. fructus percepisse, necnon eũ semper p omne id tempus publicè, & palã vsq. ad eius obitum ab hominib. habitum, & reputatum fuisse pro Dom. & Rectore dictæ plebaniæ, ad obtinẽdum in casu, de quo agitur. Non obstantib. dictis testium pro parte Laurẽtij examinatorum. Hoc dubium ita a me fuerat propositũ, qm̃ cum Balthasar resignasset hoc beneficium de anno 1541. in fauorem Laurẽtij cum subrogatione, & postea de anno 1545. de mense Decẽbris Balthasar decessisset, quidam Iosephus, quia antea prætendebat ius in hoc be
2 neficio, & litigauerat cum Balthasare, q̃ lis adhuc durabat, sicut p mortem Balthasaris ẽt prouisus, & subrogatus ẽt ex parte Balthasaris esset ingressus possessionem, & in ea perstitisset p decẽ & octo dies pacificè. Fuit deinde spoliatus a Laurentio cessionario Balthasaris, qui Laurentius prætendebat, se prius fuisse spoliatũ a D. Iosepho, qui post cessione Balthasaris ipse fuerat in possessione. Cum aũt Ioseph responderet, vltimum suum spolium esse purgandũ, quo ipse eiectus fuerat a Laurẽtio, propositum fuit dubiũ corã Capuaquens. die 4. Noué-
3 bris 1558. an possessio Iosephi esset restituibilis, in quo Dñi concluserunt esse restituibilẽ. Verum quia tũc præ-
4 suppositũ fuit, Balthasarem decessisse in possessione, & consequenter eius cessionẽ in Laurẽtiũ, cũ subrogatione
5 fuisse nullã: nũc Laurentius dicebat, illud p̃suppositum in facto fuisse falsũ, qm̃ tẽpore mortis Balthasaris non possidebat Balthasar cũ decreto irritãti non potuit Iosephus apprehẽdere possessionẽ qa infecta fuit illa possessio, videlicet postea reiectus fuit a Laurentio, non tamẽ
6 eã possessio est restituibilis ob decretum irritans. Cassad. 1. & 2. de rest. spol. Hac igitur occasione ego proposui dubiũ, de quo supra, vt videremus qs tempore mor-
7 tis possideret, an ipse Balthasar, an verò Laurẽtius. Dñi aũt ita concluserũt, q̃ si Balthasar in reseruatione reseruauit sibi aliquid veluti fructus, aut regressũ, tũc qa per cessionẽ non intelligitur reuocasse procuratores, aut factores suos, cũ ille rõne interesse Balthasaris perstiterit in possessione, iuxta decisio. Crescẽtij. 161. Idcirco hinc 8
sequebatur, Balthasarẽ ipsum decessisse in possessione, prout probãt 18. testes prout supra in p̃supposito dubio.
9 Quod si resignatio Balthasaris fuerit simplex, tunc Dñi nihil omnino firmarũt, sed tñ nonnulli sentire videbantur, ẽt hoc casu dictũ Balthasarẽ decessisse in possessio-
10 ne, cũ illi agẽtes pcipérẽt fructus vsq. ad eius mortem.
11 Nec obstat, q̃ p cessionẽ intelligatur reuocatũ esse mandatũ, Clem. fi. de procur. Rot. in nou. 316. Cassad. 16. super regula. Et consequenter, q̃ factores Balthasaris ideò fuerint

12 fuerint reuocati, quoniam respondebatur per † cessio-
nem amitti ius & titulum, non antea etiam, quæ sunt fa
cta, quia hac continentur. Cap. Tolos. 347. Pur. 14. de
procur. Et fuit dictum in caussa Placentin. coram Ora-
dino 12. Iunij. 1544. adducebatur, & dictum Alex. in l.
13 pereg. §. quis in 9. casu de acq. poss. vbi † Dominus cedēs
possessionem retinet tamen naturalem per colonum, ni-
14 si ille eijciatur. Dicebatur etiam, hanc resignationē fuis
se conditionalē cum clausula, & clausulis, nec alio mo-
do, ideoq; anteq̃ constet Laurentiū acceptasse cessionē,
15 potuit Balthasar, & † eius agētes certè percipere fructus
nec. n. resignans priuatur possessione naturali, postq̃ resi
gnatio fuerit effectū consequutā. Rebuff. in pract. pag.
500. 41. & seq. & allegata fuerunt, quæ notat Pupil. in
addit. 28. de procurat. in nou. Tñ circa hanc secundam
partem nihil fuit firmatum, nisi quod omnes admitte-
16 bant in fauorem Laurentij examinatos, non † esse consi
derandas in concursu, cum alijs præualeant, & numero,
& probationibus, & minores patiantur exceptiones.

DECISIO DXXXVI.

Roman. fideicommissi de Grassis. 22. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Locationis recognitionem factam fuisse tempore finita loca
tionis asserens, eam probare tenetur.*

2 *Recognitio facta a conducente domum, aut quid simile, an
pratendat dominij translationem in mulieres, qua praten
dunt ex assertione recognoscentis domina stabilium bono
rum antea locatorum.*

3 *Instrumenta producta sub diuersa data duo, confessione ad-
uersarij accedente, qua nominatur affictuarius ille reco-
gnoscens, an probent possessionem translatam in matro-
nas recognitas.*

4 *Recognitio affictuarij pratensi qua agnoscit dominas soro-
res, non est sufficiens ad dominij translationem.*

QVoniam in vltima propositione fuerat propositū
1 re cognitionē † fuisse factam eo tempore, quo loca
tio erat finita? Nūc cū pars præsupponeret, & prætendo
ret, hoc præsuppositū verū non esse, ideò totam illā deci
sionē retractandā. Ego vt illis obsequerer rursus propo-
sui dubium, an sublocatio Marij tēpore recognitionis es
2 set finita. Etiā † posito, ꝙ nō ante ex recognitione fuerit
translata possessio in sorores, ad effectū, de quo agit. Cir
3 ca primā partē dubij, cū pro parte sororū quattuor de-
ducerētur, videlicet domino instrumēta alterum 9. No-
uemb. 1541. alterū 18. Nouemb. 1545. deinde confessio
Vincētij aduersarij facta post resignationē in cōmissio-
ne impetrata, vbi nominat Mariū affictuarium, de qua
in actis fol. 338. in registro magno. Tñ Dñi circa hoc ni
hil firmarūt, q̃uis multi inclinarunt, non iudicari ex his
finitam esse locationem, superuacaneam putarent, quo-
niam siue finita fuerit locatio tunc temporis, siue non,
4 nihil referre statuerunt, cum † recognitio illa non suffi-
ciat ad transferendam possessionem ex rationibus aliās
traditis, quæ etiam procedunt licet locatio adhuc durasset, vt patet supra die secunda Decembr. 1558. manda-
runtque, vt post hac agatur de bono iure in negocio
principali, & omittatur hæc caussa possessorij pro vtraq.
parte, quæ patit multas difficultates.

DECISIO DXXXVII.

Cremonen. Cantoriæ. 22. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Caussa vbi exemplaris est, & agatur de indulto omnium
Cardinalium, quid agendum sit.*

2 *Regula reuocatoria indultorum Ordinarijs, & Cardinali-
bus concessorum, an perdat indulta quòd preseruat ius
confirmandi Ordinarijs concessum.*

Eadem regula, quē ob finē potissimū fuerit edita, nu. seq.

4 *Ius confirmandi competens vt Ordinario, qualiter dica-
tur reuocatum.*

5 *Minus potentia trahūtur per ea qua maioris sunt potētia,*

6 *Regula reuocatoria indultorum non solum spectat ad in-
feriorem collationem, promotionem, præsentationem,
electionem, seu quamuis aliam dispositionem, sed etiā
Cardinalium tam Ordinariorum, quam non Ordina-
riorum.*

7 *Duplex vel triplex pro Pontificis beneplacita Cardinali-
bus ratione iuris confirmandi in beneficijs indultum
concedi solet.*

8 *Indultum concedens Cardinalibus ius liberè disponēdi de
omnibus beneficijs, quæ ad eos iure Ordinario spectāt
in sua Diœcesi, non obstante regula octo mensium, pri-
mæuum ius illis dicitur conseruare, ad regulam reuoca
toriam, nihil autem illis de nouo dare.*

*Taleque ius tamquam fauorabile, & ad præseruationem
iuris Ordinarij per regulam reseruatoriam nullo mo-
do Papa vult attingi, nu. seq.*

10 *Expectatiua succedunt loco regula octo mensium, nihilq.
iuris adimunt Cardinalibus Ordinarijs, sed eos illæsos
dimittunt.*

11 *Episcopi Ordinarij non impediuntur ab expectantibus vti
iure suo, ergo nec Cardinalibus debet ēt esse prohibitū.*

12 *Cardinalib. vt Ordinarijs quadā competunt iure proprio,
quadam iure alieno, tamquam indulta, quæ liberalitate
sua illis concedit Papa, qui & per regulam reuocato-
riam adimit indulta, relictis ijs quæ iure proprio habēt.*

13 *Beneficia quæ & qualia complecti dicantur sub regula
reuocatoria.*

14 *Conferre velle beneficium quendam Cardinalem, vt Or-
dinarium loci, aliud est ab eo, quòd velle confirmare,
vt hoc casu.*

15 *Regula reuocatoria si tantum de iure conferendi, & præ
sentandi faciat mentionem, non includit ius confirmā-
di, quod longè diuersum est a iuribus præsentandi, &
conferendi.*

16 *Verba spectantia ad ius confirmandi in regula reuocato
ria indultorum qualiter veniant accipienda, vel stri-
ctè, vel latè, idque ex vi verbi spectantia, & ex subie-
cta materia.*

17 *Modificatoria regula insequens regulam reuocatoriam
indultorum ius confirmandi retinet illæsum ex vi iuris
communis, quod Papa nullatenus solet attingere.*

18 *Expectantes vigore sua expectatiuæ non possunt capere
beneficia reseruata, nec ea quæ iuris dicitur esse patro
natus, nec alia quæ similis sunt natura ex vi priuilegio-
rum, vel indultorum.*

19 *Prouisio beneficiorum licet aliquando spectet ad inferio-
res, ius tamen confirmandi spectat ad Ordinarium, vel
Archidiaconum, Præpositum, aut similes prælatos.*

20 *Vbi de præiudicio alienius agitur derogando iuri commu
ni, stricta est facienda tali casu interpretatio.*

CVm aliàs caussa hæc fuisset ꝓposita, & corā bo. me.
Domino Iunio, & corā me, in eius locum subroga-
to, visique fuissent Domini aliquando inclinare in fauo
rem expectatiuæ contra Cardin. nihil tamen vnquā cer
ti affirmassent, tamen, quia aliqui dissentiebant, tū quia
pro parte Cardin. prætendebatur stylum esse in contra-
1 rium, & quia caussa erat exemplaris, agebatur de indul
to omnium Cardinalium. Idcircò voluerunt, rē maturius
considerari, & excuti. Quapropter cum pars contra Car
dinal. satis vrgeret pro caussæ expeditione, ego ex man-
dato Rotæ admonui partem vtramque, vt diligenter
informaret super huiusmodi, quod proposui, videli-
cet præsupposito, quòd electio Cantoriæ, de qua agitur,
spectet ad Capitulum, & confirmatio ad Episcopum.
stante

2 stante, † prima regula reuocatoria indultorum, & se-
cunda altera moderatoria eadem die publicatis, quo-
rum copia datur, *an indultum, quod praeseruat ius confir-
mandi Card. tāquam Ord. dicatur ita esse per dictas regu-
las reuocatū, vt expectatiua Io. Petri praeualeat, & sit cano
nizanda*. Pro parte Io. Petri tria praecipuè adduceban
3 tur. Primò, † *quod regula reuocatoria edita fuit fauore
expectantium, vt fructum consequi possent ex eorum ex-
pectatiuis, vt patet ex illius proœmio*. Cum igitur Papa
velit, vt expectantes praeualeant inferioribus collatori-
bus in mensibus reseruatis, vtique si diceremus ius con-
firmandi, quod competit Card. non esse reuocatum se-
queretur collationem inferiorum etiam in mensibus re-
seruatis non esse praeseruatam. Nec videatur absurdū,
4 quòd ius confirmandi competens Cardin. vt † Ordina-
rio, dicatur hoc modo esse reuocatum, quoniam cum
regula principaliter respiciat commodum expectantiū,
5 debet fauore ipsorum † vti potentiorum, trahere ad
se etiam ius confirmandi competens aliter Ordinario,
cum in his, quae mixta sunt, quod potentius est, trahat
ad se alterum, capitulo, cum in dubijs, de consecr. Ec-
cles. cum simul. Primum erat fundamentum illius ex
verbis dictae regulae reuocatoriae, quae in prima parte re-
uocat indulta Cardinalium, non Ordinariorum in alie-
nis, deinde in §. necnon eisdem, loquitur tam de Card.
Ordinarijs, quàm non Ordinarijs, quae verba alias es-
sent superflua, nisi ex his intelligerentur reuocata in-
dulta concessa Card. etiam Ordinarijs, quoad ius con-
firmandi etiam in sua Dioeces. Tertia ratio ex verbis
6 eiusdem, §. necnon eisdem, vbi reuocat indulta † quoad
beneficia spectantia ad inferiorem collationem, promo-
tionem, praesentationem, electionem, seu quamuis
aliam dispositionem, quae verba cum ampla sint, viden
tur complecti etiam casum, de quo agitur. Verum his
non obstantib. Domini omnes contrariam partem pro-
bauerunt, videlicet, non esse reuocatum ex dicta regu-
la ius confirmandi competens Cardinali, vt Ordinario.
7 Praesupponebatur † in primis, Cardinalib. aliquando
concedi duplex indultum, aut etiam triplex, prout Pa-
pa permittit. Quoddam est, quod illis conceditur tan-
tum ius libere disponendi de omnib. beneficijs, quae ad
eos iure Ordinario spectant in sua Dioeces. non obstante
8 regula octo mensium. Et hoc indultum nihil dicitur
illis de nouo dare, sed tantum praeseruat illis ius suum
primaeuum ad regulā reuocatoriam. Ideoq; dicitur fa-
uorabile, Cassad. 3. & 5. de priuil. simo. 8. aliud est in-
dultū, quòd ius tribuit disponendi de beneficijs in pro-
pria Dioec. quae tū spectant non ad Ordinarij collatio-
nem, sed ad aliorum inferiorum prouisionem, & in qui
bus Ordinarius nullum prorsus ius habet. Dicebant igi
tur ex regula reuocatoria reuocari tanū secundum, &
tertium indultum, non autem, primum, de quo supra,
9 quoniā cū illud sit praeseruatiuū iuris Ordinarij, & fauo
rabile, Papa noluit vllo modo attingere. Idque osten-
10 debant varijs rationib. Primò, cum expectatiuae succe-
dant loco regulae octo mensium, vt notum est de regula
octo mensium, nihil iuris adimunt Cardinalib. Ordina
rijs, sed eos illęsos dimittunt, vt dicitur in principio d. re
gulae: absurdum certè esset, si ex regula reuocatoria
esset sublatum Card. Ordinarijs ius conferendi expecta
tiuas, plus praeiudicari Card. quam regula octo men-
sium, cum potius contrarium verum sit, vt multis exē-
plis patet. Secundò, sequeretur, quòd Cardin. Ordina-
rius deterioris esset cōditionis, quam alios Ordinarios.
11 Episcopos, cū Episcopi non impediantur ab expectanti
bus vti iure confirmandi. Ergo nec Cardinalib. etiam
debet esse prohibitū. Tertiò, ꝙ ex dicta regula reuoca-
toria, & alia moderatoria apparet commodum expectā
tium, noluisse ea tantum Cardinalib. adimere, quibus
fruebantur praeter eorum ordinariam fundationē, quo-
12 niā cū illis quaedam cōpetunt iure proprio, vt ordina-
rijs, quaedam iure alieno ob indulta, quae eis concedens
ex liberalitate sua, voluit nunc Papa illud eis adimere,
quod tantum alienum habebant, non autem id reuoca-
re, quod iuris proprij, & Ordinarij illorum est. Quar-
tò hoc probant verba d. regulae reuocatoriae caussam
13 considerando tripliciter. Primò, † quia in prima parte
loquitur tantum de beneficijs in alienis Dioec. spectan-
tibus, ad collationem ordinariam, quod patet ex varijs
verbis ibi de ipsorum Ordinariorum consensu, & ex to-
to contextu illius partis, & in hoc non versantur ca-
sus nostri: In secunda autem parte in ver. necnon eis-
dem, loquitur tantum de beneficijs spectantibus ad col
lationem inferiorum, siue in propria, siue in aliena
Dioec. Et hic non est casus noster, cum Cardinalis non
14 vult conferre hoc beneficium, sed † tantum confirma-
re, quod quidem a regula non admittitur. Quod pro-
batur secundo loco, quia tum regula reuocat tantum
indultum, quoad ius cōferendi, pręsentandi, &c. & nul-
lum verbum facit de iure confirmandi proculdubio
15 confirmatio non comprehenditur, quae diuersa est, cap.
si. de off. Vicar. in 6. cum gl. quod & tertio suadetur in il
lo verbo spectantia, duntaxat strictè accipiendum est,
16 tam ex vi verbi, quam ex subiecta materia. Quintò
17 hoc confirmabant ex regula modificatoria sequente,
quae non relinquat Card. indultum suum illęsum, quo-
ad vnam Ecclesiam. Absurdū nimis esset, si diceremus
ius confirmandi esse reuocatum. Quod competit illis
non tantum ex indulto, sed de iure cōi, quod quidem Pa
pa nullatenus attingit. Vltimò accedebat etiam atte-
statio R. Card. Putei, & D. Berengarij, qui in conclu-
dendis his regulis ita se dicebant sensisse. . . . . Multum
etiam Dominos mouere dicebantur, si qua etiam in ver
bis regulę fuisset dubitatio, sed sunt hęc verba. Et ideo
hanc partem satis succederent eo firmius illorum etiam
auctoritate adiungebatur. Non obst. primum funda-
mentum pro contraria parte, non satis est expectanti-
bus, quod acceptabant alia beneficia ad collationem
inferiorum, quorum confirmatio non spectat ad Ordi-
narium, sed ad aliud ex priuilegio seu pręscriptione, vt
sępius videmus: vel dici potest, nullum hoc esse absur-
18 dum, quamuis expectantes non possunt capere reser-
uata, nec patronata, nec multa similia, inter quę non
est mirum, si & hęc sunt numeranda. Vel etiam respon-
deri potest, hoc non esse absurdum, quia & hoc etiam
dicendum fuisset in regula octo mēsium, ex qua tamen
praeseruatur ius Cardinalium, vt supra dictum fuit. Ad
secundum fundamentum satis responsum fuit supra.
Ad tertiam dicebatur, regulam debere intelligi de be-
neficijs liberè, & simpliciter spectantibus ad prouisionē
19 inferiorum, vel † de his, quorum prouisio licet spectet
liberè ad inferiores, ius tamen confirmandi pertinet ad
Ordinarium, seu ad alium veluti Archipresbyterum,
Praepositum, & similes. Et praesertim, quia vbi agitur de
praeiudicio alicuius derogando iure communi, stricta
20 sit interpretatio, cap. quamuis, de rescrip. in 6. capit. su-
per eo, de off. delegat. Haec autem firmabatur Dominis
loquentibus quoad literas praefatas, ex quib. non cense
tur reuocatum ius confirmandi competens Cardinali
Ordinario. Ceterum autem, an alia ratione hoc ius
confirmandi impediatur casu nostro, vel quia electio in-
feriorum fortasse impediatur ab expectantib. vel quia
Capitulum neminem elegerit, nec alia erit quaestio, mā-
darunt mihi, vt rationes supra traditas ostenderem ad-
uersarijs Cardin. vt videant si possint se ab his defende-
re, & caussa legitimè decidatur.

DECISIO DXXXVIII.

Salamant. beneficij de los Santos, 29. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Praelatus ante praestitum consensum in fauorem tertij, an
dicatur beneficium, seu commendam acceptasse.*

2 *Cardinalis acceptans beneficium, ita vt gratia familiaris*

non

non possit canonizari cui ex fauore fuit postea benefic.ũ collatum, non nocet per gesta a se, ante præstitum consensum dicto familiari.

3 *Curia stylo obseruatur litteras sub die obitus qui beneficium iam impetratum obtinuerat expediri.*

4 *Notario fidem facienti de data, seu expeditione litterarum, vt publica persona, & authentica credendum est.*

IN vltima propositione huius caussæ fuit relictum
1 illud dubium discutiendum, *an Cardinalis ante † præ-
stitum consensum in fauorem Alphonsi acceptauerit bene-
ficium, de quo agitur.* Quod quidem dubium nunc pro-
posui quibusdam alijs adiectis, de quib. in puncto. Do-
mini autem rem diuiserunt in duas partes: Quædam
enim apparent facta a Cardin. post consensum præsti-
tum, quædam vero ante. Si igitur quærimus, *an constet
2 Cardinalem accepisse beneficium, ita vt gratia Alphonsi
non possit canonizari iuxta decis. alias firmatam.* Et tunc
dicebant, omnia gesta a Cardinali post consensum pre-
stitum nihil nocere Alphonso, quia sibi iam erat ius quę-
situm. Quod si quæramus, an ex alijs gestis a Cardin.
ante consensum præstitum constet Cardin. acceptasse
beneficium, & omnes indistinctè negabant, & qood
tunc actus quidam æquiuoci, ex quibus necessario ius
inficitur, vt per Cardin. cons. 2. de preb. Staph. de litteris
pract. folio 95. Non igitur obstat, quod Cardin. impedi-
uerit derogationem de viginti, quia si Cardin. volebat
gratificari Alphonso, prout ostendit, oportebat eum
ita agere. Vnde non infertur, eum idcirco sibi voluis-
se beneficium acquirere. Non obstat etiam, quod Bulla
Cardin. sit sub data Augusti 1546. quoniam tamen in
3 Curia semper † expediantur litteræ sub die obitus, non
probatur hinc Card. acceptasse beneficium eo tempo-
re, cum registratum huiusmodi nocere non soleat, A-
lex. cons. 124. in 4. ante fin. præsertim cum Notarius fi-
4 dem faciat Card. non expediuisse litteras, nisi † de anno
1548. Non obstat, quod non apparet Alphonsum cogni-
tum fuisse Cardin. nisi octo menses post obitum Cepa-
dę, quoniam constat de contrario. Imò cum Cardinal.
pręstiterit consensum in eius fauorem, pręsumitur illi
pridem notum fuisse, & cum eo egisse super hoc benefi-
cio, quamuis hoc in actis non constet. In summa om-
nes sentiebant in fauorem Alphonsi, si tamen id certum
est litteras Cardin. non fuisse expeditas, nisi post præsti-
tum consensum, videndum erit, quomodo se habeant.

DECISIO DXXXIX.

Flor. beneficiorum 29. Maij 1559.

SVMMARIA.

1 *Locatio seu concessio terrarum a commendatario in emphyteusim data pro certa quantitate, vel numero stariorum grani, an transeat ad successores.*

2 *Vi fluminis si aliqua pars terrarum in emphyteusim, vel locationem datarum, & ea quidem præstantior demersa fuerit, an emphyteuta diminuatur quantitas soluendorum stariorum frumenti, maximè si successit in locum eius cui primo facta est emphyteusis, vel locatio, & verũ defalcatio pro rata culturarum duodecim deperditarum fieri de iure debeat.*

3 *Contractus locationis vbi vi fluminis duodecim cultura deperdantur, non admittit defalcationẽ in grano promisso per conductorem pro rata deperditarum culturarum.*

Et quid si hoc casu fuerit contractus emphyteuticus, numero sequen.

5 *Testes si deponant fructus perceptos a conductore, vel emphyteuta, non æquiualere pensioni imposita propter melioramenta facta a conductore, remissio debet fieri pro rata partis terrarum vi fluminis irruentis ablatarum.*

6 *Melioramentorum ratione, quæ a conductore percipiuntur non censentur inter fructus rei locata.*

6 *Contractus emphyteuticus a contractu locationis qua ratione discerni possit.*

8 *Locatio quamuis facta ad longum tẽpus, vbi tamen fuerit facta pro pensione annua æquiualente fructib. remissionem pro rata patitur casu fortuito superueniente.*

QVærebam, an præsupposito, ꝙ bo. mem. terræ per
Alphonsum Torualonis olim Commendatarium
S. Iacobi in campo Carbolini Floren. seu alius cõmenda-
tarios essent solitæ locari annis singulis pro quantitate
stariorũ 240. grani, ac quod postmodum ad lõgum tẽps
fuerunt locatæ, seu ei in emphyteusim concessæ per
Dom. Aloysium Cõmendatarium præfatum pro sta-
1 rijs grani 280. quõdam Bernardo del Vigna, quæ loca-
tio, seu concessio transit ad successores, ac ꝙ mortuo
2 Bernardo vi fluminis Pisciæ fuerint ablatæ 12. culturæ
ex meliorib. an Do. Iacob. del Vigna hæres, & successor
D. Bernardini possit petere defalcationem quantitatis
stariorum 280. pro rata terrarum deperditarum? Do-
mini distinguebant duos casus. Primus est, si cõtractus
3 est locationis, tunc dicebant remissionem pro rata esse
faciendam. l. ex conducto, ff. locat. Bar. l. si vero, §. item
cũ quidam, & l. si merces, §. vis maior, nu. 6. ff. eo. Bal. li-
cet nu. 4. Theod. Bar. & Ias. l. 1. nu. 2. C. de iure emphyt.
Bar. cons. 14. nu. 17. in 2. Alex. cons. 12. in 1. Secundus
est casus si cõtractus est emphyteuticus, & tunc qui ex
præsuppositis in puncto non poterat sibi certo constitue-
4 re, an contractus vere esset emphyteuticus. Et ita cer-
tam super hac re conclusionem non potuerant adferre.
Nihil etiam quoad hoc omnino firmare volebant, quo-
5 niam tñ ego illis referebam ex testib. probari fructus,
quæ hodie percipiuntur ex his terris non æquiualere
pensioni, quæ soluenda est propter melioramenta facta
a conductore, sine quib. melioramentis fructus reliqui,
qui percipiũtur essent valde tenues. Domini oẽs consen-
tire videbantur, et hoc casu remissionẽ pro rata esse fa-
6 ciendam, cũ ea, quæ percipiuntur ex melioramentis fa-
ctis a conductore, nõ sunt censenda inter fructus rei lo-
catæ, præsertim cũ initio locatio hæc fuerit bona ꝓ pen-
sione respondente fructib. vt per Put. cons. 161. nu. 22.
7 & seq. lib. 1. & cons. 61. nu. eo. Nam & hoc casu contra-
8 ctus censetur potius locationis, quam emphyteuticus,
& locatio ista, quamuis sit ad longum tempus, tamen, si
facta est pro pensione æquata fructib. patitur remissio-
nẽ rata reducta Ias. l. 1. C. de iure emphyt. nu. 36. Rom.
cons. 509. Dec. 302. nu. 21. Ruin. d. cons. 161. Alexan. d.
cons. 112. In hac tamen nihil vere firmatum fuit, &
mandarunt mihi, ut diligenter uideam testes, quomo-
do loquantur circa hanc perceptionem fructuum.

DECISIO DXL.

Nolan. Regalis Valis 2. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Inualiditas regressus, an probetur ex verbis positis in regressu, ꝙ nõ cõsuluerit consistorialiter disponi, & nu. 3.*

2 *Validitatis, aut inualiditatis regressus probatio utri partium possit dici incumbere.*

4 *Taxatio Monasterij ad certam quantitatem facta in Camera Apostolica an arguat prouisionem de eo consistorialiter esse faciendam ex Concilio Lateranensi.*

5 *Consistorialiter esse conferendum, uel non monasterium quauam partium probare teneatur.*

6 *Monasterium esse consistoriale aliud, an sit ab eo solere de eo consistorialiter prouideri, maximè uno istorum ab alio pendente.*

7 *Vnica prouisio consistorialiter facta de monasterio, quæ per bullam apparet, utrum consistorialiter talem debere semper fieri prouisionem ostendat.*

8 *Notarij styli uigore si quis pro se habeat regulam ad probandũ utilitatẽ regressus, obtinere debet, nisi in cõtrarium allata exceptiones a parte aduersa probentur.*

Propo-

PRopofui dubium huiufmodi ftantibus verbis fubrogationis,& breuis,cuius copia datur.*an fufficien-*
1 *ter dicatur conftare de inualiditate regreffus propter illa verba appofita in regreffu, quod non confueuerit confiftorialiter difponi,ad effectum,de quo agitur.* Cum in hoc
2 dubio a me non quæritur, cui † incumberet onus probandi validitatem,vel inualiditatem regreffus,fed tacitè,quod modo a me proponi videtur,hoc onus ad Cardinalem fpectaret,eo quòd & Domini in vltima propofitione huius cauffæ id tamquam firmum præfupponerent. Nunc tamē pro decifione huius dubij vidi eos inter fe quoad hoc non mediocriter diffentire,fed quando exiftimarunt præfens dubium certè decidi poffe,quamuis ita illud in controuerfia relinqueretur. Idcirco oēs
3 hanc fententiam firmarunt,fatis† conftare de inualiditate regreffus ex verbis,quib.in puncto,nifi Profper cōtrarium doceat. Mouebat eos præcipuè,q cum Mona-
4 fterium†hoc taxatum fit ad fummam 200.in libris Cameræ dicitur effe confiftorialiter prouidendum,vt dicitur in Concilio Lateranen.9.feffione. Et notum eft adeo omnibus in Curia,vt alia non indigeat probatione. Cū
5 igitur Card.dicat hoc Monafterium fuiffe confiftorialiter conferendum, & Profper teneatur probare exceptionem,quod fcilicet non confueuit, vt per Aimon.confil. 134.num.7. Parif.conf.138.in 4. Nec iuuat Profperum,
6 quòd aliud fit,Monafterium effe confiftoriale,aliud verò folere de eo confiftorialiter prouideri, cum alterum
7 ab altero pendeat. His accedit, quòd in Bulla In.Fran. apparet, fuiffe tunc de Monafterio confiftorialiter prouifum. Quinimò cū Profper ipfe in gratia fua haberet, non confueuiffet de hoc Monafterio, nifi confiftorialiter, quamuis confuetudinem difponēdi confiftonaliter neget. Itaque ex his omnib.attento præfertim notorio
8 ftylo,conclufum fuit, Cardinalem habere regulam pro fe,vt regreffus dicatur inualidus, nifi Profper exceptionem in contrarium doceat. An autem Profper illam probauerit ex duabus prouifionibus vltimò productis aut aliundè,id aliàs erit agendum.

DECISIO DXLI.

Carthaginen.de Almoraldis, 2.Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Impetrans beneficium cum expreffione valoris multò minoris eius in rei veritate eft,appofita tamen claufula in fupplicatione,augendo, vel minuēdo vfq; ad uerum valorem, vel fi poftmodum ab alio impetrante impediatur, vtrum non expreffus verus valor fibi obfiftat.*

2 *Gratiam fuam dicens anteriorem gratia fui aduerfarij ob ius fibi iam quæfitum, cum interim in pendenti fuerit ius iftius aduerfarij,an obfit parti aduerfæ.*

3 *Malè expreffo valore beneficij in prima fupplicatione, fi in fecunda benè tandem fuerit expreffus, non poterit aduerfarius interim beneficiū impetrare, vtpote quod non poffit dici vacare,nifi a die quo litteræ dicuntur malè expeditæ.*

4 *Gratia vnius partis exiftente nulla,fubintrat illa quæ partis eft aduerfæ,vtpote,quòd nullitatis notari non poffit.*

5 *Verò valore nō expreffo beneficij in prima gratia ab una partium, an ob id ad tale beneficium inhabilis dici debeat,ita ut noua prouifio ipfi prodeffe non poffit.*

6 *Dolosè mendacium exprimeus ratione ualoris beneficij ad eiufdem prouifionem inhabilis efficitur,etiam nouiter noua prouifione obtenta,fecus fi non fuerit facta talis expreffio cum dolo.*

7 *Fraudandi expeditores occafio daretur multis fi impunè fubijceretur in porrigendis fupplicationibus uerus beneficij ualor.*

8 *Secunda litteræ fi dependent a primis in quibus falfus ualor expreffus eft,gratia per fecundas impetrata & nulla eft,nifi errore primarum litterarum in eis expreffo.*

9 *Noua prouifio fi impetretur,quæ nihil habet commune cum prima gratia,nō inficitur ex errore primæ ob non participatum errorem.*

10 *Inficitur tantum gratia per regulam de ualore,nō autem perfona,quæ ob id inhabilis redditur nequaquam,prout facit regula de annali.*

11 *Noua prouifio feparata penitus a prima, & noua gratia nomine,& effectu donatur.*

12 *Mendacium debet carere omni gratiæ commodo quoad impetrata,non quo ad impetranda.*

13 *Noua prouifio beneficij etiam nouam expeditionem litterarum requirit.*

14 *Supplicatio in qua apparet quædam abrafio litterarum, non caret fufpicione fraudis ac doli.*

1 MElchior impetrauit beneficium exprimendo in fupplicatione 80.cum claufula augendo,vel minuendo vfque ad verum valorem. Et quātum opus fuerit. poftea Francifcus de Spices impetrauit & ipfe beneficium cum ampla prouifione,cumq. obijceret Melchiori de valore non expreffo in fupplicatione,Melchior expediuit litteras,exprimendo valorē ad 180. ob claufulā pofitam in fua fupplicatione augendi,vel mionēdi, ftatimq. expeditis litteris nouam prouifionem impetrauit vfq. ad 300.& fuper eas fecūdas litteras expediuit. Nūc Franc.vtrāq.gratiam impugnabat.Et primam quidem, qm de mala expreffione conftabat. Seccundam aūt,qm
2 dicebat gratiam fuam effe illa anteriorem fibiq. anteaius quæfitum, Melchior refpondebat,gratiam Francifci prorfus nullā effe,qm illa fuerat impetrata, interim cū ius fibi pendebat expediendi certas litteras,pp claufula augendi,vel minuendi. Quāuis deinde in primis litteris malè expreff erit,tñ impediebatur interim Frācifcus be-
3 neficium impetrare, cum illud non vacauerit, nifi a die quo fuerunt malè expeditæ, vt ait Peregrin. in cauffa Alboren.die 10. April. 1551. Et idem firmatum fuit corā Chiffan in cauffa Sauinaten.die 9. Martij 1558. Cū igi-
4 tur gratia illius fuerit nulla,dicebat fubintrare fuam nouam prouifionem, fuper qua litteræ fuot certæ expeditæ. Verū ad hoc replicabat Franc. Melchiorē effectū ef-
5 fe inhabilem, ob nō expreffionem veri valoris in prima gratia,hincque nec nouā prouifionē fibi prodeffe Quapropter dubitaui ego hoc modo,an Melchior fit inhabilis ob non expreffionem veri valoris,in prima gratia,taliter vt noua prouifio fuperueniens non capiat vacationem ob non expreffionē veri valoris in d. prima gratia, ftantib. maximè dictis teftiū de valore deponentiū, quorū copia datur. Pro parte Franc. adducebatur in primis quędam decifio in cauffa Olyfipponen.de Zuanes D.Peregrini, quæ dicebatur fcripta nomine illius,quāuis ego illam intra alias eius decifiones in fuis libris non repere
6 rim;dicebatur propterea,q qui dolosè mendaciū exprimit,inhabilis efficitur ad rem illam confequendam,fuper qua mentitus eft,Bar.l.fi.num.7. de rei vend.Parif. conf.67.in 3.nu.125. Rebuff.de pacifi.poffeff.num.203.
7 Et quia alias daretur occafio fraudandi expeditores,f. poft falfam expreffionem valoris obtinere deinde nouā prouifionē,quę paffim conceditur,& ita conftare oīa ac valorem obtinere. Dñi aūt contrarium concluferūt, diftinguendo tñ duos cafus. Primus eft,qñ quis in prima gratia falfum expreffit,& deinde vigore claufarum,quę in ea funt fecūdas litteras expediuit nulla facta mētio-
8 ne de primo errore. Et tūc,qa fecundæ litteræ pendent a primis, & hæc fecūda gratia fumpta eft ex ventre primæ,vitiofa erat. Ideo nec hæc fecūda valet,nifi in ea narretur vitium primæ. Et ita pcedit dec. Pereg.fup.alleg. quæ loquitur in gratia perinde valere, & ita etiam alia fupra in contrariū adducta. Et hęc nō eft quęftio noftra.

Secun-

9 Secundus est casus, vbi impetratur noua prouisio, quæ nihil commune habet cum prima gratia, prout propriè est casus noster, & tunc nulla est lex, quæ dicat ob primam malam expressionem effici aliquem inhabilem ad hanc nouam prouisionem obtinendam. Nec pœna debet intelligi apposita, nisi in casib. a iure expressis, si qui-
10 dem regula de valore inficit tantum gratiam, non autē reddit personam inhabilem, prout regula de annali, quę s'arè loquitur, ideo in alijs diuersum est, quæ idem non
11 exprimit, ꝙ aūt noua prouisio sit noua gratia, satis pa-
12 tet. Et ita ait Cæsen. 11. & 19. Non obstat, ꝙ hoc men dacium debeat carere commodo gratiæ, quia verum, i. quoad impetrata, non aūt quoad ea, quæ impetranda
13 sunt, Nec obst. quod dī de fraude, quia etiam super no ua prouisione necessariæ erant nouæ litteræ, & ita expeditores in nullo fraudabuntur. Non reperietur autem, ꝙ in noua prouisione quis teneatur exprimere primam nullam expressionem. Et ita quotidie videmus. Nā ipsa noua prouisio satis præsupponit aliquem defectum pro cedere. Dixerunt tamen, vt videretur primam illam sup-
14 plicationem, in qua dicitur esse quędam abrasio litterarum, an ex ea constare possit de dolo Melchioris.

DECISIO DXLII.

Calaguritan. vnionis, 5. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Desertam ob appellationem lata sententia in caussa vnionis, an sit nulla.*

2 *Sententia lata etiam in fauorem, vbi notoriè eam appareat, vel constiterit esse iniustam, non potest vllo modo transire in rem iudicatam.*

3 *Ecclesia si propter vnionem patiatur damnum, vel defectum in administratione, vel usu diuinorum, an ob id vnio de ea facta veniat reuocanda.*

Quæ quidem vnio non est reuocanda, vbi impedimenta illa, quæ incidunt, & omne illud, quòd fortè patitur dā num in diuinis, non proficiscitur ex caussa vnionis, nu. seq.

5 *Ecclesia vnita conquerens sibi deesse congruum ministerium clericorum agere debet via ordinaria, vt sibi necessaria subministrentur, non accusare vnionem cuius vitio hoc nullatenus proenire potest.*

6 *Vno vitij accusare posset in Ecclesiis vnitis si paucitas clericorum vtrique Ecclesiæ ad diuinorum administratio nem incommodum præstaret.*

ANno proximè superiori hanc caussam sæpius pro-
1 posui & nunc agebatur † an sententia, lata cōtra vnionem, esset nulla ob desertam appellationem. Et cū multa hinc inde deducerentur, ac ex vigore iuris videretur nulla, tamen oppositum facit primam sententiam
2 latam in fauorem vnionis, non† potuisse transire in rem iudicatam, quia erat notorie iniusta sententia. Ego igitur auditis sæpius partib. & lectis diligenter, ac reuolutis testibus, remissoriè perspexi omnes caussas, quibus prætenditur vnionem esse reuocandam, & ad principalia capita esse redigendam. Quorum primum nunc proposui adiectis depositionibus testium hinc inde, vt recognosceretur, an propter hanc vnionem Ecclesiæ de....
3 † ita pateretur in diuinis, vt vnio esset reuocanda. Domini autem oēs vnanimes responderunt nihil inde probari quoad dissoluendam vnionē. Nam licet vera ea essent quæ probantur ex testib. de Nauarete appareant, nihilominus tñ nihil adhuc probaretur contra vnionem:
4 siquidem † impedimenta si qua incidūt in illa Ecclesia, & si quid etiam fortè patiatur in diuinis, id non proficiscitur ex caussa vnionis. Et enim vnio ipsa iam antiquissimo tpe instituta de 2000 1456. numerum ministrorum, qui debeant in hac, vel in illa Ecclesia interesse. Itaque
5 † de iure maior prætendens sibi deficeret congruū ministerium clericorum agat via ordinaria, vt sibi subministrētur necessaria, non autem accuset vnionem, cuius vitio hoc non prouenit, cum, vt dixi, vnio ipsa non præscripserit certum ordinem, aut numerū ministratorū. Quo casu si pauci essent, & ita non sufficerent illi Ecclesiæ, tūc
6 † certè vnio ipsa posset impugnari. Et hæc ratio maximè ab omnibus probata fuit.

DECISIO DXLIII.

Romana spolij domus, 5. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Filius ex secunda uxore natus in domo, quæ in quæstionē incidit repetita a prioris matrimonij filiis si sibi remanserit post decessum patris triennio, & ultra, utrum ex hoc triennij decursu aliquem dicatur statum acquisiuisse, ita ut ad eum ueniat restituendus.*

2 *Huiusmodi status a filio acquisitus haud dubiè uenit considerandus.*

3 *Probatio primi extremi ubi est facienda in caussis, sumenda ea est ex probatione uera, non autem præsumpta.*

4 *Mater cui lex defert filij tutelam, si eam non acceptarit cum requisitis de iure solemnitatib. non dicitur etiam spacio triennij tutorium ministerium acquisiuisse.*

5 *Mater residens in domo controuersa, non tutorio nomine, potest dici ibi remansisse pro filio, cum alia subesse caussa possit, ut hypothecæ, uel similis, et ideo habitatio illa dubia existente filio infanti prodesse non potest.*

6 *Futurus status alicuius nullatenus consideratur, nisi initio caussa aliqua idonea subesse dignoscatur.*

7 *Fauore ætatis infanti in acquirenda possessione utrum succurri possit, cum in ea animus & consensus requiratur qui in infante primario, & per se esse non potest.*

CVm præsens q̄stio fuisset a me supra proposita die 28. April. & indecisa relicta ob difficultates, de qb. ibi nunc rursus proposui dubium hmōi præsupposito,
1 ꝙ Franc. pater ex Laura uxore susceperit Iulium filium in domo, de qua agitur, ꝙ ibi steterit cū matre, ac ibi permāserit, donec erat ætatis triū annorum, uel circa, an ex hoc dicatur acquisiuisse aliquem statum, ita ut ad cū sit restituēdus eū agat spolio, ut suspēdat petitoriū non obstantib. hypothecis dotalib. p aduersarios allegatis? Cō-
2 clusum fuit in omnib. cū non dici acquisiuisse illū statū quin sit cōsiderādus, iuxta tradita in l. 1. §. adipiscimur. de acq. poss. Paris. cons. 11. n. 31. in 2. Et præsertim, quia
3 cū agatur de probā do primo extremo, sumendū est fundamētū ex probatione uera, non aūt p̄sumptiua, Sarn. de inform. tesig. q. 36. Non obstat, ꝙ Iulius pmanserit in domo cū matre tñ, cum matri lex defert tutelā. Nā cū
4 non constet tutelā hāc acceptatā a matre cū illis sollēnitatib. q̄ requirūtur, ut p Bar. Auth. matri & auiæ, nn. 15. cum seq. non pōt dici acquisitam fuisse possessionē tutoris ministerij, cum et dubium sit, an contutor acquirere possit infanti intra trienniū, ut per Ias. d. §. 1. gl. 15. nu. 2.
5 cum seq. Et præsertim, quia potuit mater pmanere in domo ratione alicuius iuris sibi competentis, forsan rōne hypothecæ, aut aliter, ideo cū hæc ratio cohabitationis maternæ dubia sit, non pōt infanti prodesse. Non obst. ꝙ saltem uideatur considerandus fuisse futurus status,
6 quia id procederet si initio causa idonea adesset. Non
7 obst. quod fauore ætatis ei sit subueniendum. Nam hoc non admittitur in aīo, ꝙ ad hoc, ut quis sibi acquirat.

DECISIO DXLIV.

Ciuitatis Castelli releuationis indemnitatis, 9. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Extracta & partes librorū mercatorum iuncto instrumento dotis, an probent sufficientem dotem numeratam.*

2 *Abbas fideiubens pro Illustri persona accepta obligatione ab ea in forma Cam. era de conseruando se indemnem*

cum

Eum hipotheca bonorū suorū, vtrū coactus soluere, postea petere possit executionem in bonis dicti illustris.

3 *Instrumentum continens tantum confessionem dotis receptæ, non officit tertio, qui prætendit in bonis ratione creditisoluti causa fideiussionis, sed requiritur probatio actualis numerationis, ad hoc vt dos in bonis mariti deducatur ante creditorum solutionem.*

4 *Libri mercatorum in præiudicium tertij probant nequaquā etiā in fauorem dotis, quæ prætenditur ex ijs probari numerata, cum talis probatio non sit sufficiens.*

5 *Mercatores nostri temporis cum non sint iurati, nec a publico deputati, vt olim, nō eo priuilegio fruūntur, quo veteres, vt suis libris contra tertium fides adhibeatur.*

1 DVbium erat huiusmodi, *an ex partibus extractis de libro mercatorum, quorum copia datur iuncto instrumento de anno 1543. probetur aliqua dos Celia, ita vt vigore hypothecæ illius possit impedire executionem crediti deuentura in bonis Comitis Caroli sibi obligatis, prout in in-*

2 *strumento releuationis indemnitatis*, † *cū Abbas Bufalinus fideiussisset pro Comite Carolo accepta ab eo obligatione in forma Cameræ de conseruādo illū indemnē, & postea coactus fuisset soluere in caussa fideiussionis, atque inde peteret exequutionem in bonis illius*. Objiciebat Domina Celia vxor, D. Comitis bona illa sibi ratione dotis suæ hypothecata. Hanc hypothecam ratione dotis traditæ prætēdebat probare ex quibusdā libris mercatorū, & quodam instrumento, de quo in dubio. Rota conclusit, nemine

3 discrepante, nihil inde probari, quoniam instrumentū illud continet tm̄ confessionem dotis receptæ, quæ non

4 sufficit in præiudicium tertij, nisi præcedat instrumentū prouisionis dotis, iuxta decis. Affiic. 402. & dictum fuit coram me in caussa Rom. duorum milium hoc cōs. 42. nu. 16. in 4. Alex. conf. 248. in 5. Minus probant libri illi mercatorum, cum contra tertiū fidem non faciunt, vt sæpius in Rota cōclusum fuit, præsertim in caussa Capusaquen. pensionis coram Domino Quiroga. Eoque ma-

5 gis in mercatoribus nostri temporis, qui non sunt iurati, prout olim, nec publico deputati, iuxta l. admonendi, de iureiur. 154. Socin. conf. 208. in 2. Alex. conf. 68. num. 3. cum simil. Videat igitur aliunde Celia, si potest probare hypothecam suam alioquin ex his in totum scripturis debet succumbere.

DECISIO DXLV.

Perusina Sanctæ Crucis, 9. Iunij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius defuncti capiens possessionem contra intrusum lite pendente, utrum sibi præiudicium pariat.*

2 *Citatio cōtra interesse se habere in caussa prætendentes non est arctatoria, sed monitoria, ita ut liceat tali modo citato in iudicium uenire si uelit, nec illi non comparenti præiudicium infertur.*

3 *Sententia inter alios lata alus non præiudicat, speciale tamen est, ut noceat intruso etiam lite pendente.*

4 *Resignatarius intrusus dici nō potest, nec is, qui gratiosam habet subrogationem, & ideo talibus res inter alios acta obesse nequit.*

PRosequendo dubium alias propositum supra die 20. Februarij quærebam, *an processus & acta habitatam contra Robertum, quam contra interesse putantes*

1 *post † obitum illius lite pendente in possessione defuncti, noceat Vicario Fuscherio resignatario Dom. Roberti ante motam litem, qui Fuscherius post dimissionem possessionis Guidonis lite pendente intrusi possessionem intrauit*. Rota conclusit acta huiusmodi non nocere Fuscherio.

2 Nam † citatio contra interesse putantes non est arctatoria, sed monitoria, ita vt liceat vnicuique venire in iudicium si velit, quod si non velit, non tamen illi præiudicium inferatur. Rota 18. nu. 3. de dolo & cōtumac. in nou. Cum igitur Fuscherius non venerit in iudiciū, nō noceret ei processus contra interesse ptendentes. Præ-

3 terea † sententia inter alios lata alijs non præiudicat, roto tit. C. res inter alios acta, & est speciale, vt noceat intruso lite pendente. Rota de præbend. in nou. 14. & 15. Aegid. 509. Crescen. 141. Sed Fuschetius non pōt dici intrusus lite pendente, tū quia est resignatarius, tum

4 † quia habet gratiosam subrogationē, prout alias supra conclusum fuit in hac eadem caussa. Dixerunt tamen super duob. Marium audiri posse. Primò, si velit probare Fuscherium fuisse post mortē Roberti, & Mariū agere cōtra interesse prætēdentes. Secundò, si velit docere litteras tunc temporis non fuisse expeditas, quamuis quod hoc multi ostendebant, cum hodie reperiantur expeditæ litteræ sub eadem data, ita vt vix videatur amplius cadere posse in dubitationem.

DECISIO DXLVI.

Caurien. Archidiaconatus, 9. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Sequestro apposito post latam sententiam accedente consensu iudicis de inhibitione facienda in partibus, an possit peti declarari inhibitionem illam sine præiudicio sequestri alias appositi.*

2 *Vis inhibitionum cum in partib. plerumque ignorari soleat, ita vt plerumque earū prætextu ad ea progressus fiat, quę minimē licent, nouo instrumento declaratorio ostenditur ex placito Dominorum Auditorum.*

1 LAta sententia, & apposito & sequestro in fauorem Hiero. cū aduersarius coram me appellasset, & ego inhibitioni in partib. consensissem, Hieron. petebat, vt declararem inhibitionem hāc sine præiudicio sequestri alias appositi. Cumq; notarius responderet hoc satis intelligi, & esse præter stylum, consului Dominos, quid mihi esset agendum, qui responderunt certè me per in-

2 strumentum nouū hoc declarare posse, † cū in partibus plerunque ignorari soleat vis inhibitionum, & plerumque ad ea illas extendunt, quæ non licet, idcirco ad tollendas occasiones controuersiarum, placuit vt hoc concederem, cum illa nemini præiudicium faciat.

DECISIO DXLVII.

Pisanen. de Caffaregio, 9. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Patroni constituto procuratore ad præsentandū cū iuramēto ratos se habituros, quæ per eū gesta fuerunt, neq; reuocaturos mādatū, an possit his non obstantib. præsentato iam aliquo a procuratore, alium præsentare.*

2 *Absolutio a iuramento vtrum patronis a Vicario concedi possit, parte aduersa non citata, & nu. 7.*

3 *Regula trita est, patronos laicos non obstante iuramento posse variare cumulatiuè.*

4 *Patroni non reuocando mādatū factum procuratori per secundam præsentationem non sunt periuri, cum non reuocent, vt nec mandatum, sic nec præsentationem, sed adaugent per secundam, quod non est contra formam iuramenti a se præstiti.*

5 *Diuersa sunt inter se promittere non reuocare mandatum, & deinde reuocare.*

5 *Patroni secundo in actu præsentandi iurantes se non variasse non sunt periuri, cum præteritum respiciatur non quod sit in præsenti.*

8 *Nullo existente periurio, consequenter, & nulla necessario requiritur absolutio.*

1 SEquendo mandatum Dñorum in hac caussa supra ro. Aptil. proposui dubium huiusmodi. *Præsupposito quod patroni constituerant procuratorem ad præsentandum, & iurauerunt habere ratum, & gratum quod per eū factum*

Z

factum fuerit, & dictum mandatum non reuocare, & qui
deinde confirmauerunt præsentationem factam cum iura
mento, & alijs clausulis quarum copia datur, an instante
præsente confirmatione ac iuramentis præmissis, patroni
exinde potuerunt cumulatiuè præsentare Bartholinum, ita
vt sententia prolata sit etiam confirmanda. Attenta ma-
2 ximè † absolutione a iuramento concessa per Vicarium
dictis patronis, non tamen citata parte, vt quòd dictam
absolutionem iterum elegerit D. Bochinus. Domini con
cluserunt in fauorem Bochini vltimo præsentati a patro
3 nis, sequentes regulam tritam, † quod patronis laicis li
cet cumulatiuè variare, c. pastoralis, c. quod autẽ, c. cum
aũt, vbi Abb. de iure patron. Roch. in tracta. in verbo ho
norificum, 10. q. non obst. iuramẽtum, de quo in primo,
& secundo actu, de quo supra in puncto consuluit Paul.
de Castr. cons. 361. in 1. & 336. eodem. Lapus alleg. 78.
Roch. d. tract. verbo honorificum, q. 12. Lambert. de iu
re patr. 26. Aret. 79. 2. par. lib. . . nu. 4. fol. 129. Nam re-
4 sponsum fuit multipliciter. Primò, quod † in casu nostro nul
lum est periurium, cum patroni non reuocent manda-
tum, nec præsentationem a se factam, sed aliam nouam
adiungant, quòd nõ est cõtra formam iuramẽti a se pre-
stiti, siquidem si Vicarius instituisset Bochinum, patro-
ni id habuissent ratum, & gratum, prout promiserunt.
5 Est † enim longè diuersum promittere nõ reuocare mã
datũ, & deinde reuocare, prout in cõs. Castr. 362. Aliud
est in casu nostro, vbi non reuocatur mandatum, nec p̃-
sentatio, sed dona veluti quædam viæ proponitur. Nec
obstat, quod in secundo actu patroni curauerint, se non va-
6 riasse, nã † id respicit præteritum, nec ideo dici possunt
periuri, quoad nouam prouisionem, cumulatiuè. Secun
dò dicebatur, quòd etsi iurassent non variare, adhuc tñ
eis liceret, quamuis, ita agendo essent periuri in termi-
nis Alex. cons. 16. vol. 3. Felin. c. cũ accessissent, col. 4. de
constit. & res est. Roch. in verbo honorificum, q. 12. Ter
tiò, respondebatur hic cessare rationes eas, quæ adductæ
sunt Pauli de Castr. d. cons. 262. & aliorum supra, quòd
videlicet ratione periurij eos superior non admitteret,
nec hunc cumulatiuè præsentatum instituerat. Nam in
casu nostro secus est, cum superior non tantum non cu-
rauerit id periuriũ, sed potius eos absoluerit, quia tamẽ
7 circa hoc caput an si patroni potuerint † ita absolui a iu
ramento, non citata parte, erat aliqua inter Dominos
controuersia, idcirco omnes acquieuerunt primo funda
8 mento, † vt scilicet, nullum hic fuerit periurium, & cõ-
sequenter nulla fuerit necessaria absolutio.

DECISIO DXLVIII.

Romana pecuniaria de Brunis, 9. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Anterioris crediti repetitio, an competat de iure contra hæ*
redes, quorum in fauorem latę fuere sententię, quę prę
supponuntur nullę, mulieri istis pecunijs pro dissoluen-
dis, creditis numeratis.

2 *Repetitio pecuniarum vtrum de iure concedatur, vbi bo-*
na fide consumpti sunt, maximè vbi agitur ne commer
cium inter heredes dirimatur.

3 *Apocha seu schedula sine die, mense, & anno, vtrum cre*
ditum assertum probare possit.

4 *Creditũ personale, quod nullam habet annexã hypothecã*
iam solutum, vtrum repeti possit tamquam indebitũ.

CAussa erat iampridem per longa tempora in Rota
agitata, nullæ erant sententiæ latæ in fauorem Mi
chaelis, & hæredum: nunc Elisabetha quædam pau-
1 per mulier, quę † prætendebat sibi competere peti-
tionem quamdam pecuniarum solutarum alijs credi-
toribus quorum anterior ipsa erat, rogauit me, vt si fie-
ri posset, eos ad restituendum pecunias condemnarem.
Itaque proposui dubium de credito D. Elisabethæ de
Brunis priori, & potiori, & stante obligatione Loca-
telli debitoris in forma Cameræ, nec non præsupposita
apotheca, quę caret die, mẽse, & anno. An d. Elisabetha
tamquã prior & potior possit repetere pecunias solutas
d. Domino Michaeli. In hoc dubiò, quamuis exstent
variæ auctoritates non dari repetitionem, vbi pecuniæ
2 bona fide consumptæ sunt, † nec commercium inter hę
redes dirimatur, Afflict. 190. Gram. q. 1. cap. 78. cons. 60.
in 4. tamen in informatione, quia non principaliter hoc
caput respiciebat, sed tantum dicebatur per Elisabethã
has pecunias dolo malo in fraudem illius fuisse solutas,
3 cum huius solutionis non extet † nisi apocha quædam
sine die, mense, & anno. Idcirco dixerunt Domini hoc
videndum esse an reuera illæ pecuniæ fuerint solutæ ab
hęrede, vigore eius crediti. Hoc autem Michaelis hære-
des tripliciter probant primò, quia apocha fuit produ-
cta, 10. Maij 1544. producti fuerunt articuli, & probatũ
fuit traditum Michaeli verum ac legitimum, ac vera
solutio illi facta, prout in apocha. Secundò, dicebãt hãc
eamdem obiectionem olim factam fuisse in Rota ab
alijs creditoribus contra Michaelem, & tamen illum
tres sententias contra illos obtinuisse. Et ita vt hæc om-
nia, quæ nunc deducuntur iampridem in Rota fuerunt
discussa, & in fauorem Michaelis iudicata. Vltimò dicę
4 bant † etiam hæredes hoc creditum Elisabethæ esse
personale, & nullã habere hypothecam, imò pecunias
solutas Michaeli: Domini mandarunt mihi, vt viderem
in actis, an probetur vera solutio pecuniarum facta Mi-
chaeli. Nam si testes hoc probant, sufficiet hoc ne con-
demnetur Michael, qui bona fide pecunias sibi debitas
exegit.

DECISIO DXLIX.

Posnanien. parochialis insulæ, 9. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Cessione stante seu subrogatione, non obstare possunt regu*
læ de annali, & triennali.

Subrogatio in ius, adimit vim regulis supradictis, æquè vt
cessio, & subrogatio simplex, nu. seq.

3 *Subrogatio si non constet, nisi in quadã narratiua in actis*
deducta, vtrum valida dici possit.

4 *Subrogatio quæ per Papam fieri solet, plerumque fit sub*
conditione, quatenus beneficium non est litigiosum.

1 QVærebam, a Dom. Crassino † *an obstaret regula de*
annali, aut triennali stante cessione D. Io. in cuius
fauorem ac subrogationẽ in locum ipsius, prout in actis, quo
niam partes in facto valde dissentiebant. Et tota difficultas
ad id redigebatur, an Erasmus fuerit subrogatus in ius
2 Ioan. Nam † si fuit subrogatus, vtiq. cessat regula de an
nali, & triennali, quod si non fuit, tunc secus: qua ppter
dictum fuit, vt videatur, an cõstet de subrogatione. Nã
3 contra eam Martinus tria opponit. Primo, † quia de ea
non constat, nisi in quadam narratiua in copia in actis
producta. Secundò, quia exstat tãtum supplicatio Ioan
nis absque litteris, & in commissione erat clausula litte-
4 ris non expeditis nulla intelligatur lis. Tertiò, † quia Pa
pa subrogat Erasmum sub conditione, quatenus benefi
cium non esset litigiosum. De his igitur erit videndum.

DECISIO DL.

Calaguritan. Canonicatus & beneficiorum,
9. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Compulsoriales vtrum dari possint ad recognitionem scri-*
pturarum productarum in actis coram alio iudice
quam Auditore Rotali.

2 *Auditor de scripturis, & instrumentis, eorumque subroga*
tione proponere non potest, ijs non exstantibus.

3 *Scriptura quæ multiplici ratione habita fuit a Rota aliàs*
suspecta de falso, non indiget recognitione vtpote fru-
stratoria, & inani, cum etiam recognita adhuc laboret
suspicione falsitatis.

Regu-

4 *Regulariter non dandas esse compulsoriales notum est cum agitur ad probandum delictum.*

TEstamentum erat relatum in informationibus, &
præsertim in eis, quas scripsi manu mea. Cum igitur
quæritur, *an essent danda compulsoriales*. Rota conclusit
eas esse dandas, varijs de causis, & præcipuè trib. Primò,
1 quia † hæc scriptura ad quã recognoscendam petuntur
cõpulsoriales, non est producta in actis meis, sed in actis
2 olim coram Gubernatore Vrbis. Ideo † non possum ego
dubitare de subrogatione illius instrumenti, quod non
exstat. Secundò, quia licet etiam hæc scriptura producta
esset, quia tamen aliàs Rota coram D. Decano, die 28.
3 Maij 1557. conclusit eam † multipliciter suspectam esse
de falso, ideo nihil prodest nunc huiusmodi recognitio,
cum etiã recognita laboret adhuc suspicione falsitatis.
4 Tertiò, † quia regula est, nõ dari compulsoriales ad probandum
delictum, vt notum est. Huic accedunt & aliæ
rationes multæ, de quibus in informationibus.

DECISIO DLI.

Hispalen. beneficij de Moron. 9. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Monitorium ab Aud. Cameræ impetratum contra intrusos in forma Breuis Cameræ, quod habet clausulam, & si quis, vim habet citationis, idque medio dictæ clausulæ, contrarium vide num. 4.*

2 *Declarandus vtrum sit aliquis ob non paritionem monitorij aliàs per iudicem decreti.*

3 *Pars habens in actis Breue ac litteras expeditas cum derogatione priuilegij partis aduersæ, non est amplius executio retardanda.*

4 *Clausula, si quis, posita in monitorio, non habet uim citationis, vel potius in eam non resoluitur, vbi monitorium decretum fuit cum caussæ cognitione.*

5 *Electa via ordinaria non potest procedi via executiua, sed eadem ordinaria vtendum est.*

6 *Rota non solet monitorij via progredi, cum firmior sit via ordinaria, qua semper in causis decidendis vtitur.*

7 *Rectè litteras esse expeditas, & ritè fidem facere iudici soliti sunt Summistæ.*

8 *Partium vna varijs artibus impedire conanti quo minus altera referat, in alterius fauorem ob detectam fraudẽ iudicatur; maximè si litteras habeat in actis expeditas.*

THomas impetrauit beneficia hæc vti reseruata Breui
de capiẽda possessione sine vitio spolij. Obtinuit
etiam ab Audit. C. monitorium cõtra intrusos in forma
1 Breuis Cameræ. Verum, quia † id monitorium habebat
clausulam (*& si quis*) Rota aliàs conclusit coram Dom.
A. Aug. id resolutũ esse in vim citationis, nec posse procedi
executiuè. Vnde Thomas postea impetrauit commissionem,
vt idem D. Ant. Aug. procederet iuxta formã
Breuis ac stylum Aud. Cam. Quare cum ipse secundum
monitorium decreuisset, & mandasset notario, vt in eo
amplius non apponeret illam clausulam, *& si quis*, prout
idem notarius etiam nunc fatetur; tamen ante errorem,
aut nescio, qua ratione repetita etiã fuit in hoc secundo
monitorio præfixus terminus; dubitaui in Rota,
2 *an Melchior de Scalaζar declarandus sit ob non paritionem
monitorij, aliàs per Dom. Ant. Aug. decreti?* Nã pro
3 parte Thomæ dicebatur, ex quo habet in actis breue ac
litteras expeditas cum derogatione priuilegij Comitis,
non retardandam amplius esse exequutionem, cum ea
quæ contra obijciuntur altiorem requirant indaginem,
& ideo non sunt admittenda in possessione adipiscenda,
Abb. c. in litteris, nu. 27. & Bero. nu. 91. de restit. spol. d. l.
4 fi. nu. 2. C. de edicto diui Adr. respõdebant, quòd † clausula,
& si quis, non resoluitur in vim citationis, vbi monitorium
decretum fuit cum caussæ cognitione, prout
in casu nostro. Rebuff. in 1. par. commẽtar. in cons. cõst.
reg. in tract. de litteris oblig. artic. 6. col. 2. nu. 6. pag. 134.
& seq. Verum pro contraria Melchioris dicebatur hoc
monitorium resolutum esse in vim citationis, vbi Melchior
venit ad iudicandum, Ias. l. nec quidquam, §. vbi
decretum, nu. 6. de off. procõs. Ang. Imol. Ias. l. de pupillis,
§. meminisse, de nper. nnui nunciat. Idcirco procedi
5 non posse via executiua, sed ordinaria, cum hæc electa
fuerit. Rota in hac difficultate quidquam in præsenti
6 nõ firmauit, eo maximè, quia non satis probatur, vt nos
Auditores procedamus hac via monitorij, cum firmior
sit via ordinaria: quoniam igitur aliàs mandauerat mihi,
vt caussam expeditem via ordinaria, cum Thomas
habeat suas litteras expeditas cum derogatione priuilegij,
postea autem ad petitionem Melchioris placuit intelligere
votum aliquorum expeditorum, inter reliquos
7 Barengus bon. mem. & d. Summista fidem fecerunt litteras
esse rectè expeditas, & deinde rursus petente eodem
Melchiore contenta, fuit intelligendum votum etiam
illorum, qui in Camera intersunt: vnde cum intel-
8 lectum fuerit eumdem Melchiorem uarijs actibus, quo
minus illi referant impedire, mandauit mihi, vt pronunciem
in fauorem Thom. iuxta illius litteras in actis expeditas.

DECISIO DLII.

Visen. parochialis de Papirios, 16. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Committens caussam contra aliquem, omnesq; alios intrusos, & intrudendos in executione citationis nominãdos, sub iudice promoto ad Cardinalatum postmodum, cui alius successit in officio iudicis, an hoc stante, citatio nulla sit dicenda, tamquam ex defectu iurisdictionis.*

2 *Citatio quæ fuit exequuta postea quàm lata fuit sententia, an ob id dici debeat, & reuera sit nulla.*

Et quod ex tali citatione exequuta post latam sententiam subsequi soleat inconueniens, vide num. seq.

4 *Iudex alteri decidenti ob officio suffectus, vigore commissionis factæ iudici cui fuit subrogatus iurisdictioni ipsius etiam subrogatur, nec promotio prioris iudicis ad Cardinalatum facit iurisdictionem expirare.*

5 *Sententia lata per mortem delegantis, non est nulla, cum per decretum citationis constat manifestè perpetuari iurisdictionem etiam non executa eadem citatione.*

6 *Citatio decreta contra interesse putantes se habere, si non fuit additum in citatione nominandos, an valeat.*

DE anno 1552. Franciscus commisit caussam coram
Do. Reomano contra Odoardum, omnesq; alios
intrusos, & intrudendos in executione citationis nominandos,
quatenus comparere debeant ad omnes actus
vsque ad definitiuam sententiam inclusiuè, executa hac
citatione contra Odoardum, Dominus Reomanus die
octaua Iulij 1555. tulit sententiam contra eum, quam
sequenti anno Dominus Fabius cõfirmauit, interim igitur
mortuo Iulio Papa Tertio, Do. Reomanus promotus
fuit ad Cardinalatum, & tandem de anno 1556.
Frãciscus fecit exequi eamdem citationem in partibus,
1 contra Georgium, & idcirco nunc dubitabatur, *an † ex
defectu iurisdictionis huiusmodi citatio subsisteret.* Georgius
enim dicebat eam nullam esse varijs de causis, sed
2 præcipuè, quando hæc citatio exequuta fuit post latam
sententiam, cum in ea antea nomẽ suum fuisset expressum,
iuxta Rot. in nou. 18. de dolo & cõtu. & in antiq. 9.
3 eod. tit. Et quia † ita sequeretur vigore talium citationum,
post multa tempora posse vnumquemque citari,
quod absurdum videtur. Verum Rota contrarium determinauit,
nullitatẽ procedere ex persona iudicis, qua-
4 si non habuerit iurisdictionem, & † hoc non esse uerum,
qui eam habuit ex ea commissione, & licet fuerit promotus
ad Cardinalatum, iurisdictio non exspirauit, &
applicata est subrogatio qui caussam accipit a commis-

sione non a Card. iuxta no. in c. si qñ de rescript. aut dici-
mus procedere nullitatem ex statu cõsequi qui diceba-
tur propter sententiam, & hoc nõ est verum, quia iuris-
dictio terminatur per sententiam quoad Edoardum, nõ
quo ad alios intrusos, quia finita caussa limitatur, 21. aut
5 q; sententia sit nulla per mortem delegantis, & hoc est
falsum, quia per decretum citationis perpetuatur iuris-
dictio etiam si non fuerit exequuta, Capel. Tolos. 140. &
ex his tolluntur ea, quæ contra opponebantur. Nã hinc
patet, quod actu fuit perpetuata iurisdictio, l. dicete, de
arbitr. deinde quod saltem virtualiter expressum fuit no
men Georgij in citatione, cum in ea dicatur in executio-
ne nominandos, &c. Non obstat decis. 18. Nam præter
supradicta illa decisio dicit multa argumentanda, non
decidenda, & prima opinio ibi relata seruatur, vt refert
6 Cassad. 2. de dolo, & contum. Præterea ibi erat decreta
citatio contra interesse putantes, & non fuit additũ exe-
quutione nominandos, prout hic: quo casu species faci-
lius reducitur a generica, vt in dicta decis. 2. pars dubij a
me propositi reiecta fuit ad Calendas, quoniam conti-
net varia discutienda, & videndum, an constet de facul
tatibus Nuncij, & an noua prouisio sit tam super paro-
chiali, quam super Canonicatu, & quædam etiam alia,
de quibus postea erit agendum.

DECISIO DLIII.

Messanen. illegitimitatis, 19. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Illegitimitas pretẽsa ratione successionis in Baronia, si per errorem procuratoris appareat cadere in aliam personam, quam in eam, quæ eius caussa inhabilis dicitur ad successionem in Baronia, officit nequaquam principali.*

2 *Tertia absolutoria duabus iam antea obtentis, an danda sit a iudice non constito ad quem effectum agatur, nec de meritis negotij principalis.*

3 *Absolutoria tertia danda est parti, si contra eam nil fuerit probatoriè deductum, quod idem efficere possit.*

4 *Illegitimitas est infamia, interestque partis ab illa, eiusque iudicio liberari.*

5 *Sententia absolutoria super illegitimitate eo modo pronunciãda est, vt reseruet parti aduersæ ius agendi.*

CVm Andreas Valdina aliàs cõmisisset caussam con-
tra Hier. Moncata tractationum & molestationũ
super prætensa illegitimitate ac inhabilitate D. Hieron.
ad succedẽdum in Baronia, quam ipse Valdina destina-
bat, & prædictus Hierony. contra eum duas sententias
absolutionis ab hoc iudicio illegitimitatis obtinuisset,
nunc in tertia coram me Valdina productis nouis iuri-
bus obtinuit caussam committi super illegitimitate Ga-
1 sparis, a quo Hierony. descendebat postea: nunc pronun
ciaui Gasparem illegitimum, non autem Hieron. prout
in prioribus instantijs per eius procuratores petitũ fuit,
qui in nomine Gasparis errauerant, & contra Hierony.
petebat sibi dari tertiam absolutoriã super hoc iudicio
illegitimitatis, in quolibet pro parte Valdinæ ante eam
fuerat probatum, ex quibus ego dubium proposui hoc
modo, præsupposito sine veri præiudicio, quòd ex actis
constet, Gasparem esse illegitimè natum, stante prima &
2 vltima commissionib. an Hieron. danda sit tertia absolu
toria, an vero ad instantiam Andreæ debeat declarari
Gaspar illegitimus, non cõstito mihi aliter ad quem ef-
fectum agatur, nec de meritis negotij principalis. Domi
3 ni concluserunt ex deductis dandã esse omnino tertiam
absolutoriam Hieron. cum contra eum nihil probatum
4 fuerit, & deinde eius intersit ab hoc iudicio, ac diffama-
5 tione illegitimationis liberari. Ceterum dixerunt sen-
tentiam hanc ita esse pronunciandam, reseruato tamen
iure Andreæ Valdinæ super iure agendi contra Hieron.
contra prætensam illegitimitatem Gasparis, de quo iure
aliàs postea agetur.

DECISIO DLIV.

Romana officij, 19. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Officium emptum nomine alterius, de quo appareat per instrumentum, an sufficienter probetur, quod emptor ea numquam antea possederit, neque in præsens etiam possideat.*

2 *Possessorio an emptor officij teneatur, licet hactenus nec possedisse, neque in præsens possidere se asserat.*

3 *Officium alienum dicens vtpote filij, an ex eo etiam possessionem apud filium esse probari possit.*

4 *Filio spurio absenti vtrum acquiri per patrem possit possessio alicuius officij eo non ostenso.*

5 *Locantes officium, & a conductore pecunias in vicem pensionis exigentes, Domini eiusdem esse præsumuntur.*

6 *Constituens se nomine alterius possidere in contractu venditionis, agnoscit alij competere proprietatem.*

POst conclusionem firmatam super hac caussa die 18.
Nouemb. 1558. D. Alexander Ruffinus produxit in-
1 strumentum emptionis officij, in quo apparebat id offi-
cium a se emptũ fuisse nomine filij, propterea quod in-
ferebat se numquam possedisse illud officium, nec in præ
senti possidere: ideoque se cogi non posse ad illius resti-
tutionem. Cum autem contrarium prætenderetur ab il-
lis de Spada: Ego proposui hoc dubium, *an stante instru
mento emptionis officij vltimo loco producto, cuius copia da-
tur, D. Alexander teneatur in possessorio ad effectum, de quo
agitur, stante præsertim alio instrumento dationis insolutũ,
& dictis testium vna cum solutionibus pensionum, quorum
2 similiter copia datur.* Rota cõclusit Ruffinum teneri om-
nino in possessorio, iuxta cons. Soc. 287. nu. 1. Aimon cõs.
257. Cum. n. velit Ruffinus nunc eludere decisionẽ aliàs
3 firmatam eo quòd dicat officium fuisse alienum, videli-
cet filij, & possessionem etiã apud illum esse debere, ip-
se hoc concludenter probat, hoc autem solum non pro-
bat, filium fuisse in possessione. Quinimò cũ fuerit eius
4 filius spurius, & absens, non potuit ei acquirere posses-
sionẽ, nisi illud ostendat. Præterea constat illos de Spada
officiũ hoc possedisse sibi traditũ a Ruffino primo, quia
5 illud deinde ei locauerunt, & ab eo pensiones exegerũt,
ex quo ostẽditur possessio quoad conductorẽ, Bar. l. qui
vniuersitas, §. quod per colonũ, de acq. poss. Aim. d. cõs.
157. Secundò probant nonnulli testes examinati, q; offi-
6 ciũ exercebatur nomine Ruffini. Tertiò, quia ipse Ruff.
in contractu venditionis constituit se possidere nomine
illorum de Spada, nec dicatur ex constituto non proba-
ri possessionem, Alex. l. si quis, §. 1. de acq. poss. Nec in ca
su nostro non probatur quod alius possideret. Deinde
constituens se possidere, non potest hoc obijcere contra
constitutarium, quamuis fortassè possit contra tertium,
Tiraq. de constit. 3. par. 1. limitat. nu. 2. & seq. Et tamen
cum negari non possit saltem de facto possedisse, eum
ad illum statum omnino retinendum.

DECISIO DLV.

Caurien. Archidiaconatus, 19. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Præsens in Curia resignatarius, an ex illa præsentia præsumatur acceptatio beneficij resignati ante spolium in alium commissum.*

2 *Intrusus vtrum per declaratoriam impeti possit eo tempore quo lis de beneficio in quod est intrusus, adhuc est in pendenti.*

3 *Implicatis & multiplicibus cessionibus factis in beneficio, maxima solita est suboriri iudici suspicio de collusione, ita vt super declaratorijs vndique petitis tali casu venit supersedendum.*

4 *Discussio de bono iure dum sit in multiplici & intricata*

cessione

essiente interim sequestrum ad beneficij redditus, & fructus venit apponendum.

SEquendo propositionẽ huius caussæ, de qua supra
die 12. Nouembris 1558. dubitaui ego hoc modo,
præsupposito sine veri pręiudicio, ꝙ tempore resignatio
1 nis Gualterij in Petrum † Petrus fuerit pręsens in curia,
an constet eum acceptasse resignationẽ antequam Gualte-
rius Didacũ spoliauit, ita quod Didacus ad instantiam Al
phonsi resignatarij sit declarandus, aut potius sit danda de-
claratoria contra Antonium ad instantiã Didaci, cũ in hac
caussa Gualterius, qui obtinuerat rem iudicatã contra Dida
cum, cessisses ius suum in Petrũ, & Petrus in Alphonsum,
appareretque etiam eumdem Gualterium spoliasse, attestan
do Didacum inde possessionẽ cessisse in Antonium, qui nunc
possidebat, idcirco Didacus vt spoliatus, prætendens etiam
habere rem iudicatam super hoc spolio, peteret Antonium
2 *declarari tamquam intrusum lite pendente: econtra autem*
Alphonsus peteret Didacũ declarari saltem quoad fructus,
& expensas. Et vt multa hinc inde deducerentur, Rotæ
3 placuit † ob tot implicitas cessiones, & alias ambages ex
quib. maxima suspicio oriebatur collusionis, vt superse-
deatur super declaratorijs vndique petitis, & videatur
de bono iure, præsertim cum ex aliquo non appareat,
an Gualterius spoliauerit Didacum ante acceptationem Pe
tri auctoris Alphonsi, vel post? Placuit, vt inter has diffi-
4 cultates eligeretur media hæc via † discutiendi, de bo-
no iure, non obstantib. prętensis attentatis, prout etiam
præcedenti propositione. Huius rei caussa aliquibus ex
Dominis visum fuerat, iuxta Rot. in nouis. & restitut.
spoliat..... Interim autem dixerunt, sequestrum appo
nen. esse si fortè nondum appositum est.

DECISIO DLVI.

Romana hæreditatis de Comitib. 19. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Codicilli septem annis post testamentum conditum producti si fuerint, vtrum locus sit dispositioni l. fin. C. de iure codicil.*

2 *Refici expensę an debeant a parte producente tardius Codicillos vsque ad diem productionis eorum.*

3 *Codicilli diuerso tempore facti a testamento, faciunt ut is qui petit hereditatem iure directo, non excludatur a petitione eiusdem ex nouis codicillis.*

4 *Clausulę codicillaris, quę fuit posita in fine testamenti si quis renũciauit, an possit petere fideicommissum nihilominus ex codicillis, vtpote dependentibus a testamẽto.*

5 *Noui codicilli si idem continent quod primi ubi prioribus fuit renunciatum, & illis etiam nouis dici debet renunciatum, vtpote non re, sed temporis solum data discrepantibus.*

6 *Diuersitas scripturarum diuersum ius non producit stante ratione, & rei identitate.*

7 *Codicilli noui continentes reuocationem legati, nouamque institutionem, & alia quadam similia, ita ut diuersi sint a primis, etiam noua ex eis sic ordinatis oritur dispositio.*

8 *Institutus tempore quo petit hæreditatem iure directo, si tamen sciat nouos codicillos esse conditos, an sibi pręiudicet hac scientia, licet non plenè probata per partem aduersam.*

9 *Commodum si quis capiat ex codicillis, an pręsumatur de illis habere ob hoc sententiam, præsertim si contrarium non probauerit, stante etiam quod Notarij id soliti sint partibus notificare.*

10 *Testis pro parte pro qua deponit an possit in caussa scientia contra eam deponere, idque per verbum credere.*

11 *Regulariter præsumitur ignorantia nisi scientia fuerit probatorie deducta.*

12 *Exorbitans & maximè odiosa est l. fi. C. de codicillis, & ideò restringenda est.*

13 *Sententia ex veris & liquidis constare debet, non ex præsumptionibus, præsertim cum agatur de renunciando iuri sibi competenti.*

14 *Iuranti sibi non constitisse de factis codicillis, an ob id fides debeat adhiberi, maximè probata longa absentia istius per testium depositiones, captiuitate, & vitæ cursu in militia peracto.*

POst vltimam propositionem huius caussæ supra die
10. Martij 1559. Do. Torquatus produxit quosdam
1 † codicillos cõditos a Dom. Aldo 7. annis post testamẽ-
tum. Hincq; ego dubitaui, an stantib. codicillis vltimo
productis, sit locus dispositioni l. fi. C. de iur. codic. quo-
ad effectum, vt videatur cõsequentia d. A. C. sit coofir-
manda, vel non. Et posito quod sic, an hoc intelligatur
2 ẽt † non refectis expensis dd. Hieronymo, & Federico
vsq; ad diem productionis factæ per Do. Torquatũ, de
his codicillis. Domini concluserunt sñiam A. C. quoad
3 hoc caput, nisi aliud obstet confirmari posse. Vbi † enim
codicilli sunt diuerso tẽpore facti, tunc regula est cõiter
probata, eum qui petijt hæreditatem iure directo, non
excludi quo minus eamdẽ deinde iure alio ex nouis co-
dicillis petat, glo. d. l. fi. C. de codicil. verb. præclusisse, q̃
ibi sequitur Barto. Ias. nu. 15. Salic. nu. 7. qui aũt ratione
Rom. leg. Clodius, in fi. de acq. hęred. Guid. repet. c. Rai
nutius, verb. testamentũ tertiò, nu. 72. Nec obstat, quòd
4 ẽt in testamento adesset clausula codicillaris, cui Dom.
Torquatus dicitur renunciasse, vt alias cõclusum fuit:
ideoq; sicuti nõ poterat ex dicta clausula codicillari pe-
tere fideicõmissum, ita etiã nec ex his codicillis potest,
iuxta ea, quæ trad. Bal. in d. l. fi. nu. 5. Fulg. nu. 11. Iacob.
de S. Georgio, nu. 17. Corn. nu. 13. & 19. Nam hæc di-
cta Doctorum, & eorum rationes videntur in altero ex
duobus casib. procedere. Primus est, vbi noui codicilli
5 continent idẽ prorsus ac primi, & tunc si renunciatũ es-
6 set primis, intelligeretur ẽt secundis, quoniam diuersi-
tas scripturarũ non inducit diuersum ius, l. vnum. C. de
test. Verum nõ videtur casus noster, si quidem si codi-
7 cilli nunc producti valdè sunt diuersi a primis † conti-
nent enim reuocationem legati, nouam institutionem,
& alia q̃dam, prout ex his patet, vnde redditur noua di
spositio, Aim. cons. 80. nu. 1. & 30. Secundus est casus,
8 quando institutus tẽpore, quo petijt hæreditatem iure
directo, sciebat tamen nouos codicillos esse cõditos. Ve-
rum hic non est casus noster: Nec enim probatur hæc
scientia D. Torquati, nec coniecturæ adductæ pro con-
traria parte ad eliciẽdam hanc scientiam satis sufficiũt.
9 Prima est, quod cũ agatur de cõmodo illius, creditur
eos sciuisse, nisi contrariũ probetur, vt in terminis Boer.
decis. 33. nu. 22. præsertim quia notarij hoc solent parti
bus notificare, Paris. cons. 72. nu. 27. & cons. 91. nu. 48.
10 in 2. Tertiò, quia vnus testis pro parte Do. Torquati di
cit se credere illum sciuisse, ergo probat contra illum.
Rom. cons. 104. Verum, vt supra dixi, visum fuit Domi-
11 nus hæc nõ sufficere, cũ regula sit in contrarium, videli
12 cet ignorantiam præsumi, l. verus, de probat. & tamen
d. l. fi. C. de codicil. maximè exorbitans, & odiosa, vt per
13 Corneum 161. nu. 15. & 16. videtur esse, quia maximè
restringenda probandaq; hæc sententia vera esset, & li-
quida, non ex his præsumptionibus, præsertim cum aga
tur de renunciando iuri sibi competenti. Præter hæc au
tẽ respondetur ad illas cõiecturas. Primò his codicillos
productos nõ fuisse a Do. Torquato, sed a testio per cõ-
pulsum. Secundò D. Torquatus respondendo positio-
nibus iurasse, se antea ignorasse hos codicillos, quod
sufficit, Aim. d. consil. 201. num. 32. quia testes pro par-
14 te Domini Torquati examinati probant longam eius
absentiam, & captiuitatem, & vitæ cursum peractum in

militia, ex quibus verisimiliter credi potest huiusmodi ignorantia. Hæc autem ita firmata sint, circumscripto capite inualiditatis horũ codicillorũ, qui pro parte aduersa pmrendantur nulli, eo quod adijciaut conditionem, & substitutionem hæredis, iuxta cautel. 3. Ioan. de elect. tit. 10. de qua alias erit agendum.

DECISIO DLVII.

Nouarien. Canonicatus. 26. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Pontifice maximo vniente Archidiaconatui Canonicatũ qui primò vacarit, quique ab Archidiacono acceptatus fuerit intra mensem a vacatione, vtrum si alteri sit prouisum per talem canonicatum, præiudicium generetur Archidiacono.*

2 *Canonicatus per substitutũ ab asserto procuratore vtrum acceptari possit.*

3 *Vnio vt plurimum censetur odiosa, iurique communi aduersari, ideo restringenda est.*

4 *Iufra mensem vacationis acceptare debens, vt in bulla continetur, id si neglexerit, nulla est postmodum subsequens acceptatio.*

5 *Confitens in sui incommodum in re magni momenti, & plurimum præiudiciali non auditur.*

6 *Obtinere uolens ex capite prætensæ unionis ualidè de iure suo, quod se asserit habere, debet docere.*

1 IN actis constabat, Iulium Secundum † vniuisse Archidiaconatui Ecclesiæ Nauarien. vnum ex canonicatib. quos vacare contigerit, & quos Archidiaconus infra meusem post illius vacationem acceptauerit. Con
2 stabat etiam, acceptatũ fuisse † quendam Cauonicatũ per substitutũ ab asserto procuratore Archidiaconi, sed tamen de mandato Archidiaconi nihil apparebat, ẽt producta Bulla dissolutionis cõsentiebat dissolui ad vitã Georgij ad fauorem illius, & Georgius consenserat reseruationi regressus in fauorem Archidiaconi, tandem erãt examinati duo testes, quorum vnus deponebat de publica uoce & fama, & alter de auditu ab ipso Georgio, & Archidiacono. Nunc uacãte Canonicatu per obitum Georgij, orta fuit lis inter Petrum, qui impetrauit pet obitum & Archidiaconum, qui uigore unionis eũ ad se pertinere prætẽdebat: ego proposui dubiũ huiusmodi, an ex deductis actis cõster de unione aliqua, & an in actis habuerit effectũ in Canonicatu & præbenda, de quib. agitur, stantibus præsertim dictis testiũ, quorũ copia datur: Domini cõcluserunt, non constare ad ef-
3 fectum unionis in hoc canonicatu. Nam cũ unio sit odiosa, & iuri communi repugnans, ut per Cald. cõs. 76. Inter cetera aũt hic Domini manifestissimè deficiunt,
4 alterum, quod non cõstat Archidiaconũ acceptasse infra mẽsem uacationis, prout forma Bullæ exhibet, cum per illud instrumentũ non cõstet Caninicatum tunc uacasse, & remota fuisse obstacula, de quib. Rot. in antiq. 525. Put. 2. de unio. Boer. 146. nu. 1. Non obstant testes, de quib. supra, nã non sufficiunt ad probandũ unionẽ,
5 Alex. cons. 101. nu. 17. in 3. nec confessio ipsiusmet Archidiaconi, aut Georgij quidquam prodest in re tanti præiudicij. Dec. d. cons. 173. nu. 4. Non obstat regressus reseruatus, quia fuit ad uitam Melchioris, non moderni Archidiaconi, qui prætendit ius uigore unionis, non
6 autem uigore regressus, idcirco Archidiaconus si uult obtinere, debet ualidius de iure suo docere.

DECISIO DLVIII.

Virduuen. Monasterij, 26. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Monachus priuatus sub Priore degens cui sub Priore fuit prouisum, an agere spolio possit sciens Bullas simplicis resignationis expeditas.*

2 *Mandatis correspectiuis extantibus una partium non uolente aliter resignare nisi reseruato sibi regressu, & pensione, non impleta conditione resignans non potest dici aliquid a se iuris pristini abdicasse, & ideò spolio agere potest.*

3 *Pactum regressus non adimpletum ab vna partium prior paciscens resignans reclamare potest euanescẽtibus ex non deductis in effectum pactioribus.*

QVamuis ex decisionib. supra die 6. Martij 1559. satis videretur hæc caussa definiri posse in fauorem Iosephi tamen cum aduersarius multũ vrgeret & caussa esset alicuius momẽn, visum fuit, hoc etiam dubium proponere, in quo etiam nonnulla præsupposui, quæ mihi adeò liquidè non constabant, sed vt aliunde caussa sua in Rota intelligeretur, dubium autem fuit huiusmodi: Præsupposita correspectiuitate mandatorum sine veri præiudicio, quòd Ioseph autẽ captam possessionem Monasterij, de quo agitur per Ioan. sciuisset Bullas simplicis resignationis expeditas, paruam autem datam, quòd paruum consensum super reseruatione regressus, & pensionis solummodo captum, & nihilminus Iose-
1 pho in eodem Monasterio tamquam † priuatus Monachus steterit, sed sub Priore prouidendo, nec ipse Ioseph possit agere spolio, ita vt remissoria per Ioannem petita ad probatam præmissa sit releuans, & cõcedenda. Domini nemine dissentiente concluserunt remissoriam
2 non esse releuantem nec concedendam. Nam † cum mãdata sunt correspectiua, & Iosephus non aliter voluerit resignere, nisi reseruatio sibi regressu, & pensione sequitur non impleta hac conditione eum nihil a se abdicasse, & agere posse spolio. Abb. c. cũ pridem. col. fi. de pact. vt aliàs sæpe dictum fuit. Non obstant, quòd Io. passus fuit per duos menses accipere possessionem Monasterij, quoniam cum hoc pactum fuit ab eo a se, vt regressus deberet effectum sortiri merito, cum vidit eum
3 euanescere, potuit reclamare, atque illud repetere. Et quamuis parui consensus, & parua data fuerit sumpta, tamen elapso anno effecti sunt inutiles ex stylo Curiæ, ideò caussa erit in fauorem Iosephi omnino expedienda.

DECISIO DLIX.

Carthaginen. iurisdictionis. 28. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Satis sufficienterque probato fumo, remissoria petita ab vna partium nequaquam est deneganda.*

2 *Testis aliàs in partibus examinatus qui nunc etiam in Curia examinatur, si nihil eorum quæ nunc deponit, aliàs in partibus fuit testificatus, habetur pro suspecto.*

3 *Actis in partibus ventilatis diligenter inspectis si testem plura deposuisse in Curia appareat quo ad quędam recipitur, & quo ad quædam reijcitur, vt suspectus.*

IN hac caussa inter Præpositum & Capitulum, petebatur a Capitulo remissoria: idcirco dubitaui, *an ex testi-*
1 *bus examinatis satis constaret de fumo.* Et satis constare conclusum fuit, præsertim ex quodam teste examinato in Curia. Quoniam autem Præpositus respondebat, illũ testem aliàs fuisse examinatũ in partibus, & nihil eorũ deposuisse, quæ nunc testificatur, mandarunt mihi Domini vt viderem an ita res se habeat. Nam si ita esset, suspectum habebant illum testem, placebatque illis hinc non concedi remissoriam: ego itaque diligenter inspectis actis, in partibus ventilatis, animaduerti quidem, hunc testem multo plura depenere in Curia, qui & de his deponebat, ita vt quoad fumum nulla esset dubitatio, quin sufficienter ex his colligeretur.

DECISIO DLX.

Romana dotis de Iuuenalib. 28. Iunij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Contumacis partis in gratiam etiam aliquando Auditor, dubium in vltima instantia proponit.*

Cum

CVm vltima pars voluisset informare, ego proposui caussam in vltima informatione. Siquidem hoc du
1 bium fuerat a me concessum potius in gratiam partis, quæ deinde contumax erat, cum Rota pridem satis sensisset, Hieronymum mittendum esse in possessionem Casalis sibi pro dote allegati, prout in instrumento. Quod autem & nunc Rota rursus confirmauit, mandauitque mihi omnino, vt darem exequutionem in instrumento prout latius, &c.

DECISIO DLXI.

Prouisionis Monasterij consistorialiter factæ. 3. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Consistorialiter solere prouideri de Monasterio, vel non, vtrum ex vnico actu abunde probari possit.*
2 *Subrogatio an excuset prælatum etiam maxima auctoritatis vt Cardinalem, ab attentatis, idcoque sequestrum sit reuocandum non obstante partis aduersæ inhibitione.*
3 *Regula est vt monasterijs excedentibus valorem ducatorū ducentorum auri de Camera prouisio consistorialiter fiat.*
4 *Monasterium quaternis vicibus prouisum non consistorialiter, vbi prouisiones tales nequaquam ad effectum deductæ fuerunt, non arguit posse non consistorialiter de eo prouideri.*
5 *Cardinalis ab attentatis non excusatur habente eius gratia clausulam, dummodo tempore data præsentium non sit alteri ius quæsitum, &c.*
6 *Validè sibi regressu reseruato, si pars resignet non aliter nec alio modo, vbi regressus sit nullus, & inualidus omne ius permanet penes resignantem, perinde ac si non resignasset.*
7 *Ius alteri quæsitum annullat penitus prætensum ius istius, qui se dicit subrogatum, etiam Cardinalatus honore liceat fruatur ex restrictione clausula in gratia apposita dummodo tempore data præsentium non sit alteri ius quæsitum.*
8 *Factum omne post inhibitionem manantem a parte cui ius fuit iam quæsitum, dicitur, & est omnimodo attentatum.*

DVbium hoc erat an ex quattuor prouisionibus vltimo loco productis simul cum fide solutionum, de quibus in actis, dicitur Dominum Prosperum in ca-
1 su de quo agitur, satis verificasse, quod † Monasterium non consueuit consistorialiter prouideri, non obstante auctoritate anterioris prouisionis, de qua in actis facta consistorialiter. Et præsupposito, quod an Illustrissimo
2 Cardinali suffragetur † subrogatio, ita vt excusetur ab attentatis, & sequestrum sit reuocandum, non obstante inhibitione pro parte Domini Prosperi de qua in actis, nihil tamen firmatum fuit in illa parte. Verum quoad primam partem dubij, omnes sentire videban-
3 tur, † regulam esse in fauorem Cardinalis, vt de Monasterijs excedentibus 200. prouideatur consistorialiter, atque in concilio Lateranen. decretum tamen esse cum
4 decreto irritanti. Non obstant † quattuor prouisiones, de quibus in dubio. Nam cum caruerint effectu, non potest ex his vllum sumi certum fundamentum. Nec enim sufficit ita de facto accidisse, quoniam ita impetraremus omnia beneficia, & regulæ omnes subuerterētur.
5 Quoad secundam partem dicebant, Cardinalem non excusari ab attentatis, quoniam eius gratia habet clausulam, dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum. Cum igitur Ioannes Michael resi-
6 gnauerit Hieronymo reseruato sibi validè regressu, & non aliter, vtique si regressus fuit nullus, & inualidus, omne ius permansit penes ipsum Ioan. Michaelem resignantem, perinde ac si non resignasset, quia hæc concessio fuit conditionalis, Sarnen. de trien. quæstio. 27. in fin. Mohedan. 183. Rot. in antiq. de concessio. præben.
7 9. num.... Si igitur † ius erat quæsitum Ioan. Michaeli, ergo subrogatio Cardinalis fuit nulla, quia erat restricta ab illa clausula, dummodo tempore datæ, &c. Et
8 ita † quidquid factum fuit ab eo post inhibitionem fuit attentatum, cap. cum solum, §. fin. de appell. in 6. Dec. consil. 103. Dixerunt ergo Domini, vt quoad primam partem videat Prosper an possit quid melius probare. Quoad secundum videat Cardinalis quid respondeat. Nam fundamentum contra eum videtur solum, dum interim vere nihil statuatur.

DECISIO DLXII.

Legionen. Canonicatus, 13. Iulij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio an ante concessam expectatiuam fuerit facta, an vero post sed ante acceptationem in beneficialibus, solet Rota considerare.*

QVoniam nunc primum hæc caussa a me proponebatur, placuit Dn̄is nihil decidere, sed ad Calc. remittere Et tunc dixerunt oportere illis dari copiam Bul
1 læ Cruciatæ, † videndumque, an excommunicatio, de qua agitur, fuerit ante expectatiuam concessam, an verò post expectatiuā concessā, sed ante acceptationem.

DECISIO DLXIII.

Cæsaraugustana pensionis, 13. Iulij 1559.

SVMMARIA.

1 *Commissio in actis cum clausula, sine retardatione solutionis, quid operetur.*
2 *Res iudicata quoad motum proprium in hac caussa qualis sit.*
3 *Motus proprius vi scripturę, & eius facultatis potest aliquando impugnari.*
4 *Gratia Papæ quando mandatur prælato non in specie, vel indiuiduo, sed vt prælato, an sit perpetua, vel extinguatur cum morte ipsius prælati.*
5 *Possidere si quis dicatur, & fructus percepisse tempore reseruationis pensionis, vtrum sufficiens id sit ad validandum possessionem.*
6 *Iura vltimò loco producta sæpe in processibus sunt cōsideranda, cum illa vt plurimum dissoluant difficultates.*

IN hac caussa dubitaueram hoc modo, stante motu proprio pro parte Cardinalis producto, & assertis iuribus pro parte aduersa vltimo loco productis, an constet de bono iure Cardinalis quoad effectum, de quo agitur. Rota nihil voluit determinare, quoniam nunc primum hæc caussa a me proponebatur. Sed dixerunt, quod multa essent aduertenda, de quibus in nou. adie-
1 ctis postea agetur. In primis an † adsit alia commissio in actis præter illam cum clausula sine retardatione solutionis. Nam licet Cardinalis sit titularis, tamen commissio dat Auditori Iurisdictionem conditionalē. Quod si extat alia commissio simplex, tunc secus dici posset. Deinde dixerunt videndum esse, an Cardinalis sit subrogatus in ius Ioannis Antonij, qui dicitur habere con-
2 tra se rem iudicatam, & qualis hæc res † sit iudicata, quoad motum proprium: dicebant, fundata videri ex eo intentionem Cardinalis. Nam scriptura ex aduerso
3 producta non reducit † motum proprium, sed dat facultatem tantum impugnandi. Et ideo aliqui dubitabant ne hodie etiam amplius competat facultas prædicta, quoniam mortuus fuit Cardinalis Sfondratus, nec com
4 missa fuit relatio. Alij contradicebant, quoniam gratia Papæ non mittitur personæ Sfondrati, ideo est perpetua, & quandocumque alius quis opponit narrata in motu proprio esse falsa, tenebitur Cardinalis verificare, prout nunc opponitur: ita dubitatum fuit, præsupposita etiam legitima priuatione Matthæi,
5 quia tamen dicitur † possedisse, & fructus percepisse tempore reseruationis pensionis, an id sufficiat ad validandum possessionem, iuxta decision. Archidiaconat. de pensio. Præterea dixerunt consideranda esse iura

vltimo

vltimo loco producta; quæ fortè tollũt has difficultates, itaq; circa hæc oĩa nihil fuit firmatũ, sed hæc fuerũt pręcipua, super quibus dixerunt posse dubitari post Calẽd.

DECISIO DLXIV.

Viscen. de Papirios, 19. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Regula de triennali an possit obsistere ei, qui in decursu processus obtinuit rem iudicatam.*

2 *Possessor tempore rei iudicatæ excipere potest de regula de triennali, cum ipsa solum possessores tueatur.*

PRosequendo in caput, quòd imperfectum reliquerunt Domini in vltima propositione huius caussæ, fuit 19. Iunij 1559. nũc dubitaui, an regula de triennali prouisione Nuncij, & fide Ordinarij, & noua prouisione, de qua in actis, obstet Francisco quo minus ad eius instantiam sit procedendum contra Georgiũ? Conclusum fuit ab omnibus in fauorem Georgij quoad primam partem dubij, si quidem Franciscus aduersarius
1 in hoc puncto in primis excipiebat, non obstare sibi † regulam, nec quid aliud, eo quod habebat rem iudicatã. Domini autem in hoc contrarium responderunt, quo-
2 niam cum Georgius tempore † rei iudicatæ esset possessor, vtique potest nunc excipere de regula de triennali, quæ solum tuetur possessore, vt per Sarnen. in d. regula, quæstio. 25. Et eò magis in casu nostro, cum hæc fuerit vnica sententia lata per contradictas. Imo dicebant aliqui si datum fuisset antea de regula, tunc sententia deinde lata fuisset nulla, quia regula omnino prohibet. Sarnen. quæst. 58. nu. nu. 4. & quæst. 60. Quoad secundã partem, videlicet, an constet de titulo colorato quoad effectum regulę, nihil fuit conclusum, & aliàs erit videndum.

DECISIO DLXV.

Salamantin. de Babilla fonte. 19. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Onus probandi fructus perceptos post resignationem, an ad partem percipientem spectet.*

2 *Beneficium resignans vtrum in illo amplius ius aliquot eò competat.*

3 *Nulla vbi est resignatio in effectu, nullum etiam ius a se resignans abdicare potest.*

4 *Asserens de confidentia partem aduersam habuisse beneficium, illam probare confidentiam tenetur.*

5 *Spolio agens rectè admodum agit si probet a se captam fuisse possessionem, & in ea aliquo tempore pacificè vixisse.*

6 *Resignans si patiatur resignatarium fructus percipere, & possidere, an possit prætendere de spolio.*

7 *Quæ quidem assertio, scilcet, quòd passus sit resignans fructus percipere resignatarium, cum sit firmamentum negotij probandum est, num. seq.*

Regula quod ex actu nullo transferatur tamen possessio quomodo sit intelligenda, & qualiter procedat, num. seq.

10 *Resignatio, quæ fit in manibus habentis facultatem admittendi liminata est.*

11 *Regula quod ex actu nullo transferatur tamen possessio, procedit in profanis vbi interuenit traditio rei, quæ est alienatio possessionis, & pendet a voluntate tradentis.*

12 *Spiritualia non nituntur traditioni rei, & pendent a consensu Papæ.*

13 *Inualida existente resignatione, non abdicatur ius nec possessio a resignante, & ob id actio spolij durat perpetuo.*

CVm multum in hac caussa laborassem, vt partes ad concordiam reducerem, & nihil efficere omnino potuissem, ex nimia pertinacia vtriusque partis, quinimo vtraque studio summo contenderet, vt caussam de iure quoquo modo terminarem, tandem hoc dubiũ proposui, quod mihi aliàs Rota mandauerat, videlicet, *an Garzia incumbat onus probandi se percepisse fructus post resignationem*. Et posito quod sic, num ex deductis in actis, quorum copia datur, sufficienter docuerit se percepisse, vel saltem iuste credere potuisse, illos se percepisse, stante præsertim instrumento possessionis. Hinc inde & licentijs deseruiendi prout in actis, nec non depositionibus testium. Hinc sciendum est, quòd cum Gar-
2 zias † resignauerat hoc beneficium, & ideò nullum ei ius competebat. Ad quod Garzias respondebat, resigna-
3 tionem nullam † esse, nec ad se vllum ius abdicatum, prout decisum fuit coram Domino Chissanen. Secundò excipiebat Antonius, Garziam habuisse hoc beneficium a patrono suo in confidentiam, & super hoc fuerunt multa disputata coram Domino Chissanen. Et re-
4 periebatur fuisse decisum, quod de † confidentia non constabat, prout annotatum fuit manu propria Domini Fabij olim Decani, vt vidi sub die 5. Iunij 1555. Item decisum in alia audientia, quod fraudes hincinde confundebantur, quia tamen nescio quis scrupulus relinquebatur, placuit Dominus, vt proponerem suprascriptum dubium, in quo omnes nemine discrepante concluserunt, onus probandi incumbere Antonio, non autem
5 Garziæ: ea maximè ratione, quia Garzia agens † spolio, rectè fundat intentionem suam, probando primum extremum, & possessionem de anno 1541. 15. Iunij, & secundum extremum ex confessione ipsiusmet Aduersarij: Antonius autem excepit, quòd Garzias resignauit beneficium, & quod ipse de eo prouisus fuit de anno 1542. Garzias replicabat, quod resignatio fuit nulla, &
5 hoc iam fuit decisum. Antonius † nunc replicat, quòd post resignationem Garzias passus est ipsum possidere,
7 & percipere fructus. Igitur cum † hæc triplicatio sit fundamentum ipsius Antonij, debet ab eo plenè probari, quia Garzias interiora sua alia ex parte docuit, leg. 1. & 2. de except. l. 1. §. ei qui, de probatio. Et quoniam aliquibus Dominis nonnihil dubij faciebat ea regula,
8 quod † ex actu nullo transfertur possessio. l. 1. §. si vir. de acq. possess. Vnde quamuis resignatio Garziæ fuerit nulla, tamen videbatur possessio transferri potuis-
9 se. Idque tripliciter. Primo regulam † procedere in
10 actu puro, non conditionali, prout fuit hæc resignatio, quæ fuit limitata ad resignandum in manibus habentis facultatem admittendi. Secunda regula procedit in principali, non autem in procuratore, cui datur limitata facultas a Domino, quod diuersum est, quia defuit voluntas Domini, qui intellexit de resignatio-
11 ne validando mandatum procuratori. Tertio † regula procedit in profanis, vbi interuenit traditio rei, quæ est alienatio possessionis, & pendet a voluntate tra-
12 dentis. Secus † est in spiritualibus, quæ non nituntur traditione rei, & pendent a consensu Papæ. Hinc vi-
13 demus, quod † inualida existente resignatione, non abdicantur ius nec possessio, & actio spolij durat perpetuò, Cassador. 5. & 6. de restit. spoliar. Fab. 40. Peregr. 75. Ioan. Paul. 63. Achil. 11. de pension. Quoad alias partes dubij pauca dicta fuerunt, quoniam hæc prima videbantur sufficere in fauorem Garziæ, idem tamen, & alijs videbatur, præsertim in eo, quod Garzias iustè credere potuerit se fructus percepisse ex litteris, quarum copia data fuit, & alijs maximè, quia testes pro parte Antonij nihil deponebant quod omnino concluderet, quos ego vidi, & extractum eorum inter informationes Fabij.

DECISIO DLXVI.

Romana domus de Cinquinis, 24. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Latæ sententię quę in rem iudicatam transierunt, vtrum prosint possessori contra quem agitur tamquam alienã domum possidentem.*

2 *Defectus iurisdictionis iudicis, & non sufficiens mandatum procuratoris, sententias, & gesta rescindunt, & reddunt penitus nullas.*

3 *Sententię, quę dicuntur nullę ob defectum iurisdictionis, & man-*

& mandati, si postea ratificentur per vltimum, & sufficienter plenum mãdatum, vtrum possint reualidari.

4 *Ratificatio, de qua in mãdato, quomodo probetur comprehendere omnes caussas etiam præteritas.*

5 *Ratificatio nullo modo potest trahi ad ea, quæ a nobis ignorantur.*

6 *Mandatum referens se ad monitorium, in quo tantum cõtinetur caussa contra partem aduersam, nõ ius, vtrum sit sufficiens.*

7 *Sententiam iam latam vtrum quis in sui fauorem ratificare possit, nec ne.*

8 *Materia turpem præ se faciem ferens, ob turpitudinem sæpe mandatur a Rota ad concordiam reduci.*

FRatres de Mascalonibus agebant contra Alexandrum Cinquinum possessorem domus suæ, vt ipsi
1 prætẽdebant. Cinquinus excipiebat cõtra eos † latás fuisse sententias, quæ transiuerant in iudicatũ. Fratres replicabãt, sententias nullas fuisse saltem contra duos ex illis
2 † ex defectu iurisdictionis & mãdati, quoniam ipsi degebant in Flandria, & tertius frater q erat hic Romæ, Marcus Antonius non habebat sufficiẽs mandatum ab illis.
3 Cinquinus nunc replicabat, illas sententias † fuisse ratificatas ex quodam vltimo mandato in caussa producto
4 contra Odeschalcos, in quib. dubitaui, *an † ratificatio de qua in mandato, comprehendat omnes caussas etiam præteritas.* Dñi responderunt de iuris rigore non comprehẽdi,
5 quoniã ratificatio † non trahitur ad ignorata, Alex. l. sciẽdum, qui satis. coga. Sed cũ sententiæ, de quib. agitur, iãpridem latę fuerint, nõ põt ratificatio ad illas referri, nisi constet de earum scientia. Deinde verba generalia referuntur tantum ad specificata, Ias. l. si decreta, C. de tran-
6 sact. Cũ aũt mandatum referat ad se ad monitorium, in quo tm̃ continetur caussa contra Odeschalcos, quãuis deinde mãdatum verbis generalib. vtatur, tñ ea referen-
7 da sunt quoad casus expressos. Prætetea cum post sentẽtiam latam quis ratificare eam non possit in sui fauorẽ, absurdum esset nec verisimile fratres eam voluisse ratificare in sui præiudicium, & in eo q sibi noceret, cum ipsi velint recuperare domum, & sentẽtia eos repellat: quãuis aũt hic de rigore iuris ita videretur, tñ Rota nihil fir-
8 mare voluit, qm̃ hæc materia turpem faciem præ se fert ex parte Marci Antonij, qui cum tamquam procurator fratrum in illis sententijs interuenerit, nunc idem accedat eas impugnare, eo quòd mãdatum ad id non habuerit. Ideo Dominis placuit, vt concordia omnino tractaretur, interim statuatur nihil, quia suspectã magis habent turpitudinem ex parte Marci Antonij.

DECISIO DLXVII.

Vlyssiponen. quartanariæ, 26. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Beneficium vacans per resignationem inualidam, an dici possit ubi ea fuerit conditionalis, uidelicet reseruata certa pensione super eodem beneficio.*

2 *Beneficiũ non possidens, non põt valide cõsensum præbere ad pensionem super eodem beneficio constituendam.*

3 *Apparente captam possessionem beneficij ab aliquo non constito de anteriori possessione alterius, præsumitur continuasse, & spoliatus fuisse ab alio.*

4 *Patientia partis prætendentis se spoliatam iuncta cum taciturnitate, & non contradictione aduersarij, facit opinari iudicem partem carere bono iure.*

5 *Calumniosè vbi ad partes remissoria petitur, quibus inditijs & argumentis constare possit.*

FActum huius caussæ plene relatum est in informationibus, & partes in eo conueniunt, dubitaui, cui esset danda remissoria Gundisaluo, qui prætendebat beneficium vacasse per resignationem, eamque inualidã
1 fuisse, quando fuit conditionalis, videlicet reseruata certa pensione super Ecclesia de Aldea de consensu Sal-
2 uatoris, dicebatque, hunc Saluatorem meo tempore non possedisse dictum beneficium, ideoque pensioni valide consentire non potuisse. Domini dixerunt videre quidem fumum sufficere quoad remissoriam, quia ta-
3 men de anno 1546. appareat, Saluatorem cepisse possessionem, nec constat de anteriori possessione alterius, immo quod nec tunc temporis alius possideret, præsumitur continuasse, & potius spoliatum fuisse a Io. Rubello de anno 1548. si tamen ex testibus plenè illum Rubellũ de anno 1548. possedisse constet, & fructus percepisse, & hactenus possidere, Domini tunc sentiunt elisum esse fumum Gundisalui, præsertim quia non apparet de anno 1546. fructus percepisse, nec connouasse, nec cõstat de iure, ex quo Io. Rubellus sẽper posedit postea,
4 & ille numquam contradixit, potius credẽdum est carere bono iure. Postea, die 29. retuli in Rota, q deposuerunt testes vtriusque partis, quos diligenter legeram: & quia testes Ferdinandi probant Io. Rubellum de anno 1548. posedisse, & hactenus possidere, & illi Gundisalui probant Saluatorem de anno 1546. fructus percepisse, & per aliquod tempus, sed nihil aiebant de anno
5 1548. Conclusum fuit ab omnibus, calumniosam esse petitionem remissoriæ, quia illi testes examinati in partibus ad dandum tantum fumum circa annum 1548. nihil de eo deponunt. Ergo, &c. Quando autem adesset fumus, tunc Domini vellent, vt dubitaretur de releuantia, quoniam ex parte Ferdinandi multa opponuntur, q scilicet non potuit consensus ille extẽdi ad successores, prout in reseruatione pensionis continebatur, & quòd constabat de bono iure Cardinalis Tranẽ. & consequenter de non iure illius Saluatoris, & similium.

DECISIO DLXVIII.

Barchinonen. Parochialis, 6. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Canonicatum habens, si impetret parochialem exprimendo fructus non legitimè, vtrum teneatur ob non verificatos fructus regula de valore.*

2 *Fructus beneficiorum obtentorum etiam sunt exprimendi ex regula Pauli Quarti, cui iũcta est clausula, non obstantibus, &c.*

1 THomas, qui habebat Canonicatum, impetrauit hanc parochialem, & expressit Canonicatus fructus ad 24. Modo aduersarius obijciebat, quòd non verificasset fructus Canonicatus, & ita teneretur regula de valore, cum tempore Pauli Quarti clausula non obstantibus, semper sit posita in supplicationibus. Vnde
2 fructus beneficiorum etiam obtentorum erant exprimendi, prout in regula. Domini dixerunt satis esse factum locum regulæ, quæ requirit valorem secundum communem æstimationem, quam ipse expressit ad 24. cum notum sit in Hispania ad hanc summam exprimi solere. Hæc tamen ita obiter, quia dubium super hoc non erat positum.

DECISIO DLXIX.

Romana fideicommissi de Gracchis, 31. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Iudicis solo nutu & concessione obtenta licentia de capienda possessione non transfertur possessio.*

2 *Possessio capta non expulso colono est penitus nulla, & numero 4.*

3 *Locatio valida esse debet ex qua transferri debet possessio.*

QVamuis aliàs Rota dixisset, vt in hac caussa videretur de bono iure, quia tamen Vincentius prætẽdebat sibi competere possessionem, & nihil de ea adhuc cognitum esset: eidem placuit, vt instante Vincẽtio huiusmodi

iusmodi dubium proponerem, an stante licentia de ca-
pienda possessione in fauorem Vincentij, & locatione
eiusdem facta hæredib. quondam Marij, prætendentes
tñ de resignatione Martij erga mulieres, prout in actis,
intelligatur possessio translata in Vincentium, vel nunc
veniat transferenda? Rota nihil certi voluit firmare: oēs
tñ videbantur inclinare, q̃ non, per plures rationes. Pri-
1 ma † q̃ sola licentia iudicis de capienda possessione non
2 transfert eã: secunda q̃ † possessio capta non expulso mo
do colono nulla est. l. peregrè. §. quib. de acquir. poss. Af
flict. 325. nu. 3. Tertia, quòd per locationem transfertur
possessio. c. quædam mulier, de rei vendicat. Alexan. l. 1.
§. si vir. num. 5. de acquir. poss. Et hoc videtur esse præci
puum fundamentum Vincentij, cui nec obstat resigna-
tio facta erga mulieres, quia ea nulla fuit, *vt aliàs Rota
declarauit*. Magis obstat ex parte mulierum, quod tem-
pore huius locationis fuisset lis non tantum inter illas,
& ipsum Vincentium, sed etiam inter ipsos, & hæredes
Marij. Quare Rota mihi mandauit, vt videam, an verè
constet de hac lite. Nam si ea fuit, tunc possessio nulla
est, & hoc casu agendum esset tantum de bono iure: q̃
si etiam nulla repetiretur lis cum tertio, idest cum illis
3 hæredibus Marij, tunc videndum erit † *an locatio fuerit
valida, ex qua potuerit transferri hæc possessio*. Item *an
4 fructus vllos ex ea perceperit*: quoniam † dicebant aliqui,
ex sola locatione, qui est actus fictus, non transferri pos-
sessionem, nisi expulso colono: alij contra, qñ possessio
est vacans. Vnde, & hic videndum est de bono iure.

DECISIO DLXX.

Barchinonen. Capellaniæ. 31. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Capellania concessa per Archiepiscopum alicui si sit cũ sala
rio, & emolumentis vbi vergit in damnum Ecclesiæ, po-
test per successorem Archiepiscopum eidem adimi.*

2 *Motus proprius in caussa spolij vtrum locum habere possit
non habita copia concessionis factæ ipsi spoliato.*

3 *Capellania cum salario, & emolumentis an ad vitam proni
si concedi possit.*

1 ARchiepiscopus prædefunctus † concesserat Anto-
nio hanc Capellaniam cum certo salario, & emo-
lumentis. Successor Archiepiscopi Capellam illi abstu-
lit sub prætextu, quòd esset in damnum Ecclesiæ. Cum
Antonius agens spolio obtinuisset sententiam contra,
2 coram A. C. nunc dubitaui ego † *an esset locus motus
proprio in caussa, de qua agitur*? Rota nihil firmauit, quo-
niam non erat data copia concessionis factæ Antonio ab
Archiepiscopo, cuius verba omnino consideranda esse
3 dixit. Deinde videndum esse, *an mihi constet, hanc Capel
laniam ante solitam esse ita concedi ad vitam, & cum eis-
dem emolumentis, & iuribus, prout fuit concessa Antonio:
an verò aliquid amplius fuerit ab Archiepiscopo conces-
sum. Præterea considerandum, an hoc sit vnum officium, in
cuius concessione non lædatur Ecclesia, sed tantum in longio
re salario, ita vt nouus Archiepiscopus argui possit tantum
de excessu.*

DECISIO DLXXI.

Auximan. Bonorum. 7. Februarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Matrona donans omnia bona sua alicui, exclusis filiabus,
eamque donationem confirmans, vtrum postea pœni-
tens coniungendo se filiabus suis, possit eamdem dona-
tionem reuocare & simul impugnare.*

*Et an sorores istæ per se aliquid opponere contra istam
donationem possint, ita vt tertia sententia confirma-
tionem retardare, vel impedire possint antequam op-
posita discutiantur, nu. seq.*

*Quæ quidem sorores si quid releuans opponere voluerint,
ex sua non matris persona audiendæ sunt, nu. 3.*

4 *Noua capita in Rota proponi possunt ad impugnationem
donationis facientia, non reuocari in dubium semel
firmata.*

1 FAustina, quæ † donauerat omnia bona sua Petro
Antonio, exclusis filiab. suis, q̃ donationem deinde
etiam confirmauerat, postea pœnitentia ducta illam re-
uocauit. Verum aliàs coram D. Aldobrandino conclusũ
fuit, hanc reuocationem inualidam esse, nec nocere Pe-
tro Antonio. Nunc cum Faustina coniunxerat se cum
filiabus pro impugnanda donatione. Dubitaui, ego, *an
2 istæ sorores possint hodie aliquid opponere contra donationẽ
istam, ita, vt non procedendum sit ad confirmationem ter-
tia sententia, antequam opposita discutiantur*. Domini
3 dixerunt, mulieres esse audiendas, si quid releuans vo-
luerint opponere ex persona sua, aliàs ex persona ma-
tris non possunt: tamen nec ipsa possit, vt aliàs conclu-
sum fuit coram D. Aldobrandino, nisi ob diuersam ra-
4 tionem. Explicent igitur mulieres si q̃ habent validum
caput nouũ pro impugnanda donatione: verum nõ re-
uocentur in dubiũ, quæ semel fuerunt firmata in Rota.

DECISIO DLXXII.

Vicen. de Papigios, 7. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Locus vtrum sit regula de triennali respectu alicuius tituli
colorati.*

2 *Vitium litigiosi an transeat in tertium qui habeat caussam
ab aliquo ex litigantibus, ita vt iuuari non possit regula
de triennali.*

3 *Contra intrusos etiam procedi solet litis pendentia adhuc vi
gente, quamuis longo tempore fuerint possessores.*

4 *Verba regula de triennali (antiquas, lites penitus extinguen
tes) ob variam dominorum interpretationem ex decisio-
ne, Rotali negliguntur.*

1 DVbitaui, *an sit locus regula de triennali tam respectu
litis cum Odoardo, quam tituli colorati quo ad Geor-
gium*. Quoad primam partem Rota nihil voluit firma-
re. Namq. reperiuntur variæ decisiones, & auctoritates
2 Doctorũ repugnantes. Quod. n. vitium litigiosi transeat
in tertium, qui habeat caussam ab aliquo ex litigantib.
ita vt iuuari non possit regula de triennali, facit decis. 1.
Bisig. vt lit. pendẽ. Clem. 20. eod. ti. Cassad. 8. super reg.
3 de triennali, nu. 3. Vnde procedi solet contra intrusos li-
te pendente, quamuis possederint per longum tempus.
Contra autem vr̃ dec. Ioan. Paul. 59. Crescen. 55. Mo-
hed. 210. aliàs 240. & attestati sunt aliqui ex senioribus
4 aliàs in Rota sæpius disputatum fuisse, quomodo ver-
ba omnino regulæ de trien. ibi, *antiquas lites penitus ex-
tinguentes, & c.* essent intelligẽda, & semper esse variam
Dominorum interpretationem. Dixerũt igitur, vt omis-
so hoc capite posthac videam, an regula de triennali ha
beat locum in vnione adiuncta in casu, de quo agitur.

DECISIO DLXXIII.

Expectatiuæ plurium, 9. Februarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Expectatiua gratia concessa alicui qui postea ob fideiussio
nem ab Aud. Cam. fuit excommunicatus, vtrum ob cẽ
suram illam vitietur, ubi ante acceptationem fuit cen-
suratus.*

2 *Absolutum se probans in partibus vigore Bullæ Cruciatæ,
vtrum præiudicare possit alijs expectantibus cum &
ipse sit expectans.*

3 *Absolutio facta per modum impositionis in foro pœniten
tiali prodest illi, qui fuerat censuris innodatus.*

4 *Absolutio in foro pœnitentiali facta, res dicitur esse quæ
difficillimè probari potest.*

5 *Sublata caussa excommunicationis, scilicet solutione fa-
cta pecuniarum pro quibus aliquis fideiusserat, tollitur
& ipsa censura, ex communi regula, quod sublata caus
sa tollitur effectus.*

Apocha

6 *Apocha sacerdotis fidem faciens de absolutione, non est scriptura merè priuata, sed publica, vt pote facta ab officiali ad id deputato.*

1 CVm esset lis inter plures expectantes, † oppositum
fuit, Petrum fuisse excommunicatum, antequam
acceptaret beneficium, Constabat enim in actis apud
A. C. illud fuisse declaratum ex caussa cuiusdam fidei-
iussionis, Petrus autem clarè ostendebat, se satisfecisse
2 illi debito, & propterea probabat se absolutum fuisse
in partibus ad quodam presbytero vigore Bullæ Cru-
ciatæ. Nunc dubitaui, *an hæc absolutio fidem faceret in præiudicium aliorum expectantium, cum videatur esse schedula priuata, quæ potuisset hoc anno componi, & opponi data in ante vacationem beneficij.* Verum Rota contrarium
3 probauit, concludendo, † quod si absolutio fuit facta
per modum impositionis in foro pœnitentiali, tunc fidē
faciat. Et in terminis consil. Calder. 2. de restitu. Et ratio
4 est, quia res est difficilis probationis, & creditur illi at-
testationi, præsertim quia concurrunt multa verisimi-
lia. Primò, quia parti iam erat satisfactum. Secundò
concessa in actu, quo volebat celebrare, & postea cele-
brauit. Tertio, quia sublata est caussa excommunicatio-
5 nis, appareat nunc attestatione hac, quæ valde est veri-
6 milis absolutè. Quartò hæc non est scriptura merè pri-
uata, sed facta ab officiali ad id deputato, super re, quæ
spectat ad officium suum, & est scriptura saltem iusta,
cui in hac re standum videtur.

DECISIO DLXXIV.

Burgen. Iurisdictionis 12. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Contra inhibiciones, an dicatur attentasse, qui suam probet continuasse possessionem.*

2 *Videndum est de bono iure quando cognitio attentatorum omnino dependet a negotio principali.*

3 *Bonum ius quoad merita fouens, attentata in eorum fauorem reuocantur.*

ERat lis inter Episcopū Burgen. & Canonicos com-
missa vsque de anno 1514. & quia Canonici prætē-
debant, Episcopum contra inhibitiones multas ab ipsis
2 obtentas † attentasse. Episcopus autem asserebat, se cō-
tinuasse possessionem suam veterem, ideo proposui nūc
dubium generale pro decisione caussæ, an constet de at-
tentatis. Et quia multa hinc inde deducebantur, Domi-
ni mandarunt, vt videatur de bono iure quando cogni-
tio attentatorum omnino pendet a negotio principali.
3 Vnde si canonici † bonum ius quoad merita foueant,
erunt & attentata in eorum fauorem reuocanda, prout
etiam responsum fuit in caussa Perusina iurisdictionis
coram Domino Caputaq. quæ huic maximè verisimilis
est, vt extat in terminis decis. 72.

DECISIO DLXXV.

Corduben. Sancti Michaelis, 12. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Vacans beneficium in mensib. reseruatis collatum ab Ordinario cum translatione possessionis alicui, qui postea in Curia resignauit, illudque idem per Papæ prouisionem alteri si sit collatum, vtra prouisio debeat præualere.*

2 *Votis Auditorum varijs existentibus in re exemplari litigiosa, non ita facilis affirmatio dari ab ijsdem solet.*

3 *Fraudes, si subsint in prouisione beneficij vacantis, locum habet regula de mense.*

4 *Clausula posita in regula de mense, etiam si quæuis alia generalis reseruatio, &c. quid operetur, & an per eam constet Papam voluisse dare beneficium licet reseruatum.*

5 *Mos Datariorum dubitantiū in resignatione subesse fraudem in ea detegenda, & eludenda laudabilis.*

6 *Papa non raro decipitur præcipuè in collatione beneficiorū reseruatorum, quæ si sciret reseruata, & resignatione inualidas, non conferret.*

VAcauerat beneficium in partibus in mense Augu-
1 sti † reseruatū, Io. prouisus ab Ordinario possessio
nem cepit, & postea illud in curia resignauit in fauorē
Galenæ, post quam resignationem Andreas Valla ob-
tinuit sibi prouideri a Papa vti vacans per obitum in
mense reseruato, & quoniā excipiebat Galena se capere
hoc beneficiū per regulas generales in resignatione, re-
plicabat Valla ei obstare clausulam de mense. Qua pro-
pter nunc dubitaui, *an esset locus huic regulæ*. Domini ni-
2 hil firmare voluerunt, † quia varia erāt vota, & res exē-
plaris: sed multa vtrinque deducta fuerunt conuenien-
tia cum his, quæ aliàs dicta fuerunt in caussa Carthagi-
nen. de Amoraldis, coram me die 19. Decembr. 1558.
3 Omnes † excipiebant fraudem. Nam si de ea constaret,
locum esse regulæ sentiebāt. Verum exclusa fraude ali-
qui volebant, cessare regulam, quæ excipit caussam re-
signationis, & in litteris dicitur, hodie in manibus ma-
tris vacet, &c. & si dicatur ita facilè illud posset regu-
4 lam de mense, respondebatur adesse sibi aliam † clau-
sulam, etiamsi quæuis alia generalis reseruatio, &c. Ex
qua constat, Papam voluisse dare beneficium, licet re-
seruatum: alioquin si noluisset, aut dubitasset de frau-
de, potuisset lædere hanc clausulam, & tunc locus fuis-
5 set factus huic regulæ. Hinc † solent Datarij dubitan-
tes, ne in resignationibus aliqua fraus committatur,
apud se per triduum & vltra retinere, vt interim videāt
an alius petat beneficium vt reseruatum, & vt vacans
6 per obitum. Alij tamen Domini contradicebant, cum
Papa decipiebatur, qui si sciret, resignationem illam in-
ualidam, & beneficium esse reseruatum, ei non daret:
quoniam verò est valida resignatio, & facta coram eo,
tunc non vult locum esse regulę, quia scit, neminem nūc
posse alteri de eo prouidere.

DECISIO DLXXVI.

Perusin. Plebis de Confinio, 16. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Cessum habens beneficium lite pendente super eo qui litteris cessionis non expeditis venit ad caussam vigore commissionis limitata solita clausula quod donec expediantur littera non censeatur lis, an debeat obtinere.*

2 *Possessio obtenta vigore subrogationis, vtrum debeat dici attentata.*

3 *Subrogatio ad litem si non fuerit expressa, an poterit suffragari, qui dicit se subrogatum.*

4 *Lite nulla existente, & subrogatio ad litem vt nulla sit necesse est.*

5 *Excludere seipsum, an quis dicat qui litteras cessionis sibi facta se non expediuisse fatetur.*

6 *Lis licet nulla sit inter cessionarium & cedentis aduersariū durante tamen priori lite generaliter substitutus dicitur cessionarius ad litem cessam a suo cedente.*

7 *Attentasse, an possit quispiam dici cum nulla ipsi lis cum aduersario quopiam intercessit, cum attentata litem præsupponant.*

8 *Subrogatione, an vti possit subrogans si litteras non antea expediuit.*

MArtinus olim litigabat cum Balthasare. Hac pen-
dente lite, Martinus cessit in fauorem Iosephi,
1 qui litteris super dicta concessione non † expeditis ve-
nit ad causam vigore cōmissionis limitata solita clau-
sula, quod donec expeditentur litteræ non censeatur
lis, nec regula de subrogando. Mortuo postea Balthasa-
o re Ioseph obtinuit subrogationem, narrans se illius col-
litigantem, cum vigore eius possessionem apprehendis-
set, & inde obiectum fuisset a Laurentio, qui dicebat eā
possessionem fuisse attentatam, idem dubitaui, *an subrogatio Iosephi per obitum Balthasaris suffragetur in possessorio, de quo agitur, ad effectum, vt restituatur, stante eiusdē commissione, cum regula solita, ac stante etiam subrogatione priore Iosephi ad eamdem litem Martini, super qua non constat litteras fuisse expeditas, nihil firmatum fuit.*

Nam

3 Nam Laurentius † negabat Iosephum fuisse subroga-
tum ad litẽ Martini, quia eius subrogatio expeesse non
ait. Ex quo præsupposito inferebat subrogationem Iose-
phi in locum Balthasaris nullam fuisse omnino, quia
4 nulla erat lis, non ex persona Iosephi, quia ipsemet ex
sua confessione caussam excluserat non expediendo lit-
5 teras: non etiã † ex persona Martini, quia Iosephus non
erat subrogatus ad eius litẽ. Alij cõtradicebãt, quoniam
6 licet nulla fuerit lis inter Iosephum & Balthasarem pp
illã commissionẽ, durabat tñ prior lis cæpta intee Marti
nũ & Balthasarem, ad quã generalitee Iosephus fuit sub
rogatus. Et quoniã hic replicabatur eam litem amplius
non considerari, ideo dixerunt Dñi tria præcipuè viden
da esse. Primò *quomodo Laurentius probet Iosephũ atten-*
7 *tasse, si nullam vult tunc litem fuisse inter eum, & Iosephũ,*
aut Martinum, cum attentata necessariò præsupponant litẽ.
Secundò *pro parte Iosephi videndum erit an dicatur fuisse*
subrogatus in litem Martini. Tertiò *præsupposito quod*
fuerit, an commissio eiusdem resignatarij ad litem cum Bal
thasare, & subrogatio deinde obtenta in locum Balthasaris,
nitatur solum lite quæ prætendebatur inter Iosephum &
Balthasarem, non autem inter Martinum & Balthasa-
rem, quoniam etiam dicebat Laurentius, Iosephum vis non
8 *posse subrogatione, quia prædecessor eius litteras non expedi-*
uit, vt apud Sarnen. regula de annali quæst. 70. Mohed.
239. Responsum fuit, hæc non obstare, quoniam is sub-
rogatus nihil facit in lite, hic secus: deinde vbi ius erat
quæsitum tertio, quòd hic non fuit.

DECISIO DLXXVII.

Nolana Regalis Vallis. 16. Februarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Concilium Lateranense in 19. Sessione cauit prouisiones Mo-*
nasteriorum esse nullas præter eas, quæ consistorialiter
sunt factæ.

2 *Arrendamenta maiorum tuentur ex solita consuetudine*
malam expressionem valoris beneficij in supplicationi-
bus factam.

3 *Leuis qualibet caussa in excusationem adferri potest ad di-*
luendam suspicionem fraudis, & doli.

4 *Status præsens Monasterij cõsistorialis an prosit ad id vt di*
cendũ & habẽdũ sit tale, cũ alias non fuerit consistoriale.

5 *Monasterij collatio si facta fuit cum derogatione consisto-*
rialitatis, an probetur per id esse consistoriale.

PRosper ad ostendendum non solere prouideri con-
sistorialitee de Monasterio, de quo agitur, produ-
xit quasdam alias peouisiones. Hincque ego dubita-
ui, *an ex omnibus deductis pro parte Prosperi constet nõ so-*
lere prouideri consistorialiter de Monasterio, vt Prosper ex-
cusetur a subrogatione? Domini nihil etiam hic firma-
uerunt, qm̃ præcipuum fundamentum Caedinalis nite-
1 batur Concilio Lateranensi in sessione 19. vbi † diceba-
tur, caueri nullas esse prouisiones Monasterioeum aliàs
quàm per consistorium factas. Quod quidem cũ Domi-
nis non ita clarũ videretur, dixeeunt, super hoc dubitã-
dum potissimũ esse. Nam ciecumscripta dispositione hu
ius Concilij, videretur Prospee excusari posse, cum ha-
beat peouisiones consistoriales vsq; ad tẽpora Martini,
& deinde aliàs ab eo productas: cũq; hic agitur tantum
de euitanda pęna, & versemue in materia possessorij, &
attentati, ipseque ostendat compositiones, soluisse, vide-
2 batur ex omnibus iunctis excusaei posse, prout † arren-
damenta maiorũ solẽt tueri malam expeessionẽ, Cassad.
19. & 20. supee reg. & quælibet leuis caussa excusat a do
3 lo: tamen alij adhuc dubitabant, qm̃ status Monasterij
4 præsens videtur esse consistorialis, quamuis antea tem-
poee Martini non fuisset. Quod autem sit consistoeialis,
patet ex prouisione in fauorem Ioan. Michaelis de anno
5 1536. vbi † derogatum fuit consistorialitati. Verum ee-
spondebatur alias esse posteriores, quibus nihil de con-
sistorio exprimitue, ex his nihil fuit conclusum, & sin-
gulas prouisiones habeo adnotatas inter iformationes.

DECISIO DLXXVIII.

Calagurit. Vnionis. 19. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Testibus caussas non sufficienter probãtibus ad reuocatio-*
nem vnionis data nequaquam veniunt reuocanda.

2 *Beneficiati vnius Ecclesiæ, quæ vnita est cum altera, vtrũ*
cogi possint ad seruitia Ecclesiæ vnitæ.

3 *Caussis ex quibus vnio Ecclesiarum est instituta non ces-*
santibus, vnio cessare non debet.

4 *Detrimentum Ecclesiæ emergens notabile, & cultus diui-*
ni diminutio, sunt caussæ vrgentes dissoluendæ vnionis
institutæ inter Ecclesias.

5 *Vnio antiquissima Ecclesiarum utpote annorum ducento-*
rum, & vltra, præsupponit utilem fuisse, & esse, &
propterea seruanda est.

6 *Vnita Ecclesia sentiens se grauari ab ea cui unita est, aliæ*
uia quàm unionis rescindendæ agere debet, maximè
stante antiquitate ducentorum annorum.

DVbitaui an ex testibus, quorum copia datur, pro-
betur talis caussa, quæ sufficit ad reuocandam,
seu annullandam vnionem de anno 1556. cum clausu-
lis quorum copia datur, circumscriptis pro nunc alijs
omnibus ..... quæ extant. Peo vtraque parte conclu-
1 sum fuit ab oĩb. nihil proponi, cur vnio sit reuocanda,
si quidem nec testes satis probant vllas caussas ad id suf
ficientes, & quamuis etiã probarent, tamen omnes depo
nunt id oriri ratione seruitij in Ecclesia, non aũt caussa
vnitatis. Imò tamen obstat, vt hæc proficiscantur ex v-
2 nione, vt imò in ipsa expresse caueatue: nec † beneficia-
ti possunt cogi ad seruitium alterius Ecclesiæ. non mi-
rum est autem, si qua aliquando orta fueeunt inter eos
iurgia vel distensiones, nam quotidie hoc videmus etiã
accidere in alijs Ecclesijs, vbi non sunt vniones, vt vide
mus in caussa Cæsaraugustan. pręeminentiarum coram
3 Domino de Rubeis. Caussæ † etiam, ob quas instituta
fuit vnio, & quæ in ea expressæ sunt, non cessant vllo
4 modo ex depositione testium. Nam nec † apparet detri-
mẽtum Ecclesiæ, nec diminutio cultus diuini, nec quid
simile, vt apud Petrum de Peeusio in tractat. de reuoc.
5 vnio. cap. 1. cùm hæc † vnio antiquissimo tempoee fue-
rit inducta, & etiam per 200. & amplius annos peedu-
rauit, & in tam longo interuallo non ostendatur acci-
disse nisi .... modice. Hinc liquido colligitur vnionem
hanc maximè vtilem, & certam esse. Quod si illi bene-
6 ficiati prætendũt aliqua sibi grauamina † inferri, aut ali-
quid in vnione institutũ non obseruari, agant alia via,
& compellant eosdem de Nauarrate ad seruãda ea, quæ
debent, non autem quærant omnino tollere hanc vnio-
nem, quod non licet. Alex. consil. 81. nu. 71. in fin. nu. 4.

DECISIO DLXXIX.

Carthagien. Aechidiaconatus, 19. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Resignatio Archidiaconatus in impuberem per procurato-*
rem an fieri possit.

2 *Impubes utrum in præsentia sui legitimi curatoris ordina-*
ria autoritate constituti, & cum eiusdem licentia, &
autoritatis interuentu, procuratores ad beneficiorum
acceptationes constituere possit.

3 *Valida utrum sit resignatio cum reseruatione fructuum*
in pupillum, non plenè constito de deputatione curato-
ris ad acceptandum, & consentiendum.

4 *Minor etiam absque sui tutoris consensu aut curatoris,*
suam potest facere conditionem meliorem.

5 *Resignans in impuberem debet exprimere in resignatione*
quod resignet in fauorem talis, cum talis resignatio sit
reuera fauorabilis.

Præten-

6 *Praetendere non impletas conditiones non potest resignans quas ipse voluit, vbi praesens fuit acceptante resignatario, & ipso pariter consentiente.*
7 *Resignatio in fauorem absentis pronepotis minoris facta, aliter resignare non praetendentis sine consensu ipsius minoris verum consistat.*
8 *Opinio multorum est minorem annis quattuordecim sine tutoris auctoritate beneficium resignare posse, tamen cum causae cognitione.*
9 *Laesus minor in resignatione beneficij sine consensu tutoris facta, in integrum restitui potest.*
10 *Minor etiam in rebus sibi vtilibus consentire non potest vbi his aliquod fuerit onus coniunctum.*
11 *Minor in actu acquirendi consentire potest dummodo omnibus computatis ipse in nullo laedatur.*
12 *Validus consensus intercessisse minoris praesumitur in his quae commodum ipsius concernunt euidens.*
13 *Minor non tenetur in acceptatione resignati beneficij se astringere illi formae, qua ipsi non est necessaria.*
14 *Ius aliquod ante praestitum consensum in beneficio resignato an minori competere possit.*

1 ÆGidius senior constituerat procuratorem † ad resignandum Archidiaconatum in fauorem Aegidij minoris impuberis, reseruato tamen sibi regressu, fructibus, & reliquis omnibus. Eadem die Aegidius iunior constituit procuratorem ad acceptandum, & consentiendum reseruationibus praedictis. Et in man-
2 dato dicebatur, *quod † eum praesentia, auctoritate, & licentia Petri sui legitimi curatoris, auctoritate ordinaria deputati procuratores constituebat, &c.* Hinc dubitaui stante mandato ad consentiendum cum hac clausula,
3 an † resignatio facta cum reseruatione prout in illa, fuerit valida non aliter consensu de deputatione Curatoris, sed tantum in hoc mandato ad acceptandum, & consentiendum, vt supra, ea esset necessaria? Rota conclusit, non esse necessariam ea generali regula, quòd
4 minor † etiam sine consensu tutoris aut curatoris potest facere conditionem suam meliorem, §. 1. Institut. de auctor. tutor. l. 1. C. de auctor. praestan. l. neque, C. de contrahen. & committen. Dubium autem non est hic, agi de commodo ipsius minoris cum resignantes
5 quo ad resignatarium dicantur fauorabiles, & † propterea exprimi solet resignatio in fauorem talis, &c. Deinde si Aegidius senior resignans erat praesens, cum Aegidius iunior consensit, & modo ville acquieuit,
6 igitur † non potest praetendere non impletas fuisse conditiones, quas ipse voluit in resignatione. Accedat quòd idem resignans noluit stare soli consensui, sed exponi fecit clausulam cum derogatione regulae de prae-
7 stando consensu, attento, quòd † resignatio fit in fauorem minoris absentis, qui est pronepos resignantis, alter resignare non intendentis. Igitur si Papa voluit, non esse necessarium consensum minoris vtique resignatio ob hanc causam impugnari non potest. Et ita aliàs etiam conclusum fuit in causa Acheruntina coram D.
8 Oradino die 4. Maij 1554. Imò † multi sentiunt minorem 14. annis posse sine tutoris vel curatoris auctoritate resignare beneficium cum causae cognitione. Mil.
9 in verb. minor 14. annor. quamuis † si laesus fuerit potest restitui, Rebuff. in pract. pag. 502. num. 2. & seq.
10 Non etiam obstat, quod † in rebus vtilibus minor tale consentire non possit, si cum his coniunctum sit aliquod onus, l. 1. §. si minor, de reb. eor. God. ad cons. 16. num. 8. quoniam id procedit vbi ante ius quaesitum esset minori, vt apud God. ad dictum consil. 16. Verum
11 † in actu ipso acquirendi prout in hoc casu, certè consentire potest, dummodo omnibus computatis ipse non laedatur. Tertium autem est, quamuis consentiat reseruationi fructuum, regressus, & ceterarum omnium rerum, tamen quod adhuc ageret de lucro saltem ratione solius speciei, quam verisimile extinguendam fore. Non obstat etiam si dicatur, Aegidium seniorem non aliter resignare voluisse, nisi resignatarius minor valdè illis omnibus consentiat. Nam responsio colli-
12 gitur ex supradictis, & praesertim quia † validus satis dicitur hic fuisse consensus, cum ageretur de commodo ipsius minoris, qui tunc non indigebat tutore. Non obstat etiam quòd partes videantur hanc viam elegisse, enunciando curatorem in instrumento, iuxta consil. Rom. 446. Ias. l. ex gendi, num... C. de procor. Nam mi-
13 nor in hac † non potuit se illa forma restringere, quae ei non erat necessaria, imò, etsi vterque voluisset adhuc diceretur satisfactum per aequipollens, ex quo natura actus huiusmodi est. Et propterea Papa derogauerat regulae de praestandis consensibus, vt supra. Haec autem
14 vera † nisi ostenderetur minori ius aliquod quaesitum fuisse in beneficio, ante consensum a se praestitum, quod quidem a pacto pendeat.

DECISIO DLXXX.

Romana domus & viridarij, 14. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Filius matris haeres an ex persona sua sit restituendus ad statum, in quo erat mater tempore eo quo fuit spoliata a filijs primi matrimonij.*
2 *Vxor defuncto coniuge permanens in domo, non intelligitur mutare causam possessionis, nisi suam voluntatem declaret.*
Contrarium & limitationem eius vide numero immediatè sequenti, idque ex opinione Rotae.

1 QVaerebam an † Iulius haeres matris sit ex persona illius restituendus ad statum, in quo erat mater tempore quo fuit eiecta? Nihil firmatum fuit, quoniam altera pars plene non informauerat, sed ita obiter dictum
2 fuit, † quod vxor, quae mortuo marito permanet in domo, non intelligitur mutare causam possessionis nisi declaret voluntatem, iuxta cons. Socin. 131. in primo.
3 Tamen † quidam dicebant Rotam tenere contrarium, & non esse necessariam aliam declarationem voluntatis, & allegabat consil. Dec. 400. Vnde dixerunt dubium restringi posse, an mater existens in domo simul cum Iulio acquisiuerit talem statum, vt Iulius ex eius persona sit nunc restituendus. Viden. est decis. Crescen. 167.

DECISIO DLXXXI.

Placentina Canonicatus, 8. Martij 1560.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoriam si petat vna partium, & altera canonizatoriam, quid sit agendum.*

1 PRo introductione huius causae proposui dubium generale, † an sit danda absolutoria Alphonso, an Canonizatoria Ferdinando? Domini responderunt rem valdè implicitam esse, & oportere me prosequi aliquod caput ea his, quae priuilegiata sunt. Imprimis autem videam inter decisiones Dominorum, an verum sit quod Ferdinandus.... aut videlicet aliàs fuisse in Rota decisum coram Romano de anno 1551. ius Canonicè bonum esse.

DECISIO DLXXXII.

Constantien. bonorum, 18. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Mortuo Episcopo supellex eius an debeatur Ecclesiae, & successori, an verò haeredibus praedefuncti.*
Et quid si haeredes doceant bona, & supellectilem talem non ex redditibus Ecclesiae, sed bonis patrimonialibus parata, num. seq.
3 *Iudicandum in fauorem Ecclesiae, qua detinet bona defuncti Episcopi haeredibus non probantibus parta ex patrimonio defuncti.*
4 *Vasa argentea cum signo Ecclesiae cui sint attribuenda Episcopi mortui haeredibus, an Ecclesiae, idque an ex testium depositione elici possit.*
5 *Ecclesia dum est loco rei, & in possessione supellectilis litigiosa*

giosa transfert onus probandi in partem sibi aduersantem.

6 *Identitas corporum prætensa in bonis Episcopi possessis ab Ecclesia per hæredes aduersarios probari debet.*

7 *Paupertas Ecclesiæ si est notoria, & de diuitijs proprijs, & bonis Episcopi sit fama certa, facit suspicari posse bona reperta post mortem Episcopi non habentia signum Ecclesiæ potius præsumi quæsita ex bonis patrimonialibus, quam Ecclesiæ.*

8 *Bona quæ præsumuntur apud Ecclesiam fuisse ante promotionem Episcopi iam defuncti, non propterea affirmatiuè dicenda sunt fuisse, cum præsumptiones tales elidi possint, nec omnis præsumptio facti veritatem præsupponat.*

9 *Repertis bonis multis inter supellectilia defuncti Episcopi signatis signo Ecclesiæ alijs etiam multis non signatis, secunda generis haud dubiè non censentur ex bonis Ecclesiæ comparata, nec ob id esse posse de iure ipsius Ecclesiæ.*

10 *Episcopus Ecclesiæ pauperis ipse ex priuato diues patrimonio multis legationibus functus, multisque muneribus affectus, relinquens plurima potius ex suo quam Ecclesiæ peculio parasse dicitur, ideoque ad suos hæredes potest transmittere, nec quidquam Ecclesia sibi de iure vendicare.*

11 *Bona reperta apud Episcopum mortuum extra Ecclesiam litigiosa, cui veniant de iure assignanda, Ecclesiæ ne suæ, aut hæredibus.*

12 *Mos est in Germania vt Episcopi singuli inuentarium bonorum Ecclesiæ sua nomine habitorũ perscribi, & confici instrumentaliter curent.*

1 MOrtuo Episcopo Constantien. † Ecclesia omnem illius supellectilem, & alia omnia bona occupauerat, eaque Modernus Episcopus nunc tamquam bo-
2 na Ecclesiæ detinebat. Hæredes † autem Episcopi defuncti ea ex bonis patrimonialibus confecta esse dicebant, & asserebant, hincque orta lite Rota aliàs iudi-
3 cauerat † in fauorem Ecclesiæ, quia hæres nihil probauerat, dederat tamen hæredibus remissoriam, qua exequuta, & tunc in actis producta, proposui dubium
4 quòd summatim complectebatur dicta testium, an † ex his probaretur vasa argentea, & aliam supellectilem, de qua in inuentario confecto. Augostæ post obitum Episcopi nollo signo quam Ecclesiæ, pertineant ad hæredes, siue ad Ecclesiam. Ecclesia duplici iure se
5 præcipuè tuebatur. Primò, quod † erat rea, & in possessione bonorum, vnde ad aduersarium spectabat onus probandi contrarium concludenter. Secundò,
6 quia aduersarius tenebatur probare † identitatem corporum quæ prætendit fuisse in bonis Episcopi, quod ex testibus non probatur. Rota tamen re diligenter considerata ex præsuppositis in puncto contrarium
7 respondit. Nam † cum constet de paupertate Ecclesiæ, & de bonis, & diuitijs proprijs Episcopi prædefuncti, semper bona quæ reperta fuerunt non habentia signum Ecclesiæ, præsumi potius quæsita ex bonis Episcopi, quam Ecclesiæ. Abb. cap. 3. de pecun. cler. cap. cum testes. num. 24. de test. Corn. cons. 314. col. 1. & sequen. in 3. Boer. decis. 20. nu. 4. Couar. cap. 1. de test. nu. 7. & seq. qui loquuntur etiam, vbi Ecclesia reperitur in possessione. Nam hæ præsuppositiones præualent. Soc. cons. 91. in 3. Corn. cons. 79. nu. 3. in 4. Roman. cons. 159. in fine. Barbat. ca. 1. num. 1. de peco. cler. Non
8 obstat † quod bona hæc potuerunt esse apud Ecclesiam ante promotionem eius Episcopi, quoniam præsumptiones de quib. supra, hoc excluserunt, deinde cũ
9 inter hæc bona reperiãtur molta † notata signo Ecclesiæ, sequitur ea, quæ extant sine huiusmodi signo, non
10 censeri esse Ecclesiæ, propterea cum † præsupponatur ex redditibus suis proprijs, & legationibus, & muneribus sibi oblatis plurima acquisiuisse, & tempore obitus sui non reperiantur alia bona sua nisi quæ in inuentario erant, necessarium est, vt dicamus, hæc confecta nisi ex illis bonis, nec aliàs omnes alios fructus euanuisse. Non obstat, quod obijciebatur de identitate, nam hæ præsumptiones, ita sufficiunt, vt nisi contrarium doceatur, censeantur esse eadem bona, præsertim,
11 † quia tempore obitus sui in Augusta extra Ecclesiam suam Constantien. reperta sunt apud eum talia bona. Anchar. cons. 198. num. 1. & 3. Præsumptiones autem multæ sunt, de quibus in puncto, quibus accedit & confectio inuentarij. Bald. in Authen. licentiam, num. 3. C. de episc. & cler. Nec ista Rota de iure probabat: quia tamen semper cupit veritatem quo ad eius fieri
12 possit, inuenire, intelligitque † morem esse ibi, vt singuli Episcopi relinquant inuentaria bonorum Ecclesiæ: propterea placuit, vt iubeam moderno Episcopo, vt transmittat ista inuentaria, quo cognoscere possimus, *an bona, de quibus agitur, integrè pertineant an Ecclesiam aut minus.*

DECISIO DLXXXIII.

Florentin. Sancti Pancratij 11. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Subrogatio licet anterior, an nulla sit subrogato posteriori ostendente beneficium dupliciter esse reseruatum.*

2 *Inualida vtrum dicenda veniat subrogatio ex eo quòd in ea nulla fuerit facta mentio specialis reseruationis iuxta modum reseruationum Cancellariæ.*

3 *Clausula ampla in reseruatione posita mentionem reseruationis facientes varijs in locis, cum ea præcipuè clausula, seu quouis alio modo, quid operentur.*

4 *Reseruatio sæpius enunciata, & repetita, non potest impediri per regulas reseruatorias Cancellariæ.*

5 *Pars probare volens aliter se stylum habere quam est Curiæ ei concedendum est.*

6 *Clausula in subrogatione posita, ut nomina, qualitates &c. vt solent abbreuiatores in extensione Bullarum ad reseruationes de quibus hoc casu.*

SPinellus obtinebat subrogationem ex obitu Archiepiscopi Pisani, cum clausulis solitis, *& amplius etiam sit reseruatum, deuolutum &c. Et quod vlterius vacationis modus, etiam si ex illo quauis generaliter reseruatio præterquam per obitum apud sedem, &c.* Hunc Hieronym. qui impetrauerat per obitum Ioan. Francisc.
1 primi possessoris prætendebat † subrogationem Spinelli quamuis anteriorem nullam esse, quia beneficium erat dupliciter reseruatum. Idcirco proposui dubium, *an subrogatio Spinelli capiat beneficium, de quo*
2 *agitur.* Et cum pro parte Nicolai diceretur † subrogationem inualidam, quia in ea non est facta mentio specialis reseruationis, iuxta resignationem Cancellariæ 26. Cald. cons. 7. de rescript. Paris. 138. nu. 8. in 4. attamẽ
3 in præsenti casu contrariũ responderunt Domini † ob clausulas amplas in subrogatione, quæ mentionem faciunt reseruationis varijs in locis, cum clausula, seu quouis alio modo, quæ sufficit. Rota in antiq. 26. Et maximè, quia excipitur casus per obitum apud sedem, vnde in reliquis firmata dicitur regula in contrarium. Oldr. cons. 136. num. 2. Nec negari potest, quia verba subrogationis latissima ex propria vi comprahendant hunc casum, quamuis aliquid speciale in eo esset. Bart. in l. in fraudem §. fin. de testa. milit. facit quod ait Felic. in nostra, de rescript. in 6. corol. Et ita aliàs idem in terminis decisum fuit coram Fabio Decano in causa
4 Vlysi ponen. quartanariæ, die 19. Febr. 1557. Nõ † obst. illa regula cum Cancellariæ 62. quia non procedit hic, vbi reseruatio enunciata fuit & sæpius repetita. Deinde dictum fuit ab aliquibus illam regulam non esse de dandis, eamque numquam ferè procedere, nisi in
5 casu suo. Dixerunt tamen † si pars vult probare aliter stylum se habere, hoc ei esse concedendum. Sed
6 vnus ex Dominis addidit, quod † in subrogatione

adest

adest clausula, vt nomina, qualitates, &c. Ex qua abbreuiatores semper extendunt Bullam etiam ad istas reseruationes: postea etiam consulti fuerunt abbreuiatores, qui inclinare videbantur subrogationem capere beneficium, noluerunt tamen quidquam affirmare, nisi litteræ expedirentur.

DECISIO DLXXXIV.

Nolan. Regalis Vallis, 11. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Taxa qualis requiratur annorum redituum ad hoc, vt monasterium dicatur collationis Consistorialis.*

2 *Episcopatus & Abbatia ratione taxationis in iure aequiparantur.*

3 *Episcopatus cum soleant consistorialiter conferri, quia requirunt maturam consultationem, & aequiparatio in iure fiat Episcopatuum, & Abbatiarum, an ex hac collatione inferri debeat, & de Abbatijs vacantibus consistorialiter prouideri.*

Limitationem & contrarium à Rota decisum, vide numero sequenti.

5 *Primaeuo iure monasteria omnia natura sua fuere electiua, eorumque confirmatio spectabat ad superiorem, & num. 7.*

6 *Reperitur in iure null bi de monasterijs prouidendum esse consistorialiter.*

8 *Stylus curiae licet sit vt monasteria instar Episcopatuum matura deliberatione praemissa conferantur consistorialiter, tamen videre licet aliquando extra consistorium etiam concedi.*

9 *Pontifex in negotiis maximè arduis vtitur vt plurimum consilio Cardinalium, nec sine eis aliquid in huiusmodi statuit.*

1 DVbitaui, † *an de iure, aut stylo monasteria excedētia summam 200. duc. dicantur consistorialia, adducebatur.* Lap. alleg. 84. nu. 11. Sarnen. reg. de infir. qu. 14. nu.
24 & seq. & etiam Concilium Lateranen. in sessione 9.
2 fol. 127. Et adiungebatur ratio, † quia in iure Episcopatus, & Abbatiae aequiparantur, glo. ne pro defectu, §. statuimus. de elect. Ioan. Silua. tract. benef. par. 1. qu. 5.
3 num. 49. Episcopatus † autem consistorialiter semper prouideri solent, qui requirunt maturam consultationem. Abbas c. cum in cunctis, col. fin. de elect. Ergo & idem dicendum in Abbatia, vt etiam probat Extrauag. in cuncta, de elect. de stylo etiam cum adduceretur, Rebuff. in rubr. de reg. ad praelat. §. 1. ver. consistorialiter, pag. 81. Ioan. Monach. c. super eo, de haered. in 6.
4 nu. 2. & seq. attamen † quoad iuris dispositionem Ro-
5 ta contrarium probauit, quia † primaeuo iure monasteria sunt electiua, & confirmatiua spectat ad superio-
6 rem, c. 1. §. priore, vbi Abb. nu. 10. de stat. reg. nec † reperitur tantum vsquam in iure, vt de his prouidendum sit per consistorium. Nec obst. aequiparatio de qua supra, quia nō procedit quoad deuolutionem, seu quoad
7 electionem, vt est propria natura Abbatiarum. † Quo ad stylum autem cum sit quid facti, dixerunt Domini illud esse probandum. Nam licet inter Curiales satis
8 tritum videatur istud, † tamen quoniā, vt aliqui aiunt, conceduntur & haec monasteria quandoque extra consistorium, ideo probandus est hic stylus magis explicite quomodo se habeat. Non obst. quod ait Ioan. Mona-
9 chus. cap. super eo. Nam mouebatur ea ratione, † quia Papa in arduis nihil statuat sine consilio Cardinalium, quae ratio aliorum quaestiones respicit, & isto casu non procedit, cum monasteria propriam naturam habeant quomodo sint prouidenda, videlicet per electionem, atque ideo opinionem illam expressa reprobat Ioan. Prob. in addition.

DECISIO DLXXXV.

Romana fideicommissi de Grachis, 18. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Possessio ex praetensa locatione capta lite pendente, vtrum sit considerabilis.*

2 *Fructus ratione possessionis capta peti solent, vel praetensa saltem de iure competentis.*

3 *Controuersia existente de possessione, iura à partibus pro se facientia producenda sunt, & melior à iura producenti assignanda est possessio.*

QVaerebatur, an ex deductis constaret de lite inter mulieres, & Marium seu eius haeredes, ad hoc, vt
1 possessio Vincentij ex praetensa locatione † non sit considerabilis, quia capta lite pendente à 30. qui erat in lite, multi ex Dominis responderunt ex duabus commissionibus quarum copia data fuit, satis constare de lite, quae commissiones praecedunt locationem Vincentij, cum inita sit de mense Iulij 1555. Et quamuis hae commissiones videantur ostendere litem super fructibus,
2 tamen illud est ratione possessionis, cum † petantur fructus ea ratione, quod mulieres dicant ad se possessionem spectare. Et praeterea in altera ex illis commissionibus expressa etiam dicitur, quomodocumque rem
3 esse satis implicitam, ideoque tutius esse, vt † videatur de bono iure, & qui melius probauerit ille mittatur in possessionem.

DECISIO DXXXVI.

Carthaginen. Archidiaconatus, 18 Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Resignatio per procuratorem facta, sine mandato, cū nulla sit, vtrum per subsequens mandatum possit validari.*

2 *Subreptitia est gratia cum Papa persuasum fuerit supplicantem habere mandatum cum nullum habuerit, nec habeat in praesens.*

3 *Consensus partis in resignatione inualida ratione non habiti mandati postea praestitus, non sanat subreptionem gratia sub praetextu habiti mandati impetrata.*

Limita & vide num. sequen. cum iure non caueatur neque sit de stylo mandata, & consensum datam praecedere debere.

5 *Gerentis actum vbi solum de praeiudicio agitur, nihil interesse potest, vel referre, an praecedat consensus, vel subsequatur.*

6 *Absenti beneficium conferri potest, & sufficiens est ipsius subsequens ratihabitio.*

7 *Clausula in mandato postea iuxta formam supplicationis signata, vel signanda, quos pariat effectus.*

8 *Mandare quis procuratori potest, vel negotiorum gestori per nuncium, aut litteras, vel aliter.*

9 *Curia de stylo obseruat signatam gratiam ad instantiam procuratoris, de voluntate principalis esse signatam, licet absentis.*

PRopositum erat dubinm, an resignatio sit inualida ex eo, qund supplicatio fuit data die 20. Septembris, & mandata, quorum vigore fuit praestitus consensus, fuerunt facta videlicet 13. Octobris subsequentis, cum clausula iuxta formam, & teootem supplicationis, & cum clausulis prout in illis. Contra resignationē
1 opponebatur, † quod à principio nulla fuit, cum non adesset mandatum: ideò non potuit validari ex mandato subsequen. Paris. consi. 153. num. 4. Rebuff. de no-
2 minat. quaest. 4. nu. 58. Et † gratia ipsa dicitur subreptitia, cum Papa crediderit supplicantē tunc habere mandatum, cum tamen non haberet, attendendumque est tempus ipsum datae, cap. si eo tempore, de rescrip. in 6.
3 Vnde consensus partis † qui postea sequitur non sanat subreptionem, quia actus non pendet à potestate partis, Abb. c. olim, num. 8. de pens. Mohed. 85. Verum Domini omnes contrarium concluserunt tum de iure,
4 tum praesertim de stylo, † siquidem iure non cauetur, vt mandata, & consensus debeant praecedere datā, neque quod inualida fuit per supplicationem impetratae gratiae, glo. magna in fi. cap. nonnulli. §. sunt & alij, de
5 rescrip. vbi Felin. ver. fallit 1. Et quoniam vbi † agitur tantum de praeiudicio gerentis actum, regula est nihil

militia, ex quibus verisimiliter credi potest huiusmodi ignorantia. Hæc autem ita firmata sint, circumscriptio capite inualiditatis horũ codicillorũ, qui pro parte aduersa protendantur nulli, eo quod adijciant conditionem, & substitutionem hæredis, iuxta cautel. 3. Ioan. de elect. tit. 10. de qua alias erit agendum.

DECISIO DLVII.

Nouarien. Canonicatus. 26. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Pontifice maximo vniente Archidiaconatui Canonicatũ qui primò vacarit, quique ab Archidiacono acceptatus fuerit intra mensem a vacatione, vtrum si alteri sit prouisum per talem canonicatum, præiudicium generetur Archidiacono.*

2 *Canonicatus per substitutũ ab asserto procuratore vtrum acceptari possit.*

3 *Unio vt plurimum censetur odiosa, iurique communi aduersari, ideo restringenda est.*

4 *Infra mensem vacationis acceptare debens, vt in bulla continetur, id si neglexerit, nulla est postmodum subsequens acceptatio.*

5 *Confitens in sui incommodum in re magni momenti, & plurimum præiudiciali non auditur.*

6 *Obtinere uolens ex capite prætensæ unionis ualidè de iure suo, quod se asserit habere, debet docere.*

1 IN actis constabat, Iulium Secundum † vniuisse Ar-
chidiaconatui Ecclesiæ Nauarien. vnum ex canoni-
catib. quos vacare contigerit, & quos Archidiacoous
infra mensem post illius vacationem acceptauerit. Con
2 stabat etiam, acceptatũ fuisse † quendam Canonicatũ
per substitutũ ab asserto procuratore Archidiaceni, sed
tamen de mandato Archidiaconi nihil appparebat, ēt
producta Bulla dissolutionis cõsentiebat dissolui ad vitã
Georgij ad fauorem illius, & Georgius consenserat re-
seruationi regressus in fauorem Archidiaconi, tandem
erãt examinati duo testes, quorum vnus deponebar de
publica uoce & fama, & alter de auditu ab ipso Geor-
gio, & Archidiacono. Nunc uacãte Canonicatu per obi
tum Georgij, orta fuit lis inter Petrum, qui impetrauit
per obitum & Archidiaconum, qui uigore unionis cũ
ad se pertinere prætẽdebat: ego proposui dubiũ huius-
modi, an ex deductis actis cõstet de unione aliqua, &
an in actis habuerit effectũ in Canonicatu & præbenda,
de quib. agitur, stantibus præsertim dictis testiũ, quorũ
copia datur: Domini cõcluserunt, non constare ad ef-
3 fectum unionis in hoc canonicatu. Nam cũ unio sit o-
diosa, & iuri communi repugnans, ut per Cald. cõs. 76.
Inter cetera aũt hic Domini manifestissimè deficiunt,
4 alterum, quod non cõstat Archidiaconũ acceptasse in-
fra mẽsem uacationis, prout forma Bullæ exhibet, cum
per illud instrumentũ non cõstet Caninicatum tunc ua
casse, & remota fuisse obstacula, de quib. Rot. in antiq.
525. Put. 2. de unio. Boer. 146. nu. 1. Non obstant testes,
de quib. supra, nã non sufficiunt ad probandũ unionẽ,
5 Alex. cons. 101. nu. 17. in 3. nec confessio ipsiusmet Ar-
chidiaconi, aut Georgij quidquam prodest in re tanti
præiudicij. Dec. d. cons. 173. nu. 4. Non obstat regressus
reseruatus, quia fuit ad uitam Melchioris, non moder-
ni Archidiaconi, qui prætendit ius uigore unionis, non
6 autem uigore regressus, idcirco Archidiaconus si uult
obtinere, debet ualidius de iure suo docere.

DECISIO DLVIII.

Virdunen. Monasterij, 26. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Monachus priuatus sub Priore degens cui sub Priore fuit prouisum, an agere spolio possit sciens Bullas simplicis resignationis expeditas.*

2 *Mandatis correspectiuis extantibus una partium non uolente aliter resignare nisi reseruato sibi regressu, & pẽsione, non impleta conditione resignans non potest dici aliquid a se iuris pristini abdicasse, & ideò spolio agere potest.*

3 *Pactum regressus non adimpletum ab vna partium prior paciscens resignans reclamare potest euanescentibus ex non deductis in effectum pactioribus.*

QVamuis ex decisionib. supra die 6. Martij 1559. sa-
tis videretur hæc causa definiri posse in fauorem
Iosephi tamen cum aduersarius multũ vrgeret & cau-
sa esset alicuius momẽti, visum fuit, hoc etiam dubium
proponere, in quo etiam nonnulla præsupposui, quæ mi
hi adeò liquidè non constabant, sed vt aliunde cau-
sa sua in Rota intelligeretur, dubium autem fuit huius-
modi: Præsupposita correspectiuitate mandatorum sine
veri præiudicio, quòd Ioseph autẽ captam possessionem
Monasterij, de quo agitur per Ioan. sciuisset Bullas sim-
plicis resignationis expeditas, paruam autem datam,
quòd paruum consensum super reseruatione regressus,
& pensionis solummodo captum, & nihilminus Iose-
1 pho in eodem Monasterio tamquam † priuatus Mona-
chus steterit, sed sub Priore prouidendo, nec ipse Io-
seph possit agere spolio, ita vt remissoria per Ioannem
petita ad probatam præmissa sit releuans, & cõcedenda.
Domini nemine dissentiente concluserunt remissoriam
2 non esse releuantem nec concedendam. Nam † cum mã
data sunt correspectiua, & Iosephus non aliter voluerit
resignere, nisi reseruatio sibi regressu, & pensione sequa
tur non impleta hac conditione eum nihil a se abdicas-
se, & agere posse spolio. Abb. c. cũ pridem. col. fi. de pact.
vt aliàs sæpe dictum fuit. Non obstant, quòd Io. passus
fuit per duos menses accipere possessionem Monaste-
rij, quoniam cum hoc pactum fuit ab eo a se, vt regres-
sus deberet effectum sortiri merito, cum vidit eum
3 euanescere, potuit reclamare, atque illud repetere.
Et quamuis parui consensus, & parua data fuerit sum-
pta, tamen elapso anno effecti sunt inutiles ex stylo Cu
riæ, ideò caussa erit in fauorem Iosephi omnino expe-
dienda.

DECISIO DLIX.

Carthaginen. iurisdictionis. 28. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Satis sufficienterque probato fumo, remissoria petita ab vna partium nequaquam est deneganda.*

2 *Testis aliàs in partibus examinatus qui nunc etiam in Curia examinatur, si nihil eorum quæ nunc deponit, aliàs in partibus fuit testificatus, habetur pro suspecto.*

3 *Actis in partibus ventilatis diligenter inspectis si testem plura deposuisse in Curia appareat quo ad quędam recipitur, & quo ad quadam reijcitur, vt suspectus.*

IN hac caussa inter Præpositum & Capitulum, peteba
tur a Capitulo remissoria: idcirco dubitaui, *an ex testi-*
1 *bus examinatis satis constaret de fumo.* Et satis constare
conclusum fuit, præsertim ex quodam teste examinato
in Curia. Quoniam autem Præpositus respondebat, illũ
testem aliàs fuisse examinatũ in partibus, & nihil eorũ
deposuisse, quæ nunc testificatur, mandarunt mihi Do-
mini vt viderem an ita res se habeat. Nam si ita esset, su-
spectum habebant illum testem, placebatque illis hinc
non concedi remissoriam: ego itaque diligenter inspe-
ctis actis, in partibus ventilatis, animaduerti quidem,
huoc testem multo plura depenere in Curia, qui & de
his deponebat, ita vt quoad fumum nulla esset dubita-
tio, quin sufficienter ex his colligeretur.

DECISIO DLX.

Romana dotis de Iuuenalib. 28. Iunij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Contumacis partis in gratiam etiam aliquando Auditor dubium in vltima instantia proponit.*

Cum

CVm vltima pars voluisset informare, ego proposui caussam in vltima informatione. Siquidem hoc du
1 bium fuerat a me concessum potius in gratiam partis, quæ deinde contumax erat, cum Rota pridem satis sensisset, Hieronymum mittendum esse in possessionem Casalis sibi pro dote allegati, prout in instrumento. Quod autem & nunc Rota rursus confirmauit, mandauitque mihi omnino, vt darem exequutionem in instrumento prout latius, &c.

DECISIO DLXI.

Prouisionis Monasterij consistorialiter factæ. 3. Iunij 1559.

SVMMARIA.

1 *Consistorialiter solere prouideri de Monasterio, vel non, vtrum ex vnico actu abunde probari possit.*
2 *Subrogatio an excuset prælatum etiam maximæ auctoritatis vt Cardinalem, ab attentatis, ideoque sequestrum sit reuocandum non obstante partis aduersæ inhibitione.*
3 *Regula est vt monasterium excedentibus valorem ducatorũ ducentorum auri de Cameræ prouisio consistorialiter fiat.*
4 *Monasterium quaternis vicibus prouisum non consistorialiter, vbi prouisiones tales nequaquam ad effectum deductæ fuerunt, non arguit posse non consistorialiter de eo prouideri.*
5 *Cardinalis ab attentatis non excusatur habente eius gratia clausulam, dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum. &c.*
6 *Validè sibi regressu reseruato, si pars resignet non aliter nec alio modo, vbi regressus sit nullus, & inualidus omne ius permanet penes resignantem, perinde ac si non resignasset.*
7 *Ius alteri quæsitum annullat penitus prætensum ius illius, qui se dicit subrogatum, etiam Cardinalatus honore licet fruatur ex restrictione clausula in gratia appositæ dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum.*
8 *Factum omne post inhibitionem manantem a parte cui ius fuit iam quæsitum, dicitur, & est omnimode attentatum.*

DVbium hoc erat an ex quattuor prouisionibus vltimo loco productis simul cum fide solutionum, de quibus in actis, dicitur Dominum Prosperum in ca-
1 su de quo agitur, satis verificasse, quod † Monasterium non consueuit consistorialiter prouideri, non obstante auctoritate anterioris prouisionis, de qua in actis facta consistorialiter. Et præsupposito, quod an Illustrissimo
2 Cardinali suffragetur † subrogatio, ita vt excusetur ab attentatis, & sequestrum sit reuocandum, non obstante inhibitione pro parte Domini Prosperi de qua in actis, nihil tamen firmatum fuit in illa parte. Verum quoad primam partem dubij, omnes sentire videban-
3 tur, † regulam esse in fauorem Cardinalis, vt de Monasterijs excedentibus 200. prouideatur consistorialiter, atque in concilio Lateranen. decretum tamen esse cum
4 decreto irritanti. Non obstant † quattuor prouisiones, de quibus in dubio. Nam cum caruerint effectu, non potest ex his vllum sumi certum fundamentum. Nec enim sufficit ita de facto accidisse, quoniam ita impetrarem vsomnia beneficia, & regulæ omnes subuerterentur.
5 Quoad secundam partem dicebant, Cardinalem non excusari ab attentatis, quoniam eius gratia habet clausulam, dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum. Cum igitur Ioannes Michael resi-
6 gnauerit Hieronymo reseruato sibi validè regressu, & non aliter, vtique si regressus fuit nullus, & inualidus, omne ius permansit penes ipsum Ioan. Michaelem resignantem, perinde ac si non resignasset, quia hæc concessio fuit conditionalis, Sarnen. de trien. quæstio. 27. in fin. Mohedan. 183. Rot. in antiq. de concessio. præben.
7 9. num.... Si igitur † ius erat quæsitum Ioan. Michaeli, ergo subrogatio Cardinalis fuit nulla, quia erat restricta ab illa clausula, dummodo tempore datæ, &c. Et
8 ita † quidquid factum fuit ab eo post inhibitionem fuit attentatum, cap. cum solum, §. fin. de appell. in 6. Dec. consil. 103. Dixerunt ergo Domini, vt quoad primam partem videat Prosper an possit quid melius probare. Quoad secundum videat Cardinalis quid respondeat. Nam fundamentum contra eum videtur solum, dum interim vere nihil statuatur.

DECISIO DLXII.

Legionen. Canonicatus, 13. Iulij 1559.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio an ante concessam expectatiuam fuerit facta, an vero post sed ante acceptationem in beneficialibus, solet Rota considerare.*

QVoniam nunc primum hæc caussa a me proponebatur, placuit Dñis nihil decidere, sed ad Cale. remittere Et tunc dixerunt oportere illis dari copiam Bul
1 læ Cruciatæ, † videndumque, an excommunicatio, de qua agitur, fuerit ante expectatiuam concessam, an verò post expectatiuã concessã, sed ante acceptationem.

DECISIO DLXIII.

Cæsaraugustana pensionis, 13. Iulij 1559.

SVMMARIA.

1 *Commissio in actis cum clausula, sine retardatione solutionis, quid operetur.*
2 *Res iudicata quoad motum proprium in hac caussa qualis sit.*
3 *Motus proprius vi scripturæ, & eius facultatis potest aliquando impugnari.*
4 *Gratia Papæ quando mandatur prælato non in specie, vel indiuiduo, sed vt prælato, an sit perpetua, vel extinguatur cum morte ipsius prælati.*
5 *Possidere si quis dicatur, & fructus percepisse tempore reseruationis pensionis, vtrum sufficiens id sit ad validandum possessionem.*
6 *Iura vltimò loco producta sæpe in processibus sunt cõsideranda, cum illa vt plurimum dissoluant difficultates.*

IN hac caussa dubitaueram hoc modo, stante motu proprio pro parte Cardinalis producto, & assertis iuribus pro parte aduersa vltimo loco productis, an constet de bono iure Cardinalis quoad effectum, de quo agitur. Rota nihil voluit determinare, quoniam nunc primum hæc caussa a me proponebatur. Sed dixerunt, quod multa essent aduertenda, de quibus in nou. adie-
1 ctis postea agetur. In primis an † adsit alia commissio in actis præter illam cum clausula sine retardatione solutionis. Nam licet Cardinalis sit titularis, tamen commissio dat Auditori Iurisdictionem conditionalẽ. Quod si extat alia commissio simplex, tunc secus dici posset. Deinde dixerunt videndum esse, an Cardinalis sit subrogatus in ius Ioannis Antonij, qui dicitur habere con-
2 tra se rem iudicatam, & qualis hæc res † sit iudicata, quoad motum proprium: dicebant, fundata videri ex eo intentionem Cardinalis. Nam scriptura ex aduerso
3 producta non reducit † motum proprium, sed dat facultatem tantum impugnandi. Et ideo aliqui dubitabant ne hodie etiam amplius competat facultas prædicta, quoniam mortuus fuit Cardinalis Sfondratus, nec com
4 missa fuit relatio. Alij contradicebant, quoniam gratia Papæ non mittitur personæ Sfondrati, ideo est perpetua, & quandocunque alius quis opponit narrata in motu propria esse falsa, tenebitur Cardinalis verificare, prout nunc opponitur: ita dubitatum fuit, præsupposita etiam legitima priuatione Matthæi,
5 quia tamen dicitur † possedisse, & fructus percepisse tempore reseruationis pensionis, an id sufficiat ad validandum possessionem, iuxta decision. Archidiaconat. de pensio. Præterea dixerunt consideranda esse iura vltimo

vltimo loco producta, quæ fortè tollūt has difficultates, itaq; circa hæc oīa nihil fuit firmatū, sed hæc fuerūt præcipua, super quibus dixerunt posse dubitari post Calēd.

DECISIO DLXIV.

Viscen. de Papirios, 19. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Regula de triennali an possit obsistere ei, qui in decursu processus obtinuit rem iudicatam.*

2 *Possessor tempore rei iudicatæ excipere potest de regula de triennali, cum ipsa solum possessores tueatur.*

PRosequendo in caput, quod imperfectum reliquerunt Domini in vltima propositione huius caussæ, fuit 19. Iunij 1559. nūc dubitaui, an regula de triennali prouisione Nuncij, & fide Ordinarij, & noua prouisione, de qua in actis, obstet Francisco quo minus ad eius instantiam sit procedendum contra Georgiū? Conclusum fuit ab omnibus in fauorem Georgij quoad primam partem dubij, si quidem Franciscus aduersarius
1 in hoc puncto in primis excipiebat, non obstare sibi † regulam, nec quid aliud, eo quod habebat rem iudicatā. Domini autem in hoc contrarium responderunt, quo-
2 niam cum Georgius tempore † rei indicatæ esset possessor, vtique potest nunc excipere de regula de triennali, quæ solum tuetur possessore, vt per Sarnen. in d. regula, quæstio. 15. Et eò magis in casu nostro, cum hæc fuerit vnica sententia lata per contradictas. Imo dicebant aliqui si datum fuisset antea de regula, tunc sententia deinde lata fuisset nulla, quia regula omnino prohibet. Sarnen. quæst. 58. nu. nu. 4. & quæst. 60. Quoad secundā partem, videlicet, an constet de titulo colorato quoad effectum regulę, nihil fuit conclusum, & aliàs erit videndum.

DECISIO DLXV.

Salamantin. de Babilla fonte. 19. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Onus probandi fructus perceptos post resignationem, an ad partem percipientem spectet.*

2 *Beneficium resignans vtrum in illo amplius ius aliquod ei competat.*

3 *Nulla vbi est resignatio in effectu, nullum etiam ius a se resignans abdicare potest.*

4 *Asserens de confidentia partem aduersam habuisse beneficium, illam probare confidentiam tenetur.*

5 *Spolio agens rectè admodum agit si probet a se captam fuisse possessionem, & in ea aliquo tempore pacificè vixisse.*

6 *Resignans si patiatur resignatarium fructus percipere, & possidere, an possit prætendere de spolio.*

7 *Quæ quidem assertio, scilicet, quòd passus sit resignans fructus percipere resignatarium, cum sit firmamentum negotij probandum est, num. seq.*

Regula quod ex actu nullo transferatur tamen possessio quomodo sit intelligenda, & qualiter procedat, num. seq.

10 *Resignatio, quæ fit in manibus habentis facultatem admittendi limitata est.*

11 *Regula quod ex actu nullo transferatur tamen possessio, procedit in profanis vbi interuenit traditio rei, quæ est alienatio possessionis, & pendet a voluntate tradentis.*

12 *Spiritualia non nituntur traditioni rei, & pendent a consensu Papæ.*

13 *Inualida existente resignatione, non abdicatur ius nec possessio a resignante, & ob id actio spolij durat perpetuo.*

CVm multum in hac causa laborassem, vt partes ad concordiam reducerem, & nihil efficere omnino potuissem, ex nimia pertinacia vtriusque partis, quinimo vtraque studio summo contenderet, vt causam de iure quoquo modo terminarem, tandem hoc dubiū proposui, quod mihi aliàs Rota mandauerat, videlicet, *an Garziæ incumbat onus probandi se percepisse fructus post resignationem.* Et posito quod sic, num ex deductis in actis, quorum copia datur, sufficienter docuerit se percepisse, vel saltem iuste credere potuisse, illos se percepisse, stante præsertim instrumento possessionis. Hinc inde & licentijs deseruiendi prout in actis, nec non depositionibus testium. Hinc sciendum est, quòd cum Gar-
2 zias † resignauerat hoc beneficium, & ideò nullum ei ius competebat. Ad quod Garzias respondebat, resigna-
3 tionem nullam † esse, nec ad se vllum ins abdicatum, prout decisum fuit coram Domino Chisanen. Secundò excipiebat Antonius, Garziam habuisse hoc beneficium a patrono suo in confidentiam, & super hoc fuerunt multa disputata coram Domino Chissanen. Et re-
4 periebatur fuisse decisum, quod de † confidentia non constabat, prout annotatum fuit manu propria Domini Fabij olim Decani, vt vidi sub die 5. Iunij 1555. Item decisum in alia audientia, quod fraudes hincinde confundebantur, quia tamen nescio quis scrupulus relinquebatur, placuit Dominus, vt proponerem suprascriptum dubium, in quo omnes nemine discrepante concluserunt, onus probandi incumbere Antonio, non autem
5 Garziæ: ea maximè ratione, quia Garzia agens † spolio, rectè fundat intentionem suam, probando primum extremum, & possessionem de anno 1541. 15. Iunij, & secundum exremum ex confessione ipsiusmet Aduersarij: Antonius autem excepit, quòd Garzias resignauit beneficium, & quod ipse de eo prouisus fuit de anno 1542. Garzias replicabat, quod resignatio fuit nulla, &
5 hoc iam fuit decisum. Antonius † nunc replicat, quòd post resignationem Garzias passus est ipsum possidere,
7 & percipere fructus. Igitur cum † hæc triplicatio sit fundamentum Ipsius Antonij, debet ab eo plenè probari, quia Garzias interiora sua alia ex parte docuit, leg. 1. & 2. de except. l. 1. §. ei qui, de probatio. Et quoniam aliquibus Dominis nonnihil dubij faciebat ea regula,
8 quod † ex actu nullo transfertur possessio. l. 1. §. si vir. de acq. possess. Vnde quamuis resignatio Garziæ fuerit nulla, tamen videbatur possessio transferri potuis-
9 se. Idque tripliciter. Primo regulam † procedere in
10 actu puro, non conditionali, prout fuit hæc resignatio, quæ fuit limitata ad resignandum in manibus habentis facultatem admittendi. Secunda regula procedit in principali, non autem in procuratore, cui datur limitata facultas a Domino, quod diuersum est, quia defuit voluntas Domini, qui intellexit de resignatio-
11 ne validando mandatum procuratori. Tertio † regula procedit in profanis, vbi interuenit traditio rei, quæ est alienatio possessionis, & pendet a voluntate tra-
12 dentis. Secus † est in spiritualibus, quæ non nituntur traditione rei, & pendent a consensu Papæ. Hinc vi-
13 demus, quod † inualida existente resignatione, non abdicantur ius nec possessio, & actio spolij durat perpetuò, Cassador. 5. & 6. de restit. spoliat. Fab. 40. Peregr. 75. Ioan. Paul. 63. Achil. 11. de pension. Quoad alias partes dubij pauca dicta fuerunt, quoniam hæc prima videbantur sufficere in fauorem Garziæ, idem tamen, & alijs videbatur, præsertim in eo, quod Garzias iustè credere potuerit se fructus percepisse ex litteris, quarum copia data fuit, & alijs maximè, quia testes pro parte Antonij nihil deponebant quod omnino concluderet, quos ego vidi, & extractum eorum inter informationes Fabij.

DECISIO DLXVI.

Romana domus de Cinquinis, 24. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Latæ sententię quę in rem iudicatam transierunt, vtrum prosint possessori contra quem agitur tamquam alienā domum possidentem.*

2 *Defectus iurisdictionis iudicis, & non sufficiens mandatum procuratoris, sententias, & gesta rescindunt, & reddunt penitus nullas.*

3 *Sententię, quę dicuntur nullę ob defectum iurisdictionis, & man-*

& mandati, si postea ratificentur per vltimum, & sufficienter plenum mãdatum, vtrum possint reualidari.

4 *Ratificatio, de qua in mãdato, quomodo probetur comprehendere omnes caussas etiam præteritas.*

5 *Ratificatio nullo modo potest trahi ad ea, quæ a nobis ignorantur.*

6 *Mandatum referens se ad monitorium, in quo tantum cõtinetur caussa contra partem aduersam, nõ ius, vtrum sit sufficiens.*

7 *Sententiam iam latam vtrum quis in sui fauorem ratificare possit, nec ne.*

8 *Materia turpem præ se faciem ferens, ob turpitudinem sæpe mandatur a Rota ad concordiam reduci.*

FRatres de Mascalonibus agebant contra Alexan-
drum Cinquinum possessorem domus suæ, vt ipsi
1 prætẽdebant. Cinquinus excipiebat cõtra eos † latas fuis
se sententias, quæ transiuerant in iudicatũ. Fratres repli
cabãt, sententias nullas fuisse saltem contra duos ex illis
2 † ex defectu iurisdictionis & mãdati, quoniam ipsi dege
bant in Flandria, & tertius frater q erat hic Romæ, Mar
cus Antonius non habebat sufficiẽs mandatum ab illis.
3 Cinquinus nunc replicabat, illas sententias † fuisse ratifi-
catas ex quodam vltimo mandato in caussa producto
4 contra Odeschalcos, in quib. dubitaui, *an † ratificatio de
qua in mandato, comprehendat omnes caussas etiam præteri
tas.* Dñi responderunt de iuris rigore non comprehẽdi,
5 quoniã ratificatio † non trahitur ad ignorata, Alex. l. sciẽ
dum, qui satis. coga. Sed cũ sententiæ, de quib. agitur, iã-
pridem latę fuerint, nõ põt ratificatio ad illas referri, nisi
constet de earum scientia. Deinde verba generalia refe-
runtur tantum ad specificata, Ias. l. si decreta, C. de tran-
6 sact. Cũ aũt mandatum referat ad se ad monitorium, in
quo tñ continetur caussa contra Odeschalcos, quãuis,
deinde mãdatum verbis generalib. vtatur, tñ ea referen
7 da sunt quoad casus expressos. Præterea cum post sentẽ
tiam latam quis ratificare eam non possit in sui fauorẽ,
absurdum esset nec verisimile fratres eam voluisse ratifi
care in sui præiudicium, & in eo ꝙ sibi noceret, cum ipsi
velint recuperare domum, & sentẽtia eos repellat: quã-
uis aũt hic de rigore iuris ita videretur, tñ Rota nihil fir
8 mare voluit, qm̃ hæc materia turpem faciem præ se fert
ex parte Marci Antonij, qui cum tamquam procurator
fratrum in illis sententijs interuenerit, nunc idem acce-
dat eas impugnare, eo quòd mãdatum ad id non habue
rit. Ideo Dominis placuit, vt concordia omnino tractare
tur, interim statuatur nihil, quia suspectã magis habent
turpitudinem ex parte Marci Antonij.

DECISIO DLXVII.

Vlyssiponen. quartanariæ, 26. Iannarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Beneficium vacans per resignationem inualidam, an dici possit vbi ea fuerit conditionalis, videlicet reseruata certa pensione super eodem beneficio.*

2 *Beneficiũ non possidens, non põt valide cõsensum præbere ad pensionem super eodem beneficio constituendam.*

3 *Apparente captam possessionem beneficij ab aliquo non constito de anteriori possessione alterius, præsumitur continuasse, & spoliatus fuisse ab alio.*

4 *Patientia partis prætendentis se spoliatam iuncta cum taciturnitate, & non contradictione aduersarij, facit opinari iudicem partem carere bono iure.*

5 *Calumniosè vbi ad partes remissoria petitur, quibus inditijs & argumentis constare possit.*

FActum huius caussæ plene relatum est in informa-
tionibus, & partes in eo conueniunt, dubitaui, cur
esset danda remissoria Gundisaluo, qui prætendebat be-
neficium vacasse per resignationem, eamque inualidã
1 fuisse, quando fuit conditionalis, videlicet reseruata
certa pensione super Ecclesia de Aldea de consensu Sal
2 uatoris, dicebatque, hunc Saluatorem meo tempore
non possedisse dictum beneficium, ideoque pensioni va
lide consentire non potuisse. Domini dixerunt videre
quidem fumum sufficere quoad remissoriam, quia ta-
3 men de anno 1546. appareat, Saluatorem cepisse posses-
sionem, nec constat de anteriori possessione alterius, im
mo quod nec tunc temporis alius possideret, præsumi-
tur continuasse, & potius spoliatum fuisse a Io. Rubello
de anno 1548. si tamen ex testibus plenè illum Rubellũ
de anno 1548. possedisse constet, & fructus percepisse,
& hactenus possidere, Domini tunc sentiunt elisum es-
se fumum Gundisalui, præsertim quia non apparet de
anno 1546. fructus percepisse, nec continuasse, nec cõ-
star de iure, ex quo Io. Rubellus sẽper possedit postea,
4 & ille numquam contradixit, potius credẽdum est care
re bono iure. Postea, die 29. retuli in Rota, ꝙ deposue-
runt testes vtriusque partis, quos diligenter legeram: &
quia testes Ferdinandi probant Io. Rubellum de anno
1548. possedisse, & hactenus possidere, & illi Gundisal-
ui probant Saluatorem de anno 1546. fructus percepis-
se, & per aliquod tempus, sed nihil aiebant de anno
5 1548. Conclusum fuit ab omnibus, calumniosam esse
petitionem remissoriæ, quia illi testes examinati in par-
tibus ad dandum tantum fumum circa annum 1548. ni
hil de eo depoount. Ergo, &c. Quando autem adesset
fumus, tunc Domini vellent, vt dubitaretur de releuan
tia, quoniam ex parte Ferdinandi multa opponuntur, ꝙ
scilicet non potuit consensus ille extẽdi ad successores,
prout in reseruatione pensionis continebatur, & quòd
constabat de bono iure Cardinalis Tranẽ. & consequen
ter de non iure illius Saluatoris, & similium.

DECISIO DLXVIII.

Barchinonen. Parochialis, 6. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Canonicatum habens, si impetret parochialem exprimendo fructus non legitimè, vtrum teneatur ob non verificatos fructus regula de valore.*

2 *Fructus beneficiorum obtentorum etiam sunt exprimendi ex regula Pauli Quarti, cui iũcta est clausula, non obstantibus, &c.*

1 THomss, qui habebat Canonicatum, impetrauit
hanc parochialem, & expressit Canonicatus fru-
ctus ad 24. Modo aduersarius obijciebat, quòd non ve-
rificasset fructus Canonicatus, & ita teneretur regula
de valore, cum tempore Pauli Quarti clausula noo ob-
stantibus, semper sit posita in supplicationibus. Vnde
2 fructus beneficiorum etiam obtentorum erant expri-
mendi, prout in regula. Domini dixerunt satis esse fa-
ctum locum regulæ, quæ requirit valorem secundum
communem æstimationem, quam ipse expressit ad 24.
cum notum sit in Hispania ad hanc summam exprimi
solere. Hæc tamen ita obiter, quia dubium super hoc
non erat positum.

DECISIO DLXIX.

Romana fideicommissi de Gracchis,
31. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Iudicis solo nutu & concessione obtenta licentia de capienda possessione non transfertur possessio.*

2 *Possessio capta non expulso colono est penitus nulla, & numero 4.*

3 *Locatio valida esse debet ex qua transferri debet. possessio.*

QVamuis aliàs Rota dixisset, vt in hac causa vide-
retur de bono iure, quia tamen Vincentius prætẽ
debat sibi competere possessionem, & nihil de ea adhuc
cognitum esset: eidem placuit, vt instante Vincẽtio hu-
iusmodi

huiusmodi dubium proponerem, an stante licentia de capienda possessione in fauorem Vincentij, & locatione eiusdem facta hæredib. quondam Marij, prætendentes tñ de resignatione Marij erga mulieres, prout in actis, intelligatur possessio translata in Vincentium, vel nunc veniat transferenda? Rota nihil certi voluit firmare: oẽs tñ videbantur inclinare, q̃ non, per plures rationes. Pri-
1 ma † q̃ sola licentia iudicis de capienda possessione non
2 transfert eã: secunda q̃ † possessio capta non expulso modo colono nulla est. l. peregrè. §. quib. de acquir. poss. Afflict. 3 15. nu. 3. Tertia, quòd per locationem transfertur possessio, c. quædam mulier, de rei vendicat. Alexan. l. 1. §. si vir. num. 5. de acquir. poss. Et hoc videtur esse præcipuum fundamentum Vincentij, cui nec obstat resignatio facta erga mulieres, quia ea nulla fuit, *vt aliàs Rota declarauit*. Magis obstat ex parte mulierum, quod tempore huius locationis fuisset lis non tantum inter illas, & ipsum Vincentium, sed etiam inter ipsos, & hæredes Marij. Quare Rota mihi mandauit, vt videam, an verè constet de hac lite. Nam si ea fuit, tunc possessio nulla est, & hoc casu agendum esset tantum de bono iure: q̃ si etiam nulla reperiretur lis cum tertio, idest cum illis
3 hæredibus Marij, tunc videndum erit † *an locatio fuerit valida, ex qua potuerit transferri hæc possessio*. Item *an*
4 *fructus vllos ex ea perceperit*: quintam † dicebant aliqui, ex sola locatione, qui est actus fictus, non transferri possessionem, nisi expulso colono: alij contra, q̃ñ possessio est vacans. Vnde, & hic videndum est de bono iure.

DECISIO DLXX.

Barchinonen. Capellaniæ, 31. Ianuarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Capellania concessa per Archiepiscopum alicui si fit cũ salario, & emolumentis vbi vergit in damnum Ecclesiæ, potest per successorem Archiepiscopum eidem adimi.*

2 *Motus proprius in caussa spolij verum locum habere possit non habita copia concessionis factæ ipsi spoliato.*

3 *Capellania cum salario, & emolumentis an ad vitam proni si concedi possit.*

1 ARchiepiscopus prædefunctus † concesserat Antonio hanc Capellaniam cum certo salario, & emolumentis. Successor Archiepiscopi Capellam illi abstulit sub prætextu, quòd esset in damnum Ecclesiæ. Cum Antonius agens spolio obtinuisset sententiam contra,
2 coram A. C. nunc dubitaui ego † *an esset locus motui proprio in caussa, de qua agitur*? Rota nihil firmauit, quoniam non erat data copia concessionis factæ Antonio ab Archiepiscopo, cuius verba omnino consideranda esse
3 dixit. Deinde videndum esse, *an mihi constet, hanc Capellaniam ante solitam esse ita concedi ad vitam, & cum eisdem emolumentis, & iuribus, prout fuit concessa Antonio: an verò aliquid amplius fuerit ab Archiepiscopo concessum. Præterea considerandum, an hoc sit vnum officium, in cuius concessione non lædatur Ecclesia, sed tantum in longiore salario, ita vt nouus Archiepiscopus argui possit tantum de excessu*.

DECISIO DLXXI.

Auximan. Bonorum, 7. Februarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Matrona donans omnia bona sua alicui, exclusis filiabus, eamque donationem confirmans, vtrum postea pœnitens coniungendo se filiabus suis, possit eamdem donationem reuocare & simul impugnare.*

Et an sorores istæ per se aliquid opponere contra istam donationem possint, ita vt tertiæ sententiæ confirmationem retardare, vel impedire possint antequam opposita discutiantur, nu. seq.

Quæ quidem sorores si quid releuans opponere voluerint, ex sua non matris persona audiendæ sunt, nu. 3.

4 *Noua capita in Rota proponi possunt ad impugnationem donationis facientia, non reuocari in dubium semel firmata.*

1 FAustina, quæ † donauerat omnia bona sua Petro Antonio, exclusis filiab. suis, q̃ donationem deinde etiam confirmauerat, postea pœnitentia ducta illam reuocauit. Verum aliàs coram D. Aldobrandino conclusũ fuit, hanc reuocationem inualidam esse, nec nocere Petro Antonio. Nunc cum Faustina coniunxerat se cum filiabus pro impugnanda donatione. Dubitaui, ego, *an*
2 *istæ sorores possint hodie aliquid opponere contra donationem istam, ita, vt non procedendum sit ad confirmationem tertiæ sententiæ, antequam opposita discutiantur*. Domini
3 dixerunt, mulieres esse audiendas, & si quid releuans voluerint opponere ex persona sua, aliàs ex persona matria non posunt: tamen nec ipsa possit, vt aliàs conclusum fuit coram D. Aldobrandino, nisi ob diuersam ra-
4 tionem. Explicent igitur mulieres si q̃ habent validum caput nouũ pro impugnanda donatione: verum nõ reuocentur in dubiũ, quæ semel fuerunt firmata in Rota.

DECISIO DLXXII.

Vicen. de Papigios, 7. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Locus vtrum sit regulæ de triennali respectu alicuius tituli colorati.*

2 *Vitium litigiosi an transeat in tertium qui habeat caussam ab aliquo ex litigantibus, ita vt tuuari non possit regula de triennali.*

3 *Contra intrusos etiam procedi solet litis pendentia adhuc vigente, quamuis longo tempore fuerint possessores.*

4 *Verba regulæ de triennali (antiquas, lites penitus extinguentes) ob variam dominorum interpretationem ex decisione, Rotalis negliguntur.*

1 DVbitaui, *an sit locus regulæ de triennali tam respectu litis cum Odoardo, quam tituli colorati quo ad Georgium*. Quoad primam partem Rota nihil voluit firmare. Namq; repertiuntur variæ decisiones, & auctoritates
2 Doctorũ repugnantes. Quod. n. vitium litigiosi transeat in tertium, qui habeat caussam ab aliquo ex litigantib. ita vt tuuari non possit regula de triennali, facit decis. 1. Bisig. vt lit. pendẽ. Clem. 20. cod. tit. Cassad. 8. super reg.
3 de triennali, nu. 3. Vnde procedi solet contra intrusos lite pendente, quamuis posedetint per longum tempus. Contra autem vĩ dec. Ioan. Paul. 59. Crescen. 55. Mohed. 210. aliàs 240. & attestati sunt aliqui ex senioribus
4 aliàs in Rota sæpius disputatum fuisse, quomodo verba omnino regulæ de triennali, *antiquas lites penitus extinguentes*, & c. essent intelligẽda, & semper esse variam Dominorum interpretationem. Dixerũt igitur, vt omisso hoc capite posthac videam, an regula de triennali habeat locum in vnione adiuncta in casu, de quo agitur.

DECISIO DLXXIII.

Expectatiuæ plurium, 9 Februarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Expectatiua gratia concessa alicui qui postea ob fideiussionem ab Aud. Cam. fuit excommunicatus, vtrum ob censuram illam vitietur, vbi ante acceptationem fuit censuratus.*

2 *Absolutum se probans in partibus vigore Bullæ Cruciatæ, utrum præiudicare possit alijs expectantibus cum & ipse sit expectans.*

3 *Absolutio facta per modum impositionis in foro pœnitentiali prodest illi, qui fuerat censuris innodatus.*

4 *Absolutio in foro pœnitentiali facta, res dicitur esse quæ difficillimè probari potest.*

5 *Sublata caussa excommunicationis, scilicet solutione facta pecuniarum pro quibus aliquis fideiusserat, tollitur & ipsa censura, ex communi regula, quod sublata caussa tollitur effectus.*

Apocha

6 *Apocha sacerdotis fidem faciens de absolutione, non est scriptura merè priuata, sed publica, vt pote facta ab officiali ad id deputato.*

1 CVm esset lis inter plures expectantes, † oppositum fuit, Petrum fuisse excommunicatum, antequam acceptaret beneficium. Constabat enim in actis apud A.C. illud fuisse declaratum ex caussa cuiusdam fideiussionis, Petrus autem clarè ostendebat, se satisfecisse
2 illi debito, & propterea probabat se absolutum fuisse in partibus ad quodam presbytero vigore Bullæ Cruciatæ. Nunc dubitaui, *an hac absolutio fidem faceret in præiudicium aliorum expectantium, cum videatur esse schedula priuata, quæ potuisset hoc anno componi, & opponi da rum ante vacationem beneficij.* Verum Rota contrarium
3 probauit, concludendo, † quod si absolutio fuit facta per modum impositionis in foro pœnitentiali, tunc fidê faciat. Et in terminis consil. Calder. 2. de restitu. Et ratio
4 est, quia res est difficilis probationis, & creditur illi attestationi, præsertim quia concurrunt multa verisimilia. Primò, quia parti iam erat satisfactum. Secundò concessa in actu, quo volebat celebrare, & postea celebrauit. Tertio, quia sublata est caussa excommunicationis, appareat nunc attestatione hac, quæ valde est veri-
5 similis absolutè. Quartò hæc non est scriptura merè pri-
6 uata, sed facta ab officiali ad id deputato, super re, quæ spectat ad officium suum, & est scriptura saltem iusta, cui in hac re standum videtur.

DECISIO DLXXIV.

Burgen. Iurisdictionis 12. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Contra inhibitiones, an dicatur attentasse, qui suam probet continuasse possessionem.*

2 *Videndum est de bono iure quando cognitio attentatorum omnino dependet a negotio principali.*

3 *Bonum ius quoad merita fouens, attentata in eorum fauorem reuocantur.*

ERat lis inter Episcopū Burgen. & Canonicos commissa vsque de anno 1514. & quia Canonici prætēdebant, Episcopum contra inhibitiones multas ab ipsis
1 obtentas † attentasse. Episcopus autem asserebat, se cōtinuasse possessionem suam veterem, ideo proposui nūc dubium generale pro decisione caussæ, an constet de attentatis. Et quia multa hinc inde deducebantur, Domini mandarunt, vt videatur de bono iure quando cognitio attentatorum omnino penderet a negotio principali.
3 Vnde si canonici † bonum ius quoad merita foueant, erunt & attentata in eorum fauorem reuocanda, proue etiam responsum fuit in caussa Perusina iurisdictionis coram Domino Caputaq. quæ huic maximè verisimilis est, vt extat in terminis decis. 72.

DECISIO DLXXV.

Corduben. Sancti Michaelis, 12. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Vacans beneficium in mensib. reseruatis collatum ab Ordinario cum translatione possessionis alicui, qui postea in Curia resignauit, illudque idem per Papam prouisionem alteri si sit collatum, vtra prouisio debeat praualere.*

2 *Votis Auditorum varijs existentibus in re exemplari litigiosa, non ita facilis affirmatio dari ab ijsdem solet.*

3 *Fraudes, si subsint in prouisione beneficij vacantis, locum habet regula de mense.*

4 *Clausula posita in regula de mense, etiam si quanis alia generalis reseruatio, &c. quid operetur, & an per eam constet Papam voluisse dare beneficium licet reseruatum.*

5 *Mos Datariorum dubitantiū in resignatione subesse fraudem in ea detegenda, & eludenda laudabilis.*

6 *Papa non raro decipitur præcipuè in collatione beneficiorū reseruatorum, quæ si sciret reseruata, & resignationes inualidas, non conferret.*

1 VAcauerat beneficium in partibus in mense Augusti † reseruatū, Io. prouisus ab Ordinario possessionem cepit, & postea illud in curia resignauit in fauorē Galenæ, post quam resignationem Andreas Valla obtinuit sibi prouideri a Papa vti vacans per obitum in mense reseruato, & quoniā excipiebat Galena se capere hoc beneficiū per regulas generales in resignatione, replicabat Valla ei obstare clausulam de mense. Quapropter nunc dubitaui, *an esset locus huic regula.* Domini ni-
2 hil firmare voluerunt, † quia varia erāt vota, & res exēplaris: sed multa vtrinque deducta fuerunt conuenientia cum his, quæ aliàs dicta fuerunt in caussa Carthaginen. de Amoraldis, coram me die 19. Decembr. 1558.
3 Omnes † excipiebant fraudem. Nam si de ea constaret, locum esse regulæ sentiebāt. Verum exclusa fraude aliqui volebant, cessare regulam, quæ excipit caussam resignationis, & in litteris dicitur, hodie in manibus matris vacet, &c. & si dicatur ita facilè illud posset regu-
4 lam de mense, respondebatur adesse sibi aliam † clausulam, etiamsi quæuis alia generalis reseruatio, &c. Ex qua constat, Papam voluisse dare beneficium, licet reseruatum: alioquin si noluisset, aut dubitasset de fraude, potuisset lædere hanc clausulam, & tunc locus fuis-
5 set factus huic regulæ. Hinc † solent Datarij dubitantes, ne in resignationibus aliqua fraus committatur, apud se per triduum & vltra retinere, vt interim videat an alius petat beneficium vt reseruatum, & vt vacans
6 per obitum. Alij tamen Domini contradicebant, cum Papa decipiebatur, qui si sciret resignationem illam inualidam, & beneficium esse reseruatum, et non daret: quoniam verò est valida resignatio, & facta coram eo, tunc non vult locum esse regulę, quia scit, neminem nūc posse alteri de eo prouidere.

DECISIO DLXXVI.

Perusin. Plebis de Confinio, 16. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Cessum habens beneficium lite pendente super eo qui litteris cessionis non expeditis venit ad caussam vigore commissionis limitata solita clausula quod donec expediantur littera non censeatur lis, an debeat obtinere.*

2 *Possessio obtenta vigore subrogationis, vtrum debeat dici attentata.*

3 *Subrogatio ad litem si non fuerit expressa, an poterit suffragari, qui dicit se subrogatum.*

4 *Lite nulla existente, & subrogatio ad litem vt nulla sit necesse est.*

5 *Excludere seipsum, an quis dicat qui litteras cessionis sibi facta se non expediuisse fatetur.*

6 *Lis licet nulla sit inter cessionarium & cedentis aduersariū durante tamen priori lite generaliter substitutus dicitur cessionarius ad litem cessam a suo cedente.*

7 *Attentasse, an possit quispiam dici cum nulla ipsi lis cum aduersario quopiam intercessit, cum attentata litem præsupponant.*

8 *Subrogatione, an vti possit subrogans si litteras non antea expediuit.*

MArtinus olim litigabat cum Balthasare. Hac pendente lite, Martinus cessit in fauorem Iosephi,
1 qui litteris super dicta concessione non † expeditis venit ad causam vigore cōmissionis limitata solita clausula, quod donec expediantur litteræ non censeatur lis, nec regula de subrogando. Mortuo postea Balthasare Ioseph obtinuit subrogationem, narrans se illius collitigantem, cum vigore eius possessionem apprehendisset, & inde obiectum fuisset a Laurentio, qui dicebat eā possessionem fuisse attentatam, idem dubitaui, *an subrogatio Iosephi per obitum Balthasaris suffragetur in possessorio, de quo agitur, ad effectum, vt restituatur, stante eiusdē commissione, cum regula solita, ac stante etiam subrogatione priore Iosephi ad eamdem litem Martini, super qua non constat litteras fuisse expeditas, nihil firmatum fuit.*

Nam

3 Nam Laurentius † negabat Iosephum fuisse subroga-
tum ad litē Martini. quia eius subrogatio expressè non
ait. Ex quo præsupposito inferebat subrogationem Iose-
phi in locum Balthasaris nullam fuisse omnino, quia
4 nulla erat lis, non ex persona Iosephi, quia ipsemet ex
sua confessione caussam excluserat non expediendo lit-
5 teras: non etiā † ex persona Martini, quia Iosephus non
erat subrogatus ad eius litē. Alij cōtradicebāt, quoniam
6 licet nulla fuerit lis inter Iosephum & Balthasarem pp
illā commissionē, durabat tñ prior lis cæpta inter Marti
nū & Balthasarem, ad quā generaliter Iosephus fuit sub
rogatus. Et quoniā hic replicabatur eam litem amplius
non considerari, ideo dixerunt Dñi tria præcipuè viden
da esse. Primò *quomodo Laurentius probet Iosephū atten-*
7 *tasse, si nullam vult tunc litem fuisse inter eum, & Iosephū,*
aut Martinum, cum attentata necessariò præsupponant litē.
Secundò *pro parte Iosephi videndum erit an dicatur fuisse*
subrogatus in litem Martini. Tertiò *præsupposito quod*
fuerit, an commissio eiusdem resignatarij ad litem cum Bal
thasare, & subrogatio deinde obtenta in locum Balthasaris,
nitatur solum lite quæ prætendebatur inter Iosephum &
Balthasarem, non autem inter Martinum & Balthasa-
rem, quoniam etiam dicebat Laurentius, Iosephum vti non
8 *posse subrogatione, quia prædecessor eius litteras non expedi-*
uit, vt apud Sarnen. regula de annali quæst. 70. Mohed.
a 39. Responsum fuit, hæc non obstare, quoniam is sub-
rogatus nihil facit in lite, hic secus: deinde vbi ius erat
quæsitum tertio, quòd hic non fuit.

DECISIO DLXXVII.

Nolana Regalis Vallis. 16. Februarij 1560.

SVMMARIA.

1 *Concilium Lateranense in 19. Sessione cauit prouisiones Mo*
nasteriorum esse nullas præter eas, quæ consistorialiter
sunt facta.

2 *Arrendamenta maiorum tuentur ex solita consuetudine*
malam expressionem valoris beneficij in supplicationi-
bus factam.

3 *Leuis qualibet caussa in excusationem adferri potest ad di-*
luendam suspicionem fraudis, & doli.

4 *Status præsens Monasterij cōsistorialis an prosit ad id vt di*
cendū & habēdū sit tale, cū alias non fuerit consistoriale.

5 *Monasterij collatio si facta fuit cum derogatione consisto*
rialitatis, an probetur per id esse consistoriale.

PRosper ad ostendendum non solere prouideri con-
sistorialiter de Monasterio, de quo agitur, produ-
xit quasdam alias prouisiones. Hincque ego dubita-
ui, *an ex omnibus deductis pro parte Prosperi constet nō so-*
lere prouideri consistorialiter de Monasterio, vt Prosper ex-
cusetur a subrogatione? Domini nihil etiam hic firma-
uerunt, qm̄ præcipuum fundamentum Cardinalis nite-
1 batur Concilio Lateranensi in sessione 19. vbi † diceba-
tur, caueri nullas esse prouisiones Monasteriorum aliàs
quàm per consistorium factas. Quod quidem cū Domi-
nis non ita clarū videretur, dixerunt, super hoc dubitā-
dum potissimū esse. Nam circumscripta dispositione hu
ius Concilij, videretur Prosper excusari posse, cum ha-
beat prouisiones consistoriales vsq; ad tēpora Martini,
& deinde aliàs ab eo productas: cūq; hic agitur tantum
de euitanda pęna, & versemur in materia possessorij, &
attentati, ipseque ostendat compositiones, soluisse, vide-
2 batur ex omnibus iunctis excusari posse, prout † arren-
damenta maiorū solēt tueri malam expressionē, Castad.
19. & 20. super reg. & quælibet leuis caussa excusar a do
3 lo: tamen alij adhuc dubitabant, qm̄ status Monasterij
4 præsens videtur esse consistorialis, quamuis antea tem-
pore Martini non fuisset. Quod autem sit consistorialis,
patet ex prouisione in fauorem Ioan. Michaelis de anno
5 1536. vbi † derogatum fuit consistorialitati. Verum re-
spondebatur alias esse posteriores, quibus nihil de con-
sistorio exprimitur, ex his nihil fuit conclusum, & sin-
gulas prouisiones habeo adnotatas inter īformationes.

DECISIO DLXXVIII.

Calagurit. Vnionis. 19. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Testibus caussas non sufficienter probātibus ad reuocatio-*
nem vnionis data nequaquam veniunt reuocanda.

2 *Beneficiati vnius Ecclesiæ, quæ vnita est cum altera, vtrū*
cogi possint ad seruitia Ecclesiæ vnitæ.

3 *Caussis ex quibus vnio Ecclesiarum est instituta non ces-*
santibus, vnio cessare non debet.

4 *Detrimentum Ecclesiæ emergens notabile, & cultus diui-*
ni diminutio, sunt caussæ vrgentes dissoluendæ unionis
institutæ inter Ecclesias.

5 *Vnio antiquissima Ecclesiarum utpote annorum ducento-*
rum, & vltra, præsupponit utilem fuisse, & esse, &
propterea seruanda est.

6 *Vnita Ecclesia sentiens se grauari ab ea cui unita est, aliæ*
uia quàm unionis rescindendæ agere debet, maximè
stante antiquitate ducentorum annorum.

DVbitaui an ex testibus, quorum copia datur, pro-
betur talis caussa, quæ sufficit ad reuocandam,
seu annullandam vnionem de anno 1556. cum clausu-
lis quorum copia datur, circumscriptis pro nunc alijs
omnibus ..... quæ extant. Pro vtraque parte conclu-
1 sum fuit ab oīb. nihil proponi, cur vnio sit reuocanda,
si quidem nec testes satis probant vllas caussas ad id suf
ficientes. & quamuis etiā probarent, tamen omnes depo
nunt id oriri ratione seruitij in Ecclesia, non aūt caussa
vnitatis. Imò tamen obstat, vt hæc proficiscantur ex v-
2 nione, vt imò in ipsa expressè caueatur: nec † beneficia-
ti possunt cogi ad seruitium alterius Ecclesiæ. non mi-
rum est autem, si qua aliquando orta fuerunt inter eos
iurgia vel dissensiones, uam quotidie hoc videmus etiā
accidere in alijs Ecclesijs, vbi non sunt vniones, vt vide
mus in caussa Cæsaraugustan. pręeminentiatum coram
3 Domino de Rubeis. Caussæ † etiam, ob quas instituta
fuit vnio, & quæ in ea expressæ sunt, non cessant vllo
4 modo ex depositione testium. Nam nec † appatet detri-
mētum Ecclesiæ, nec diminutio cultus diuini, nec quid
simile, vt apud Petrum de Perusio in tractat. de reuoc.
5 vnio. cap. 1. cum hæc † vnio antiquissimo tempore fue-
rit inducta, & etiam per 200. & amplius annos perdu-
rauit, & in tam longo interuallo non ostendatur acci-
disse nisi .... modice. Hinc liquido colligitur vnionem
hanc maximè vtilem, & certam esse. Quod si illi bene-
6 ficiati prætendūt aliqua sibi grauamina † inferri, aut ali-
quid in vnione institutū non obseruari, agant alia via,
& compellant eosdem de Nauarrate ad seruāda ea, quæ
debent, non autem quærant omnino tollere hanc vnio-
nem, quod non licet. Alex. consil. 81. nu. 71. in fin. nu. 4.

DECISIO DLXXIX.

Carthagien. Archidiaconatus, 19. Febr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Resignatio Archidiaconatus in impuberem per procurato*
rem an fieri possit.

2 *Impubes utrum in præsentia sui legitimi curatoris ordina-*
ria autoritate constituti, & cum eiusdem licentia, &
autoritatis interuentu, procuratores ad beneficiorum
acceptationes constituere possit.

3 *Valida utrum sit resignatio cum reseruatione fructuum*
in pupillum, non plenè constito de deputatione curato-
ris ad acceptandum, & consentiendum.

4 *Minor etiam absque sui tutoris consensu aut curatoris,*
suam potest facere conditionem meliorem.

5 *Resignans in impuberem debet exprimere in resignatione*
quod resignet in fauorem talis, cum talis resignatio sit
reuera fauorabilis.

Præten-

6 *Prætendere non impletas conditiones non potest resignans quas ipse voluit, ubi præsens fuit acceptante resignatario, & ipso pariter consentiente.*
7 *Resignatio in fauorem absentis pronepotis minoris facta, aliter resignare non prætendentis sine consensu ipsius minoris verum consistat.*
8 *Opinio multorum est minorem annis quattuordecim sine tutoris auctoritate beneficium resignare posse, tamē cum causæ cognitione.*
9 *Læsus minor in resignatione beneficij sine consensu tutoris facta, in integrum restitui potest.*
10 *Minor etiam in rebus sibi vtilibus consentire non potest ubi his aliquod fuerit onus coniunctum.*
11 *Minor in actu acquirendi consentire potest dummodo omnibus computatis ipse in nullo lædatur.*
12 *Validus consensus intercessisse minoris præsumitur in his quæ commodum ipsius concernunt euidens.*
13 *Minor non tenetur in acceptatione resignati beneficij se astringere illi formæ, quæ ipsi non est necessaria.*
14 *Ius aliquod ante præstitum consensum in beneficio resignato an minori competere possit.*

1 ÆGidius senior constituerat procuratorem † ad resignandum Archidiaconatum in fauorem Aegidij iunioris impuberis, reseruato tamen sibi regressu, fructibus, & reliquis omnibus. Eadem die Aegidius iunior constituit procuratorem ad acceptandum, & consentiendum reseruationibus prædictis. Et in man-
2 dato dicebatur, *quod † cum præsentia, auctoritate, & licentia Petri sui legitimi curatoris, auctoritate ordinaria deputati procuratores constituebat, &c.* Hinc dubitaui stante mandato ad consentiendum cum hac clausula,
3 an † resignatio facta cum reseruatione prout in illa, fuerit valida non aliter constito de deputatione Curatoris, sed tantum in hoc mandato ad acceptandum, & consentiendum, vt supra, ea esset necessaria? Rota conclusit, non esse necessariam ex generali regula, quòd
4 minor † etiam sine consensu tutoris aut curatoris potest facere conditionem suam meliorem, §. 1. Institut. de auctor. tutor. l. 1. C. de auctor. præstan. l. neque, C. de contrahen. & committen. Dubium autem non est hic, agi de commodo ipsius minoris cum resignantes
5 quo ad resignatarium dicantur fauorabiles, & † propterea exprimi solet resignatio in fauorem talis, &c. Deinde si Aegidius senior resignans erat præsens, cum Aegidius iunior consensit, & modo vt ille acquieuit,
6 igitur † non potest prætendere non impletas fuisse conditiones, quas ipse voluit in resignatione. Accedat quòd idem resignans noluit stare soli consensui, sed exponi fecit clausulam cum derogatione regulæ de præ-
7 stando consensu, attento, quòd † resignatio fit in fauorem minoris absentis, qui est pronepos resignantis, aliter resignare non intendentis. Igitur si Papa voluit, non esse necessarium consensum minoris vtique resignatio ob hanc causam impugnari non potest. Et ita aliàs etiam conclusum fuit in causa Acheruntina coram D.
8 Oradino die 4. Maij 1554. Imò † multi sentiunt minorem 14. annis posse sine tutoris vel curatoris auctoritate resignare beneficium cum causæ cognitione. Mil.
9 in verb. minor 14. annor. quamuis † si læsus fuerit potest restitui, Rebuff. in pract. pag. 502. num. 1. & seq.
10 Non etiam obstat, quod † in rebus vtilibus minor ille consentire non possit, si cum his coniunctum sit aliquod onus, l. 1. §. si minor. de reb. eor. God. ad cons. 16. num. 8. quoniam id procedit vbi ante ius quæsitum esset minori, vt apud God. ad dictum consil. 16. Verum
11 † in actu ipso acquirendi prout in hoc casu, certè consentire potest, dummodo omnibus computatis ipse non lædatur. Tertium autem est, quamuis consentiat reseruationi fructuum, regressus, & ceterarum omnium rerum, tamen quod adhuc ageret de lucro saltem ratione solius speciei, quam verisimile existinguendam fore. Non obstat etiam si dicatur, Aegidium seniorem non aliter resignare voluisse, nisi resignatarius minor valdè illis omnibus consentiat. Nam responsio colli-
12 gitur ex supradictis, & præsertim quia † validus satis dicitur hic fuisse consensus, cum ageretur de commodo ipsius minoris, qui tunc non indigebat tutore. Non obstat etiam quòd partes videantur hanc viam elegisse, enunciando curatorem in instrumento, iuxta consil. Rom. 446. Ias. l. exigendi, num... C. de procur. Nam mi-
13 nor in hæc † non potuit se illa forma restringere, quæ ei non erat necessaria, imò, etsi vterque voluisset adhuc diceretur satisfactum per æquipollens, ex quo natura actus huiusmodi est. Et propterea Papa derogauerat regulæ de præstandis consensibus, vt supra. Hæc autem
14 vera † nisi ostenderetur minori ius aliquod quæsitum fuisse in beneficio, ante consensum a se præstitum, quod quidem a pacto pendeat.

DECISIO DLXXX.

Romana domus & viridarij, 14. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Filius matris hæres an ex persona sua sit restituendus ad statum, in quo erat mater tempore eo quo fuit spoliata a filijs primi matrimonij.*
2 *Vxor defuncto coniuge permanens in domo, non intelligitur mutare causam possessionis, nisi suam voluntatem declaret.*
Contrarium & limitationem eius vide numero immediatè sequenti, itaque ex opinione Rotæ.

1 QVærebam *an † Iulius hæres matris sit ex persona illius restituendus ad statum, in quo erat mater tempore quo fuit eiecta?* Nihil firmatum fuit, quoniam altera pars plene non informauerat, sed ita obiter dictum
2 fuit, † quod vxor, quæ mortuo marito permanet in domo, non intelligitur mutare causam possessionis nisi declaret voluntatem, iuxta cons. Socin. 131. in primo.
3 Tamen † quidam dicebant Rotam tenere contrarium, & non esse necessariam aliam declarationem voluntatis, & allegabat consil. Dec. 400. Vnde dixerunt dubium restringi posse, an mater existens in domo simul cum Iulio acquisiuerit talem statum, vt Iulius ex eius persona sit nunc restituendus. Viden. est decis. Crescen. 167.

DECISIO DLXXXI.

Placentina Canonicatus, 8. Martij 1560.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoriam si petat vna partium, & altera canonizatoriam, quid sit agendum.*

PRo introductione huius causæ proposui dubium
1 generale, † an sit danda absolutoria Alphonso, an Canonizatoria Ferdinando? Domini responderunt rem valdè implicitam esse, & oportere me prosequi aliquod caput ex his, quæ priuilegiata sunt. Imprimis autem videam inter decisiones Dominorum, an verum sit quod Ferdinandus....aut videlicet aliàs fuisse in Rota decisum coram Romano de anno 1551. ius Canonicè bonum esse.

DECISIO DLXXXII.

Constantièn. bonorum, 18. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Mortuo Episcopo supellex eius an debeatur Ecclesiæ, & successori, an verò hæredibus prædefuncti.*
Et quid si hæredes doceant bona, & supellectilem talem nō ex redditibus Ecclesiæ, sed bonis patrimonialibus parata, num. seq.
3 *Iudicandum in fauorem Ecclesiæ quæ detinet bona defuncti Episcopi hæredibus non probantibus parta ex patrimonio defuncti.*
4 *Vasa argentea cum signo Ecclesiæ cui sint attribuenda Episcopi mortui hæredibus, an Ecclesiæ, idque an ex testium depositione elici possit.*
5 *Ecclesia dum est loco rei, & in possessione supellectilis liti-*

ad dicta clausula, vt nomina, qualitates, &c. Ex qua abbreuiatores semper extendunt Bullam etiam ad istas referuatones: postea etiam consulti fuerunt abbreuiatores, qui inclinare videbantur subrogationem capere beneficium, noluerunt tamen quidquam affirmare, nisi litteræ expedirentur.

DECISIO DLXXXIV.

Nolan. Regalis Vallis, 11. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Taxa qualis requiratur annorum redituum ad hoc, vt monasterium dicatur collationis Consistorialis.*

2 *Episcopatus & Abbatia ratione taxationis in iure æquiparantur.*

3 *Episcopatus cum soleant consistorialiter conferri, quia requirunt maturam consultationem, & æquiparatio in iure fiat Episcopatuum, & Abbatiarum, an ex hac collatione inferri debeat, & de Abbatijs vacantibus consistorialiter prouideri.*

Limitationem & contrarium à Rota decisum, vide numero sequenti.

5 *Primæuo iure monasteria omnia natura sua fuere electiua, eorumque confirmatio spectabat ad superiorem, & num. 7.*

6 *Reperitur in iure nullibi de monasterijs prouidendum esse consistorialiter.*

8 *Stylus curiæ licet sit vt monasteria instar Episcopatuum matura deliberatione præmissa conferantur consistorialiter, tamen videre licet aliquando extra consistorium etiam concedi.*

9 *Pontifex in negotijs maximè arduis vtitur vt plurimum consilio Cardinalium, nec sine eis aliquid in huiusmodi statuit.*

1 Dubitaui, † an de iure, aut stylo monasteria excedentia summam 200. duc. dicantur consistorialia, adducebatur. Lap. alleg. 84. nu. 11. Satnen. reg. de infir. qu. 14. no. 22. & seq. & etiam Concilium Lateranen. in sessione 9.

2 fol. 127. Et adiungebatur ratio, † quia in iure Episcopatus, & Abbatiæ æquiparantur, glo. ne pro defectu, §. statuimus. de elect. Ioan. Silua. tract. benef. par. 1. qu. 2.

3 num. 49. Episcopatus † autem consistorialiter semper prouideri solent, qui requirunt maturam consultationem. Abbas c. cum in cunctis, col. fin. de elect. Ergo & idem dicendum in Abbatia, vt etiam probat Extrauag. in cunctis, de elect. de stylo etiam cum adduceretur, Rebuff. in rubr. de reg. ad prælat. §. 1. ver. consistorialiter, pag. 82. Ioan. Monach. c. super eo, de hæred. in 6.

4 nu. 2. & seq. attamen † quoad iuris dispositionem Ro-

5 ta contrarium probauit, quia † primæuo iure monasteria sunt electiua, & confirmatiua spectat ad superio-

6 rem, c. 2. §. priore, vbi Abb. nu. 10. de stat. reg. nec † reperitur tantum vsquam in iure, vt de his prouidendum sit per consistorium. Nec obst. æquiparatio de qua supra, quia nō procedit quoad deuolutionem, seu quoad

7 electionem, vt est propria natura Abbatiarum. † Quo ad stylum autem cum sit quid facti, dixerunt Domini illud esse probandum. Nam licet inter Curiales satis

8 tritum videatur istud, † tamen quoniā, vt aliqui aiunt, conceduntur & hæc monasteria quandoque extra consistorium, ideo probandus est hic stylus magis explicite quomodo se habeat. Non obst. quod ait Ioan. Mona-

9 chus cap. super eo. Nam mouebatur ea ratione, † quia Papa in arduis nihil statuat sine consilio Cardinalium, quæ ratio aliorum quæstiones respicit, & isto casu non procedit, cum monasteria propriam naturam habeant quomodo sint prouidenda, videlicet per electionem, atque ideo opinionem illam expressa reprobat Ioan. Prob. in addition.

DECISIO DLXXXV.

Romana fideicommissi de Grachis, 18. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Possessio ex prætensa locatione capta lite pendente, vtrum sit considerabilis.*

2 *Fructus ratione possessionis capta peti solent, vel prætensa saltem de iure competentis.*

3 *Controuersia existente de possessione, iura à partibus prosequentia producenda sunt, & melior à iura producenti assignanda est possessio.*

Quærebatur, an ex deductis constaret de lite inter molieres, & Marium seu eius hæredes, ad hoc, vt

1 possessio Vincentij ex prætensa locatione † non sit considerabilis, quia capta lite pendente in 30. qui erat in lita, molti ea Dominis responderunt ea duabus commissionibus quarum copia data fuit, satis constare de lite, quæ commissiones præcedunt locationem Vincentij, cum inita sit de mense Iulij 1555. Et quamuis hæ commissiones videantur ostendere litem super fructibus,

2 tamen illud est ratione possessionis, cum † petantur fructus ea ratione, quod molieres dicant ad se possessionem spectare. Et præterea in altera ex illis commissionibus ea pressa etiam dicitur, quomodocumque rem

3 esse satis implicitam, ideoque tutius esse, vt † videatur de bono iure, & qui melius probauerit ille mittatur in possessionem.

DECISIO DXXXVI.

Carthaginen. Archidiaconatus, 18. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Resignatio per procuratorem facta, sine mandato, an nulla sit, vtrum per subsequens mandatum possit validari.*

2 *Subreptitia est gratia cum Papæ persuasum fuerit supplicantem habere mandatum cum nullum habuerit, nec habeat in præsens.*

3 *Consensus partis in resignatione inualida ratione non habiti mandati postea præstitus, non sanat subreptionem gratiæ sub prætextu habiti mandati impetratæ.*

Limita & vide num. sequen. cum iure non caueatur neque fit de stylo mandata, & consensum dat am præcedere debere.

5 *Gerentis actum vbi solum de præiudicio agitur, nihil interesse potest, vel referre, an præcedat consensus vel subsequatur.*

6 *Absenti beneficium conferri potest, & sufficiens est ipsius subsequens ratihabitio.*

7 *Clausula in mandato postea iuxta formam supplicationis signata, & signanda, quos pariat effectus.*

8 *Mandare quis procuratori potest, vel negotiorum gestori per nuncium, aut litteras, vel aliter.*

9 *Curia de stylo obseruat signatam gratiam ad instantiam procuratoris, de voluntate principalis esse signatam, licet absentis.*

Propositum erat dubium, an resignatio sit inualida ex eo, quod supplicatio fuit data die 20. Septembris, & mandata, quorum vigore fuit præstitus consensus, fuerunt facta videlicet 13. Octobris subsequentis, cum clausola iuxta formam, & tenorem supplicationis, & cum clausulis prout in illis. Contra resignationē

1 opponebatur, † quod à principio nulla fuit, cum non adesset mandatum: ideò non potuit validari ex mandato subsequen. Patif. consi. 153. num. 4. Rebuff. de no-

2 minat. quæst. 4. nu. 18. Et † gratia ipsa dicitur subreptitia, cum Papa crediderit supplicantē tunc habere mandatum, cum tamen non haberet, attendendumque est tempus ipsum datæ, cap. si eo tempore, de rescrip. in 6.

3 Vnde consensus partis † qui postea sequitur non sanat subreptionem, quia actus non pendet à potestate partis, Abb. c. olim, num. 8. de pens. Mohed. 85. Verum Domini omnes contrarium concluserunt tum de iure,

4 tum præsertim de stylo, † siquidem iure non cauetur, vt mandata, & consensus debeant præcedere datā, neque quod inualida fuit per supplicationem impetratæ gratiæ, glo. magna in fi. cap. nonnulli. §. sunt & alij, de

5 rescrip. vbi Felin. vet. fallit 1. Et quoniam vbi † agitur tantum de præiudicio gerentis actum, regula est nihil

referre, an consensus præcedat, vel subsequatur, c. cum
6 de iure patr. Rot. in nou. 5. de rer. permut. prout † etiam
videmus beneficium absenti conferri posse, & sufficere
eius ratificationem. cap. sit tibi absenti, de præben. in 6.
7 His accedit † clausula in mandato iuxta formam supplicationis signatæ, & signandæ, quæ verba ostendunt
supplicationem illam signatam fuisse tunc temporis
voluntate illius, quam voluntatem tunc adfuisse hodie
in mandato declarat. Nec dicatur non constare de ali-
8 quo mandato tunc, quia † potuit hoc mandasse, aut
nuncio, aut litteris, aut aliter, satisque est eum hodie
attestari in mandato supplicationem signatam, tunc signatam fuisse illius voluntate: hæc omnia deinde con-
9 firmantur † stylo notissimo, & frequentissimo, hic in
curia, vbi expediuntur quotidie similes supplicationes,
alioquin infinitæ expeditiones ita factæ subuerterētur.
Et ex his cessant ea quæ in contrarium deducebantur.

DECISIO DLXXXVII.

Carthaginen. iurisdictionis, 22. Martij 1560.

SVMMARIVM.

1 *Lata sententia in partibus, & per Rotale tribunal confirmata vtrum admittat reformationem, vel moderationem.*

PRæpositus sententias latas confirmari petebat, Capitulum excipiebat multa illis obstare. Vnde ego
1 dubitaui, an † sententia lata in partibus, & in Rota
confirmata hodie sit reformanda seu moderanda, in
quibus, an verò simpliciter confirmanda stante responsione Præpositi ad 14. positionem, & statuto videlicet,
& resolutionibus aliàs in huiusmodi causa factis, quorum copia datur. Dictum fuit dubium esse restringendum quoad illam 14. positionem, quæ prima facie videtur multò minus permittere Præposito, quando ei
sententia tribuat, cum in ea ipsa fateatur se debere hostas in defectum Oeconomi, quæ verba non possunt sumi cumulatiuè, prout vult Præpositus in sua informatione. Aliqui dicebant, ea verba accipi, non quoad ius,
sed quoad exercitium. Sed quoniam alij dissentiebant,
mandarunt mihi, vt rursus proponerem, simulque videatur, an Præpositos ista confirmando potuerit suæ
Ecclesiæ præiudicare.

DECISIO DLXXXVIII.

Vrbeuetan. Castri Castellionis, 22. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Iurium prætensa amissio, & actorum inter partes quem effectum operetur.*

2 *Liber Notarij scriptus a diuersis, tamen apud eum asseruatus, vtrum aliquam contra eum ex illa diuersitate manuum pariat suspicionem falsitatis.*

3 *Conuenisse partem cum Notario in præiudicium aduersariorum collitigantiũ cum graue admodum sit delictum prima fronte, nec in dubio venit præsumendum.*

4 *Procedendum in causa ante integram actorum exhibitionem a parte factam non est præcipuè fundata intentione partium in actis registratis, quæ si audiri velint, ab ijs omnino exhibenda sunt.*

MVlta à me præsupponebantur in puncto, ex quibus dubitabam, *an stantibus præmissis, quæ ex partibus colligebantur, sit in culpa respectu prætensæ amissio-*
1 *nis † iuriũ, ita vt illis non repertis, vel nõ exhibitis, Domini Monaldenses non sunt audiendi.* Domini responderũt
quoad primam partem neutram partium dici esse in
culpa quoad amissionem iurium, nam quoad editionem numquam apparet peruenisse ad eum dicta registra. Quoad Monalden. Et idem dicendum, quia vt
apparet in libro accommodatorum notorij latius coram procuratore tria registra restituit. Et quamuis
hæc restitutio sit scripta diuersa manu, ex quo tamen
2 ita rescriptum reperitur in libro † Notarij, qui liber à
Notario custoditur, præsumptio in hoc est contra Notarium, qui permittit ibi ita scribi, maximè verò, quia
constat Notarium dedisse artham pro ratificando illo
registro. Vnde si Monalden. essent in culpa, oporteret
3 etiam, vt ita † conuenissent cum Notario, quod quidem
in dubio præsumi non debet, cum sit graue delictum.
Quoad secundam partem placuit Dominis, vt rursus
4 hoc caput † rectè discuteretur, an sit procedendum in
causa, antequam integra acta exhibeantur, quod quidem ab eo pendere videtur, quoniam pars fundat intentionem suam in actis registratis. Nam ad eam id
pertinebat curare, vt illa edantur si vult audiri.

DECISIO DLXXXIX.

Pistorien. iurispatronatus, 22. Martij 1560.

SVMMARIVM.

5 *Controuersia suborta, vel dubio potius de Ecclesia, vtrum iuris sit patronatus, an libera, præsumendum est pro libertate, nisi in contrarium patronatus probetur non obstante aliqua facta quondam præsentatione.*

1 AGebatur de probando † iure patronatus, & quia
multa præsupponebantur, & prima pars satis clare videbatur pro libertate Ecclesiæ, visum fuit restringere dubium quoad illam præsentationem de anno
1537. quia factum in hac parte videbatur satis controuersum.

DECISIO DXC.

Spoletan. bonorum, 27. Martij 1560.

SVMMARIA.

1 *Spolium admissum antequã vlterior fiat in actu iudiciario progressus, omnino purgandum est per spoliatorem.*

2 *Fructuum perceptorum quantitas, & qualitas in casu spolij plurimum venit attendenda.*

3 *Communitas vt ad gesta, vel actus teneatur, requiritur necessariò, vt communicato ciuitatis consilio, ea quæ facta sunt fecisse probetur.*

4 *Delictum si venit in actionem, quod habet tractum successiuum, tunc communitas tenetur etiam non communicato consilio.*

5 *Consilium communicatum in spolio admittendo per ciuitatem, vel communitatem aliquam, an per testes de visu auditu, credulitate, famam publicam, fructuum perceptionem, & similia probari valide possit.*

6 *Instrumentum licet aliás reuocatum, magnum tamen aliquando præbet certis in casibus ad causam adminiculum, vt hoc præsenti.*

7 *Fructus perceptos a communitate probant testes de visu & auditu publico.*

8 *Spolium, an possit turbationis pallio velari ex eo quod spoliator dicatur antea possedisse ea, quæ per spolium sibi vendicauit.*

9 *Pars quæ prætendit testes contra se adductos pati exceptiones licet spoliatrix sit, tamen venit si petat audienda.*

COmmunitas egerat spolio aduersus hæredes de
Balionibus, contra quã hęredes exceperunt de vl-
1 timo spolio per eã commisso, quod prius † purgandum
contendebant. Hinc dubitaui, *an ex testibus & instru-*
2 *mentis constet de perceptione † fructuum facta à cõmunitate, & qualitate, & quantitate illorum ad effectum, de quo agitur.* Rota cõclusit ex deductis satis probati spolium, & præsupponebantur duæ conclusiones com-
3 munes. Prima est, ad hoc quod † vt communitas teneatur opus est id communicato consilio ciuitatis factum
fuisse. Bar. l. aut facta. §. fi. de pęnis. Ias. l. si ciuitas. no. 2.
si cert. pet. Felin. cap. dilectus, 2. nu. 6. & seq. de simon.
Ruin. cons. 107. no. 4. in 6. Mohed. 126. Ioan. Paul. 126.
Boer. tract. de seditiosis. §. 7. num. 7. cum seq. Secunda
4 vbi agitur de delicto, quod † habet tractũ successiuum,
tunc cõmunitas teneri potest, licet non processerit per
commune consilium. Anchar. cons. 158. num. 13. Afflic.
366. Ias. cons. 139. in 4. Paris. cons. 21. ou. 33. in 4. Fel. d. c.
dilectus. nu. 8. & 9. Dicebant igitur in casu nostro veri-
5 ficari vtrumque. Nam † de consilio communicato per
ciui-

ciuitatem probant testes coram Aud. Cameræ. Item in alio examine nonus & decimus, qui probant de fama publica, & duodecimus testis de visu. Item primus testis Communitatis qui loquitur de auditu publico, &
6 secundus de credulitate, † quibus omnibus accedit in-
7 strumentum, † quod licet aliàs fuit reuocatum, magnum tamen præbet præmissis omnibus adminiculum: de perceptione autem fructuum ab hominib. ciuitatis facta, & a populo, probant de visu testis secundus, sextus, & duodecimus, de auditu publico nonus, & decimusnonus, & omnes ferè alij, ex quibus cessant omnia in contrarium adducta. Nam hic multa concurrunt, quæ ibi non aderant, & præsertim tamen dicta
8 decis. 8. Pauli & Mohed. Nec dicatur, † hanc fuisse turbationem respectu Communitatis, quæ antea possidebat, quoniam hęc turbatio habuit effectum, & non mediocrem, & dicitur verum spoliũ, aliàs numquam da-
9 retur restitutio spolij. Si † tamen Communitas prętendat testes coram Aud. Cameræ, aut aliàs pati exceptiones, erit audienda, quoniam illis reiectis videbatur aliquibus Communitatem non teneri, vt per Coro. 224. 104 circa qualitatem fructuum nihil fuit firmatum. Et ideò aliàs erit videndum.

DECISIO DXCI.

Senen. pecuniaria, 3. Aprilis 1560.

SVMMARIA.

1 *Capitanei hæredes qui prætendunt compensationem à Rege vtrum agere possint contra administratorem Regium etiam Cardinalem pro ea obtinẽda, maximè cum ea apponant ad euitandos circuitus.*

2 *Pecuniæ prepositæ si sint eius qui eas exigit, actio directa ei quæsita est, nec alius potest opponere compensationem.*

3 *Consequi quod quis potest directa actione, frustratoriè, & inutiliter quærere debet per obliquam.*

DVbiũ hoc erat, præsupposito, ꝗ Capitaneus Hierony. sit creditor Regis pro assertis pagis, & alijs expensis, *an filiæ potuerint apponere exceptionem contra Illust. Card. sicut possent contra Regem.* Quoniam multa ex informationibus adducebantur in materia quidem compensationem, sed tamen nõ propriè pertinentia ad casum, de quo nos agimus, idcircò non visum fuit necesse respondere varijs argumentis adductis pro hæredibus contra Card. Illa enim procedunt, quando procurator de pecunijs, dicit, aliquid solui sibi, cum datur aliqua compensatio, prout etiam aliàs dictum fuit coram Fabio Decano in hac eadem caussa, die tertia Iunij 1559. vbi considerati fuerunt tres casus. Verum in præsenti pręsupponitur pecunias, quæ repetuntur fuisse proprias Cardinalis: quia tamen ille erat administrator Regis, & hoc negotium pertinebat ad Regem: Id-
1 circò in hoc tantum casu dubitabatur, † an hæredes possint opponere compensationem contra Cardinalem, cum illa inuenta sit tantũ ad euitandos circuitus, vt per Bal. in l. fi. nu. 9. C. de compens. Anchar. tract. de compens. 2. art. nu. 2. Vnde sicut Card. exigens nunc pecunias teneretur soluere hæredibus creditum, quod illis competit, idem dicendum videretur ratione huius circuitus euitandi posse ab hęredib. opponi compensationem contra Card. Ang. 259. col. vlt. Ruin. cons. 94. num. 8. in 1. facit Soc. iun. 27. nu. 2. in 2. Verum his non obstantibus Rota regulam constituit in fauorem Cardin.
2 quia † cum pecuniæ sint proprię ipsius, actio directa illi acquisita est, & illi ratio reddenda est, nec alius potest opponere compensationem, Castr. & Salic. l. eius, C. de compen. Soc. cons. 64. nu. 18. lib. 3. Cor. cons. 264. nu. 4. Ang. l. cum procurator, nu. 3. de procur. Nec obstat ratio euitandi circuitus, si nunc Card. has exceptiones repelleret, quoniam Card. deinde actionem haberet con-
3 tra Regem pro pecunijs suis repetendis, & † ita quod posset nunc consequi ab hæredibus contra quos habebat suam directam actionem, id deinde esset consecutum a Rege, quod absurdum videretur. Fuit etiam allegatum quoddam consilium Manli. in 2. vol. in terminis scriptum super hac causa, sed ibi præsupponit multa in puncto, quæ aliter se habent.

DECISIO DXCII.

Perusina plebis de confinio, 3. Aprilis 1560.

SVMMARIA.

1 *Litis in continuatiam an dicatur subrogatus is qui ad beneficium illud litigiosum subrogatus est, stante quod in narratiua litis mentio sit.*

2 *Narratiua generali existente potius attendenda est dispositiua.*

3 *Clausula vniuersalis ipsumque in omni iure, & ad omne ius quod illi quomodolibet competebat, an præsupponat litem ante narratam.*

4 *Iuris verbum cum latissimum sit, etiam comprehendit litem ex eo quod in lite actio præsupponatur, quæ in ius cadit.*

5 *Abbreuiatores periti in negotijs supplices libellos concernentib. mandata Rota ab Auditorib. sæpe consuluntur.*

1 QVærebatur, an in † subrogatione, cuius copia datur, censeatur Iosephum subrogatum fuisse etiam ad litem, cum in narratiua fieret quædam mentio litis. Sed tamen in dispositiua erant tantum verba generalia, non autem expressa de lite. Pro negatiua parte ad-
2 ducebatur ratio, quia † attendenda est dispositiua, quamuis narratiua fuerit generalis, Abb. cap. ex parte, de foro competent. 2. not. Rom. cons. 123. Et propterea adducebatur Rot. 816. in antiq. aliàs 24. de rescriptis. vbi non intelligatur subrogatio facta ad litem. Et respondebatur aliquibus contrarijs, ea videlicet procedere tantum in possessione, quæ est iuris, ita vt comprehendatur sub verbis illis generalibus. Verum his non obstãtibus Rota contrarium statuit, eo quod post narrationẽ litis factam sequebatur in dispositiua clau-
3 sula † vniuersalis, ipsumque in omni iure, & ad omne ius, quod illi quomodolibet competebat, ex qua clausula dixerunt proculdubio comprehendi litem ante narratam, vt est decis. 351. Rot. in nou. 64. & in antiq. 81. de rescrip. Sarnen. quæst. 3. nu. 3. reg. de trien. & de subrog. collat. q. 9. & reg. de trien. q. 11. num. 13. Achil. prima de subrog. Quæ quidem omnes decisiones non nituntur ea ratione tantum, quia possessio iuris sit, sed quia in aliqua parte gratiæ fuit facta mentio possessionis, & postea sequuntur illa verba vniuersalia. Quæ ratio eadem est in casu nostro circa litem, quin imo decisiones illæ volunt, vt comprehendatur etiam spolium si in narratiua fuerit nominatum, licet non in dispositiua, vt expressa est decis. illa Achil. prima de subrog. Sarnen. 9. de subrog. Quanto ergo magis id dicendum est in lite: deinde d. decis. 351. loquens de possessione vtrãque rationem considerat, & quòd possessio erat iuris, & quia de ea satis cogitatum fuit, cum sit narratiua, quoniam casus ille propositus ad eam magis corroborandum ita suadebat: sed tamen non sequitur quo minus illud, quod narratum fuit, non sit iuris, nec debeat contineri sub verbis generalibus, cum in spolio ita fuerit decisum, vt supra in dictis decision. quoniam imo
4 † cum verbum iuris sit latissimum, l. antepenult. de iust. & iure, dici potest, & illis nomen iuris conuenire, cum lis præsupponat actionem, & actio sit ius, §. 1. Instit. de actio. Accedit & alia potissima ratio, quia in dicta subrogatione adest clausula, statu litis. Et ob quam extendi possunt omnia narrata in actis, vt in terminis subrogationis ait Sarnensis reg. de trien. quæstio. 14. num. 7. in fine, eiusdem decisio. Ex quibus cessant omnia in contrarium adducta. Nec obstat illa decisio in antiq. 816. quia ibi nec fuerat narrata lis, nec aderat huiusmodi clausula. Præterea hoc etiam placuit
5 Dominis, † vt intelligerem ab aliquo perito abbreuiatore, an propter huiusmodi supplicationem expediri possint litteræ continentes subrogationem ad litam. Et

in eadem sententia fuit mihi ab abbreuiatore absque vlla difficultate responsum.

DECISIO DXCIII.

Cremonen. Præpositurae, 3. Aprilis 1560.

SVMMARIA.

1 *Pars obitum in reseruato mense non probans vtrum ex alijs clausulis capere beneficium possit, ita vt gratia ipsius veniat canonizanda.*

2 *Prouisionem si vnus habeat ab Ordinario, & gratiam a Papa in qua narrauit beneficium vacasse mense reseruato, & sic actor alius per collationem a suo generali facta, & nouam prouisionem à Papa, & sic reus, & possessor, vter debeat obtinere.*

3 *Narratiua vocationem in mense reseruato continens illius narratiua vt expedita littera non pariunt effectum nisi prius fuerint verificata.*

4 *Reus & possessor gratias suas ostendendo quas tamen nondum iustificauit, non tenetur ad earum iustificationem ex eo quod reus sit & possessor.*

POst multa alia dubia proposita in hac caussa, dubitaui, *an stante collatione facta à generali in fauorē Felicis, quā tamen Felix non iustificasse prætenditur ista noua prouisione in fauorē eiusdem sub die 27. Decemb. 1554. signata prout in ea, possit Benedictus aduersarius, qui ha-*
1 *buit gratiam à Papa, obtinere*. Et quia obitū † in mense
reseruato non probauit, possit ex alijs clausulis capere beneficium, ita vt illius gratia sit canonizanda in
præiudicium fratris Felicis, cum ipse etiā habeat prouisionem Ordinarij sub die 13. Martij 1559. & habet
gratiam si neutri sub die 3. Maij 1550. & Benedictus
probare debet sibi incumbentia, & dare copiam pro-
2 uisionis Papæ † cum alijs necessarijs. Felix habebat
duas prouisiones: Prima collationem sibi factam à
Generali, deinde nouam prouisionem à Papa, & erat
reus, ac possessor. Benedictus aduersarius actor habebat gratiam à Papa, in qua narrauerat beneficium vacasse in mense reseruato, deinde habebat prouisionem
Ordinarij, postremo gratiam si neutri. Et quoniam
Felix non videbatur mihi nunc plenè iustificasse gratias suas: Idcirco dubitaui, vt supra in punctis motis
ex decis. aliàs habita in caussa Corduben. beneficij coram Quiroga die 21. Aprilis 1559. Quæ videbatur facere in fauorem Benedicti. Verum Rota contrarium
3 hic probauit, quia cum Benedictus † vacationem in
mēse reseruato narrauerit, & super hac narratione expediuit litteras, non potest obtinere, nisi ante eas verificet, aut nouas expediat, vt notum est. Illa autem decisio coram Quiroga procedit, quando reus merè est intrusus, & nullum ostendit titulum: in casu autem no-
4 stro Felix † ostendit suas gratias, quas licet nondum
iustificauerit, tamen non tenetur, cum sit reus, & possessor. Aliàs sequeretur, reum teneri iustificare gratiam suam ex sola ratione actoris de mense reseruato. Itaque donec Benedictus plene non iustificat aliquam ex tribus gratijs suis, Felix qui est reus & possessor, in tuto est, nec ad aliud interim tenetur.

DECISIO DXCIV.

Romana hæreditatis de Comitibus.

26. Aprilis 1560.

SVMMARIA.

1 *Iure directo antequam quis petat hæreditatem si sciebat factos codicillos, quos nunc produxit agens, an nunc obliqua via agere possit.*

2 *Testes alijs adminiculis concurrentibus, an probent partem habuisse scientiam de factis codicillis, quod a parte fuit aduersa negatum ob absentiam diutinam in militia.*

3 *Depositio testis, qua nihil quo ad rem commodi adfert inanis est, & frustratoria.*

4 *Testes nihil concludentes, vel etiam aliquid concludentes si fuerint singulares in dicto suo, probant prorsus nihil.*

5 *Lex finalis C. de codicillis, exorbitans est, & rigorosa, & ideo restringenda, præsertim, vbi agitur de priuando aliquo iure sibi competenti, in quo etiam strictius procedi solet.*

1 OPponebatur D. Torquato, quod † antequam petijsset hæreditatē iure directo, sciebat codicillos,
quos nunc produxit, factos fuisse, & ideò nunc eum aliquo remedio agere non posse ad dispositionem l. fin. C.
de codicil. de qua supra in hac eadem caussa sæpè fuit
2 disputatum Quare nūc dubitaui, † an ex testibus infrascriptis ac alijs adminiculis constaret, D. Torquatum
habuisse notitiam istorum codicillorum. Conclusum
ab omnib. fuit, non probare hanc scientiam. Nam primus testis pro parte D. Torquati loquitur de auditu.
Et quamuis dicat se credere, quod aliàs sufficere solet
in teste producto, apertè Ias. cons. 50. num. 60. in 1. Ias.
rubr. de iureiuran. num. 9 Aim. cons. 101. num. 7. tamen
quia subiungit deinde rationem ex auditu, nihil probaret, etiam quia pars eum producendo videtur probata
eius personam, nō autem dicta, Aim. de antiq. tempor.
3 in 1. par. num. 107. Tertius testis † nihil deponit quoad
rem: Quintus deponit de publica voce & fama in Castro Poln, sed non probat D. Torquatum fuisse in Castro. Imò pars aduersa præsupponit eum fuisse in Germania. Vltimus testis, qui est primus contra D. Torquatum, non concludit necessario, quia prius loquitur de
altero testamento, & non de codicillis. Et licet deinde
in fine videatur dicere aliquid de codicillis, tamen non
infert se habere. Quare ex his dictum fuit testes nihil
4 concludere. Secundò dicebatur, † licet etiam concluderent, tamen omnes esse in dicto suo singulares. Vlti-
5 mò considerabatur † illa lex final. esse exorbitans, &
rigorosa, & restringenda, vt per Cast. & Corn. 161. nu.
5. & 15. hic qua agitur de priuando iure sibi competenti, in quo strictius etiam procedi solet, Rota in antiqu.
21. de dolo & contumac. Fel. in c. quoniam, §. porro, vt
lite non contest. nu. 19. & seq. cons. 155. nu. 4. 10 4. Cetera alia adminicula nihil concludebant, & etiam supra in
præcedenti propositiona huius caussæ sub die 23. Iunij
1559. dictum fuit.

DECISIO DXCV.

Romana domus de Infessuris, 26. Aprilis 1560.

SVMMARIA.

1 *Sententia quæ per contradictas transiuit in rem iudicatam in spolio potest reuocari.*

2 *Probans possessionem patris sui suspenso petitorio, vtrum illi obstent sententia contra illum lata in fauorem partis aduersa.*

3 *Executione sententiarum subsecuta per adeptam possessionem partis aduersæ, noua commissione in possessorio opus est.*

4 *Committens caussam in petitorio si obtinuit expensas reseruare in fine litis attenta paupertate, videtur admisisse rem iudicatam.*

5 *Taxa bonorum controuersorum in fauorem vnius partis facta a iudice, an probet possessorium intentatum, & obtentum.*

6 *Possessio nouiter deducta nouo etiam remedio indiget, & noua commissione.*

7 *Spolium si sit duplex, vnum antiquum, aliud nouum, si sententia lata fuerunt super secundo spolio in fauorem vltimis spoliatoris pars primo spoliata est audienda.*

MArius agens spolio contra Amodæos obtinuerat
primum sententiam corā D. Aud. Cameræ, dein
de Amodæi obtinuerunt tres sententias conformes latas à tribus Card. reuocantibus sententiam Aud. Ca-
meræ, Amodæos restituendo in possessionē, a qua eie-
1 cti fuerunt † ob illam sententiam Aud. Cam. quæ per
contradictas in rem transiuerat iudicatā, & ita deinde
semper in possessionem permanserunt. Marius postea
cōmisit caussam in petitorio bo. mem. Fabio Decano,

a quo

a quo sententiam fauorabilem retulit, quæ deinde a D. Chiffanen. fuit reuocata in fauorem Amodæorum. Nunc pendente caussa appellationis coram me, post varia dubia proposita & decisa coram Fabio, & Chif-
2 fanen. Marius examinauit aliquot testes † probantes possessionem patris sui (nam suspendi petitorium.) Hincque ego dubitaui, an illi obstarent sententiæ latæ in possessorio a Card. Rotæ? Conclusi eas illi ob-
3 stare, quoniam non agitur † nunc de executione illarum sententiarum, quia iam habuerunt executionem, cum Amodæi sint in possessione, & nunc tantum excipiant ante illum. Vnde absque noua commissione super hoc iudicio possessorio non videtur ille audien-
4 dus. Præterea † cum ille committendo caussam in petitorio obtinuerit expensas reseruare in fine litis attenta paupertate, videtur amisisse rem iudicatam? & quod
5 magis est, cum D. Chiffanen. † taxauerit, satis videtur in Rota cognitum fuisse de illo possessorio. Non obst. igitur, quòd dicebat Marius, sententias extra Rotã non considerari, nisi appareat de iustitia illarum, quoniam verum id est, quoad dandum illis executionem, quæ non petitur, cum Amodæi eam habuerint, & sint in possessione. Secundò non possunt dici illæ sententiæ tunc iniustæ fuisse propter testes nunc examinatos a
6 Mario, quia † hæ nouæ sunt possessiones, quæ nouo remedio indigent, & noua commissione. Vltimò cum D. Chiffanen. taxauerit expensas, & Marius eas fateatur in sua commissione, videtur frustra nouè experiri
7 velle hoc remedio, dictum tamen fuit, quòd † si Marius probaret duplex fuisse spolium, alterum antiquum commissum ab Amodæis contra patrem suum, alterum nouum commissum a parte contra Amodæos, & sententias latas a Card. in fauorem Amodæorum fuisse super secundo spolio, non autem super primo, esset audiendus. Hactenus tamen Marius hoc non probauit, quin imò ex actis apparebat sententias Cardin. latas fuisse super spolio, quod Marius ex persona patris sui intentauerat.

DECISIO DXCVI.

Calagurritan. vnionis, 10. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Testes deponentes, quòd propter vnionem oriantur multa scandala, & grauamina, & ea cessante vigeret pax, & tranquillitas, an ob id debeat reuocari vnio.*

Eaque non ad vnionem reuocandam a longo tempore institutam, vide num. seq.

3 *Vnio instituta iam a ducentis, & amplius annis non ita rectè obseruari potest, vt tanto temporis spacio in ea aliquid mutationis, aut scandali non oriatur, & ob id non est dissoluenda.*

IN dubio iam proposito inter cetera nunc præsupponebatur, quòd præter ea, quæ aliàs proposita fuerunt sub die 19. Feb. testes de Fremaiot deponũt; quòd
1 † propter vnionem oriantur multa scandala, & grauamina, & cessante vnione vigeret pax, & tranquillitas, cum alijs multis, quorum copia data fuit, an hoc mediante proueniat ab ipsa vnione, vt ipsa sit reuocanda? Nihil conclusum fuit. Nam aliqui ex Dominis tenebant, hęc † non sufficere ad reuocandam vnionem, quo-
2 niam licet lex non permittat, imò prohibeat, cum quomodolibet ex conuentu hominum videamus oriri sæpius alterationes, & dissidia. Tamẽ nemo dicit, conuentum illum esse dissoluendum. His addebam, quòd sententia lata in partib. ab Auditore in fauorem vnionis, præbet magnam præsumptionem, cum aduersarius nostros habeat mores diœcesis. Deinde † quia hæc vnio fuit
3 instituta iam vltra annos 200. iuxta quod spaciũ nihil mirum, si tam longo interuallo orta fuissent aliquot scandala. Et tamen quia agitur tantum de notoria iniustitia sententiæ latæ per D. Chiffanen. prout aliàs conclusum fuit. Verum alij cõtra, quia testes de Fremaiot iuxta præsupposita in puncto, clare videntur loqui, dixerunt, dubium restringendum esse, an caussa vnionis fuerit principaliter propter decimas, & quod super his testes deponunt, an sit considerandum in conflictu testium vtriusque partis, quæ præualeant.

DECISIO DXCVII.

Spoletan. bonorum. 10. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Quantitas fructuum perceptorum a spoliatore si non præcisè probetur, vtrum spoliato iuramentum sit deferendum in litem, & supplementum plenæ probationis.*

2 *Spolio cum agitur absurdum esset recurrere in eo pro fructuum liquidatione ad iuramentũ, cum sit nulla per testes liquido requireretur, quæ est res mali exempli.*

Secus est in alio casu quodam fortiori, vt est submersio nauis, incendium, & similes, nu. seq.

PRobatum fuerat in actis, communitatem, & homines Sperelli obtinuisse fructus, & spoliasse hæredes de Balionibus, quia tamen præcisè non probatur,
1 quantitas † fructuum, dubitaui, *an in casu, de quo agitur sit deferendum iuramentum in litem?* Et quamuis de iure multa vtrinque probabiliter deducerentur, tamen in casu proposito, ac de stylo placuit Dominis non esse
2 deferendum iuramentum in litem: quoniam † cum agatur spolio, & quotidie hæc materia nobis sit præ manibus, absurdum esset in liquidatione fructuum in caussa spolij recurrere ad iuramentum. Item enim numquam magis necessaria esset liquidatio per testes
3 & res mali esset exempli: secus † fortè dici posset in casu aliquo fortiore, veluti submersione nauis, incendio, & similibus. Mandauit igitur mihi, vt perquiram aliunde probationem huius rei, & demonstrationem.

DECISIO DXCVIII.

Ciuitatis Castelli, 10. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Copia instrumenti non fideliter data concurrente dubio super re, parum aut nihil concludi potest.*

2 *Statutum tollens actionem quo ad petitionem adæquationis, verũ etiam tollat actionẽ principalem quoad bona.*

3 *Bona petere filij adhuc superstite patre, an liceat de iure & honestate.*

SVper dubio proposito nihil fuit conclusum. Nã co-
1 pia † instrumenti nõ erat fideliter data quoad rem, & iam dubitabatur, *an licet statutum tollere actionem*
2 *quoad petendam adæquationem*, † *tamen sit etiam sublata actio ipsa principalis quoad bona?* Aliud enim est petere bona æstimari ac æqualiter diuidi: aliud est petere bona, quæ futura erant fratrum Ventoræ, & Iulij, si æstimatio facta fuisset. Videnda etiam est petitio fratrum, an sit quoad æquationem, an quoad bona vigore concordiæ. Nam si est quoad bona, statutum non vide-
3 tur obstare † cum ipsi non potuerint petere bona viuente patre, & non valenti agere non currit præscriptio, aliàs proponetur.

DECISIO DXCIX.

Senen. pecuniaria, 10. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Res dubia aliquando clarescit ex schedulis, & missiuis, absque notitis iudicijs cui iuncta fuerint veracium testium depositiones.*

2 *Pecunia numerata a Thesaurario Regis vtrum ob id Regis esse præsumantur, vt pecunia a Thesaurario Cardin. numerata ipsius Card. dicantur ex præsumptione.*

3 *Pecunia in dubio eius fuisse præsumuntur qui eas soluit.*

QVoniam in vltima propositione huius caussæ præsuppositum erat pecunias fuisse Card. nunc dubitaui, *an ex deductis censerentur fuisse Regis, aut Card.*
1 Res visa † fuit omnibus clara tum ex schedula, tum ex littera missiua ipsius Cardinal. tum etiam ex testibus, qui probat ibi fuisse Thesaurarium Regis, qui
2 expendebat pecunias Regis. Pecuniæ † autem de quibus

bus agimus, fuerunt numeratæ a Thesaurario Card.
3 Ergo præsumuntur † illius fuisse, quia in dubio cen-
sentur esse illius, qui soluit, neque vsquam probatur,
quòd pecuniæ Regis peruenerint ad Thesaurarium
Cardinalis, easque exegerit a Thesaurario Regis. Dixe-
runt igitur Domini, mandatum aliàs decretum a Do-
mino Fabio, esse relaxandum, & cautionem aliàs præ-
stitam a Card. esse remittendam, & absoluendam.

DECISIO DC.

Vrgellen. parochialis de Agramanti.
17. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Collusio qualis esse debeat procuratorũ partiũ litigantium,*
vt impedire sententiam possit in vnius fauorem latam.
2 *Deductæ in actis informationes facilè suspicionem de col-*
lusione iudici parare possunt.
3 *Iura si producta fuerint ex quibus probetur sentẽtiam non*
ita fuisse proferendam prout fuit, ostendunt haud du-
biè collusionem intercessisse, & ob id talis non manda-
bitur executioni sententia.

FVerat olim lata sententia de anno 1553. cuius nunc
petebatur executio coram me, quia pars prætende-
1 bat per collusionem. Idcirco dubitaui, an ex † dedu-
ctis constet de tali collusione, quæ impediat exequu-
tionem sententiæ latæ in fauorem Hier. contra Domi-
nicum. Hoc dubio proposito pensionarij nonnulli prę-
tendentes agi de interesse illorum, ne detur executio il-
lius sententiæ, protestati sunt omnes esse audiendum.
2 Et quoniam ex † deductis informationibus magna ex-
tabat suspicio collusionis, idcirco placuit, vt videatur
de bono iure, an illa sententia sit rectè lata, an vero per
3 collusionem. Et † tunc ostendendum erit aliqua adesse
iura, ex quibus non ita erat ferenda, sicque non man-
dabitur executioni: alioquin si nihil respondebitur,
tolletur suspicio collusionis.

DECISIO DCI.

Romana spolij domus. 17. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Filius eiectus domo paterna vna cum matre a fratrib. pri-*
mi matrimonij vtrum instrumenti dotalis vigore de-
beat restitui ad statum in quo erat mater tempore quo
fuit eiecta, hærede matris existente.
2 *Mater quando sibi caussam possessionis mutasse dicatur ob*
ius sibi competens ratione sua dotis.
3 *Animum mutandæ possessionis non requiritur necessariò*
declarare, nisi noua caussa superueniente.

PRoposui dubiũ idem, quòd est supra quarta Mar-
tij. Nam Iulius post mortem patris infans cum ma-
1 tre sua fuerat † eiectus a domo ab alijs fratribus suis ex
latere patris. Et cum produxisset instrumentum dotis
matris suæ, quærebam, an esset restituendus ad statum,
in quo erat mater tempore, quo fuit eiecta, cum ipse il-
lius sit hæres? Domini distinguebant, quòd aut mater
permansit in domo post mortem mariti simul cum La-
ctantio & Honorato suis filijs, & hæredibus patris, &
tunc in eorum præiudicium non videretur mutare sibi
possessionem, sed potius continuasse cũ his, prout antea
videtur iure familiaritatis. Sed hic nõ est casus noster,
quia filij scortum habitabant in ciuitate Tiburtina, &
mater sola cum Iulio filio permansit in domo, & tunc
2 videtur † sibi mutasse causam possessionis ob ius dotis
sibi in causa competens. Dec. cons. 400. num. 5. Cur. iun.
cons. 160. nu. 35. & seq. Nec est necesse declarare hoc ca-
3 su animum † animum mutandæ possessionis, iuxta
cons. Soc. 151. in 1. Nam id nuper seruat Rota, sed mu-
tatio præsumitur superueniente noua causa. Dec. cons.
400. Crescen. 169. Et ita aliàs decisum in causa Hispa-
len. præstimonij, die 22. April. 1558. coram Fabio
Decano, & in terminis Achil. 4. de caus. poss. & pro-
prie. An autem hoc casu magister Alphonsus moder-
nus, possessor domus, si offerat Iulio eandem pecu-
niam, pro qua prætenditur fuisse hypothecata domus
matris suæ, possit illam a restitutione liberare? Non
fuit quidquam decisum, quia extra punctum. Sed Do-
mini sentire videbantur hoc sufficere, quod Iulius non
potest prætendere maius interesse quàm capiat dos
matris.

DECISIO DCII.

Asinaten. spolij, & Closin. 17. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Spoliator qui in contrarium tulit sententiam statim ceden-*
do vtrum sibi reseruare possit ius in re principali.
2 *Pars vtrum ad fructuum liquidationem sit obligata nul-*
la ipsius antea in sententia facta mentione.

1 TVleram sententiam contra † Andr. Sachetum in
spolio, qui statim cessit reseruato sibi iure in ne-
gotio principali, & de partium consensu fuit iterum in
iurisdictionem meam concordatum: nunc cum illi de
Vbaldis aduersarij peterent remissoriam pro liquida-
2 tionib. quibusdam: Sachetus autem † ad eam non te-
neri dicat, quia non erat comprehensa in sententia, imò
instat, vt producerem in negotio principali: Cõclusum
fuit, vt daretur Vbaldis remissoria pro liquidandis fru-
ctibus, & damnis, facta obligatione a Sachero de sol-
uendo, id quod liquidatum fuerit, quatenus compre-
henditur in sententia.

DECISIO DCIII.

Perusin. honorum, 17. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Compromissum, & laudum, an obstent spolio agenti man-*
dato compromittendi via iuris tantum facto promisso
autem iuris, & facti.
2 *Caussa in laudo expressa falsa existente, an ob id laudum*
annihiletur.
3 *Compromissum factum de rebus Ecclesiæ absque Pontificis*
maximi consensu, & auctoritate fieri non potest, maxi-
mè vbi timetur de futura alienatione.
4 *Laudo nullo existente spoliatus agere contra spoliatorem*
potest.
5 *Ratificatio rectoris non potest fieri aliqua etiam laudo in-*
tercedente in præiudicium successoris.
6 *Laudum latum Ordinarij auctoritate vtrum Ecclesiæ suæ*
præiudicare possit, ita vt cadat a sua possessione.
7 *Mandatum ex parte rectoris factum non Ecclesiæ, ipsi Ec-*
clesiæ præiudicare non debet, vt nec laudum.
8 *Caussa falsa expressa non debet vitiare, nisi sit expressus*
etiam error iuris.

AVgustinus Cordua agebat spolio nomine Eccle-
siæ ratione cuiusdam mansi, quod olim in funda-
tione Ecclesiæ illi fuit relictũ: Michael Cinelli moder-
nus possessor mansi varijs rationib. prætendebat eum
excludendum, & inter ceteras, ratione cuiusdam laudi
super hoc negotio prolati. Propterea proposui dubiũ,
1 an † compromissum, & laudũ obstent Augustino agen-
ti spolio. Pro negatiua, quod laudum non obstet adduce-
batur Primò, quia mandatum ad compromittendum
erat via iuris tantũ: compromissum autem fuit factum
2 tam de iure, quã de facto. Secundò, quia † causa expres-
sa in laudo dicebatur esse falsa, & ideo nullũ laudum,
glo. & Bart. l. 15. de aeq. hære. l. edita. col. 5. C. de eden.
3 Tertiò, quia compromissum † fuit factum tam de iure,
quam de facto super reb. Ecclesiæ, quòd nõ potest fieri
absque auctoritate Papæ, cum inde sequi possit aliena-
tio, Abb. c. cum parte, nu. 18. de reb. Eccles. nõ alien. Soc.
cons. 18. nu. 34. & seq. in primo, Feret. consil. 102. num.
4 15. Cum igitur † laudum sit nullum, non obstat quo
minus agi possit spolio. Abb. c. cum causa, num. 4 de off.
deleg. Dec. cons. 125. col. fin. Aim. consil. 124. Nec hoc
5 † casu sufficit ratificatio rectoris in præiudicium suc-
cessoris, Soc. d. cons. 103. num. 309. in princ. Mohe. 91.
Verum pro contraria parte dicebatur, has obiectiones
procedere in petitorio, nec hic locum esse spolio, cas.

veniens,

veniens, de transact. cap. 2. de solut. cum facto suo, &
6 iusta, causa, videlicet † ex laudo lato auctoritate Ordi-
narij Ecclesia ceciderit a possessione sua, Lap. allegat.
52. Alex. cons. 92. num. 5. in 1. præsertim cum transierit
in iudicatū, Rot. de ord. cognit. 1. in antiq. §. nihil com-
muniæ, Ias. nu. 44. & facit Ruin. conf. 57. nu. 8. in 1. Nam
respondebatur, & particulariter primo fundamento,
7 id ex facto tolli: quoniam † mādatum id fuerit ex par-
te Cinelli, non ex parte Ecclesiæ, qui Cinellus non con-
tradixit, imò approbat omnino laudum. Ad secundum
dicebatur non præsupponi ounc causas esse veras, aut
falsas, quia hoc pendet ab alia cognitione, quamuis hęc
8 † falsa causa expressa non debet vitiare, nisi sit expressus
etiam error iuris. Rot. in antiq. de seq. pos. & fruct. 1. Ad
vltimum respondebatur hoc procedere in petitorio, &
etiam vbi probaretur iniquitas, aut animus verè se-
quutus ex hoc laudo: sed interim non debet esse locus
spolio. Ex his igitur nihil firmatum fuit, cum aliqui ex
Dominis nō vidissent causam, & aliqui non essent om-
nino cōcordes: dictum fuit, vt si fieri posset causa com-
poneretur: alioquin videretur, an stante laudo, & exa-
ctione census ab Augustino, seu illius procuratore, iux-
ta prolationem laudi dicatur August. sibi præiudicasse,
vt agere possit spolio.

DECISIO DCIV.

Messanen. illegitimitatis, 2. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Coniuncti in secundo & tertio gradu possunt cum dispen-
satione matrimonium contrahere.*
*Et natiex tali contractu matrimonio dicuntur naturales,
& legitimi, ita vt succedere possint in Baronia, nu. seq.*
3 *Dispensationem obtentam in matrimonio inter coniunctos
contracta si negetur, an ista ex temporis diuturnitate, &
scripturis probari possit.*
4 *Tempus quale sufficiat, & requiratur ad matrimonij di-
spensationem validam confirmandam.*
5 *Dispensatio in matrimonio coniunctorum, an concernat
materiam profanam, vel spiritualem.*

Fuerat contractum matrimonium de anno 1464. in-
3 ter coniunctos † in secundo & tertio gradu, exta-
batque supplicatio signata super dispensatione huius
matrimonij, simulque mandatum de dispensando de
eodem anno confectum, litteris expeditis directis Ar-
chiepiscopo Panormitano, vt dispensaret, quatenus ita
esset, prout in eo narrabatur. Nunc Andreas prætende-
2 bat † natos ex illo matrimonio fuisse illegitimos, & cō-
sequēter incapaces cuiusdam Baroniæ, quia nunquam
reperiebatur concessa dispensatio. Contra autem aduat
3 fatij prætendebant, tum † ex longinquitate temporis,
tum scripturis productis. Quapropter dubitaui, *an de-
ducta sufficiant ad probandam dispensationem: aut saltem
ex his sint data compulsoriales speciales, ac remissoria.*
Rota respondit ea non sufficere, cum duo tantum sint
iura in forma, videlicet simplex dispensatio, Rota in
antiq. 18. de rescrip. trad. Paris. cons. 57. nu. 50. & seq. in
4 4. Aegid. 609. in fi. nec sufficit † tempus 90. annorum,
cum omnino requirantur ad minus 100 Inn. c. veniens,
nu. 2. ver. sign. Afflict. 245. nu. 4. Dec. cons. 322. nu. 10.
Aim. cons. 146. nu. 3. facit c. non debet, in fi. de consang.
& affin. Barb. cons. 27. col. fi. in 1. Quoad secundam par-
5 tem dictum fuit dandas esse compulsoriales, & † remis-
soriam, quia materia est profana, & articuli releuantes,
& sumus idoneus ex alijs scripturis productis, licet
non sint in forma probanti.

DECISIO DCV.

Roman. de Comitibus, 2. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata, quæ prætenditur nulla, an ex codicillis con-
firmari poterit in fauorem partis codicillis innitentis.*
2 *Sententia licet nulla, iusta tamen vbi fuerit, confirmari
potest.*
3 *Probabili esse ignorantia, & ignorare reipsa, plurimum
differunt.*
4 *Codicilli confirmantes testamentum cui pars dicitur re-
nunciasse, an illi prodesse possint.*

Quærebā ex codicillis vltimo loco productis quo-
rum copia datur, *an competat actio ad fideicōmis-
1 sum, quæ sufficit in casu. de quo agitur in hoc dubio:* † tria
obijciebantur Dom. Torquato. Primò, quòd ex his co-
dicillis non potest cōfirmari sententia aliàs lata ab Aud.
Cameræ, quæ prætendebatur nulla: Verum Domini
2 hoc nihili faciebāt, quoniam † sententia nulla si tamen
iusta, solet confirmari. Peregr. 95. Achil. 6. de re iud. Se-
cundò, obijciebatur Dom. Torquatum non fuisse in
probabili ignorantia: & quamuis ille diceret supra fuis-
se decisum in eius fauorē, non probari illius scientiam,
tamen Domini dicebant, aliud esse, cum quæritur, an
3 † fuerit in probabili ignorātia, prout requiritur, & ideo
de hoc aliàs posse dubitari. Tertiò, opponebatur ex his
codicillis nihil dari Domino Torquato, neque ei tri-
buit nouam actionem, cum iste confirmet testamen-
4 tum † cui ipse iam censetur renunciasse, quare agen-
dum sit ex confirmatione non ex confirmato, ideo ei
nihil iuris competere ex his codicillis: aliqui tamen di-
cebant hoc esse omnino diuersos, Aim. cons. 100. num.
2. & seq. & satis esse ex his tolli id impedimentum, ve
non censeatur renunciasse huic vltimæ voluntati: nihil
firmatum fuit: quia materia videbatur satis difficilis, &
dorius expedicur.

DECISIO DCVI.

Carthag. iurisdictionis, 17. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio Præpositi qualis sit in punctuando absente Oe-
conomo, & an ea etiam simpliciter vti possit.*
2 *Præsertim vbi ei talis facultas dicatur de iure communi
competere, nu. seq.*
3 *Fassus in iudicio, quod sibi obsistere potest, vbi tamen ve-
ritas est in contrarium ex eo læditur nequaquam.*

Cum præpositus peteret sententiam latam a Do-
mino Caputaqueo. num a me simpliciter confir-
mari posset: Capitulum autem diceret sententiam fo-
rendam eo quòd sententia multo plus ei tribueret,
quòd ipsum in responsione sua ad 14. position. affir-
1 maret. Propterea dubitaui, † *an sententia esset in hac par
te confirmanda, ad quam Præpositus se referebat.* Dixe-
runt satis clarum esse competere Præposito ius ma-
nuandi, siue punctuandi, non solum deficiente maio-
re domo, sed etiam simpliciter, & iure proprio, quod
satis constat ex illa declaratione Episcopi: tum etiam
2 quia † in hac eadem causa coram D. Caputaquen. & co
ram me firmatum fuit hanc facultatem competere ipsi
Præposito de iure communi. Non obstat, quòd Præpo-
3 situs in illa † sua responsione videatur fateri hoc sibi
competere in defectu maioris domus: nam cum veri-
tas sit in contrarium, confessio illa nihil nocet, Aeg. 642.
in 4. fallen. Deinde illud est argumentum à contrario
sensu, quod hic non procedit, cum de iure communi
hoc ius pertineat ad Præpositum, & ita inclusio vnius
non sit exclusio alterius, quòd competat alio modo, quā
expressum sit, vt per Dec. cons. 11. in 3. col. & 110 cui
arg. multis alijs modis respondere solet, vt per Doct. in
l. 1. de off. eius, &c.

DECISIO DCVII.

Vrbeuetan. Castri Castellionis, 27. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Vtra partium, an actrix, vel rea si deperdita acta causa
præsumantur, ad earum exhibitionem teneatur.*
2 *Nullitatis causam committens pars cum clausula quam,
& quas, sententiaque nullitatem ex registro perfecte
probans in casu deperditionis actorum, an teneatur ad
eorum exhibitionem, vel pars aduersa.*
3 *Intentionem suam satis probans ex parte sua, contrarium
probare*

probare vel\:cm astringit ad probationem requisitam.
4 *Intentione partis non satis fundata ex productione registri vtrum requirant pleniorem actorum coram iudice exhibitionem.*

1 QVærebam,† *quæ ex partibus teneatur exhibere acta, quæ prætenauutur deperdita iu casu, de quo agitur?*
Vnus ex Dominis dicebat, hoc pertinere ad Monald.
qui voluit impugnare sententiam Mohedani, quæ habuit effectum,& eius vigore Dux fuit missus in possessionem. Alius dicebat,imò hoc incumbere Duci, quòd
2 Monalden. † committant causam nullitatis cum clausula quam, & quas, & probant nullitatem sententiæ
Mohedani ex registro coram Nicol. de Arar. quod est
3 perfectum. Igitur † cum ipsi ex parte sua satis probent
intentionem suam, tenetur Dux, qui vult contrarium
probare,ipsi cedere integra acta si prætendit ea esse de-
4 perdita. Verum alius pro parte Ducis dicebat † intentionem Monaldensium non satis esse fundatam ex actis coram Nicolan, nisi etiam edantur acta integra coram Mohedano. Nam cum omnia acta sint cõiuncta & connexa, non potest dici aliquid probatum, nisi omnia integra ostendantur, cum ea, quæ videntur aliquid probare ex actis coram Nicol. illis addunt, vel diminuunt. Nihil conclusum fuit,sed res reiecta ad Calen.

DECISIO DCVIII.

Auximan. bonorum, 15. Maij 1560.

SVMMARIVM.

1 *Partibus nequaquam in informationibus conuenientibus nihil potest concludi.*

1 NIhil conclusum fuit. Nam partes † in informationibus non conueniebant, & restringendum erat dubium, quoad contrauentionem meritorum. Aliqui dicebant, non venire bona assignata in laudo, prout sunt doctrinæ in terminis, Corn. cons. 89. num. 12. in 5. Rui. cons. 121. num. 20. in 5. & aliæ rationes adductæ in informationibus pro hac parte, reliqua extra punctum esse.

DECISIO DCIX.

Roman. pecuniaria, seu donationis, 27. Maij 1560.

SVMMARIA.

1 *Vna partium informante in cuius fauorem videtur inclinare Rota propositio iterata fieri per Auditorem potest, eum vtriusque partis informationibus.*
2 *Restitutio in integrum ex contractu, quando competat parti eam prætendenti, vel non.*
3 *Cessans in solutione semestre, & eo plus, vtrum se excusare poterit nomine moræ tamquam minus diuturnæ.*
4 *Verbalis oblatio pecuniarum etiam non realis, non releuat, vbi ipsa præsens pecunia requiritur.*

1 PRimo proposui hanc causam supra 15. Martij † informante tantum parte D. Cæsaris: & quia Rota sentiebat in fauorem illius, iterum volui eam proponere, datis vtrinque informationib. Dubium autem hoc erat, *an ex contractu, de quo in actis, debeatur in integrum restitutio stantib. sententiis aliàs latis.* Domini omnes cõcluserunt, non esse locum restitutioni, & quòd contractus gestus fuit cum societate, & non cum hospitali, vt expressè dicunt verba contractus. Cum igitur hæc sit societas laicorum, quamuis ad vsum hospitalis, & Do. Cæsar vellet contrahere cum illis, prout cum societate
2 laicorum, dubium † non est non esse locum restitutioni, sicut nec locus est purgationi moræ ob pactum resolutiuum in contractu, & iuramentum, prout aliàs firmatum fuit coram D. Iunio & D. Chissan. Et quamuis societas diceret modicam moram tantũ duorum mensium, & officiales suos non potuisse illis præiudicare, tamen sicut omnia fuerant aliàs decisa cõtra societatem, & ego nunc rursus legi testes, & attuli mecum in Ro-
3 tam, constabatque societatem † vere cessasse in solutione in mense Sept. 1556. vsque ad diem 24. April. 1557. quo die societas fecit verum depositum, & licet testes dicerent, quòd de mense Decemb. 1556. quidam ex officialib. obtulerant pecunias duorum mensium præcedantium, & cœperant tractare concordiam, tamen illa
4 fuit † verbalis oblatio. Et vnus ex testibus dicebat stetisse per eos quominus concordia perficeretur. Et hoc eo magis placuit Dominis, quia cum Dom. Cæsar ita bene meritus fuerit de hac societate, non debuit ab illa hoc modo vexari: ideo mandarunt mihi, vt sententias latas omnino exequerer.&c.

DECISIO DCX.

In causa spolij, 5. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Spolio probato vtrum spoliator excipere poterit contra spoliatum de notorio non iure petentis restitui ob non expressum verum valorem beneficij.*
2 *Acta continentia tractatum de regula de valore si spoliatus valorem verum non in litteris expresserit, an officiant restitutioni in integrum per eum petitæ.*
Et an huiusmodi regula, an spolij casu procedere posse dicantur, num. seq.

1 PRobatum erat spolium, † sed spoliator excipiebat constare notoriè de non iure petentis se restitui, eo quòd in litteris expresserat valorem ad 14. & tamen ibidem in articulis continebatur valere vltra ducentos: eumque dedissent in actis de regula de valore. Dubita-
2 ui ego, an † hoc impediret restitutionem? Domini concluserunt non impedire, quoniam huiusmodi regulæ non procedunt in spolio, sicut nec regula de publican. nec alleg. Lap. Et semel & sæpius in Rota fuit firmatum. Et ratio est etiam, quia hic potest exprimere valorem de nouo per prouisionem, testes nouos, & similes, quibus gratiam suam tuebitur. Vnde interim dici non potest, adeo notoriè constare de non iure suo, vt sit excludendus,&c.

DECISIO DCXI.

Rauennaten. terrarum, 5. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Remissoria pro testibus examinandis, vt plurimum datur, vbi personæ examinandæ sunt Illustr. vel senes, & valetudinarij.*
2 *Conquerentes per litteras, & alia indicia de aduersariorum potentia, an veniant audiendi.*
3 *Octogenarii testes qui ad curiam adduci non possunt ex indulto iudicis, possunt in locis vbi sunt examinari.*
4 *Trimestre supersedetur aliquando ad partis instantiã, quæ probaturam se dicit velle obiecta aduersarii.*
5 *Examen testium senum, & valetudinariorum remissum ad partes, si improbet aduersarius, potest ipsius nomine adiunctus dari examini aut aduocatus, idque ipsius sumptibus.*

1 FVerat aliàs decreta remissoria † Dominis de Rasponibus in ciuitate Rauennæ pro testibus senibus valetudinarijs, quoniam deinde pendente causa coram Domino Quiroga, illi de Onus aduersarij per quasdã
2 litteras missiuas † & quędam alia indicia cõquesti fuerant ob potentiam illorum de Rasponibus, qui fugerant in ostium vbi erant inducti testes, ne amplius examinarentur, sed adducerentur in Curiam sumptibus illorum de Onus: nunc pendente causa coram me per subrogationem, cum isti de Rasponibus valde con-
3 quererentur, se non posse testes suos † octogenarios deducere in Curiam, & eos interim perire, & propterea dedissent mihi examen quoddam extraiudiciale, septem aut octo monachorum illius loci, vbi dicebatur fractum fuisse ostium, qui testes clare deponebant rem, quo pacto se haberet in Rasponibus & in hoc nullam fraudem, aut crimen obijci posse. Id-
4 circo eum ad instantiam illorum de Onus † supersedissem forsan per tres menses cum dicebant se iustificaturos ea, quæ obijciebant Rasponibus coram Do-

mino

mino Qoiroga, & tamen nihil vmquam egissent & in actis illa legitima causa appareret, ob quam & illi testes senes, & valetudinarij essent prohibendi ibi examinari,& proposita in Rot. mandarunt mihi, vt decretum illud D. Quiroge moderater, concederemque testes illos ibi posse examinari: si tamen illi da Onus vel-
5 leot ibi aliquem † dere adiuoctum, aut aliquem mitti aduocatum qui assisteret examini, hoc coocederam sumptibus eorum.

DECISIO DCXII.

Florentioa S.Pancrarij, 5.Iunij 1560.

SVMMARIVM.

1 *Mouerat antiquitus, vt Rota consuleret abbreuiatores in vsu styli in clausularum exaratione obseruare solita.*

QVoniam supra die 11.Mar. fuerat dictum, subrogationem Spinelli capere beneficiū istud ex verbis, clausulis illios, nisi fortè probaretur stylum in con-
1 trarium esse. Vnde pars aduersa perijt in † Rota, vt dignaremur consulere abbreuiatores (prout olim mos erat) super huiusmodi stylo, qooniam abbreuiatores aliter de eo recusabant respondere: placuit hoc Rotæ, cum veritas aliter reperiri non posset, mandauitque mihi, vt narrato illi negotio eos consulerem, & per notarium causæ deinde quid responderint, in Rota referrem.

DECISIO DCXIII.

Cremonen. Præpositure.

SVMMARIA.

1 *Difficilis qua probationis esse dicuntur, an per vocem publicam & famam probari possint.*

2 *Præsumptiones & coniectura quid in casu difficilis probationis operentur.*

DVbium erat, ex qoo fuerat repertum cadauer in domo coopertum terra, & letamine, die 31. Decemb. 1555. & aoteadie 24. Nouembris 1555. io qua erat vous frater Marcus citra vsque ad diem 31. Decemb. qui respectu eios cadaueris à nemine eft visus; & quando repertum fuit, iam erat detecta summitas nasi, & pellis plantæ pedom, & clauis illius domos reperta fuit per officiales, prout in sententia condemnatoria, in partibus & ex actis dicatur esse in casu ita
1 difficilis † probationis, qooad tempus mortis, vt sufficiat probatio per famam iuocūs al js adminiculis, de quibus aliàs sub die 9. Maij 1558. fuit probatum. Do-
2 mini omnes concludebant nus esse in casu † difficilis probationis, ax præsupp. 8. io puncto. Primò, quia cadauer in domo repertum fuit, Alex. conf. 64. oum. 5. in 1. Secundò, quia coopertum terra, & fimo, Sal.l. si quidem, C.fol. mat.nom.2. Tertiò, quia claois reperta fuit eo modo quo supra, vnde videtor casus quasi improbabilis, nisi per coniectures, & præsumptiones, an verò hæc sufficiant ad probandum resolutiooem, de qua agitur? alij sufficere sentiebant, iuxta tradita Cassad. per decis. vlt. de dol. & contu. in fi. quidam tamen contra, cum hæc etiam aliàs præsupposita fuerint coram Oradino, & contrarium respooderit: vnde cum sententia illius ferè ex eisdem essei reuocanda, maturius dicabat esse considerandum, præsertim cum ipse non abfit. Nunc cum coram me doo tantum testes fuarent examinati de publica voce & fama, alij duo coram eo idem deposuissent, itaque dixerunt causam si fieri posset, esse concordandam.

DECISIO DCXIV.

Romana officij extraordinariatus, 7. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Pacta de computis reuidendis si intercesserint, & pars soluat nō restitute officio, de quo agitur in æstimatione ante remissionem, vtrum ratum sit, quod agitur.*

2 *Termini solutionis summa satis honesta tripartito diuidi per cursum triennij solet à Rota.*

3 *Rationibus non in computū adhuc redactis an possit pars obligata ad restitutionem cogi.*

4 *Pactum appositum contractus pars ipsius non immeritò contractus dici debet, & num. 7.*

5 *Officij Curialis venditio sine cōsensu summi Pontificis non valet, maximè si fuerit simulata.*

6 *Bonafidei maximè videtur esse conueniens, vt antequam quis dissoluat id in quod obligatus est, primò præmittantur calculationes & subductiones rationum.*

1 DVbium fuit, an † stantibus instrumentis, & pacto sine veri præiudicio incontinenti apposito de reuidendis computis, & præsupposito etiam sine veri præiudicio, quid per testes probetur, R. D. Alex. tempore locationis non possidisse, neque hodie possidere officium, an ex quo nihil conclusit, & obligauit se in forma Cameræ cum iuramento finita locatione illud liberè restituere, prout in instrumento locationis, teneatur præcisè ad illius restitutionem, vel saltem ad pretium illius seu æstimationem vnà cū fructibus, ita quod restituende, vel soluendo respectiuè possit excommunicari non facta prius computorum reuisione: Dominis placuit, vt causa omnino componatur, & datum fuit hoc negotium Cataton. & mihi, vt iudicaremus Do. Episcopum Ruffinum soluere 2000. scuta in
2 † tribus terminis, quorum primus nunc incipiet, & secundus anno sequente, & deinde tertius anno subsequente: committantur cetera omnia hunc modo. Quod
3 dubium aliquibus placebat, † nun posse cogi Episcopum ad restitutionem, nisi rationib. computatis prius.
4 Primò, quia † hoc pactum fuit appositum in contractu, ergo est pars illius, & rō possent illi de Spada agere ex illo, nisi ex parte sua impleant, quod debebant. Se-
5 cundò, quia † illa venditio officij non valuit com non adfuerit consensus Papæ, & fuerit simulata cum hodie officia valeant scuta 1700. Tertiò, quia hoc videtur
6 conuenire † bonæ fidei, vt prius subducantur rationes antequam quis soluat, cum facile contingere posset Dominum Ruffinum esse in illa re debitorem. Nec obstat Soc. in l. pecuniam, num. 10. si cert. pet. Bart. io l. Iulianus, in fi. de condict. indeb. Nam nos loqoimur in pa-
7 cto expresso † apposito in contractu, qui est pars illius. Alij tamen contra, quia, hæc omnia reseruanda in possessorio, & oon impediunt nunc executionem in spolio, quoniam al às res se haber mali exemplu iam facilè retardari executiones obligatas iuramentis in forma Cameræ. Causa igitur concordatur.

DECISIO DCXV.

Taurien. Præpositure. 7. Iunij 1560.

SVMMARIVM.

1 *Dubic suberto, an partium vna impedita fuerit facto iudicis, an aduersarij, quid agendum.*

AN in casu, de quo agitur, sit locus regulæ de triennali, nihil firmatom, quia Domini nō bene vide-
1 rant: dictum fuit, ꝙ possit † dubitari, *an Ludouicus fuerit impeditus facto aduersarij, aut iudicis, cum per lapsum non steterit, quominus peteret sententiam, & instaret pro ea.* Et videndum in facto quomodo id se habeat.

DECISIO DCXVI.

Roman. pecuniaria, 7. Iulij 1560.

SVMMARIA.

1 *Dubium solutis pecunijs cuius fuerint mercatoris si vertatur, vtrum ex libris eorundem inspectis id dissolui possit.*

2 *Præsumptiuè, an ex stylo mercatorum probetur huius, vel illius esse pecunias per librorum inspectionem apparente scriptura illius in ipsis pro quo præsumitur.*

3 *Soluentis pecunia vt plurimum in casu dubio esse præsumuntur.*

1 DVbitatom fuit, an † pecunie soluta censeatur esse de pecunijs Domini Io. Petri de Castarellis, vel Domini Hieronymi de Venturis stantib. verbis instrumenti: nihil conclusum fuit omnino. Dubium fuit, vt videantur libri illorum de Venturis, an faciant mentionem de pecunijs illorum

illorum de Castarellis. Igitur verisimile est si Castarel-
lus ei soluit aliquod scriptum in his libris reperiretur
ibi: *quòd si nihil in his de Castarellis inuenietur, vidēdum*
erit, an Castarellis probet stylum mercatorum, qui prætendi-
2 *tur*. Et deinde † ego dubitabo, an stylo probato, &
alijs coniecturis illorum de Castarellis tollatur, aut
elidatur hæc præsumptio. Nam circumscriptis libris,
stylo, & coniecturis, Domini sentiunt, pecunias esse illo-
rum de Venturis, non solum quia in dubio præsumi-
tur esse soluentis, Bald. cons. 157. in 5. libro, & l. fin. C.
de pign. Bart. l. si paruus, num. 4. C. com. vtr. iud. vbi
3 si † dubitatur, tunc præsumitur pecunia soluentis,
Mar. iun. cons. 24. in 2. num. 2. sed etiam quia ad id erat
obligatus aduersarius ex fideiussione, l. fin. C. de alim.
præst. &c.

DECISIO DCXVII.

Placent. Canonicatus, 3. Iunij 1560.

SVMMARIVM.

1 *Dubium pendens à facto requirit actorum inspectionem, & examinationem.*

1 DVbium, quod proposui, totum † pendebat à fa-
cto, ideo Domini nihil concludere potuerunt,
sed videnda erant nonnulla dubia, quæ ego annotata
habeo.

DECISIO DCXVIII.

Burgen. Iurisdictionis.

SVMMARIA.

1 *Bulla Pontificia existente, quæ iubet Episcopum in criminibus clericorum, & canonicorū procedere debere cum consensu Capituli, si lis sit orta inter Episcopum, & Capitulum a quo processus contra criminis obnoxios canonicos constitui debeant.*

2 *Cardinalis ordinarius post inhibitionem factam lite pendente de non procedendo contra canonicos suos, si carceribus includat canonicum & alios beneficiatos suæ Ecclesiæ, an dicatur ob id attentasse.*

3 *Bulla, quæ iubet Episcopum in criminalibus nil sine consensu Capituli sui statuere in suos canonicos, conformis est iuri communi*

4 *Carceratio facta cum cōsensu Capituli ab Ordinario, cum litigent insimul, non præsumitur, nisi probetur.*

5 *Sollemnitas iudiciaria an in carceratione etiā requiri videatur, cum periculum sit in mora, & metus subsit delinquentem fugam capere posse.*

6 *Prohibitum si sit Ordinario ne solus delinquentes clericos corrigat, & omne illud prohibitum censetur per quod ad correctionem peruenitur, vt est carceratio hoc casu.*

1 EXtabat in actis † Bulla Innocentij de anno 1549.
quæ habebat clausulam, *vt Episcopus deberet cum*
consensu Capituli procedere contra canonicos, & alios cle-
ricos Ecclesiæ super criminibus repetitis. Orta deinde li-
te inter Capitulum, & Episcopum, & commissa cau-
2 sa in Rota † & inhibitum de more, post inhibitiones
reperiebatur Cardinalem carcerasse canonicum in ca-
stello, & quosdam alios beneficiatos, vnde dubitant,
an hæc dicerentur attentata? Rota conclusit, nemine di-
screpante, hæc esse attentata, cum commissa causa fue-
rit generalis super iurisdictione, correctione, rebusque
alijs, cum postea Episcopus solus processit, dubium
non est eum contrafecisse, & ita attentasse. Nec obstat,
quòd dicebatur extare pro Episcopo ius commune,
3 quia est potius † contra Episcopum, & Bulla videtur
conformis iuri communi, cum non liceat, Episcopo
absque Capitulo procedere, c. irrefragabili, de off. ord.
& in c. cum potest, de re iud. Rot. in non. 466. Anch.
Franc. c. non est, de consuet. in 6. Hostien. & Ioan. Andr.
c. cum primo, de exces. præla. & hæc seruari à Rota tra-
4 dit Achil. prima, de Episcop. Non † obstat, quòd potue-
rit etiam in illa carceratione adesse consensus Capituli.
Nā id non præsumitur nisi probetur. Non obstat, quòd
5 Bulla respiciat sollemnitatem iudicij, quæ † in cartera-
tione non requiritur, cum in criminalibus incipi possit
à captura, ne interim delinquens aufugiat. Bar. l. si lōn-
6 gius, §. filius, de iud. Nam † respondetur cum prohi-
beatur Episcopo ne solos corrigat, prohibetur omne
id, ex quo ad hanc carcerationem potest perueniri. Hæc
autem omnia firmata sunt circumscripto capite, si Epi-
scopus ante Innocentianam fuisset in quasi possessione
procedendi sine Capitulo. Præterea an ius commune
omnino assistat Episcopo, aut contra, non fuit plenè fir-
matum, sed ita obiter dictum.

DECISIO DCXIX.

Salamant. de Babila fonte, 14. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Familiares si dicantur Cardinaliū, qui reperiuntur descripti in libris expensarum tinelli, vtrum alij in illis non descripti non hoc obstante dici possint familiares.*

2 *Litteræ Præfecti expensarum, aut œconomi familiarium, & domesticarum expensarum, iuncta testium affirmatione, aliquem esse familiarem Cardinalis, probare possunt sufficienter.*

3 *Propositiones aliquando licet non sint omnino concludentes, vrgentes tamen esse possunt, & ob id considerabiles.*

4 *Iuramentum describentis matriculam familiarem vel non alicuius prælati.*

5 *Libri calculatorij rationum domesticarum cum non sunt integri, vtpotè in quibus aliquorum mensium rationes, & computa desiderantur, non obsunt asserenti se familiarem prælati alicuius ratione reseruationis prætensæ in beneficio iure familiaritatis.*

6 *Verus familiaris quispiam dici potest prælati, licet non comedat in tinello, & non sit descriptus in libro rationum domus, & expensarum, & ideo huiusmodi libri non sunt de substantia probationis requisita familiaritatis, & num. 10.*

Idque maximè cum error scribentis, & multa omittentis in huiusmodi libris frequenter accidere solent, nu. seq.

8 *Priuata epistola missiua non probat ordinariè nisi contra scribentem.*

9 *Testibus negatiuam deponentibus non fiditur vbi affirmatiuam alij testes ex aduerso examinati comprobarunt in facto, & id quidem clarè.*

10 *Conuictus & comestio in tinello non est de substantia probationis aliquem esse familiarem prælati.*

QVoniam Garzias ad ostendendum reseruationem
beneficij de quo agitur, olim probauerat ex va-
rijs testibus se fuisse familiarem Dom. Francisci Cardi-
nalis Compostellani S. Iacobi, nunc Rohanus ad tol-
lendam hanc probationem, multa in actis deduxerat,
quæ ego in puncto præsupposui, & ita dubitaui, *præ-*
1 *supposito per testes probari, quòd † familiares omnes illorū*
Cardinalium de quibus ipsi deponunt, describantur in li-
bris expensarum tinelli, & quòd Dom. Garzias inter li-
bros, qui reperiuntur Cardinalis Compostellani, non repe-
riatur descriptus, licet aliqui ex familiaribus Domini
Francisci Episcopi reperiantur ex hoc, & ex vno ex testi-
bus dicti Garziæ, vt ex alijs pro parte Antonij examinati,
2 *& litteris Michaelis de Meta Præfecti † expensarum do-*
mus dicti Cardinalis, quorum copia datur, aut tollatur,
aut elidatur probatio aliàs facta pro parte Domini Gar-
ziæ, ita vt cesset reseruatio in casu de quo agitur: Domi-
3 ni omnino nihil firmarunt. Aliqui dicebant has † pro-
positiones Rohani, licet non sint omnino concluden-
tes, tamen multum vrgentes, præsertim in materia ista,
vbi aliàs etiam Rota ex varijs argumentis suspecta est,
non dicendo fraudem in hac resignatione negari. Non
enim potest, quin isto modo deducta multum mouere
debeant animum cuiusque iudicis, & præsertim cum
4 ille, qui † scripsit libros familiarum Card. iureiurando
affirmet per litteras suas Garziam non fuisse in eo nu-
mero. Alij autem contra, quoniam Garziæ intentio ple-
nè probata est ex testib. suis, quorū probatio non tolli-
tur

5 tur ex libris productis, quoniam deficiũt † libri aliquorum mensium, & sic non sunt integri. Nã de anno 1542. deficit mensis Februarius, & December. Deinde hi libri non sunt de substantia ad probandam familiaritatem,
6 cum possit quis † esse vnus familiaris, licet non comedat in tinello, sed alibi expensis Cardinalis, Sarn. de impetr. per obitum famil. q. 15. Præterea, quia in scribendis li-
7 bris † potuit esse error scribentis, qui omiserat ista. Sic etiam responderunt ad alteram missiuam, quòd littera
8 illa referat se ad libros, & quòd cum † sit epistola priuata, non probat nisi contra scribentem. Quo ad testes etiã
9 dicebant, eos non concludere, † cum volunt deponere de negatiua, & testes cõtrarij clarè probent affirmatiuã. Inter has igitur dubitationes Rota mandauit, vt caussa omnino componatur, videlicet dando titulum beneficij Garziæ reseruato regressu Rohano, per cessum vel decessum Domini Garziæ: & dimidia fructuũ loco pensionis interim detur Rohano cum dimidia fructuũ perceptorum. Quòd si concordia sequi non potuerit, tunc volunt vt referam illis testes in Rota examinatos pro parte Garzię, quoniam si dicunt tantum vidisse eum comedentem in tinello, dubitabant probationem illius e-
10 lisam esse: alioquin † secus, cum tinellum non sit de substantia familiaritatis: voluit autem vt consideretur, an certè percutiant tempus 1541. & 1542. si quidem mandatum Garziæ ad resignandum fuit de anno 1542. 28. Decembr. Nec erant consideranda an his temporibus Garzias fuerit familiaris, &c.

DECISIO DCXX.

Legionen. Canonicatus, 14. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Examinatus coram iudice compulsore incompetẽti caussa iurisdictionis, vtpote qui non habeat potestatem recipiendi testes super negotio principali, sed tantum super recognitione scripturarum, non dicitur formiter examinatus.*

2 *Examinatus etiam parte aduersa non citata, & sine articulis frustratoriè dicitur tali examini subiectus.*

3 *Pœnitentiarius dicens se absoluisse a peccatis, sed non a pœnis, & censuris, fidem facit aduersus eum, qui dicit se plenè absolutum.*

4 *Absolutio a pœnitentiario facta quæ apparet extensa in scriptis, non est de ijs quæ sunt difficilis probationis.*

5 *Pœnitentiarij approbati, vt sunt illi qui sunt in pœnitentiaria Apostolica præstantes iuramentum de bene exercendo suum officium, fidem faciunt etiam sine præscriptis & testibus.*

6 *Simplex beneficiatus pęnitentiarius peccatoris absoluti, et portionarius eiusdem Ecclesiæ, cuius est pęnitens beneficiatus, fidẽ faciens de absolutione, suspectus est, secus est in pęnitentiario Apostolico, quia non diliguntur nisi personæ egregiæ probatæ, vt paulò ante num. 5.*

DVbitatum fuit, *an absolutiones, quarum copia datur, dicantur factæ in foro pœnitentiali, ita vt suffragentur Petro iuxta consil. Calder. 2. de testam.* Placuit Dominis absolutiones non suffragari Petro de Villareat. Nam
1 † non fuit formiter examinatus, vt requirit Calder. d. cons. Nam fuit examinatus coram iudice compulsore, qui non erat competẽs, cum haberet potestatem ad recipiendum testes nõ super negotio principali, sed super recognitione tantum scripturarum. Rot. 101. in nou. &
2 fuit † examinatus nõ citata parte, & sine articulis, quòd non admittitur, c. 2. de testa. Et ita in terminis quòd non procedat cons. Cald. nisi pœnitentiarius cum iuramento formiter recepto deponat, ait Felin. in c. denique, de except. nu. 3. & 4. & seq. & in c. veniens, primo, de test. col. vlt. ver. dummodo iuret, & c. veniens, il 2. col. 8. ad eadẽ faciunt tradita ab eodem in c. cum a nobis, eod. tit. Ias. in repet. l. admonendi, num. 33. Secundò si is, qui absoluit
3 Petrum non deponit se eum † absoluisse a peccatis, sed a pœnis, & censuris, cumque non ipse dicat, nec nos dicere debemus, imò dictum ipsius contra producentem esset interpretandum, Felin. c. vltimo, de testibus. Tertiò quia Calder. loquitur quando quis est absolutus per viam concessionis, vbi aliter non potest constare de absolutione, & tunc probat dictum absolutionis, quòd aliàs esset minus sufficiens, cum simus in his, quæ sunt difficilis probationis, cap. veniens 2. de testib. l. non om-
4 nes, §. a Barbaris, de re militari. Secus † in casu nostro, vbi absolutio fuit facta in scriptis, & etiam aliter pro-
5 bari poterat, puta per testes, quia is qui absoluit † debet esse persona probata, vt erat pœnitentiarius Sedis Apostolicæ, de quo Calder. qui præstiterat iuramentum de bene exercendo officium suum, ad quod non admittuntur nisi personæ probatæ: secus in casu nostro
6 vbi Ioan. de Valderas est simplex beneficiatus † & portionarius: non potest meritò in dicta Ecclesia esse suspectus parti.

DECISIO DCXXI.

Burgen. S. Dorotheæ, 17. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Partium litigantium instantia importuna faciunt aliquando caussam remitti.*

2 *Ius testificandi competere prætenditur aliquando vel ex titulo patronatus, fundationis, dotationis, aut contractus vel similium.*

3 *Iuspatronatus prætendens, debet de iure sibi competenti docere per instrumenta, vel testes, aut similes probationes.*

4 *Ius testificandi competens iure familiaritatis & cuiusdam facultatis non facit ex eo eius possessionem assequi.*

HAec caussa dudum in Rota agebatur coram varijs Auditoribus: Tamdem latis tribus sententijs in petitorio in fauorem monialium, & tribus in possessorio in fauorem Petri, cum ageretur deinde de relaxandis exequutorialibus, & Dominus Caputaquen. varia dubia proposuisset, qui tamdem coactus fuit ob importu-
1 nitatem partium caussam remittere: ego qui in illius locum subrogatus fui, ita dubium proposui, videlicet, *stantibus sententijs hincinde in possessorio, & in petitorio litis, quorum copia Dominis dantur, an ius testificandi, quod*
2 *prætendebatur competere, vel ex titulo patronatus, siue ex titulo fundationis, constitutionis, aut dotationis, & contractus, sit per rem iudicatam in fauorem monialiũ exclusum?* Domini materia diligenter lateque discussa, vt finem tamdem tot controuersijs imponam, mandarunt mihi vt relaxem exequutoriales in petitorio in fauorem monialium, quoniam in illis nihil est dubium aut controuersum. Quoad executoriales in possessorio in fauorem
3 Petri eas non relaxarem, vbi ille clarè doceat de iure suo aliunde competenti ex patronatu, instrumentis, aut titulis de quibus in sententijs, quoniam hæc tria capita expressè cõclusa sunt per sententias clarè ex vltima Domini Caputaquens. in illa vltima reseruatione. Itaque si Petrus vellet executoriales, quoad ius sepeliendi in possessorio, poterunt decerni, quoniam constare dicitur de hoc iure in actis, quod tamen ego uidebo: sed quoad ius testificandi nõ erunt dandæ, nisi ostendat aliquod ius diuersum ab illis tribus de quibus supra. Hoc ergo
4 magis placuit Dominis, quia hoc ius testificandi uidetur illi competijsse ratione cuiusdam facultatis, ac familiaritatis, ex qua non acquiritur possessio.

DECISIO DCXXII.

Barchinonen. Castellaniæ.

SVMMARIA.

1 *Ordinarius prouidere de Castellania, an possit cuidam suo familiari ad vitam in præiudicium successoris, maximè concedendo eidem augmenta, & salaria non solita concedi.*

2 Prouisio facta ab Ordinario de administratione Castellaniæ ad vitam, & confirmata a Sanctiss. si sit detrimentosa Ecclesiæ suæ, & mali exempli, non tenet.

3 Antecessor Ordinarij bona Ecclesię alienare non potest ex motu proprio Pauli IV. de rebus Ecclesiæ non alienandis, quod fit per concessionem officiorum ad vitam, quæ ratione diuturnitatis alienationi æquiparatur, & nu. 5.

4 Bulla Pauli Quarti Pontificis omnes rescindit, & quascumque alienationes, & concessiones etiam ad vitam vltra triennium factas.

6 Concessio administrationis Castellaniæ facta ab Ordinario sine requisitis sollēnitatibus, vtpote sine cōsensu sui Capituli, & Ecclesiæ, non valet, maximè si fuerit ad vitā.

7 Consensus Capituli in concessione ad vitam facta ab Ordinario, & sic diuturna maximè necessarius est ob id, quòd per talem administrationis concessionem vtile dominium transferatur.

8 Res Ecclesiæ vt alienari possit, requiritur vt commissio aliàs facta fuerit valida & sollemnis.

9 Bulla Pauli Quarti concernens alienationes, & concessiones, loquitur in rebus, quæ numquam vacant, & quæ immobilia sunt, vel etiam mobilia, & non extenditur ad prouisiones officiorum, seu beneficiorum, cum ea quotidie vacent.

10 Castellania solita ad vitam concedi, non ob id dicitur alienatio, licet exiuerit de mensa Ecclesiæ, & nu. 12.

11 Vtili dominio prius existente apud alium, conferens Ordinarius, & Castellaniam ad vitam, non lædit hoc facto Ecclesiam, nec inde damnum aliquot dicitur sentire.

13 Subreptionis vitium tollitur quando concedens saltem in genere scire potuit, quòd tacitè inest.

14 Confirmatio administrationis concessæ ab Ordinario cum ex certa scientia facta dicatur, & non sub conditione, adimit omnem iuris defectum, & facti.

15 Ordinarius successor prætendens ex concessione prædecessoris, quæ confirmata fuit a Sanctissimo nimis magnum fuisse salarium officiali decretum via ordinaria, & remedio congruo ad diminutionem eius non spolio agere, uel ab eo incipere debet, utpote nimis duro, & graui ac etiam odioso.

VAcante Castellania quadā in diœcesi Batchinonē.
1 Ordinarius ad quē prouisio eius spectabat, deputauit ad illius custodiā Antonium Suarem familiarem
suum, ea conditione, vt durante eius vita non posit per
successores amoueri, cū augmēto salarij & multorū regalium, quę non erant solita concedi alijs custodibus, &
2 postea obtiouit a Summo Pontifice confirmationem huiusmodi prouisionis. Mortuo deinde Episcopo eius suc-
3 cessor volebat D. Antonium de ea amouere, prætendens
antecessorem suum nō potuisse alienare bona Ecclesię,
& sic asserebat factum esse locū motui proprio Pauli IV.
de rebus ecclesiæ non alienandis. Quare dubitaui ego,
præsupposito, ꝙ testes deposuissent de tali concessione,
an de iure posit sustineri? Pro parte Episcopi dicebatur
regulam Pauli IV. habere locū in hoc casu. Primò, quia
4 dicta Bulla rescindit omnes, & quascumq; alienationes
& concessiones etiā ad vitam vltra triēnium, per Clem.
primam, de rebus Ecclesiæ, & Clem. 2. eod. tit. vbi in terminis. Ergo videtur comprehendere casum nostrū, quia
5 cum prouisio sit facta ad lōgum tempus, idest ad uitam,
dicitur alienatio, Bar. in l. 1. §. qui in perpetuū. ff. si ager
vectigal. Bal. in rubr. de iure emphyt. Secundò, quia con
6 cessio huiusmodi fuit facta non seruatis sollemnitatibus
requisitis, eum in ea nō interuenerit consensus Capituli,
nec Ecclesiæ, ut in reg. c. fin. ne prælat. uices suas, Afflict.
7 101. nu... Qui consensus eo magis erat necessarius cum
Episcopus transtulit utile dominium, c. 2. de reb. Eccle-
8 siæ. Tertiò, quia ad hoc ut res Ecclesiæ posit alienari,
oportet ꝙ commissio aliàs facta fuerit ualida, & sollemnis, Alex. cons. 9 nu. 5. in 3. Doct. in c. ut supra, de reb. ecclesiæ. In casu autem nostro non constat de aliqua alia
concessione sic ad uitam facta. Ergo, &c. Hæc & multa
alia pro parte Episcopi adducebantur, quibus non obstantibus, Dñi concluserunt, Bullam Pauli IV. nō habe-
9 re locum in casu nostro. Nam ea loquitur de alienationibus rerum, quæ numquam uacant, ut sunt bona immobilia, aut etiam mobilia: secus est in prouisione officiorum seu beneficiorū. Nam hæc uacāt quotidie, & tenetur necessario Episcopus de eis prouidere, & officijs
custodes dare, c. relatum, cum gl. de præb. Nō autem de
prouisionibus, & collationib. beneficiorum, uel officiorū, quæ inter se longè differunt. Non obstat primum fun
10 damentum. Nam cum Castellania fuerit solita concedi
ad uitā, ut probant testes, & ex quo semel exiuit de mensa Ecclesiæ, nō dicitur amplius alienatio, Castr. in l. euā,
in prin. col. 1. in fi. ff. de minor. Corn. cons. 131. nu. 161. in
2. Cald. cons. 11. de feud. Non obstat secundum, quia solus prælatus, nullis seruatis sollemnitatib. potest res solitas alienari alteri concedere, c. fin. de feud. Castr. in loco
supra allegato, ubi Alex. col. 3. in 2. limit. Præterea cum
11 utile dominium fuit prius penes alium, nūc Episcopus
Castellaniam cōferendo, & Ecclesia nihil damni sentit,
cum antea exiuerit de mensa sua, ut dictum est. Host. c.
ut supra, circa med. & ibi Io. Andr. de reb. Ecclesiæ. Non
obstat tertium, quia imò ex dictis testium cōstat Castellaniam solitam esse concedi ad uitam. Nō obstat etiam,
12 quod dicebatur de subreptione, quia cum narratū fuerit, ꝙ Castellania cōcedebatur ad uitā, satis narratū fuit
etiā concedi utile dñium. Vitiū. n. subreptionis tollitur,
13 qn̄ concedens saltem in genere scire potuit, quod tacitè
inest. Aimon cons. 79. nu. 13. His accedit confirmatio fa
14 cta a Papa, quę cum fuerit facta ex certa scientia, & non
conditionaliter, tollit omnes defectus iuris & facti, & alijs clausulis amplissimis, quæ in ea reperiuntur. Et hæc
eo magis placuerunt, quia huiusmodi exceptio in cau-
15 sa spolij, non est admittenda. Et si prætendit Episcopus
nimis magnum esse salarium, quod huic Castellano datur, agat remedio congruo ad reductionem illius, nō autem incipiat a spolio, quod nimis durum est, & graue.

DECISIO DCXXIII.

Rom. assecurationis aluminum, 21. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 Terminus solutioni pecuniarum destinatus, an ab intimationis die sit computandus, an a die datæ citationis.

2 Assecuratores, uel fideiussores sibi intimatione facta debent in primis soluere, & postea litigare contra principales, & debita repetere.

3 Cautio si præstari debet eam cōditionem admittit, ut probet ius suum, qui cautionem sibi dari petit.

4 Litigando, & non soluendo statim ut conuentum fuit, & ex ui pacti iuris ve requiritur si habuit primam sententiam in fauorem, an dicatur nihilominus fuisse uel esse in mora.

5 Tempus assecuratori non currit ad solutionem nix præstita sibi cautione.

AGebatur quæstio super quibusdam capitulis conuentionum initis inter mercatores, & assecuratores vigore rei iudicatæ, & mandati exequtiui, qui cū
soluissent pecunias, quas tenebantur, eas uolebant nunc
repetere, prout ex conuentione. Verum quia mercatores excipiebant, non teneri ad eas restituendas nisi intra
annum post diem intimationis, quod quidem iam multo ante elapsum erat, idcircò nunc proposui dubium,
an stantibus capitulis, quorum copia data fuit, tempus
1 *duodecim † mensium currat a die intimationis, an a die*
solu-

solutionis ad effectum, vt assecuratores hodie possint pecunias repetere. Rota respondit tempus non currere, nec a die intimationis, nec a die solutionis, sed a die datæ citationis. Considerabant enim Domini ex serie capi-
2 tulorum † assecuratores facta sibi intimatione debere imprimis soluere, postea posse litigare contra mercatores, & repetere pecunias solutas, & hoc casu tenentur mercatores dare cautionem de restituêdo pecunias in-
3 tra tempus duodecim mensium. Cum igitur † cautio præstanda sit in fauorem assecuratorum, sed cum hac cõditione, vt probent ius suum intra tempus vnius anni, aliàs cautio nulla sit. Hinc apparet tempus hoc datum ad repetendas pecunias non a die intimationis, nec etiã a die solutionis, sed tunc tantum cum cautio data fuerit a mercatoribus ad petitionem assecuratorem, prout clarè ostendunt verba capitulorum. Non obstat, quòd asse-
4 curatores † litigando & non soluendo statim dicantur in mora, quia non possunt dici vetè in mora fuisse, cum primam sententiam haberent in fauorem coram A.C. deinde cum in sententijs Rotæ condemnati fuerint mercatores ad dandam hanc cautionem, satis habent assecu-
5 ratores fundatam intentionem, vt non † currat illis tempus, nisi postquam cautio præstita fuerit. &c.

DECISIO DCXXIV.

Corduben. Sancti Michaelis, 21. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Regula de mense, non habet locum in beneficijs vacantibus per resignationem.*

2 *Fraudis suspicionem de se nullam relinquit is qui post resignationem beneficij a se factam, remanet adhuc in possessione.*

Vt nec etiam fraudem admittere dicitur si procuratorem in causa resignatarium resignans principalis cõstituat, num. seq.

4 *Fraus etiam aliqua de iure reperitur licita presertim in prouisionibus ob caussam factis.*

5 *Datarius iungere solet supplicationibus clausulã preter quam per obitum qnę id operatur, vt quouis modo eapi potuisse antea etiam per obitum ostendat.*

6 *Papa vult exprimi mẽsem, eo fine, vt scire possit an beneficiũ ad sui collationem spectet, vel alterius cuiusdam.*

7 *Resignans non ideò mensem apponit quod presupponatur semper scientia in hoc casu ipsius Pontificis.*

8 *Ingredi possessionem benefici qui vult per generales clausulas, non amplius capit per resignationem.*

Aliàs die 12. Februarij supra proposui hoc idem dubium in hac caussa. Et quia tũc nihil firmatũ fuit, nunc adduxit tantum quasdam circumstantias in facto, vt videret Dñi an ex his appareat aliqua fraus. Verum nec nunc et quidquam conclusum fuit, cum vota inter-
1 se discreparent. Illi qui † dicebant non esse locũ regulæ de mẽse, mouebãtur eo ꝙ regula excipit resignationes, idque siue in Curia, siue in partibus, respondebantque
2 ad fraudẽ præsumptam, illã hic cessare, quia † fraus non est, manere in possessione post resignationẽ Rot. in nou.
3 1. de renũc. Et licet † resignans constituerit procuratorem resignatariũ in caussa, tamen nec ea videtur fraus, cũ resignans fuerit citatus, & noluerit ita se defendere,
4 & tamdẽ dicebant, si † qua est fraus licita est, & sunt cautelæ iuris prouisio, cũ ob hanc caussam, multæ clausulæ generales apponantur in supplicationibus, vt quis pluribus remedijs possit capere beneficiũ. Hinc videmus
5 hodie † Datariũ huiusmodi supplicationibus adiungere clausulam, præterquam per obitum, ꝙ ostendit antea vigore illius se quouis modo capere potuisse beneficiũ et per obitum: dicebant etiam, quòd ille prouisus ab Ordinario potuisset obtinere nouam prouisionem Ordinarij, cum posset & aliàs etiam habere: alijs contra ex ra-
6 tionibus aliàs ductis. Papa † enim vult exprimi mensem vt sciatur an beneficium ad sui vel alterius perti-
7 neat prouisionem: cum † autem quis resignat, ideo non
8 apponit mẽsem, quia Papa scit hodie vacare, & vbi quis vult ingredi per clausulas generales, tunc non capit amplius per resignationem, & ita cessat ratio, prout etiam tradit. Put. 3. De mense nenihil firmatum videtur an constet beneficium vacasse de mense Augusti verè, & an aduersarius resederat.

DECISIO DCXXV.

Caputaquen. Pension. 21. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Pars negligẽs testium examinationem per spatium decem & nouem mensium vtrum sibi hac mora officiat.*

2 *Terminus debet prefigi alicui ad expediẽdam caussam ad id vt lapsus multorum mensium sibi obesse possit, idque ex styli solius vsurpatione.*

3 *Dici in mora fuisse nõ debet is qui probabiliter credit aduersarium suum nihil probare.*

4 *Pars volens probare cõtraria omnium eorum quę ab aduersario deducuntur, obtinere debet remissoriç relaxationem, maximè si adhuc sit intra tempus probationis.*

5 *Relaxari remissoria sine retardatione processus debet aduersario non agente via executiua, sed secus cum retardatione si uia executiua progreditur.*

Fuerit enim decreta remissoria Domino Prospero agenti spolio, & aduersario illius Domini Caputaquen. Prosper examinans testibus nunc remissoriam suã produxerat, vrgebatque, vt causa expediretur Domini Caputaquẽ. excipiebat remissoriam sibi aliàs decretam esse relaxandã, & quoniam Prosper replicabat elap-
1 sos esse 19. menses, intra quos neglexit ille testes examinare, idcircò dubium proposui an sententia sit ferenda, aut remissoria relaxanda? Domini de iure respondebãt, denegari non posse Domino Caputaquen. relaxationem remissoriæ aliàs decretæ. Nec obstat lapsus tot mensiũ,
2 quia debuit † sibi præfigi terminus ac caussam expediẽ. prout est stylus Dominorum, Achil. 2. de remiss. fact l. si ca. C. qui accusa. nõ poss. Abb. c. ex parte, de concess. prę-
3 bẽ. nu. 15. Interea autem ille non potest dici fuisse in mora cum probabiliter credere potuerit aduersarium suũ nihil probasse, l. si quid enim, §. finali, C. de except. glos. finali, C. de testam. Extrauag. de testa. Rot. in nouis. 30. numero 4. & ita in terminis exstat decisio. Putc. 16. de dilatio. Vide Aegid. 427. & ex his tolluntur multa in cõtrarium adducta. Nam procedunt, vbi quis est obligatus ad aliquid faciendum intra certum tempus, quod secus hic est: cetera etiam, quæ contra adducebantur facilè sublata fuerunt. Nam ad secundum argumentũ dicebatur etiam ad excusandum spolium dari remissoriam, Cassador. 3. de dilatio. Et hic non agi de decernenda, sed de ralaxanda remissoria. Ad tertium, quòd imo est releuans, & iam fuit decreta vt talis. Ad quartum,
4 quòd imo concernit possessorium, & vult probare in omnibus contrarium eorum, quæ Prosper prætendit, cum adhuc sit intra tempus probationis. Ad quintum, quòd laici sumus, cum quilibet præsumatur laicus, & deinde quia vt sæpius dictum fuit, nunc non agitur de declarãda remissoria, quia semel fuit decreta, & Dom. Caputaquen. dicit, se esse in eo statu ac si iam fuisse sibi decreta remissoria, cũ numquã fuerit sibi præfixus terminus ad eam expediendã. Hæc ita de iure Domini respondebãt.
5 Placuit tñ, vt eligatur media via, vt scilicet relaxetur remissoria sine retardatione processus, si Dominus Prosper nõ agit via exequutiua: alioquin si agit exequutiua, relaxetur remissoria cũ retardatione, quia ita iure debetur.

DECISIO DCXXVI.

Spolet. Bonorum, 26. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Communitas quę ingreßa bona quę ab aduersarijs prętendit occupata, cum petitione omnium fructuum perceptorum ante ab illis, utrum ante purgatum spolium & refectas expensas debeat audiri.*

2 *Sententia restitutoria lata in fauorem partis quæ se prętendit spoliatam non obseruata commißionis forma, id est, non solutis prius fructibus & expensis, & non plenè spolio purgato, nulla est, & ob id reuocanda.*

3 *Restitutio in spolio seu spolij purgatio fit quattuor modis quoad poßeßionem, quoad expẽsas, & quoad fructus, & vltimo quoad damna & intereße.*

4 *Ceßio conditionalis scilicet quoad poßeßionem si qua esset, & si probaretur poßidere spoliantem in casu restitutionis nulla est, cum nihil proßit spoliato.*

5 *Pars conuicta, & condemnata ad restituendam poßeßionem, & fructus, & ut resarciat damna & intereße si hoc non faciat, sed litem calumniosè ulterius sustinet, vt contumax puniri debet.*

6 *Pars iudicato non parens, & contumax, licet tuleri sentẽtiam aliàs in fauorem, tamen facit eam, licet etiam iniustam reuocari, præsertim in casu spolij.*

COmmunitas tertæ Spoleti, prætendens multa bona cõmunitatis aliàs occupata fuisse ab illis de Balionibus, nunc possessionem illorum fuerat ingressa, &
1 petebat omnes fructus perceptos sibi restitui. Illi† de Balionibus dixerunt vltimum spolium in primis esse purgandum, seque restituendos in possessionem, & fructus atque expensas esse reficiẽdas, obtinueruntque cõmissionẽ in primis, vt purgato hoc vltimo spolio, auditor caussæ ad vlteriora procederet, Communitas nunc cessit possessionem, si qua & quatenus apud eam esset pro expensis, deinde ex fructib. fecit quoddã depositũ apud notarium, cũ protestatione de eo non consequendo nisi mandato Domini, adiectis nonnullis alijs, de quibus in actis.
2 Dominus Fabius bonæ memoriæ. Decanus Auditor huius caussæ, tulit sentẽtiam restitutoriam in fauorem Cõmunitatis, nõ tamen solutis prius verè fructib. & expensis illis de Balionibus iuxta formam cõmissionis. Idcircò nũc ego dubitaui, an stante cõmissione pro parte hæredum & cessione Cõmunitatis, cũ alijs sequutis hinc inde prout in actis, sentẽtia D. Fabij sit tamquam nulla reuocãda, vel exequenda, aut confirmanda si sit iusta. Rota respondit sententiam omnino esse nullam, cũ seruata non fuerat forma commissionis, & purgatum plenè non fuerit vltimum spolium. c. fi. de ordin. cognit. Rota in nou. 185. & de appel. 27. in ñ. Crescen. 158. quòd est purgan. in omnib. vsq. ad obitũ. Rot. in nou. 314. Aim. cons.
3 140. nu. 3. Rip. in l. naturaliter, §. nihil cõe, nu. 50. Restitutio siue purgatio in quattuor principaliter erat facienda, videlicet, quoad possessionem, quoad expensas, quoad fructus, quoad damna, & interesse, & tamen in nullo
4 iure facta fuit. Nam quoad possessionem cessio fuit conditionalis, si quã esset, & si probaretur communitatem possidere, quæ cessio conditionalis nõ prodest. Bal. l. acceptata, col. 4. C. de vsur. R. ni. cons. 101. nu. 11. in 5. Grat. cons. 73. num. 11. in princip. Præsertim quia Communitas negauit semp se possidere, & tñ cõuicta deinde fuit
5 & condemnata vti possidens: idẽ ẽt accidit quoad expensas & fructus, & damna, quæ numquam Cõmunitas voluit soluere, sed sustinuit litem calũniose. Nec obstat depositio facta, quia hoc fuit ratione fructuũ, nõ expensarum quæ erant taxatæ, aut saltem de nouo taxandæ, aut soluendæ. Ias. l. sancimus, nu. 13. C. de iud. Non obstat etiã Mohed. 511. Vbi videtur sufficere depositum quoad fructus non liquidatos, quia casus diuersus, cum nõ agamus de spolio, & adsit cõmissio dans certam formã, & Cõmunitas semper negauit se teneri, cum per ea non steterit ne fructus liquidentur, cum semper negauerat.
6 Ex quibus rebus dixerant Domini sententiam omnino esse nullam, & consequenter reuocandam, quamuis aliàs etiam iusta esset, & quoad agitur caussa spolij, & ita concurrunt. Et ita dixerunt mihi aliàs decisum fuisse coram Antonio Augustino in caussa Bononien. locationis, 10. Maij 1552. & coram Cæsa in caussa Veliterana, mensis Octobris anno 1552.

DECISIO DCXXVII.

Roman. hæreditatis de Comitib. 26. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Codicilli vltimo facti an robur tribuant fideicommißi.*

Et an ex substitutione facta in codicillis vltimis, dicatur inductum fideicommissum in fauorem prætendentis in bonis de quibus agitur, nu. seq.

1 DVbium erat, *an ex codicillis vltimo productis, quorum copia datur, competat D. Torquato actio ad fideicommissum, quæ sufficiat in casu de quo agitur?* Nihil fuit conclusum, quoniã materia multas habet difficultates, nec conueniebat æstiuis caloribus: Dixerunt dubiũ restringendum ad aliqđ, & fortè ad aliud, de quo in informatione Dñi Alciati, videlicet, an ex substitutione facta
2 in codicillis vltimis de hospitali dicatur inductũ fideicommissum in fauorem D. Torquati, ita vt ex his codicillis petere possit fideicommissum, an autem hoc vel aliud dubium magis congruum sit, mihi considerandam reliquerunt.

DECISIO DCXXVIII.

Dertusen. Bonorum, 26. Iulij 1560.

SVMMARIVM.

1 *Laudum licet validum, tamen non potest ferri in præiudicium Ecclesiæ.*

NIhil autem in hac caussa firmatum fuit, quamuis proposuissem id dubium, quòd mandarunt mihi Domini 17. Maij, ex quo quidem satis constare dice-
1 bant, locum esse spolio, quia laudum fuit nullum; Et licet ẽt fuisset validum, tamen nõ posse præiudicare Ecclesiæ, vt ex alijs rationibus, de quibus supra die 17. Maij.

DECISIO DCXXIX.

Ciuitatis Castelli bonorum, 28. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Monitorio stante, & sententia, an dicatur petita adæquatio tantum, an etiam medietas bonorum.*

2 *Confusio in processu vbi timetur, eiusque materia a distinctione est inchoandum.*

IN hac causa, quia supplicationes partium non omnino conueniebant, dixerunt Domini post hæc dubi-
1 tandũ esse, *an stante monitorio & sententia, dicatur petita adæquatio tantum, an etiam medietas bonorum*; Deinde posito qđ adęquatio tantũ, *an tũc obstet præscriptio statuti.*
2 Videbatur enim Dominis necessariò incipiẽdum esse ab hac distinctione, ne materia confundatur, videlicet, an actũ fuerit ad adæquationem, an verò ad medietatẽ bonorũ. Et tunc quidẽ aliqui inclinare videbantur, quod si actum fuit ad adæquationẽ, tunc obstat statutum. Si vero ad medietatem bonorum, secus, & tunc videndum, an illi possideant, quoniam dicitur ex altera parte traditam fuisse medietatem. Nihil decisum fuit.

DECISIO DCXXX.

Carthaginen. Iurisdictionis, 28. Iunij 1560.

SVMMARIA.

1 *Prępositus Ecclesiæ in omnes clericos ius habet tamquam suæ iurisdictioni subiectos.*

2 *Maior domus, vel œconomus vt præpositum punire poßit absurdum est.*

3 *Præpositum se in inferiores sedes in choro velle conijcere vero simile non est.*

4 *Prępositus in multis cum punctatore concurrere potest.*

5 *Noualis emergens, vel superueniens ratione illius quo*

nunc

nunc vertitur, aliam requirit & diuersam a veteri discussionem.

QVærebam, *an sententia de partibus sit reformanda, vel saltem declaran. iuxta statuta 18.21. & finale, & etiam restringenda ad personas de Capitulo, vel potius simpliciter confirmanda?* Domini omnes responderunt, sen-
1 tentiam simpliciter confirmandam, cum † Præpositus
habeat ius in omnes clericos, aliàs firmatum fuit coram
D. Capntaquē. & coram me in hac eadem caussa, absur-
2 dumque † esset, vt maior domus posset punire Præposi-
tum. Nec repugnat illud statutum. Nam statutum 18.
non loquitur quoad pœnam, nisi impersonaliter. Vnde
succedit depositio iuris communis tamquam in casu o-
misso a statuto, vel etiam statutum non comprehendit
Præpositum in fine, dum loquitur de turbantibus sedes.
Nam nō est verisimile illum velle se conijcere in locum
3 inferiorem. † Eodem ferè modo respondebatur ad statu-
tum 21. quia non negat, quin Præpositus possit concur-
4 rere cum punctatore. Ad † vltimum dicebatur, non cō-
prehēdi ibi Præpositum, licet loquatur de dignitatibus.
Et licet loquatur de prima dignitate, quam ibi inuene-
rit, vt clara sunt verba statuti. Quoad secūdam partem,
sententia non est restringenda, quia refert se ad iurisdi-
ctionem Præpositi talem, qualis illi competit, & tam-
5 dem † si qua videatur versari repugnantia quoad ma-
iorem domus, hæc erat noua lis, quæ in præsenti non
pertinet ad rem nostram.

DECISIO DCXXXI.

Brixiens. Canonicatus, & præbend. 1. Iulij 1560.

SVMMARIA.

1 *Sufficientia instrumentorum ad probationem extremorum quomodo deducatur.*

2 *Voces data quomodo effectum in electione desideratum sortiantur.*

3 *Instrumenta non sufficiunt attestantia electionem, cum non clare de vocibus datis appareat.*

QVoniam supra die 17. Maij 1559. fuerat hoc idem
dubium ferè propositum, sed non præcisè conclu-
1 sum, idcirco nunc rursus dubitaui: *an † duo instrumen-
ta de quibus in actis, sufficiant Francisco ad probandum pri-
mum extremum?* Domini dixerunt videndum esse de
2 effectu electionis sequuto, *an † data fuerint dua voces &
verè habuerint effectum:* Nam si ostenderet verè electio-
nem habuisse effectum mediātibus duabus vocibus, vi-
delicet connumerata 18. voce illius absentis: dixerunt,
tunc casum dubium videri, & rursus proponi potest:
quod si particulariter hæc non ostendantur, tunc asse-
3 rebant † hæc instrumenta non sufficere, cum non appa-
reat clarè datas fuisse duas voces. Nec obstat, quòd si-
gillatim, quia non concludunt cum possent se referre
ad alios congregatos, qui vocem dederunt; Alia etiam
adducebantur, de quibus supra dicta die 17. Maij 1559.

DECISIO DCXXXII.

Taurien. Præpositura.

SVMMARIA.

1 *Gratia qua conditionem continet, vt nisi post sex menses habitum susciperet prouisus, vacaret præpositura, quid operetur.*

2 *Regula de annali, vtrum tueri possit eum, qui non satisfecit conditionibus in gratia sua appositis.*

3 *Regula de annali præcipuè in odium impetrantium est introducta.*

4 *Prorogationem vel dispensationem habuisse quis potest conditionum, & temporis in gratia appositarum, licet pro nunc non appareret.*

5 *Decretum irritans in gratia positum, an & qualiter officiat beneficiato, qui non paruit conditionibus gratia insertis.*

6 *Pontificis voluntas, & intentio, qua & qualis sit ratione conditionum & decreti irritantis in gratia appositarum.*

1 CArolus habuerat commendam, & † in gratia sua di
cebatur, *quod post sex menses habitum suscipere tene-
retur, aliàs præpositura vacaret, &c.* Elapsis multis men-
sibus cum Carolus numquam habitum suscepisset, qui-
dam Ludouicus impetrauit hanc præposituram certo
modo: nunc Carolus se tuebatur regula de annali. Sed
2 † respondebatur obstare ei decreta, quæ sunt in sua gra-
tia, ideo dubitaui, an stantibus decretis, possit se Caro-
lus tueri de annali contra Ludouicum certo modo im-
petrantem. Informantes etiam aliqui ex Dominis eam
ingrediebantur materiam, an detentio ex illis decretis
esset infecta, quod reliqui asserebant, ex decis. 1. Bisig. de
rest. spol. nu. 8. Sarnen. de trien. q. 49. nu. 3. & quia condi
tio fuit protestatiua, Carolusque in culpa fuit, & facit
3 Cassad. 14. super regul. † Alij contra, quia regula princi-
paliter inducta est in odium impetrantium, Sarn. d. reg.
q. 51. Vnde sufficit detentatio, etiam execrabilis, & cau-
sa, de cuius iure non videtur constare. Sarn. q. 58. in fin.
4 Nam potest Carolus † habuisse prorogationem aut di-
spensationem, licet nunc non appareat. Hincque Sar-
nen. q. 52. ait non probari id, quod asserit Cassad. d. de-
cis. 14. super reg. Verum vnus ex Dominis rectè consi-
5 derabat decretum irritans non respicere hanc partem,
videlicet, si Carolus non susceperit habitum infra sex
menses. Nam Papa vult quidem, vt beneficium vacet,
6 sed nihil loquitur de possessione. Decretum autem irri-
tans respicit primam partem, videlicet, ne quis inferior
apponat manum in huiusmodi beneficio; quia frustra
hic dubitabatur, an regula de annali, tollatur a decre-
to, quoniam ad decretum hoc non pertinet: Mandarūt
igitur mihi vt totam gratiam diligēter inspicerem quo-
modo se habeat, vt postea referam.

DECISIO DCXXXIII.

Caualicen. Canonicatus, 7. Octobris 1560.

SVMMARIA.

1 *Collatio beneficij reseruati si fiat ab Ordinario, & alteri per Vicelegatum vigore facultatum sibi concessarum conferatur, vtra collatio præferenda.*

2 *Prouisio noua sufficit etiam ad titulum coloratum, & licet impetrata sit etiam postea quam prouisus ab Ordinario amisit possessionem.*

3 *Possessio prouiso ab Ordinario ab initio fuisse vitiosa dicitur, & infecta quòd in reseruato beneficio capta fuerit, licet Capitulariter.*

4 *Restitutio ad possessionem, qua ab initio nulla fuit, & a iure reprobata, nulla etiam dari potest, & debet.*

5 *Suffragari noua prouisio non dicitur, qua solum titulum tribuat, non possessionem.*

6 *Retrotractio non fit in beneficio in præiudicium iuris medio tempore alteri quæsiti.*

7 *Noua prouisio operatur in futurum, non autem in præteritum.*

8 *Possessionis infecta si fiat mentio in prouisione noua, purgatur vitium, & robur eidem additur.*

9 *Papa possessionem aliàs legitimam per suum decretum inficere potest.*

VAcauerat canonicatus in mense reseruato, Ordi-
1 narius tamen eum statim contulit Bernardo qui
etiam possessionem Capitulariter accepit; Postea Vi-
celegatus Auinionen. vigore facultatum suarum con-
tulit Virgilio qui Bernardum de possessione eiecit: Ber-
nar. nouam prouisionem obtinuit cum expressione men
sis: Nunc cum agebat spolio, primam sententiam tuli
in fauorem Bernardi restitutoriam. Vnde cum pars v-
traq; consensisset in iurisdictionem meam, placuit hoc
dubium proponere, *an scilicet esset locus restitutionis?* in
2 quo non dubitaram ego, nouam prouisionem sufficere
pro titulo colorato, licet ea impetrata sit post possessio-

nem amissam, vt sæpissimè in Rota fuit decisum. Verum
illud mihi dubium erat, ꝙ cum possessio Bernardi, vsq;
3 ab initio fuerit viciata & infecta † prorsus, quia cadat in
mense reseruato, cui obstat regula octo mensium cũ de-
4 creto irritanti, non † potest ad eam dari restitutio, quia
nulla fuit, & a iure reprobata. Cassad. 1. de rest. spol. Nec
5 noua † prouisio suffragabatur, quia illa dat titulum, sed
non possessionem. Secundò, quia in beneficio non fit re-
6 tractatio, Cassad. 5. de præb. nu. 22. Et præsertim in præ-
iudicium iuris medio tempore alteri acquisiti, Cassad. 1.
nu. 16. prout in casu nostro cum Virgilius interim fuerit
in possessione. Tertiò quia sicuti ante impetratam nouã
prouisionem non daretur restitutio Bernardo ob decre-
tũ regulæ reuocatoriæ. Cassad. d. dec. 1. de rest. spol. Rot.
3. de rest. spol. in nou. Ita nec nunc danda est in præiudi-
cium Virgilij, cũ de illius possessione nulla facta sit men
tio in noua prouisione, & cõsequenter sit vitiosa, & sub-
reptitia, quoniam si Papa sciuisset Virgilium acceptasse
beneficium per nouam prouisionem, voluisset eum pri-
7 uare, vnde † noua prouisio operatur in futurum, non au
tem in præteritum, Cassad. 6. de præb. nu. 8. & ita non es-
set locus restitutioni, quia deficit primum extremũ sub-
8 lat. ex decreto irritanti, regula hic non obstante. Contra-
rium omnes probarunt, eo ꝙ in noua prouisione fit men
tio de possessione infecta, cum alijs multis clausulis, ex
quibus Papa purgat vitium illud, atque roborat posses-
sionem illi. Sicuti. n. ex decreto suo potuit possessionem
9 aliàs legitimam inficere, ita potest suam gratiam releua-
re, dummodo de facto saltem processerit possessio, A-
chil. 9. de præben. & 2. de rest. spol. & sentit Cassad. 6.
de prębend. num. 8. ver. in casu verò, &c. & ita semper
seruat Rota, &c. Achill. decis. 7. de præben. & sic ces-
sant ferè omnia contraria. Non obstat id de subreptio-
ne, quia respicit petitorium.

DECISIO DCXXXIV.

Seguntin. Canonicatus, 7. Octobris 1560.

SVMMARIA.

1 *Sententia obtenta in fauorem ex iure iam extincto, vtrum validè admittat sequestrum.*

2 *Sententijs duabus etiam habitis fauorabilibus quando denegetur sequestrum.*

3 *Remissoria data, & cõcessa cum minus veniret ad dãda in tertia instantia, nullũ priuilegium venit concedendum.*

4 *Sequestro pars grauanda non est in prima instantia, cum id regulariter sit probibitum.*

5 *Remissoria tamquam ex priuilegio sententiam ferendam retardat.*

MArtinus obtinuit primam sententiam contra Al-
uarum, & Aluarus cessit iuri suo, postea Marti-
nus etiam obtinuit contra Martinum, sicq; in fauorem
1 Aluari extabant duæ, & in fauorẽ Martini duæ, licet vna
ex his esset ex alio iure, quod iam erat extinctum. Nunc
Martinus petijt & obtinuit remissoriam, Aluarus pete-
bat, vt apponeretur sequestrum ex decis. Io. Pau. 117. Et
quia cum habeat duas in fauorem, & aduersus vnã tan-
tum debet cõcedi sequestrum, Cur. de sequest. in 1. pat.
nu. 14. vers. 8. fallit, & in Clem. 1. de sequestr. num. 7. &
2 26. Rota † respondit non esse locum sequestro. Nam aut
petitur ea ratione, quia habeter ille duas sententias, &
tunc regula est contra eum, nam vbi lata est vna contra-
ria, cessat sequestrum, Cassad. 1. & 2. de sequestr. poss. Io.
Andr. in rub. de sequ. in addit. ad Specul. Imò Martinus
habuit ipse etiam duas. Et licet altera sit ex diuerso iu-
re, tamen satis est eam fuisse canonizatoriam sui iuris.
Non obstat ꝙ ait Curt. super quoniam refert se ad Car-
dinalem in d. Clem. 1. qui nihil de huiusmodi loquitur,
deinde nullam adsert rationem, & vsus Rotę est in con-
trarium: vt retulit Do. de Rubeis, se in hac eadem cau-
sa accepisse a Reuerd. Card. Puteo, quem consuluit pro-
priè super hoc casu, cum caussa coram eo in secunda in-
stantia penderet: aut verò petitur sequestrum, eo quòd
3 Martino datur remissoria, & tunc minus danda est, cum
sit tertia instantia, in qua nullum priuilegiũ datur Mar-
4 tino. Ideo † grauandus non est sequestro, quod regula-
riter est probibitum in prima instantia. Ideo opponitur
vbi petitur remissiotia, quia fit priuilegium petitori con-
5 cedendo ei remissoriam, & retardando † sentẽtiam, quæ
contra eum esset ferenda. Ideo nihil mirum si grauatur
sequestro, & obligat etiam se de stando vnicæ sententię,
Io. Pau. d. decis. 117. At in casu nostro cũ sit tertia instan
tia cessant hæc omnia, & ita stylus Rotæ obseruat. Fuit
pro parte Aluari ostẽsum etiã quoad regressum in caussa
Oueten. Archidiaconatus, vbi in simili casu apparebat
appositum fuisse sequestrum a D. Peregrino, sed respon-
sum fuit partem aduersam forte aut quoquo modo, id
non obstare aduersus rationes iuris, & stylum Rotæ.

DECISIO DCXXXV.

Oueten. Archidiaconatus, 11. Octobt. 1560.

SVMMARIA.

1 *Regressus reseruatio facta ab eo, qui non erat competentis ætatis ob huiusmodi defectum vtrum nulla dici debeat.*

2 *Gratia ita distingui potest, vt alia dici possit pura, conditionalis alia.*

3 *Tempus datæ in conditionali gratia non consideratur, sed ipsius euentus.*

4 *Subreptitia gratia, an dicatur quando quis asseruit in libello ætatem sibi esse idoneam, quam non habet.*

5 *Regressus ob non solutionem pensionum non solent facilè canonizari.*

FVit reseruata pensio Paulo, qui erat ætatis annorum
17. & simul regressus in euentum non solutionis:
factus deinde is maior triginta annorum, cum sibi non
solueretur pensio, petijt regressum canonizari: Oppo-
1 situm fuit, reseruationem † regressus nullam ab initio
fuisse, cum esset ad Archidiaconatum curata, & ipse tũc
esset minor 25. annis, iuxta tex. in cap. si eo tempore, de
rescript. in 6. Abb. c. super ordinata, num. 11. de præben.
Alij contradicebant eo quod in his quæ reseruantur in
aliquem euentum, non attenditur initium temporis, sed
tantum quando subsequitur euentus, Rot. in antiq. 857.
Fel. cap. eam te, num. 18. Rip. num. 23. de rescrip. Ma-
2 teria visa fuit satis difficilis, quoniam hæc distinctio in-
3 ter gratiam puram, & conditionalem, vt scilicet in con-
ditionali non consideretur tempus datæ, sed tempus e-
uentus, est contra text. in c. si eo tempore, de rescript. in
6. quod ita intelligunt, Gem. in c. ei cui, 7. col. & Franc.
col. 4. in fin. vers. nec etiam, de præbend. in 6. Præterea
non procedit, vbi gratia est subreptitia, videlicet, quan-
4 do quis allegauit ætatem, quam non babet idoneam,
Barb. Clem. fin. de rescript. num. 17. Hem. cons. 113. Ve-
rum quoniam replicabant, hæc omnia procedere in gra
tia principali, non autem in accessoria, prout est hæc de
qua agimus, & in simil. Sig. de pens. q. 38. Dominis pla-
5 cuit, nihil in hac quæstione affirmare, cum non soleant
facilè canonizari regressus ob non solutionem pensio-
num: Mandarunt igitur, vt iuberem solui pensiones
omnes præteritas: alioqui parte contumace rursus pro-
ponam dubium super canonizatione regressus.

DECISIO DCXXXVI.

Romana fideicommissi de Valle
14. Octobr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Lis agitata olim super fideicommisso, an præsupponat aduersam partem de ea scientiam habuisse cum ignorantiam prætendat.*

2 *Constare de lite dicitur ex tali, quali lite saltem de facto ex ijs quæ proposita sunt.*

Mater

3 *Mater examinata aliàs in caussa, de qua agitur, haud dubie præsupponit scientiam fily de lite, quam se ignorare prætendit.*

4 *Confessio partis in casu scientia cum ignorantiam prætendat, vtrum sibi præiudicialis existat.*

5 *Aliter vt validè agat in iudicio, de legitimitate ipsius personæ constare debet.*

IN puncto multa erant præsupposita, ex quibus dubitabatur, *an constet de lite super fideicommisso inter partes, inter quas agitur?* Nam cum lis verteretur inter D. Faustinam, & D. Valerium, atque ad excludendam in-
1 tentionem D. Valerij actoris, Faustina, allegaret quandam litem agitatam, olim super hoc fideicommisso, ex quo deinde volebat inferre scientiam D. Valerij: Nunc Valerius in primis negabat illam vmquam litem super hoc fuisse. Hincque ortum fuit præsens dubium, de quo supra. Ad quod Domini responderunt, satis constare de
2 tali, quali lite saltem de facto ex varijs a me præsuppositis, & præsertim ex 5.6.9.13.14.& 15. Nam hæc omnia ostendunt controuersiam iudicialẽ fuisse inter istos super hac caussa, & præsertim testes, de quibus in 14.
3 præsupposito vbi est examinata mater ipsius D. Valerij, & simul decis. Mohed. 155. satis hoc ostendunt. An verò hæc lis legitima fuerit, aut talis quæ officia ipsi Valerio, & ostendat certam illius scientiam, hoc in præsenti firmatum non fuerit. Patet autem Dominis, vt post hac dubitetur aliquid simile, videlicet, *an præsupposita lite tantum de facto constet ex actis, de aliqua sententia D. Valerij qua illi noceat.* vel, *an data lite tantum de facto possit nocere D. Valerio, scientia illius litis in casu, de quo agitur.*
4 In quibus dubijs circumscribi poterit confessione facta per D. Valerium in eius confirmatione, quia de ea erit separatim agendum, quia si Rota concludat, data tantum lite de facto, non posse inde erriri aliquem effectum præiudicialem ipsi D. Valerio, tunc postea erit videndum, *an constet de lite legitima*: quia in re multa dubia erunt necessaria. Primò, circa iurisdictionem competentem motus proprij, *an illa comprehenda etiam fideicom-*
5 *missum inter vitas.* Secundò, *an constet de legitima persona Scipionis actoris stante mutilatione, & lapsu tot annorum cum alijs adminiculis.* Tertiò, circa confessionem Valerij, *an sibi præiudicauerit ita, quòd non potuerit reuocare, & similia.*

DECISIO DCXXXVII.

Romanæ hæred. Bubalorum, 14. Octob. 1560.

SVMMARIA.

1 *Statutum vrbis loquens in generali, vtrum etiam bona mobilia complectatur.*

2 *Societas faciliùs & frequentius in mobilibus, quam immobilibus contrahi solet.*

Et in immobilibus solum, quando veniat intelligendum statutum, vide num. seq.

IN hac caussa multa versabantur dubia, ideo in præsē
1 ti vnum tantum firmatum est, scilicet, *an statutum vrbis comprehenderet etiam mobilia, cum generaliter loquatur, & verba illius satis sint clara*, vt per Tiraquel. in tract. de retract. fol. 45. num. 101. & præsertim, quia com
2 munio illa considerata a statuto, & societas contracta, faciliùs & frequentius contingere solet in rebus mobilibus, quam immobilibus: Vnde nihil dubitarunt Domini de verbi euidentia statuti, in eo etiam comprehendi res mobiles, & ad ea, quæ in contrarium adducebātur, ex Boer. super consuet. Burg. fol. 145. & Afflict. de iure proto. in 3. notab. & Tiraq. de retract. in præfat. num. 35.
3 cum simil. Responderunt ea procedere in illis consuetudinibus particularibus siue constitutionibus, quæ expressè tantum loquuntur in rebus immobilibus. Post hæc autem erit videndum: Primò, *an statutum procedat tantum vbi est factum de non diuidenda re intra certum tempus*, & vide verba illius. Secundò, *an habeat locum in retractu*, de quo, ibi nullum verbum. Tertiò, *an procedat in casu nostro, vbi negotium gestum dicitur in territorio Semone, &c.* Et videndum etiam erit vbi tunc essent animalia. Quartò, quia dicitur D. Stephanum primò prouocasse diuisionem, & non constat de Domini Francisci venditione, nisi post factam diuisionem, ideo vidẽdum erit, quid de stylo huius Vrbis, qui dicitur omnia generaliter comprehendere.

DECISIO DCXXXVIII.

Burgen. Iurisdict. 16. Octob. 1560.

SVMMARIA.

1 *Attentata a parte, quomodo possint constare in casu iurisdictionis.*

2 *Lite nondum mota si pars fuit in possessione iurium, de quibus agitur.*

3 *Breue Apostolicũ eximẽs Canonicos a iurisdictione Episcopi sui, quod prosit ratione attentatorũ prætensorũ.*

4 *Lite pendente priuilegium exemptionis, quid operetur a Pontifice parti concessum.*

5 *Breue eximens canonicos ab Ordinarii iurisdictione, an faciat eam deuolui ad ipsum Capitulum.*

6 *Iurisdictio licet in totum non dicatur deuoluta ad Capitulum si quid fiat, non debet dici attentatum, sed potius nullum & iniustum.*

7 *Breue subreptitium vbi prætenditur, vtrum probet iurisdictionem.*

8 *Titulus saltem coloratus præfigi actibus vtrum possit, qui a parte rationibus & iuribus tueri possunt.*

CVm aliàs in hac caussa conclusum fuisset constare de attentatis ex parte Episcopi: nunc dubitatur,
1 *an constet de attentatis pro parte Capituli, stante Bulla Innocentij, & Priuilegio Leonis, & Clementis simul cũ cõmissione, & præfixione termini, prout in actis?* Dñi multa diligenter considerarunt, & potius sentiunt non constare de attentatis circumscriptis aliquibus, prout infra dicā.
2 Primò dixerunt videndum esse, *an constet † ante litem motam Capitulum fuisse in quasi possessione exercendi omnia illa?* Nam tunc diceretur non attentasse, quia qui continuati, non attentat. vnde videndi erunt testes, & an vnus sufficiat accedente publica Bulla Innocentiana. Secũdò quia Episcopus prætendit canonicos attẽtasse in varijs actibus, Canonici autem negant, hos gestos fuisse mandato Capituli, videndum erit, quomodo hæc res se habeat. Tertiò considerandi erunt actus singuli in quibus dicitur Canonicos eiusmodi attentasse. Nam in quibusdam potest Capitulum de iure communi absque Episcopo procedere, vnde nec hi dicerentur attentasse. Quartò præsupposito, quòd etiam Canonici ab omnib. supradictis essent exclusi: tamen adhuc videtur Dominis eos
3 non attentasse stante † Breui Clementis, quod eximit eos a iurisdictione Episcopi. Vnde non obstant tria, quæ ab Episcopo deducuntur. Primò, quod per exemptionem fuerit recessum a terminis iuris communis simul cum præfixione termini. Nam respondetur Canonicos prætẽdere duplicem exemptionem, alteram antiquissimã ab immemorabili tempore narratam in Breui Clementis, alteram concessam a Clemente durante lite: igitur præfixio termini pertinet, quoad probandum illam antiquissimam, interim † aũt durante lite, durat etiam exẽptio
4 concessa a Clemente. Secũdò, φ licet Canonici fuerint exempti a iurisdictione Episcopi, non tamẽ licuit carcerare, excommunicare, conferre canonicatus, & ita exercere iura Episcopalia, cum aliud fit, exemptum esse a iurisdictione Episcopi, aliud exercere ea, φ Episcopo, aut Papæ competunt. Nam responsum fuit: Primò, Breue Clementis valde generale esse, & fortasse omnia hæc illius concedere. Secundò, quòd † tum per Breue il-
5 lud Episcopus sit, quodammodo sublatus de medio, tota iurisdictio dicitur deuoluta esse ad Capitulum, sicut quando præscripsit, aut quando est consuetudo, circa-

c.irrefragabilis, §.excessus, de off.ord.præsertim cum in
his locus sit iuri accrescendi. Tertiò respōdetur, quam-
6 uis †etiam hac iurisdictio in totum non diceretur deuo
luta ad Capitulum, tñ ideò non possunt dici attentata
quoad Episcopū, sed potius dicerētur actus nulli, & in-
iusti, in quib. non caderet illa consideratio attentatorū,
quinimò vidēdū esset, an stante hac præscriptione cano
nicorum iurisdictio horū actuum pertineat ad Papam,
an verò ad executores in breui, aut alios. Tertiò pro par
7 te Episcopi dicebatur breue †hoc Clemētis esse subrepti
tium, & ideò nullā probare iurisdictionē: Quaptopter
Dñi mandarūt, vt de his vltimis duab. obiectionib. Epi-
scopi dubitetur, s. quoad deuolutionē iurisdictionis, &
8 quo ad subreptionem breuis, an saltē ex ea †oriatur titu
lus coloratus, ex quo Canonici possint tueri ea, quæ ab
illis sunt gesta. Quoad obiectionē aūt Episcopi, ꝙ sicut
ꝓut alias conclusum fuit dē, eum attētasse, quia solus
processit, ita & nunc de Canonicis debeat iudicari, faci-
lis fuit responsio, cum diuersa sit ratio. Nam Canonici
prætēdunt se exemptos, & ostēdūt breue Clemētis: Eps
autem nititur Bulla Innocentij, quæ facit contra illum.

DECISIO DCXXXIX.

Romanæ hæreditatis de Comitib.

21. Octob. 1560.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata in fauorem, vtrum sit valida non obstante regula, de non tollendo iure quæsito.*

2 *Iure quæsito, an sufficienter dicatur derogatum facta in specie derogatione vigore motus proprij.*

3 *Ius quæsitum via iudiciaria, & de iure ciuili facile potest a principio tolli.*

4 *Rescriptum habens clausulam, non obstante regula Cancellariæ, & alijs similibus, quid operetur, præsertim cum mentem concedentis ostendat.*

5 *Rescriptum ex non plenaria relatione narratorum, vtrū subreptitium dici debeat, maximè nulla facta mentione ratificationis principalis.*

6 *Restitutio ob factum alienum facilius dari solet, quàm proprium.*

7 *Rescriptum vtrum ex eo, quòd non sit simpliciter gratiosum, sed ad lites, debeat dici subreptitium.*

PLacuit in hac caussa reuerti ad quoddam dubium,
quod aliàs imperfectum fuerat omissum, videlicet,
stante rescripto sacri Concilij, quod Dominis datur,
1 *an sententia A.C. in fauorem D. Torquati fuerit valida,*
non obstante regula de non tollendo iure quæsito? Domini ni
hil fere firmarunt, sed tñ potius sentiebāt obstare supra-
dictam regulam. Primò dubitarunt de facultate Cardi
nalis, qui signauit commissionem, an potuerit derogare
iuri quæsito cum hoc sit solius Papæ, nec ad alium spe-
ctet, Fel. in c.fi.nu.4.in glo.6. vnde videndus erit motus
proprius, & consensus a Papa, aut si aliundè constet de
eius facultate. Secundò dubitarunt præsupposita facul-
2 tate Cardinalis, † an sufficienter derogatum fuerit iuri
quæsito, cum in specie derogatum non sit reg. de non
tollendo iure, vt per Sam. in d.reg.q.1.versic. & ista om
nia, &c. Quia in tō non placuit illis quædam ratio addu
cta pro parte Dom. Torquati, ꝙ ius illud quæsitum ex
dispositione, l.fi.C. de codicill. esset ius quoddam specia
le, & extraordinarium, cui potest derogari per Sarnen.
q.6.in dicta regula. Nam imò dixerunt hoc ius esse legi-
timum & commune, cum oriatur ex d.l.fi. redacta in
3 corpore iuris, de eo potius dubitabant, † quòd cum id
ius sit quæsitum via iudiciaria, & de iure ciuili, potuit fa
cile tolli a principe, sicut dicitur de sententia & re iudic.
Abb.cons.84.in princ. Mohed.43. & præsertim, quia in
4 hoc rescripto adest † clausula, non obstante regula Cā-
cellariæ, cum alijs clausulis amplissimis, quæ ostendunt
mentem concedentis, absque alia derogatione in spe-
cie dictæ regulæ, Ægid.533. Rebuff. de reg.num.15. Pa-
5 ris.cons.5.nu.in 4. Tertia fuit dubitatio, an †rescriptum
possit sibi subreptitium, quia nō omnia essent plenè nar
rata, cum nihil dictum fuerit de ratificatione principa-
lis cum iuramento. Et licet exposita fuerint gesta a pro-
curatore, qui potuit præiudicare, tñ multum refert illud
omissum fuisse, quod propriè pertinebat ad factum prin
6 cipalis, †cum facilius detur restitutio ob factum alienū,
quàm proprium, & maximè cum iuramento, quòd erat
omnino exprimendum, & ideo Sarnen. verba resonan-
tia factum procuratoris sunt, sub inuolucro quodā nec
satis clara. Aliqui tamen dicebant, quoad hoc certè du-
7 bitari posse, an rescriptum hoc sit † subreptitium, eo, ꝙ
non sit simpliciter gratiosum, sed potius ad lites. Quar-
ta fuit dubitatio, an concessum fuerit a Cardinali, cum
signatura illius dicat, D. Auditor procedat, vt petitur, &
iustitiam faciat. Nam videtur restrinxisse decisionē cau
sæ ad terminos iuris, Crescen.47. Ias. l. iustitia, de iust &
iure. Dictum fuit videndum esse, an ius, quod prætendi
tur quæsitum fratribus de Comitibus ex dispositione d.
l.fi. subiacet aliquibus limitationibus Doctorum in illa
lege, aut videndum de ratificatione D. Torquati, aut alī
quod illud caput aggrediendum.

DECISIO DCXL.

Auximan. Bonorum, 21. Octobr. 1560.

SVMMARIA.

1 *Non possidens & actor, vbi de contrauentione, non constat, vtrum de ea docere debeat, an pars ea.*

2 *Lite ex diuersis caussis orta, cui incumbat laudi, vel contrauentionis probatio.*

3 *Debitor, vbi opponit contra creditorem, agens non tenetur ad probationes.*

PEtrus Antonius agebat vigore contractus, vbi dona
ta sibi fuerant omnia bona a Faustina, filiæ excipie-
bant in donatione non contineri ea, de quibus antea fue
rat compromissum, & laudum subsequutum: Petrus
Antonius replicabat laudum id nullum fuisse, nec a par
tibus seruatum. Hinc dubitaui stante laudo, prout stat,
an constet de contrauentione maritorum siue vxorum?
1 Domini responderunt †non constare de contrauentio-
ne, nisi Petrus Antonius hoc doceat, cui incumbit hoc
onus probandi: Ipse enim non possidet & est actor, fun-
datque intentionem suam super donatione, filiæ exci-
piunt de laudo, ipse replicat de cōtrauentione, ergo hoc
ille probare tenetur, per iura vulgaria. Nec obstant tria
a parte Petri Antonij deducta. Et primo sententia quę-
dam super alimentis lata, contra filias in fauorem Fau-
stinæ donantis, nam hæc lis potuit oriri ex diuersis cau
2 sis, nec † hic refertur ad laudi contrauentionem, vel ꝗa
ipsa prætendebat propria auctoritate ea percipere, uel
quia isti erant in mora soluendi, vel aliūde. Non obstat,
quod in laudo nec acceptetur illa clausula, de fructibus
communicandis, quoniam, vt dicunt verba laudi, non
acceptarunt non refutarunt, deinde hoc nihil pertinet
3 ad Faustinam. Non obstat tertio, quod †vbi debitor op-
ponit, contra creditorem agens, non teneatur probare:
nam in hoc argumento præsupponitur Petrum Anto-
nium esse creditorem omnium bonorum, & tamen hoc
est, de quo disputatur, & vltimo a parte negatur. Nisi
igitur Petrus Antonius clarè probet contrauentionem,
potest obtinere, & inhibitio danda erit aduersarijs, iux-
ta commissionem impetratam, nisi aliud in contrarium
a Petro Antonio ostendatur.

DECISIO DCXLI.

Sequestri die 25. Octobris 1561.

SVMMARIA.

1 *Commissio signata arbitrio intelligenda est, prout de iure, iuxta stylum Rotæ.*

2 *Commissa caussa spolij, & attentatorum, prius, quàm ꝗ est*
pegoe

negotium principale perueniatur, videndum est, quomodo se habeat spolium cum attentatis.

3 *Sententia si dicat possessionem in pristinum statum restituendam, intelligitur de statu bono & legitimo.*

4 *Condemnata pars, & quæ cessit, non potest petere restitutionem.*

5 *Docens de statu aliquo possessionis suæ restituibili ipsi possessio est restituenda.*

DVbium proposui præsupposita cessione Cardinalis, & resolutionib. alias factis, *an sit tradenda possessio Petro, vel Archiepiscopo, vel sequestrãda, & interim procedendum in petitorio stante præsertim commissione signata arbitro.* Domini circa hoc dubium in primis con
1 cluserunt, † commissionem signatam arbitro intelligen
dum esse, prout de iure, & ita stylum Rotæ in huiusmo-
2 di cõmissionib. obseruare. † Propterea, cũ hic sit cõmis
sa caussa spolij, & attentatorum, prius videndum esset,
quõ hæc se habeant, antequã ad negotiũ principale per-
ueniatur. Quare dixerunt Dñi, cum cessio Cardinalis
3 referat se ad sniam bonæ mem. Iunij, & † sententia di-
cat possessionẽ ad pristinũ statum, de quo in executione
constabit, restituendã, hunc statum intelligi de statu bo
no, & legitimo, nõ aũt de facto tñ, prout ẽt alias coram
eodem Iunio die 20. Octobr. 1557. conclusum fuit. Et
hanc eamdem decisionem Domini omnes confirmarũt.
Cui vero possessio sit tradenda dixerunt. Cardinali qd
4 non esse restituendum, qui condemnatus fuit & cessit:
minus etiam Archiepiscopo, qui dicitur spoliasse: de Pe
tro autem nihil firmarũt, sed dixerunt post hac particu
5 lariter de hoc dubitandum esse, an Petrus doceat de
statu aliquo possessionis suæ restituibili. Nam si docue-
rit, possessio vtique erit illi restituenda, si minus, erit
ad negotium principale veniendum.

DECISIO DCXLII.

Calagurit. vnionis, 25. Octob. 1561.

SVMMARIA.

1 *Vnionem præcipuè, & principaliter caussa Decimarum factam verba vnionis declarare possunt.*

2 *Disponentes intentio potissimum ex caussa finali manifesta apparet.*

3 *Vnio adhuc in vigore est non potest dici dissoluta.*

4 *Sententia iusta re vera existente, quæ præsupponitur esse iniustæ venit omnimodo confirmanda.*

DAta fuit copia testiũ ab vtraq; parte vnionis, inde
1 quæsiui, *an † vnio fuerit facta principaliter propter
decimas & testes prebent super his ortas fuisse differentias?*
Quoad primam partẽ conclusum fuit, vnionem factam
fuisse principaliter ꝓpter decimas, vt patet clare ex ver-
bis ipsius. Et quia hæc caussa exprimitur in procemio
vnionis, vnde dicitur finalis, Soc.iun.cons.159.nu.20.
& 30.Dec.cons.164.nu.13.Aim.cons.292.nu.21.Caus-
2 sa † enim finalis ostẽdit principalem intentionem dispo
nentis, Bal. in prima constitutione, C.§.quibus, ver.2. su
mitur, Paris. cons.72. nu.53. in 4. An aũt caussæ ibi ex-
presse essent æque principales, aut magis accessoriæ, non
fuit firmatum, quia erat extra punctum. Sed tñ sentire
videbantur, quod ista ob decimas sit principalis: quãuis
alia ibi expressa hodie cessarent, tñ vnionem non dissol-
3 uendã, cũ hodie & vigeat, §. affinitatis. Instit. de nupt.
Alex.cõs.64.nu.... in 7. Quoad secundam partẽ ab om-
nib. tñsum fuit, ex testib. non probari illã differentiam
super decimis, quinimo oriri pacem & concordiam: &
4 ex his mãdarunt mihi, vt videam decisiones antea fa-
ctas, quia cũ agatur de notoria iniustitia sententiæ ordi
narij, & hactenus appareat iustam fuisse, & vnio sit an-
tiquissima vltra 200. ann. causa dum pẽdeat, videtur
esse expẽdienda, & sententia ordinarij confirmanda.

DECISIO DCXLIII.

Romanæ domus, & Viridarij, 30. Octob. 1561.

SVMMARIA.

1 *Regula, dolo facis, in possessoriis non admittitur, cum ex aliis regulis sit tutus in iure.*

2 *Restitutio in spolio violento de iure numquam impediri potest, nec debet.*

3 *Inuito creditore aliud pro alio solui non potest.*

4 *Inuitus ad pecuniæ receptionem cogitur pro domo, quæ subiacet restitutioni.*

ALiàs pronunciaueram in hac causa in fauorem Iulij restituendum esse ad illum statum, in quo erat mater sua tempore, quo fuit è domo eiecta. Nam aduersarius obijciebat velle se illi restituere pecunias, quas mater potuerat prætendere suas, illius domus ratione, & hypothecæ suæ dotis, & ita eam non admittere in domum. Hinc dubitaui, *an exequutio sententiæ debeat impediri ex oblatione huius pecuniæ?* Responsum fuit, in primis Iulium restituendum esse integre ad statum matris suæ iuxta tenorem sententiæ, cum in possessorijs non admittatur regula dolo facis, cum ex alijs rationibus sit tutus in iure, Rota 15. de restitut. spoliat. in nou.
2 Aim.cons.140.numero 3.Paris.cons.105.in 3.Nec † vn-
quam in iure reperitur impediri restitutionẽ, quia præ-
sertim Iulius velit afferre, præsertim in spolio violento,
quale est hoc, de quo nos agimus. Præterea cũ regula sit
3 aliud pro † alio inuito creditore solui non posse, l. 2.§.1.
4 si cer.pet. Nam debet Iulius inuitus cogi, vt acceptet pe
cuniam cum sibi competat ius restitutorium ad domũ.
Accedit, quòd Iulius non tantum prætendit hanc pecu-
niam sibi deberi ratione hypothecæ, sed etiam donatio-
nis propter nuptias, & fructus decursos, & expensas, &
alia quæ commodius deducit, erit etiam in pristinum
statum restitutus. Nec ius patitur, vt dum expellitur il-
le a domo, expulsus taceat. Quæ in contrarium adduce-
bantur, possent procedere, si actum fuisset actione hypo
thecaria, sed hic agitur de spolio violento.

DECISIO DCXLIV.

Cremon. Prioratus, 30. Octobr. 1561.

SVMMARIA.

1 *Compulsoriales cum termino dierum aliquot decernuntur ad iurium productionem in forma probanti.*

2 *Formam iudex ex eo, quod nudus minister est, & limitatã iurisdictionem habeat, parti immutare non potest.*

3 *Spatium temporis in compulsorialibus ad iurium productionem appositum, non solum conceditur ad partium fauorem, sed etiam notariorum.*

4 *Citatus vt compareat intra decendium primò die comparens satisfecit citationi.*

5 *Pars etiam post terminum sibi assignatum potest opponere.*

1 DEcretæ fuerunt litteræ Compulsoriales cũ termino
duodecim dierum ad exhibendum iura in forma;
Iudex compulsor restrinxit terminum ad sex dies con-
sensu Notariorum, qui produxerunt iura. Pars aduer-
sa protestata fuit de nullitate iurium extractorum. Di-
cebat enim pars hunc terminum 12.dierum restitutum
2 fuisse exequutori pro forma, quam ipse immutare non
potuit, cum sit nudus minister, & limitatam habeat iu-
risdictionem, cap.fin.§.1.de off.delegat. Not. 10.in nou.
3 Dec.consil.604.nu. 10.& maximè, quia † hoc spatium
temporis videtur appositum, non tantum fauore No-
tariorum, sed etiam partis, vt possit opponere, si quid
velit contra iura, vnde ipse in his, cum ea producun-
tur, est citandus, Rota 1. de fide instrum. in nou. Guid.
Pap. in tract. de lit. compul. Rota dicta decis. 10. Verum
contrarium ab omnibus probatum fuit, quia tempus
illud fauore tantum Notariorum inductũ fuit. Ideo-
que cum ipse consenserit breuiori tempore, dubium
non est actum valere, cum fauori cuilibet poterit re-
nunciare. Franc.cap.cũ sit Rom. nu.16. de appell. Rot.
in nou.37.de appellat.numer.3. sicuti cum quis citatus
4 est, vt compareat intra decem dies, si primo die veniat,
dicitur

dicitur satisfecisse. Non obstat, quòd dicatur de fauore
5 partis, quia † etiam post lapsum terminum pars potest
opponere, immo etiam tunc producuntur in Curia, si in
partibus nihil opposuit.

DECISIO DCXLV.

Vercellen. siue nullius, 30. Octobr. 1561.

SVMMARIVM.

1 *Regressus canonizari non debet obstante ætate minorum, clericatu non adepto debito tempore, resignatione, & violatione sequestri.*

1 MVlta obijciebantur, ne † regressus Alexandri ca-
nonizaretur, videlicet, quoad ætatem, clericatũ,
resignationem, & violationem sequestri, quę q̃m mul-
tum pendebat a facto, placuit vt eam separatim videã,
quomodo se habeat & expediam, prout iuris erit.

DECISIO DCXLVI.

Ilcinen. Canonicatus, 8. Nouemb. 1561.

SVMMARIA.

1 *Canonicatus possessio capta a Camera non capitulariter, an rata sit habenda.*

2 *Rota mandans deputatis executoribus, vt possessionem capiant, vtrum capta firma & rata habenda sit, ac si non capitulariter capta fuerit.*

3 *Duobus tantum Canonicis existentibus, vtrum vni datam fuisse possessionẽ beneficij vacantis priuatim sufficiat.*

4 *Capitulum etiam in duobus tantum Canonicis potest consistere, vnde & capitulares actus exercere possunt.*

6 *Notarius a tergo breuis dicens possessionem captam seruatis seruandis, an sufficiat id ad fidem faciendam eam capitulariter captam.*

Quę quidem verba, scilicet, seruatis seruãdis, cũ iuris sint verba, prolata a notario, fidem non faciunt, num. seq.

7 *Notario vtrum hęc verba, seruatis seruãdis, liceat interpretari ad proprium suum sensum.*

ALiàs conclusum fuerat corã D. Caputaquens. pos-
1 sessionẽ captam per executores † nomine Came-
ræ huius canonicatus, non esse considerabilem, quia nõ
capta fuit capitulariter, iuxta decis. Cassad. 8. de caussa
pos. & propriet. Nam productis quibusdã alijs corã me
dubitatũ, *an stãte breui Apostolico, de quo in actis, & quod in ciuitate Ilarien. tempore executionis dicti breuis, non aderant nisi duo canonici, quorum vnus erat executor, alter erat exhibitor testis in actis.* Item stantib. verbis notarij
in executione dicti instrumẽti, ac fide illius vltimo pro-
ducta, quæritur, *an prædicta possessio dicatur fuisse canonizata, ad effectũ de quo agitur?* Domini dubium hoc in plu
2 res partes distinxerunt. Et primo loco quęsitum, *an † ex quo Rota mandauit executoribus deputatis, vt caperent possessionẽ nomine Cameræ, sufficeret possessio tradita non capitulariter.* Quia in iure licet varias allegarent auctorita-
tes, quia cũ hæc executio nudè facta sit, non est necessa-
ria alia Capituli canonizatio, sed sufficit separatim ca-
nonicos possessionem dare, Fel. c. cum omnes, nu. 26. cũ
nu. 16. & seq. de rescript. Staph. pag. 17. in vers. 9. & vlt.
Attamen visa fuit hæc opinio nimium restringere decis.
Cassad. 8. de causs. possess. & propriet. & 12. in nou. de
restitut. spoliat. Nam aliàs daretur casus rarò, in quo ne-
cesse esset, possessionem capi capitulariter, cum Papa in
suis prouisionibus, sẽper det executoriales: Ideo quic-
quid de iure dici posset, placuit Dominis, stantib. etiam
d. decis. 8. Cassad. cum ille attestetur palatium ita obser-
uare, prout etiam retuli in alia decisione. Secundò quæ-
3 rebatur, *an ex quo † duo canonici tantum tunc aderant, vnio illorum priuatim dedisse possessionem?* Responsum
4 fuit sine dubitatione id non sufficere, cum Capitulum
etiam potest consistere in duob. Abb. c. 1. nu. 5. de elect.
l. sicut, §. fi. quod cuiusq; vniuers. nom. vbi Bart. & Cast.
vnde debuit tradi possessio capitulariter, non vt a sin-
gulis, Ang. cons. 243. Fel. cap. cum te, de rescr. nu. 24. &
seq. Corn. cons. 63. in 4. nu. 4. Fel. in cap. cum omnes, nu.
5 41. de const. Tertiò † quia notarius a tergo Breuis dice-
bat, possessionem captam fuisse seruatis seruandis, dubi-
tatũ etiam, *an id sufficit?* Ad quod responsum fuit, hoc
6 non satis esse, cum hæc † sint verba iuris, quæ prolata a
notario fidem non faciunt, Old. cons. 262. nu. 4. Aim. de
antiq. temp. 18. in 1. par. nu. vlt. quæsitum fuit, an liceat
7 notario, ea † verba interpretari, aut totum illum actum
latius declarare, prout in fide nuper producta? Et quo-
ad hoc, dictum fuit dubium restringi posse, nisi prius
pars clarius per testium depositiones probare velit pos-
sessionem captam capitulariter.

DECISIO DCXLVII.

Legionen. Canonicatus.

SVMMARIA.

1 *Veniens ex cessione, & petens ad partes dilationes, vtrum eas debeat obtinere, præsertim, cum sit persona noua in iudicio.*

2 *Compulsoriales passim dantur, licet non constet, an sint releuantes necne, quando sunt generales.*

3 *Remissoria numquam concedi solet, quin releuans sit, idque ne aduersarius inutilibus grauetur expensis, idque ex stylo curiæ, a quo non est tenore recedendum.*

4 *Parti vbi plene satisfactum non fuit, non potest concedi absolutio in foro pœnitentiali.*

CHristophorus petebat dilationes ad partes contra
Petrũ de Prado, venientem ex cessione sibi nuper
facta a Petro de Vltarello: Petrus aũt Prado petebat
remissoriam ad examinandum Ioan. de Valderas sine
retardatione sententiæ, quæritur quid iuris? Quoad
1 dilationes dictũ fuit eas denegari non posse, cum Petrus
de Prado sit noua persona. Cassad. 99. quoad remisso-
riam cõputatur pro vnico tm̃ teste, quia nominatur, &
sine retardatione iudicium aliquib. concedenda esse vĩ
2 detur, Put. 5. de dilat. & non cõtenditur de releuantia,
prout dantur passim cõpulsoriales generales: nec discu-
titur, an releuent, aut minus. Contrariũ tamen fuit fir-
3 matum, quia remissoria numquam datur, quin sit rele-
uans, ne pars aduersa inutili grauetur expẽsa, Boer. 29.
299. nu. 25. Cassad. 1. & 2. de dilat. Et ita stylus noster
seruat, a quo non est recedendum, vt fuit decisum caus-
sa Brix. de qua nu. 302. Circa tria ergo videndum erit,
an releuet. Primò, quia Christophorus ait eam gratiam
fuisse consumptam. Secundò, quia ait absolutionẽ non
4 factam fuisse in foro pœnitentiali. Tertiò, quia ait nõ-
dum parti plenè satisfactum fuisse, vnde nec absolutio-
nem illi concedi potuisse. Dum igitur hæc discutientur,
poterit Petrus Prado, si velit, interim illum examinare
coram D. Oradino, iuxta Rot. 3. de testib. in antiq. po-
stea quam videbatur, an sufficiat.

DECISIO DCXLVIII.

Rom. fideicomm. de Valle, 13. Nouemb. 1561.

SVMMARIA.

1 *Frustranea est disputatio de restitutione in integrũ, vbi non probatur a parte de hæreditatis aditione, & nu. 3.*

2 *Expensas reficere, an teneatur pars, aut in integrum restitutioni renunciare, antequam in negotio principali fideicommissi procedatur.*

4 *Præscriptionis exceptio, vtrum litis dici possit ingressum impedire, an vt ea non discussa in negotio principali procedi non possit, & nu. 7.*

5 *Inuentarij ob non confectionem, vtrum restitutio in integrum peti possit.*

6 *Quadriennij lapsus dici non potest, nisi post habitam scientiam læsionis in casu in integrum restitutionis petitæ.*

CVm vellem prosequi dubiũ, alias mihi constitutũ
a Rota, *an constaret de scientia Valerij, quoad effectũ restitutionis in integrum?* Fuit oppositũ pro parte aduer-
1 sa † frustra disputari de restitutione, cum Valerius ad-
huc non probauerit in actis additionem hæreditatis. Et
cum iam Valerius responderet velle se, vt procedatur

in

2 in negotio † principali fideicommissi, propterea quæri-
tur, an possit, nisi prius renunciet restitutioni in integrũ,
3 aut saltem in eo reficiat expensas? Et † si vellet procede-
re in caussa restitutionis, *an teneatur prius exhibere aditio
nem hæreditatis?* Quoad primam partem dubij: Nam
cum Valerius, fuit dictum, primo loco egerit ad fidei-
commissum quod est negotium principale, cui fuit du-
pliciter oppositum. Primò de præscriptione, ad quam
D. Valerius petijt restitutionem, & super ea produxit
sententiam in sui fauorem a Senatore latam, a qua de-
mum fuit appellatum, & caussa adhuc pendet. Vnde
4 cum hæc exceptio † præscriptionis impediat litis ingres-
sum, & super ea caussa sit adhuc indecisa, non potest, do
nec ea discutiatur, cognosci de negotio principali. Secũ-
dò fuit oppositum de renunciatione fideicommissi pro-
pter diuisionem factam ab auctoribus D. Valerij, quib.
ipse successit: Cuius occasione D. Valerius petijt restitu
5 tionem in integrum, † ob non confectionem inuentarij,
contra quam pars replicauit lapsum esse quadriẽnium,
de quo nunc disputatur, quia Valerius ait, nondum esse
6 lapsum, cum non currat † nisi a die scientiæ læsionis.
Donec igitur omnia discutiantur, quæ pertinent ad hoc
caput renunciationis fideicommissi, non potest agi de
negotio principali, cum hæc exceptio renunciationis
7 † impediat litis ingressum. Quoad aliam partem dubij,
an Valerius teneatur exhibere aditionem hæreditatis,
& an Valerius in suis commissionibus, aut exceptioni-
bus fateatur aditam hæreditatem, pro nunc nihil fuit
dictum.

DECISIO DCXLIX.

Caputaquen. pensionis. 13. Nouemb.

SVMMARIA.

1 *Exceptio nullitatis ratione non clericatus in euentum litte-
rarum, an possit referri.*
*Talisque exceptio vbi non ex litteris, sed ex actis probatur,
quid operetur, nu. seq.*
3 *Vt litterarum aliquando pensio dicitur posse annullari, idq.
vbi ex litterarum ventre oritur, retardatque solutio-
nem.*
4 *Litteris si clausula inscripta sit, postquam clericali chara-
ctere ex nunc, prout ex tunc, quid operetur.*
5 *Papa non præsupponitur velle pensionis reseruationem con-
cedi debere non clerico.*

DVbium fuit stante commissione vltimo loco pro
parte Episcopi impetrata, & præsentata, ac regu-
la, de qua in litteris, an ex his, quæ opponuntur pro par-
te Episcopi de non clericatu dicti Dom. Prosperi, obstet
1 exceptio nullitatis in euentum litterarum, ita vt conce-
di non possint cum clausula, sine solutione pension. exe-
cutiua. Nihil firmatum fuit: Quoniam tres tantum Au
ditores aderant, & illi inter se non satis conueniebant.
Pro discussione tamen materiæ tres casus ab aliquibus
2 considerabantur. Primus est, vbi exceptio, quæ opponi-
tur, non probatur ex litteris ipsis, sed ex actis productis,
& tunc hæc exceptio non dicitur oriri ex ventre littera-
rum, eo, quod non retardat solutionem pensionum. Se-
3 cundus est, vbi in litteris annullatur ipsa pensio vt est ca
sus Cassad. 10. de rescrip. & tunc oritur ex ventre, retar-
4 datq. solutionem. Tertius est, vbi in litteris adest clausu
la, *post quam clericali charactere ex nunc, prout ex tunc,
&c.* Et tunc dubium videtur, an hæ clausulæ referan-
tur tantum ad exactionem pensionum, an etiam ad assi-
gnationem, & reseruationem ipsius. Nã aliqui sentiunt,
necessariò referendas esse ad reseruationem. Nam si Pa
pa voluit, pensionem exigere potest, ideo multo magis
5 videtur voluisse, vt illi non sit reseruata pẽsio, nisi post-
quam clericus fuit: plus enim est, habilem esse ad obti-
nendum titulum possessionis, quam illum exigendum.
Quare dixerunt, vt dubium restringatur, stante com-
missione vltimo præsentata, & litteris Prosperi in his
verbis, *post quam clericali, &c. & ex nunc, prout ex tunc,*
an procedendum sit cum clausula sine retardatione so-
lutionis, aut sine dicta clausula. Prætendebat etiam iam
D. Archiepiscopus non fuisse hoc dubium necessarium,
propter resolutionem vltimo factam in hac caussa, scili-
cet, quoniam commisso Prosperi post illam fuit impetra
ta, dictum fuit, vt curet Archiepiscopus illam habere,
si velit reformare.

DECISIO DCL.

Romana domus, & ordinarij, 13. Nouemb. 1561.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in promptu habens ratione melioramentorum
factorum in domo antè litem motam, an medietatẽ ipsius
domus debeat obtinere.*

DIctum fuit, quod mittatur Iulius in possessionem
domus pro dimidia: deinde alia dimidia nunc re-
1 linquatur D. Alphonso, qui habet in promptu probatio
nes ad docendum liquidè de melioramentis factis ante
motam litem. Quoad alia probanda non admittuntur,
cum sint publicati testes, & pro parte Iulij omnia clarè
probata, quoad spolium, & statum matris, & absentiam
aliorum fratrum, ac diuisionem bonorum factã a patre.

DECISIO DCLI.

Hispalen. beneficij de Moron. 15. April. 1561.

SVMMARIA.

1 *Canonizatoria obtenta peti potest, & declaratoria conces-
sio in fauorem partis actricis ob non paritionem monito
rij partis aduersæ.*
2 *Iudex semel suo functus officio in concessione canonizato-
ria, vtrum via executiua progredi possit.*
*Et vtrum via executiua progredi possit super possessorio ad
declaratoriam, nu. seq.*
4 *Manifestè contumax volens numquam permittere, vt appo
natur sequestrum, dignissimus est quouis rigore.*

IN hac caussa habebam facultatem proceden. execu-
tiuè, prout coram Aud. Cameræ etiam pridem fue-
rat exequutum monitorium, & seruati omnes termini.
Caussa autem in Rota sæpius proposita, cum dedissem
1 canonizatoriam in fauorem Thomæ contra Michaelẽ,
ideo nunc Thomas petebat, vt darem ei declaratoriam,
& omnia executiua ob nõ paritionem monitorij. Cum-
que agentes Melchioris negarent id fieri posse, quia
2 iam functus fueram officio meo, & elegeram viam pro-
3 cedendi ordinariè: tamen omnes responderunt, dixe-
runtque certè me procedere ad declaratoriam posse
via exequutiua super possessorio, cum caussa monito-
ria a me dicta respiciat petitorium, quod nihil commu-
ne, Io. And. c. pastorali, col. pen. de cau. poss. & propriè.
vbi Abb. num. 32. ver. ad tertiam. Et hoc eo magis, quia
Melchior est in manifesta contumacia, cum numquam
voluerit permittere, vt apponatur sequestrum, & quoti
die tenetur venire ad iudicium nostrum, vnde dignissi-
mus est quocumque rigore.

DECISIO DCLII.

Cameracen. Canonic. 2. Nouemb. 1561.

SVMMARIA.

1 *Coadiutoria concessa cum spe futuræ successionis, cum clau-
sulis amplissimis, an obijci possit quidpiam de subre-
ptione.*
2 *Plenè non iustificans intentionem suam, vtrum etiam in
tertia instantia remissoriam petere possit.*
3 *Gratia coadiutoria partis, vtrum impediat remissoria con-
cessionem a parte aduersa petitam.*
4 *Commissio impugnatoria ipsius gratiæ coadiutoriæ, an dari
possit.*
5 *Iustificata satis gratia, & sufficienter ex testibus examina
tis deducta, quæ concernit coadiutoriam remissoria peti-
ta ab aduersario, non est releuans, secus si non satis fue-
rit iustificata.*

CLaudius impetrauerat per obitum Petri Iosephi,
Ludouicus aduersarius erat in possessione, tue-
batur

1 baturque se coadiutoria † quadam olim sibi concessa
viuente D. Petro cum futura successione, & alijs clausu
lis amplissimis, ne scilicet obijci posset de subreptione,
2 & aliter iudicari non debere. † Nam Claudius, quia ple
nè non iustificauerat intentionem suam, petebat in ter-
3 tia instantia remissoriā; † Ludouicus opponebat eā non
esse dandam, quia non releuans, cum ipse habeat gratiā
suæ coadiutoriæ, quam ipse aliter iustificare non tenetur
propter clausulas in ea appositas. Hac de caussa Clau-
dius vltimò impetrauit commissionem vltimo signatam
4 arbitro, qua † datur illi facultas, vt possit dictam coadiu
toriam impugnare: idcircò nunc Ludouicus aduersa-
rius respondebat satis gratiam suam esse iustificatam
5 † ex testib. examinatis pro parte aduersarij, idcircò remis
soriam non futurā releuantē: dubium proposui. Et quā-
uis pars Claudij non informasset, tamē Rota conclusit,
ea quæ prætendit, nam testes, de quibus in puncto, non
sufficiunt ad iustificandam coadiutoriam Ludouici.

DECISIO DCLIII.

Abulen. S. Martini, 2. Nouemb. 1561.

SVMMARIA.

1 *Parte non informante, & graui existente negotio Rota decidere non facilè assolet.*

2 *Priuilegium Papæ si est verè alternatiuum ratione regulæ octo mensium, an prosit ordinario conferenti, vt rata sit eius prouisio.*

1 IN hac caussa † pars Lucæ non informauit, vnde Rota
rem noluit decidere, quia grauis est: in materia tamē
hac respondebatur tres casus considerari. Nam cum du
bium propositum esset, *an decretum, de quo in versiculo,*
volumus autem, *obstet prouisio ab Episcopo propter regu-*
lam octo mensium. Dicebatur, quòd aut, priuilegiū con-
2 cessum a Papa, † est merè alternatiuum, & tunc non ob-
stat: Aut est mixtum, prout videtur in casu nostro, vbi
partiti sunt menses, & tunc media via eligēda est, & ha-
bet locum quoddam decretum, scilicet, vt excusetur p-
uisus ab Ordinario, vt aliàs decisum fuit coram Io. Pau
lo, in caussa Abulen. die prima Februarij 1546. & refer-
tur a Puteo 3. de probat. cuius verba sunt corrupta.
Quare dixerunt, vt videam originale huius decisionis,
& tunc rursus dubium proponam, an excusetur Lucas,
stante priuilegio cum illo decreto, & vt detur copia pri-
uilegij in parte disposita.

DECISIO DCLIV.

Caputaquen. pension. 19. Nouemb. 1561.

SVMMARIA.

1 *Conditionis opposito, an reddere possit pensionem nullam ea non obseruata.*

2 *Actus iurisdictionalis non dicitur nullus & inualidus ex instantia conditionali.*

3 *Casus clarus, & qui disputatione non indiget, non etiam de necessitate informationem requirit.*

4 *Transferens si non habeat facultatem transferendi, nisi in personam Ecclesiaicam eo non obseruato, vtrum pensio statuta ob id sit nulla.*

5 *Valida pensione præsupposita quoad se, quid operetur eā exigendi opposita exceptio ratione solutionis facienda.*

6 *Reseruatio pensionis, siue eius exactio si ea cōditione fuerit concessa, vbi de clericatu constet impetrantis, necessariò requiritur, vt se clericum doceat, antequam ad id, quod prætendit actionem instituere possit.*

DVbium erat stante prouisione vltimo præsentata,
& litteris Prosperi, in illis verbis, *postquam clericat.*
& c. etiam *ex nunc, prout ex tunc, an sit procedendum cum*
clausula, siue retardatione solutionis, aut sine dicta clausu-
1 *la?* Rota considerauit tres casus. † Primus est, *an pensio*
dicatur nulla, eò quòd sit apposita conditio, de qua in litte-
ris. Et responsum fuit, pensionem non ideo dici nullam
sui natura q̃uis conditionalis sit, tñ inducit saltem spem
in creditū in. §. ex conditionali, Institu. de inutil. stipul.
2 † Ideo actus iudicialis non dr̃ nullus, & inualidus, sed
subsistit, habetq. ius considerabile, Bar. l. post emancipa-
tionē, §. 1. de leg. Sarnen. regula de non tollen. q. 4. col.
pen. versi. secundus casus. Et hæc fere sunt omnia dicta
in informationib. pro parte dicti D. Prosperi. Circa quæ
3 licet D. Archiepiscopus aduersarius nihil † informauit,
tñ hic casus visus est satis clarus, & non indigere dispu-
tatione. Secundus est, *si pensio prætendatur esse nulla alijs*
4 *respectibus, veluti quia transferens haberet facultatem*
transferendi tantum in personam. Ecclesiasticam, aut
si quid aliud intrinsecum subesset. Circa hoc nunc nihil
fuit firmatum, sed dixerunt, Archiepiscopum super
hoc capite audiendum esse si velit, quia videtur satis ob-
stare Dom. Prospero. Tertius est casus præsupposita
pensione, quoad se vndique valida, *an quoad effectum il-*
lam exigendi, exceptio, quæ opponitur pro parte Episcopi di-
catur oriri ex ventre litterarum, ita vt retardet solutionē.
Et circa hoc nihil etiam fuit conclusum, quoniam pars
Prosperi super hoc non informaret; tamen Domini obi-
ter sentire videbantur, exceptionem hanc maximè oriri
6 ex ventre, quoniam reseruatio pension. siue ius exigēdi,
cum non concedatur Prospero, nisi postquam clericus
fuit, vtique necesse est, illum docere ante se esse clericū,
quam agere possit vigore istarum litterarum, Dec. cons.
585. nu. 1. & consi. 629. nu. 2. Paris. cons. 125. nu. 16. in 4.
Cassad. 5. de rescrip. Sarnen. in compen. vtriusque signa.
nu. 89. cum simil. &c.

DECISIO DCLV.

Romana de Valle. 29. Nouembr. 1561.

SVMMARIA.

1 *Exhibitio caussa, cui incumbat in negotio restitut. in integrum, actori, an reo.*

2 *Aditio hæreditatis doceri nō pōt nisi in actis producatur.*

3 *Commissio si dicat hæreditatem aditam vt creditur, quem pariat effectum.*

4 *Pars pōt liberationē a iudicio petere conditionali, cum in caussa nolit vexari, nisi prætensa aditio exhibeatur.*

IVxta conclusionem in hac caussa firmatam, proposui
dubium præsupposito, *quòd discutienda sit caussa re-*
stitutionis in integrum, & in actis non constet de aditione
hæreditatis, quis teneatur eam exhibere, an Domina Fau-
1 *stina, an D. Valerius?* Domini omnes responderunt, Do-
minum Valerium teneri, nam cum ipse petierit in inte-
grum restitutionem, non debet docere de aditione, l. mi
norib. de in integ. rest. Cassad. prima. de rest. in integrū.
2 Non potest autem docere de aditione, nisi eā producat,
alioquin pronunciaret iudex, frustra petitam esse resti-
tutionem hanc cum præfatione verborum, videlicet, vt
3 creditur hæreditatem aditam, & vt in alia commissio-
ne, quatenus adita sit, &c. Nam prima illius commissio
continet ad verbum, *vt creditur*, tamen in narratiua, ac
dispositiua omnia simpliciter narrantur, & petitur resti
tutio simpliciter, vt idem in articulis firmatur. Deinde
licet omnia petita essent sub conditione expressa, tamen
non impediunt quo minus Dom. Faustina possit petere
4 liberationem ab hoc iudicio ita conditionali, cum nolit
in hac caussa vexari, nisi exhibeatur hæc prætensa adi-
tio. Non obstat, quod D. Valerius prætendat satis consta
re de aditione ex articulis, & confessione Faustinæ: nam
articuli pertinent non ad aditionem hæreditatis factam
vigore sententiæ Valerij, sed ab ipsomet Valerio: deinde
hoc respicit aliud dubium, *cum in præsenti concludatur*
Valerium in hoc iudicio ostendere aditam fuisse hæredita-
tem, & quia ipse se læsum dicit, an verò ipse satis doceat ex
confessione, et articulis aduersariorum? Hæc alia erit quę-
stio seorsum agenda, &c.

DECISIO DCLVI.

Barchinon. monasterij, 29. Nouembr. 1561.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Appellatio facta cum clausula, & alias omni meliori modo, quid operetur in casu attentatorum.*

2 *Possessio sequestratur non rarò, antequam in petitorio fiat progressus.*

1 REtuli in Rota me reperisse in actis, appellationem
Card. factā fuisse cū clausula, & aliàs omni melio-
ri modo, & cōsequenter validam, prout alias fuit dictū
coram bon. mem. D. Iunio, item etiam me reperisse mā
datū Petri fuisse obtentum statim post interpositā appel
lationē, & Cardinalem dictum ante biennium cōmisis-
2 se caussam attentatorum, quæ etiā pendet hodie: † Do-
mini mandarunt, vt si ita res se habeat, iubeam posses-
sionem sequestrari, & postea procedatur in petitorio.

DECISIO DCLVII.

Oueten. pension. 29. Nouembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Pensio ex facultate transferendi reseruari potest.*

2 *Error in translatione si apertè appareat, quid faciendum ratione pensionis soluenda.*

DAta fuit copia facultatis transferendi, & translatio
nis secutæ, ideoq; dubitatum, *an Paulus possit ho-
die petere pensionem dicti Archidiaconatus?* dubium orie
1 batur, quia † *facultate transferendi poterat reseruari pen
sio integra 15. ducat. super Archidiaconatu, & tamen exe-
cutor in translatione expressit non tantū Archidiaconatū,
sed etiā quattuor alia beneficia, super quibus transtulit pen
sionem.* Domini tenuerunt, quindecim duc. non posse pe
ti super Archidiaconatu, & super parochiali Ecclesia, &
super alia re: & quia ius & forma facultatis ferendi pen
sionē 15. duc. esset cōstituenda tm̄ super Archidiacona
tu, & ex quo executor referat se ad formā illarum litte-
2 rarum, ita vt videatur cōstare † de aperto errore huius
translationis: tm̄ dictum fuit, quòd vbi executor refert
se ad priores litteras, deinde recipit facultatem sibi com
petentem, quoad transferendum, siue exigendum nouā
pensionem, & vbi deinde illam exigit, non amplius re-
ferr se ad litteras, sed simpliciter eā constituit super di-
uersis beneficijs; vel quomodocumque res se habeat,
sic cadit regula, quod potui volui, quod volui adimple-
re nequiui, cap. cum super de offic. deleg. Hoc dubium
propositum fuit vno informante, videlicet Paulo, qui
erat pauper, & tamen decisum fuit contra informantē.

DECISIO DCLVIII.

Auximan. bonorum, 29. Nouembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum laudi extensum a notario vt mater filiarum videatur onerata, & obligata sub forma Cameræ, quam fidem faciat.*

2 *Consuetudo & solitus vsus notarij in extēsionibus instrumentorum non raro veniunt obseruanda, cum in his stylus scribentium vt plurimum attendatur.*

3 *Quibus cum clausulis instrumentum laudi inter matrem & filias celebratū, per notarium de iure extendi possit.*

4 *Clausula obligationis in forma Cameræ suam specialem habet renunciationem.*

5 *Renunciatio non semper comprehendi certiorationem, nisi exprimatur.*

6 *Renunciationem generalem extendens notarius in laudo, ita debet extendere, vt omnes in laudo cōprehensus cōtingat: alias non ualet, nec caret fraudis suspicione.*

7 *Talique extensioni fides non est exigenda, imo corrigenda est iuxta formam originalis, seu protocolli, nu. seq.*

8 *Protocollum utrū sufficiat adducere in correctione extensi instrumenti laudi, in quo clausulę generales non probe pręsupponuntur extensę.*

FVerat latum quoddam laudum inter Faustinam, &
filias, & notarius in protocollo scripserat simplici-
ter acceptationem factam a Faustina, & a maritis nomi
ne filiarum, & in fine dicebat cum obligatione in forma
Cameræ rogantes & renunciantes, &c. Postea notarius
dedit hoc instrumentum extensum, & in eo narratur,
Faustinam renunciasse omnibus legibus statutis, & cō-
suetudinibus, & prius certioratam fuisse notario cum
1 multis alijs clausulis: hinc dubitaui, † *an huic instrumen
to sic extenso sit, vel non adhibenda fides & an in toto, vel
in parte?* Domini in primis responderunt vidēdum esse,
2 si aliunde possit constare † de consuetudine huius nota
rij, quomodo sit solitus extendere talia instrumenta: nā
in his plurimum attendi debet stylus ipsius scribentis.
Quoniam autem tunc mihi detulerāt librum seu proto
collum eiusdem, reperta fuerunt obiter tria instrumen-
ta diuersis temporibus facta per varias mulieres, & in
singulis aderat duplex renunciatio abbreuiata, altera
*circa principium instrumenti, quando mulier se obligat &
renunciat*: altera *in fine obligationem in forma Cameræ*.
Dixerunt igitur, vt admoneantur, num tertius quid pos
sit inueniri quoad stylum huius notarij: nam illa tria
instrumenta sunt longè diuersa ab isto, cum ibi sit du-
plex renunciatio: hic autem vnica tantū in fi. Circūscripto
3 hoc capite dixerunt † deinde de iure non potuisse instru
mentum extendi cū illis clausulis, quæ sunt substantia-
les, sicuti est clausula certiorationis, vt p Alex. l. sciendū
nu. 3. Ias. nu. 31. de verb. obl. Fel. c. si diligenti, nu. 14. de
foro cōpet. sic & in alijs clausulis iure non comprehēsis.
Aegid. 15. Fel. c. ex litteris. n. 13. de fide instr. Nec obstat
clausula renunciatio. de qua in fine protocolli: quoniā
4 illa refertur tantum ad obligationem † in forma Came-
rę quę est vtique proximior, & habet suam specialem re
nunciationem, vt Peregr. de oblig. in for. Cam. pag. 3.
5 nu. 4. & etiam quia † ob renūciatorem non comprehen
ditur certioratio, nisi exprimatur, vt supra consideratum
fuit. Est etiam alia ratio: quia si illa clausula protocolli
intelligeretur de hac generali renunciatione, vtique no
6 tarius † debuisset illam extendere, vt pertineret æquè
ad Faustinam, vt ad filias, de quibus in contractu, & illo
in extenso dicit Faustinam tantum renunciasse, & de
alijs nullum verbum, quòd certè præbet non leuem su-
7 spicionem. Conclusum igitur fuit † huiusmodi extensio
ni non dandam esse fidem, sed corrigendam secundum
protocollum, vt per decis. l. si librarius. de regul. iur.
cum nec in toto, nec in parte subsistat, nisi prout in pro-
tocollo. Guido Papæ, 19. Aegid. 165. *An autem proto-
collum ipsum sufficiat in casu de quo agitur, aut ex quo Faustina mortua dicitur, liceat Petro Antonio impugnare extensum*, aliàs proponetur.

DECISIO DCLIX.

Præstimonij die 2. Decembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Præstimonij vacantis in mense reseruato vtrum per decretum Camerę possessio capi sine vitio spolij possit.*

2 *Verificatis attentatis corā iudice executore, habente plenam potestatem quid agendum.*

3 *Reformatio in casu pręstimonij constare debet antequam ad vlteriora fiat processus.*

1 PRætendebatur pręstimonium quoddam † vacasse in
mense reseruatio: fuit bene decretum Aud. Came-
ræ, ut caperet possessionem nomine Cameræ sine uitio
spolij & attentatorum: postea cum Aluarus Gallus
in his fortè esset intrusus, obtinuit committi caussam
super his in Rota, cum inhibitione R. D. Decano fa-
cta, ad cuius instantiam primum fuit impetratum, qui
etiam obtinuit secundum breue, vt non obstante
commissione, & inhibitione partis, Auditoris Ca-
meræ caperet possessionem amotis quibuslibet de-
tentoribus seu intrusionibus: post quod secundum
breue fuit processum nomine Cameræ, ad quam-
2 plures actus coram Auditore Cameræ. † Nunc Al-

uarus dicebat omnia hæc fuisse attentata, quia verifica-
tá fuit attentatio corám Aud. Cameræ, qui fuit merus
executor: nec necesse fuit ei iudicialiter cõstare de reser
uatione, cum facultas ei data per breue, nõ sit conditio
nalis, cum non dicat, constito, &c. vnde satis est hoc di-
cl ante fumum processus verificare reseruatione. Bal. l.
neque nat. col. fi. C. de probat. Fel. c. dudũ, nu. 25. de præ
sumpt. & ita aliàs firmatum fuit in causa Corduben. di-
midiæ portion. corã Rubeo 25. Octob. 1557. Dixerunt
tñ Domini super hoc obseruari, vt si Aud. Cameræ sit
merus executor, sufficiat quandocumque dicere de re-
seruatione: secus est si Breue habeat clausulam consti-
to, & ante, iustitiam faciat ei ante amotis illicitis deten
3 toribus &c. Nam † tunc prius de reseruatione consta-
re deberet, quam ad vlteriora procederetur, cum his ca
sibus non sit merus executor. Non obstat, si obijciat etiã
Aluarus, quòd Io. de Cano. resignauerat præstimonia,
antequam secundum Breue produceret: nam facilis
fuit responsio, quia negotium agebatur nomine Came-
ræ, cui non possit præiudicare resignatio.

DECISIO DCLX.

Roman. societatis Buffalon. [illegible] Decemb. 1561.

SVMMARIA.

1 *Statutum vrbis mentionem pacti faciens de non diuiden do rem, nisi certo tempore decurso, an extendatur ad casum, in quo nullum pactum intercessit.*
2 *Mens & intentio statuti ex tenore vt plurimum verborum percipi solet.*
3 *Correctorium vbi est statutum iuris communis, etiam est odiosum, & ob id minus extendendum.*
4 *Socius vendere volens ad id vt possit effectualiter perfici venditio, tenetur socij voluntatem requirere, & consensum.*

1 DVbium proposui. *an † statutum vrbis, loquẽs de pa-
cto de non diuidẽdo rem infra certum tempus, locum
habeat in casu nostro, vbi non adest pactum?* Vnus tamen
ex Dominis dubitauit, an eadem possent statui ẽt hoc
casu, ideoque nihil voluit in alterutram partem affirma
re: sed reliqui oẽs absque difficultate respõderunt statu
2 tum cessare in casu nostro, quod satis clarũ est † ex men
te ẽt, cum enim mens ex verbis potissimũ deprehenda-
tur, apparet statutũ hoc, & in princ. & in fine mentionẽ
facere, quod superfluum esset, si haberet locum simpli-
3 citer. Secundò, quia statutum † hoc correctorium iuris
cõis, est odiosum, vt dicit tex. in l. dudum. C. de cõtrah.
empt. vnde minus extendendũ Tertiò, quia proœmium
statutorũ vrbis ait, vt veraciter verba intelligãtur: igi-
tur strictè, & ad litterã sunt accipienda, cũ illa verba ap
posita fuerint ad tollẽdas disputationes, Paris. cõs. 117.
nu. 8. in 1. Ias. cõs. 52. col. 1. in 1. Quartò, quia vera ratio
huius statuti ea videtur fuisse, quod non permittat faculta-
tẽ vendendi, nõ obstante pacto, & ita in hoc grauetur so
4 cius, qui † volens vendere, teneatur primo requirere so
cium & consortem, ut apparet ẽt ex vltimis verbis sta-
tuti. Quibus omnib. accedat, quòd si statuens hunc ca-
sum, de quo agitur, comprehendere voluisset, vtiq. alijs
verbis id verisimiliter effecisset, & ita in hac parte vide-
bitur cõformari iuri cõi, vt scilicet, si cõsors noluit eme
re, tunc potuit alteri vendi, iuxta l. qui Romæ, §. cohære
de, de verb. oblig. partim ẽt addit iuri cõi, quatenus per-
mittit liberam facultatem vendendi eo recusante, etiã
absque vlla pena, l. idemque, §. fi. cum l. seq. pro socio.

DECISIO DCLXI.

Taruisin. Canonicatus, 2. Decembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Gratia duarum partium sibi aduersantium in exspectatiua beneficiorum, an similes esse possint.*
2 *Clausula, motus proprij, ex certa scientia, de plenitudine potestatis, quid in gratia exspectatiua operentur.*
3 *Gratia vnius partis data ad vacantia, & vacatura, præua let gratiæ concessæ ad vacantia tantum.*
4 *Clausula sine præiudicio in fine posita, an referatur ad omnia præcedentia.*
5 *Dissimiles gratiæ per Papam obtentæ, vtrum reddantur per clausulam anteferri, vel non.*

OBtinuerat Morẽgus gratiã in canonicatu in Eccle
sia Taruis. cũ expressiones primæ vacaturæ, cũ cõ-
firmatione Papæ, cũ multis clausulis, & inter alias illa
erat, sine præiudicio illorum similes gratias prosequẽtiũ:
adueniente deinde vacatione, Quirinus prior admissus
fuit, & possessionẽ cepit; vnde orta inter eos lite in par-
1 tib. & demum in Rota, proposui dubiũ, † an gratia Mo-
rengi, & Quirini dicantur similes, vel dissimiles quoad
hoc, vt clausula posita in gratia Quirini videlicet, sine
præiudicio aliorũ gratias similes prosequẽtium aliquid
operetur? pro parte Quirini afferebantur octo dissimi-
litudines, quæ colliguntur octo clausulis, quæ nõ repe-
riuntur in gratia Morengi, & tñ sunt in gratia Quirini.
2 Primò † est clausula, *motus proprij*. Secunda, *ex certa
scientia*. Tertia, *de plenitudine potestatis*. Quarta, *illa sæ-
pius repetita*. Quinta, *quod nõ possit dari de defectu inten-
tionis*. Sexta, *quod non admittatur probatio in contrariũ*.
Septima, *continet diuersum valorem*. Octaua, *quod gra-
3 tia † Quirini continet vacantia & vacatura, & gratia
Morengi est vacantia tantum*. Rota nihil firmauit, cũ
hæc esset prima propositio huius caussæ: dixit tñ, vt in
primis animaduertatur, an illa clausula, sine præiudicio,
4 sit apposita in fine supplicationis, an in principio: † nã
si in fine, refertur ad omnia præcedentia, estque restitu
tio totius gratiæ adiectæ per suam naturam: secus esset
si in principio, qa tunc referenda essent tñ ad illud cap.
de quo ibi. Vnde cũ attulissem demũ originale in Rotã
Domini dixerunt, clausulam illam esse in fine positam,
de qua in dubio. Quoad alia adducta fuit decisio aliàs
facta in caussa Paduana canonicatus 12. Iunij 1543. co-
ram Caputaquen. in qua disputata fuit eadem ferè ma-
teria, ibique conclusum, gratias esse similes, non obstã-
tib. clausulis supradictis, idque præcipuè ex tex. in cap.
quoddam, cum gl. in verb. simil. de prob. in 6. vbi Dec.
& Franc. in 1. & 2. notab. Item ex causa cui, cum glo.
in verb. similes, de præben. in 6. Et in decisio. videtur
5 firmatum fuisse † non reddi gratias dissimiles Papæ per
clausulam illam ante relatam, prout latius habeo adno
tatum inter informationes meas, simul cum voto prin-
cipalis; posthac dubium restringi poterit ad aliquas ex
clausulis, de quibus supra, quæ videntur maioris mo-
menti: nam ex his gratiæ dicuntur similes.

DECISIO DCLXII.

Vrbeuetan. Castri Castillon. 2. Decembr. 1561.

SVMMARIA.

1 *Actis casu, aut in curia deperditis vtra partium ea in iudicio teneatur exhibere.*
2 *Omisso possessorio in petitorio procedi potest per iudicem, vbi ex vi rescripti soluantur expensæ, deturque cautio pro fructibus, sequestretur possessio.*
3 *Aegidiana constitutio in possessorio, prohibet appellationem.*
4 *Lata si fuerit sententia contra formam rescripti, vtrum notoriè sit dicenda nulla, vel iniusta.*
5 *Actis deperditis quæri potest, an de nullitate sententiæ vna partium caussam commiserit, an spolij.*
6 *Deperditis actis, qui se super illis fundare vult, ea, vt producat necesse est.*
7 *Pars, quæ prætendit ex iurib. depositis causam suam posse defendi, tenetur ad suam defensionem illa reperire.*

FVerat aliàs a me de mense Iulij hoc idẽ dubiũ pro-
positũ quòd tunc non fuerat decisum, quia pauci e-
1 rant Auditores. Nunc igitur quærebã, quæ ex † partib.
tenean-

teneatur exhibere acta, quæ pretendunt deperdita in ca
su de quo agitur. Series aũt facti ita se habet. Nã cum
olim de anno 1522. Ioan. Franc. de Sauellis intentasset
iudicium possessorium contra Monaldenses super hoc
Castro coram Menucio Ripera, obtinuit in eius fauorẽ
ab eo sentẽtiam, in qua mãdabat ipsum immitti in pos-
sessionem Castri: & quoniã eo tẽpore nondum erat in-
uenta Aegidiana, Monaldenses appellarunt sententia,
& caussa commissa Nicolao de Aretio, qua pẽdente im-
petrata fuerũt pro parte Monalden. duo rescripta, qui-
2 bus continebatur, vt † solutis expensis, & data cautio-
ne pro fructibus & sequestrata possessione Castri, au-
ditor procederet in petitorio omisso possessorio. Quare
impletis oĩb. conditionib. de quibus in rescripto, pro-
ut nunc prætenditur, incæptũ fuit ꝓcedi super negotio
principali, & super eo dari articuli, & alia gesta. Itẽ post
aliquod tẽpus Ioan. Franc. cõmisit nonnulla delicta, ob
quæ iudicatus fuit rebellis, omniaq; eius bona confisca
ta, & certo pretio vendita Monaldensibus postque Cle-
mens Septimus per Breue suũ mandauit sequestrari, vt
Castrum traderetur Monaldensib. cuius vigore illi pos-
sessionẽ cæperunt, & in ea perstiterunt ab anno 1524.
vsq; ad annum 1538. Exortus deinde fuit quidã Anto-
nius de Sauellis, vti hæres D. Frãcisci, qui de nouo caus-
sam cõmitti fecit Mohed. qui etiam protulit sententiã
in illius fauorem, confirmando sententiã olim latam a
Menucio, dicẽs bene fuisse pronunciatũ, & male appel-
latũ, cuius vigore Anton. siue Illustris Dux Castri, qui
habet caussam ab illo, ingressus fuit possessionem eiectis
3 Monaldensibus, † cũ hoc tempore lata esset Aegidiana,
quæ prohibet appellationem in possessorio. postea de
anno 1550. rursus Monaldenses cõmiserunt caussam,
4 quę adhuc pendet dicentes sententiã Mohedani † fuis-
se notoriè nullam, & iniustam, quia lata contra re-
scripta Leonis Decimi, & petentes se restitui ad pri-
stinam suam possessionem, & quoniam deficiebant
multa, ex quib. Dux prætendebat iustificare posse sen
tentiã Mohed. ideò aliàs dubitaui, die 22. Martij 1560.
quæ pars diceretur in culpa, quoad hæc acta deper-
dita, & ita tẽdit de neutris cõstare culpã. Et propterea,
nunc prosequẽdo materiã, dubitaui, prout etiam volue
5 runt Domini, *an † Monaldenses de anno 1550. commi-
serint caussam nullitatis sentẽtiæ Mohedani, an verò c[au]s-
sam Spolij: & quia cõmissio illa propter caussam null[it]atis
continebat clausulam, quã, & quas, super præmissis, & re-
bus alijs in actis caussæ deducendis, &c. & in articulis erat
deductum spolium, & caussam super hoc pendere, super qua
quia Dux non informauit, caussam audire volunt?* Pro-
6 pterea hoc proposito responderunt Domini † eum tene
ri exhibere acta, super quib. se vult fundare, hoc autem
non pertinet ad Monaldenses, sed potius ad Ducem, si-
quidem Monalden. clarè probant vtrũque extremum,
& satis fundant intẽtionem suam; Dux igitur, quia ex-
cepit de sententia lata a Mohedano, debet caussam ple-
7 nè probare, & iustificare, cũ in hoc sit actor. Et † si præ-
tendit ex iurib. deperditis caussam suam posse defendi,
debet ille caussam suã reperire: & quia pro parte Du-
cis replicabatur satis habere exceptionem pro se, ex tra
ditis, a Felin. in c. quoniam contra, nu. 6. de probat. Re-
sponsum fuit, hanc præsumptionem tolli ex actis antea
gestis coram Nicolao, quæ dant certam formam proce-
dendi, & ostendunt nullitatem sententiæ Mohed. subse
quutam, cum alijs Monald. satisfit clare ob hanc caus-
sam, quia est integra ex se licet fortasse aliqua interiora
deficerent, vt Bart. Rub. de operis noui nunciat. nu. 6.
fuitque allegatus Præpos. in cap. vt debitum, in fine,
de appellat. & decis. coram Antonio Augustino in caus-
sa Anconitana, die 24. Maij 1546. In hoc tamen pars
Ducis erit etiã videnda, quia nunc tantum concluditur
iuxta dubium propositum, quòd Monalden. non tenen
tur exhibere acta, præsertim, quia aliàs fuit firmatum
non constare ea esse deperdita culpa eorum, non autem
sufficiat dici ex sententia Mohed. prout nunc repetij:
aliàs poterat dubitari, videndũm Simonetam de appel.
pag. 3.

DECISIO DCLXIII.

Vrgellen. parochialis de Agramament.
2. Decembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Excipiens de collatione pars contra aduersarium viden-
dum est in actis, de cuius bono iure constet.*

2 *Confidentia per exceptionem opposita sufficienter est pro
banda.*

3 *Concordiam dignam esse caussam, maximè cõstare posset
ex deductis probationibus, & iuribus vtriusq. partis.*

HIeronymus obtinuerat sententiam, quæ transiue
rat in iudicatum contra Dimam, qui cum insta-
1 ret pro executorialibus Dimas excipit de † collatione
Domini aliàs dixerunt, vt videatur, de cuius bono iure
constet in actis: Et cum Hieronymi ius omnino po-
tiùs appareat, rursum excipit Dimas de confidentia: Vn
2 de nunc dubitaui, *an ex deductis sit † sufficienter proba-
ta confidentia ad effectum, de quo agitur, & detur co-
pia litterarum, & depositionis testium, & aliorum, quæ
3 necessaria sunt?* Dominis † visa fuit hæc causa maxi-
mè digna concordia, quoniam ex parte Dimæ diceba-
tur aliquid apparere de confidentia ex testibus ex par-
te autem Hieronymi videbatur, vt Dimas restitueret
debita eius nomine soluta ab Hieronymo, & Hierony-
mus illi restitueret beneficium, causa expressa, vt Reue
ren. Episcopo Aliphano satisfiat, quę si non succedet,
rursus dubitari poterit, *an constet de confidentia, & pos-
sit caussam nunc obligare contra Hieronymum*, iuxta de-
cis. Mohed. 168.

DECISIO DCLXIV.

Rauennaten. terrarum, 2. Decembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Testes qualificati, vt nobiles, & sacerdotes non debent
excludi.*

2 *Testes, an repetentur, qui ante ritè examinati fuere, sed
minus rectè.*

3 *Examinati testes sine interrogatorijs partis aduersæ repeti
debẽt expensis eorũ, qui procurant examen reiterari.*

4 *Pars quę petijt examinari testes vsque ad nu. 40. vtrũ
debeat esse contenta si sufficiat numerus 30. maximè
si materia arbitraria fuerit.*

PEndente remissoria pro parte Rasponorum in ci-
uitate Bononiæ, multa incidenter vtrimque pete-
bantur. Et quoniam causa erat grauis, collegi 4. quæ
vnico dubio comprehendi possunt, quæ ista continæ-
bat; *an quattuor petita pro parte illorum de Rasponibus sint
contenta.* Primò, vt testes nobiles, seu sacerdotes, post-
quam intrauerunt, non includantur. Secundò, vt te-
stes sint examinati pro parte aduersa coram D. Lan-
celloto, iuxta formam commissionis. Tertiò, vt liceat
illis examinare testes vsque ad num. 40. vt remittatur
arbitris iudicium, qui electi fuerant pro exequenda re-
missoria, qui ex qualitate testium statueret, quid age-
1 retur in casu discordiæ, mandante illis, † ne testes
qualificati excludantur, sed in omnibus onerent con-
scientiam iudicum. Quoad secundum non repetantur
2 testes, † qui ante ritè fuerunt examinati: si minus re-
ctè, non necesse est eos repetere; si malè, & tunc nihil
probabunt pro parte Cauriana, quæ eos inducit. Ex-
3 cepti tamen fuerunt duo casus. Primus, est † si exami-
nati fuerunt sine interrogatorijs Rasponorum: nam
tunc repeti poterunt expensis illorum. Secundus, si
Rasponi eos nunc nollent examinare super articulis
4 suis. Quoad tertium † non excedatur numerus 30. te-
stium, quoniam in his videtur sufficere in hac caussa,

cũ materia hic sit arbitraria de iure caussata, vt in c. cũ
caussam, de test. & postquã perfecta fuit remissoria, &
depositio illorum hic sit aperta, poterit eis concedi. si vi
detur ex caussa, & alios etiam possunt examinare. Quo-
ad quartum dentue prorogationes arbitrio, præsertim
cum sit danda remissoria sine retardatione caussæ.

DECISIO DCLXV.

Tirosonen. Decimarum, 2. Decembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Domini tẽporales ex indulto, & priuilegio Pontificis possunt decimarum Ecclesiasticarum perceptione frui.*

2 *Ordinarius, si petat decimas a subditis suę diœcesis, an teneatur ad eas persoluendas stante concessione priuilegii Pontificij, de quo in hac caussa.*

3 *Exiſtẽs in quasi possessione nõ soluẽdi decimas, an aſtringatur ad probationem qualitatum priuilegij pretensi.*

4 *Mandatũ de manutenendo, pleniorem requirit probationem, quam vbi agitur de canonizanda gratia.*

5 *Impetrans priuilegium tenetur etiam qualitates eodẽ priuilegio expressas iustificare.*

CLemens Septimus concessit priuilegium Regi Hi-
spaniarum, & Dominis temporalibus ceterorũ lo-
corum, in quibus Mauri habitãt, vt expulsis Mauris, aut
1 ad Christi fidem conuersis, liceat † eisdem Dominis de-
cimas possessionum percipere & retinere eas quas Mau
ri ipsi hucusque soluerunt. Nũc cũ Episcopus Tiroson.
ageret iure communi vt in omni sua diœcesi Tirasonen.
sibi decimæ soluerentur, iuxta cap. statuimus, in princ.
c. cum contingat, cap. prohibemus, de decimis. Domini
2 temporales † excipiebant de priuilegio Clementis. Ad
quod respondebatur pro parte Episcopi eos teneri pro-
bare qualitatẽ in eo appositã, videlicet Mauros in his lo
cis ante decimas nũquã persoluisse. Cum autem Domi-
ni temporales replicarent non teneri eos hoc probare,
3 † cũ post priuilegium sint in quasi possessione non soluẽ
dis decimas Episcopo, cap. cum venissent, de institu. vbi
Abb. nu. 8. & Butr. num. 10. Idcirco non dubitaui, *an te-
neantur probare qualitatem appositam in priuilegio Clemẽ
tis, stante eorum quasi possessione, cum illis resistat ius com-
mune, &c.* Et cum velint se tueri priuilegio, Domini re-
sponderunt, quòd debent iustificare eius qualitatẽ, glo.
cap. si fortè, de elect. in 6. Paris. cons. 4. nu. 2. Socin. cons.
246. col. 1. nu. 2. cũ huiusmodi qualitas intrinseca sit, &
in ipsis priuilegijs. Bart. l. 1. de probat. Fel. cap. examina-
ta, col. 4. de iudic. ad text. in d. c. cum venissent, de instit.
Respondetur tripliciter. Primò, quòd ibi concurrebat
duplex pensio, prout glossa ibi notat, hic secus est. Secũ-
dò, quòd textus ille loquitur in mandato de manutenen
4 do, vbi plenior probatio sufficit, hic agimus quoad cano
nizandã gratiam. Tertiò quod vbi priuilegium, deduci-
tur ex confessione aduersarij, vnde & qualitas illius ab
eodem dicitur impugnari, si eam negat, qui fatetur pri-
5 uilegium, allegatur ab † eomet qui impetrauit. Vnde is
tenetur etiam qualitates in eo expressas iustificare. Et
quamuis Abb. & But. ibi satis generaliter loquantur, ta-
men necessariò intelligendi sunt iuxta text. vnde ea no-
tabilia sumpserunt: dictumque fuit idem facere obiter,
quod aliàs hic in eadem caussa decisum fuisset coram
Antonio Augustino, in mense Iunij 1556. Aliqui etiam
subiungebant, si hi Domini probarent longeuam qua-
si possessionem non soluendi, tunc secus dici posset, iun
ctis traditis per Aimon de antiq. tempor. 3. parte, in prin
cip. sed in hoc nihil firmatum, &c.

DECISIO DCLXVI.

Cremonen. præpositurræ Sancti Martini,
16. Decembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Probatio per famam publicam, an sufficiat ad probandum obitum in mense reseruato.*

2 *Difficilis probationis quæ sunt, an ex fama sufficienter probari possint.*

3 *Quæ quidem fama debet hoc casu plene, & legitimè probari, num. seq.*

4 *Fundamentum caussæ si pendet a fama publica super ea diligentius est cognoscendum, an sit ritè probata.*

DVbium fuit præsupposito hoc, quòd alias fuit de
mense Iunij 1560. conclusum per Dñes, ex quali
tate facti narrati non esse in casu difficilis probationis,
1 quoad tẽpus mortis, *an † ad probandum obitum de mense
Nouembris, quoad effectum reseruationis, sufficiat proba-
tio per famam publicam ex quattuor testib. & duob. de au-
ditu, & litteris missiuis, simul cum sententia lata in partib.
quæ producta est cum processu, & cuius copia datur, & etiã
cum alijs adminiculis, quæ dantur?* Responsum fuit, suffi-
2 cere, de quibus in dubio: nam cum præsupponatur † om
nes esse difficilis probationis ex multis alijs deductis, se-
quitur, ex fama sufficienter concludi, etiã licet aliàs non
esset, quando ageretur de materia ordinaria, Dec. capit.
1. de appellat. Butr. cap. 1. de sponsalibus. Salic. l. si qui-
dem, num. 1. solut. matrim. Abbas cap. quoniam, §. por-
ro, nu. 12. vt lite non contestata. Intelligunt tamen Do-
3 mini, dummodò hæc fama sit plenè, & legitimè proba-
ta, & ante litem motam, cum non orta sit vigore inqui-
sitionis factæ contra illum carceratum, & condemnatũ
de homicidio, sed habet ea requisita, quæ sufficiant, qua
de re aliàs erit agẽdum, data copia testium. Nam quod
attinet ad sententiam, & adminicula, non videntur illa
multum vrgere, cum expressio dicitur facta in senten-
tia quoad factum, non quoad processum de quo ageba-
tur, nec quæstio ibi erat de die, aut de mense obitus, sed
tantum de persona, quæ dicebatur homicidium com-
misisse: non tamen ex illa, quoad adminicula poterit se
4 adiuuare: sed cum præcipuum † fundamentum sit a fa-
ma publica, ideo super ea diligentius erit cognoscendũ,
an certe sit probata, &c.

DECISIO DCLXVII.

Romana de Comitibus, 16. Decembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Homo centum posse annis viuere præsumitur, vt plurimũ, nisi de morte doceatur.*

2 *Fundamentum partis, quando consistit in ignorantia partis de morte matris testatoris, id probare debet, scilicet se ignorasse non quod viua, vel mortua fuerit.*

3 *Onerandus vlteriori probatione non est, qui regulam pro se habet.*

4 *Succedens ab intestato, an teneatur scientiam probare vitę, vel mortis matris preteritæ.*

5 *Testamentũ presumptum perfectum, & sollemne, vtrum prosit parti, quę ignorantiam præsumit de scientia mortis, vel vitę matris preteritę.*

6 *Pręsumi non potest filium matrem, si eam viuere sciat, in testamento pręteriisse.*

7 *Ignorantiam ad elidendam, vel potius ad scientiã conuincendã de morte, vel vita personę, quę pręterita infringeret testamentũ, an sit sufficiẽs coniunctio sanguinis.*

DAta fuerunt dicta testiũ huiusmodi, videlicet præ-
supposito testamento Domini Aldi, in quo mater
fuit præterita, *an Dominus Torquatus tempore ratifica-
tionis a se factæ, die 2. Iulij 1556 fuit in probabili igno-
rantia, quod anno 1547. quando Dominus Aldus condi-
dit testamentum, viueret Domina Hippolyta mater dicti
Aldi, quoad effectum, de quo agitur?* Nihil in præsenti
fuit conclusum, quoniam quam plura fuerunt in infor-
mationibus congesta, quæ visa sunt indigere particu-
lari consideratione: sed tamen nonnulla fuerunt di-
cta, non in vim decisionis, sed quia ita videbantur de
iure procedere. Quidquid tamen dicant Doctores, an
1 quis † præsumatur viuere centum annos, aut minus,

regula

regula videtur communis, vt qui se fundat in vita, eam
debet probare, & idem in eo, qui fundat se in morte,
Alciat. de præsumpt. 10. in fin. Corset. cons. 20. in 2. Ale-
xand. cons. 27. in 7. cons. 175. in 5. Gozadin. consilio 58.
num. 6. Ioan. Paul. decis. 106. Achil. de probat. Primò di
ctum hoc videtur esse extra hunc casum, cum hic non
agatur de probanda aut præsumenda vita, aut morte
Dominæ Hippolytæ, quoniam probatum est, vixisse
tunc, cum factum fuit testamentum a dicto Aldo. Sed
quæstio nostra est, an Dominus Torquatus præsumatur
2 id sciuisse, vel ignotasse tunc. Et sic, † quia fundamen-
tum Domini Torquati consistit in ignorãtia, quòd Hip-
polyta, tunc viueret, ideoque vnus ex Dominis dicebat,
Dominum Torquatum non esse onerandum alia pro-
3 batione, † cum habeat regulam pro se, l. verius, de pro-
bat. c. præsumitur, de reg. iur. in 6. Alij dicebant hoc non
sufficere, cum requiratur probabilis ignorantia, propte-
rea cum Dominus Torquatus semel eam viderit viuã,
& cum ea sit loquutus, vt deponunt testes inspiciendi
sunt actus successisse an aliquid acciderit, propter quod
debuit credere prædictam Hippolytam esse defunctam.
Alteri etiam ex Dominis placebat, vt particulariter post-
hac dubitaretur, an in casu l. 1. C. de codicillis, teneatur
4 succedens † ab intestato docere, hæredem qui adijt, sci-
uisse matrem tunc viuere, ita vt requiratur scientia hæ-
redis, cum agatur de excludendo iure suo, Rota in nou.
21. de dolo & contumac. an verò sufficiat præsumptio
ignorantię attenta dispositione dicta l. verius, de probat.
An verò teneatur idem etiam hæres docere ignorãtiam,
vt per Bart. in l. 1. & l. fin. C. de codicil. in 1. not. Idcircò
fuit dictum, vt dubium istud posthac ita distinguatur,
vt primo deducantur omnia fundamenta pro parte Do-
mini Torquati ad docendum suam ignorantiam, & vi-
debitur, an ea sufficiant, qualia sunt ista, videlicet. Pri-
5 mò † testamentum perfectum, quod præsumitur & sol-
lemne, l. post, vbi Bart. & Ias. & ceteri, de leg. 1. Secun-
6 dò, † quia non præsumitur, quòd filius matrem suam
prætereat si viuat. Alex. cons. 27. num. 2. Tertiò, quia
Dominus Torquatus vsque a iuuentute sæpius absens
fuit, & miles, & nonnumquam captiuus, nec multum
domi manens. Quartò, quia iurauit in actis se ignoras-
se eam tunc viuentem, & si qua alia sint similia funda-
menta, poterunt adiungi. Quod si dubium hoc decide-
retur in fauorem Domini Torquati, vt videlicet hæc
sufficiant pro probabili ignorantia, tunc erunt deducen
da in alio dubio fundamenta dicti Aldi ad elidendum
ignorantiam, aut potius conuincendum de scientia,
7 quod sciuit, videlicet. Primò, † quòd Dominus Tor-
quatus erat coniunctus. Secundò quod aliquando cum
ea versatus fuerit, & locutus. Tertiò, quòd ratificauit
gesta in actis in quibus erat testamentum Dominæ Hip-
polytæ, & si quæ alia sunt similia.

DECISIO DCLXVIII.

Caputaquen. pensionis, 16. Decembris 1561.

SVMMARIA.

1 *Pars prætendens se posse procedere executiuè ex obtenta com
missione, vtrum id possit, quamuis pendeat iudicium pos-
sessorium.*
2 *Agere volenti via executiua remissoria data aduersario
retardat processum, & num. 4.*
Quod limita, & intellige, vt num. immediatè seq.
5 *Ordinaria via agens, & non executoria, non retardat pro-
cessum, vel eum vllo modo suspendit.*
6 *Remissoriam relaxatam aduerso parti, vtrum pars narra-
re teneatur in commissione.*
7 *Spolij admissi tempus, a quo die incurrere incipiat, & an su-
peruenientibus impedimentis currere possit.*
8 *Instrumenta aliquot in actis nondum registrata, vt ea, qua
dubium parare possunt, in caussa sunt, vt Rota in conclu-
dendo negotio supersedeat.*

DVbium tale fuit, *an pendente executione remissoria,
sit procedendum in caussa stãte resolutione sub die 21.
Iunij 1560. & pro parte D. Prosperi præsentata. Item, a
quo die incipiat currere tempus ad exequẽdam remissoriam
stantibus decretis, & instrumentis, de quibus in actis?*
Quoad primam partem Prosperi, prætendebat se posse
1 procedere executiuè, † quoniam post illam resolutio-
nem sub die 21. Iunij, cum ipse obtinuisset commissio-
nem, de qua in præsentato, & de qua aliàs disputatum
est: dicebat ipse nouum esse iudicium executiuum, sibi
concessum per commissionem, quod non impeditur,
quamuis pendeat vlterius iudicium possessorium, vt
Paris. cons. 108. num. 2. in 1. Bar. l. siue pars, nu. 17. C. de
iudic. Attamen Domini omnes in contraria sententia
fuerunt: nam cum in dicta resolutione sub die 21. cla-
2 rè decisum fuit, † quod si Prosper agere volebat uia exe-
cutiua, tunc remissoria data Domino Archiepiscopo nõ
3 retardaret processum, utique hoc ipsum uoluerunt † in-
telligere Domini, siue ageretur priore illo iudicio exe-
cutiuo, siue alio nouo quomodocumque: nam hoc pa-
rum refert, quin non possit iure dici, Rotam non cogi-
tasse de casu nostro: Nam cum dixerint indistinctè de
iudicio executiuo, utique & hoc ipsum comprehende-
re uoluerunt. Quare uidendum est in actis, an Prosper
4 intentauerit uiam executiuam, an † uerò ordinariam.
Nam si executiuam, super sedendum est durante remis-
5 soria; Si ordinariam, † & tunc poterit procedi, & fortè
etiam sine retardatione solutionis: & tamen commissio
sua hoc ei tribuit: hoc enim diuersum esse posset a uia
executiua, cum procedi possit uia ordinaria, simulque
interim soluendo pensionem: si tamen, ut dixi, commis-
sio det hanc facultatem, de qua aliàs disputatum, an ex-
ceptio nullitatis oriatur ex uentre illius? Dictum etiam
6 fuit, quod debuit † Prosper narrare in cõmissione fuis-
set remissoriam iam relaxatam Archiepiscopi, sed ta-
men hoc satis tunc firmatum fuit. Quoad secundam
7 partem, dictum fuit † in spolio currere tempus a die
consignationis fratris Priori, quod tamen solet demum
prorogari, si qua impedimenta acciderunt. Vnde cum
Archiepiscopus prætendat se non potuisse habere exe-
cutiuum Regium, nisi 4. Nouembr. 1560. sine quo exe-
qui non poterat suam remissoriam, ideo uidendum erit
in actis, quomodo hæc se habeant, cum ostendantur
8 † nonnulla instrumenta adhuc in actis non registrata,
& alia etiam Prosper pro parte sua prætendebat: in du-
bio autem Rota non solet concludere.

DECISIO DCLXIX.

Vlisbonen. quartanariæ, 16. Decembris 1560.

SVMMARIA.

1 *Resignatio, vtrum nulla fuerit ex eo, quòd pensio non fuerit
validè reseruata.*
2 *Testes in partibus, quamuis nulliter examinati, qui deponũt
fructus perceptos a parte, pro qua deponunt, an prosint,
non obstante nullitate examinationis.*
3 *Danda vtrum sit remissoria parti ad iustificandum pensio-
nem validè reseruatam.*
4 *Dispensatum resignatorem fuisse ritè ad duas parochiales
vtrum resignatarius probare teneatur.*
5 *Legatus Apostolicus, an in partibus super duabus parochia-
libus dispensare possit.*

AXias resignauerat quartanariam in fauorem Gũ-
disalui reseruata sibi pensione 30. duc. super d.
quartanaria, necnon parochialib. Ecclesijs de Adea de
Ponte, & S. Saluatoris, quas quidẽ Saluator obtinebat:
Ferdinandus, qui prætendebat ius super hac quartana-
ria, præsertim ex subrogatione per obitum collitigantis,
1 obijciebat resignationẽ fuisse nullã, quia † pensio validè
non fuerat reseruata, ex quo Saluator nõ possidebat illas
parochiales, ut erat dispensatus ad eas obtinendũ. Nunc
autẽ Gundisaluus petit remissoriam ad probandam ua-

liditatem pension. & pro ea probanda produxit expe-
ctatiuam, & nouam prouisionem Saluatoris, simulque
2 testes aliquot in partibus, † quamuis nulliter examina-
ros, deponentes Saluatorem fructus percepisse certo tē-
pore a dictis parochialibus: idcirco propositi dubium,
3 an † sit danda remissoria Gundisaluo ad iustificandam
pensionem valide seruatam, quæ transeat ad successores
super beneficijs, de quibus agitur? Conclusum fuit dā-
dam esse remissoriam ad probandum omnia, quæ præ-
tendit Gundisaluus, vno excepto, de quo particulariter
4 erit agendum, videlicet, an necesse sit Gundisaluo † do-
cere Saluatorem fuisse ritè dispensatum, quoad obtinen
dum duas parochiales, ita vt hoc sit necessarium ad hūc
effectum de quo agitur, videlicet, quoad validitatem
pensionis, quæ remissoria videretur potius non rele-
uans, quia dispensatio non probatur in partibus, sed tan
tùm in Curia, nisi fortè hic probare vellet se in partibus
obtinuisse dispensationem a Legato Apostolico, quo
5 † casu videretur indistinctè daudam, de hoc tamen a-
lijs agetur, &c.

DECISIO DCLXX.

Lumacen. pensionis, 10. Ianuarij 1562.

SVMMARIA.

1 *Clausula in mandato procuratorio posita ad consentiendum reseruationi pensionis, quod operetur non interueniente auctoritate superioris, de qua in commissione.*

2 *Mandata, vt plurimum strictè sunt accipienda, seruata tamen forma mandati.*

3 *Reseruatio pensionis facta caussa laborum impensorum, non transit ad successores, sicut quando fit ex caussa resignationis.*

4 *Pensionem pro expensis facti assignare super beneficio, res est prorsus illicita.*

5 *Clausula in mandato posita si sanctitati suæ placuerit, non plenè narrato facto Pontifici, efficit elidi intentionem partis, & per consequent prætensam pensionem nullam.*

6 *Principalis, qui mandauit, non est necesse formam mandati obseruare, sed substituti, cum ab ipsius facultate alia dicantur dependere.*

FRanciscus Contigo constituit procuratorem Ferdi-
nandum fratrem suum cum facultate substituendi
ad lites, & negotia, & cum facultate, vt posset consenti-
re reseruationi pension. super fructibus Ecclesiæ Beatæ
Mariæ, quam ipse Franc. possidebat, in fauorem cuius-
cumque personæ ipsi Ferdinando bene visæ, & statim
eodem contextu Ferdinādus substituit Doctorem Mar-
tinum ad cōsentiendum reseruationi pensionis centum
ducatorum in fauorem Melchioris, & hoc si suæ San-
ctitati placeret: atque hoc respectu ad laborem, quem
habet Domin. Melchior in negotiandis rebus Francisci
in Rota, qui postea Martinus in possessione resignantis
sumpta in fauorem Melchioris nullam expressit cau-
sam laborum, nec aliter, quæ pensio reseruata fuit, ita,
1 vt transiret ad successorem. Hinc dubitaui † stante clau
sula cum mandato ad consentiendum reseruationi pen-
sionis, & deinde supplicationi cum litterarum expedi-
tione, atque expressione caussæ, de qua in dicto manda-
to, an reseruatio pensionis dicatur nulla, aut saltem mā-
datum ad consentiendum fuisse illicitum, non superue-
niente superiorum auctoritate? Domini responderunt
2 reseruationem esse inualidam, quia cum † mandata sint
strictè accipienda, & mandatum fuit ad consentiendum
ex caussa laborum, frustra fuit ex caussa resignationis fa-
ctæ a tertio, adeo, quòd seruatur forma mandati, l. dili-
genter mandati, differentia autem dupliciter ostendi-
3 tur. Primò, si † expressum fuisset Papæ reseruari hanc
pensionem, & ex caussa laborum, non permisisset eam
transire ad successores, sicut permittit, quando fit ex
caussa resignationis, vt in practica videmus. Secundò,
quia voluit Ferdinandus ideò consentire huic pensioni,
vt remuneraret labores, & expensas factas a Melchio-
re, vnde interest illi multum hunc fuisse in possessione
expensatum, sed potest hac de caussa conueniri in iudi-
cio a dicto Melchiore pro impensis factis. His accedit,
4 quòd cum † hæc caussa, quam ipse in mandato expres-
sit, esset illicita, cum voluerit assignare pensionem pro
5 impensis factis, idcirco eam clausulam in mandato, † si
Sanctitati suæ placuerit, expressit, vnde cum hoc Papæ
non fuerit narratum, defecit intentio Ferdinandi, & cō-
sequenter pensio est nulla. Nec dicatur caussam illam
expressam fuisse impulsiuam: Nam imò apparet esse fi-
nalē, cum exprimat in specie labores passos a Melchio-
re. Oldr. cons. 5. Soc. cons. 83. col. 1. & 3. Rom. cons. 417.
6 Nō obstat, quòd in † mandato Francisci principalis hoc
non contineatur, quia satis est, quod contineatur in mā-
dato Ferdinandi substituti, cuius formam debuit Mar-
tinus obseruare, cum ab isto facultates suæ dependeant.
Demum quia hoc mandatum factum est cum eodem
contextu cum principali, ergo omnia in vtroque censen
tur inesse. Nec obstat, quod possit fortasse aliud ex sta-
re mandatum conforme supplicationi: quoniam imò
facta est fides a Notario concess. in supplicatione, prælli-
rum fuisse uigore huius mandati, quod tamen & dili-
genter ipse uidebo, &c.

DECISIO DCLXXI.

Roman. hæreditatis de Cominbus 13. Ianuar. 1562.

SVMMARIA.

1 *Ignorantia alicuius de vita persona, quæ posset superstes infringere testamentum, debet saltem esse rumor mortis, & publica fama.*

2 *Alieno de facto vbi agitur, non tam graues & ponderosæ requiruntur probationes.*

FVerunt octo proposita in facto, & ex hoc dubitaui,
an præscripta sufficiant ad docendum probabilem igno-
rantiam [illegible] in casu, de quo agitur? Aliqui ex Do-
minis dubitabant, hæc non sufficere, eo, quòd iste non
sit de illis, qui mortem intulerunt, cum aliud respiciāt
& quia exempla Doctorum, qui uolunt ostendere pro-
babilem ignorantiam, sunt ualde diuersa ab istis, ut per
Bald. Corn. & Iason [illegible] C. de codicil. in 1. col. item e-
1 tiam, quia ad hoc est, ut quis excusetur, debet præces-
sisse aliquis rumor mortis, & publicus, l. si quis mihi bo-
na, §. planè, de acq. hæred. c. in præsentia, ubi Abb. nu. 42
de spons. Rebuff. in pract. pag. 343. num. 52. Verum alij
2 Doctores pro maiori parte sentiebāt ista sufficere, † cum
agatur de facto alieno, & isti non uersarentur simul cum
consanguineis, nec in funere, nec in nuptijs, & in alijs,
de quibus in puncto præsenti agitur. Quamuis inclina-
re magis uiderentur in hanc partem; nihil tamen om-
nino firmare potuerunt, sed dubitationem hanc dan-
dam, ut litigarent, quousque uiderint etiam illa, quæ
deducuntur a parte aduersa Aldi, quod fiet in sequenti
propositione huius caussæ, &c.

DECISIO DCLXXII.

Romana officij, 3. Ianuarij, 1562.

SVMMARIA.

1 *Exceptio de reuidendis computis, an opponi possit ante restitutionem factam ex vi pacti.*

2 *Triennio elapso, & non facta solutione pensionis, neque restituto officio ex pacto, vrgeri potest executio, maximè.*

3 *Pactum, quod inest instrumento scilicet reuisio computorum dicitur pars eius, & ab eo diuidi non potest.*

4 *Calculum facere differt ab eo, quod computum facere, & cum in illo præsupponantur vera rationes dati, & accepti, licet in computo de rationibus aliquando dubitetur.*

5 *Instrumenta quibus pacta apponuntur, vt plurimum conditionalia esse dicuntur.*

1 DVbium fuit, an exceptio, quæ opponitur pro parte Re-
uer. Patris Ruffini de reuidendis computis ex pacto ap-
posito

posito incontinenti post instrumentum, sit admittenda in præsenti iudicio, vbi agitur ex obligatione in forma Cam. in contractu locationis, ita quod ea non obstante teneatur ad instantiam officij vna cum fructibus siue ad illius æstimationem, & interesse? Præsupposito sine veri præiudicio, quod tempore locationis non possideret, nec hodie possideat officium, in præsenti tamen pacto præsupponebatur factum fuisse primum instrumētū de anno 1551. & testes probare, ꝙ tunc appositum fuit pactum de reuidendis computis: præsupponebatur etiam, ꝙ de anno 1552. mense Decemb. fuerunt facta, eadē die repeti, & fuisse illud idem actum de reuidendis computis, & qm̄
2 elapsum † iam erat triennium facta locatione officij, & D. Ruffinus non restituebat officium, nec soluebat pensiones, idcirco mercatores de Spada agebāt ad executionem, ex obligatione in forma Cam. dicebantq. sibi non obstare pactum de reuidendis computis, prout in terminis per Soc. in l. pecuniam, nu. 10. & seq. ff. cert. pet. Bart. l. Iulianus, num. 38. de cond. indeb. Gram. dec. 18. num. 10. Rota tamen magis contrarium probare videbatur,
3 quia † in hoc pactum dicebatur inesse instr̄o, & dr̄ pars illius, & ab eo diuidi non pōt, & ad Do. Soc. respondeba
4 tur eum loqui in calculo faciendo, non † in computo, cū in clausulis præsupponāt rationes veras dati, & accepti, sed errorem fuisse in calculo. In casu autem nostro secus est, quia dubitabatur de ipsis rationibus quomodo se habeant. Secundò dicebatur. Soc. loqui in terminis l. 2. de in diem adiect. vbi actus est purus, resolui tamen
5 post sub conditione: hic secus esse, † vbi instrumentum totum videtur conditionale ob pactum appositum. Cōcluserunt igitur eligendam esse hanc viam, vt videantur in his computis ea, in quibus partes conueniunt, & illis stādum in executione, in alijs verò in quibus videbatur dubium, deliberandum erit, & in Rota conferendum, an contineant dubia iuris, an verò ex stylo mercatorum decidi possint.

DECISIO DCLXXIII.

Seguntin. Canonicatus, 15. Ianuarij 1561.

SVMMARIA.

1 *Lite super beneficio vel canonicatu pendente, vtrum ab vna partium cum quodam tertio fieri possit permutatio.*
2 *Et an tali casu instrumentum tale subsistat de iure absque alia scientia summi Pontificis, num. seq.*
3 *Pacta instrumento apposita vtrum sint illicita ex eo, quòd clausula interuenit saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, cum id non interuenerit.*
4 *Tractatus permutationis cum licentia superioris est licitus in caussa beneficiali.*
5 *Executæ ante Pontificis beneplacitum permutatio cum illicita sit, & præsupponatur, ostendi debet ab assertore.*

PEndebat lis inter Aluarum super canonicatu, Marti
1 nus possessor inijt quandam permutationem cum Ioanne super hoc canonicatu, & alijs beneficijs dicti Io. cum quibusdam conditionibus, de quibus in ea, vnde dubitaui, *an esset contra ius, ad effectum, vt videatur,*
2 *an tale instrumentum subsistat de iure absque alia scientia & auctoritate Papæ?* Domini responderunt strictè ad
3 punctum, & dixerunt, pacta, de quibus † in instrumento, non esse illicita, quia adest clausula, saluo beneplaci-
4 to Sedis Apostolicę, & non aliter, nec alio modo, † vt hic est positus cōtractus permutationis, qui est licitus, Dec. consi. 14. in 1. dub. Patet igitur, quod illa quoad se, non sunt illicita, nisi Aluarus ostendat, quod illa executa fue
5 runt ante beneplacitum † Papæ, de qua dicit Martinus extare supplicationem, ne complectatur omnia illa pacta, & sic quod fuerint omnia bene narrata Papæ.

DECISIO DCLXXIV.

Forliuien. Bonorum, 24. Ianuarij 1562.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum an in dubio ex clausula codicillari probari possit.*
2 *Bona subiecta fideicommisso ex clausula codicillari, an irritent relicta legata per filium in testamento.*
3 *Mulier legataria, an agere possit Saluiano interdicto ad legata sibi a marito relicta.*
4 *Legatario hypothecaria competit, & vtile Saluianum interdictum.*
5 *Mulier probans maritum possedisse bona in quib. prætendit legata, & nunc possidere aduersarium, haud dubiè potest Saluianum interdictum intentare.*
6 *Rota cum inter suos Auditores contraria existunt vota, sæpè mutat opiniones.*
7 *Fideicommisso stante, legare tamen potest fideicommissarios vxori suæ, vel ratione suæ legitimæ, vel quia renunciatū fuit fideicommisso per diuisionem, vel præscriptionem, seu alijs modis.*
8 *Interdicto adipiscendæ, exceptio dominij non admittitur, nisi incontinenti probetur.*
9 *Mulier legataria fideicommissarij mariti ad legatum mittitur si cautionem præstet de eiusdem legati restitutione in casu succumbentiæ in caussa petitorij.*

HÆc caussa satis antiqua est, & super ea habitæ fue
1 runt multæ decisiones, circa illud, † *an ex clausula codicillaris in dubio esset fideicommissum factum, & ita se habebat?* Antonius Vriellus ex vxore suscepit filium Laurentium, quem hæredem in testamento instituit, indeque interfectus fuit morte violēta: post eius mortem Laurentius, & Sebastianus filij diuiserunt hæreditatem paternam, & diuisam possederunt spacio forsan 40. annorum: postea Sebast. moritur condito testamento, in quo heredem instituit Simonem, & legata nonnulla reliquit Camillæ eius vxori: deinde conuenit cum Laurētio fratre olim Sebastiani, & accepta certa portione, reliquum hæreditatis permansit apud Laurentium: nunc Camilla legata sibi relicta petebat: & quia contra eam
2 † obijciebatur, bona omnia fuisse subiecta fideicommissa ex clausula codicillari apposita in testamento Anton. idcirco Sebastianum non potuisse talia legata relinquere. Hinc dubitaui præsuppositis resolutionibus Rotæ super fideicommisso quondam Antonij fratris Laurentij, & Sebastiani, quorum copiæ Dominis dantur, & stante suspensione petitorij nouissimè facta pro parte dictæ Ca
3 millæ de Caccianemicis, † an dicta Camilla possit agere Saluiano interdicto cōtra Simonem heredem Sebastiani, seu contra Laurentium dictorum possessorem pro legatis sibi relictis in testamento D. Sebastiani? Domini re
4 sponderunt, Camillam certe agere posse, † cum legatario competat hypothecaria, & vtile Saluianum interdictum, Aret. §. item Seruiana, num. 9. Institut. de actio. satisque est probare Sebastianum testatorem tempore testamenti possedisse, & aduersarium nunc possidere, Aret. d. §. Seruiana. numero 15 & consil. 112. num. 6. in
5 4. Castren. consil. 51. in 2. Cum † igitur Camilla vtrunque probauerit, & suspenderit petitorium, quod ei licuit, Rota in nou. de caus. pos. & propr. decis. 35. numero 6. Oldrad. consi. 10. num. 16. non est dubium hoc ei remedium competere. Non obstat, quod bona dicātur subiecta fuisse fideicommisso prout in resolutionibus Dominorum: Quoniam in primis negatur, cum imo ex his
6 appareat contrarias inter eos † fuisse sententias, & nonnullos mutasse opinionem, imo & postea superuenerunt aliæ auctoritates in contrarium, veluti Soc. consi. 1. & 26. in 3. Aim. consil. 34. colum. 2. Mand. consil. 133. colum. 1. in 2. Io. Dilect. cap. cum autem, num. 4. de lib. institut. ita vt negari non possit, quin materia sit ampla.
7 Sed præsupposito etiam, quod † inductum esset fideicōmissum, adhuc tamen non sequitur, Sebastianum non potuisse legare aliquid, seu ratio legitimę, seu quia renunciatum fuit fideicommisso per diuisionem, seu præsumptionem, seu alijs modis, qui possent deduci,
8 & indigent maiori disputatione. Quare cum in † interdicto

terdicto adipiscendo exceptio dominij non admittatur, nisi incontinenti probetur, Socin. sen. cons. 7. num. 3. Anton. de Butr. in cap. 1. num. 8. de leg. non debet interim prohiberi Camillo, consequi sua legata, cum hæc exceptio fideicommissi, aut dominij non sit clara. Placuit tamen Dominis, vt eligatur hæc media via, videlicet, vt
9 † illa det cautionem de restituendo legata in euentum succumbentiæ in caussa petitorij: & tunc videatur, quis possideat, an Simon, an Laurentius, & contra possessorem detur executio.

DECISIO DCLXXV.

Legionen. præstimonij, 24. Ianuarij 1562.

SVMMARIA.

1 *Clericali charactere insignitus ab Epõ non suo diœcesano, an sibi obsit in casu præstimonij, ita vt rata sit dispẽsatio.*

2 *Dispensatio non ab ordinario obtenta, sed alio Episcopo, obest si adsint clausulæ, quæ ad omnia in dispensatione posita referantur.*

3 *Licentia celebrandi concessa videtur frustratoria, si ex litterarum ostensione sola penderet promotionis ad sacerdotium.*

4 *Episcopum non velle quid vltra suum posse concedere in celebrationis licentia concedenda præsumitur.*

5 *Actus vt valeat pro eo in dubio semper est facienda interpretatio.*

6 *Probans se decennio in loco Episcopi habitasse licet non sui ordinarij, præsumitur ibi habitationẽ firmã contraxisse.*

DAta fuit copia dispensationis & demum dubitatũ,
1 *an † suffragaretur d. Ioan. qui fuit insignitus ab Episcopo non sua diœces.* Verba autem ex quibus oriebatur dubium, ea præcipuè erant, vt clericali charactere insigniri, & ad reliquos ordines etiam presbyteratus promoueri, & illis postmodum acceptis, etiam in alterius Ecclesijs primam sollemnem missam cantando, diœces. Episcopi, vel cuiusuis alterius licentia desuper obtenta ministrare ac curam exercere liberè, & licitè valeas, &c. Aduersarius Ioan. dicebat eum non ritè fuisse insignitũ ab alio Episcopo, cum dispensatio prouenire debeat a iurisdictione in subditum. Verum Domini contrarium
2 responderunt, videlicet, hanc dispensationem suffragari. Primò, quia illa clausula in fine refertur æquè quoad omnia præcedentia, Dec. cap. 2. requiris, nu. 3. de appell. Paris. consil. 9. num. 25. in 2. consil. 208. num. 49. in
3 3. Secundò, quia aliàs fuisset superflua hæc licentia celebrandi, cum vnusquisque ostendendo litteras suæ promotionis potuisset hoc facere, c. nunc. vbi Abb. de elect. Tertiò, quia licet non constet, quod Nuncius haberet in facultatibus suis hoc, tamen ei datur licentia celebran-
4 di vbique & pronunciandi, vnde præsumendum est, voluisse concedere id, quod poterat. Quartò, quia adest verbum, licitè valeas, & liberè, vt aliquid operetur, accipiendum est a quocumque, l. 1. cum gl. de sacrosanct. Eccles. Quintò, quia tunc temporis hæc licentia promouendi a quocumque passim concedebatur. Sextò, quia
5 pro validitate actus in dubio facienda est interpretatio: quoniam tamen aliqui dissentiebant, dictum fuit vt videat Ioannes si posset agere per aliquod adminiculum,
6 veluti, si probet se spacio decem aut plus annorum habitasse in loco vbi degebat Episcopus, qui eum ordinauit, quo casu diceretur ibi domicilium contraxisse, cap. cum nullus, de tempor. ordin. in sexto, aut si non potest, probet saltem se fuisse a motu proprio Episcopi habitum, & toleratum tamquam clericum.

DECISIO DCLXXVI.

Taruisina Canonicatus, 27. Ianuarij 1562.

SVMMARIA.

1 *Clausula, & sine præiudicio aliorum, &c. inserta gratiæ per signaturam, an totam gratiam ita restringat, vt non obsit gratiæ aduersarij.*

2 *Papam non præsumitur velle anterioribus gratijs per nouas præiudicare, neque prouisionibus per nouas gratias & prouisiones.*

3 *Gratia a Pontifice concessę ex priuilegio ceteris aliorum gratijs pręferuntur.*

4 *Gratia an remittenda sit ad corrigendum, an intelligenda prout in registro continetur.*

5 *Clausula, sine præiudicio aliorum, &c. parum refert siue in principio siue in fine gratię ponatur, tum satis pręsupponatur de scientia voluntatis Sanctissimi.*

6 *Prout de iure clausula in signatura apposita gratiæ, refertur ad omnia contenta in commissione.*

7 *Multę clausulę in corpore gratiarum reperiuntur ad singula membra relatę, quę caussa breuitatis sępe a signatura omittuntur.*

PRæsupposito originalis gratiæ motu proprio concessæ Hieronymo Quirino, quæ habebat in fine clau-
1 sulam appositam in signatura, & sine præiudicio aliorum similes gratias prosequentium, ex quo Morengus aduersarius prætendebat totam hanc gratiam restringi, ita, vt non noceret gratiæ Morengi anteriori: è contra verò Quirinus produxerat transumptum gratiæ sine expeditum, in quo clausula erat apposita circa principium, indeque putabat non restringi ab ea totam gratiam, sed tantum eam partem, quæ loquitur de mensi-
2 bus ordinariorum; cum Papa in his noluit præiudicare alijs habentibus anteriores similes gratias, & prouisiones factas canonicis. In alijs autem mensibus reser-
3 uatis velit Papa priuilegium facere quinimo vt eius gratia ceteris præferatur: idcirco ex his dubitaui præsupposito, ꝙ ex transumpto tam in actis producto quã in registro supplicationum clausula, sine præiudicio similes gratias prosequentium, sit apposita prout in eo, cuius copia datur, *an quoad effectum, de quo agitur, sit facienda differentia in quo loco sit, an sit remittenda ad corrigẽdum, an*
4 *verò intelligẽda, prout in registro?* Dñi respõderũt, etiam
5 quoad primam partem nihil referre, an † sit clausula apposita in principio, an in fine, cum satis constet de mẽte Papæ, qui voluit totã gratiã restringi a clausula supradicta. Hinc est, vt quoties præsentãtur similes gratiæ cum varijs clausulis cõtẽtis in eis, tũc signatura addit varias clausulas, secundũ quas vult regi totam gratiam, quasi dicat Papa, fiat quidquid velis, volo cõcedere ea in hoc modo, videlicet cũ his limitationib. & commissionib. iu-
6 stitiæ. Vbi clausula apposita a signatura, prout de iure, refertur ad omnia contenta in commissione. Et ex his tolluntur ea, quæ in contrarium adducebantur, videlicet, ꝙ in tempore gratię reperiuntur multæ aliæ gratiæ, quæ videntur contrariæ istis, quod videtur absurdum: nã obiectũ procederet, si oẽs clausulæ essent scriptæ, & appositæ a parte. Verum concedendum est, ꝙ aliæ sunt clausulę, quas petit pars, in qua scriptę alię sunt, quas tantum vult Papa concedere, & inter has est ista, de qua nunc loquimur cum tribus aut quatuor alijs adiectis, quę omnes sunt separatæ inter se, & referũtur ad varia
7 capita † in corpore gratiæ, quamuis signatura ea tunc non deducat breuitatis caussa: ex his etiã infertur quoad secundas litteras, non esse corrigendas, quia rectè se habent, & ita seruat stylus expeditionem, qui inserit deindè hanc clausulam, vbi post narratiuam Papa incipit confirmare pronunciationem.

DECISIO DCLXXVII.

Mantuani laudi, &c. 17. Ianuarij 1562.

SVMMARIA.

1 *Ecclesiam læsam esse ex communi æstimatione probandum est, non vnius tantum terrulæ, sed & aliorum fundorum circumiacentium.*

2 *Testibus varijs, & mendacibus fides nulla adhiberi debet.*

MVlta præsupponebãtur in dubio, ex quibus quærebã, *an ex supradictis scriptis dici possit, ꝙ sufficien-*

ter

ter sit probata læsio Ecclesiæ? Domini strictè ad dubium
responderunt, nō esse probatam læsionem: quoniam cū
quinque testes, de quibus in dubio, loquantur tantum
de dimidia portione, ex ea inferri non potest ad læsionē
1 Ecclesiæ, † cum ea sit probanda ex communi æstima-
tione non vnius tantum terrulæ, sed aliorum prædiorū,
quæ circumuicina sunt. Quoniam tamen ea ad dubium
pertinebant, vt videatur, an illi testes deponentes pos-
sent dici mendaces aut varij, propter præsupposita de
quib. in puncto. Propterea dixerunt Domini, vt post
2 hac dubitem, an stantib. supradictis testes dicantur † ita
varij, & mendaces, vt illis fides non sit habenda? Post
quod deinde quæri poterit, an ex his iunctis alij constet
de læsione Ecclesiæ; quod tantum audio decisum fuisse
coram R.P.D. Romano.

DECISIO DCLXXVIII.

Vlysbonen. quartanatiæ, 31. Ianuarij 1562.

SVMMARIA.

1 *Pars ad duas Ecclesias curatas obtinendas, quid debeat docere ratione dispensationis prætensæ.*
2 *Ius in beneficio habere sufficit licet non sit in possessione ad validum efficiendum consensum caussa pensionis.*
3 *Possessio in beneficialibus non consideratur sed legitima, & vera institutio, eaque de præsenti.*
4 *Secundi beneficij impetratio elidit robur primi antea impetrati, nisi insequatur gratia possessio quieta, & pacifica.*
5 *Potens habere titulum ad duas parochiales solius tituli vigore, validè consensum præstare valet pensioni.*
6 *Verificatis verificandis ab vna partiū tenetur pars aduersa ad verificationē resignationis in suorum fauorem factā.*
7 *Pensionem reseruatam super duobus parochialibus obtentis ex indulto dispensatorio Sedis Apostolicæ asserens, ad probationem talium assertorum est obligatus.*
8 *Simplex ius habere in duabus parochialibus, & eas indulto Apostolico, seu per dispensationem obtinere diuersa sunt.*
9 *Remissoria ad verificanda narrata in gratia, vtrum debeat concedi.*
10 *Fumo nullo dato pro parte, quæ asserit obtentam per se dispensationem duarum parochialium, remissoria nullatenus venit concedenda.*

IN vltima propositione huius caussæ, quæ fuit 20. De-
cembris reseruatum fuit hoc caput disputandum,
quo modo proposui, videlicet præsupposita resigna-
1 tione, &c. *An teneatur Gundisaluus docere de dispensatio-
ne ad obtinendas duas parochiales, quoad effectum vt vali-
da fuerit resigna. pension. quæ transeat ad successores, aut
saltem eidem Gundisaluo sit danda remissoria ad iustifican-
dum suam gratiam?* Pro parte Gundisalui dicebatur,
2 eum non teneri docere de dispensatione, cum † ad con-
sentiendum validè pensioni sufficiat habere ius in be-
neficio, licet non sit in possessione, Moheda. 166. Put. 2.
3 de dispens. si quidem † in beneficialibus non attenditur
possessio, sed vera institutio de præsenti, cap. 1. de præb.
in 6. cap. 3. de reg. iur. in 6. Clarum est autem, quòd quis
potest habere ius, & titulum in duabus parochialibus,
absque tamen dispēsatione, cum per impetrationem se-
4 cundi † beneficij non vacet primum, nisi secuta pacifica
possessione gratiæ, vt per Doct. in cap. simulata, de præb.
Aegid. 598. Cassad. 9. de caus. posses. & propriet. num. 2.
5 Cum igitur quis † potuisset habere titulum ad duas pa-
rochiales, & ex solo titulo possit consentire validè pen-
sioni, sequitur non esse necessarium Gundisaluo osten-
dere illam dispensationem. His non obstantibus Rota
6 contrarium conclusit. Nam cum Ferdinandus † iustifi-
cauerit sibi incumbentia, tenetur etiam Gundisaluus
verificare resignationem in fauorem sui factam, in qua
7 narretur pensionem esse † reseruatam super duabus pa-
rochialibus de consensu Saluatoris, quas ille obtinet ex
dispensatione Apostolica. Igitur hæc omnia sunt verifi-
canda, Innoc. cap. 1. vt lit. non contest. in 6. Dec. consil.
401. nu. 17. Non sufficit autem probare, quòd Saluator
habuit ius ad duas parochiales, quia primo hoc satis
probatum fortasse & clarè est, sed an ex hoc tacitè possit
consentire pensioni, quæ transit ad successores, dubium
relinquitur. Secundò, quia sumus in casu, in quo Salua-
tor dixerit se habere simplex tantum ius, sed narrauit in
positione se ex dispensatione Apostolica illas parochia-
les obtinere. Cum igitur ipsemet fateatur se illas obtine-
8 re ex † dispensatione Apostolica, cessat quod poterat di-
ci tantum de simplici iure illius, & ita respondetur ad
omnia contraria. Hinc infertur, eum teneri debere veri-
ficare hanc suam dispensationem, cum ipsemet eam nar-
rauerit in gratia, in qua omnia narrata sunt verificanda,
licet aliàs non esset necessarium, Moheda. 356. ante fin.
Fab. 17. Quoad secundam partem dubij facilis fuit de-
cisio, nam cum gratia non probetur per testes, Rot. in
nou. 27. de test. Aegid. 746. Afflict. 346. Felin. rubric. de
9 contest. col. 3. sequitur † remissoriam ad id dandam non
esse, Rot. in antiq. 44. de test. Felin. cap. 1. de appel. num.
10 5. tum etiam principaliter, quia nullus datur † fumus
pro parte Gundisalui huius dispensationis, igitur remis-
soria non est danda, Cassad. 2. & 3. de dilat.

DECISIO DCLXXIX.

Cremonen. præpositurae, 7. Februarij 1562.

SVMMARIA.

1 *Sufficienter probata per famam requiruntur in casibus qui sunt difficilis probationis.*
Et an per testes huiusmodi fama satis dicatur posse probari, num. seq.
3 *Testes varias exceptiones perpetientes vel obiectiones, nihil probatoriè concludunt, vt hoc casu in fama.*
Vt nec testis qui deponit per verbum, creditur, nu. seq.
5 *Fama cuius dicit testis originem natam fuisse ex missoria epistola, quia inepta est talis origo, vt pote non emanata a maiori populi parte, ridicula est.*
6 *Testis de auditu auditus non est releuans.*
7 *Depositio per testem de litteris famæ, & non de fama mortis nihil probat.*
8 *Ex litis principio deducto potest & testium aliquorum veracitas depositio.*

PRosequendo vltimam propositionem huius caussæ,
dubitaui hoc modo, videlicet præsupposito, quòd
sumus in casu difficilis probationis quoad diem obitus,
1 & quòd † hoc casu satis sit probatio facta per solā famā,
si sufficienter probetur, vt alias Domini resoluerunt,
2 *an † ex testib. qui dantur, dicatur hæc fama sufficienter pro
bata ad effectum de quo agitur?* Domini concluserunt,
hanc probationem non sufficere, nam præter vltimum
3 testem, qui est tertius decimus, † certè omnes patiun-
tur varias obiectiones, & non concludunt, nam incipiē-
4 do a Primo, iste † loquitur per verbū credit. Secundò,
loquitur tantum de auditu. Tertiò, non dicit, quando
audiuerit hoc dici, & sic potest hoc audiuisse lite pen-
dente. Secundus loquitur de anno, sed nescit de men-
se. Tertius loquitur de partibus, & non dicit publicè,
nec de tempore. Quartus, solum deponit de morte cer-
ta, sed ignorat de tempore. Quintus, non dicit se pu-
blica fama audiuisse ab N. & N. & dicit a paucis die-
bus citra, & sic lite pendente. Sextus non dicit publi-
cè, & deponit de mense Februarij, & discordat ab om-
nibus, qui loquuntur de mense Nouembris, & sic a te-
stibus, & a parte, & non deponit de fama publica, &
quod credit fuisse famam, Secundo, quòd fama habuit
5 originem a littera missiua, † quæ est inepta origo, cum
non sit a maiori parte populi, & deponit de commo-
rantibus in vrbe, qui audierant in opido Cremæ,
6 & sic † de auditu auditus. Septimus, deponit de Cre-
ma, sed non dicit publicè. Octauus, licet de publica
voce, non deponit quo tempore præcisè audiuerit,
nec quo tempore fuerit fama. Nonus autem etiam de-
ponit,

ponit,de quo tpe. Decimus noo dicit de mense, nec de
publica voce & fama. Vndecimus, deponit præcisè de
tpe mortis,ꝙ id publicè audiuerit. Duodecimus, depo-
7 nit de †litteris famæ,non de fama,nec de tpe mortis de-
ponit, & in secundo dicto in principio non dicit de pu-
blica voce & fama, & in fine vbi loquitur, quod cõiter
tenetur, deponit de anno 1557. & in vltima parte non
dicit, quo tpe audiuerit. Tertius decimus videtur me-
lius probare,& hęc ita sumpsi ex annotationibus aliquo
rum ex Dñis, qui tamē dicebant videndũ esse,quo tpe
8 fuit cœpta lis,† indeque colligi posse,an etiam duodeci-
mus testis probet, quia si eo tempore quo ipse deponit,
nondum erat lis cœpta,etiam iste testis prodesset.

DECISIO DCLXXX.

Aretin. parochialis de Reg. 7. Febr. 1562.

SVMMARIA.

1 *Præsentatus tamquam a patronis contra alium qui a Papa obtinuit postea, vtrum si doceat de quasi possessione iuris patronatus præsentantium debeat obtinere.*

2 *Quasi possessio iuris præsentandi ad beneficium, quib. medijs possit dignosci.*

3 *Bona fides requiritur in eo, qui sibi ius presentandi adscribit, & eam vt doceat per exhibitionem instrumentorum est necesse.*

4 *Donatio facta Ecclesiæ non semper præsupponit ius ob id in ea donatori ad beneficia præsentandi competere.*

5 *Institutio præsentati ab ipsa vniuersitate vel cõitate facta ab Ordinario, an corroboret pretensum ius presentãdi.*

6 *Patronatus ius si non constet competere huic qui presentabit vbi prouisio Pontificis contraria effectum sortiatur non preiudicatur illi presentanti in minimo.*

CVm vacasset beneficiũ de quo agitur, Nicolaus id
1 impetrauit ad præsentationē Comitũ de Montea-
cuto tamquã Patronorũ illius. Nunc Præsentinus ad-
uersarius id impetrauit a Papa; Postea orta lite cum Ni-
colaus vellet docere de patronatu Comitum, & eos esse
in quasi possessione præsentandi, obtinuit Præsentinus,
imò hoïes de vniuersitate de Reguntino dicũt se esse in
quasi possessione præseotãdi. Vnde & sententiam obti-
nuit a Dño Chissanen. exclusiuã iurispatronatus Comi-
tum. Nunc igitur dubitaui, an ex actis constet de quasi
possessione hominum de Reguntino? Domini rñderunt
2 † ad dignoscendam hanc quasi possessionem, illa omnia
solere requiri, de quib. Cald. cons. 12. de iure patron. ꝙ
cons. Rota semper seruare solet. In casu autem nostro di
xerunt, videri omnia illa requisita concurrere duobus
exceptis, de quibus maximè dubitauit. Primum est de
bona fide, quæ in hac materia non præsumitur, cũ aga-
3 tur de inducenda seruitute, ideò dixerunt, vt Præsenti-
nus colligat omnia sua instrumēta, siue alia adimicula,
ex quib. vult colligere hanc bonã fidem, & tunc ego po-
tero dubium proponere, an ex his constet de bona fide
illorum hominum, præsupponendo etiam quandã de-
cisionem anno proximo superiore factã in actis coram
4 Domino Oradino. Vbi † conclusum fuit in donatione
quadam facta a Communitate ista non comprehendi
ius patronatus. Secundum est, quia non constet in spe-
cie de præsentatione hominũ facta de illo aono 1445.
5 & licet adsit institutio Episcopi, † vbi ait, se ad præsen-
tationum hominum instituisse Præsentinum seniorem,
iuxt. decis. Put. de iur. patron. in nou. tamen aliquibus
videbatur hoc instrumentum non sufficere, quia in di-
cta decis. constabat de patronatu: hic secus est. Et de-
inde, quia nonoulli dicunt illam decisionem non ser-
uari, vbi agitur, de præiudicio alterius, quam Ordina-
rij, Fel. cap. sicut, de re iudic. nu. 26. Roch. de iure patro.
in verbo, honorificum, quęst. 50. Quare & circa hoc ca-
put separatim poterit dubitari. Quo autem ad societa-
tem aduersariorum, id est, Comitum, quam Nicolaus
in informationibus suis deducebat esse necessariam ad
hoc vt homines, dicantur acquisiuisse quasi possessio-
nem pretensam. Responsum fuit causam hic non requi
6 ri, quia hactenus non constet, quòd † Comites essent pa
troni, ideò dici non potest agi de præiudicio illorum.

DECISIO DCLXXXI.

Rom. fideicommissi de Grassis, 10. Feb. 1562.

SVMMARIA.

1 *Stabile melius de iure suo docenti eo licet non plenè probato motus proprij vigore adiudicatur.*

2 *Proximiores ab intestato vtrum debeant mitti in possessionem stantibus attestationibus deponentium de scripturis partis aduersæ, & qualitate proprij motus Sanctissimi.*

3 *Pars quæ in præsens vsque egit tanquam in vias fideicommissi ratione stabilium bonorum vtrum in futurũ possit iudicium immutare, vt id, quod prætendit, assequi valeat ab intestato.*

PRo parte mulierum fuerat impetratus quidam mo-
1 tus proprius, † qui mandabat tradi possessionem ca
salis illi parti, quæ melius probauerit de iure suo, licet
non plenè probauerit: idcirco dubitaui presuppositis
dictis testium pro parte mulierum, item scripturis pro-
ductis pro parte Vincentij, stãteque motu proprio, qui
datur quis eorum sit immittendus in possessionem ca-
2 saliũ, stante presertim, ꝙ † mulieres sunt proximiores ab
intestato ipsius Andreę, & Michaelis Angeli. Domini di
xerunt in primis considerandum esse caput successionis
ab intestato, quam pretendũt nunc mulieres: quoniam
cum hactenus egerint vigore fideicommisi, videndum
3 erit, an † possint mutare iudicium, & agere ab intesta-
to? Secuodò, quoad testes pro parte mulierum dixerunt
eos nihil probare, nam non loquuntur de Andrea, aut
omnino non concludunt. Quoad iura autem pro parte
Vincentij nihil in presenti responderunt, quoniam ma-
teria erat satis implicita, sed dixerunt vt seorsum post
hac dubitem, aut probent satis intentionem Vincentij.

DECISIO DCLXXXII.

Seguntini Canonicatus. 10. Febr. 1562.

SVMMARIA.

1 *Conuentio siue concordia a partibus in caussa beneficiali inita roborata clausula beneplacito Sedis Apostolicę, legitima est, nec vllo modo de simoniaco contractu argui potest.*

2 *Narrata omnia fuisse in supplici exhibito Pontifici libello constat ex clausula, Quorum tenores, &c.*

3 *Emens rem litigiosam scienter, non tenetur de euictione venditor, cum inter eos habita conuentio rata dicatur esse, & valida.*

4 *Decipitur nequaquam permutans cum altero beneficium vbi sibi cõstat esse litigiosũ, quod acceptat permutãdo.*

5 *Confirmatio quęlibet habet subintellectam tacitè clausulam quatenus petita licita fuerint & honesta.*

6 *Pontifici in specie narrata non possunt dici illicita.*

POstquam Rota in hac caussa concluserat num. 500.
conuentionem nõ fuisse contra ius, cum apposita sit
clausula, saluo beneplacito Sedis Apostolicę, vnde rur-
sus Aluarus obijciebat Papam non intellexisse omnia
cootenta in coocordia, ita vt illius executio postea
subsecuta dicatur fuisse valida, an potius contra ius,
& symoniaca, & dentur clausulę concordię. Domini
omnes responderunt concordiam fuisse licitam, & au-
1 ctoritate Papę legitime confirmatam, cum in ea ad-
sit clausula, quorum tenores, & cet. & clausula, pro
expressis habentes, quarum vigore totus tenor con-
cordię inseri potuit in supplicatione vt quotidie Ro-
ta seruiat. Nec dicatur quod Rota noluit confirmare
tantum ea quę erant licita, secus verò illicita, vt per
Abb. in c. examinata, num. 5. & c. venerabiles, nu. 4. de
confir.

confir. vtil. Card. conf. 8. num. 4. de rescript. & præsertim ea quæ Papæ non narrata fuerunt, Dec. consil. 541. circ. fin. vers. non obstat, Aim. cons. 68. num. 7. Crescen.
2 206. circa fin. Nam † responsum fuit primò, sans videri omnia fuisse narrata Papæ ex illa clausula, *quorum tenores*, deinde nihil re vera contineri concordia, quod sit illicitum, & in specie non fuit narratum Papæ: siquidem in supplicatione omnia nominatim referãtur, quæ erant in concordia propter illam clausulam, quòd Ioannes vnus ex permutantibus vult recipere canonicatum litigiosum, vt stet periculo suo, & casu quo in lite succũbat, non possit amplius redire ad beneficia sua permutata. Nam hæc clausula non dicitur esse contra ius, sed potius secundum ius, sicuti videmus in emptione, vbi quis regulariter tenetur de euictione: si tamen † quis
3 emat rem litigiosam scienter, potest venditor cum eo conuenire: & permutatio rectè fieri potest, quando
4 † permutans scit beneficium esse litigiosum: nam tunc non decipitur is qui rem litigiosam capit, Rebuf. de pacif. poss. q. 1. num. 2. Minus obstat clausula certorum de qua in fine supplicationis, quoniam illa est alternatiua, & posita in obiectione ipsius Ioannis. Nõ obstat etiam,
5 quod † in qualibet confirmatione intelligi soleat clausula quatenus petita sint licita, & honesta, vt per Bertr. cons. 76. col. 5. Rebuff. de pacif. poss. num. 256. & alios Doct. de quibus, sup. nam ea quæ in specie narrata fuerunt Papæ, non possunt amplius dici illicita: quæ verò implicite tantum narrata fuerunt, non sunt contra ius sed potius secundum ius, aut præter ius, prout supra ostendimus.

DECISIO DCLXXXIII.

Cremonen. Prioratus, 26. Febru. 1562.

SVMMARIA.

1 *Agitur vbi de recognitione vetusti instrumenti annorum octuaginta Rota non requirit cognitionem de qua in leg. comparationes, C. de fide instrum.*

2 *Antiqua esse instrumenta ex quibus potissimum commonstrari possit.*

FVerunt producta multa iura de partibus, quæ dicebantur non legitimè extracta nec in forma probanti; ideo dubitaui, *an stantibus dictis testium, instrumenta de quibus in processu de partibus, sint sufficienter recognita?* Domini dixerunt, quòd † cum agatur de recognoscendis instrumentis vltra 80. annos, Rota non requirit cognitionẽ, de qua in l. comparationes, C. de fide instrum. Nam id fieri non posset. Sed veniendum est ad adminicula. Ea autem sunt, vt probetur illum de quo agitur fuisse notarium, prout probatum fuit in casu nostro. Vnde primum est adminiculum, de duob. testib. de publica voce talterum est adminiculũ, quod extent alia instrumenta eiusdem notarij, vt apud Put. in decis. 15. de fide instr. Hoc etiam constat, quia istimet dicunt se exemplasse alia instrumenta eiusdem notarij, & latè deponunt de alijs ex quibus res visa fuit satis clara, Put. 9.
2 & 13. de fid. instr. & † maximè, quòd hæc instrumenta possunt dici antiqua, Alex. cons. 4. num. 28. in 2. & cons. 287. nu. 5. in 2. Bertrand. cons. 141. num. 8. in 3. Cetera quæ obijciebantur, non constant in facto, & ex processu ipso de partib. aliter apparet.

DECISIO DCLXXXIV.

Vrbeuetana Castri, 16. Febr. 1562.

SVMMARIA.

1 *Scripturarum subtractio & instrumentorum vtrum latas possint antea sententias eludere Rotales.*

2 *Acta etiam deperdita non præsumi possunt esse pro sententia a qua fuit facta appellatio.*

3 *Clausula, quam, & quas inserta commissioni quid operetur hoc casu in simplici spolio.*

4 *Pars qua se fundat in nullitate sententiæ aut replicationis via actis deperditis ad intentũ sui probationem, vt ea producat necesse est.*

5 *Agat pars siue spolio simplici siue nullitatis & iniustitiæ, actis non extantibus vtrum in decursas veniat expensas condemnanda prioris iudicij.*

DVbitaui, *an ex deductis videlicet commissione prima, alia folio 210. & alia fol. 361. & ex articulis folio 151. constet Dom. Monaldenses prosecutos fuisse caussam simplicis spolij attentati, aut nullitatis sententiæ Mohedani ad effectũ vt videatur an ipsi vel Illustrissimus Dux fundet se in dictis actis, quæ prætenduntur deperdita.* Domini nihil firmarunt, sed multa fuerunt considerata. In primis dicebant valde animaduertendum esse in hac caussa, quid agatur: quoniam res potest esse mali exempli, quia post latas sententias partes subtraherent scriptu-
1 ras in alijs caussis, & † ita quærat eludere sententias Rotales. Aliqui deinde restringebant, quod si Monaldẽses appellarunt a sententia Mohedani, & adhuc prosequũtur caussam appellationis, tunc non tenentur edere acta, quæ prætenduntur deperdita, quoniam non præsu-
2 mitur † pro sententia à qua fuit appellatum: quòd non fuit appellatum, aut appellatio fuit deserta, si tunc secus esset, iuxta doctor. Abb. in cap. quoniam contra, de probat. In casu autem nostro ex actis constabat Monaldenses quidem appellasse, sed non deinde prosecutos fuisse caussam appellationis, nam commissiones de quibus, in puncto sunt multò post, & non sunt super appellatione, sed super nullitate aut spolio. Alij dicebant in commissionib. de quib. in puncto, cõprehensas esse omnes caussas, prout apparet ex verbis ipsis, & maxime ex clausula, *quam, & quas*, ex qua licebit etiam hodie agere simplici tantum spolio, & nihil aliud deducere; alioquin si fundet se principaliter in nullitate, aut via replicationis,
3 † tunc videtur illis incumbere, vt producant omnia acta. Quidam etiam dicebant actionem spolij intentatã a Monaldensib. semper esse consecutiuam ad caussam iniustitiæ ex eisdem actis, & ideo non posse hanc caussam simplicis spolij separari a caussa iniustitiæ, cum & in articulis repetantur omnia etiam in commissionibus, deducta. Vnde videntur in se sumpsisse onus probandi iniustitiã, alioquin si volebant agere tantum spolio, non erat necesse eos loqui de iniustitia: alij contra, quia licet
4 Monaldenses quocũque velint modo agere. Tamẽ † dubitari posset, *an sint condemnandi in expensis prioris iudicij?* Inter has igitur difficultates omnib. placuit, nemine discrepante, vt dubium restringatur in hanc sententiã, præsupposito quod in commissionibus deductum sit omne ius tam nullitatis, quàm iniustitiæ, & spolij attentati, *an stantibus articulis, qui dantur, possint hodie Monaldenses obtinere in simplici spolio, probato tantum vtroque extremo, absque alia actorum productione, quæ prætenduntur deperdita.*

DECISIO DCLXXXV.

Taruisin. Canonicatus, 3. Martij 1562.

SVMMARIA.

1 *Gratiarum dissimilitudo vtriusque partis de beneficij iure sibi competenti prætendentis, an ex clausulis inseri solitis sufficienter apparere possit.*

2 *Similitudinem gratiarum sufficit in eo probari quæ negotium principale concernit in alijs, licet sint dissimiles.*

3 *Clausula siue pinguiores, siue minus pingues, non immutant vim, & naturam gratiæ, cum intentio & remissio non pariat differentiam.*

4 *Datarius gratiis cur inserat clausulam, sine præiudicio similes gratias prosequentium.*

DVbiũ propositũ, stante quòd gratia Quirini est facta motu proprio, & habeat clausulam, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & quòd non posset dari de defectu intentionis, & quod non admittatur probatio in contrarium, &c. in gratia autẽ, Morengi non sunt hmôi clausulę, *an his clausulis Quirini, dicatur dissimilis, aut alia clausula posita in fine sua gratia, † videlicet*
1

fine

sine praiudicio aliorum similes gratias prosequentiū, &c. sibi non noceat aduersus gratiā Morengi? Conclusum ab
omnibus fuit, gratias dici similes quoad effectum, de
1 quo agetur, cū sufficiat † similitudo in eo, de quo prin-
cipaliter agitur, Dec. c. translat. de cōst. Rebuff. de mād.
apost. fol. 352. in casu igitur nostro principalis similitu-
do est, quòd vtraq; gratia est creationis in canonicum
cum expectatione præbendæ primum vacaturæ. Item
vtraq; est confirmata a Iulio III. cū creatione. Itē quòd
vtraq; est in eadem Ecclesia Taruilina. Item quod vtra-
que est respectu canonicatuum, & præbendarum. Itaq;
sunt hæ variæ similitudines, quę respiciunt substantiam
3 gratiæ. Nam licet sint clausulæ † pinguiores, aut tenu-
iores, non tamen immutant vim gratiæ, cum plus, & mi
nus non facit differre specie, l. 1. de fund. instr. aliàs si dis
similitudo spectanda esset ex varietate clausularū, om-
nes ferè gratię essent dissimilea. Accedit quia Datarius
in signatura gratiæ ipsius non cōsiderauit singulas clau-
sulas, nec voluit hunc laborem, conferēdi illas simul, &
4 ideo † adiunxit illam clausulam, sine præiudicio similes
gratias prosequentium, quia considerauit ipsum tamū
corpus, & substantiam gratiæ, non alia: & facit pro de-
cisione huius questionis c. quōdam, vbi Gem. & Franc.
de pręb. in 6. & ita aliàs decisum fuit in caussa Paduana
canonicatus, coram D. Caputaq. die 12. Maij 1553. Nō
obstat c. duob. de rescript. in 6. Nam procedit, vbi extat
motus proprius, Staph. de grat. pag. 87. & 89. & idem
rnderunt Dn̄i, dicendum esse, licet valor esset diuersus:
nam nihil refert, an substantia gratię sit similis, reliqua
latius adnotata habeo ex voto vnius ex Dominis.

DECISIO DLXXXVI.

Rom. de Cinquinis, 3. Martij 1562.

SVMMARIA.

1 *Depositarum pecuniarum ad restitutionem utrum is teneatur, qui eas habuit sibi consignatas sub pacto, & conditione istis non adimpletis.*

2 *Obligationem bene legitimeque extinctam ex articulis deductis utrum apparere possit.*

3 *Partita una ad aliam relata, illa non existente, ea quæ superest, uenit attendenda.*

4 *Instrumenta ad partitam se referentia iuxta tenorem ipsius ueniunt partitę intelligenda.*

5 *Prouisio nōie proprio facta obligat solutioni promittentē alijs licet consocijs creditum dissoluere nequeuntibus.*

QVærebatur, *an stante partita Gulielmi Moscareni, de qua in actis, de qua copia datur, dictus Gulielmus fuerit verò solutus ab obligatione iuxta tenorem dicta partita stantibus instrumētis in actis productis, quorum co-*
1 *pia dantur? Nam in hoc dubio, Moscarenus † pratendebat se non teneri ad restituendas pecunias olim sibi depositas a Ioanne Monsano, quoniam habuerat illas cum pacto retinendi, donec a Monsanus faceret extinguere obligationem contractā a Moscareno cum Hier. de Casina in caus-*
2 *sa dicti Monsani.* Dn̄i respondere, obligationem † vide-
ri bene cassatam ex his quę proponuntur. Quoniam cū
hactenus non extet alia origo obligationis, nisi illa de
qua in puncto, igitur hęc attendenda est: cum autem
hęc loquatur tantum de Hieronymo, sola sufficit, cum
obligatio illi soli facta esset. Nec obstat, quod hęc parti-
3 ta videatur referri ad aliam, quoniam † cum illa nō ap-
pareat, sed tantum extet illa, de qua in pūcto: igitur hęc
tantum attendenda, quę loquitur solum de Hierony.
Dec. conf. 63. num. 7. & 8. Non obstant instrumenta, in
4 quib. se fundat Moscarenus, quoniam cum illa † referūt
se ad partitam ipsam, intelligēda sunt prout in illa: hoc
amplius dicitur, quòd si obligatio facta esset Hierony-
mo, vt institutori, tamē liberatio adhuc bona esset, quia
Hieronymus, etiam institutorio nomine liberauit Mo-
scarenū, vt apparet in instrumētis, quod vtique ei licuit.
l. fi. de instit. Paris. conf. 93. in princ. Excipitur tamen ca-
sus si hęc liberatio facta esset post fallimentum, nam tūc
nihil concursum, si quidē aliquibus videtur ꝙ si promis-
5 sio facta esset † nomine proprio Hieronymi, tunc potuit
etiam Hieronymus liberare, quamuis fallita esset ratio
aliorum. Quod si facta fuit etiam a societate, prout ipse
Hieronymus fatetur in instrumentis, tunc post fallitam
rationem ipse nō videtur potuisse liberare, nisi dicatur,
quòd sufficiant illa verba enunciatiua in instrumento
ad dicendum promissionem factam fuisse a societate, cū
aliter verba partitæ ostendant. Et ideo aliter erit agen-
dum, præsertim cum constet de fallimento.

DECISIO DCLXXXVII.

Carthaginen. Archidiaconatus. 3. Mart. 1562.

SVMMARIA.

1 *Simoniam utrum omnis reseruatio regressus præsupponere dicatur.*

2 *Remissoria ad probandum simoniam petita, an ueniat concedenda.*

3 *Fumus magnus cum requiratur in probatione delicti simoniaci, & semiplena saltem probatio; non conceditur remissoria.*

4 *Apparente supplicatione qua indicat regressum factum consentiente Summo Pontifice, omnis tollitur simoniacū contractus suspicio.*

5 *Rem nec tempus requisitum percutiens testis per suam depositionem, nulliter attestatur.*

6 *Calumniosa petitio remissoria ex eo probatur, quod cum petitur ipsius reseruatam sibi super beneficio pensionē longo tempore multisque annis perceperit, nunc asserat in beneficio principalem defunctum ius nullum habuisse.*

VAcauerat Archidiaconatus per obitum Alphonsi,
Martinus Gris vigore sui regressus acceperat pos-
sessionē, & in ea permanebat. Ex aduerso Doctori Gine-
sius cū impetrauerat per obitum seu per simoniam, aut
alio quouis modo vacantē nuncq; volēs probare, quod
quando Alphonsus prædecessor illū obtinuit, & reserua-
1 tus fuit † regressus Martino, fuit contracta certa simonia
petebat nunc remissoriā ad probandū hāc simoniā. Vn-
2 de dubitaui ego, an † esset danda remissoria? Cōclusum
3 fuit non esse dandā principaliter, quia † cum agatur de
probando delicto simonię, requiritur magnus fumus, &
saltē semiplena ꝓbatio, quæ in casu nostro nō adest. Nā
illa littera Alphonsi producta in actis potius ostendit
cōtrariū, cū in ea appareat discessum fuisse a primis illis
conuentionib. & laceratā fuisse vnā appochā & laudum
concordatum, prout in supplicatione, quæ extra in actis
4 ex qua apparet regressum reseruatū fuisse Martino cū
consensu Papæ. testes etiam qui examinati sunt nihil
deponunt de Martino, nisi vnus Petrus Bernard. cuius
5 tamen dictum cū legerem, Dn̄i in Rota dixerūt non suf
ficere pro fumo hoc casu, cum non percutiat nec tps,
nec rem hanc pręcisè, de qua agitur. Accedit quia & ca-
6 lumniosa videtur hęc petitio remissorię, cū ipse Gine-
sius exegerit pensionē suā sibi reseruatā super hoc Ar-
chidiaconatu fortasse per 14. annos, & nunc post obitū
Alphonsi vult dicere eum nullū ius habuisse in hoc Ar-
chidiaconatu. Quapropter conclusum fuit, denegandā
esse remissoriam, nisi Ginesius det maiorem fumum hic
in Curia, pro ea obtinenda, tunc deinde videbitur de re-
leuentia, quoniam Domini in ea satis dubitant.

DECISIO DCLXXXVIII.

Romana de Comitib. 10. Martij 1562.

SVMMARIA.

1 *Testamentū in quo nulla facta fuit mentio, vel in minima a testante matris, vtrū faciat intētū assequi hæredem institutum in eo vel fideicōmissarū relictū ratione prætensa ignorantia, aut asserta mortis matris ipsius testatoris.*

2 *Lex finalis, C. de codicillis, eiusque dispositio procedit, vbi vitium*

vitium testamenti visibile est ex ipsius inspectione.
3 *Hares institutus a testatore, qui præterijt matrem, quando
incidat in pœnam l.fi.C.de codicillis.*

FVit à me posita secunda pars dubij, de qua in præce-
deute propositione,& erat huiusmodi, stantibus præ-
suppositis pro parte Domini Torquati de quib. aliàs sub
die 13. Ianuarij 1561. an ex deductis nunc pro parte ad-
uersa sufficientar dicatur constare de probabili ignoran-
tia D. Torquati? Deinde sequuntur præsupposita prout
in informationibus. Nihil fuit conclusum licet maior
pars videretur inclinare pro non probabili ignorantia,&
præsuppositis in puncto. Verum aliquibus videbatur ea
1 omnia tolli ex sola † facie testamenti, in quo cum nullum
verbum adsit de D. Hippolyta matre D. Aldi testatoris,
non debuit D. Torquatus diuinare illam posse tunc vi-
uere adductusq. fuit Cin. in d.l.fi. C.de codicil. in 2.col.
2 qui † ait, dispositionem illius legis procedare tunc tan-
tum, vbi vitium testamenti visibile ast ex ipsius inspe-
ctione, iuxta l.mater decadens, de inoff.testa & l.si post,
vbi Bald.C.de iuris & facti igno.Alex.cons.27.col.a.in 7.
Cassad.21.de preb.Fel.c.cum cótingat, de rescript.col.3.
Dixerunt igitur dubium ita restringi posse, præsupposito
sine veri præiudicio, quod D. Torquatus ania testamen-
3 tum D. Aldi sciuerit viuere, an † stante deinde testamen-
to prout stat, excusetur idem Torquatus vt non dicatur
incidisse in pœnam l.fin. C.de codic.circa ratificationem
etiam de qua in puncto, nihil firmatum fuit, quia erant
varia vota, sed de hix poterit particulariter agi.

DECISIO DCLXXXIX.

Forlinien.bonorum, 10. Martij 1562.

SVMMARIA.

1 *Fructus in interdicto Saluiano non debentur nisi à tempore
ex quo quis cœpit mala fide versari.*
2 *Male litigasse aduersarius vsque ad suspensi petitorij diem
non potest dici, cum talis in iudicio non constet eum suc-
cubuisse.*
3 *Saluianum interdictum hypothecam respiciens non compe-
tit pro fructibus præteritis perceptis, & consumptis.*
4 *Interdictum Saluianum competit contra bona testatoris cau
sa rei per legatum relicta non soluta.*
5 *Idque siue res legata sit in quantitate, siue in certo corpore,
siue diuisa in plures præstationes, num.seq.*
6 *Fructus aliud sunt à sorte principali, & male percepti citra
bonam fidem, eodem habentur loco. ac si adhuc extarent.*

CVm Rota aliàs in hac causa respondissat Camillam
mittendam esse in possessionem bonorum ratione
legatorum sibi relictorum in tastamento, nunc dubita-
ui, *an fructus debeantur a tempore contestatæ litis in petito-
rio, an verò a tempore suspensi petitorij ex interdicto Sal-
uiano in casu de quo agitur?* Contra Camillam duo obij-
ciebantur, videlicet, quòd non deberentur nisi à tempo-
1 re suspensi petitorij. Primò, quod † fructus in hoc inter-
dicto non debentur, nisi ex quo quis in mala fide fuit,
l.in interdictis, vbi Bart.de interdict. Cum autem vsque
2 ad † diem suspensionis non possint dici aduersarij malè
litigasse, cum in eo primo iudicio non succubuerint. Er-
go,&c. Secundo cum fructus, præteriti fuerint iam per
hæredem recepti & consumpti non potest pro illis com-
3 petere Saluianum, quòd respicit hypothecam sed † da-
bitur actio alia contra hæredem, qui percepit tamquam
obligatum ex facto suo. Verum Rota contrarium con-
clusit, quoniam hic non agitur propriè de fructibus tã-
quam accessorijs legati, sed de annua præstatione, quæ
est sors principalis, & ipsum, & legatum, toto titulo de
4 annuis leg. Cum † igitur ratione rei legatæ quæ non sol-
uitur, competat hoc interdictum, contra bona testato-
ris, quæ adhuc reperiuntur ad hunc affectum vt soluan-
tur legata in testamento relicta, intentandum est, siue
5 † sint in quantitate, siue in certo corpore, siue diuisa in
plures præstationes, siue comprehensa vnica tantum a
dia lecti testamenti, aut saltem a die contestatæ litis in pe
titorio, quod habet in ventre possessorium, Bartol.d.l.in
interdictis, Inn.c.pastoralis, col.2. de causa poss.& propr.
Rot.19 de caus.possess.in nou.& termini seruati in peti-
torio prosunt etiam in possessorio. Nec obstat secunda
6 ratio, † quoniam isti non sunt fructus. sad sors principa-
lis, vt supra est dictum. Deinde quamuis etiam essent
fructus, quia tamen mala fide fuerunt percepti, haben-
tur perinde, ac si extarent, l.certum, cum glo.C.de rei
vend. Bart. in l.ex diuerso, cod.tit. Abb.cap.grauis, de re-
stit.spoliat.

DECISIO DCXC.

Placentin. Canonicatus 10. Martij 1561.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio beneficij ex quibus coniecturis, & adminiculis
probari possit.*

OPponebatur contra Ferdinandum Saua, qui venie-
bat ex quadam expectatiua Frãcisci Samaio, quòd
acceptatio Domini Samai non fuerat legitima: ideo du-
bitaui, *an ex deductis sufficienter constet, Samaium validè,
& specificè acceptasse canonicatum de quo agitur?* Domini
1 dixerunt dubium † restringandum esse, quoad secundã
acceptationem, quoniam in informationibus Alphon-
sus Eepeda dicebat non constare de vlla noua prouisio-
ne obtenta ab ipso Samaio dum viueret: ego autem in
actis reperi primum instrumentum acceptationis gra-
tiæ acceptæ à Samaio dum viueret. Licet enim hoc in-
strumentum sit extractum, & editum in publicam for-
mam post mortem Episcopi Samai, tamen continet ac-
ceptationem factam ab ipso dum viueret, vt quotidie
Notarij faciunt. Deinde in actis etiam exstat noua pro-
uisio eiusdem Samai, quæ probatur per vnum testem ab
eo fuisse impetratam, & ipse testis dicit se illam registras-
se instante D. Samaio & cognoscit etiam manum illius
appositam a tergo dictæ nouæ prouisionis, quæ quidem
sufficiunt ad specificam acceptationem, Ioan. Paul.71.

DECISIO DCXCI.

Lucanen. Sancti Sixti, die 4. Maij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Narrata in noua prouisione satis est vt verificentur de fa-
cto, ad obtinendam nouam prouisionem.*

QVidam Zacharias Ordinis Fratrum Minorum, nar
rans se per vim & metum religionem ingressum
obtinuit à Sacra Pœnitentiaria, vt constito de metu de-
clararet illum non teneri ad Religionem: iste Commis-
sarius recepto tantum ab eo iuramento de vi & metu,
dedit ei declaratoriam. Iste deinde Zacharias post ali-
quot annos prouisus fuit de parochiali Ecclesia, & pos-
sessionem accepit de anno 1530. postea de anno 1537. du
bitans fortè illam declaratoriam sibi non prodesse, nar-
rauit Papæ se malo instigante spiritu ex religione regres-
sum, cupereq. ad Ordinem Canonicorum Regularium
transferri, atque obtinuit breue à Papa translationis, in
quo tamen non fuit facta mentio de parochiali sibi con-
cessa, & postea immo in breue Papa concessit illi transla-
tionem, absqua tamen mentione beneficiorum. Hoc bre-
ui obtento post dies 15. obtinuit idem Zacharias no-
uam prouisionem in parochiali, in qua præfata omnia
sunt narrata. Idcirco dubium fuit, an narrata in noua
prouisione sint verificata ita, vt sufficiant in casu, de quo
agitur? Rota quoad primam partem dubij respondit,
1 satis † esse verificari de facto, quæ narrantur in noua
prouisione, quia ob hanc causam quæritur noua prouí-
sio, eo quòd non dubitatur de viribus eorum, quæ antea
gesta fuerunt, Ægid.116.& 76.circa fin.Spec.de dispen.
§.nunc dicendum, num.14. Lap.alleg.89. num.16. ver.
primo quia Paris.cons.218.in 4. Rebuf.in pract.in titulo
de noua prouisio.num.13. Abb.c.quod circa, in 2.not.de
consang.& affin. Et ita dixerunt Domini solere seruari,
vt narrata in noua prouisione sufficiat verificare tan-

tum da facto. Quapropter in casu nostro hactenus vi-
dentur omnia constare saltem de facto processisse, nisi
pars aduarsa aliqoid da nouo in contrarium ostandar.
Vnde interim noua prouisio videtur valida esse. Quoad
secundam partem dubij nihil conclusum. Nam cum
Zacharias Iuliano resignauerit dictam parochialem re-
seruato sibi regressu, numquamqua vigora dicti regres-
sus habuerit ius in beneficio: e contra autem Iulianus
aduersarius velit illud capere per resignationem sibi fa-
ctam ab eo io eius fauorem, dicatq. Zachariam inhabi-
lem esse ad illom regressum, propterea vidanda arat Bul
la Pauli IV. contra apostatas, Item alia reseruatoria
Pij IV. Et id etiam considarandum quomodo Zacharias
obtinuerit nuper declaratoriam a Vicario Vrbis prout
ipse asserit, quòd bene fuerit translatus, & non sit apo-
stata, cum tamen numquam legitimè probauarit vim &
metum, da quo supra. Item considaranda alia hisq. si-
milia.

DECISIO DCXCII.

Roman. de Valle, die 24. Martij 1562.

SVMMARIA.

1 *Inuentarium non probat hæreditatis aditionem.*
2 *Animi qualitas considerari solet in confectione inuentarij.*
3 *Fideicommissarius in dubio non intelligitur possidere bona iure fideicommissi, nisi constet de restitutione eidem ad hæredem facta.*

PRo parte Domini Valerij, cuius nomine patita fuit
restitutio aduarsus aditam hæreditatem, nunc pro-
ductum fuit quoddam innentarium confectum per tu-
tricam. Vnda dubitaui præsupposito sine veri præiudi-
cio, quòd domus Casale, de quibus in inuentario per tu-
tricem facto, fuerint possessa per Dominum Laurẽtium
patrem Domini Valerij, dum vixit, *an ex inuentario pro-
betur, vel inducatur hæreditatis paterna aditio?* Domini
voluerunt inuentarium inspicere, quomodo se habeat.
Quo quidem inspecto, & ab omnibus lecto, dixerunt, in
1 eo † non inferri aditionem hæreditatis, cum inuentarij
confectio sit actus quidam indifferens, qui potest fieri ab
eo, qui adit hæreditatem, & ab eo, qui vult tantum deli-
berare, an postea debeat adire, interimq. vult in eo inspi-
cere tam tutelam, quàm administrationem bonorum,
ideo ex sola confectione inuentarij non sequitur neces-
sario aditam esse hæreditatem, Bald. l. sancimus, §. cum
igitur, num. 20. C. de iure delib. facit tex. in l. Aristo. cum
l. seq. de acq. hær. Rim. cons. 113. num. 4. in 3. Cum igitur
2 iste sit actus æquiuocus, & indifferẽs, solet in primis spe
ctari quo animo sit confectum, Rot. in nouis 432. Igitur
in casu nostro dixerunt Domini, nihil prorsus apparere
de aditione hæreditatis Laurentij Stephani: imò nomi-
nantur bona ex hæreditate quondam Magistri Pauli
Physici proaui Domini Valerij: ex quo conclusum fuit,
matrem, quæ confecit hoc inuentarium, censeri potius
voluisse inspicere administrationem bonorum, & tute-
lam, quam adire hæreditatem Laurentij, cum verba id
non tantum suadeant, sed potius repugnent. Nec obstat,
qoòd non potuerint intelligi hæc bona acceptata iure fi-
3 deicommissi, † cum nondum fuerit facta restitutio ab
hærede, vt per Alex. consil. 247. num. 2. Nam hæc non
procedunt, quando fideicommissarius reperitur in pos-
sessione, nam tunc non ast necessarium, vt capiat bona de
manu hæredis, Ang. l. interdum, de rer. diuis. cum similib.

DECISIO DCXCIII.

Salamantin. de los Santos, dia 17. Martij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Fides facta per substitutum non probat, vbi manus principalis requiritur.*

QVia litteræ Cardinalis erant expeditæ sub data de
anno 1546. Alphonsus autem dicebat eas verè ex-
peditas fuisse de anno 1548. super qua ra fecerat fieri fi-
dem à quodam substituto Summistæ, Item a quodam
notario Cameræ: idcirco dubium proposui, an præfata
sufficerent ad hoc probandum, cum nonnullis alijs, de
1 quibus in puncto? Domini responderunt, ex his † nihil
probari, cum fides huiusmodi quæ ea his libris præsumi-
tur, nihil concludat, Put. 17. de fide instru. cum substitu-
tus ille Summista non sit deputatus ad hoc, vnde opor-
tabat habere fidem ab ipso Summista, & deberet exami-
nare testes cum interrogatorijs partis aduersæ super le-
galitate libri, & tunc postea poterit rursus dubitari.

DECISIO DCXCIV.

Aretin. de Reguntino, die 19. Martij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Præsentationis probatio ad ius patronatus inducendum, debet esse concludens.*

DVbium fuit, *an ex deductis constet de bona fide præsen
tantium hominum de Reguntino, & communitatis,
ad ostendendum, præsentationem à se factam de anno 1465.
1 fuisse cum bona fide?* Primo, † adducebant quamdam do-
nationam erga se factam de anno 1299. in qua dicebant
comprehendi hoc ius patronatus. Verum ad hoc respon-
sum fuit, Rotam aliàs die 8. Martij 1560. conclusisse co-
ram D. Oradino in ea donatione non comprehendi hoc
ius patronatus, quia nemo dat, quod non habet, nec con-
stat quod tunc aliquod ius competeret in hac Ecclesia.
Secundò allegabant quemdã codicillũ factum a D. Mar-
thæa de anno 1414. sed responsum fuit eum codicillum
reuocatum fuisse ab eadem D. Marthæa de anno 1433.
vbi in specia legauit hoc ius patronatus alteri. Deindo
quia dicta D. Mathæa condidit fortasse septem aut no-
uem voluntates inter codicillos, & testamenta, non ap-
patet ratio cur commonitas debuerit potius scire de eo
codicillo de anno 1465. Sed responsum fuit, hanc esse il-
laio, de qua dubitabatur, ad quam sustinendam multa
sunt necessaria, vt per Cald. cons. 12. de iure patr. & dictũ
fuit in præcedenti propositiona huius causæ. Domini
præterea in hanc partem considerabant nõ apparere vl-
lum actum, ex quo vir bonus potuerit colligere hanc bo
nam fidem, cum omnia quibus supra careant auctorita-
te ordinarij. Præterea inter illam donationem, & præsen
tationem de anno 1465. intercesserant fortasse 200. anni,
quo tempore nulla vmquã fuit facta præsentatio, quin-
imò post mortem dictæ Marthææ apparet alios præsen-
tasse ante annum 1365. & communitatam non contradi-
xisse. Et in summa cum iam longo tempore non produ-
catur vlla vmquam præsentatio facta, videntur hæc om-
nia, quæ dicuntur in contrarium processisse ex credulita-
te quadam nimium supina, quæ reijcitor, cum agatur
da inducenda seruitute Ecclesiæ, Aret. cons. 30. num. 2.
Alciat. reg. 3. præsumpt. 5. in fi.

DECISIO DCXCV.

Calaguritan. de Tarisso, die 21. Martij 1561.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatorum in Ecclesia admissio ad integras, an sit valida vel ne, ex quibus colligatur.*

PRopositum dubium, an ea actis probetur, quod ho
die recepti sint plures integri beneficiati in Ecclesia
da Tarisso, qui ibi se sustentare valeã ex fructibus dictæ
Ecclesiæ? Nihil fuit conclusum, quoniã respondet pluri-
mum a facto. Primò est videndum, an hæc Ecclesia sit nu
merata, an non? Nam si non numerata, possunt recipere
quos velint, si aliud non obstat, veluti quod sint taxati
fructus, qui debeãt omnimodo diuidi inter beneficiatos
integros. Vnda videndum erit, quæ sit constitutio taxãs
hos fructus, & an sit in vsu, & an loquatur in hanc Eccle
siam. Quod si probabitur legitima hæc taxatio per consti-
tutionem, tunc videndum erit, an quantitas fructuũ, quę
dicitur fuissa computata ex omnibus prouentibus huius
Ecclesiæ, de qua in processu folio 144. dicatur sufficiẽret
probata, quando autem cessaret hæc constitutio sine taxa-
1 tio, tunc † Domini sentiebant validam fuisse admissio-
nẽ omnium integrorum, de quibus agitur. Primò, quia
hæc

hæc Ecclesia non est nomerata. Secundò, quia videmus in ea aliquando modo plures, modo pauciores fuisse admissos. Tertiò, quia si habenda esset ratio commodæ sustentationis, minueretur potius cultus diuinus. Quartò, quia præter eos fructus, habent obligationes, anniuersaria, & similia. Et facit in terminis glo. in cap. vnico, de stat. reg. in sexto, Abb. c. proposuit, de filij presbyt.

DECISIO DCXCVI.

Ticinen. Canonicatus, 24. Martij.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta vigore breuis, vbi alius non reperitur possidere est manutenenda.*

2 *Clausula, sine vitio spolij, in breui posita, quid operetur.*

DVbium erat tale, *an possessio capta capitulariter nomine Cameræ vigore breuis, cuius copia datur, & decretum breui appositum, obstent Ioan. Zamperio, qui prætendit se spoliatum, adeo, vt sua possessio continuata per duos menses vel circa, non sit restituibilis?* Nihil fuit conclusum, nisi in ea parte, quòd cum verba breuis dicant, constito nobis, &c. tamen necesse non fuit aliquem citari: & satis verificator breue, dummodo hodie verè constet beneficium vacasse in mense ibi expresso, vt aliàs conclusum fuit coram me in causa Legionen. præstimoniorum.
1 Cum igitur † ex testibus in hac causa examinatis clarissimè constet de huiusmodi vacatione, satis remanet verificatum breue in hac parte: & maximè, quia tunc temporis cum Camera cepit possessionem, nemo alius possidebat: vnde nemo erat qui posset citari. Quoad alia ni-
2 hil firmatum: sed † aliqui dicebant, clausulam in breui, sine vitio spolij, respicere possessores antiquos, non eos qui postea ceperint possidere. Item distinguebant, an Camera habuerit Colonos, & Capellanos. Nam tunc non amisisset possessionem, licet Ioannes in choro resedisset per duos menses. Nam si illam retinuisset per Colonos siue Capellanos, tunc dicebat considerandum, an executores, qui ceperunt possessionem nomine Cameræ, ijdem etiam tradiderint huic Ioan. nam tunc viderentur priuasse Cameram, ac transtulisse in Ioannem. Alij autem restringebant dubium, præsupposito breui verificato quoad vacationem, *an ex quo Ioannes cepit possessionem vigore promissionis Ordinarij, & hodie habet titulum Apostolicum, taliter firma dicatur sua possessio, vt non sit restituibilis.*

DECISIO DCXCVII.

Conchen. pecuniaria 320. ducat.
die 18. Aprilis 1562.

SVMMARIA.

1 *Correspectiuitas quando, & ex quibus inducta censeatur.*

2 *Verba duplicatoria obligationem non inducunt.*

CApitulum Conchen. aliàs promiserat Cardinali Cæsarino soluere ducatos 3200. nomine capellæ. Nunc hæredes Cardinalis petebant hanc summam. Et quia Capitulum inter cetera respondebant, hanc promissionem fuisse correspectiuam, videlicet, si Cardinalis obtinuisset confirmationem quamdam, de qua in instrumento. Propterea data copia instrumenti dubitatum, *an ex illa vltima parte instrumenti inducta esset aliqua correspectiuitas, ita vt non cogatur soluere præfatam summam, nisi hæredes Cardinalis ostendant Cardinalem ex parte sua etiam*
1 *impleuisse?* Domini responderunt, verba † instrumenti incipientia ibi, & dicti deputati supplicabant, nullam inducere correspectiuitatem siue considerantur per se, si-
2 ue etiam cum toto instrumento. Primò, quia † verba illa sui natura sunt duplicatoria, quæ non inducunt obligationem, Cassad. 2. de condict. ob causam. Secundò, quia deputati pro parte Capituli ponunt hæc duo vt diuersa, quia supra in præcedentibus clausulis facta est mētio de promissione, tam ex parte Capituli, quàm Cardinalis: in fine verò instrumenti vtuntur alijs verbis, *videlicet, quòd supplicabant, &c.* Tertiò, quia cum obtinere hanc confirmationem a Papa pendeat a voluntate ipsius Papæ, non est verisimile, Cardinalem voluisse se ad id obligare, quod pendet ab aliena auctoritate. Quartò, quia nec etiam verisimile videtur, nec conuenire dignitati Cardinalis, pacisci hoc modo cum Canonicis, & tantam summam capere pro obtinenda confirmatione: quod videretur esse quid mercenarium. An verò aliunde colligatur respectiuitas, aliàs agetur: & dubitari poterit, an intentio hæredum sit sufficienter fundata in instrumento, de quo agitur, non constito aliter de primæua possessione, nec de alia re ex parte Cardinalis impleta. Item dubitari poterit, *an mandatum Capituli hoc casu fuerit sufficiens, cum videatur fuisse conditionatum, videlicet, si Cardinalis voluerit acceptare onus eundi ad curiam, & similia.*

DECISIO DCXCVIII.

Ariminen. Beneficiorum, &c. die
27. Martij 1562.

SVMMARIA.

1 *Priuatus ab omnibus beneficijs, non intelligitur priuatus à regressu, nisi de eo fiat expressa mentio. cum num. 5.*

2 *Regressum obtinens dicitur obtinere de petitorio.*

3 *Casus omissus in pœnalibus habetur pro omisso.*

4 *Declaratio in his quæ pendent a futuro euentu, est necessaria ad ea acceptanda.*

5 *Inhabilis nemo dicitur ad beneficium propter infamiam, nisi in sententia hoc expressè dicatur.*

6 *Infamia non infertur, vbi a iudice imponitur pœna mitior ordinaria.*

EPiscopus Vincentius resignauit canonicatum ac parochialem Sanctæ Annæ Ariminen. diœces. in fauorem Ioan. Baptistæ Modesti, reseruato sibi regressu per cessum, vel decessum: mortuo D. Io. Baptista, Papa contulit eius beneficia D. Io. de Amatis. Pro cuius parte ad excludendum regressum Episcopi, fuit producta sententia A. C. in qua Episcopus tamquam falsarius priuabatur omnibus beneficijs quomodolibet obtentis, excepto Episcopatu & pensionibus. Vnde ex hoc Ioan. prætendebat, quod intelligeretur etiam priuatus regressu, quem habebat ad canonicatum, & ad parochialem præ-
1 fatam. Quare † dubitatum fuit, *an sententia priuatoria Domini Episcopi, quatenus sit valida, comprehendat etiam regressum, de quo agitur?* Pro parte D. Io. de Amatis dicebatur comprehendere tribus præcipuè fundamentis. Primò, quia cum Episcopus sit priuatus omnibus beneficijs quomodolibet obtentis, intelligitur etiam priua-
2 tus regressu, cum sit, quòd † qui obtinet regressum, dicatur obtinere in petitorio, Cassador. 4. de priuil. & prima de pact. & fuit Achil. 3. de regressu, & dictio, *omnibus*, est vniuersalis. Vnde facit etiam venire ea, quæ aliàs non comprehenderantur, Dec. l. omnia. ff. si cert. petat. & consil. 76. num. 2. Secundò, in sententia Episcopus declaratur falsarius, & per consequens incapax ad obtinendum beneficia, Host. in sum. de crim. fals. Tertiò, quia quando iudex ipsum Episcopum priuat beneficijs, excipit Episcopatum & pensiones, ex qua exceptione comprehenditur, quòd fuit intentio iudicis, vt eum priuaret etiam regressu. Contra tamen Rota respondit, quia sumus
3 in pœnalibus, & sententia, vbi omnia sunt strictè sumenda: & hic † casus videtur omissus, cum non sit expressus. Fel. cap. ceterum, de rescri. & cap. inquisitionis, col. 1. de accus. nec argui potest a maioritate rationis, vt est vulgatum. Nec obstat primum fundamentum: nam licet sit priuatus de obtentis, non tamen de obtinendis, d. c. inquisitionis, de accus. & clausula vniuersalis restringitur secundum subiectam materiam, & præsertim in pœnalibus, si quidem regressus licet habeat causam de præterito, pendet tamen etiam a futuro euentu. Vnde nō est quis habere beneficium, nisi post vacationem secutam, vt

4 sit locos regressui: & † tuoc etiam requiritur declaratio,
vt quis eo vti velit, Soc. consil. 115. col. pen. in fi. in 3. aut
saltem est mixtus, qui cum odiosis non comprehendi-
tur sub simplici. Non obstat secundum fundamentum.
Nam Episcopus non fuit specificè declaratus infamis,
5 nec † falsarius: nec dicitur quis inhabilis ad obtinendum
6 beneficia propter infamiam, † nisi in sententia hoc ex-
pressè dicatur, Bisign. 5. de re iud. Abb. c. querelam, de
iur. & non infertur infamia, vbi a iudice imponitur pœ-
na mitior ordinaria, & l. si seuerior, C. ex quib. caus. in-
fam. Ad Host. in tit. de fals. responderunt, quòd illud
procedit in falsario litterarum Apostolicarũ, & Episco-
porum in diœces. Non obstat tertium, nam exceptio non
firmat regulam in casibus non comprehensis in illa: &
materia hæc odiosa, & pœnalis admittit exceptionem.

DECISIO DCXCIX.

Burgen. Sanctæ Dorotheæ, die 21. Aprilis 1561.

SVMMARIA.

1 *Factum iure familiaritatis non inducit obligationem nisi consensus partis accedat.*

2 *Consensus his, in quibus quis potest contradicere, semper requiritur.*

IN dubio proposito multa continebantur, ex quibus
quærebam, *an ex illis resultaret titulus sufficiens in fa-
uorem Petri?* Domini inclinarunt, *deducta non sufficere.*
3 Mouebantur præcipuè, quia † hæc, quæ facta fuerunt a
Petro, fuerunt potius iure facultatis, quàm obligationis:
imò si oriratur aliqua obligatio, esset in fauorem monia-
lium, vt scilicet illæ cogere possint Petrum ad testifican-
dum: non autem è conuerso, vt Petrus possit ijs inuitis
testificari, cum ea quæ iure familiaritatis fiunt, non in-
ducunt similem obligationem. Addebant etiam, quòd
cum Petrus exclusus sit ab hoc iure tamquam patronus,
vt claret per sententias, nunc ista quæ deducuntur ad
ostendendum alium titulum, sunt nimium remota, nec
ostendunt causam vllam certam, cur competat ei hoc
ius testificandi: & præsertim omnes sunt causæ successi-
uis temporibus factæ, ex quibus non potest induci vllus
titulus, cum certum non habeant principium. Et quo-
niam ex aduerso dicebatur præsumi accessisse consensum
Episcopi, responsum fuit, eum in hoc casu non posse præ-
2 sumi, eo quòd † ipse consensus in his tantum videtur re-
quiri, in quibus ipse tantum potest contradicere, ne scili-
cet Petrus donaret his monialibus. Igitur nihil est cur
debeat præsumi affuisse hic consensus Episcopi. Quidam
tamen contra, quoniam Petrus est exclusus tantum a iu-
re patronatus, & ius in possessorio potest aliunde com-
petere. Igitur hoc diuersum est. Dixerunt igitur, vt post
hac dubitarem, an post rem iudicatam in possessorio su-
per iure testificandi, poterit excipi de non titulo, stante
etiam re iudicata in petitorio excludente ius patrona-
tus, cum reseruatione tamen prout in ea.

DECISIO DCC.

Corduben. Sancti Michaelis, die 23. Aprilis 1562.

SVMMARIVM.

1 *Regula de mense fuit inuenta ad obuiandum fraudibus, quæ in fictis committerentur.*

HOc idem fere dubium in hac causa aliàs supra pro
posueram videlicet, *an in casu de quo agitur, obstet
regula de mense?* Et post multa tandem Domini vnani-
1 mes responderunt, † obstare præfatam regulam, ex ratio-
nibus multis aliàs deductis in causa Carthaginen. de A-
moraldi. Et in hac eadem causa Corduben. coram me.
Sed ea præcipue fuit, quia aliàs committerentur infini-
tæ fraudes, & semper fere posset eludi prædicta regula,
& ita in terminis in resignatione facta, vt & ista reperta
fuit decis. Peregrini scripta eius manu. Ego vidi. Idem
attestatur Put. 3. reg. de mense. Idem etiam affirmarunt
seniores omnes Referendarij, & Abbreuiatores nemine
discrepante, & aliqui ex nostris Auditoribus sanioribus
attestati sunt semper vidisse in Rota illa obseruari. Nec
obstat, quòd regula excipiat resignationem, quia intelli-
gitur de valida, & firma, non autem de inutili, prout est
ista, vide 499.

DECISIO DCCI.

Rom. nullitatis siue pecuniaria, die 28. Aprilis 1562.

SVMMARIVM.

1 *Locus loci an sit de necessitate ponendus in instrumento obligationis Cameralis.*

AGebatur de executione cuiusdam instrumenti cō-
fecti in ciuitate Neapoli cum obligatione in for-
ma Cameræ: & Federicus, contra quem agebatur, obti-
nuerat coram Vicario Vrbis pronunciari super nullitate
illius instrumenti: Franciscus autem aduersarius actor
impetrauit commissionem, vt constito de validitate in-
strumenti, procederem ad vlteriorem executionem.
Propterea nunc dubitaui, *an stantibus deductis esset proce-
dendum ad vlteriorem executionem?* Rota nihil firma-
uit, quoniam contra instrumentum multa opponeban-
tur. Dixerunt tamen me in primis cognoscere debere de
validitate instrumenti, quoniam ita est forma commis-
sionis. Circa hanc validitatem autem primo erit viden-
1 dum cum deficiat locus loci in instrumento † prout de
iure requiritur, an probetur ex deductis in actis stylus
quidam vt non apponatur in obligationibus locus loci.
Secundò, videndum erit de constitutione Regni, incipi.
Instrumentorum robur, an hoc casu necessarium fuerit
hoc seruare, præsertim cum notarius non sit illius, sed
Apostolicus. & executio petatur Romæ. Tertiò, ex quo
instrumentum est vulneratum per sententiam A.C. quæ
dicitur etiam transijsse in iudicatum, an hoc impediat
executionem.

DECISIO DCCII.

Lucan. Sancti Sixti, die 2. Maij.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio ad regressum ob impedimentum apostasiæ satis probata dicitur per verificationem nouæ prouisionis de facto.*

DVbitatum fuit stantib. litteris sacræ pœnitentiariæ,
in quibus committitur cuidam iudici, vt constito
sibi canonicè, quòd Zacharias per vim & metum reli-
gionem ingressus fuerit, ipsum absoluat à sententia de-
claratoria postmodum subsecuta: in qua præfatus iudex
asserendo sibi constare per iuramentum ipsius Zachariæ
de vi & metu prædicti, absoluit eum ab apostasia ac no-
ua prouisione vnà cum Bulla Pauli IV. contra apostatas
& translatos, qui sine canonica dispensatione insecura va
gabantur, vt ad monasteria, vel alia loca honesta, à quib.
exiuerint, reuerterentur, *an stante sententia per Reuerend. Vr-
bis Vicarium in fauorem ipsius Zachariæ lata, cuius senten
tiæ copia Dominis detur, præfatus Zacharias dicatur legi-
timè dispensatus?* Domini responderunt, stante resolutio-
1 ne aliàs facta, quòd † sufficiebat verificare nouam pro-
uisionem de facto, Zachariam legitimè dici dispēsatum
quoad canonizationem regressus: quoniā illa noua pro-
uisio concedit ei ius retinendi beneficia: nec obstat Bulla
Pij IV. quia est perinde ac si illa Pauli IV. esset assignata,
prout de iure, aut potius si numquam fuisset in rerum
natura, aut penitus cassata, prout dictum fuit in causa
Romana casaliom coram Dom. Oradino. Nec obstat,
quòd Bulla hæc Pij IV. vltra reductionem ad terminos
iuris mandat etiam iudicibus vt videant dispensationes:
& si bene verificatæ fuerint, eos absoluat: quoniam re-
spondetur, Vicarium in sententia declarasse, Zachariam
bene translatum. Vnde sequitur illum non esse aposta-
tam. Si igitur non est apostata, potest obtinere benefi-
cium vigore nouæ prouisionis. Et si dicatur, quòd hæc
noua prouisio non est iustificata, fuit de facto, vt aliàs
conclusum fuit. Secundò, quòd Bulla Pij IV. vult di-
spensationes verificari quoad apostasiam, & hæc est satis
verificata ex breui Pauli III. & ex sententia vltimo lo-
co lata à Vicario. Quoad retentionem beneficiorum
aliud

aliud ius est, ac diuersum a dispensatione ab apostasia, de qua nó loquitur Bulla Pij IV. sed declaratum ex dispensatione, prout fuit factum ex dispensatione Vicarij. Venit deinde in consequentiam, vt possit retinere beneficia iuxta gratiam nouæ prouisionis. An verò hodie iste dicatur apostata, cum non incedat in habitu: & sententia Vicarij, vbi narrat, eum translatum in ordinem canonicorum regularium, sit iustificanda ita, vt ei suffragetur? Erit seorsum considerandum.

DECISIO DCCIII.

Placentina Canonicatus.

SVMMARIVM.

1 *Testi vni deponenti super recognitione manus alicuius scribentis, an credatur.*

QVoniam Ferdinandus veniebat ex iure Francisci
Laculai, & dicebat eum acceptasse canonicatum
de quo agebatur, atque ad id probandum ostẽdebat no-
uam prouisionem impetratam nomine Laurentij ad ef-
fectum de quo agitur, & dentur verba testis. Cõclusum
1 fuit sufficienter † nouam prouisionem impetratam fuis-
se ad instantiam Francisci, quoniam agitur de recogno-
scenda manu illius de spacio 25. annorum, & adest tam-
quam vnicus testis, qui ait se pro certo habere. Quæ ver-
ba inspiciunt potius possibilitatem, quam certitudinem,
Ias. in l. admonendi, ff. de iureiur. num. 10. in 2. ampliat.
Non obstat, quòd præsumatur ab ea impetrata, quia erat
præsens, & quia agitur de impensa: quoniam responde-
tur, hanc esse modicam impensam, ex qua id non præsu-
mitur, Io. Pau. 7. Non obstat, quòd testis sit officialis pu-
blicus cum in hoc sit credendum, Put. t. de testam. quo-
niam creditur in eo, quatenus se registrasse dicat, sed non
eo, quòd mandato alterius fecerit, quoniam hoc est offi-
cium, Achil. de test. 1. Non obstat, quòd credebatur vni
sasti in facto proprio: quoniam id non seruar, & deinde
iste non ponit certitudinem, sed potius de credulitate, vt
supra agitur, debet Ferdinandus intentionem suam ad-
iuuare alijs probationibus.

DECISIO DCCIV.

Ciuitatis Castelli Sancti, die 1. Maij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Ius omne an intelligatur deductum vel ne in causa appellationis, ex commissione, & articulis & alijs actis facilè cognosci potest.*

PRosequendo dubitationem aliàs propositam in hac
causa, quæsiui strictè stante monitorio, commissio-
ne, articulis, & sententia, *vtrum petita dicatur adaquatio
tantum, an etiam medietas bonorum, vt supra an sententia
1 fieri videtur?* Domini dixerunt ex † deductis clare con-
stare, omne ius deductum fuisse, tam in commissione,
quàm etiam in articulis, necnon petitam esse medieta-
tem bonorum, & etiam adæquationem vt supra est de-
claratum. Et quamuis pro parte Domini Venturæ dice-
retur, hanc medietatem petitam fuisse non vigore con-
cordiæ, sed aliundè, videlicet ex officio iudicis, & iudex
tamquam bonus vir impertiret: tamen dictũ fuit, quod
imò vtrumque tam medietas quàm adæquatio fuerit
petita vigore concordiæ, cum articuli semper referant se
ad concordiam, & ex prosecutis constet, quòd semper
habita fuit ratio concordię, & non alterius rei. An autem
hoc casu obstet præscriptio, aut statutum, aliàs agetur.

DECISIO DCCV.

Pharen. Archidiaconatus.

SVMMARIA.

1 *Sententia nondum subscripta non intelligitur transiisse in rem iudicatam.*

2 *Sententia in scriptis est pronuncianda, aliàs nulla dicitur.*

3 *Sententia scripta in schedula relata per iudicem solet sustineri.*

Limita tamen & declara, vt ibi.

4 *Consuetudo & stylus loci seruandus est.*

IVdex in ciuitate Venetiarum pronũciauit in fauorem
Vincẽtij, prout in schedula 15. Iunij 1558. Nicolaus
autem aduersarius statim appellauit, cui iudex dedit ter
minoũ iuris. Postea Notarius in actis testabatur, quòd a-
perta fuit, & subscripta dicta sententia die 20. Septemb.
1558. Nicolaus autem numquam amplius rediit pro A-
postolis, nisi post terminum finitũ. Vnde Notarius nunc
dicebat, sententiam transiuisse in iudicatum, quia Nico-
laus non rediit in tempore pro Apostolis. Ego dubium
proposui, *an constet de re iudicata?* Rota respondit non
1 † tantum non constare de re iudicata, sed potius senten-
tiam esse nullam: cum enim Notarius attestatus fuerit
sententiam apertam & subscriptam esse tantum die 10.
Septemb. non currunt fatalia, cum nondum sententia sit
lata, l. 1. de temp. appel. l. 50. cum glo. de excus. tutor.
nullitas autem ex eo apparet, quòd cum sentẽtia in scri-
2 ptis sit proferenda, clarum † est hoc casu iudicem in scri-
ptis nihil pronunciasse. Vnde sententia est nulla, l. 2. & 3.
C. de sent. ex bre. recit. c. fi. vbi Fran. in 1. not. de re iud. in
3 6. Et quamuis aliàs sententias † lata prout in schedula
soleat sustineri, cum iudex ad illam se referat, vt per Bar.
in l. 1. in fi. C. de sen. ex breu. rec. Ang. l. 1. de re iud. In ca-
su isto secus est, cum expressè constet, tũc temporis nul-
lam fuisse scriptam, prout in terminis declarat Franc. in
d. l. 1. num. 5. Rip. l. ait prætor, §. si iudex, colum. 2. de re
iud. non autem, quòd stylus noster in Rota talis esse so-
leat vt pronuncietur prout in schedula. Nam primo ser-
4 uanda est consuetudo † & stylus loci, Rom. cons. 367.
num. 11. vt ait Fran. d. l. 2. num. 6. Vnde cum hæc senten-
tia lata fuerit Venetijs, oportet probare talem stylum.
Secundò stylus noster obseruat, vt quando pronuncia-
tur prout in schedula, Notarius dicat, iudicem eam tũc
de facto legisse. Tertiò quando subscribitur deinde sen-
tentia, Notarius non adnotat diem subscriptionis, sed
omnia ponit sub dicta pronunciatione. Quæ quidem
omnia in præsenti causa aliter seruata fuerunt. Ideo sen-
tentia de iure corruit.

DECISIO DCCVI.

Vlixbon. quartanariæ, die 9. Maij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Pensio an & quando reseruari possit vt transeat ad successores, vide distinctionem.*

QVoniam agebatur tertia instantia huius causæ, vo-
lui tostãte parte præsens dubium proponere, pau-
cis adiectis vltimo dubio a me proposito, quod erat tale.
Præsupposito, quòd pensio, nec aliàs aliter nec alio mo-
do, trãseat ad successores super quartanaria, & parochia-
libus de Ardea de Ponte, & S. Saluatoris de Pegania, &
fructibus, & quòd in supplicatione resignationem in fa-
uorem Gundisalui factam, fuerit dictum, *quòd Saluator
obtinebat dictas duas parochiales ex dispẽsatione super qua-
rum parochialium fructibus per dictum D. Saluatorem in
resignatione prædicta fuit datus consensus.* Et præsupposi-
to sine veri præiudicio, quòd tempore dictę resignationis
Saluator non possideret dictam parochialem de Ardea
de Ponte, licet ad illam ius habere prætenderet: *an nihi-
lominus Gundisaluus teneretur docere de dicta dispensatio-
ne, ad effectum vt pensio per D. Saluatorem super dictis pa-
rochialibus obtenta ex causa dictæ resignationis sit valida,
& quod transeat ad successores, stãte præsertim solutione sub
1 die 31. Ianuarij præsentis anni 1562.* Domini † secuti fue-
runt decis. aliàs seruatam eisdem ferè rationib. in cõtra-
riũ adductis, quæ fortè possent procedere si res ageretur
inter resignantem & resignatarium, quia resignatarius
magnifacit sibi ius resignatum, & nihil aliud quæritur,
iuxta decis. Io. Paul. 25. At in casu nostro agimus de ter-
tio, qui consensit reseruationi super beneficijs suis in fa-
uorem alterius. Igitur hoc est verificandũ. Deinde signa-
tura in beneficio tertij dari non solet, vt pensio transeat
ad successores, si ille, qui consensit, habet tantum ius, &

nun possessionem. Vltimò cum narretor, quod Saluator obtinet doas parochiales, & super eis consensit pensioni, necessariom est vt doceatur de dispensatione, cum negari non possit, quin ex hoc facilius Papa inductus fuerit ad admittendam pensionem super beneficiu tertij, quæ transeat ad successores. Reliqua dic, vt malia decisione.

DECISIO DCCVII.

Mutin. Capellæ, die 2. Maij 1561.

SVMMARIA.

1 *Priuatus beneficijs ob hæresim, an dicatur priuatus etiam ijs, quæ alibi reperiuntur, quàm vbi fuit sententia lata.*
2 *Hæretici beneficia ipso iure dicuntur vacare post commissum crimen.*
3 *Beneficia hæretici possunt tamquam vacantia ante sententiam declaratoriam impetrari.*
4 *Sententia declaratoria non priuat, nec aliquid addit, sed priuatum declarat.*

DVbium erat tale: *præsupposito, quòd Bonifacius hæreticus ipso iure esset priuatus beneficijs, eo quòd senten-*
3 *tia contra se lata fuerit in Roman. Cur. quæritur, an † beneficia huiusmodi dicantur vacasse in partibus, vbi hæresim incurrit, vel in Curia, vbi sententia lata fuit, ita quòd Cardinalis ordinarius collator de ijs prouidere potuerit, iuxta indulti sui facultatem?* Nihil fuit conclusum, quoniam verie erāt vota, & casus valdè exemplaris, nec vmquam memoria auditorum propositus. Pro ea parte, quod beneficium vacat in partibus dicebatur, quòd hæretici be-
2 neficia † ipso iure dicantur vacare post commissum crimen, c. cum secundum, §. bona, vbi Franc. de hæret. in 6.
3 vnde possunt tamquam † vacantia ante sententiam declaratoriam impetrari: probat c. Alma, no. 8. de sentent. excom. in 6. quamuis requiratur deinde sententia de-
4 claratoria, tamen † hæc non priuat, sed priuatum declarat, & nihil addit, Rebuff. in princ. 3. par. in prac. de mod. amit. benef. pag. 466. & facit glo. in Clem. 2. vt lite penden. in ver. collata, vbi Cassad. idem etiam Cassad. super reg. 4. idem Rebuf. super reg. de impetr. in glo. 25. In contrarium autem videbatur, quòd hæreticus ante declaratoriam potest cognoscere errorem, & corrigere, vnde nondum dicitur delictum, Rebuf. d. prac. & pag. 465. solet autem attendi locus commissi delicti, l. contraxisse. de actio. & oblig. Abb. c. vt commissa, in fi. de hæret. in 6. Præterea, quia licet hæreticus sit priuatus, ipse tamen permanet in possessione, vnde citari solet antequam inde amoueatur, c. licet, de probat. in 6. & tradit Sarn. in reg. de trien. quæst. 7. vbi latè de hæretic. Deinde hoc ipsum esse hæreticum pendet potius ab animo, nec circumscribit locum, nec ab alijs certè deprehenditur, nisi post sententiam declaratoriam impetratam: nam idem etiam homicida dici potest, qui priuatur tantum per sententiam. Nec obstat, quòd declarat, & nihil addat, quia illud verum, quoad ius, sed non quoad possessionem, quæ non attenditur, facit Rota 86. in antiq. Aliqui etiam dicebant, quòd regulariter omnia beneficia dicuntur vacare in delicti loco, nisi vbi aliter in iure expressum fuisset, cap. 1. de præben. in 6. & ideo hic casus non est excludendus.

DECISIO DCCVIII.

Romana pecuniaria.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis non potest impedire executionem rei iudicatæ, nisi clarè doceatur de credito compensando.*

QVærebam, *an exceptio prætensa compensationis sit talis, vt debeat impedire executionem trium confor-*
1 *mium?* Domini dixerunt, vt detur † executio rei iudicatæ: nec admittatur compensatio, nisi hæredes beneficiati clarè doceant de hoc credito suo, quod voluit compensare. Et ita de hoc debet esse liquidum, prout est res iudicata quod nihil difficile videatur, quia ibi taxata & liquidata sunt omnia: hic secus. Denique isti hæredes non obijciunt compensationem crediti, sed veniunt successiuè, vnde illis obstare debet statutum Vrbis de præscriptione. Præterea hoc creditum est vsque ad anno 1548. & tamen instrumentom in fauorem Sacristæ, cui Rota dedit executionem, est de anno 1549. vt ait pars, & pro decis. facit Afflict. 308. Cap. 187. Galeſ. de oblig. in forme Cameræ fol. 84.

DECISIO DCCIX.

Concheo. pecuniaria, die 12. Maij 1561.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento referenti creditur, licet de relato non constet, quando in referente clarè apparet de eo quod quæritur.*

DVbium erat stante resolutione vltimo loco facta, quia in vltimis verbis positis in instrumento, de quo agitur, videlicet, supplicarunt, in nulla re videtur correspectiuitas: *an dicto instrumento, cuius copia Dominis dabatur hæredes bon. mem. Cardinalis Cæsarini agere possint absque eo, quod teneantur aliter docere de priori promissione, de qua fit mentio in instrumento?* Domini strictè
1 ad dubium responderunt, † intentionem hæredum sufficienter esse fundatam in dicto instrumento, quod clarum est, & continet promissionem certam 3500. vnde cū constet de substantia instrumenti, & debito claro, nihil refert. Sed licet appareat prior promissio relata, cap. Abbate sane, de verb. sign. Dec. cap. 1. de confirmat. vulg. Fel. c. inter dilectos, nom. 7. de fide instr. in eo tamen aliqui dubitabant, ne deputati a Capitulo haberent hanc facultatem promittendi hanc summam 3200. cum eo modo potuissent promittere 3200. quod absurdum videtur, quia tamen exstat vltimus actus sub die 1. Aprilis 1541. in quo canonici mandant distribui illud, quod fuit collatom Cardinali, & ita videntur recipere promissionem factam a deputatis, quæ quidem videtur sufficiens ratificatio, iux. decis. Cresc. 54. idcirco dixeront, vt intelligam a parte, quid huic rationi respondeant, & postea si opus erit, dubium proponam.

DECISIO DCCX.

Legionen. Præstimoniorum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatio facta ab alio quàm a suo proprio Episcopo, valet cum dispensatione saltem præsumpta.*

CVm aliàs die 24. Ianuarij, Domini in hac caussa respondissent, constare sufficienter de clericatu: pars aduersa deinde multis testibus examinatis probauerit stylum in pœnitentiaria in curia visum, quòd dispensatio de qua in puncto, non intelligatur commissa, vt a quocumque quis potuerit ordinari: item produxerit quasdam dispensationes Nuncij & Legati, & quamdam fidem Iacobi Antonij de Loris, ad ostendendum, Ioannem non potuisse ab alio Episcopo ordinari. Quapropter omnia in dubio hæc supra coniunxi, prout apparet
1 in informatione, Rota autem secuta est † priorem decis. ex rationibus aliàs adductis, & præcipuè, quia si est ambiguitas, videtur esse excusandus Ioannes qui bona fide credidit licentiam sibi datam fuisse, cum illi, qui sibi eam tradiderunt ita interpretati sunt, fuisse illam dispensationem: & cum deinde ille semper pro tali se gesserit, vnde videtur excusandus, & facienda interpretatio est pro validitate actus. Quæ autem in contrarium fuerunt præsupposita, parum faciunt, quia diuersus est stylus locorum & personarum, nec ex his quidquam certi inferri potest.

DECISIO DCCXI.

Minen. Canonicatus.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus veniens ex regressu, & prouisione Ordinarij, præfertur prouisio auctoritate Apostolica.*

BReue Apostolicum mandat capi possessionem nomine Cameræ, exclusis omnibus detentoribus præterquam prouisum auctoritate Apostolica. Hinc dubitatum, *an Ioannes Temperius dicatur prouisus Apostolica auctori-*

auctoritate? quia vt non comprahendatur in breui ad effectum, de quo agitur, ista Ioannes veniebat ex regressu Stellini, & etiam ex prouisione sibi facta ab Ordinario, cum ageret spolio contre Hieronymum cui Camera cesserat tales. Dicebat Hieronymus eum non essa audiendũ in spolio, quia Breua dicebat, eos esse prouisos auctoritata Apostolica, atque se talem essa. Vnde Hieronymus ad illa duo præcipuè replicabat. Primò, quòd Ioannes tunc temporis, quando Camera cepit possessionem, non habebat litteras Papæ expeditas, nec vltimum titulũ Apostolicum super hoc validum. Secundò, quòd ille ceperat possessionem vigore prouisionis Ordinarij, non autem
2 alicuios tituli Apostolici. Verum † his non obstantibus Rota contrarium conclusit. Et ratio fuit: quia Ioennes venit es regressu Stallini, & fuit subrogatus in eius ius ac possessionem. Vnda negeri non potest, quin sit prouisus Apostolicus. Accedit quoad affectum, de quo agitur, satis constat, Breue ei non nocere: Nam aut verba illius respiciunt prouisos Apostolicos in furuRom, & tunc satis est dici prouisum Apostolicum, cum habent litteras expeditas: aut vero Breua respicit tantum prouisos Apostolicos in præsenti tempore, scilicet quo capitur possessio, & tunc Breue non sufficit, quia si volumus præsuppone ra, quòd verè esset prouisus Apostolicus, non potuit postea vigore Breuis expelli a possessione de nouo capta. Non obstat primum fundamentum, quoniam verè potuit tunc dici prouisus Apostolicus cum haberet supplicationem signatam, licet super ea litteræ non essent expeditæ, cum supplicatio respiciat gratiam, vt ea impetrata beneficium postea vacet per obitum. Non obstat secundum, quoniam tituli possunt multiplicari: & quãuis inceperit quis primo possidere ex titulo minus sufficienti, poterit tamen continuare possessionem ex nouo titulo valido absque alia declaratione volũtatis, Archid, cap. 1. de caus. poss. & propr. Cassad. decis. 3. de caus. poss. Cassan. cons. 3. num. 12. posthac videri poterit, an prouisio Papæ ex resignatione Stellini in fauorem Ioanms de regressu ad hunc canonicatum, fuerit reuocata ex cessione eiusdem Stellini in manib. Ordinarij, quæ dicitur facta fuissa biduo post supplicationem datam, antequam tamen consensus esset extensus. Item videndum erit, an tempore quo Camera accepit possessionem, Ioannes haberet supplicationem signatam.

DECISIO DCCXII.
Roman. de Comitib. die 21. Maij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus hæres institutus eligens sibi vnam viam, an possit ad aliam redire, vide distinctionem.*

DVbium erat stante testamento D. Didaci, *an D. Andreas Torquatus, qui elegit modum quendam, excusetur a dispositione l. fin. C. de codicil. remotis alijs coniecturis*
1 *hincinde.* Domini † pro maiori parte inclinarunt excusari D. Torquatum, & ratio præcipua fuit: quia d. l. fin. & ibi Corn. num. 14. præsupponit, quando institutus extraneus sciebat utramque uiam sibi competere, quia una electa ad alteram non potest redire: secus si ignoraret, prout in eo tamquam de facto alieno præsumitur: unde facienda est interpretatio in eius fauorem, aliàs durum uidebatur, quòd quando aliquis institutus est hæres, vtpute ab extraneo ignoto, teneatur ista perquirere, an testator habuerit tunc patrem & matrem. Secunda ratio fuit, quòd sicut in remedio diui Adr. uitium inuisibile testamenti non nocet hæredi instituto, sed tantum nocet vitium visibile, l. 2. vbi omnes, C. de edict. diui Adr. toll. & Curt. in l. fin. cod. tit. num. 3. sic etiam dicendum est in casu nostro. Et ita in terminis, d. l. fi. C. de codicil. concludit ibi Cin. col. 2. vbi distinguit inter vitia testamenti latentia, prout est falsi & inofficiosi, quæ excusant, & vitia patentia, quæ non excusant. Tertia ratio, quia quando actus habet debitam formam, præsumitur pro eius validitate, vt in terminis de testamẽtis ex tex. in l. si post, C. de iuris & fact. ign. vbi Bart. & Bald. & Ias. in l. mater decedens, post med. de inoff. test. l. is ad quem, §. fin. de acq. hæred. cum gl. Alex. cons. 27. in 7. col. 2. & cons. 166. num. 10. in 3. Ioan. de Anan. & in cons. 16. & seq. Quoniã autem è contrario adducebantur cons. Rom. 135. Ioan. Fab. Instit. de legit. agn. succes. post prin. item Ang. in d. l. fin. num. 1. dum loquitor de substitutiona compendiosa, ex quibus inferabant, nullam esse differentiam inter vitium visibile & inuisibile: Responsum fuit, hæc omnia procedere, vbi datur scientia hæredis instituti: nam tunc nihil interest, an tale vitium appareret, vel non appareret, dummodo hæres id sciuerit: secus in casu nostro, in quo excludimus omnes coniacturas, & loquimur de D. Torquato, in quo vt ab extraneo regulariter præsumitur ignorãtia, l. verius, de probat. Nec obstat, quòd cum nemo sine matre nascatur, debuit D. Torquatus perquirere, an ea tunc viueret. Quoniam respondetur, quod cum vna præsumptio tollat aliam, probabilior fuit præsumptio existimantis, matrem potius mortuam esse, quam viuam, eo quod videbat Aldum filium nullam de eo fecissa mentiona in testemento. Alexan. cons. 27. in 7. Et in hanc santentiam maior pars Dominorum ex æquitate quadam inclinabet. Verum quia nonnulli dicebant, ius scriptum esse in contrarium, & durum nimis esse restringera exampla Doctorũ, videlicet Io. Fab. Rom. & Ang. vt loquantur tantum, quando hæres is sciuit vitium testamenti, ideo nihil absolutè firmatum fuit. Sed dixerunt, quòd post hac adiungam in dubio pro parte Hieronymi, & non disputetur amplius circa hoc caput, de quo hodie, quoniam satis dictum est.

DECISIO DCCXIII.
Burgen. S. Dorotheæ.

SVMMARIA.

1 *Opponi hodie potest cõtra tres conformes latas in possessorio.*
2 *Possessorium an absorbeatur a petitorio, pulcherrima est distinctio.*
3 *Incapax alicuius iuris, tenetur ostendere titulum ad obtinendum executoriales in possessorio.*
4 *Adipiscendæ remedium habet annexam causam proprietatis, & requirit titulum.*
5 *Ecclesia præsumitur libera, nisi contrarium probetur.*

DVbium fuit stantibus tribus sententijs latis in possessorio, quarum vltima est sub die 18. Iulij 1555. & alijs tribus latis in petitorio, quarũ vltima est sub die 31. Iul. 1555. cum reseruatione, de qua in vltima Dom. Caputaq. *an Moniales possent hodie imponere ad impedien. expeditionem in possessorio, quod possessorium non absorbeatur a petitorio, vt si Petrus velit executoriales, teneatur docere de titulo aliũde veniente, quam ex titulis per sententiam?* In præsenti dubio cap. tria considerantur. ¶ Primum est, *an hodie post tres sententias in possessorio posset opponi contra earum executionem?* Et dubium non est
1 † opponi posse, Bart. in l. 1. num. 3. Ias. num. 11. C. de iur. & fact. ignor. Abb. cap. de cetero, num. 4. de re iud. Boer. quæst. 43. ¶ Secundum caput est, *an demum in casu nostro possessorium absorbeatur a petitorio?* Dubium faciebat,
2 † quia cum in iudicio petitorio fuerat lata in absolutoria in fauorem Monialium, non videatur possessorium necessario absorbere, vt per Abb. & per Bald. cap. pastoralis, colum. fin. de cau. pos. & propr. & c. cum dilectis, colum. pen. eod. tit. Socin. cons. 9. num. 4. Contrarium tamen in hoc fuit firmatum, ita distinguendo, quod aut possessorium hoc posset oriri ex varijs partibus aut non: Nam si loquimur de eo de quo in sententijs, & tunc clarum est, illud absorberi a petitorio, quoniam sententiæ expresse probant illud, & necessario succumbit petitorio; aut verò loquimur de alio possessorio non expresso in sententijs, & tunc actum super eo absorberi non potest, cum ignoretur vnde veniat: ideo hoc ipsum reseruatum fuit Petro, si aliundè hoc ius competat. Tertium
caput

caput est, *an Petrus teneatur docere de aliquo titulo non re-*
3 *probato, si velit executoriales in possessorio?* Et hic † etiam
conclusum fuit eum teneri ostendere titulum, eo quod
cum sit laicus, & incapax huius iuris testificandi, habet
iuris præsumptionẽ contra se, nec de iure communi po-
test se tueri, c. ad decimas, de restit. spol. in 6. Tamen etiã,
4 quia agitur remedio adipiscendæ, quod † habet anne-
xam caussam proprietatis; & requirit titulum. Rot. ve
lit. pend. in nou. Sarn. de reg. de annal. q. 66. num. 2. vbi
omnes, C. de edict. diui Adr. tol. Et maximè, quia agitur
5 de imponenda seruitute in Ecclesia, quæ † præsumitur
libera, nisi contrarium ostendatur, gl. c. peruenit, 16. q. 7.
ab omnibus conclusum fuit, non esse dandas executoria-
les Petro, quoad ius testificandi, nisi ostendat aliquem ti-
tulum non exprobatum, qui fortasse sufficeret, licet non
esset omnino integer & perfectus. An autem opponi
possit de defectu iurisdictionis, quoad sententias latas in
petitorio in fauorem Monialium, est extra præsens du-
bium.

DECISIO DCCXIV.

Romana de Valle, 24. Maij 1562.

SVMMARIA.

1 *Sententia restitutionis in integrum aduersus præscriptio-
nem lata cum conditione, quatenus opus sit, an valeat,
distingue pulchrè.*
2 *Conditio intrinseca non vitiat dispositionem, quæ aliàs vi-
tiaretur.*

DOminus Valerius, cum re vera esset minor, tamen
iurauit se maiorem, & constituit procuratorem ad
litem, qui procurator, postquam D. Valerius fuit factus
maior, substituit alium, qui non nomine Valerij petijt
restitutionem in integrum aduersus præscriptionem,
quatenus opus sit, & obtinuit sententiam in eius fauo-
rem sub eadem conditione, quatenus præscriptio lapsa
sit: quærebatur, *an hæc sententia lata a Senatore Vrbis va-
lida fuerit?* Domini diuiserunt dubium in duas par-
1 tes. Prima est, *an † sententia sit nulla lata sub conditione
ia adiecta?* Secunda, *an sit nulla ex defectu mandati?* Quo-
ad primam partem responsum fuit, sententiam sustine-
ri, quia restitutio peti potest sub conditione. c. restituens,
de restit. in integ. Rot. in nou. Valida est etiam sententia
2 sub ea conditione lata, tum quia est conditio † intrinse-
ca, quæ non vitiat. Alex. l. a Diuo Pio, §. in venditione,
num. 16. & 18. de re iud. Fel. c. quoad consultationem,
num. 2. co. tit. Soc. fallen. 369. gl. in c. biduum, 2. quæst. 6.
Quoad secũdam partem maior fuit dubitatio: nam cum
Valerius re vera esset minor, videtur elegisse viam incõ-
petentem, vt tanquam maior constitueret procurato-
rem, quod ei non licuit sine interuentu tutoris, l. si cura-
torem, C. de in integ. rest. min. Ias. l. neque tutores, num.
3. C. de proc. nec sibi prodest l. non eo minus, C. de proc.
eo quòd lis fuit inchoata in casu nostro eo tempore,
quando ipse erat verè maior, & sic etiam finita: sed in ca-
su d. legis præsupponitur eo tempore minor. Verumta-
men nihil in hoc fuit conclusum. Vnde restringatur du-
bium, an propter iuramentum præstitum ille habeatur
tamquam maior, vt sustineatur sententia.

DECISIO DCCXV.

Tirasonen. decimarum de Verlas.

SVMMARIA.

1 *Intimatio executorialium facta, vniuersitati sufficit si ea
qua potuit diligentia, sit facta.*
2 *Officiales & administratores vniuersitatis citari possunt
tamquam personæ publicæ, & omnibus notæ.*

OLim fuerant intimatæ executoriales vniuersitati de
Rocha, quę dixit eas non legitimè executas, an va-
rijs capitibus quæ aliàs fuerunt coram D. Alph. in hac
eadem caussa, die 15. Ianuar. 1557. discussa: nunc rursus
fuerunt intimatæ aliæ executoriales iuratis ipsius vni-
uersitatis: quoniam autem isti iurati responderunt no-
tario intimanti se amplius non esse iuratos, & cessare ef-
fectus illarum: notarius autem hoc executio intimauit
etiam litteras in parochiali. Nunc dubitatur, *an hæc inti-
matio executorialium fuerit legitimè executa?* Domini
1 † responderũt, intimationem esse legitime factam, quo-
niam pro parte Episcopi non potuit adhiberi maior di-
ligentia, quam ea quæ seruata est, sufficitque quòd ad
illorum notitiam deuenerit: deinde apparet omnes illos
defectus, qui aliàs considerati fuerunt coram D. Alphõ-
so, nunc in hac intimatione fuisse sopitos: & tandem,
2 quia satis est † citare officiales, & administratores, qui
sunt personæ publicæ, & omnibus notæ, glo. cap. si capi-
tulum, de concess. præben. in 6. Bart. extrauag. ad repri-
men. in ver. citatum, Bart. in l. fin. quod cuiusque vni-
uers. Bald. Auth. sed cum testator. nu. 10. ad leg. Falcid.
Non obstat, quòd illi negauerint se esse tales; quia cum
notarius referat se citasse illos, & iuratos, & officiales,
credendum est potius huic notario, cum referat de per-
sonis publicis, & omnibus notis, Mar. de citat. art. 2. nu.
51. Abb. c. bonæ, il 2. num. 19. de elec. & aliàs dictum fuit
corã Iunio in caussa Pampilon. die 9. Decemb. 1556. De-
inde, quia hęc responsio videtur dolosè facta, cum appa-
reat, eos aliàs in 1. intimatione coram D. Alphon. reces-
sisse ab Ecclesia, ne possent citari. Tertiò, quia isti non ne-
gant fuisse iuratos, sed dicunt nunc cessare officium illo-
rum, vnde hanc exceptionem iustificare tenentur. Po-
stremò daretur occasio omnibus citatis negandi se esse
tales, & ita deluserunt omnes intimationes. Dixerunt
igitur, me posse procedere ad declaratoriam contra eos,
quòd fuerunt nominati in intimatione.

DECISIO DCCXVI.

Conchen. pecuniaria, 3200. die 28. Maij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad colloquendum & tractandum, non intelli-
gitur ad concludendum.*

DIcebatur, *an constet de sufficienti facultate deputato-
rum a Capitulo de promitten. 3200. accedente præser-
tim actu sub die nona eiusdem, quorum actorum copia da-
1 tur?* Conclusum † fuit quoad primam partem non vide-
ri sufficiens mandatum, tam illud sub die 14. Ianuar.
quàm etiam aliud mandatum sub die 15. eiusdem, &
sunt ad colloquendum, & conferendum cum Episcopo
S. Angeli, non autem ad concludendum & obligandum,
quod etiam clarius apparet in eodem actu, in quo Capi-
tulum consensit quòd presbyteri possint illi promittere
& dare, quod eis videbatur caussa eundi ad curiam. Igi-
tur si Capitulum voluisset dare eandem facultatem su-
per solutione Capellæ, vsum fuisset ijsdem verbis, non
autem prorsus diuersis: & ita aliàs in eadem causa con-
clusum fuit coram Guidobono, die 28. Ian. 1555. Quo-
ad secundam partem dictum fuit ex actibus factis die
25. Ianuarij 1541. colligi sufficientem ratificationem
Capituli, cum hi actus fuerint facti in executione pro-
missionis, eo tantum tempore, quo Canonici dispensa-
bant distributiones pro seruitio Capituli, quas promise-
runt Car. ex quibus verbis inducitur plena ratificatio,
quæ æquiparatur mandato, reg. ratihabitionem, de re-
gul. iur. in 6. Non obst. quòd in hoc actu non exprimatur
certa summa 3200. quoniam cum isti referant se ad pro-
missionem factam pro resignatione Capellæ, vtique ni-
si ostendant aliam promissionem, intelligitur de ea, de
qua sub die 25. Ianuar. 1541. cum pluralitas non præsu-
matur. Et in præcedenti propositione huius caussæ
conclusum fuerat, satis constare de certa quantitate
promissorum. Non obst. quòd actus sub die 9. Apr. dif-
ferat in summa & in tempore, cum referat se ad annum
1541. & promissio facta Card. pertineat ad annum 1542.
Nam dicitur, quod hęc est alia distributio anni 1541. vi-
delicet ratione subsidij, quæ est diuersa a distributione
ratione Capellæ factæ de anno 1542. quod apparet dein-
de varijs in locis in notula distributionum, vbi fit mẽtio
de hac distributione: & tandem ex attestatione notarij
in

in fine notulæ, quæ clarè loquitur de distributiunib. fol. 103. quæ incip. Ego Christophorus. Non obstat proteſtatio, de qua in ful. 98. quia illa non est correſpectina, prout dictum fuit. Nam hæc ſumma pecuniæ promittitur Cardinali, & ideò non fundarut actus reſpectiuus, vt aliàs in hac eadem cauſa concluſum fuit.

DECISIO DCCXVII.

Aretin. da Reguntinu.

SVMMARIA.

1 *Ius præſentandi, quando & ex quibus probatum eſſe dicatur.*

2 *Titulus legitimus ex immemorabili poſſeſſione præſumitur.*

MVlta fuerunt in hoc dubio præſuppoſita, ex quibus quærebam, *an ex prædictis adeò conſtet de iure præſentandi Comitum Montis acuti ad Eccleſiam, de qua agitur, vt Nicolaus præſentatus ab iiſdem debeat inſtitui:*
1 Pro nunc † omiſſis teſtibus pro contraria parte facientibus, de quibus aliàs videbitur, concluſum fuit, primum inſtrumentum de anno 1374. nihil ad rem facere, quia non conſtat, quòd illa præſentatio fuerit facta coram ordinario aut vicario, & quod habuerit effectum ſimplex nominatio facta in alia Eccleſia, quæ neceſſario conſtat, aut non habuiſſe effectum, aut non fuiſſe continuatum, quia in alio actu del 1435. apparet beneficium tunc vacaſſe per obitum alterius, quam illius Pauli, qui fuit nominatus del 1347. Quoad alios autem actus, de quibus in dubio, Domini concluſerunt, ſatis ex his probari ius præſentandi, & quaſi poſſeſſionem immemorabilem Co-
2 mitum, quæ illis ſufficit, vt † præſumatur legitimus titulus, iuxta deciſ. 1. Caſſad. de prob. Ang. côſ. 4. de iure patr. incipiente, in ea præſentatione. Cum de annu 1338. appareat præſentationem habuiſſe effectum vſque ad annum 1455. poſtea verò de anno 1461. licet non conſtet de inſtitutione Epiſcopi facta ad inſtantiam Comitum tamen apparet, quòd præſentatus nominatus a Comitibus fuit inſtitutus ab Epiſcopo de anno 1475. & ad eius interrogationem dixit electionem rectoris ſpectaſſe ad Comites. Vnde ex quo iſte ita inſtitutus fuit ab Epiſcopo negari non poteſt, quin Comites ſaltem renunciauerint ſuam quaſi poſſeſſionem. In ceteris autem actibus, qui ſequuntur vſque ad præſentem vacationem, nihil eſt quòd interrumpat eorum poſſeſſionem. Imò potius ex his in ea confirmantur. Ad ea, quæ in contrarium adducuntur, dupliciter reſpondetur. Primò, quòd cum appareat de hac quaſi poſſeſſione immemorabili, præſumuntur omnia habilia acceſſiſſe. Nec hic agitur principaliter de titulo, ſed de quaſi poſſeſſione cum bona fide, quę bona fides ſatis ex omnibus ſupradictis præſumi oſtēditur. Vnde ſequeſtra habilia adfuiſſe præſumuntur. Secundò reſpondetur, de his agendum eſſe poſthac, cum deducentur ea, quæ faciunt pro parte, præſertim, an videlicet talia ſint, quæ eneruent aut interrumpant hanc quaſi poſſeſſionem Comitum, & præſertim videndum erit circa actum de anno 1461. & teſtes vltimo extractos pro parte præſentati.

DECISIO DCCXVIII.

Leodien. Canonicatus S. Diunyſij, die 30. Maij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria ſaltem ſine retardatione cauſa dari poteſt, dum reperitur noua prouiſio.*

IVlius fuerat prouiſus a Nuncio de Canonicatu S. Diunyſij per reſignationem Pauli: Adrianus autem fuit prouiſus per obitum ab ordinario, cum autem Iulius obtinuiſſet duas ſententias, nunc Adrianus in 3. petabat remiſſoriam ad probandam reſignationem inualidam fuiſſe, ex regula de triennali. Ex aduerſo Iulius reſpondebat, remiſſoriam non eſſe ralauantam, eo, quòd præter illam reſignationem, haberet etiam nouam prouiſionem: Adrianus autem dicebat, illam nouam prouiſionam pati multos defectus. Idcirco dubium propoſui, an danda ſit remiſſoria, ſtantibus litteris expeditis ſupra
1 noua prouiſione? Domini † elegarunt hoc tempore iuramentum, vt detur remiſſoria ſine retardatione cauſæ, ſi apparebit, quòd non ſit releuans. Interim autem diſputetur de eius releuantia, quod plurimum pendet a validitate nouæ prouiſionis. Nam ſi noua prouiſio eſt valida, vtique remiſſoria nihil præualet, & ideò cauſa poterit expediri. Hoc erit igitur videndum, an huiuſmodi nouę prouiſioni obſtet regula de menſe, aut regula de trimenſe, aut alia, quæ a parte opponitur, & illud etiam, quod aiunt da mala diſpenſatiune.

DECISIO DCCXIX.

Salamantin. de los Santos.

SVMMARIVM.

1 *Expeditio litterarum ante conſenſum præſtitum, ex quibus probetur, & deciſ. 721.*

DVbium fuit, cui incumbat onus probandi, litteras commendæ expeditas fuiſſe ante conſenſum pręſtitum per Card. in fauorem D. Alphonſi. Et dato, quòd Alphonſo, an ex fide Reueren. Domini Summiſtæ vlti-
1 mi producti, & † alijs diligentijs, de quibus in actis, dicatur ſufficienter probatum pro eius parte, aut ſaltem ex his transferatur onus probandi in Didacum? quoad primam partem dubij, Domini nihil concluſerunt, quoniam pars Didaci non informauerat. Quoad ſecundam partem concluſerunt contra Alphonſum informantem. Et in hoc nulla fuit difficultas. Nam hæc fides non dicit, quòd omnes Bullæ, quæ per eius officium expediuntur, comprehandantur illis, vnde licet in libris, quos ipſe dicit reuidiſſe, non extet talis Bulla, non ſequitur quòd non poſſit eſſe collata in tali libro. Deinde non dicit, quod ipſemet perquiſiuit, ſed quod ſubſtitutus ſuus, & ita refert ſe ad diligentias ſubſtituti, de qua non conſtat, & quæ etiam non ſufficeret, ex rationibus aliàs dictis in præcedenti propoſitione huius cauſæ.

DECISIO DCCXX.

Brixien. Canunicatus, dia 1. Iunij 1261.

SVMMARIVM.

1 *Originale inſtrumētum in defectum aliarum probationum eſt producendum ad probandum primum extremum in cauſa ſpolij.*

IN vltima propoſitione huius cauſæ Ruta videbatur ſentire, non ſatis cōſtare de primo extremo ex inſtrumentis. Quare ad tollendam illam difficultatem pars tunc produxerat eadem inſtrumenta latius extenſa. Et quoniam Nicolaus aduerſarius negabat ſtandum eſſe illis inſtrumentis aliàs productis, & reſolutionibus aliàs factis, dubitatur, an iſta, quæ de nouo ſunt producta fidem faciant in omnibus quę tantum in his continentur? Multa vtrimque deducebantur, ſed Domini noluerunt
1 iſtis rationibus moueri. Sed † volunt videre originale inſtrumentum, & tunc iudicabunt, an poterit extendi eo modo, quo ſe habent iſta. Vnde mandarunt, vt dentur compulſoriales Franciſco pro extrahenda hac matrice, prout etiam factum fuit in cauſa Abuleo. coram Domino Caputaquen. Interim verò ſuperſedeant in cauſa, donec iſta iura veniunt.

DECISIO DCCXXI.

Salamantin. da los Santos.

SVMMARIA.

1 *Onus probandi, litteras fuiſſe expeditas ante cōſenſum præſtitum incumbit ei, qui dat de iure tertij, & fundat ſe in data litterarum.*

2 *Poſſeſſor non dicitur, qui fundat ſe in iure tertij.*

HOc beneficium vacauerat de annu 1546. dia 3. Auguſti, & tunc fuit commendatum Cardinali de Salmatia, & etiam eodem die fuit prouiſum Alphonſo Aluaro cum clauſula, accedente conſenſu Cardinalis: Otiæ fuerunt deinde variæ lites cum diuerſis, & cum Alphonſus litigaret contra Didacum propter poſſeſſionem, & propter canonizatoriam, Didacus excipiebat, gratiam Alphonſi nullam eſſe, quia Card. prius acceptauit

uit commendam, & sibi ius acquisiuit, & consensus postea præstitus in fauorem Alphonsi, nullus est, quia Card. non potuit ius sibi abdicare, transferendo in Alphonsum sine consensu Papæ: Alphonsus replicabat, nunquam constare, quòd Card. prius acceptauit suam commendam: Vnde aliàs sub die 29. Martij 1559. dubitaui, an ex multis tunc præsuppositis in puncto hoc appareat? Et Rota respondit, ex illis tunc concludi contra Alphonsum: nunc rursus Didacus dicebat, satis hoc constare ex litteris commendæ, expeditis sub data 3. Augusti 1546. ex qua expeditione proculdubio apparet, Card. acceptasse suam commendam de anno 1548. prout ostendebat ex quibusdam diligentijs, & fide Summistæ: propterea dubitaui hoc modo, cui incumbat onus probandi litteras commendæ expeditas fuisse, ante consensum præstitum per Card. in fauorem D. Alphonsi, & docto quòd Alphonso, an ex fide Reuerend. Summistæ vltimo producta, & alijs diligentijs, de quibus in actis, sufficienter dicatur, pro eius parte hoc probatum, seu saltem ex his transferatur onus probandi in Didacum. Quoad primā
1 partem dubij, Domini respōderunt † probandi onus incumbere Didaco, ex multis simul iunctis. Primò, quia Didacus dat de iure tertij, cum velit excludere Alphonsum ex iure Card. quare debet esse hoc ius concludens, & cetera, quæ tamen in casu nostro non sunt: nam vacauerat beneficium in Curia. Et notum est, litteras semper expediri sub eadem data etiam post longum tempus, quamuis re vera nullo die non fuerunt expeditæ, quomodo ergo impossibile esset, vt supplicatio, & cetera omnia essent obseruata? Igitur Didacus, qui fundat se in data litterarum, non concludit, quoad expeditionem sub eadem die, Rebuff. in pract. pag. 219. num. 25. Secundò, quia Alphonsus habet diem certum, quando Cardin. cōsensit in fauorem suum, videlicet, die 21. Martij 1547. vnde Didacus, qui vult docere, Card. antea acceptasse suam commendam, debet ipse probare, Cassad. 25. & Ro. de præb. Tiraq. de vtroque retract. §. 2. gl. 1. num. 11. Tertiò, accedunt quamplures coniecturæ, quæ oriuntur ex diligētijs factis, & fide Summistæ, quod scilicet commenda Card. fuit expedita multo post anno 1548. quæ omnino concludunt, vt dictum fuit eadem causa sub die tertia Martij: tamen negari nō potest, quin multum adiuuent præcedentes rationes. Non obstat, quod Didacus
2 sit reus & possessor: quoniam † id fortè procederet si daret de iure suo, non tertij, vel si ipse etiam haberet certum tempus expressum sub eadem die, vt per Rip. l. 2. sol. matr. col. 3. Doct. c. si a sede, de præb. in 6.

DECISIO DCCXXII.

Cæsaraugustan. dotis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata post appellationem in causa dotis sunt purganda cum impositione perpetui silentij.*

FVerat lata sententia in partibus, in qua pars appellauit, & causam appellationis commisit in Curia, pendente appellatione iudex processit ad taxationem expēsarum, & ad excommunicationem partis. Nunc altera pars petebat, vt procederetur super negotio principali: contra quam replicabat, nō esse procedendum, nisi prius purgatis attentatis: Ad hoc respondebatur, nulla esse attentata, ex quo taxatio expensarum non causat attentatum, & pars, quæ fuit excommunicata habuit a me absolutoriam. Vnde super hoc habui verbum cum Domi-
1 nis, qui † dixerunt, prius cognoscendum de attentatis, & super his pronunciandum, non obstante, quòd pars fuerit a me absoluta, quia non sufficit, cum illa absolutio fuit beneplacitum. Et ad purgandum huiusmodi attentata requiritur impositio perpetui silentij. Quod quidem fieri non potest, nisi aut per sententiam, aut per cessionem legitimam, vnde oportet vt pars habeat legitimum mandatum ad cedendum, & sufficit depositum vnius Iulij facti in actis.

DECISIO DCCXXIII.

Illicinen. Canonicatus. Die 6. Iunij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus a Papa præferendus est in possessorio prouiso ab Ordinario saluo iure in petitorio.*

CVm fuisset decisum in vltima propositione huius causæ, quod Ioannes dicebatur prouisus Apostolicus, & pars aduersa opponebat, prouisionem huiusmodi fuisse nullam, quia mandatum ad resignādum in manibus Sanctissimi fuit reuocatum ex resignatione a Stellino facta in manibus Ordinarij. Idcirco dubitaui, præsupposito sine veri præiudicio, quòd Stellinus cesserit iuri suo in manibus Ordinarij, sub die 23. Maij 1555. *an huiusmodi resignatio obstet Ioanni in hoc iudicio possessorio, vt non dicatur prouisus Apostolicus?* Iuxta præcedentem resolutionem, stante, quod supplicatio cum resignatione est sub data 10. eiusdem mensis Martij, & habet missam, die 10. Ianuarij sequen. & quod Camera ceperat possessionem antea sub die 3. Decemb. superior. anno 1554. conclusum fuit, Ioan. adhuc esse prouisum a Papa,
1 ex † rationibus, de quibus aliàs. Et maximè, quia cum Breue excipit prouisos a Papa, non dicit, an sit benè vel malè prouisus, sed sufficiat illi ad tollendas disputationes, & lites, quę tunc oriri possent, vt habeat prouisionem Apostolicam generalem. Et ad ea, quæ in contrarium adducuntur, respondetur, quod respiciunt petitorium, in quo iudicio Ioan. fortè ostenderet, resignationem coram Ordinario fuisse nullam, aut prouisionem Apostolicam fuisse anteriorem, aut quid simile. Secundò respōdetur, quod cum resignatio coram Ordinario fuerit in fauorem ipsius Ioannis, ei nihil nocet: Nam tituli in eiusdem persona possunt multiplicari. Et certè dici poterit Io. prouisus ab Ordinario. Nam in fauorem eiusdem possunt omnia concurrere: contraria autem procedunt, quando resignatio fit in fauorem diuersæ personæ.

DECISIO DCCXXIV.

Burgen. S. Dorotheæ.

SVMMARIA.

1 *Titulus probandus est aliundè, quam per sententias in petitorio latas, si agens petitorio vult obtinere.*

2 *Titulus item quis dicatur. Titulus ad antidora in omnibus benefactoribus dicitur habere locum.*

HOc dubium fuit propositum aliàs sub die 21. Aprilis: sed nunc additum fuit, præsupposito, quod Petrus teneatur docere de titulo aliunde prouenienti, quā ex probatis per sententias in petitorio latas, an ex infrascriptis sit doctum sufficienter? Domini in hoc dubio secuti sunt rationes aliàs traditas sub dicta die 20. Aprilis,
1 quod † scilicet, cum appareat de aliquo titulo, cum titulus dicatur ille, ex quo aliquis obligatur, nunquam apparet ex deductis, Petrum voluisse sibi obligare Monasterium ad hoc ius seruitutis, nec posset quidem dici esse ortum quendam titulum ad antidora, qui in omnibus benefactoribus habet locum, sed hic est quidam articulus generalis, nec proprius quoad effectum, de quo nunc agimus, nam Petrus tenebatur pro eius anima se gratum agere, sed nō adeo, vt in vita cogatur sustinuisse aliquod onus. Non obstat, quod Petrus ædificauerit, quia id fuit, de anno 1480. & tamen principium testificandi cœperit de anno 1518. Non obstat etiam, quod prouisio de recipiendis quinque Monialibus fuerit reuocata, & declarata nulla: quia hoc fuit ex causa, sed tamen non nocet Monasterio, ideò tenetur hac seruitute. Alia omnia, quæ dicuntur de consensu Episcopi, & similia, non pertinent ad titulum, sed ad possessionem, ideo nihil ad rem. Quidam ex Dominis distinguebant, an hoc ius testificandi esset leue, vel magni præiudicij? sed alij distinctè supradictam sententiam probauerunt.

DECISIO DCCXXV.

Dertusen. bonorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Constitutum vt probet primum extremum in specie, quot requirantur.*

DVbium erat, *an stante clausula cõstituti in venditione apposita, & concessione quadam Augustini Nelli,*
1 *sit probatum sufficienter primum extremum pro Dominico contra Michaelem Cinellum possessorem, qui fuit institutus hæres ab Augustino, & postmodum hæreditatem acceptauit cum beneficio legis, & inuentarii, & de dicto inuentario constat?* Nihil fuit cooclusum. Nam non erat data copia, nec constituti, neque iostrumenti vẽditionis: tamen quo ad primam partem, videlicet de constituto, magis tenere vidabatur, ex eo non probari primum extremum. Primò, quia collatum fuit per mortam, cum non traosferatur aliqua possessio. Alex. cons. 83. in 3. Tiraq. de const. in 3. par. in 2. limit. Secundò, quia oportebat, vt acceptarat per aliquem, aliàs non traosfertur possessio. gl. l. illud. C. de sacros. Eccl. Tertiò, quia probandum esset, quòd tunc ipsa constituens possiderat secundam partem de concessione in instrumeoto veoditionis, prout sentiebaot in ea probari confessionem: nam licet sint verba enunciatiua, tamen fauore piæ causæ satis probant, iux. l. dictantib. C. de test. vbi Mil. io 3 limit. sed an partes super his quid affirmarunt, aliàs proponetur. Dixerunt etiam animaduertẽdum esse, quòd aliàs fuit a Domino Romano præsuppositom prædictum fuisse venditum, & assignatum loco illius: vnde si id verum esset, verba ista cessarent, videndum est in facto.

DECISIO DCCXXVI.

Ciuitatis Castelli bonorum, die 13. Ianuar. 1562.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio statutaria, quando obstare dicatur agenti virtute instrumenti.*

DVoium erat, præsupposito, quòd fuerat petita tam medietas bonorum, quàm adæquatio vigore concordiæ, & super vtroqoa pronunciatum, *an Ventura, & Iulio obstet præscriptio statuti: & cui detur copia cõcordiæ?* Nihil fuit conclusum, quoniam partes non cõueniebant
2 in informatione? Videndum † erit Primò, *an fuerit intẽtata actio realis vel personalis?* Secundò, *an fuerit reseruatus vsusfructus vniuersorum bonorũ, an verò medietatis tantum: & an illa verba, quòd bona sint sua, intelligantur de vsufructu, an verò aliter?* Tertiò, *erit videndum, in facto, quòd si altera pars dicit esse datam medietatem, & quod non potest peti, nisi quod deest residuu:* altera negabat sibi quidquam esse datum, an si petatur residuum sine integra medietate obstet statutum, cuius copia erit dãda: est dicendum quòd sic, qoia cum statutum tollat vires instrumenti, cessant omnia quę dicuntur in eo. Et ideò impedimentum, quod ex aduerso allegatur, non est coosiderabile: cum verò in instrumento caueatur, vt statim allegantur æstimationes, videtur statim incipere sciẽtia. Vidandum etiam, a quo tempore incipiat currere præscriptio, a morte Io. an Nicolai, an Guidonis, &c.

DECISIO DCCXXVII.

Taorien. Cantoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Cantoria an sit officium manuale, vel dignitatis, ex quibus colligitur.*

DVbitaui stantibus statutis vltimo productis cũ confirmatione Sixti, *an prouisio cantoriæ facta a Papa in fauorem Antonij, sit canonizanda, non obstante prouisione facta a Papa in fauorem Io. Bartholomæi, prout in ea?*
1 Nihil fuit conclusum. Videatur, an † cantoria, de qua agitur, sit officium manuale, aut dignitatis: & deinde, an resignatio vltima ac prouisio Capituli si qua est, sit facta a tempore Sixti hucusque, & sit facta in manibus Papæ, vel ne: & si apparet de resignationibus aliquibus factis coram Papa, numquam tamen de beneficio seu dignitate præfata, tunc videndum erit, an ex his dicatur mutatio status. Cassad. 4. de prob. num. 9.

DECISIO DCCXXVIII.

Martineo. Capellaniæ Sancti Christophori, die 16. Ianuarij 1562.

SVMMARIA.

1 *Beneficium hæretici dicitur ipso iure vacare in partibus vbi delictum fuit commissum.*

2 *Beneficia non vacantia non conferuntur.*

HÆc causa aliàs fuerat proposita, & tunc ferè super iisdem ita dubitaui, *an beneficium Bonifacij, qui hæresim incurrit in partibus dicatur ibi vacasse, an verò in Romana Curia, vbi formatus fuit processus, & contra eum lata sententia, ad effectum, vt sciatur ad quem collatio istorum beneficiorum pertineat?* Domini omnes consenserunt beneficia dici vacare in partibus vbi cõmissum fuit delictum: Nam hæreticorum beneficia vacant ipso iure, & possunt impetrari etiam ante senteotiam, & conferri, gl. c. commissa, ver. iusto, de elect. in 6. Prob. c. aliud, num. 18. de sent. excomm. in 6. Rebuff. in 3. par. num. 4. fol. 365. Franc. c. cum secundom, de hæret. in 6. Fel. c. cum non ab homine, de iudic. nu 9. Vbi tunc conferuntur beneficia, quamuis nondum lata sit sententia: hinc apparet, ea tunc verè vacare, quamuis aliàs non possent conferri. Et ita etiam sentit Lap. alleg. 117. col. antepen. Franc. d. c. commissa, §. 1. cum beneficia non vacantia non conferantur, c. 1. de concess. præb. cum similib. & Paris. in tract. de offic. & potest. Cap. Sede vac. in vers. 4. quoniam loquuntur in his criminibus, io quibus priuatio non fit ipso iure, sed necessaria est seotentia priuatoria, quę longè distat a declaratoria, in qua per simplicem criminis declarationem venit ipso iure priuatio. Sarnen. de iur. quæs. non tollen. q. 113. alioquin nulla esset differentia, *an quis sit priuatus ipso iure, an per sententiam?* quòd tamen longè differt. Fel. c. Rodulphus, de rescript. col. 6. Nec obstat, quòd ante sententiam hæreticus non possit expelli de possessione. Saroeo. de annal. q. 82. Nam imò hæreticus nullam habet nec detentionem in beneficijs considerabilem. Cassad. 14. superius facit, c. 1. & 2. 13. q. 7. & hæc senteotia visa est æquior, quia conseruat iurisdictionem Ordinarij, sine tamen præiudicio, quia Papa in collatione concurrit cum quocumque Ordinario.

DECISIO DCCXXIX.

Romana de Valle.

SVMMARIVM.

1 *Sententia etiam in fauorem minoris lata ob defectum legitimationis personæ redditur nulla.*

Idque magis si ob falsam expressionem ætatis.

ALiàs supradicta die 23. Maij, dum proponeretur hoc idem fere dubium, non fuit decisum: nunc verò ita quærebam, præsupposito, quòd D. Valerius minor habuerit curatorem, & absque eius interuentu constituerit procuratorem tamquam maior, cum decreto iudicis, iurans se maiorem, cum potestate substituendi, & quòd dictus procurator, postquam Valerius effectus fuit maior, substituerit procuratorem, qui substitutus petijt coram D. Senatore restitutionem io integrum aduersus præscriptionem, & pro se sententiam obtinuerit, *an sententia prædicta sustineri possit tamquam obtenta a*
1 *procuratore substituto.* Domini † responderunt, sententiam esse nullam: nam cum Valerius tunc esset minor, & haberet curatorem, non poterat absque eius interuentu procuratorem constituere, licet iurauerit se maiorem, vt excluderet beneficium restitutionis. An verò etiam tollat actus nullitatem, de qua per Paris. de subrog. 299. Clem. in suis, vbi Zabar. de iureiuran. nu. 148. Io. And. in addit. ad Spec. §. vt autem, circa princ. Gramm. decis. 12. num. 5. Rom. cons. 12. col. penult. Paris. cons. 9. num. 98. & 66. & seq. num. 1. Curt. senior cons. 43. num. 29. Cępol. cons. 4. & 45. Guid. Pap. quæst. 25. Dicitur, quòd in casu satis constat, eum non posse frui priuilegio minoris, cum sententia in eius fauorem lata sit restitutoria tamquam

maioris,

maioris, & propterea cum procurator in articulis deduxerit minorem ætatem, in ea se fundare videtur, & ideo sententia est nulla facit. l. 3. C. de minor. Non obstat l. non eo minus. C. de procur. quoniam tempore latæ sententiæ D. Valerius erat minor: quo casu cessat illa lex, vt latius circa hoc firmatum fuit in præcedenti propositione huius causæ.

DECISIO DCCXXX.

Florentina bonorum, siue census.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria an sit locus in contractu emphyteutico, canonis conditio attendenda est.*

DVbium erat satis longum, & in eo præsupponebatur totum effectum, ex quo quærebam, *an in casu de quo agitur, sit attendenda facultas siue conditio canonis, aut non?* Nihil fuit cõclusum, quia materia habebat dif-
2 ficultate. Prima erat, *an † contractus iste dicatur locationis, siue emphyteuticus, siue mixtus ob pactum in eo appositum?* Secunda erat, *an conductor videatur suscepisse etiam casum futurum ex pacto?* Tertia, *an probetur canon ita magnus, vt sit locus remissoria quicumque sit contractus?* Et præcipua videtur difficultas super qua primò dubitari poterit, datis dictis testium.

DECISIO DCCXXXI.

Cremonen. præpositurae sancti Martini.

SVMMARIVM.

1 *Fama ex quibus, & quot testibus probari dicatur.*

DVbium est, hoc præsupposito, quòd simus in casu difficilis probationis, in quo satis sit probatio per solam famam, *an dicatur talis fama sufficienter probata ex quattuor testibus vltimo examinatis, iuncto dicto testis, quem Domini admiserunt, & alijs de quibus 7. Februarij 1561. iunctis etiam alijs adminiculis, de quibus alias?* Con-
1 clusum † fuit ab omnibus famam esse sufficienter probatam ex his testibus, qui admodum clarè loquuntur, vt ex actis apparet. Quibus accedunt multæ coniecturæ, de quibus aliàs, quod cum ista Marcus esset persona nobilis, post diem 20. Nouembris, et ordinarius contulit præposituram, antequam reperiretur cadauer, vt sententia lata in partibus idem clarè affirmat. Nec primus testis, de quo in puncto, est contrarius quoad famam: sed tantum quoad tempus cadaueris reperti, quod nihil nocet. Testes etiam alij, de quibus aliàs dictum fuit, quod non percutiebant tempus ante litem motam, videntur etiam aliquo modo posse defendi ex qualitate facti, cum non potuisset haberi fama hic in Vrbe a litigantibus. Ideo ex omnibus simul iunctis conclusum fuit, probare obitum in mense Nouembris.

DECISIO DCCXXXII.

Lucana S. Sixti, die 13. Iunij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio an sit subreptitia, vel ne, ex quibus probetur.*

QVærebam præsupposito, quòd hodie moraretur extra claustra, & incedat in habitu non regulari extrinsecus, sed intrinsecus ferat habitum, quẽ erat subsecutus, neque constet de metu per eum allegato, nisi per iuramentum, *an noua prouisio facta ex licentia standi extra claustra, simul cum sententia lata a Vicario Vrbis etiam suffragetur: & regressus, de quo agitur, sit canonizandus?*
1 Nihil fuit cõclusum. Dixerunt tamen dubium † esse restringendum, *an prouisio sit subreptitia?* Quia non sunt facta mentio, quod tunc moraretur extra claustra, aut si qua alia opponuntur. Et videntur aliàs decisa in causa Pamplonen. Nam licentiam habere talem videtur, qualis tamen alijs concedi solet: tamen nihil fuit firmatum.

DECISIO DCCXXXIII.

Auximan. Bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta in instrumento transactionis, quem parere effectum dicatur.*

IN hac causa quærebam, *an cessio de qua in instrumento, cuius copia datur, intelligatur præiudicare in petitorio Antonio donatario, ita vt possit agere contra Catharinam & Pamphilam?* Nihil fuit dictum, quoniam varia erant
1 vota. Domini † aliqui dicebant, renunciationem restrictam esse tãtum ad personam, cum qua celebratus fuit contractus, ex rationibus de quibus in informationibus. Alij contra, quia renunciatio est personalis, & in instrumenti principio dicitur, vt recedatur a litibus videlicet cum nulla alia lis, sit, nisi ista, & primo de ista videtur intelligendum. Facit dictum Fel. c. 1. de pact. col. 1. quod vbi renunciatur liti, intelligitur quoad omnes, quorum interest, etiam absentes: tum etiam, quia potest aliquis soluere debitum alterius, & illi etiam ignoranti prodesse, & etiam quia verba sunt satis clara, quòd renunciat iuri sibi competenti. Dicebant etiam, quòd si probaretur istas sorores possedisse pro indiuiso, tunc facilius defendi posset, hanc renunciationem alijs prodesse, eo quòd Feliciana voluisset se subducere vexationi: nihil firmatum.

DECISIO DCCXXXIV.

Salamantin. de los Santos, die 27. Februar. 1562.

SVMMARIA.

1 *Reus & possessor non semper releuatur ab onere probandi in possessorio.*

2 *Tempus certum habens in data, omnino præferendus est siue sit actor, siue non.*

DVbium erat, præsupposita vacatione sub die 3. Augusti 1546. consensu Card. super gratia Alphonsi die 21. Martij 1547. & quod supplicatio commendæ Card. registrata de mense Octob. 1547. & literæ commendæ sint habitæ etiam die 3. Augusti 1546. & eadem etiam die literæ etiam Alphonsi, licet missa supplicationis Alphonsi sit 28. Mart. cui incumbat onus probandi tempus supplicationis litterarum commendæ Card. vel Alphonso, quòd post dictum consensum, præstitum ad sui fauorem: vel Didaco reo, & possessori, quòd ante consensum, stante præsertim gratia eiusdem Didaci vltimo producta. Nihil fuit conclusum, quoniam res patiebatur difficul-
1 tatem. Pro † parte autem Didaci duo considerabantur. Primò, quòd cum ille sit reus, & possessor, liberatur ab onere probandi, licet habeat diuersum, & certum tempus consensus: nam hoc ipsum habere certam vim non prodest, quando aduersarius possidet. Bart. in l. in ambiguis, col. 1. de reg. iur. & in c. pastoralis, col. 3. num. 5. de rescr. Rebuf. de ma. pos. num. 199. Item alia dicebant, videlicet, quòd cum Didacus habeat gratiam senectutis impetratam post obitum Card. ex qua cupit omne ius Card. ipse opponere gratiæ aduersarij, quo casu cum Card. dicat eum possidere ex persona Didaci possessoris, verè dicit Card. teneri ad aliquid probandum. Alia in contraria erant opinione. Nam Alphonsus actor omnia plenè probauit sibi incumbentia. Igitur Didacus, qui est reus, tenetur & ipse probare suam exceptionem, ex qua sequitur etiam teneri probare cõcludenter, quòd Card. acceptauerit suam commendam, antequam præstauerit consensum in fauorem Alphonsi. Ad primam rationem in contrarium adductam respondebant. Rotam indistinctè seruare, quòd habens certum tempus, omnino præferatur siue sit aduersarius, siue non, Cassad. 12. &
2 20. de præb. Ad aliam † rationem respondebant oportere Didacum probare Card. habere aliquod ius, si vult ipse aliud accipere: alioquin nihil vacat ex persona Cardin. & hoc tenetur tempore ostendere ad Rot.

DECISIO DCCXXXV.

Roman. eo.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum non probare possessionem certi iuris est.*

DVbium erat, *an in hoc iudicio possessorio sufficienter sit probata intentio Isabellæ ad restitutionem domus, constito instrumento 1558. non obstante exceptione attentatorum, cum fuit reiecta a Rota?* Verum quoniam multa erãt capita

pita discutienda, videbatur res pati difficultatem contra Dominam Isabellam, stante resolutione alias facta super instrumento de anno 1558. vt sit suspectum, aut non officiat dictis de Altouitis: nam † ex hoc infertur, nec constitutum appositum, nec aliud ex illis quidquam nocere debere. Videndum erit, an hoc instrumentum pro se probet contra Altouitos, vel ne. Circa quod fuor videndæ decis. aliàs factæ.

3

DECISIO DCCLXXXVI.

Vrgelen. Parochialis de Andrea.

SVMMARIA.

1 *Confessio procuratoris non nocet domino super iudicio spolij.*

DVbium erat, *an ex deductis D. Ant. probetur primum extremum, & aduersum antiquum attentasse.* Verò quoniam in hac causa omnia deducebantur ad probandum spolium, & non erat eorum data copia. Domini dixerunt † mihi, vt animaduerterem, *an confessio facta in commissione, fuerit facta per principalem, aut per procuratorem; an fides solutionis sit fides notarij, & quomodo se habeat.* Præterea, vt videam super manutentione, & qotezatione, & si aliqui testes sint excommunicati pro parte Ant. Nam multa hinc concurrunt, quæ satis suadent probationem spolij, & præsertim confessio principalis, & quomodo hæc se habeant simul cum instrumento possessionis captæ a Petro Lap. & deinde a Paulo, & postea ab Ant. qui nunc agit quoad ad attentatum, & quoad commissam causam, & commissam citationem ille adiuit curiam regiam, proot decisum fuit coram D. Oradino Decano in causa Cæsaraugustan. iuris eligendi, 17. Febr. 1561. qoam decis. dixerunt, vt inspiciam, quia videtur ex ea præsens casus decidi posse.

DECISIO DCCLXXXVII.

Burgensi. iurisdictionis, die 4. Iulij 1562.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Innocentij seruanda est, vbi est contentio de iurisdictione inter Capitulum, & Episcopum, donec totum negotium terminetur, tam in petitorio, quam possessorio.*

QVia Sãctissimus mandauerat nobis, vt in causa eligeretur aliquod temperamentum, & interim causa de iure terminaretur ad tollendas scilicet dissensiones, & scandala, quæ quotidie oriuntur inter canonicos, & Episcopum. Idcirco curaui, vt partes vtrimque informarant Dominos super hoc toto negotio. Et postea te proposita in Rota, & † super ea longa discussione habita, videbatur placere D. vt legeretur Bulla Innocentina de anno 1501. & obseruaretur inter canonicos, & Episcopum interim, donec causa de iure decidatur, sine tamen præiudicio vtriusque partis, tam in petitorio; quam in possessorio. Nihil tamen omnino fuit firmatum, sed dictum, vt hoc renunciem partibus, vt super hoc informent. Nam in prima Rota concluderetur quid sit agendum.

2

DECISIO DCCLXXXVIII.

Ferrarien. de Ferrimano.

SVMMARIA.

1 *Casus omissus a regula de 20. habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis.*

2 *Consensus præstitus per procuratorem, quem operetur effectum.*

FActum huius causæ præsupponebatur in dubio, quod erat tale. Præsupposito, quòd Victorius Rector Parochialis, de qua agitur, illam resignauerit in fauorem Michaelis nepotis sui, reseruata valida pensione 60. duc. in fauorem Ant. etiam nepotis, nec aliàs aliter, & quod sub die 20. Maij 1559. præstitit personaliter consensum iuxta formam mandati, & postea procurator iuxta formam supplicationis 15. Febr. 1560. præstitit consensum, qoo tempore Victorius ex vulnere infirmus erat, & die 11. eiusdem obijt. In casu huiusmodi Raphaeli petenti canonizati resignationem obstat regula de 20 diebus pro nullitate resignationis adducebatur, quòd hæc resignatio fuit conditionalis, videlicet reseruata pensione, &c. Vnde non abdicatur ius a resignante, nisi postquam reseruata validè pensio fuerit, in qua requiritur Raphaelis consensus ante quem consensum res dicitur integra, l. qui. §. 1. de acq. possess. Sarnen. reg. de infir. q. 31. num. 3. cum attendatur tempus conditionis in beneficialibus c. si pro te, de rescript. in 6. Dec. cons. 147. Cum igitur post præstitum consensum per Raphaelem Victorius decesserit ante 20. dies, clarum videtur esse locum regulæ de infirm. Accedit, quòd aliàs facile fieri potest fraus regulæ, nam quilibet reseruaret cum pensione, & præstaret consensum, si resignatarius deinde differret consensum quousque resignans esset proximus morti, & ita eluderetur regula. Verum his non obstantibus Rota cõtrarium conclusit. Ratio prima fuit, quia † regula loquitur de consensu resignãtis, & resignatarij, vnde casus potest dici omissus a regula, & standum est iuri, vbi nullus præfixus est terminus de acceptan. c. si tibi absenti, de præben. in 6. Gem. nu. 3. Fran. num. 5. & seq. Secunda ratio, quia resignans ex parte sua omnia impleuit, resignatarius etiam fecit in se quantum erat, quod enim amplius fieri posset ab his, qui longè absunt a Curia? vtique absurdum esset perdi beneficium, si interim resignans moreretur. Accedit tertia ratio, quia resignans dicitur omnino consensisse eo tempore, quo mandatum dedit ad consentiendum, quia tunc declarat voluntatem suam, l. Paulus per procuratorem, de acquir. hæred. Rot. in antiq. 8. de elect. in princ. Cresc. 37. Et quamuis deinde † consensus necessarius sit præstari per procuratorem, ille est quoad expeditionem litterarum Cassad. 1. & 1. de renunc. Sarnen. de reg. de infirm. quæst. 29. in tract. vnde & cessat suspicio fraudis, ex quo resignatarius, simul acceptauit tempore congruo.

1

2

DECISIO DCCLXXXIX.

Bononien. statuti.

SVMMARIA.

1 *Fructus & crediti nomen relatum ad pecuniat, intelligitur pro commoditate tantum, non autem pro iure formali.*

2 *Maritus in bonis paraphernalibus vxoris ex forma statuti non potest habere nisi vsumfructum, & num. 5.*

3 *Solutio facta vnica numeratione, non differt ab ea, quæ est facta pluribus vicibus.*

4 *Redditus, verbum est magis generale, quam verbum, fructus.*

5 *Prestationem annualem vxoris datam in bonis paraphernalibus maritus ex forma statuti exigere potest.*

SExta Octobris quædam Semiramis fuit relicta vsufructuaria omnium bonorum a primo marito, qui maritus instituit deinde Ludouicum fratrem suum hæredem vniuersalem. Orta lite inter Semiramidem, & Ludouicum, tamdem inter eos fuit facta conuentio, vt Ludouicus solueret ei singulis annis scuta 100. Deinde ista Semiramis secundo loco nupsit Gregorio, cum supradictis scutis 100. Mortuis postea Gregorio, & Semiramide, hæredes Semiramidis petierunt ab Vlysse hærede Gregorij, omnem hanc quantitatem exactam a Gregorio: Vlysses negat se teneri, & dicit Gregorium eam lucratum fuisse vigore statuti Bononiæ, cuius copia datur. Quare dubium fuit huiusmodi, an scuta 100. exacta a Gregorio, sint restituenda hæredibus Semiramidis, non obstante statuto Bonon. Pro parte hæredum Semiramidis tria præcipuè fundamenta adducebantur, ex quibus prætendebant, Vlyssem teneri ad restitutionem harum pecuniarum.

Primo ab interpretatione passiua. Nam statuta intelligi debent secundum ius commune. Et clarum est, quod ille, ad quem spectat vsusfructus pecuniæ, tenetur restituere finito vsufructu, l. 3. & 4. de vsufructu earum rer.

1 Secundò nomen † fructus, & crediti relatum ad pecunias,

cunias intelligitur pro commoditate tãtum, non autem pro iure formali, l. necessario, §. fin. de per rei vend. & in terminis statuti ait Bald. cons. 163 numer. 1. vbi maritus habet commoditatem fruendi illa pecunia, donec vxor viuit: aliàs sequeretur, quòd vsusfructus absumeret proprietatem, & proprietarius haberet ius diminuibile, & extinguibile facto vsusfructuarij, quod esset absurdum, & contra diffinitionem vsusfructus, vbi debet esse salua substantia. Præterea si Semiramis non dedisset hãc præstationem annalem, nisi per decem annos vigore contractus, si isti decem anni elapsi essent constante matri-
2 monio, valde absurdum esset, quòd † maritus illos exegisset, & consumpsisset, vxor autem soluto matrimonio nihil haberet.

Tertiò est tex. in terminis in l. vxori, de vsufru. legat. quem declarat Ias. in l. diuortio, § si cui, num. 4. sol. matrim. & præsertim in casu nostro, vbi hæc præstatio annua subrogata est in locum vsusfructus, vnde eodem iu-
3 re censeri debet, cum nihil differat, an solutio fiat † vnica numeratione, an diuersis vicib. l. genarali, §. hæredi. de vsufru. leg. His accedat, quòd tripliciter in pecunia considerari potest vsusfructus.

Primò, vbi est certa pecunia, & tunc clarum est eam restituere io integrum, l. 1. C. de vsufruc. & hoc non videtur casus noster.

Secundò, vbi pecunia habet certum tempus, & perpetuum, veluti vbi collocata est super montibus, qui perpetuò durant: hic etiam non est casus noster, cum annui reditus, qui inde percipiuntur, habeantur pro re immobili, l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccl.

Tertiò, vbi requiritur annua pecunia, aut ad certum tempus, aut donec vixerit, & hic est casus noster, vbi nullum sit corpus principale, & cum facile pecunia illa siue actio ad petendum deficere possit, non censetur inter immobilia, Anch. in Clem. 1. §. cumque, de verb. signif. Tiraq. de vtroque retrac. glo. 6. nu. 7. & 8. Hinc differt hoc legatum ab vsufruct. l. in singulis, de leg. Aduertendum est autem, quòd Semiramis haberet dotem separatam ab hac annua præstatione 200. scutorum. Vnde cum de iure bona paraphernalia non spectent ad maritum etiam in vita vxoris. Alex. cons. 144. num. 13. in 5. & tamen statutum vult, maritum ea posse habere, intelligẽdum erit ad communem commoditatem tantum, non autem ad proprietatem ipsorum fructuum, vt statutum minus deroget iuri communi. Pro parte vero Vlyssis dicebatur, eum teneri ad restitutionem, & quod vigore statuti, de quo supra, maritus lucratus fuit omnes fructus, & redditus bonorum paraphernalium. Vnde cum 200. scuta fuerũt data in dotem eidem Greg. tunc ipse est tutus de iure communi, quo inspecto maritus dictæ dotis fructus lucratur, l. doce ancillam, C. de rei vẽd. l. fructus §. si vir in fundo. sol. matr. Si autem non fuerunt data in dotem, tunc etiam vigore statuti in paraphernalibus fructus ad virum spectant. Quod autem 200. scuta essent in fructu, apparet, qui annuatim exigi poterant, & vnica solutione, d. l. fructus, §. si vir in fundo, vbi Bartol. in fin. Alexan. in prin. & num. 4. idem in l. quædam, §. nihil, de edendo. Soc. cons. 10. num. 4. Et eo magis, cum statutum
4 petatur, nedum † verbo, fructuum, sed etiam redditũ, quod est magis generale, gl. in c. generali, in verb. redditus, de verb. sign. l. 2. C. de sacrosan. eccl. & in terminis est text. in l. si quis ita legauerit, de vsufru. per quam videtur decidi casus nostar. Et eo magis, stante verbo vniuersali, quoscumque, quod capit tam fructus industriales,
5 quam naturales. Et quod † maritus lucretur pecunias, quæ assignantur singulis annis a debitoribus, est text. in l. vxori. ff. de vsufruct. legat. & licet legato vsufructu bonorum de pecunijs, quæ tamen exiguntur vnica solutione, commoditas remaneat penes proprietariũ, & eius hæredem, tamen vbi pecunia exigitur singulis annis, & renascitur, dicitur esse in fructu. Et licet actio, quæ debetur vxori, sit incorporea, tamen ex ea nascuntur fructus corporei. Cum igitur vigore statuti maritus lucretur fructus, & redditus quorumcumque bonorum etiã paraphernalium vxoris, & appellatione bonorum, & rerum veniant etiam actiones, non est dubium, prouentus maximè certos, qui percipiuntur ex dictis, iuribus contineri appellatione fructuum pro hac etiam parte, quod annua hæc 200. soluebantur loco vsusfructus bonorum legati a primo marito, sic deducitur, quia sicut ex contractu dotis Gregorius secundus maritus vigore statuti lucratus fuisset vsumfructum omnium bonorum, sic etiam debet ea hac annua præstatione, quæ est loco ipsius vsusfructus. Deinde dicebantur tria diuersa, videlicet: Primò, corpora hæreditaria. Secundò, actio. Tertiò, pecunia annua, quæ exigitur, vt apud Paris. cons. 55. nu. 55. & seq. in 3. Quare in casu nostro transactio ipsa vnde oriuntur illa 200. annua, dici potest corpus ipsum paraphernale: actio autem ad eum exigendum dicitur vsusfructus rei paraphernalis pro pecunia ipsa exacta, & ideo vigore statuti debet ad maritum pertinere. Non enim pecunia ista potest dici vsusfructus, cum nõ sit data cautio, vt solet requiri in istis rebus. Deinde, quia pecunia percipiebatur singulis annis de manu Ludouici: ergo non est vsusfructus, cũ illa capiatur sponte ab vsufructuario, l. fundi, da vsufructu. Sed aliqui ex Dominis contra. Nã pecunia quæ exigitur, non est fructus actionis, sed est aliud, & ipsa bona paraphernalia aliud, quod colligitur ex dictis Bald. in l. 1. C. de vsufruct. in 4. col. & facit gl. in Auth. idem est in his. C. de bon. quę lib. vbi loquitur de vsufructu, cum debeat esse, salua rerum substantia. Nihil conclusum, sed post hic dubitari potest, an ista 200. scuta annua exacta, dicantur fructus actionis quoad effectum, de quo agitur.

DECISIO DCCXL.

Burgen. Iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium retinenda, an prius intentari debeat, quam petitorium, & possessorium simul.*

NOn erat dubium datum in hac causa firmiter per schedulã, sed pro inchoatione negotij partes hinc inde informarunt. Rota mandauit, vt dubia proponere
1 inciperem ab hoc capite, an † prius sit incipiẽdum a possessorio retinẽdæ, quam a petitorio, & possessorio simul.

DECISIO DCCXLI.

Roman. talea, de Cesquinis, 13. Octob. 1562.

SVMMARIVM.

1 *Registra non faciunt plenam fidem, nisi constet de originali.*

COmmissa fuerat mihi hæc causa simul cum Card. Puteo, extra Rotam, & quia causa erat antiquissima, primum dubitare cœpi, *an ex scripturis, quæ hodie reperiuntur in actis, dicatur sufficienter constare de obligatione, de qua agitur in 1. parte registrato, folio 15. & sententia Domini Simanetta, & depositione testium, quorum copia datur, & lapsu temporis, post excidium Vrbis.* Rota nihil in præsenti firmauit, quoniam pars Romanorum, &
1 litis consortium negabat ista † registra fidem plenam facere, cũ non adsint originalia, nec constet plenè de transportatione actorum singulatim facta ab eo tẽpore, quando primum commissa fuit causa. Et quoniam extabant quattuor, vel quinque registra huius causæ longissima, Rota voluit videre illud vbi est instrumentum sententię breuiatum, vnde pendet principale fundamẽtum totius causæ, super quo registro adscriptum est nomen notarij. Quirinus Gallus narrauit mihi, vt proponerem dubiũ, an huiusmodi registrum sit in forma probanti.

DECISIO DCCXLII.

Auximena bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta in instrumento transactionis, an generaliter præiudicet, etiã vbi constet de enormissima læsione.*

Hoc

HOc dubium erat re ipsa super eisdem, de quibus in præcedenti propositione, *an cessio, de qua in instrumento, cuius copia datur, dicatur personalis, ita quod comprehendat tantum portionem Feliciani: an vero realis, vt in ea contineantur etiam portiones petitæ per Catharinam, & Pamphilam sorores Feliciani?* Casus iste videbatur satis dubius. Tamen omnes ferè Domini sentiebant, vt in
1 hoc † instrumẽto comprehenderentur omnes portiones.

Et hoc primo, ex procemio instrumenti, vt recedatur a litibus.

Secundò, ex dispositione ibi, *pro omne esse*, &c.

Tertiò, in fine instromenti, vbi renunciatur enormissimæ læsioni, quàm aliqui ex Dominis dicebant esse in terminis pro hac parte, ad idem Bald. in l. sub prætextu. C. de transact. col. 1. Tiraquel. l. si vmquam, num. 56. C. de reuocan. donat. Dicebaturque, quòd possessor potest dare de iure tertij, & quòd tertius potest acquirere illi libertatem actionis, licet nemo sit stipulatus. Quidam tamen conira, ex quo nulla aliarum sororum interuenit in hac transactione, per l. iubemus, C. ad Velleian. Rota nihil voluit firmare, sed mandauit, vt primò videremus, *an probetur ex actis, cuius valoris fuerit portio data a Feliciano: & an hæc portio esset ex hæreditate, an ex alijs bonis*. Et secundò, *an tunc temporis essent bona diuisa inter sorores, an verò indiuisa*: & tertiò deliberabitur, *quid agendum, quoniam etiam Dominus Decanus Oradinus abstinebat se in voto dando, eo quòd alias consuluit in hac causa?* Dictum fuit, ex quo hoc caput, de quo nũc agitur, est diuersum, vt posthac liberè cum alijs votum ferat.

DECISIO DCCXLIII.
Placen. Canon. 17. Octobris 1562.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura admittitur in recognitione manus alicuius scribentis, quando alias constare non potest.*

STante depositione registrationis, & alterius testis super recognitione manus inuentarij, quorum copia datur, dubium erat, *an ex his sufficiẽter constet, quod ad instantiam Laurentij fuit expedita supplicatio noua prouisionis?* Responsum † fuit, nihil probari, quod sufficiat, cũ
1 hæc materia sit difficilis probationis, & admittantur cõiecturæ: oportet tamen vt illæ concludenter probent: Primus autem registrator non est examinatus formaliter, & sunt verba incidentia, deinde ratio non concludit, & ait, pro certo credere, &c. Secundus testis etiam non concludit, quia ait, quòd videtur sibi, &c. & semper diminuit dictum suum in depositione, & multò magis in testione seu correctione, dum ait, quòd minoribus characteribus. Et cum sint duo tantum verba, quę vult pars recognosci, videtur hoc omnino difficillimum. Dixerunt igitur, vt videatur, an adsint aliquæ coniecturæ, vt omnes simul cum dictis testium iungi possint. Nam illa cõiectura, quòd esset in Curia præsens, & de impensa facta, & expedienda supplicatione non sufficiunt, vt constat de dicta manu in titus, quàm ego latius refero in lib. decis.

DECISIO DCCXLIV.
Burgen. iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium retinendæ non impeditur cumulatione in petitorio, quo minus probationes fieri possint.*

MAndauerat Rota, vt dubium proponerem hoc pacto, semotis meritis vtriusque iudicij, iam in petitorio, quàm in possessorio, *an sit procedendum ad possessorium manutentionis tantum, vel super eo & petitorio, stante commissione vltimo loco præsentata*. Domini mandarunt, vt prius incipiam proponere dubia causę possessionis manutentionis, tales ut ratione sibi deliberandi, si placebit etiam aliquandu, vt componatur in petitorio. Et de iure Domini sentiebant, hoc iudicium retinendæ non impediri cumulatione in petitorio, quo minus fieri
1 possint probationes in illo: † sed quoad ordinem procedendi non est dubium, prius esse cognoscendum super manutentione si ita prius petatur, vt per Barrol. §. nihil commune, num. 13. Quoniam tamen aliqui ex Dominis dubitabant, ne hoc sit contra stylum nostrum, quia semper procedi solet in petitorio, licet in commissione dicatur etiam super manutentione, ideo voluerunt hoc interim confirmari de iure. Sed elegerunt hanc viam, vt nunc incipiatur in hoc possessorio, reseruata tamen facultate Dominis si ipsis videbitur, vt disputetur aliquando super petitorio. Rationes autem cur prius cognoscendum sit super negotio manutentionis, latius relatæ sunt in libro decisionum.

DECISIO DCCXLV.
Placen. Portion. 20. Octobr. 1561.

SVMMARIVM.

1 *Nuncij prouisio de beneficio valoris 24. ducatorum valida est.*

NVncius Apostolicus habebat in facultatib. ius prouidendi de beneficijs non excedentibus 24. vacat portio, de qua agitur, prouidit de ea cuidam Petro. Franciscus aduersarius posteriori tempore impetrauit eamdem a Papa: nunc opponebat, prouisionem Nuncij esse inoalidam, quia vitra facultates suas; idcirco dubitaui, præsupposito, quòd portio, de qua agitur, vltra distributiones quotidianas, habebat massam grossam, quę requirit residentiam ceteris diebus in toto anno ad illam lucrandam, & quod fructus huius massæ grossæ per se excedant 56. ducat. & cum distributiones quotidianæ excedant 180. *an Nuncius vigore suarum facultatum potuerit*
1 *de huiusmodi portione prouidere.* Responsum † fuit, prouisionem Nuncij validam esse, quasi eas facultas vsque ad 24. intelligenda sit, prout solent accipi fructus in regula de valore in his autem non continentur hi, qui percipiuntur ex massa communi, sed tantum hi, qui sunt particulares eius beneficij, de quo agitur. Rot. in nou. 8. de præben. Sarnen. reg. de valore, quæst. 8. Mohed. 82. Boer. 340. num. 4. & alias dixi in decis. 170. & 176. & ita seruat Rot. Accedit; quod pars aduersa ipsamet in petitione sua a Papa exprimit fructus ad 24. ex quo omnis tollitur difficultas.

DECISIO DCCXLVI.
Pampilon. matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Gradus primus & secundus in linea inæquali, an sit prohibitus de iure diuino, vide pulchram considerationem.*

DVbium erat, *an gradus consanguinitatis, de quo agitur, inter Ioan. Petrum & Isabellam filiam fratris, dicatur prohibitus de iure diuino tãtum?* Materia visa fuit valde ardua, & controuersa inter Doctores: vnde tres articuli continebantur. Primus est secundum opinionem Ca
1 nonistarum: & isti † communiter sentiũt, hunc gradum primum & secundum in linea inæquali prohibitum esse a iure diuino in specie, consequenter inter patruũ & neptem, gl. in c. litteris, de rest. spol. & ibi Io. Andr. col. fin. & Abb. num. 17. & Imol. nu. 3. & gl. c. pietatem, 3. q. 3. & in c. gaudeamus, de diuor. vbi Host. & Abb. num. 1. Pia pos. nu. 3. & idem ait Anchar. cons. 373. Aegid. cons. 18. cons. 68. in t. Et isti Doctores tenent etiam Iudices ita seruare, vt per Io. Andr. in d. c. litteris, & Anchar. d. cons. 373. vbi etiam ait, quòd Ecclesia hoc casu non dispensat, Bald. d. c. litteris, num. 13. Parif. d. cons. 68. nu. 10. & Aub. d. cons. 373. Secundus articulus est secundum Theologos, quòd gradus non est prohibitus de iure diuino. S. Thomas 4. sentent. distinct. 4. in 4. dub. Nicolaus de Gran. super cap. 15. Iosue. Caiet. c. 16. venite Summa Siluest. num. 16. matrimonium. §. fin. in 6. q. Summa Angel. in verbo, dispensatio. §. 9. & post Petr. de Palude, Duran. affirmat in c. quædam lex Roman. 32. q. 1. & horum aliqui atte-

Ee 2 stantur,

ftantur, Hebræos seruare, quia contrahunt passim in hoc
gradu, vt per Caiet. in d.c.16. venite, quòd etiam hodie
affirmant Iudæi nostri. Tertius articulus est, quæ ratio-
nes præualeant, & cui opinioni sit standum: nam pro
Theologis hæc præcipuè videntur facere. Primò, quòd
hic gradus non sit prohibitus specialiter de iure diuino.
Secundò, quia adsunt multa exempla in testamento ve-
teri, vbi talia coniugia fuerunt contracta, vt loquitur de
Abraham & Iosue. Pro Canonistis autem adduci solet
præcipuè dictum cons.28. cui quidem respondent Theo
logi multipliciter, videlicet, quòd est diuersa ratio inter
auunculum & neptam, & patruum, & nepotem. Secundò,
quia hoc caput loquitur de nepote ex linea directa, non
autem transuersali. Tertiò, quòd vsus cōmunis Hebræo-
rum aliter ea verba accipit, & optima, & legitima est in-
terpres consuetudo. Verum his rationibus replicant Ca-
nonistæ vnam esse tantum rationem expressam. Rot. de-
cis.28. quæ informis est in omnibus casibus sibi expres-
sis, videlicet, quia caro est fratris aut sororis. Vnde Rot.
inter has difficultates nihil in præsenti voluit statuere,
sed maturius deliberandum esse respōdit, an in hac ma-
teria magis probanda sit Canonistarum opinio, an verò
Theologorum: nam multi censent standum esse Cano-
nistis, quia causæ matrimonij respiciunt philosophiam
moralem, vt per Host. Abb. & Præpos. c.2. de consang. &
affi. Dec. c. ne innitaris, vltimo notab. de constit. & latè
Paris. cons.67. nu.32. in 4. & cons.88. nu.426. num.4. Alij
contra, quoniam cum agitur de interpretatione iuris di-
uini, potius standum est Theologis, quàm Canonistis, vt
per Abb. in proœm. distin. num.16. de his aliàs.

DECISIO DCCXLVII.

Roman. de Comitibus, 24. Octobr. 1562.

SVMMARIVM.

1 *Vitium testamenti quoad effectum dispensationis l. fin. C. de codicil. debet considerari, an sit visibile, vel ne.*

DVbium fuit, *an in casu nostro vitium, quòd opponitur
testamento Domini Aldi, dicatur visibile, ita vt in
eo procedat, aut non procedat dispositio l. fin. C. de codicil. se-
motis pro nunc omnibus coniecturis, de quibus alias agetur.*
In præsenti dubio duo tantum considerata fuerunt. Pri-
1 mum † est, *an vitium dicatur visibile?* Et responsum fuit
non esse, cum corporeis oculis detegi non potest, l.1. §. le-
gi, de his, quæ in testa. Bald. l. fin. num.56. C. de edict. di-
ui Adriani tollen. & ibi Ang. nu.3. Secundum est, *an di-
cta lex fin. C. de codicil. habeat locum etiam in vitio inuisi-
bili.* Et responsum fuit mihi, habere locum, cum genera-
liter loquatur, & sic generaliter omnes casus comprehē-
dat: & quod magis est, procedit etiam in testamento si-
ne scriptis, vbi nullum vitium cerni potest. Tertium est,
*an in casu nostro remotis reliquis coniecturis procedat di-
spositio dicta legis, eo, quòd Doctores omnes eam limitant,
quando quis habet probabilem ignorantiam.* Nam etiam in
vitio inuisibili potest esse, vt agens habuerit scientiam il-
lius, quo casu tenetur. At in hoc tertio casu nihil firma-
tum fuit. Sed dixerunt, vt restringatur dubium, *an stan-
te testamento prout stat, de iure D. Torquatus teneatur per-
quirere, & informare antequam agat, si Aldus haberet
matrem tempore testamenti: an potius dicatur excusandus,
si id non fecit, ita vt non incidat in dispositionem l. fin. C. de
codicill.* Semotis pro nunc omnibus coniecturis hincin-
de fuit præsupposita resolutionibus præsentis causæ,
prout in alia decisione.

DECISIO DCCXLVIII.

Salamant. de los Santos.

SVMMARIVM.

1 *Actore plenè probante suam gratiam, debet reus etiam plenè probare suam exceptionem.*

FVit propositū hoc dubium super eisdem, de quibus
in præsenti propositione huius causæ, & tandem con
clusum fuit, onus probandi incumbere Didaco. Et ratio
fuit: quia considerando factū causæ, Alphonsus est actor,
habetque gratiam per obitum cum clausula, accedente
consensu Cardinalis. Vnde ipse ad obtinendum canoni-
zatoriam nihil aliud probare tenetur, quàm vacationem
per obitum, & præterea ostendere, quod impleta fuit con
ditio apposita in gratia sua, videlicet consensum Cardi-
nalis in fauorem suum præstitum. Cum igitur ipse hæc
omnia effecerit, vt apparet ex actis, dicitur non satis pro-
basse incumbentia: nunc Didacus aduersarius excipit,
conditionem illam in gratia non esse purificatam, & cō-
sensum Cardinalis acceptatum fuisse ante suam com-
mendam, idque Didacus vult probare ex litteris expe-
1 ditis. Rota respondit, quoniam † actor plenè probauit
suam gratiam, tunc debet & reus probare exceptionem
suam, quia in ea est actor. Sed exceptio hæc Didaci nō est
expediens vel concludens. Igitur plenius eam probare
tenetur. Et ratio est: quia litteræ prouisionis per obitum,
semper habent datam a die obitus, & tunc certum est de
die non esse expeditas: igitur hæc ratio non concludit.
Accedit, quòd Alphonsus habet diem certum, quando
præstitus fuit consensus in eius fauorem. Igitur pro eo
est præsumptio, licet aduersarius sit in possessione, Cas-
sad.20. de præb. Bald. l. de rebus, C. de donat. ante nupt.
Rip. l.1. num.6. solut. matr. Et seruat hoc Rota, vt aliàs
dictum fuit coram D. Chissanen. in vna Lauden. Cano-
nicatus 9. Maij.

DECISIO DCCXLIX.

Caputaquen. pensionis. 28. Octob.

SVMMARIA.

1 *Prouisionibus criminosis pars aduersa non tenetur respondere.*

Item nec ijs, ex quibus pars incideret in periurium, num.3.

2 *Positio detegens turpitudinem dicitur criminosa.*

PRoductis iam remissorijs pro vtraque parte, D. Ar-
chiepiscopus Caputaquen. dedit varias positiones
aduersarius contra eas varie excipiebat: idcirco dedi du-
bium, *an teneatur D. Prosper respondere positionibus, &
an omnibus aut certis, & quibus, vt detur copia positionū?*
1 Domini † responderunt, ex his nonnullas esse crimino-
sas, quibus Prosper non tenetur respondere. Ægid.274. &
aliàs dictum coram D. Chissanen. in causa Aquen. Mona-
sterij. Et quamuis Dominus Caputaquen. respondebat
se non proposuisse istas positiones ad hūc effectū, sed tan-
tum, vt appareat, quod Prosper semper gesserit se pro cleri-
co, tamen replicatum fuit, satis esset si hæ suapte natura
2 essent criminosæ, cum detegant † turpitudinem, c.1. &
2. de cle. pug. in duel. Dictum etiam fuit non teneri eum
3 respondere his positionibus ex † quibus incideret in per-
iurium, videlicet, vbi ipse articulauit contrarias materias
in iuramento, vt per Spec. in tit. de posi. §. 5.7. num.1. &
2. & 54. Et quamuis D. Caputaquen. respondeat iam de-
tectum esse periurium Prosperi, ex quadam confessione
sua in litteris de anno 1531. replicabatur, quòd attenta
hac ratione hæ positiones dici possunt superfluæ; igitur
non admittendæ. Item etiam dictum fuit, non esse respō-
dendum positionibus negatiuis, nec petitiuis aut simili-
bus: ceteris omnibus placuit, vt respondeatur, dum ta-
men prius accommodentur, & relegantur, & contineant
petitionem, aut negationem, aut repetitionem, & similia.
Nec obstat, quòd prætendat D. Prosper se non debere re-
spondere eis, quæ respiciunt nullitatem clericatus, cum
ipse agat executiuè. Nam responsum fuit, immo teneri
eum respondere, cum hæc exceptio oriatur ex ventre lit-
terarum suarum, quæ dicunt, postquam clericali chara-
ctere, vt per Sam. in compen. vtriusque sign. num.48. Si-
militer etiam placuit, vt teneantur respondere articu-
lis, quoniam ea stylo nostro etiam in iudicio spolij &
alijs summarijs hoc admittimus, & præsertim, quia in
remissoria declarati fuerunt iam admissi isti articuli:

in

in primis autem mandarunt, vt tractarentur concordialiter a parte.

DECISIO DCCL.
Burgen. iurisdictionis 5. Nouembris 1561.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio iurisdictionis ab Episcopo, ex quibus probari possit.*

Dubium fuit, *an ex infrascriptis probetur possessio Decani, & Capituli circa exemptionem a criminalibus ab Episcopo, eiusque officialibus ad effectum manutentionis?* Primò, ex his sententijs per iudices deputatos a Capitulo latis ab anno 1534. vsque ad annum 1557. de quarum deputatione non constat. Secundò ex commissione facta de anno 1545. Tertiò, ex commissione pro parte Episcopi. Quartò, ex dictis testium examinatorum pro parte Capituli. Rota in præsenti propositione non firmauit
2 omnia, quæ † in puncto continentur, sed tantum duo capita, videlicet, quòd nec in istis testibus nec ex commissione probatur hęc quasi possessio. Nam testes multi sunt partes formales, & habent interesse ex causa, & sunt de corpore Ecclesiæ, & est etiam causa commissa ad instantiam illorum, nec etiam in dictis suis concludunt circa hoc omnino, de quo in præsenti agitur, & sic patiuntur varias exceptiones. Commissio etiam nihil facit, quia in ea nulla extat confessio, vt pars aduersa prætendit, sed potius est ad tollendum impedimenta, quæ offebantur ex inhibitionibus Rotæ. Quoad duo alia capita nihil cõclusum fuit: nam circa sententias dubitabant eas non prodesse, quia sunt sine processu, & non constat de deputatione iudicum, & hoc non est, de quo nunc principaliter agitur. Circa remissoriam etiam dubitatur satis, quia illa solet fieri ad instantiam partis, & hæc fit a Vicario. Deinde ille remittit Capitulo: & maximè, quia iste Vicarius erat canonicus, & hęc commissio facta fuit forsan vigore Bullæ Alexandrinæ. Dubitatum etiam, quia non constat de patientia Cardinalis. Item quia isti actus ostendunt iurisdictionem, non autem exemptionem ab Episcopo, cum hæc diuersa sint, Dec. consil. 151. Ad probandum enim exemptionem opus erat adducere quòd Episcopus impetrauerit aliquid, & canonici non obedierunt, aut aliàs quod ipsi essent in omnimoda libertate. Dixerunt igitur, vt dubium restringatur hoc fere modo, *an ex 21. sententijs, prout stant, absque alio processu, aut deputatione iudicum facta de anno 1548. constet sufficienter de quasi possessione respectu exercitij, & iurisdictionis in causis criminalibus ab Episcopo eiusque officialibus quoad effectum manutentionis breuis Clem. de quo alias agitur.*

DECISIO DCCLI.
Dertusen. Mansij.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium se non habere, vel non esse allegans, non excusatur ab ipsius confectione.*

Dubium erat, *an ex confectione quondam Augustini Sirelli professoris, de quo in clausula instrumentali probetur sufficienter extremum spolij contra Michaelem possessorem, qui fuit institutus hæres ab Augustino, & postea acceptauit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij.* Dictum fuit, quòd cum de inuentario non constet, agendum est contra Michaelem hæredem & possessorẽ,
2 qui cum allegat se non teneri ex eo, quòd † non esset inuentarium, non excusatur, quia debebat ipse conficere, quo nunc confecto, remanet tamen similiter obligatio, l. fin. §. si vero, C. de iure deliber. Quoad secundam partem nihil conclusum: vnde restringitur dubium, *an confessio Augustini in contractu, de quo agitur fauore pia causa probet contra August. plenè & semiplenè, aut nihil.* Et videatur totius tenor instrumenti.

DECISIO DCCLII.
Rom. fideicommissi de Valle, 10. Decembr. 1561.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoria non est ei deneganda qui eam petit suis expensis in iudicio præterito: secus in futuro.*

Dubium fuit, *an stante vnione per Valerium facta, & commissione vltimo proposita D. Faustinæ præsentata, quarum copia datur, danda sit absolutoria Dom. Faustinæ cum impositione perpetui silentij, nisi de Valerius, aut cedat simpliciter, aut doceat de aditione hereditatis, cum confectione inuentarij facta intra terminum præfigendum.*
1 Conclusum fuit, † si Faustina vigore cessionis velit sententiam absolutoriam in iudicio præterito, contra illam non posse denegari, si eam vult expensis suis, Crescen. 32. quòd si vult absolutionem a iactantibus ob suspicionem iudicij futuri, tunc videtur dubium. Et prima facie videretur idem etiam hoc casu respondendum, eo, quòd cum a principio censeatur deductum omne ius pro parte D. Valerij, non debet D. Faustinæ liberatio concedi ab omni iudicio absque vlla reseruatione. Nam obstat cessio, de qua in pũcto, eo quòd Valerius dicat se nolle amplius redire ad restitutionem in integrum sed vult pro se petere, si Faustina de anno cessionis adducat hæreditatis aditionem. Quoniam animaduertendum fuit, cessionem aliter se habere. Referunt enim ea, quod si aliquando apparebit de adita hæreditate, quòd tunc possit petere restitutionem: non autem dicit, quòd Faustina aditionem sibi reseruat in quemcumque casum. Vnde cessio videtur quasi facta ad tempus, quod modo licet. Vbi autem corrigat Valerius hanc cessionem, non dabitur absolutoria Faustinæ.

DECISIO DCCLIII.
Roman. de Comitibus.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus hæres excusatur a dispositione l. fin. C. de cod. licet non perquirat vitium testamenti visibile.*

Dubium fuit, *an stante testamento D. Aldi, sine vitio visibili, debuerit Dom. Torquatus perquirere, & informare antequam ageret, an Dominus Aldus habuerit matrem, vel non, an potius dicatur excusandus a dispensatione l. fin. C. de codicil.* Remotis pro nunc omnibus alijs cõiecturis hincinde præsupposita resolutione, quòd d. l. fi. possit habere locum, iam in vitio visibili, quàm inuisibili, conclusum fuit excusandum esse D. Torquatum a pœ
1 na l. fi. si non perquisiuit, an † mater D. Aldi testatoris esset superstes. Et ratio potissimum ea fuit, quia cum Aldus non nominauerit matrem suam in testamento, debuit credere Torquatus illam obijsse: aut saltem excusatur, si aliam non adhibuit diligentiam. Accedit, quòd illa l. dicitur rigorosa, & exorbitans ex omnibus & Bald. ibi, nu. 2. refert tria requisita, & vltimum est, vt sit error in facto, quòd certe in casu nostro dici non potest, traditque idem aliud exemplum de test. quòd hæres non teneatur perquirere illius qualitates. Considerabitur etiam, quòd cum liceat vnicuique instituere quemlibet extraneum penitus ignotum, l. extraneum, 2. C. de hæred. inst. §. fin. Inst. eod. tit. absurdum satis videretur, si quis ex remotis partibus oriundus, & degens hic Romæ, instituit sibi hęredem aliquem Romanum, vt debeat iste Romanus inquirere, an habeat ille patrem, matrem, filios, & similes. Non obstat ratio d. l. fin. & l. qui in alterius, de regul. iur. quæ similis est. Nam primo dicitur, quod ea regula mul tipliciter limitatur, vt per Cardin. conf. 94. Secũdò quòd non procedit, vbi quis habet iuris præsumptionem pro se, voluntatem scilicet testatoris, prout in casu nostro, vbi mater non fuit nominata a filio testante. Tertiò, quia satis est hæredem deliberare circa ea, quæ exstant in testamento. Quartò, quòd ista regula non procedat, vbi extraiudicialiter ante petitum est id, quod sibi pia tenditur deberi: quoniam hoc casu culpa rei negantis præponderat culpæ actoris negligentis, dicta l. tamen, vltima responsio pendet a facto nostro.

DECISIO DCCLIV.
Concheo. parochialis S. Michaelis de Valle, 24. Nouemb. 1561.
SVMMARIVM.

1 *Regula de mense satisfactum non dicitur per nouam prouisionem, non facta mentione mensium, quibus aliàs fuit facta prouisio licet inualida.*

Didacus de Castel. resignauit beneficium die pen. Octob. 1557. liberè in manibus aduersarij. Aduersarius die 1. Nouembr. de eo prouidit Petro Tirasa, die 2. Nouembr. Didacus est postea prouisus, die 2. Ianuar. 1558. Rodericus quidam impetrauit hoc beneficium a Papa tamquam vacans per obitum, & illud cessit in fauorem Andreæ de Burgen. ex altera parte Petrus supradictus cessit ius suum in Ferdinãdum de Citina, qui expediuit litteras. Nũc lis erat inter Ferdinandum, & Andream, nam Ferdinandus dicebat, nouam prouisionem Petri auctoris sui esse anteriorem gratia auctoris ipsius Andreæ. Aduersarius replicabat ius nullum Petro competijsse ex resignatione, & prouisione Ordinarij, ex quo decessit intra 20. dies, nõ etiam ex noua prouisione, quia in ea non fuit facta mentio de mense, prout erat necessarium. Et cum vacauerit beneficium in mense Nouemb. reseruato, propterea propositum fuit dubium, stante clausula in noua prouisione, & litteris expeditis, *an sit satisfactum regulæ de mense in casu, de quo agitur, & detur copia clausularum.* Domini † concluserunt non esse satisfactum huic regulæ de mense in casu, de quo agitur, & ita potiorem esse gratiam Andreæ. Nec Ferdinandus potest se tueri, eo quòd, tãm in noua prouisione, quàm in litteris facta sit mentio mensis Octobris & mensis Nouembr. Quia tunc respondetur, quòd Papa deciperetur, cum ei narratum sit, beneficium vacare per resignationem, & tamen vacat per obitum: aut verò Ferdinandus prætendit capere beneficium ex clausulis generalibus in noua prouisione, & tunc respondetur clarè, quòd illi obstat regula de mense, & ita in terminis extat decis. Mohed. 71. & aliàs hoc idem decisum fuit in vtroque capite coram D. Chissao. in causa Lucan. S. Annæ, die 17. Octobris 1558.

DECISIO DCCLV.
Vrbeuetan. Castri Castilionis.
SVMMARIVM.

1 *Commissio causæ simplicis tantum spolij, quando commissa dicatur.*

Nihil fuit conclusum in hac causa, quia cum mãdassem partibus, vt informarent super ijsdem vltimo loco datis, ipsi tamen super diuersis punctis informarũt.
1 Rota † dixit, vt posthac dubitatam, *an ex prima commissione pro parte monialium sit commissa causa simplicis tantum spolij, quoniam pars Ducis non admittit hoc præsuppositum, quod aliàs fieri solet in informationibus.* Quòd si nõ placet hoc Monald. cõmittant ipsi causam de nouo simplicis spolij, & ita suadentur disputationes.

SECT. III. LIBRI TERTII, CONTINENS DECISIONES THOLOMAEI.

DECISIO DCCLVI.
De hæred. instit. de secun. nupt.
SVMMARIA.

1 *Nouercæ plus relictum quàm filiæ, debet ab ipsa amoueri, & filiæ applicari. Secundum alios tamen dic, vt num. 2. & sequen.*

2 *Bona omnia relicta, tam filiæ, quam nouercæ debent æqualiter inter eas diuidi, secundum aliquos.*

Aequius tamen est, vt filia habeat duas tertias, & nouerca vnam tantum, num. 3.

Maioticensis causa hæreditatis inter Ioannam filiam, & Eulaliam nouercam Ioannæ, & vxorem testatoris patris Ioannæ coram R. P. D. Io. Mohedano, Patet reliquerat filiæ centum: demum omnia eius bona reliquerat nouercæ ipsius testatoris vxori. Dicebatur secundum aliquos per text. in
1 l. hac edictali, quæ est l. pen. C. de secund. nupt. quòd † illud, quod est relictum nouercæ plus, quam sit in relicto filiæ deberet a nouerca amoueri, & filiæ applicari, ita vt nouerca tantum 100. filia vero reliqua omnia relicta nouercæ haberet, vt clarè consuluit ex pluribus Corn. cõs. 43. 118. volum. 1. & cons. 33. eod. volum. & cons. 51. vol. 4. Alij adducebant aliam opin. de qua per Bart. in d. l. hac edictali, colum. 5. ver. amplius circa istam, quòd
2 omnia bona, tam relicta filiæ, quam nouercæ debebent diuidi per medium, & medietas cuique applicari. Adducebatur Bald. qui tenet in d. l. hac edictali, colum. 3. ver. amplius, Cin. ibid. colum. 3. & Petr. Bel. colum. pen. in prin. & Iac. de Rauen. relat. per Corn. cons. 44. 1. vol. Bart. in d. l. hac edictali, & in §. optimè, in Authent. de secund. nupt. vers. item quæro, vbi videtur referre se ad gl. & Io. de Anan. cons. 87. incip. viso puncto, & ibi Lud. Bolog. in add. Alex. cons. 152. colum. 2. & 3. volum. 5. Ang. in l. quoniam prætenito, C. de secund. nupt. vbi refert se in facto obtinuisse pluries, Alex. cons. 2. volum. 4. Et in hanc opinionem inclinabant aliqui ex Dominis propter
3 auctoritates præallegatas. Tertia fuit opinio, quòd † filia perciperet sibi legitimam, & sic tertiam partem hæreditatis, & reliquæ duæ tertiæ diuiderentur inter filiã, & nouercam, ita quòd in effectu filia cõsequeretur duas tertias nouerca verò vnam tertiam partem hæreditatis. Et hoc per d. Paol. Cast. quod refert, & sequitur Dec. cõs. 446. vbi dicunt temerarium esse recedere ab hac opinione. Et hanc opin tenet etiam Soc. cons. 5. col. fin. ver. tertium dubium, vol. 4. vbi dicit, in iudicando, & consulendo ab ista non esse recedendum, Fulg. cons. 97. col. 2. adducebatur §. optimè, in Auth. de secund. nupt. & ibi gl. in ver. quippe, Iac. de Bel. in d. l. hac edictali. Adducebatur etiam Ang. & Bart. in l. 1. C. de inoff. dot. & Bal. cons. 2. ver. addit Bart. hic, & Ang. ibi, & Pau. Cast. & Fulg. d. cons. 97. col. 2. Alex. in apostil. ad Bart. in d. l. hac edictali. Et Fulg. dicit, quòd tutissimum esset recedere ab hac opin. Bald. cons. 22. in fin. vol. 2. Paul. cons. 403. volum. 2. Et quia opin. Cor. videbatur moltum conuenire supradictis legibus hac edictali, & penul. & §. optimè, vbi iura videntur clarè dicere, quòd filiæ applicetur totum illud plus relictum nouercæ, maior pars Dominorum cõdescendit in hanc opinionem tertiam, vt æquiorem, & quia est plurimis auctoritatibus vt est dictum, suffulta. Et hoc 10. Decembr. 1536. vt filia duas tertias, nouerca verò vnam haberet.

DECISIO DCCLVII.
De Remissoria primo.
De Articulis secundo.
De Probationibus tertio.
SVMMARIA.

1 *Practica noua circa admissionem articulorum remissoria in partibus.*

Au-

2 *Auditor causæ, non autem iudex remissoriæ debet articulos admittere in partibus.*

IN vna Cathamen. illegitimitatis super Marchionatu inter Don Thomasinum de Funcio, & Don Petruccium de Funcio ex altera, Don Tho. non valebat expedire remissoriam, sed quod articuli darentur in partibus coram iudice remissoriæ: Mihi autem causæ Auditori ostenderent articulos, *an essent admissibiles, & super hoc habeant commissionem arbitrio Auditoris.* Et Rota dixit, quod ista esset practica noua: Et quod Auditor causæ, non au-
1 tē † iudex remissoriæ habet admittere † articulos: & sic
2 non consensit, quòd articuli darentur in partibus, sed coram Auditore subrogato.

DECISIO DCCLVIII.
De acq. poss. & de execu. rei iud. & lite pend. & de attentatis.

SVMMARIA.

1 *Attentatorum reuocationem petens post biennium non auditur.*
Declara tamen, vt num. seq.
2 *Possessio capta vigore rei iudicatæ, vel trium conformium, post intimationem executorialium, non seruatis quattuor terminis, reuocatur saltem per viam nullitatis, si non per viam attentatorum, num. 4.*
3 *Citatio ad actum personaliter facta, remouet obstaculum notitiæ danda.*
5 *Compulsoriales generales possunt decerni tempore feriarum diebus tamen iuridicis, cum decis. seq.*

BEllicco. S. Nicolai, cum Stephanus habuisset sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, citato a principio causæ Ioan. aduersario, qui ab intimatione executorialium appellauit a die notitiæ, & causam appellationis commisit, & appellatio a die notitiæ fuit 21. Aprilis 1533. Postmodum commisit causam attentatorum 11. Maij 1535. & sic post bieonium, & Stephanus non seruatis quattuor terminis in negotio declarationis ingres-
1 sus fuit possessionem, in qua prius erat Ioan. licet † dicatur, quòd post biennium quis non auditur in negotio attentatorum: Tamen Rota dicit, quòd aliter est isto casu, quia non consideratur transitus in rem iudicatam: Quia videmus, quod ille, qui habuit vnicam sententiā,
2 quæ transierat in rem iudicatam: Item qui habuit tres conformes, si post intimationem executorialium in possessionem ingreditur, non seruatis quattuor terminis, reuocatur illa possessio. Cassad. decis. 6. de caus. poss. & propriet. Ita & isto casu fuit dictum, quòd appellatio Ioann. non debet considerari, quia est a d. e notitia, quæ
3 non releuat, cum fuisset † personaliter citatus. Item dicit vnus ex Dominis, quòd sibi videbatur, quòd si non
4 per viam † attentatorum, saltem per viam nullitatis esset reuocanda dicta possessio, per not. per Franc. in c. sæpe, de re iud. in 6. Et sic voluerunt Domini, quòd posses-
5 sio restitueretur Ioanni, & ita statuere † compulsoriales generales, quæ possunt decerni tempore feriarum, diebus tamen iuridicis.

DECISIO DCCLIX.
De Ferijs.

PArmen. Capitaniæ Domini dixerunt, quod compulsoriales generales bene poterant decerni tempore feriarum generalium, dummodo diebus iuridicis essent decretæ.

DECISIO DCCLX.
De expens. & fruct.

SVMMARIVM.

1 *Expensarum condemnatio quoad registrum intelligitur de ducatis de Cancellaria, etiam si sit dictum auri, & quoad testes, & alia omnia, de ducatis de carolenis.*

COram Domino Marescotto Domini dixerūt, quòd
1 condemnatio † expensarum quoad registrum intelligitur de duc. de Cancellaria, etiamsi sit dictum auri: Et quoad testes, & omnia alia intelligitur de currentibus de carolenis ad 36. quatr. & 37. pro caroleno.

DECISIO DCCLXI.
De Iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in partibus executa contra procuratorem appellati cum obligatione copia, est bona.*

IN vna Adicen. coram me dum esset lata sententia in partibus, & commissa causa appellationis in Curia, & esset citatus in partibus procurator appellati, qui dixit se nolle copiam citationis, & quòd principalis citaretur,
1 quòd ex † quo non refutauit onus causæ, cum esset deuoluta, citatio est bona. Nam etiam fuerat facta diligentia ad domum principalis, & responsum, quod erat extra Ciuitatem.

DECISIO DCCLXII.
De Iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Copia citationis etiam non petita est offerenda,*
Et debet dari sumptibus mandantis citari.
Secus tamen in executorialibus.

DOmini tenent, quòd quando quis citatur, etiam si non petatur copia citationis, & si simus in prima citatione, quæ deuoluit causam, quòd offerri debet copia, etiam si non petatur ab illo, qui citatur: & si illam voluerit, debet sibi dari sumptibus mandantis citari. Sed in exequutionibus, quando intimantur, non est necesse, quòd offeratur copia: & si petatur, debet dari, non sumptibus mandantis intimari, sed illius, cui intimetur. Et ratio diuersitatis est, quia prima citatio deuoluit causam, & continet negotium, super quo actor litigare intendit, prout etiam libellus. Ideo, vt reus sit certus super quo debeat litigare, debet sibi dari copia sumptibus actoris, & offerri si non petatur, quæ ratio non militat in executorialibus, cum iam sit certus de lite, & super quo est lis, & sic diuersificant intellectum Clemen. causam, de elect. inter citationem, & intimationem.

DECISIO DCCLXIII.
De Iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Dies citationis computatur in termino ad articulandum.*

DOmini tenent, quòd licet aliàs dies termini non
1 computatur in termino, quòd † tamen computatur in termino ad articuland. ad 12. diem. Nam primus dies incipit prima die mensis, & terminis erit seruandus ipsa 12. die.

DECISIO DCCLXIV.
De Pensionibus.

SVMMARIVM.

1 *Pensio medietatis fructuum debet dari habito respectu ad massam grossam, non autem ad valorem.*

IN vna coram Domino Satnen. quæ tamen non pendebat in Rota, sed ad instantiam vnius, qui volebat scire, quid sentiret Rota, euenit quòd vni prouidebatur de canonicatu & præbenda, & dicebatur in prouisione, cuius fructus 24. ducator. aur. val. annui non exceden. quia fortè non habebat præbendam, sed massam grossā: & alteri reseruabatur med etas dictorum fructuum loco pensionis. Tamen dicta grossa valebat vltra 200. du-
1 cat. aur. *an † pensionarius deberet habere 12. ducat. tantum, quia dicebatur, dictorum fructuum.* Ego dixi, quòd isti esset reseruata medietas fructuum, non autem valoris fruct. & ideo vel modicum, vel satis parum valeant fructus, medietas sibi debetur. Non enim est reseruatus valor medietatis fructuum, quia tunc magis caderet illa difficultas, cum sit dictum, quod fructus non excedunt 24. aut tantum 12. sibi debeantur. Et ita alij tenuerunt.

D E-

DECISIO DCCLXV.

De Trien. Sarnen. 180. Mohedan. in præsenti titulo.

SVMMARIA.

1 *Regula de triennali habet etiam locum in perpetua commenda, & num. 3.*
2 *Commendatarius non possidet, nec dicitur habere titulum ad effectum regulæ de triennali.*
Declara tamen, vt num. seq.
3 *Mens regulæ de triennali est tueri illum, qui aliquo iusto colore obtinuit beneficium.*
4 *Regula de triennali tuetur etiam malæ fidei possessorem.*
5 *Commenda perpetua titulus Apostolicus dici potest.*

IN caussa Vrgellen. Monasterij, in qua Commendata-
rius perpetuus, dederat de regula de triennali de mē-
se Nouembris 1537. coram Domino Episcopo Capisuc-
1 cho: Domini omnes fuerunt in voto, quòd † regula ven-
dicaret sibi locum in perpetua commenda. Et quia erat
regula Clem. VII. quæ dicit, ex Apostolica vel ordinaria
collatione, aut electione, & electionis eiusdem cōfirma-
tione, seu præsentatione, ac institutione, ac in fine regulæ
ibi, beneficijs taliter possessis, erat maius dubium, quia
regula videbatur requirere collationem, & alios titulos
ibi nominatos. Sed commenda non est collatio, nec vnus
ex titulis ibi nominatis. Item non conueniunt illa verba,
2 *beneficijs taliter possessis*. Maximè, † quia Commendata-
rius non possidet, nec dicitur habere titulum. Tamē istis
non obstan. Domini tenuerunt, regulam locum habere
3 ex eius mente, quæ est † tueri illum, qui iusto aliquo co-
lore obtinuit beneficium, vt tollantur lites. Et sic ista re-
gula, vt remoriua litium, sit fauorabilis. Item adduce-
batur inconueniens, quòd sequeretur si solummodo
attenderemus verba regulæ, quia si postulatus & confir-
matus possideret triennio, cum non habeat aliquem ex
titulis nominatis in regula, dicendum esset, quod regula
de triennali se tueri non posset. Nec obstat, quòd dicatur
satis esse, si haberet confirmationem nominatam in regu-
la; quia respondetur, quòd illa, de qua in regula, confir-
matio est respectu electionis tantum, vt patet ibi, aut ele-
ctionis, & electionis huiusmodi confirmationis. Item
aliqui dicebant, quòd regula præfata circa duos casus in
regula exceptos tueretur illum, qui adeò iustè obtinuit
beneficium, quòd potest fructus suos facere, vt est Com
4 mendatarius. Sed ista ratio fuit reiecta, quia † aliàs Rota
tenuit, quòd regula de triennali tuetur etiam malæ fidei
possessorem. Item adducebatur aliud incōueniens, quòd
si quis possideret per optionem Canonicatus triennio,
quod attentis verbis tantum regulæ, non esset tutus. Et
hoc dicebatur de regula Clementis, sed multo magis in
regula Pauli Tertij, quæ habet ampliora verba, videlicet
5 ex quouis titulo Apostolico: Nam † commenda perpe-
tua potest dici titulus Apostolicus.

DECISIO DCCLXVI.

De Pensionibus.

SVMMARIVM.

1 *Causa beneficialis quæ dicatur, & quæ profana ad effectum terminus substantiales seruandi.*

ROmana parochialis Valentini coram me in secun-
da instantia Dominus Marcellus Crescentius age-
bat ad canonizationem sui regressus ob non solutionem
pensionis, & termini erant seruati, prout in beneficiali-
1 bus. Domini dixerunt, quòd † satis erat, quia causa erat
beneficialis, ex quo agebatur ad canonizationem gratiæ
sui regressus: secus verò si ageretur ad priuationem pro-
pter delictum commissum ab obtinēte beneficium, quia
tunc causa esset mera profana, & termini debent seruari
ad longum, vt in profanis: nisi commissio daret proces-
sum summarium.

DECISIO DCCLXVII.

De Annali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali non habet locum in prouisa ab Ordinario.*

ROmana S. Pauli coram Raymundo Pertucio, Do-
1 mini voluerunt, quòd regula † de annali non habet
locum in prouiso ab Ordinario, & hoc, quia regula vti-
tur verbo, impetrauerint. Sed ab Ordinario non impe-
tratur, sed prouidetur. Item quia regula est odiosa, ideo
strictè est intelligenda. Item quia cessat ratio in Ordina-
rio, quæ vrget in Papa, quia Ordinarius præsumitur ha-
bere notitiam vacationis beneficiorum, & quis illa possi-
deat, ideo non est verisimile, quod conferat beneficia per
alios possessa. Hæc præsumptio scientiæ non est in Papa.
Videbatur etiam Dominos inclinare, quòd fiest prouī-
sio Papæ motu proprio, & sic non ad impetrationem par-
tis, quòd tamen regula haberet locum. Et hoc quia non
militat ratio præfata præsumptæ scientiæ: & quia, vt plu-
rimum in Curia est, quòd impetrans obtinet supplica-
tione motu proprio, & tamen verè est ad impetratio-
nem partis.

DECISIO DCCLXVIII.

De infirmis resignantib. Sarnen. 39.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirmis resignantibus, habet etiam locum in prouisionibus ordinariorum.*

1 DOmini tenent, quòd regula de infirmis resignanti-
bus habeat etiam locum in prouisione ordinario-
rum, propter fraudes, quæ committi possent: & quòd est
quodammodo dari facultatem testandi, si in beneficiali-
bus quis in vltimo vitæ constitutus posset resignare.

DECISIO DCCLXIX.

De regressu, vide Rauell. 112. 113. 96.

SVMMARIA.

1 *Consensus non requiritur in reseruatione regressus ex causa onerosa.*
2 *Resignans an possit ignorante resignatario reseruare regressum.*

MOnasterien. canonicatus & præb. coram D. Capi-
succho, vbi resignata erat supplicatio cum reser-
uatione pensionis, & regressus, ob non solutionem pen-
sionis in fauorem resignantis, & consensus præstitus su-
per d. supplicatione, non a resignatario, sed a tertio, qui
consenserat pensioni super suis beneficijs: postea erat ex-
pedita alia supplicatio de regressu per cessum vel deces-
sum ad d. Canonicatum vel præbendam resignatos, &
super ea non fuerat præstitus consensus: dictum fuit, quòd
3 † regressus esset bonus, quia in reseruatione regressus ex
causa onerosa nec de iure, nec ex reg. Cancell. requiritur
consensus. Et hanc partem quinque tenuerunt, tres fue-
runt in contrarium. Et ego pro parte hac adducebam in-
tentionis Papæ defectus, quia in supplicatione dicitur,
vterq; supplicat. Et licet resignatarius supplicet pro pro-
uisione, etiā quòd resignet, tamen supplicat pro regressu
per cessum vel decessum: nec hic apparet eum sciuisse, cū
tale impedimentum non viderit. Item quia si Papa sci-
uisset, quòd resignatarius ignoraret reseruationem dicti
regressus, non fortè dedisset, cum dictus regressus sit in
præiudicium ordinarij; & Papa occurrente vacatione nō
posset prouidere. Itē, quia si resignatio fuisset libera abs-
que pensione, fortè posset dici, quòd non requireretur con-
sensus, quia verisimile est, quòd resignatarius vult habe-
re beneficium liberum a pensione, & sic de facili & li-
benter consentiret regressui. Sed in casu nostro resigna-
tarius habet beneficium ex causa onerosa, quia pro eo
datur pensio resignanti, & quodammodo sapit speciem
permutationis. Et sic videtur, quòd eo ignorante re-
2 signans non potuerit reseruare regressum, † cum
de facili in tali casu, ac etiam permutationis, re-
signatarius posset decipi. Tamen, vt dixi, Domini di-
xerunt contrarium: aliqui tamen videbantur incli-

nare,

nare, quod opinio huiusmodi esset dubitabilis, ni resignatarius in vita reclamasset, cum ad eius notitiam reseruatio regressus deuenisset.

DECISIO DCCLXX.

De regressu.

SVMMARIA.

1 *Impetratio beneficij tamquam vacantis facta antequam ille, in cuius fauorem fuit reseruatus regressus, notitiam habuerit, an valeat, & num. seq. vsque ad finem.*

2 *Dispositio cap. si tibi absenti, de resignat. quo casu loquatur.*

IN eadem Monastarien. insurrexit aliud dubium, quia ille, in cuius fauorem reseruatur regressus, non fuerat præsens in Curia, & antequam solueretur compositio, & supplicatio mitteretur ad registrum, obijt, & alius
1 impetrauit medio tempore, an † impetratio valuerit? Quia videtur aliquibus, per c. si tibi absenti, stare in pendulo, quousque ille, in cuius fauorem est reseruatus regressus, clarum habeat dictum regressum. Ego verò, & alij tres (nam fuit me dempto, & proponente medietas illorum qui fuerunt in Rota) tenuimus, quòd nõ sumus
2 in casu cap. si tibi absenti, quia ibi † cõfertur beneficium, sciens collator, eum, cui cõfertur, ignorare. Et ideo vult, quòd expectetur, & stet in suspenso, quousque ille declaret, an ratum habeat. Sed hic in supplicatione dicebatur, quòd ille, cui regressus reseruabatur, supplicabat, & tamen apparet, quòd non supplicauit: Imò de contrario cum cõstituerit procuratorem tantum ad reseruandum sibi pensionem, & regressum ob non solutionem, nõ autem per cessum vel decessum. Et sic erit deceptus Papa, qui credidit illum supplicare. Nam si credidisset non supplicare, non concessisset motu proprio regressum per cessum vel decessum, quia fuit ad partis supplicationẽ. Sed hoc casu ille, qui sibi reseruabat dictos regressus, non dixit per cessum, vel decessum, & ignorante resignatario, quia non est verisimile, quòd resignatarius, si fuisset requisitus, non consensisset, vt obtineret beneficium ab eo, qui titulum, ius, & possessionem habebat, & alter non resignasset suum beneficium, sed tantum dicebat, quòd in regressu per cessum tantum non requireretur consensus, & maior pars Dominorum fuit nõ valere regressum. Sed quia D. Marcellus, qui conualuerat, venit in Rotam, quia in vna Tollen. Abbatissatus de Romarico Monte, dixit se notasse, quòd per tres sententias similes regressus fuerat canonizatus, ideò fuit dictum, quod expectaretur, quòd alij Domini venirẽt in Rotam. Et hoc vlt. Maij 1545. Sed quia postea fuit dictum, quòd vnica erat illo casu supplicatio, & quod sic vtræque partes poterant videri, ideò Papa concessit, & sic quinque Auditores erant pro vna parte, & quinque pro alia, nam Vegallus aberat; sed postea sex fuerunt contra regressum.

DECISIO DCCLXXI.

De concessio. præben.

SVMMARIVM.

1 *Collatio canonicatus & prabenda in Ecclesia numerata nõ valet, nisi sit apposita clausula, non obstante numero. contra decis. Aegid. 13. de concess. preben.*

CÆphaluden. Canonicatus, & præbendæ coram D. Aragoniæ Domini tenuerunt contra decis. 13. Ae-
1 gid. quod † collatio Canonicatus & præbendæ in Ecclesia numerata sub illis verbis, si vacat, aut cum vacauerit, non teneat: sed teneat tantum in casu glos. cap. Ioan. de conce. præb. lib. 6. quando est apposita clausola, non obstante numero, quòd licet aliqui Doctores teneant, collationem valere, cum apponant illam clausulam, tamen referunt se ad d. glos. Et sic loquuntur secũdum eius terminos, & Host. & Innoc. & Imol. in c. ex parte, de conces. præb. qui adducebantur pro parte Aegidij, videntur tenere opin. d. gloss.

DECISIO DCCLXXII.

De sent. & re iud.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus quoad spolium, & prosequutionem exequutorialium, potest illis de nouo non intimatis procedere ad declarationem, & alias censuras.*

AVrien. Monasterij de Osserra Auctores Reuerendiss. de Farnesio intimauerunt executoriales in materia spolij Sancti Angeli Dessibienna Cardinalis Farnesij familiaris aliàs contra fratrem Sebastianũ spoliatorem, & ipsius Cardinalis prædecessoris fauorem, concessum fratri Sebastiano spoliatori. Et Cardinalis de
1 Farnesio fuerat subrogatus ad prosequutionem spolij, & dictarum litterarum executorialium, & suam sobrogationem fratri Sebastiano personaliter non intimauerat, sed tantum citauerat in Curia procuratorem fratris Sebastiani ad dicendum contra litteras subrogationis, qui dilationem ad partes petierat, & obtinuerat, quod non erat opus intimare personaliter dictas litteras subrogationis fratri Sebastiano, sed quod satis fuerat citasse procuratorem suum, quia non agitur nũc de illaqueando ipsum censuris, quia iam est illaqueatus, ex quo non dimisit possessionem, nec paruit executionibus in termino præfixo: Sed agitur de executione dictarum censurarum, in quibus incurrerat, aliàs declarando, illum dictas censuras incurrisse. Et ex octo Dominis quinque hoc tenebant. Alij in contrarium.

DECISIO DCCLXXIII.

De Iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Citatio originalis per edictum sufficit, quòd sit affixa in valuis Ecclesiarum, & dimissa copia.*

MEdiolanensis parochialis S. Petri de Tardata Domini, dum causa esset coram me, & citatio per edictum non fuisset facta tempore diuinorum, vel dum populi multitudo adesset, fuerũt in opinione, quod suf-
1 ficeret, quia † in citationibus per edictum licet secus sit in alijs, sufficit, quod affixa sit originalis in valuis Ecclesiarum, in quibus mandetur executio, & quòd ibi per aliquod temporis spacium permanserit, & quod sit dimissa copia collationata.

DECISIO DCCLXXIV.

De mensibus ordinariorum.

SVMMARIA.

1 *Beneficium vacans quando ob elapsum temporis deuolutum dicatur.*

2 *Deuolutio nouam non inducit vacationem.*

3 *Beneficium an dicatur liberum vel reseruatum, tempus vacationis inspicitur, & num. 10.*

4 *Beneficium spectans ad collationem Cardinalis, debet considerari vt reseruatum, quod solus Papa conferre possit.*

5 *Exclusio filia dotata stantibus masculis non habet locum si masculi nolint, vel non possint succedere.*

6 *Masculus excludens feminam vigore statuti, si non adeat hereditatem, non transmittit ad heredem beneficium excludendi feminam.*

Declara tamen & distingue, vt num. seq.

8 *Beneficium reseruatum quare non deuoluatur ad Ordinarium, sed ad solum Papam.*

9 *Regula reseruationum differt a statuto excludente feminas.*

TVllen. parochialis de Hebern Curia datum erat de regula Pauli Tertij reseruatoria beneficiorum vacatorum in 8. mẽsibus, ad collationem quorumcumque collegiorum, non tamen Cardinalium spectantium. Et casus noster erat, quòd vacauerat beneficium, dum Cardinalis præesset Ecclesiæ, tamen Cardinalis infra sex mẽses non contulerat, & sic beneficium erat deuolutum ad Archiepiscopum, qui Archiepiscopus non erat Cardinalis: dubitabatur, *an beneficium esset reseruatũ, quia etiam quod esset deuolutum ad Archiepiscopum, tamen ipse non* po-

potuisset conferre, sed tantum Papa, stante reseruatione. Et
1 dicebatur ab aliquibus quod † debuisset considerari, *an
mensis, in quo occurrit deuolutio ad Archiepiscopum, sit
vnus ex octo reseruatis. quia tunc beneficium considerabitur
reseruatum, an verò occurrit in vno de quattuor mensibus
ordinarijs deputatis, & tunc non sit reseruatum, & sic Ar-
2 chiepiscopus potuit conferre.* Fuit replicatum, quòd † de-
uolutio non inducit nouam vacationem, & ideò, quòd
3 non potest dici, quod deuolutionis tempus † debeat cō-
siderari, vt beneficium dicatur liberum, vel reseruatum,
sed tantum tempus vacationis, an vacet in mense reser-
uatu, an non. Item dicebatur, quòd illa verba, non ta-
men Cardinalium, sunt in fauorem Cardinalium, &
ideo cum beneficium desinat esse ad collationem Cardi-
4 nalis, cessat fauor: Et sic † beneficium debet considerari
vt reseruatum, vt solus Papa conferre possit, prout vide-
mus in statuto excludente feminas propter masculus,
nam si postea moriatur masculus, & sic esset ratio exclu-
sionis feminatum, tamē cum feminā propter masculum
fuit semel exclusa, non vlterius mortuo masculo admit-
titur. Replicatur, illud procedere, si Cardinalis confer-
ret: Secus si conferre omittat, vel si nolit, vel non potuit
5 conferra. Sicut dicitur, quòd † Exclusio filiæ dotatæ
stantibus masculis, ita demum operatur, si masculus suc-
cedat, non si masculi vel nolint, vel non potuerint suc-
cedere. Bald. in l. 3. §. sed & si sint sui. ff. ad Tertul. Rom.
in l. apud Iulian. in fin. ff. ad Trebel. Corn. cons. 341. col.
2. volum. 2. & cons. 226. colum. 1. volum. 4. Greg. Nat. in
repet. c. quamuis, colum. 43. & 89. de pact. in 6. facit text.
in l. nonnumquam, ff. de leg. præstan. vbi text. loquens de
instituto, qui volebat admitti beneficio præteriti, dicit:
nec enim occasio emancipationis præteriti debet insti-
tutum lucro afficere, licet præteritus iure suo non vta-
tur. Item allegabatur Sal. in l. 1. colum. fin. C. de adult.
vbi concludit, quòd licet masculus excludat feminam
6 virtute statuti, tamen † si non adijt hæreditatem ante-
quam moriatur, licet non repudiauerit, non transmittit
ad hæredem suum beneficium excludēdi feminam, quia
beneficium excludendi filiam datum filio ita demum
operatur, si fuerit per masculum acceptatum, l. 1. & l.
emancipati. C. qui admit. d. l. nonnumquam, & l. quem
in potestata, §. si soluis, ff. de leg. præstan. & tamen in hæ-
reditate attenditur tempus mortis, vt excludatur filia.
Dec. consil. 559. Anch. cons. 300. sed aliàs 189. Ad ista pro
parte aduersa respondebatur, quòd Bald. in d. §. sed & si
sint sui, opponendo de l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de
leg. 1. per quem text. videbatur dicendum, quòd mulie-
res excluduntur, si masculi possunt succedere, licet non
succederent, pro solutione contrarij remittit se ad not.
per eum in l. 1. §. si filium. de bono. pos. contratab. vbi in
colum. 2. ver. aut non excludit, & colum. seq. vers. quæro
7 si filius. concludit, esse distinguendum, quòd † aut perso-
na excluditur, ex qua alia habebat potentius ius, quod
est in statuto excludente feminam propter masculum, &
tunc non censentur feminæ exclusæ, nisi masculo succe-
dente. Aut verò persona excluditur propter alteram, nō
vt habeorem potentius ius, sed quia aliter non vocaba-
tur, nisi eo non existente, & tunc non attenditur, an alter
succedat vel non, sed persona vna exclusa deficit condi-
tio, sub qua alia vocabatur, vt ibi per Bartol. per text. in
Auth. licet. C. de natural. liber. & in d. l. filiusfam. §. cum
8 quis, ff. de legat. 2. Sed † regula non excipit Card. vt ha-
bentes potentius ius, sed quia propter reseruationem,
quam facit Papa, non vult facere de beneficijs ad eorum
collationem pertinentibus. Et ratio diuersitatis inter sta-
9 tutum, & casum nostrum allegabatur, quia † cessante
statuto, femina haber ius succedendi de iure communi,
cuius contrarium est in reseruatione, quia contra regu-
lam. Et cessante regula, beneficium est de iure communi
liberum, & statuta considerant etiam successionem ma-
sculorum. Regula verò non considerat collationem Car-
dinalis, sed pertinentia collationis, & sic ad faciendum
beneficium esse liberum innitimur iure communi. Præ-
terea regula reseruationum est odiosa, igitur strictè in-
telligenda, aliàs sequeretur, quòd idem beneficium ex
eadem vacatione esset vno tempore liberum, videlicet
antequam labantur sex menses, in quibus poterat Card.
conferre, & illis elapsis quandò deuoluitur ad Archiepi-
scopum, efficeretur reseruatum. Ego autem dicebam,
quòd si hoc non dicamus, sequeretur, quod regula non
semper præseruaret collationem Cardinali concessam:
ponamus, quòd tempus præcesserat Episcopatum, & be-
neficium vacauit post per duus menses: moritur Episco-
pus vel renunciat Episcopatum, non deuoluto dicto be-
neficio: prouidetur de persona Cardinalis in d. Episcopa-
tu, quod Cardinalis non posset tale beneficium confer-
10 re, quia si † consideramus tempus vacationis, cum vaca-
uerit sub Episcopo beneficium, non erit reseruatum. Et
Domini dixerunt, verum esse, quod isto casu beneficium
non erit reseruatum, & Cardinalis non poterit conferra.
Et sic ex octo Dominis quinque fuerunt, qui dixerunt,
quod secundum tempus vacationis consideretur, an
beneficium sit reseruatum. Itaque in hac causa volue-
runt, beneficium esse liberum, & Archiepiscopum per
deuolutionem potuisse conferre: alij tres erant in con-
trarium.

DECISIO DCCLXXV.

De expens. & fruct.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ iurantis paupertatem taxantur ad rigorem, ac si
non iurasset, secus in Cardinalibus.*

MAdouin. coram Domino Rainaldo Victor obti-
nuerat, aduersarium sibi condemnari in expens.
qui iurauerat paupertatem, & volebat in eius fauorem
moderari, ac si paupertatem non iurasset: Domini dixe-
1 runt, quod † deberent taxari ad rigorem, ac si non iuras-
set paupertatem, quia dicunt, quod de iure est obligatus
notario soluere ad rigorem, quum primum ad pinguio-
rem fortunam deuenerit. Et ita ad rigorem taxabatur, &
non satis fuerat, si paupertatem non iurasset, ex quo ex-
pen. soluit. Sed dixerunt secus esse in Cardinalibus, qui
ex priuilegio personali sunt exempti ad instar aliorum
similium, qui non soluunt ad rigorem, quia non debent
taxari ad rigorem, sed tantum id, quod fuit solutum pro
parte Cardinalis, quia propter hoc non soluunt aliquid
vltra quam debeant ex priuilegio, quod secus est in iu-
rante paupertatem.

DECISIO DCCLXXVI.

De Publicandis.

SVMMARIVM.

1 *Regula de publicandis non habet locum in resignante mo-
riente post obitum Clementis.*

TOletan. Parochialis de Tunquerra coram Domino
Rainaldo in secunda. Nam in prima fuit coram Do
mino Aragonia. Vnus tempore Clementis pluries in eā-
dem personam resignauerat, vt euentente casu euitaret
regulam de publican. & postea mortuus est Clemens vi-
uente resignante, & postea superuenit regula de publi-
candis resignationibus Pauli Papæ Tertij, & post dictam
regulam obijt resignans in possessione. Domini dixerūt,
1 quòd † resignatio non subiacebat regulis Clementis:
quia regula fuit extincta morte Clementis, & regula
operatur hunc effectum tempore mortis resignātis, quo
tempore dicta regula exspirauerat. Item non subiace-
bant regulæ Pauli, quia ius non loquitur de resignatio-
nibus antè factis, sed faciendis, & hoc de mense Mar-
tij 1538.

DECISIO DCCLXXVII.

De Triennali.

SVMMARIA.

1 *Prorogatio regulæ de triennali, an prosit actori.*

Confessio

2 *Confessio facta intuitu personæ etiam, quod effectus realis resultet, non egreditur personam.*

3 *Appellatio vnius ex litis consortibus vt prosit alijs, quid opus sit.*

TOletan. Abb. della Sierra de mense Martij 1538. Petrus della Penna erat triennalis possessor, sed Episcopus Solis obtinuerat prorogationem regulæ de triennali, & ita demum Franciscus Capra, Petrus autem tertius aduersarius nullam prorogationem obtinuit: Do-
1 mini voluerunt, quòd † prorogationes aliorum nõ prodessent Patro, quia ex quo Episcopus Solis solus in tempore prorogato egit, nõ potuit facere, quòd cum Petrus Quoquus esset esclus. triennio, licet tempore egerit in quadriennio, quòd ius extinctum Petri Quoquo reuiuisceret. Sed maior difficultas erat, quod Capra, quia 4. anno, quo Episcopus Solis egit, & ipse poterat propter suam prorogationem agere: & cum etiam beneficium effectum sit litigiosum tempore quo Capra poterat agere, & quia instantia triennalis erat sublata, videbatur q Capra posset agere. Replicabatur, quo interruptio est ex priuilegio Solis, & sic personalis sibi tantum habet prodesse, allegatur test. in simili in l. Lucius. de seruit. rust. præd. Io. Fab. in § quodcumque ergo. vers. item. eod. tit.
2 vbi confessio † facta intuitu personæ, etiam quòd effectus realis resultet, non egreditur personam. Item restitutio ad appel. priuilegio speciali non prodest alijs, & masimè, quia non apparet quòd Capra sciuerit, quòd Solis egerit: vt dicimus de appell. vnius es litis consor-
3 tibus, quòd † vt prosit alijs, opus est, quod communiter constet de scientia appellationis infra tempus appellationum, & D. Rain. Mohed. Sarn. & Mariscot. erant pro Petro della Penna, Capisucchus, Vortius, & Aragona, pro Capra, & ibidem Maceratensis. Et sic viso, quòd essent quattuor pro qualibet parte, voluit differre, quousque alij Auditores infirmi, & absentes venirent in Rotam. Ego Thol. proponens.

DECISIO DCCLXXVIII.

De restit. in integr.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ antè omnia solui non debent deserta appellatione post primam sententiam, commissa causa restitutionis: secus si latæ sunt tres sententiæ conformes.*

IN causa Toletana eremitorij coram me, Petrus Ortiz prætendebat quasdam decimas Ecclesiæ suæ deberi, & Petrus de Vineto easdem suæ parochiali deberi, qui obtinuit; cum esset in quasi possessione exigendi dictas decimas, absolutoriam, & Petrum Ortiz in expen. condemnari, & ob non prosequutionem appellationis sententia transiuit in rem iudicatam, & Ortiz ratione suæ Ecclesiæ habuit commissionem restitutoriam aduersus lapsum fatalium, prout de iure. Et Domini bis de mense
1 Maij 1538. fuerunt pro Ortiz, quod deberet † audiri, & etiam antequam solueret espensas, quia pendente articulo restitutionis omnia conquiescunt: secus si post tres sententias conformes, quia miserationis gratia restituitur, sed tunc dato parito iudicato.

DECISIO DCCLXXIX.

De Triennali.

SVMMARIA.

1 *Allegatio Lapi in materia possessionis triennalis procedit etiam si post abitum primi beneficium fuit pluries resignatum.*

Et etiam quòd Episcopus non continuauerit visitare, nu. 2.

Immo etiam si de infectione tituli & possessionis præcedentis appareat num. 4.

3 *Regula habens decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*

HIspalen. Canonicatus, & præb. inter Petrum Sanctiglaria, & Didacum Vesga, mortuo Garsia Mondagron, qui fuerat triennalis pacificus possessor, successit Sebastianus Tapia, & possessionem accepit, deinde resignauit in Gomesium Vallo, & Gomesius Vallo litteris non confectis in Petrum Sanctiglaria. Domini dixerunt,
1 quòd Petrus † poterat se tueri allegatione Lapi, non obstante, quod inter Garsiam, & ipsum intercesserunt duo, videlicet Sebastianus & Gomesius, quia verum est dicere, quòd vltima vacatio fuerit per obitum Garsię, & Gomesius Vallo habet etiam per obitum Garsiæ, & sic vltimus prædecessor fuit Garsias. Item dicebat, quòd nõ poterat se tueri, quia tempore Garsiæ non fuerit facta visitatio. Et licet hoc non probaretur concludenter, tamen Domini non dixerunt, quòd si probaretur, non releuaret, quia allegatio Lapi fundatur etiam in alijs, quam in vi-
2 sitationibus aliàs raro allegatio haberet locum, † cũ raro Episcopi visitarent. Item dicebatur aliud fortius, quòd Garsias fuit prouisus per ordinarium, & possessionem accepit de mense Maij reseruato per regulam habentem
3 decretum † irritans, quod inficit nedum titulũ, sed possessionem. Ergo Garsias non potest dici possedisse, maxi-
4 mè cũ titulo, † sum appareat de infectione tituli & possessionis. Domini 17. Maij 1538. fuerunt, quòd præsumatur nouus titulus, & bonus; & dixerunt, quòd ita aliàs fuit tentum. Et allegabatur decis. Cassad. tertia, de renũc. secus in regula de trien. aliàs 8. in decis. super reg.

DECISIO DCCLXXX.

De filijs presbyterorum.

SVMMARIA.

1 *Clericatus illegitimi non probatur per solam habitus delationem, sed per dispensationem, & per litteras.*

HIspalen. Canonicatus coram me, Domini dixerũt,
1 quòd illegitimo † non sufficit per testes probare, quod incedat in habitu clericali, quòd sufficit legitimo: sed debet probare secum dispensatum fuisse, & vlterius clericatum per litteras, non per reputationem.

DECISIO DCCLXXXI.

De regress.

SVMMARIVM.

1 *Regressum habens ex causa cessionis iuris non tenetur docere de suo titulo, sed sufficit constare, quod cessionarius notam habuerit cessionem.*

CAesaraugust. Archipresb. de Dayola coram D. Ma-
1 riscano fuit tentũ, † quòd regressus reseruatus Cardinalis de Flisco ex sua cessione, licet nõ doceatur de aliquo titulo etiam malo & infecto, teneat: quia illa, in cuius fauorem cessum fuerat, consenserat causa cessionis in pensionem 807. & sic cum magnifecerit cessionem, appatet quòd Cardinalis aliquod ius habebat, & dixerũt Domini aliqui, quod etiam si non consensisset in pensionẽ, sed tantum acceptasset cessionem, quòd satis erat ad validitatem regressus, & quod aliàs ita fuerat tentum.

DECISIO DCCLXXXII.

De concess. præbend.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius potest acceptationem ad speciem deducere, licet per cedentem fuerat antè cessionem sub alia die ad speciem deducta.*

TOletan. Abbatiæ de Ocagna coram D. Mariscotto, Alphonsus Villa Real. venerat ad causam, & produxerat suam acceptationem deductam ad speciem ex Archiuio sub die 25. Aduersarius verò acceptauerat 25. postea Alphonsus cessit in Rodericum, reseruata sibi pẽsione, & Rodericus extraxit ex Archiuio etiam acceptationem Alphonsi sub eadem die 25. Domini dixerunt,
1 quod † poterat, quia Alphonsus non habebatur pro mortuo, ex quo reseruauerat sibi pensionem de fructibus beneficij. Sed si non reseruasset pensionem, & ante cessionem nullam acceptationem ad speciem beneficij istius deduxisset, & cessionarius vellet deducere ad speciem, vel declarare animum Alphonsi, tunc non posset: sed si Alphonsus præsens declarasset, quod volebat tale beneficium, cessionarius poterat extrahere acceptationem alterius diei, es quo Alphonsus iam declarauit, quòd volebat illud beneficium.

D E-

DECISIO DCCLXXXIII.
De priuil.& indult.

SVMMARIA.

1 *Indultum simpliciter concessum non comprehendit Prælatum habentem vnam tantum vocem in Capitulo, & nu. 5.& 7.*
2 *Mandatum de prouidendo comprehendit etiam collationem Episcopi vt canonici.*
3 *Indultum non dat potestatem conferendi illam non habenti, sed tantum tollit impedimenta reseruationum, & conseruat quasi possessionem in qua quis existit.*
4 *Indultum nihil operatur vbi non præcedit iuris conferendi quasi possessio.*
6 *Episcopus tamquam canonicus si est absens, non est vocandus in Capitulum.*
8 *Capitulum Episcopo contradicente habente dimidiam, non potest alteri conferre.*
9 *Prælatus habens dimidiam potest conuocare Capitulum, & congregare, ad electionem.*

TErracinen. Caoooicatus, & præbend. coram me, præsupponebatur pro parte Matthiæ Lonz contra Fráciscum Robuster. quòd Archiepiscopus Terracinen. haberet tantum vnam vocem in collationibus Canonicatus, & præb. Dicebat Matthias, quod erat locus indulto Archiepiscopi Cardinalis, quia indultũ dicit, ad cuius collationem communiter vel diuisim quomodolibet spectaotem de iure vel consuetudine, &c. & ideò dicebatur, quod licet Archiepiscopus habeat tantum vnam vocẽ,
1 † dicitur tamen communiter ad ipsius Episcopi, & Capituli collationem spectare. c. pen. de appel. lib. 6. c. postulasti. de concess. præb. c. 1. ne sed. vacan. lib. 6. Et ideò Doct.
2 in d. c. penul. inferunt a † mandato de prouidendo, ad collationem Episcopi, & Capituli communiter, vt inclodát collationem Episcopi & Canonici tantum. Et tantò magis hoc dicebant esse io casu nostro, cum indultum sit fauorabile, ad cons. Aoch. 121. Cassad. decis. 7. de priuil. ex
3 eo quòd † indultum non dat potestatem conferendi illam non habenti, sed tantum tollit impedimenta regularum, & reseruationum, & conseruet quasi possessionem, io qua quis existit. Cassad. decis. 3. de priuileg. ad not. in c. cum aliquibus. de rescriptis, lib. 6. & sic solum sibi præ-
4 seruatur quasi possessio conferendi, ita † quòd si collatio ad eum pertineret de iure vel consuetudine, & non esset in quasi possessione, indultum non operaretur. Cassad. decis. 73. de præb. Sed io casu nostro Episcopus non poterat conferre, nec conferebat, sed Capitulum, (in quo ipse vt Canonicus habet vnam vocem) interueniebat: non potest ergo dici, quòd vt Archiepiscopos conferret: & indultum considerat, quòd vt Archiepiscopus esset in possessione conferendi: sed hic noo vt Archiepiscopus, sed vt Canonicus interueniebat in collationibus. Non obstat c. pen. de appell. & alia supra allegata, & ibi Franc. & Gem.
5 quia † si ibi Papa voluit grauare Episcopum in maodato de prouidendo, vbi collatio pro dimidia parte spectabat ad Archiepiscopum, multò magis, vbi voicam tantũ vocem habebat vt Caoonicus, cum sibi minus præiudicium inferatur, & quia nisi intelligeremus de Prælato habente vnicam vocem, gratia mandati de prouidendo frustraretur, quòd esse non debet, vt Abb. io c. si. colum. 4. ver. quem, de præb. facit Aegid. decis. 702. & decis. 810. de iur. pat. Item Papa in iodulto voluit præseruare collationem considerabilem, quæ non est, si Archiepiscopus vt Canonicus cum Capitulo conferat, & si vt Canoni-
6 cus interueniat in Capitulo. Ergo si est † absens, nullam vocem habet, nec est vocandus. c. coram, de elect. Nec refert quòd vnus de Capitulo non vocatus possit dare de contemptu: quia illud verum est, si fuisset præsens, non si absens. Item in indulto Papa voluit conseruare collationem, quæ esset alicuius effectus: sed vt vnius Canonici non est considerabilis effectus, quia ipse nõ potest conferre, sed cum Capitulo, & vox sua cum tot vocibus capitularibus non potest, vt considerabilis effectus considerari. Et si dicatur etiam qoando habet dimidiam, & Capitulum etiam dimidiam, quòd Episcopus ex se non potest conferre, cum requiratur alia dimidia vel maior
7 pars Capituli: respondetur. Nam isto † casu dimidia sibi competit vt Prælato, & Papa non egit conseruare vocem Canonico in indulto, sed voluit Prælato collationẽ conseruare: sed quando Prælatus habet voam vocem vt Canonicus, illa sibi, vt Canonico competit, non autẽ vt Prælato, & Papa non egit conseruare vocem canonicam, sed collationem Prælato. Item dimidia est maximè conside-
8 rabilis, quia Capitulũ Episcopo contradicente, non † potest alteri conferre, ad not. in c. a collatione. de appel. cap. postulastis. de concess. præb. quod non est si habet vnicam vocem vt Canonicus, quia eo contradicente potest
9 Capitulum conferre. Et quia † quando competit dimidia Prælato, potest conuocare Capitulum, & congregare ad electionem, ad not. io d. c. postulastis.

DECISIO DCCLXXXIV.
De priuil.& indult.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Cardinalis facta vigore indulti de beneficio vacante apud Sedem, habet vim consensus.*

NOnacten. Prioratus de omni gaudio coram me, Do
1 mini voluerunt, quòd collatio Cardinalis facta vigore indulti de vacaoribus apud Sedẽ haberet vim consensus, cum superuenisset collatio Papæ, non obstante forma indulti, quòd per procuratorem consentiat, si absens fuerat, prout erat in casu nostro, quia poterat adimplare per æquipollens, cum idem effectus resultaret, quòd intuito Cardinali non conferatur, sed ille cui Papa voluit.

DECISIO DCCLXXXV.
De Iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Commissio causæ dans processum summarium si sit principalis, seruit etiam in alijs instantijs: secus si dependens.*

DIcunt nonnulli ex Dominis, quod licet quando in prima instantia commissio est, quod summarie, &c. eadem commissio suffragetur, & in alijs instantijs, etiam si in illis termini a sint male, & cumulatiuè seruati.
1 Hoc tamen procedit, quãdo ex prima commissione causæ sit dans processum summarium: Secus si fuerit dependens io secunda instantia, quia seruit tantum in illa instantia, io qua præsentatus fuit processus summarius quoad primam instantiam tantum, vide Cassad. decis.

DECISIO DCCLXXXVI.
De iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à iuramento non suffragatur illi, qui post lapsum termini illam impetrauit.*

ROmana pecuniaria inter Ioannem Meleo, & Alphonsum Vigil. Domini dixerunt, cum essemus in obligatione io forma Cameræ, & quis haberet commissionem cum potestate absoluendi à iuramento ad effe-
1 ctum agendi, quòd ex quo elapsus erat terminus antequam impetraret commissionem, & sic effectus erat periurus, quòd non debebat absolui vigore dictæ commissionis, nisi fortè narrando periurium impetraret absolutionem à pœnitentiaria. Et hoc de mense Octob. 1538.

DECISIO DCCLXXXVII.
De iureiurando.

SVMMARIA.

1 *Absolutio à iuramento non impedit exequutionem obligationis Cameralis, & decis. 799. num. 1.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ potest per statutum tolli.*

Roma-

ROmana obligationis in forma Cameræ inter Alphonsum Vigil. & Io. Malendie coram D.Mari-
1 scotto fuit tentum, quòd † non obstante relaxatione iuramenti per pœnitentiariam ab obligato obtenta, quòd licet simus in instrumento guarentigiatis, in quibus exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi, vt per Bal. in l.fin. in prin. & in l.in contractib. C. de non num. pec. Iasin l.qui pecunia. ff. si cert. pet. col. t. tamen quan
2 do † adest statutum, vt per Doct. prædictos, quòd talis exceptio non opponatur, opponi non potest: sed in casu isto adest facultas A. C. quòd non obstante relaxatione iuramenti procedatur ad executionem: ergo talis facultas data a Principe, cum habeat vim statuti, impedit talem exceptionem ad effectum tollendi executionem, quia obligatio debet exequi, & postea stante absolutione poterit procedi in casu nostro.

DECISIO DCCLXXXVIII.

De Pensionibus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ob non solutionem pensionis non absoluitur ad effectum agendi, nisi pareat.*

ITem fuit dictum in vna alia coram Dom. Raynald.
1 quod a † censuris latis in curia, vt quia quis non soluit pensionem, & fuit excommunicatus, quod ibidem vigore commissionis non absoluitur, ad effectum agendi, nisi pareat.

DECISIO DCCLXXXIX.

De restit. spoliat.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus a possessione capta vigore transumpti supplicationis tantum, est restituendus.*

IN vna Oscen. spolij coram Domino Aquen. de anno 1530. vbi quis vigore transumpti supplicationis tantum absque mandato de admittendo in possessionem, adeptus fuerat possessionem beneficij, & postea fuerat datum de regula, quod transumpta supplicationum nō dantur, quæ habet decretum irritans: tamen Domi-
1 ni † voluerunt, licet ex varijs rationibus, quas, quia variæ sunt, non referam, quod spoliatus esset restituendus.

DECISIO DCCXC.

De appell.

SVMMARIA.

1 *Commissio appellationis infra decem dies impedit sententiam transire in rem iudicatam.*

2 *Tempus quod datur ad prosequendum appellationem, debet incipere intra breue spacium.*

OScen. Vicariæ de Iuuenio coram Domin. Aquen.
1 Domini voluerunt, quod † quando commissio appellationis est infra tempus decem dierum in Bancho Cursorum, licet non sit redempta a Cursoribus, quod sufficiat, vt sententia non transeat in rem iudicatam per decendium, quia tempus decem dierum ad prosequendum appellationem quo ad initium inspicitur: & sic sufficit, quod inceperit prosequi. Et dubium fatalium, quod videtur contrarium, debet intelligi, quod non sufficit incipere in medio, vel fine temporis, quod datur ad prosequendam appellationem, vt est annus, vel biennium ex caussa. Vnde Put. decis. 6. de appel. dicit, quòd
2 † illud modicum tempus, quod datur, debet redimi a Cursoribus, & præsentari Auditoribus. Et in dicta decis. in versic. appell. dicit, quod infra modicum. Et ita declarat, Ista dicitur, aliàs non esse vera, & eadem die in vna alia coram me Barchinonen. heremitorij, vbi nulla alia apparebat diligentia, nisi quòd in libro Martini Lupi, qui solet portare commissiones ad resignandum, reperiebatur nomen appellantis: Domini dixerunt, quia non exprimitur, super quo appellans appellauit commissionem, quia posset esse alia, quam appellationis, quod sibi non sufficit. Item quia videtur modica diligentia, & quia commissio non est signata si erat in manibus Martini. Sed primo fundamento obstaret secundum, quod mihi non placet, quia tantum supradicta videretur, quod satis sit, quod inceperit prosequi, quod obstaret si constaret, quod dedisset commissionem appellationis Martino ad resignandum.

DECISIO DCCXCI.

De pensionibus.

SVMMARIA.

1 *Termini seruati ad docendum se paruisse litteris impediunt excommunicationem, sed non petitionem pensionis.*

2 *Termini qui dantur ad docendum se paruisse litteris, sunt de stylo Curiæ.*

MEdiolanen. pēsionis Clarenallis inter Episcopum Tudertin. de Casis, & Episcopum Sancti Sepulchri de Totlanonis post intimationem litterarum pensionis ante mensem datam, vt post intimationem quis non incurrat censuras, fuerunt seruati quattuor termini ad docendum se paruisse litteris pen. & post mensem lata per Audit. Cameræ declaratoria contra Episcopum Tudert. Domini fuerunt (dum caussa erat coram D. Ma
1 ceraten.) quod † processus esset bonus, non obstante, quod pendente termino nihil est innouandum: & quia cum cessat, & veniret dies solutionis in die intimationis, licet non possit excommunicari, nisi post, tamen ante statim facta intimatione pensio poterat peti: & ibi termini sunt principales respectu pensionis, quia ad docen
2 dum se paruisse litteris pensionis. Item quia † isti termini non sunt de iuris rigore, sed de stylo curiæ, vt per Fehu. in cap. Rodulphus, de rescrip. & ordinarius, vt Auditor potuit vnica citatione ad videndum se excommunicari, procedere ad excommunicationem.

DECISIO DCCXCII.

De expen. & fruct.

SVMMARIVM.

1 *Intrusus beneficio reseruato est condemnandus in fructibus a die intrusionis.*

SAlamant. de Porquera Domini dixerunt, quod licet realiter intrusus in beneficio, si spolio non agat, condemnatur in fructibus beneficij a die motæ litis, nō autem a die intrusionis, quando sumus in spolio, & beneficium sit reseruatum, quia reseruatio inficit titulum, & possessionem: tamen etiam tali casu condemnatur in
1 fructibus † a die intrusionis, & in hac caussa beneficium erat reseruatum, quia auctor veniebat vigore regressus Apostolici.

DECISIO DCCXCIII.

Regula de extend. consen.

SVMMARIA.

1 *Consensus super resignatione non potest extendi post tempus regulæ etiam in resignatione conditionali, & numero 3.*

2 *Fraus in resignatione, quando committi possit.*

HIspalen. præstimonij de Cōstantia, vbi Garsias Gubalé resignauerat dictum beneficium in fauorem Gundisalui sui nepotis; & supplicatio primo fuerat signata de anno 1530. consensus per Garsiā præstitus a tergo supplicationis 530. & postea de anno 1534. quia Garsias reseruauerat sibi regressum, & fructus: Gundisaluus consensit dictæ reseruationi, & Paulus de Attenantis extendit vtrunq; consensum, me tamen proponente: octo
1 Dñi fuerunt in opinione, † quod propter regulam de exten. consensibus, consensus Garsiæ non potuerit extendi: Rodericus, & Mariscottus fuerunt in contrarium. Et moti sunt octo ex Dominis, quia regula venit ad obuiandum fraudibus. Et licet Mariscottus responderit,
2 quod in hoc non committeretur fraus, quia † fraus potest committi, quando resignatio est libera: & in facultate resignantis est facere in vltima vitæ spiritu, quod

consensus extendatur, vel post mortem, & trahatur ad tempus præstiti consensus; sed hic non. Ego replicabam, quòd idem est: quia licet requiratur, quòd resignatarius consentiat resignanti viuente resignante, vt resignatio sortiatur effectum, vt regressus & reseruatio inueniat cui acquiratur, tamen resignatarius posset consentire hora præambula mortis resignantis, & sic resignatio teneret. Nec est verum (vt dicebam) quod subijceretur regulæ de 20. dieb. quia consensus resignantis, qui retrotrahitur ad diem præstiti, non autem executi, si consensus, reperiretur multò ante mortem resignantis. Item quòd nec resignatarius, cum adhuc viuat resignans, potuisset resignare contra resignantem, cum resignatio non appareret, & obtineret, quòd post sententias resignans faceret, quòd resignatarius consentiret. Et sic cum resignatio appareret nulla, nulla etiam fuisset contentio, & litigans remaneret elusus; & aliæ similes considerabantur fraudes. Item pro parte resignatarij dicebant, quòd ista resignatio erat quodammodo conditionalis, videlicet si resignatarius consentiat reseruari fructum: & regressus, & regula debet intelligi de purè facta, & non conditionali resignatione, & de consensibus super perfectis resignationibus replicabatur, quod om-
3 nes resignationes, & omnes consensus, & † verba erant vniuersalia, & quod capiebant etiam actu conditionali. Item quod resignatio erat perfecta, quia Dominus in traditione suæ rei potest apponere pactum, & grauamen, quod vult. Et quia erat in beneficialibus, Garsias hoc non poterat ex se. Et ideo de hoc regressu, & reseruatione supplicauit Papæ, signauit supplicationem, & sic supplicatio, & reseruatio erant perfectæ, & Papa hoc potuit absque consensu resignatarij, & consensus requirebatur pro expeditione bullarum. Et si dicatur, imò si resignatarius non consentiret, resignatio non erat perfecta. Replicabatur, quòd etiam in libera, & pura resignatione requiritur consensus, seu volūtas resignatarij: & si ipse non acceptet resignatio non tenet, quando est facta in fauorem tertiæ personæ, & non aliàs, aliter, nec alio modo. Nam illa vox, acceptante non tenet, & non abdicat beneficium a resignante.

DECISIO DCCXCIV.

De publicandis.

SVMMARIVM.

1 *Regula de publicandis non procedit in resignatione facta tēpore Clementis decedente resignante post Clementem.*

Dlennen. beneficij de Diego coram D. Aquen. vnus tempore Clementis resignauerat, & non fuit paritum regulæ de publican. Mortuo Clemente mortuus fuit resignans in possessione. Domini dixerunt, quod
1 † ista resignatio non subiacebat regulæ de publican. nec Clementis, nec Pauli eius successoris, quia ante mortem resignantis expirauerat regula Clementis, quia erat tantum tempore Clem. duratura. Item regula Pauli non capit resignationes præteritas, cum lex præseruat futura, non præterita, quia proœmium regularum Pauli dicit, se velle dare normam gerendis negotijs, & sic in futurum. Sed in contrarium allegabatur, quod quando actus est talis, qui non in totum resoluitur vno tempore, sed est respiciens plura tempora, vt est actus, & connexus, vt per gl. in Clem. 1. io verb. deputatis, de rest. per Doct. in cap. fin. de constit. quod etiam respicit futura. Sed hic ista resignatio habet duplex tempus, videlicet resignationis, & mortis resignantis. Sed replicabatur, quòd hic statim, quando mortuus fuit Clemens, resignatio non subiacebat tempore mortis resignantis, quia illa pendentia, quod moraretur in possessione, fuit sublata a regula Clementis, & sic resignatio fuit firma, nec alium post se euentum expectabat, in quo resolueretur. Et fuit dictum, quòd ita fuerat iudicatum in vna Delen. coram D. Aquen. & in vna Auinionen. coram D. Sarnen.

DECISIO DCCXCV.

De mensibus ordinariorum.

SVMMARIVM.

1 *Indultum concessum Regi Scotiæ non comprehendit beneficia vacantia in octo mensibus postea reseruatis, etiam obstante clausula cum conditione ampliatiua, etiam in mensibus ordinarijs concessis.*

2 *Reges & Cardinales non sunt per omnia æquiparati per regulam reseruatoriam.*

BArchinonen. Vicariæ de Piamico coram me in facultate concessa Regi Scotiæ nominandi ad 30. beneficia, habet & locum in mensibus ordinarijs per Papam concessis: & facultas fuit concessa tempore, quo expirauerat reseruatoria octo mensium: & postea superuenit regula renouatoria dictorum mensium octo, & Rex in
1 dispositoria non habebat ad reseruata. Et quia † fuerat dubium inter Dominos, an haberet ad reseruata, per regulam, propter nonnulla verba facultatis, fuerunt examinati testes, qui viderant minutam originalem, quòd in illa dum petebatur ad reseruata, Cardinalis Sāctorum quatuor deleuerat. Sed replicabatur, quòd erat deleta, quia petebatur ad omnia reseruata, propter quam ratione familiaritatis, & vacationis apud Sedem, Papa noluit dare ad alia reseruata, prout in constitutione ad regimen, & quia in clausulis non obstante, erat, non obstantibus generalib. & specialibus reseruationibus. Sed respondebatur, quòd verba posita in istis clausulis executiuis, non ampliant gratiam. Et si diceretur, quòd declarant, respondebatur, quòd non poterant declarare de reseruatis, cum Papa in dispositione illam exceperit, & quia hoc attento non deberet etiam obstare specialis reseruatio. Item quòd illa verba possunt intelligi, quando esset datum indultum aliud, quod in sua diœces. possit nominare. Nec obstat, quod dicatur etiam in mensibus residuarijs, & sic simpliciter octo menses Apostolicos: quia respondetur ex quo elatè sunt in dispositione exceptuata reseruata, propter hoc non debemus intelligere contra verba regulæ expressa.

Secundò & clarius, quod bene implicāt octo alios menses, & sic tempore concessionis facultatis Rex poterat nominare in omnibus duodecim mensibus, sed cum postea superuenit regula reseruatoria octo mensium, Rex non haberet ad reseruata, insertur, quòd non potest nominare ad vacantia in dictis octo mensibus. Et sic subintrabat aliud dubium, *an regula comprehendat Regem, idest, si tollat illos octo menses.* Et omisso, quòd Rex comprehendatur in regula propter illa verba, *cuiuscunque facultatis*, & quòd Reges, & Cardinales sint exceptuati in regula, quòd † tamen Reges per omnia non sunt
2 æquiparati Cardinalibus. Item quòd Cardinales sont ordinarij collatores, quòd non est Rex. Vnum motiuum adducebatur contra facultatem Regis, quia sequeretur, quod quæcumque beneficia, quæ post facultatem Regi concessam, facta sunt reseruata, caderent sub facultate, vt si Papa reseruaret expressè certa beneficia, vel fieret regula, vt fecit Paulus Tertius, quod omnes officiales Curiæ dicantur, & sint familiares suæ Sanctitatis, & sic eorum beneficia reseruata, quod si vacarent in Scotia talium officialium beneficia, quòd ad ea Rex posset nominare, cum non habeat ad reseruata, & sua facultas respicit vacationes futuras. Si igitur tempore vacationis beneficia reperiuntur reseruata ex antiqua, vel noua reseruatione, Rex ad illa non poterit nominare.

DECISIO DCCXCVI.

De annali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali non habet locum in beneficijs iurispatronatus, si accedat consensus patronorum.*

HIspalen. Capellaniæ Sanctæ Catharinæ coram Do. Mohedano quinque ex Dominis fuerunt, quòd

regula

1 regula † de annali habeat locum in beneficio iur.ſpatro
natus, quia impetratur a Papa, dummodo accederet cõ-
ſenſus patronorum. Nam hic erat caſus, quia forte ſe-
cus ſenſiſſet, ſi primò fuiſſet præſentatus, & poſtea inſti-
tuiſſet, quia non diceretur impetratio, & gratioſa prouı-
ſio Papæ, quia inſtitutio eſt debita, quando perſona ido-
nea eſt præſentata. Sed in hoc caſu, de quo agebatur,
erat impetratio, quæ poſt ſe expectabat conſenſum pa-
tronorum, & etiam quia in prouiſione facta de benefi-
cio iuriſpatronatus militat Ratio regulæ, & quia nullũ
præiudicium infertur patrono, cuius reſpectu ſolet di-
ci, quod generalis ſermo non capit beneficia iuriſpatro-
natus laicorum, & quia eſt conſonum iuri communi,
quod fiat mentio de penſione alterius, cap. cum in no-
ſtris, de conceſſ. præben. Et fuerunt in hoc non obſtante
conſ. Dec. 224. alij tres erant in contrarium, & fuit di-
ctum, quod expectaretur, quod alij auditores venirent
in Rotam, quia cauſſa exemplaris, & ego eram in pri-
mis.

DECISIO DCCXCVII.

De ſententia & re iudic.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra procuratorem quod deſiit eſſe procu-
rator, ſunt nulla.*

2 *Mandatum procura exſpirat per tranſitum ſententiæ in
rem iudicatam.*

VLisbonen. de ferijs fuerant latæ duæ ſententiæ in
fauorem Andreæ de Bren. & poſtea in tertia in-
ſtantia ſubſtitutus procurator in cauſſa, & cauſſis hu-
iuſmodi, & demum ob lapſum fataliũ ſententia tran-
ſiuerat in rem iudicatã. Poſtea non animaduerſo, quod
lapſa eſſent fatalia, fuerunt per duas conformes ſenten-
tias reſeruatæ illæ duæ primæ. Fuit dictum, quod erant
3 factæ duæ reuocationes nullæ, quia † ille ſubſtitutus in
cauſſa appellationis deſijt eſſe procurator, & licet deſiit
iuriſdictio, tamen habet iuriſdictionem, quia eſt ad co-
gnoſcendum ſuper deſertione, Rot. deciſ. 8. 16. 19. 24.
de appell. in nou. Aegid. 438. Et etiam ad cõfirmandam
primam ſententiam, quia operatur confirmatio effectũ
inualidatiuum ſententiæ tranſitæ in rem iudicatam, † ta-
2 men non durat procura, & iuriſdictio ad introducen-
dum nouam litem, vt eſt, quòd poſt rem iudicatam re-
uocetur iſta ſententia in rem iudicatam tranſita.

DECISIO DCCXCVIII.

De triennali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali non poteſt quis ſe iuuare iure ceſſo per
alium qui habebat prorogationem regula.*

TOletan. Abbatiæ S. Vincentij della Sierra coram
me, Petrus de la Penna excludebat Petrum vigo-
re regulæ de triẽnali, ſed Epiſcopus Solis alter collitigi-
gans poterat agere, quia habuerat prorogationem re-
gulæ prædictæ, & ipſe dum eſſet in lite, ceſſit in fauorem
1 Petri. Domini dixerunt, quòd † Petrus Coquo non po-
terat experiri vitæ ſuæ effectus inutilis, per regulam de
triennali, quod non verificetur propter dictam ceſſio-
nem, nec poterat experiri iure ceſſo Epiſcopo, quia Epi-
ſcopus ſpeciali, & perſonali tantum priuilegio propter
prorogationem regulæ obtentæ poterat agere. Ergo hoc
priuilegium in Petrum Coquo non poterat transferri,
quemadmodum ſi Petrus Coquo impetraſſet gratiam,
ſi neutri, vel alia noua obſtantia ſibi per regulam non
poſſe agere, ſed maius dubium, ſi Coquo caderet in E-
piſcopum, an Epiſcopus poſſet vti iure Coquo eo inuti-
li. Sarnen. in hac regula, q. 25. in terminis.

DECISIO DCCXCIX.

De Regreſſu.

SVMMARIA.

1 *Regreſſus ſecundus eſt nullus ſtante primo valido, propter
defectum intentionis, & num. 3.*

2 *Clauſula, præterquam acceſſus & regreſſus, appoſita in re-
ſcripto Papa, quid operetur.*

TOletan. parochialis Dexet inter Reuerendiſſimum
Card. ſanctorum quatuor, & Ioannem de Salme-
ron, nam ad iſtam parochialem erat reſeruatus regreſ-
ſus per deceſſum Gomeſij Cardin. de Farneſio, poſtea
Papæ, qui in aſſumptione ad Pontificatum tranſtulit
ſuos regreſſus Card. præfato, & Gomeſius ceſſit in fa-
uorem D. Ioannis: reſeruato ſibi regreſſu per ceſſum,
vel deceſſum, an potuit reſeruare per deceſſum? Fuit
factum dubium, dato quod potuiſſet reſeruare per ceſ-
ſum, an potuerit reſeruare per deceſſum. Et dicitur
1 quod ſic, quia † intelligebatur reſeruatus in euentum,
in quem poſſet habere locum, vt actus valeat: Et ſic ſi
Cardin. prædecederet, & ſic ſuus regreſſus eſſet extin-
ctus, quia tali caſu non inferebatur ſibi præiudicium.
Et dicebatur, quod non erat etiam defectus intentio-
nis Pontificis, quia Papa in genere, quod ſufficit, in-
tellexit, quòd erant alij regreſſus dum ſuſpendit in con-
ceſſione regreſſus reſeruati Gomeſio omnes gratias præ-
terquã acceſſus, & regreſſus, & de conſenſu coadiuto-
rias. Sed replicabatur, quòd licet Papa faciat mentionẽ
de regreſſibus, tamen propter hoc non arguitur, quòd
ſciret regreſſus per deceſſum, ſed † apponit illam clau-
2 ſulam conſuetam, præterquam acceſſus & regreſſus,
vt tollat gratias præuentiuas, quæ poſſent impedire hãc
gratiam, & etiam regreſſus per deceſſum, qui impediret
reſignationem in Ioannem. Nam voluit, quod ſi per ceſ-
ſum alteri eſſet reſeruatus regreſſus, quod ille non tolle-
retur, vt gratia Ioan. haberet effectum: tamen diceba-
tur, quòd per tres conformes in Rota fuerat pronuncia-
tum in Placentina Archidiaconatus de Tragillo pro ſe-
cundo regreſſu, quòd valeret euentualiter, vt ſupra, ſi
primus per mortem extingueretur. Ideo Cardinalis, qui
ſe fundat in defectu intentionis, fecit examinari Reuer.
P. D. Vaſſionen. Epiſcopum, qui aliàs fuerat Datarius,
3 & etiam Referendarius, & alios, qui dicunt, quod † Pa-
pa non concedit ſecundum regreſſum, niſi qui habet
primum illum ſuſpendat, vel caſſationi conſentiat, ne
beneficium duobus regreſſibus ſit inuolutũ, & ſic quod
ſecundus regreſſus non teneat ex defectu intentionis
Papæ. Et ita Rota ſe reſoluit,

DECISIO DCCC.

De iureiuran.

SVMMARIA.

1 *Abſolutus a iuramento poteſt excipere de non numerata
pecunia, & onus probandi numerationem in aduerſariũ
transferre.*

Intellige, & declara, vt num. 5.

2 *Exceptioni non numerata pecunia ea facilitate quis renun-
ciat, qua confitetur ſe recepiſſe.*

3 *Abſolutio a iuramento appoſito in contractu, quid operetur
& num. 6.*

4 *Obligatio Cameralis duplex habet iuramentum.*

5 *Exceptione ſola non numerata pecunia abſolutus a iuramẽ-
to ſe tueri non poteſt, ſi ipſe vult probare.*

ROman. obligationis in forma Cameræ inter Do-
minum Fabium Epiſcopum Columna, & Domi-
nam Conſtantiam de Manerijs, Epiſcopus confeſſus fue-
rat ſe habuiſſe ſcuta 2000. mutuo addicta D. Conſtan-
tia, & obligauerat ſe in forma Cameræ. Poſtea ante-
quam eſſet elapſum bienniũ, obtinuerat a pænitentiaria
ſe abſolui a iuramento ad effectum agendi, excipiendi,
& experiendi de iure ſuo, & cauſſam comiſerat. Et di-
1 cebat, quod † ex quo erat abſolutus, quod poterat exci-
pere de non numerata pecunia, & onus probandi nume-
rationem transfundere in aduerſarium. Et allegabatur
Corn. conſ. 298. aliàs 293. volum. 4. qui ſatis bene loqui-
tur, quia etſi quis confitetur ſe recepiſſe, & etiam renũ-
ciat exceptioni non numeratæ pecuniæ, tamen illam

potest opponere, & transferre onus probandi in aduer-
2 sarium, quia † qua facultare confitetur se recepisse, ca-
dem renunciat exceptioni, vt est communis opinio: &
in instrumento obligationis in forma Cameræ, ideo
non potest opponi; quia obstat iuramentum; sed cum
nunc habeat absolutionem, remanet in terminis iuris
communis, quod non obstãte renunciatione possit op-
ponere, & transferre onus probandi in adoersarium.
3 Sed respondebatur, quòd † absolotio est tantum ad ef-
fectum aperiendi os, vt possit excipere, & agere, quòd
stante iuramento non poterat. Est istud sibi concedi-
tur, quia narrat se enormiter læsum. Ergo debet pro-
bare istam lęsionem ipse, qui habuit absolutionem a iu-
ramento, cum ista fuerit caussa, quæ mouit pæniten-
tiariam ad absoluendom. Et si dicatur, satis de læsio-
ne constare præsumptione iuris, quia in huiusmodi con
fessionibus lex non præsumit interuenisse numeratio-
nem ideo dat exceptionem. Replicabatur, quod ista prę
sumptio non probatur, vt ex sola præsumptione exclu-
datur ius quæsitum parti in contractu, cum fuerit re-
nunciatum exceptioni com iuramento. Nam absolu-
re non est transferendum aliquod onus in aduersa-
riam, sed tantum, vt aperiatur os Episcopo. Secondo
4 modo respondebatur motiuo. Episcopi, quòd † obliga-
tio Cameræ haber duplex iuramentum, videlicet su-
per renunciatione exceptionis. Item de obseruandis
omnibus, &c. & illis non contrauenire & absolutio
respicit istud iuramentum de non contrauentẽdo, quod
non obstante tali iuramento possint contrauenire agen-
do, & excipiendo. Sed aliud iurameotum renuncia-
tionis exceptionis non relaxatur, & sic non iuuatur
exceptione, nisi sumat onus probandi. Mihi tamen vi-
detur, quod isto modo posset dici, quod etiam non possit
iste probare. Quia si esset verum, quod staret iuramen
rum super renunciatione, stante tali renunciatione iu-
rata, tunc non posset se tueri exceptione, etiam si vel-
5 let probare: nisi dicamus, quod † debet intelligi, vt solæ
exceptiones tueantur, & transferant onus probandi
in aduersarium: secus si ipse vult probare, quia tunc
nõ tuetur se sola exceptione, sed est opus probare, quod
sibi non fuerat numeratom, vt diximus, qood quando
est confessio de recepto absque iuramento quod post
bienniũ quis non est tutus exceptione sola, sed est opus,
quòd probet sibi non numeratam pecuniam. Et isto re-
ctè dicitur, qood sibi ooo competit exceptio, vel non est
exceptio, quia requiritur etiam, quòd ipse probet; tamẽ
si stat iuramentum super exceptione, videtur quod vir-
tute iuramenti non possit opponi. Nihilominus Domi-
ni inclinabant, quod Episcopus deberet probare: tamen
super his iterum informabitur, & caussa denoò discu-
tietur. Verum quia postea fuit datum de prioilegio
Aud. Cameræ qui non obstante absolotione a ioramen-
to debeat exequi, & Episcopus obtinuit aliam absolu-
tionem cum iosertione dicti priuilegij, & quod absol-
6 ueretur a iuramento: tamen Domini † fuerunt, quod
daro de enormi læsione debebat absolui, sed oon pro-
pterea retardari executio, quia ita vult priuilegium
Audit. Cameræ, & quod prius fieret execotio. Et si di-
catur, ad qnid proderit absolutio? dicebatur, qoia E-
piscopus iurauerat omnia & singula esse vera, vel saltẽ
renunciauerat excepooni pendenti, quia facta execu-
tione poterit agere, & excipere.

DECISIO DCCCI.

De testamen.

SVMMARIVM.

1 *Filiabus exclusis propter masculos, censentur & exclusa
neptes.*

PArmen. bonorum de Garimbertis testator habens
filias feminas, quas dotauit, Antoniom Mariam fi-
lium suum hæredem instituit, & illi substituit per hæc
verba formalia, videlicet, *Item legauit, & legat, quod
si contingeret, Dominum Antonium Mariam, & alios fi-
lios nascituros haredes, vt supra institutum, & institutos si-
ne filijs, & nullo condito testamento decedere; quod tunc
& eo casu Rainaldus de Garimbertis filius q. dict. Ioan. &
filij Gasparis eius fratris succedant, & succedere debeant
dicto eius filio, & ipsi testatori in bonis, & hereditate sua
prafatis, pro medietate, & pro alia dimidia filij masculi le-
gitimi, & naturales dicti D. Gasparis de Garimbertis.* Vo-
lens tamen, *quòd non obstante fideicõmisso pradicto Dom.
Ant. Maria, & alij filij eius masculi, & haredes, vt su-
pra instituti & possint disponere de bonis, & hereditate
sua pradicta quidquid, & prout voluerint tam inter viuos,
quam in vltima voluntate, vel vltimis voluntatibus: Et fi-
deicommissum habeat tantum locum pro bonis, & in bonis,
qua D. Ant. Maria, & alij filij prafati, & haredes vt su-
pra instituti, in vltimis eorum descendentibus, sine filijs te-
stamento, & vltima voluntate institutis, vt supra, tempore
mortis sua reliquerint, & de eis non disponere possint, vt su-
pra: ita tamen, quod in ipso testamento, vel vltima volun-
tate relinquant haredem aliquem, vel aliquos de familia
sua, videlicet de Garimbertis: & sic, quòd bona ipsa rema-
neant in familia de Garimbertis, non aliter de ipsis bo-
nis in vltima voluntate disponere possint; nisi in fami-
lia pradicta, & ita voluit, iussit, &c.* Et caussa erat
coram Mariscano, & Antonius obierat cum filiabus
feminis, & sine masculis, & dictas duas filias hære-
des instituerat. Quærebatur, *an poterit: an verò succede-
rent substituti de Garimbertis?* Et pro parte substitu-
1 torum dicebatur, quod † si testator exclusit proprias fi-
lias propter masculos de Garimbertis, multò magis vo-
luerit excludere proprias neptes in vlteriori gradu exi-
stentes: & sic quando dixit testator, si sine liberis deces-
serit, intelligitur de masculis. Et adducebatur Pau. de
Castr. consil. 409. Ias. 140. volum. 2. & cons. 141. eo. vol.
Dec. consil. 16. & 270. & multa alia consilia. Nam plu-
ra sunt consilia pro vtraque parte. In contrarium addu-
cebatur Corn. consil. 202. volum. 3. & 230. eodem vo-
lum. Bolog. inter consil. Alexan. 249. volu. 4. Iason. 142.
Cur. sen. 64. colum. 11. Socin. 227. col. fin. Barba. in lege
generaliter, §. cum autem. C. de instit. & substit. vbi di-
cit indicatum pro hac parte, Soc. in l. cum auus, colum.
57. de condit. & demonst. Curt. iun. consil. 64. col. 13. &
plura alia cõsilia. Et quod testator hoc casu non omni-
no considerauit familiã, quia dedit potestatẽ filio de bo-
nis disponendi inter viuos etiam in extraneas personas,
& sic disponendi de bonis huiusmodi fidei commisso
subiectis. Tamen maior pars Dominorum fuit pro sub-
stitutis contra neptes; dicendo, quod testator consi-
derauit familiam suam masculinam de Garimbertis.

DECISIO DCCCII.

De iure patron.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus a veris patronis in quasi possessione prasentan-
di existentib. prafertur prasentato a patronis putatiuis,
etiam si essent plures voces putatiua quam vera.*

POstanien. Parochialis de Cambretorio coram me,
veri patroni, qui erant in quasi possessione præsen-
tandi, præsentarunt Lazarum: patroni putatiui, qoi
etiam erant in quasi possessione præsentandi, vt in
alijs præsentationibus, præsentauerunt etiam in pe-
nultimo statu illom eomdem, quem veri præsentarunt,
Martinum; quærebatur quis deberet præferri? Et ad
hoc allegabatur Roc. in verbo, cõpetens, quæst. 21. &
Lamb in 3. q. principali, part. 1. 2. lib. in 4. artic. fol. 126.
& in 6. & in 9. artic. Abb. in c. consultationibus, de iure
patron. in fin. & ibi But. & in c. ex litteris, eodem titu-
lo, & idem Abb. cons. 54. Dec. cons. 126. col. 2. in fin. ver-
sic. superest respondere, & consil. 127. in princ. Bal. l. 2.
colum. penult. in princip. Codic. de seruit. & aqua, nu-
mero 82. quod præsentati a veris patronis præferantur.
In contrarium Roch. in verbo, competens, quæstio,

14. Lamb.

14. Lamb. vbi supra in 6. & 9. art. Dec. cons. 104. & 134. colum. 2. & alia post istos relata. Rota tamen tenuit pri-
1 mam opinionem, quòd † præferatur a vetis patronis præsentatus, quia io pari gradu præfertur; proprietas enim absorbet possessorium, & veritas debet præferri opinioni. Et hoc etiam si essent plures voces putatiuæ, quàm verè, quia militat ratio, quod petitorium absorbet possessorium. Sed instabant aliquæ difficultates, quia licet duæ Villæ probarent se patronas veras, & aliæ septem Villæ, quæ dicuntur patronæ putatiuæ, non probarent se veras patronas, an sit necesse, quòd duæ Villæ probent, septem Villas non esse veras patronas, an septem Villę debeant probare se veras patronas.

DECISIO DCCCIII.

De rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, si neutri, de beneficio vacante in curia acceptato vigore expectatiua, non facta mentione de fructibus perceptis, est nulla.*

COnchen. parochialis S. Michaelis coram me inter Franciscum de Mendoza, & Io. Morillas, Domini
1 fuerunt, quòd ex eo † quia beneficiom vacauit in Curia, & Ioan. Morillas acceptauerat illud vigore suæ gratiæ expectatiuæ, & fructus perceperat per annum, & vltra, & gratiam, si neutri obtinuerat, in qua de fructuum perceptione mentionem non fecerat, quod gratia, si neutri, ei non suffragaretur, quia eius titulus gratiæ expectatiuæ discoloratur propter vacationem apud sedem.

DECISIO DCCCIV.

De valore exprimendo.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non dicitur subreptitia valore beneficij in corpore supplicationis non expresso.*

IN eadem caussa, quia in supplicatione gratiæ, si neutri valor beneficij non exprimebatur in corpore, sed in clausulis, deducebatur, quòd verus valor augeri possit, non obstante regula. Domini dixerunt, quòd propter
1 ista verba, non obstante regula, quòd ex isto capite gratia non redderetur.

DECISIO DCCCV.

De officio legati.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius non potest conferre canonicatum in cathedralibus vacantem per obitum, licet possit per resignationem.*

GErund. Canonicatus & præbend. coram Domi-
1 no Rainaldo † dubitabatur de facultate Nuncij, *an posset admittere resignationes, & facta resignatione prouidere de canonicatu in cathedrali?* Nã verba facultas hæc erant videlicet: *Non quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & regularium etiam dictæ Sedis, ex quibusuis caussis, præterquam ratione officialium curiæ actu officia sua exercentium specialiter, vel generaliter reseruatorum, resignationis simpliciter, uel ex caussa permutationis, aut commendatorum, aut ad tempus vnitorum, ac etiam in Romana Curia litigiosorum quorum vltimi vacationis modi exprimi, aut pro expressis haberi possint: aut iuris, litis, & caussa huiusmodi cessionis recipiendi, & admittendi, ac vniones non tamen perpetuas dissoluendi, ac collitigantes in lite cedendi, non propterea subrogandi: necnon caussas desuper pendentes de consensu partium aduocandi, & lites huiusmodi penitus extinguendi, dictaque beneficia per resignationem, seu cessionem, & tam simpliciter, quam ex eadem caussa, necnon alia quæcumque, & qualiacumque in dictis regulis, vt præfertur, ac alia in prouincia, in qua prefatum Carolum pro tempore morari contigerit, consistentia, & obitum vacantia huiusmodi, etiam ex illorum vacatione in mensibus nobis reseruatis, dũtaxat reseruata fuerunt: dummodo reseruata 24. non reseruata vero 100. duc. aur. similium quotidianis distributionibus computatis valorem non excedant: & dignitates, aut in cathedralibus Ecclesiis canonicatus & præben. quibusuis personis sibi bene visis, etiã quæcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentes, & expectantes conferendi, &c.* Domini voluerũt, quòd ista verba in fine posita, videlicet, *& dummodo reseruata:* & ibi, *in cathedralibus Ecclesiis canonicatus, & præbendis:* licet omnia regantur ab vno verbo, *conferendi*, tamen non referantur ad omnia supradicta, sed tantum caussam videlicet ad vacantia per obitum. Et sic Nuncius, qui habebat huiosmodi facultatem, non possit conferre canonicatus, & præbendas vacantes in cathedrali per obitum, sed bene possit per resignationem: quia licet clausula in fine posita referatur ad omnia supradicta, tamen oon refertur, quando adest ratio diuersitatis. Et facilius datur, quod prouideatur de vacantib. per resignationem per obitum, cũ in facultate resignantis videtur facere, quòd vacet beneficium.

DECISIO DCCCVI.

De val. exprimeo.

SVMMARIVM.

1 *Valor verus ex qu bus probari debeat.*

GOnden. operariæ falcarum datur de excessiuo va-
1 lore. Et Domini dixerunt, quòd † licet probetur valor excessiuus, tamen impetrans deducit arrendamẽta plura pro summa, quam expressit in impetratione, & quod vltimus possessor pro eadem summa impetrauerit, & haberet testes de publica voce, & fama de valore, de quo in impetratione, & regula de exprimendo vero valore, stantibus istis tribus, licet ipse non expresserit in impetratione verum valorem. Item quia testes non deponũt de publica voce & fama in fauorem impetrantis, Domini dixerunt, prout in alia audientia, quod sola arrendamenta, & impetrationes non excusent a non expressione veri valoris.

DECISIO DCCCVII.

De summa.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoria datur actori, possessore reo nihil probante.*

GErunden. confratrię coram me voluerunt, quòd
1 actori, † quando possidet, possit dari absolutoria: secus si non possederit, quando aduersarius non probat.

DECISIO DCCCVIII.

De rescriptis.

SVMMARIA.

1 *Expectans potest capere beneficium, quod vacat cessante commenda, licet sit effectum propter appositionem manus Papæ.*

2 *Expectans non obstante regula non potest capere beneficia tam generaliter, quam specialiter reseruata.*

VAlentin. de Piego pro parte Io. Baptistæ Baldosini
1 aduocati, & principalis dicebatur, † quod expectans potest capere beneficiom, quod vacat cessante commẽda, licet affectum propter appositionem manus Papæ, & adducebatur Roman. consil. 355. Soc. 52. Item quia regula Cancellariæ dicit, quod non capiat alia generaliter reseruata, sed affecta: sed ista affectio non generalis secundum eum: ergo, &c. Tamen Domini pro maiori parte tenuerunt contrarium. Et primo, quia clarum est, quod expectans oon capit reseruata, clem. ad Roman. Pont. de præb. in extrauag. communi. Et sic dicebant Roman. maledicere. & Soc. qui motus est. Nam idem Rom. consi. 260. & in alijs voluit, quod expectans non caperet reseruata: sed si soa ratio esset bona, quod executor datus in expectatiua prouideret auctoritate Papæ, & sic Papa dicatur prouidere, poterat idem executor prouidere de reseruatis, cuius contrariũ tenuit idem Rom. alibi. Secundo istud affectum cessante commenda non videtur differre a reseruato. Nam id Papa reseruauit, & dissoluit, nisi vt ipse prouideretur, nõ

obstante, quod dicitur de clausula: quia dato, quòd regula non obstaret, quia obstat ius commune, propterea posset dubitari, *an dicatur iste casu generaliter reserua-e?* Item regula loquitur de generaliter reseruatis, tamen expectans non capit etiam specialiter reseruata. Sed mādaui iterum informari propter regulā, quæ dicit, quòd expectantes non capiunt generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione affecta. Ergo regula a contrario sensu noluit, quod huiusmodi reseruata, aut affecta capiant. Nam bon. me. Simonetta in quodam suo tractatu reseruationum non impresso, vtitur hoc fundamento. Et dicit aduertendum. Ideo mandaui super hoc iterum informari. Tandem Domini (Mohedano excepto) volue- 2 runt, quod † non obstante regula, expectans non capiat reseruata, quia eadem est ratio in speciali, quæ in generali reseruatione, & quia argumentum non est sumendum a contrario sensu regulæ ad correctionem iuris. Nam volebant, quod de iure specialiter reseruata non venirent in expectatiua, & quòd regula etiam probatur directo propter opinionem Doct. & Roman. consi. 335. Numquid expectans capiat reseruata, propter priuilegiatos, aut aduocatos Rotæ, quorum priuilegia capiūt reseruata. Nam stante regula si non habet illa derogationem, non capiunt postea: vide gl. quæ facit cōtra Bal. in clem. si de beneficio, in vers. siue ad nos, de præben.

DECISIO DCCCIV.
De Annali.

SVMMARIA.

1 *Regula de annali annullat etiam sententiam, & brachium sæculare: & possessio illius vigore capta restituitur.*

2 *Exceptio nullitatis non excusat violationem sequestri.*

NVllius Abbatiæ S. Saluatoris de Castellis, in qua Io. Felix impetrauerat dictam Abbatiam, & non fecerat infra annum a die citationis caussam expediri, & sic inciderat in regulam de annali: postea obtinuit sententiam, quæ in rem iudicatam transiuerat, & demū brachium sæculare, cuius vigore aduersarius Petrus Aurelius fuerat expulsus a possessione, & illa tradita Io. Felici, & postea Petrus dederat de regula de annali: Domini voluerūt *(vt etiam dicebant esse aliàs tentum)* quòd 1 dicta regula † annullaret nedum prouisionem Ioan. Felicis, sed etiam sententiam, & brachium sæculare, ita vt Petrus dici possit spoliatus, cum brachium sæculare fuerit nullum, quia regula annullat nedum impetrationem, sed & omnia secuta. Et sic sententiam, & commissionem caussæ, & sequestrum, & brachium sæculare. Et sic quòd Petrus veniat restituendus in sua possessione pristina. Sed contra Petrum opponebatur, quòd violauerit sequestrum, & sic quod erat priuatus, ad Clem. ad compescendas. Et sic ex quo non habebat ius, quòd non veniebat ad eius instantiam reuocanda ista possessio attentata. Sed replicabatur, quòd omisso, quòd fortè nulla posset dici lis in odium non seruantis regulam, ita vt possessor possit dici fuisse pacificus, quòd etiam Io. Felici nullum ius competit. Et ideo licet Petro propter violationem sequestri ius non competat, quia tamen fuit spoliatus, debet restitui. Sed tamen, quia Petrus dixit se habere titulum post violationem sequestri, mandauit produci pro colore super spolio: licet possit dubitari, an iste color tituli superuenientis ad spolium sufficiat: sed requirebatur titulus tempore spolij. Item dicebatur, quod cum sententia fuerit nulla, & sequestrū etiam, quòd Petrus non potuit violasse sequestrum, ꝙ nullum erat. Sed replicabatur, quòd exceptio nullitatis 2 non excusat violationem sequestri, † ad dictam clemen. ad compescend. Bisign. decis. secunda, de sequest. poss. & fruct. Sed replicabatur, quòd istud non procedit, vbi sententia est nulla ratione iurisdictionis, per glos. fin. in d. clemen. Sed Domini non firmarunt hoc, sed hæsitarunt propter dictam decis. secundam, quia violator sequestri etiam nulli videtur puniendus. Tamen Domini senserunt, quòd sententia, & inde secuta fuerint nulla: & sic quòd Petrus sic spoliatus veniat restituendus, & ex capite nullitatis omnia alia requisita facta uenirent reuocanda.

DECISIO DCCCX.
De confir. vtili vel inutili.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio concordiæ potest peti per vnam partem tantum, quando fuit dictum, saluo sedis Apostolicæ delegato.*

SVrrentina nullitatis censurarū coram D. Marsicano fuit dictum, quod aliàs fuit tentum, quod quando duo faciunt concordiam in beneficialibus, saluo Sedis Apostolicæ beneplacito, & quod possit peti a Papa con- 1 firmatio concordiæ, quod † vnus solus potest petere, q̄n alius non contradicit: quia alius videtur tacite consentire, ex quo semel consensit, quod petatur confirmatio. Et voluntas præsumitur durare, nisi cōster de illius mutatione. Sed dicebatur, quod pars ex quo iam cœperat agere vigore contractus, præsumitur non velle confirmare. Et citauerat Accursium procuratorem alterius partis aduersæ ad dicendum contra instrumentum, & videndum excommunicari, qui dixit generalia contra, & quod non possit procedi, quia concordia iam erat cōfirmata. Sed dicebatur, ꝙ ex quo cōstat, principalē Accursij mutasse voluntatem, Accursius per suam responsionem non poterat hoc declarare, cum esset tantum procurator ad lites: ideo voluntas principalis adhuc durauit. Et sic ambo lite pendente poterant impetrare cōfirmationem, non facta mentione de lite, vt vnus alteri dicatur adhuc consentire, quia non appa ret, quòd mutauerit voluntatem. Sed fuit mandatum informari super hoc.

DECISIO DCCCXI.
De probat.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas Papæ narrata in litteris est probanda, si litteræ non sint expeditæ gratis, sed taxatæ.*

ZAmoren. de S. Tomasio in litteris dicebatur: tibi qui familiaris noster existis, & probatur familiaritas: Sed ex quo litteræ non erant expeditæ gratis, sed taxa- 1 tæ, Domini dixerūt, quòd omnino † debet docere de familiaritate, propter expedinonem litterarum non gratis, sed ad rigorem: & quia Papa facilius mouetur ad prouidendum familiari.

DECISIO DCCCXII.
De regressu.

SVMMARIVM.

1 *Regressum habens, & sciens illi locum factum fuisse, & illum non petens, non perdit ius.*

VRbeuetan. Archipresbyteratus coram me fuit dictum, quòd Papa Paulus Tertius, tunc Cardinalis, sciuit locum fuisse regressui in sui fauorem, tamen non petijt beneficium. Domini omnes voluerūt, etiam, 1 quòd † longo tempore non petierit, quod tamen non dicatur amisisse ius suum, quia per negligentiam quis non amittit ius suum, ad Bartol. in l. solent, ff. de offic. procons. cum alijs, & ad text. cum glos. in cap. si tibi absenti, de præbend. in sexto. Quod si tibi non sit præfixus terminus ad acceptandum, tibi non præiudicat. Non obstat, quòd amittitur elapso tempore ius conferendi beneficium vacans, & deuoluitur ad alium, & ius agendi, & præsentandi: quia primum istud est lege cautum. Secundo, quia amittitur ius eligendi, vel conferendi, aut præsentandi, non autem ius suum commodum concernens, & ius sibi in beneficio quæsitum.

DECISIO DCCCXIII.
De rescriptis, & expectatiuis.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Acceptatio sola an sit sufficiens consumere gratiam, si sit facta coram amicis.*

ILlerden. parochialis de altera coram Marifcano. Antonius Calafaus per fuum procuratorem acceptauerat, & primo dictam parochialem in partibus in tempore, & postea ipse obtinuerat in genere fibi prouideri in Archiuio Rom. Curiæ, deinde aliam acceptauit, & illam fecundam obtinuit, & possedit, & volebat reuerti ad primam. Fuit dictum, quod non poterat, quia licet regula de publicandis acceptationibus velit, quòd sola acceptatio valeat, ne frustra consumatur gratia, tamen hic erat fraus, quia quis posset in specie acceptare coram notario, & testibus amicis, & numquam detegere acceptationem, & alia beneficia, si fibi visum fuit apprehendere. Ego vero (cum quo tamen erat D. Sarn. vnde alij fuerunt in contrarium) dicebam quòd acceptatio si veniret ad notitiam, posset cōsumere gratiam, nec posset ab ea recedi. Et ideo pari modo si Anton. inuito cogeretur illi stare, quod etiam volens debet posse ei stare. Et quòd non obstat fraus, quia nedum si acce-
1 ptatio sola, sed † etiam si prouisio esset facta in partibus coram amicis, posset excogitari fraus ista, & dandi acceptationem, & prouisionem, & tamen acceptans, & prouisus ille habebat. Aliqui dicebant, quòd per prouisionem est prouisio ius quæsitum. Replicabam, quòd per hoc non tollitur materia fraudis, quæ mouebat Rotam: & quia etiam acceptatio, vt supra, consumit gratiam: tamen Domini voluerunt, quòd fecundum, non autem primum beneficium haberet, & eius gratia esset consumpta in fecundo.

DECISIO DCCCXIV.

De Allegatione Lapi, aliàs de regressu.

S V M M A R I V M.

1 *Allegationi Lapi est locus, vbi quis post regressum possedit per triennium beneficium.*

IN eadem Vrbeuetan. Archiptesbyteratus inter Vincentium Episcopum Vrbinaten. & Sebastianum Gulterium, fuit dictum, dato quòd Papa tunc Cardinalis de Farnesio sciret fuisse locum regressui in sui fauorem ad Archipresbyteratum, propter quod Bernardinus fuerat assecutus parochialem incompatibilem cum Archipresbyteratu curato absque dispensatione, & neglexerit Papa ius regressus sui, idest, quòd beneficium non petierit, quod tamen, vt in antedictis de eis fuit dictum, propter negligentiam ius non amiserit. Tamen
1 Domini voluerunt, quòd, † ex quo postquam fuit locus regressui, Bernardus dictum Archipresbyteratum per triennium pacificè possedit, quòd sit locus allegationi Lapi 89. propter quòd Papa intelligatur illud ius quod habebat in fauorem Bernardini, cessisse, ita quod qui venit per obitum Bernardini, non tenetur aliàs docere de titulo Bernardini, ita quòd Cardinalis aliter non intelligatur habuisse regressum, ex quo passus est, postquam fuit locus regressui, Bernardinum possidere, cum videatur cessisse ius quod habebat.

DECISIO DCCCXV.

De Annali.

S V M M A R I A.

1 *Regula de annali seu triennali, non habet locum in beneficio litigioso.*

2 *Fallit, nisi inter alios lis moueatur post impetrationem.*

3 *Item nisi cum prædecessore impetrantis fuisset litigiosum.*

NVllius Abbatiæ S. Saluatoris coram me Domini fuerunt, quòd si erat lis cum prædecessore, licet qui impetrauit per obitum, numquam fuerit in lite, tamen impetrans possessionem annalem non potuit se tueri regula de annali. Et idem de triennali, qui per triennium pacificè possidet; Domini tamen voluerunt, quòd
1 ex † quo erat lis super beneficio, antequam annalis, seu triennalis possessor impetraret, quod sit verum dicere, quòd non fuerit beneficium pacificè possessum, cum lis non fuerit exuncta, & adhuc duret, & annalis, seu triennalis possessor impetrat beneficium litigiosum. Ego tamen dicebam contrarium, quia verba dicunt, quod pacificè possedit. Si ergo annalis, seu triennalis possessor pacificè possedit, sequitur, quòd quoad litem inter alios, cum non dicatur lis, non faciat, quòd pacificè annalis non possederit, cum non fuerat lis cum eo. Sed Domini dixerūt, quòd meus intellectus procederet, si postquam vnus impetrauit Abbatiam, & fuit factus possessor, alij inter se, & non cum ipso possessore mouissent litem super Abbatia, quia tunc beneficium litigiosum be-
2 ne † transiuit in impetrantem: secus est, quando lis inter alios mouetur post solam impetrationem. Tamen Do. Sarn. dicebat, quòd regula de triennali tuetur pos-
3 sessorem, etiam † quod impetrasset beneficium, quòd cum suo prædecessore fuisset litigiosum, propter verba in fine regulæ, antiquas lites extinguendo, quia volebat, quod illa clausula, stante triennali possessione, extingueret et lites ante impetrationem triennalis possessionis exortas. Sed istud non fuit discussum, quia casus meus erat in regula de annali, & super ea Domini tenuerunt, vt supra.

DECISIO DCCCXVI.

De Pension.

S V M M A R I V M.

1 *Pensio etiam nulla est soluenda, si commissa dat sine retardatione.*

IN vna Florent. pecuniaria coram D. Mohedano contra Coral. de Rodolphis, & in alia Rodocen. coram D. Sarn. stabat commissio cum clausula, sine retardatione solutionis pensionis. Et tamen dicebatur, quod ex eisdem actis, & ex deductis constabat de nullitate pensionis. Et primo erat assignata alia pensio super dicto beneficio, de qua non fuerat facta mentio in assignatione pensionis, de qua agebatur. Domini voluerūt, quòd
1 † hoc non obstante deberet solui pensio, antequam audiretur super nullitate pensionis, propter commissionem, quæ dabat iurisdictionem eo modo, sine retardatione solutionis.

DECISIO DCCCXVII.

De regressu.

S V M M A R I V M.

1 *Regressus sortitus effectum ex vno capite, non potest ex alio effectum sortiri.*

IN supradicta Vrbeuet. quærebatur, quia vt supra dixi, fuit locus regressui Papæ, tunc Cardin. de Farnesio, per assecutionem alterius incompatibilis per Bernardinum, quia Papa habebat regressum, vt sibi liceret per cessum, vel decessum, aut aliam quamcumque dimissionem, vel amissionem, &c. & fuit locus regressui per assecutionem incompatibilis, *an Papa posset dimittere istum euentum regressus propter priuationem, & expectare alium per decessum?* Et ad hoc dicebatur per Sebast. quod sic, quia dixit, quod sibi liceat. Et adducebatur tex. in l. vbi autem non apparet, §. quod illud aut illud, ff. de verbor. oblig. Sed tenuerunt contra-
1 rium, quòd regressus sit verificatus, & consumptus in primo illius euentu. Adducebatur tex. in l. cum quærebatur, ff. iud. sol. Bald. in l. inuitus, in fin. C. de procur. Et hoc ideo, quia, si fuit locus regressui, est locus allegationi Lapi 8. de qua supra fuit conclusum. Ergo Papa præsumitur voluisse acceptare euentum regressus, & cedere in Bernard. quem dimisit triennalem pacificum possessorem: nisi dicamus, quod voluit ex illo euentu regressus, quod non acceptauit, quòd beneficium non vacaret per priuationem Bernardini. Ergo non potuit postea, quod beneficium Bernard. qui nullum ius habebat, vacaret per decessum. Et si dicamus, quòd Bernard. acquisiuit nouum euentum, & ideo vacauerit per eius decessum, & sic quod non potuit acquiri, nisi a Card.

Card. qui habebat regressum, & sic regressus casus non fuit, si alius habebat ius. Tamen maior pars Dominorum erat quòd ius Card. erat extinctum, quia regressus erat in primo euentu suæ priuationis effectuatus, & quòd Papa dicatur postea liberè, & purè, in Bernardinum cessisse, ad allegatio. Lapi 89. quod sibi licet habere regressum, quia respondetur, quòd si est locus regressui: est in eius facultate, vel beneficium ex regressu dimittere, vel illud acceptare, vt in emphyteuta non soluente: non tamen licet sibi, si fuit locus ex vno euentu regressui, dimittere & expectare alium euentum, quia non semel beneficium dicitur duorum, cùm ex primo euentu fuit locus regressus nec ex alio potest esse locus.

DECISIO DCCCXVIII.

De regressu.

SVMMARIA.

1 *Regressus secundus post concilium Lateranense habens connexitatem cum primo ante præfatum Concilium, valet, & est bonus.*

2 *Constitutio non trahitur ad futura cum præteritis connexitatem habentia.*

SAlamantin. præstimonij de Saruada inter Hieronymum Carne, & Franciscum de Lè, Sanctissimus Dominus noster dum esset in minorib. habebat regressum per cessum, vel decessum, aut quamcumque aliam dimissionem Antonij, & fuit contentus, quòd Antonius resignaret in Alexium, & sibi reseruaretur regressus per cessum, vel decessum, aut aliam dimissionem Alexij, & cessaret ius regrediendi in Hieronymum. Dicebatur,
1 quòd iste † regressus Papæ non valuerat, quia regressus sibi concessus per cessum, aut decessum Alexij fuit post Concilium Later. quo cauetur, quòd beneficia excedentia 200. duc. valorem non commendentur Cardinalibus, quibus in d. concilio dicitur in illis verbis, quoad beneficia, ad quæ haberent regressus, præiudicare non intendimus, & præstimonium non erat valoris scutorum 200. sed per Hieronymum cessionatium replicabatur, quòd Papa non intendit illis præiudicare quoad beneficia, ad quæ haberent regressus. Et præstimonium non erat quoad beneficia, ad quæ haberent regressus. Sed Papa ante Concilium habebat regressum, ergo quoad istud beneficium quòd ille non haberet, noluit sibi præiudicare, etiam si Papa consensit, cassationi dicti regressus, & obtinuit de nouo regressum ex persona Alexij. Tamen istud fundamentum debet intelligi quòd noluit præiudicare ratione regressus, quem tunc haberet, nô autem si aliunde acquireret beneficium, ad quod haberet regressum, vt puta si haberet per decessum tantum, & beneficium caderet in eorum fauorem, tunc Concilium eos non tueretur. Ideo fuit dictum, quod licet regressus ex persona Antonij esset ante concilium, & post concilium extinctus, & concessus ex persona alterius, quòd iste secundus regressus dependebat a pri-
2 ma, & habet connexitatem. Sed † constitutio non trahitur ad futura, quæ habet connexitatem a præteritis, Fel. in c. fin. de constit. col. 22. vers. secundo declarando. Item dicebatur (quod non est notandum, quia Domini hoc tenuerunt omnes) quòd in supplicatione a litteris secundi regressus dicebatur, quòd Papa tunc Cardinalis possit regredi, tam vigore præsentium litterarum, quàm præfati regressus: ergo Papa concedens regressum voluit primum regressum durare, licet sit mutata persona de Antonio in Alexium & Papa fingit quodammodo primum regressum durare, quòd erat ante concilium. Vltimo dicebatur, quòd Papa noluit consentire cassationi primi regressus, nisi valide regressus secundus sibi reseruaretur. Ergo si secundus non esset bonus, Papa potuisset regredi vigore primi. Sed tamen Domini dixerunt, quòd secundus esset bonus, & non subiaceret concilio Later.

DECISIO DCCCXIX.

De præben. de triennali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali se tueri non potest, qui titulum non habet.*

VIcenti parochialis de Longares coram Dom. Sam. Ambrosius resignauerat in Hieronymum reseruata sibi pensione 23. libera, & exempta, & non aliàs, aliter, nec alio modo & Hieronymus ex post possedit triennio dictam parochialem pacificè, & demum deuenit ad notitiam Ambrosij, quòd consensus in sua possessione non habebat de pensione libera. Domini voluerunt,
1 quòd † Hieronymus non possit se tueri regula de triennali, quia non poterat dici habere titulum, cum titulus & ius reperisset in Ambrosio, qui noluit resignare, nisi pensio esset libera.

DECISIO DCCCXX.

De pensionibus.

SVMMARIA.

1 *Regressui non est locus ob non solutionem pensionis, vbi principalis vel procurator non reperiatur in loco solutionis fiendæ, licet non sit factum depositum, aut aliqua protestatio.*

2 *Bart. in l. item in illo, ff de const. pec. melius loquitur, quam in l. si rem. ff. de solutio.*

MAioricen. præstimonij de Villareal contra me fuit tentum pro parte Io. contra Alphonsum Villa-
1 real, quòd † non fuerit locus regressui ob non solutionem pensionis, quia Alphôsus, vel eius procurator non reperiebatur Barchinonæ, vbi erat destinata solutio pensionis tempore solutionis fiendæ, licet titularis, qui soluere debebat, non deposuerit, nec protestatus fuerit,
2 quòd solueret si adesset, qui reciperet. Et sic † quod dictum Bar. in l. si rem, ff. de solutio. sit consilij non de necessitate, & melius loquatur in l. item in illo, ff. de const. pecun. vt per Dec. cons. 166. Aret. consil. 163. A ex. consil. 92. volum. 2.

DECISIO DCCCXXI.

De oblig. in forma Cam. de iur. iur.

SVMMARIA.

1 *Exequutio obligationis Cameralis impediri potest per depositum, facta statim probatione non numeratæ pecuniæ, vel alterius similis exceptionis.*

2 *Confessio numerationis pecuniæ in contractu apposita debet intelligi facta tempore celebrati contractus, & non ante.*

3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non potest, vbi est agnitio debiti præcedentis.*

Declara tamen, vt ibid.

ROmana pecuniaria coram me inter R. P. Dom. Episcopum de columna, & inter Comitissam de Manerijs: Episcopus fuerat confessus, se esse verum debitorem Comitissæ in summa 2000. scutorum occasione, & causa amicabilis mutui sibi facti, de quibus se bene contentum vocauit, & se in ampliori forma Cam. Apostolicæ obligauit, renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ medio iuramento. Postea obtinuit absolutionem a pœnitentiaria ad effectum agendi, & excipiendi, & de iure suo exponendi, & volebat audiri excipiendo de non numerata pecunia, & etiam suscipiendo in se onus probandi, pecunias non fuisse numeratas. Et Rex dixit, quòd non debebat audiri propterea priuilegium Leonis seu facultatis per eum concessæ Auditori Cameræ, quòd non obstante absolutione a iuramento exequantur obligationes in forma Cameræ, vsque ad totalem executionem. Hoc videns Episcopus obtinuit a pœnitentia aliam similem dispensationem, in qua narrabatur dicta facultas. Tamen Rota propter dictam facultatem, quæ volebat obligationem exequi debere, ac si absolutio obtenta non fuisset, noluit admittere Episcopum ad probandum dictam exceptionem, nisi solueret prius. Vnde Episcopus fecit,

quòd

quòd Cardinalis Ghinus, qui fuerat per plures annos
Auditor Cameræ, dixit, quod practicauit, qd secundũ
qualitatem personarum non cogebat debitorem, vt
statim creditores solueret, sed quòd faceret actuale
depositum, & quod probaret, si quam exceptionem re-
leuantem adducebat in tempore. Et in probatione
deficiebat, seu conabatur probare, quod non poterat, re-
laxabat depositum in fauorem creditoris, & si releuan-
ter probabat, absoluebat debitorem. Et illud etiam
probauit per testes tres Auditoris Cameræ Notarios.
Vnde Domini hoc viso, & considerato, quod erat satis
magna quantitas 2000. vt diceretur, quod Episcopus
solueret, & postea repeteret, & quod Comitissa etiam ni
mis liberaliter viuit, & potuit dissipare, ita quod fortè
repetitio, seu recuperatio fuisset difficilis: & etiam quia
pro deposito in vno casu erat prouisum Comitissę, vide-
licet, si Episcopus incontinenti non probaret, deposi-
tum in fauore Comitissæ relaxarent. Mandarunt,
1 quòd † Episcopus audiretur facto deposito, qui dedit
schedulas bancharias, & statim probauit per tres te-
stes, quorum duo erant instrumentarij, quòd tempo-
re celebrati contractus non interuenit, nec interuenire
potuisset numeratio, qui licet essent eius familiares, vl-
tra quod familiares prælatorum solēt admitti in testes,
tamen Rota voluit, quod ex quo erant instrumentarij,
& approbati à partibus, quod facerent fidem, & proba-
rent, pecuniam non fuisse numeratam. Et quod non iu-
uaret Comitissam, dicēdo, quod potuisset numerare an-
te contractum, quia Alexander post alios, in l. qui Ro-
mæ, in §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig. dicit, quòd etiā
2 communis est opinio, † illa verba confessus est habuis-
se, & recepisse, intelligantur, quod numeratio inter-
uenit tempore celebrati contractus, & non ante: &
quod Episcopus non teneretur soluere: quia licet obliga
tio in forma Cameræ vellet, quòd admittatur tantum
solutionis exceptio, tamen in casu nostro depositum,
stante dicto stylo, habuit vim obligationis. Ideo Epi-
scopus sicuti si soluisset, deberet audiri repetendo, ita
& nunc in hoc casu. Et postea fuit facta difficultas,
quia Alexā. & Doct. loquuntur in verbo, confessus fuit
habuisse, & recepisse, numquid æquipolleant verbis
huius contractus, quæ apposui supra in principio, & su-
per hoc mandaui informari? Et Domini fuerunt, quod
dicta verba æquipolleant, & sic non sumus in casu leg.
si aduersus, in fin. & l. generaliter, in princ. Cod. de non
num. pec. videlicet, quod hic sit agnitio debiti præcedē-
3 tis, & † sic non possit dari de exceptione non numera-
tæ pecuniæ, vt per Aret. in §. idem iuris, colum. 23. versi.
sed si quid nunc confiteor, &c. & col. 24. & seq. Institu.
de except. quia istud est verum, qñ in contractu appo-
neretur caussa de præterito, vt quia diceret ratione
mutui aliàs facti, vt per eumdē Aret. eod. tit. §. 1. nu. 21.
vers. & prædic. & in §. 2. col. 5. num. 10. Itē quia Episco-
pus ex quo fuit admissus ad probandum, & probauit,
& ex quo est deductum periuriū sibi suffragabatur, Bal.
& Sal. in l. fin. Cod. de non nu. pec. & quia obtinuit ab-
solutionem à iuramento, & vide Dec. & Socin. in l. 1. nu.
8. col. 21. sol. mat. tandem caussa fuit concordata.

DECISIO DCCCXXII.

De statuis, & imaginibus.

SVMMARIVM.

1 *Statuæ etiam non affixæ, perpetuò tamen ibi mansuræ, an veniant in venditione domus, vide distinctionem.*

ROmana statuarum coram Dom. Iacobo de Puteo
inter Faustinam de Valle vxorem Camilli Capel-
la, & Camillum de Rusticis, & Episcopum eius fratrē
vertebatur quæstio. Nam Faustina promiserat vende-
re illis de Rusticis domum Cardin. de Valle pro 8000.
scutis: dubitabatur, *an statuæ quæ reperiebantur in domo
prima veniant venditione domus?* Et Domini omnes
1 erant, quod † statuæ affixæ, quia pars ædiū sunt, veniūt.
Sed difficultas erat de nō affixis, quæ tamen videbantur
ibi positæ, vt perpetuò tenerentur, vt sunt illæ, quæ sunt
in cortili domus, vbi sunt nichi, seu cellulæ pro collo-
candis statuis. Et in hoc adducebantur duo iura, quæ
videbantur inter se contraria, videlicet l. cetera, §. hoc
Senatusconsultum, ff. de legat. 1. vbi dicit, quòd statuæ
etiam non affixæ, quia sunt ibi perpetuò mansuræ, sunt
quasi pars ædium, & illo Senatusconsulto comprehen-
duntur. Et per illum text. principaliter hanc partem,
quod non affixæ, vt ibi sint perpetuò, veniant, tenuerũt
duo ex Dominis. Alij octo tenuerunt contrarium, per
l. pen. ff. de verb. sig. vbi dicit tex. statuæ basib. affixæ stru
ctilib. ædium non sunt. Et ibi est fortior casus, quia erāt
affixæ, sed non erant affixæ parieti, & sic non erat pars
domus, dicit Iurisconsultus, ædium non sunt, quia, vt
dicit glos. erant expositæ, vel idem & si intra parietem
domus ad domus ornatum, & vt subsisterent erant sub
eis basis structibilis, & sic non erant, quod non possent
amoueri sine destructione parietum. Et ad hoc allega-
batur l. num, ff. de leg. 3. vbi quæ sunt in curia domus,
quæ auferri possunt legari possunt, & sic statuæ non affi-
xæ basi seu parieti possunt legari. Non obstat §. hoc Se-
natusconsultum, quia debet intelligi de non affixis, quæ
sunt ibi perpetuò ad vsum domus mansuræ, vt multa
non affixa, quæ quia sunt ad vsum, dicũtur pars domus,
l. fundi, ff. de act. emp. l. quæsitum, ff. de fund. instruc. &
maximè tex. in d. l. fundi, §. habeo, ibi, perpetui, vt sunt
statuæ, quæ recolligunt aquam sub fontibus, quæ non
sunt affixæ, & quæ euacuant aquā ex ore, vel ex mem-
bris, & similib. Non obst. text. in d. l. quæsitum, in §. spe-
cularia, vbi stigmata sunt pars domus, & stigmata dicũ-
tur marmorea, vbi gesta in marmorib. sunt affixa, quia
dicitur, quod erant affixa vel ad tempus detenta, vel qa
ille, qui apposuit marmora continentia facta maiorum,
voluit domui semper inesse illam memoriam maiorum.
Non ob. etiam tex. in d. §. habeo, & quod dicunt Doct.
in l. beneficium, de const. prin. quia omnes allegāt d. §.
habeo, qui dicit, perpetui vsus, ideo debent intelligi se-
cundum illum §. videlicet, quando fuit perpetuò ad v-
sum.

DECISIO DCCCXXIII.

De feudis, & homicidio.

SVMMARIA.

1 *Ablatum per legem, contemplatione alterius partis, eidem acquiritur.*

2 *Pœna Alexandrina nō applicatur parti, in materia feudi.*

IN vna Taurien. feudi Bonifacius vulnerādo Petrum
de Trapolinis ipsius aduersarium, inciderat in pœnā
Alexandrinæ, & Petrus petebat sibi adiudicari feudum
pro parte spectante ad dict. Bonifacium, videlicet, quo-
ad fructus durante vita naturali Bonifacij: Antonius
vero frater Bonifacij, quia vnà cũ Bonifacio erat in lite
cum Petro dicebat ad eum spectare, & perpetuo. Ad-
ducebatur l. Statius Florus, §. Cornelio, ff. de iure fisci,
1 & ibi glos. quod † quando lex priuat partem contempla
tione alterius partis, quod tunc debet acquiri part. Ta-
men Domini fuerunt in cōtrarium, per no. per Bar. in l.
2 Agraria, ff. de ter. amot. Et quia † hoc nō procedit in au-
ferendo, ꝙ debetur alteri agnato, vt latè per Alexand. in
cons. 23. vol. 3. & in hoc feudo. Adducebatur etiam con-
silium Signo. 220. Rip. in rub. de iud. Sed in alijs bonis
Domini fortè dubitassent, quia non est eadem ratio, ta-
men aliter in Rota fuit resolutum, quod licet violans se
questrum priuatur ipso iure, per Clem. 1. de seq. poss. &
fruct. Quod tamen beneficium non applicatur parti,
sed cui prius impetrauerat.

DECISIO DCCCXXIV.

De reseruatione, aliàs expectatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Gratia si neutri, non capit beneficium vacans tempore datæ ipsius gratiæ.*

Ate-

ARetin. parochialis de Posano coram me, cum D.
Gutterius litigaret cum Donato, impetrauit gra-
tiam, si neutri, sed tempore acceptationis Ludouicus
Vosius vigore suæ gratiæ expectatiuæ acceptauit dictã
pacochialem, & sic tempore gratiæ, si neutri, non vaca-
bat: quia tñ postea Ludouicus non satisfecit regulæ de
diligentijs elapsis trib. mensibus, euanuit sua accepta-
1 tio, & beneficiũ vacauit. Pro Gutterio dicebatur. † quod
gratia, si neutri, caperet beneficium, quod tpe impetra-
tionis, si neutri, non vacabat, sed vacauit ex post. alle-
gatur cons. Roman. 435. & in terminis in gratia si neu-
tri, Gemin. cons. 29. Sed similis casus fuerat anno præ-
terito coram D. Mariscotto. Et Dñi primo fuerunt pro
consil. Gemin. quia gratia non pôt capere beneficium,
quod tũc non vacabat, nisi expressè diceretur. Sed ver-
ba gratiæ videntur sonare de præsenti, cum dicunt, be-
neficiũ quod adhuc vacare censetur. Nec obstat, si per
euentum litis constiterit, quia intelligitur, considerato
tempore impetrationis gratiæ, & ita fuerunt Domini.

DECISIO DCCCXXV.

De mandatis, aliàs de concess. præben.

SVMMARIVM.

1 *Mandatũ de prouidendo ẽt cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, siue benè, siue malè omnino est exequendum.*

PLacenti. portion. inter D. Gomesium Ferdinandi,
& Alphonsum de Fuonte, & Io. Segobia, Alphon-
sus habebat gratiam mandati de prouidendo, in qua
Papa dirigebat illam certis iudicibus, & mãdabat quod
domino Alphonso prouiderent. Et postea subiũgebat,
prout nos ex nunc, prout ex tunc prouidemus. Modo
dubitabatur, an requireretur prouisio exequutorum, ex
quo Papa dicit, prouideatur nunc, prout ex tunc proui-
1 demus. Et † Domini fuerunt, quòd requireretur proui-
sio executoris, siue bona, siue mala. Et quod illa ver-
ba, quæ Papa apponit, ex nunc, prout ex tunc, prouide-
mus operantur ad hoc, quod etiam si malè, aut nulli-
ter sit facta prouisio executoris, procedit: quod tamen
conualidatur, quando tunc Papa prouidet. & sic quod
omnino requiratur prouisio executoris. Et ita fuit di-
ctum alias fuisse iudicatum *in caussa Legionens. parochia-
lis S. Marci pro Gabriel. Causio contra Alphonsum de
Sona coram D. Siluestro, & in alia Terraconen. coram Do-
mino Aragonia, & in alia Patauina canonicatus, & præ-
ben. coram eodem Domino Aragonia, & secunda coram
Domino Mariscotta, quæ nunc in tertia pendet coram D.
Thoma de Thanis.*

DECISIO DCCCXXVI.

De concessio. præben.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta per executionem Papæ, retrotrahitur ad diem datæ mandati de prouidendo.*

IN eadem pro parte Alphonsi fuit postea producta
prouisio facta in sui fauorem per diem post accepta-
tionem, & prouisionem Gouenij, & quia gratia Al-
phonsi habebat ex nunc, prout ex tunc, & econtra,
1 Domini uoluerunt, quod † secuta dicta prouisione exe-
cutoris, Papa intelligatur prouidisse a die datæ. Nec ob-
stat, quòd acceptatio, & possessio Gouenij sit inter-
media, videlicet ante prouisionem, & executionem fa-
ctam Alphonso, quia Domini dixerunt, quod licet Go-
mesio esset ius quæsitum, tamen non erat reuocabiliter
quæsitum. Item, quod si Alphonsus prouideretur, suge-
retur a tempore datæ suæ gratiæ prouisionis, & nullum
ius Gomesio quæsitum esset. Hoc tamẽ mihi videbatur
durum, quia si Gomesius per plures annos beneficium
obtinuisset, sed non esset pacificus triennalis, quòd si
ex post Alphonsus obtinuerat per executorem sibi
prouidentem, quod tamen Gomesius, qui prius per plu-
res ann. antea acceptauerat, & possederat, nihil habe-
ret. Tamen hoc non obstante, Domini dixerunt, quòd
contra meam opinionem pluries fuit tentum; ideoque
est necesse, quod videamus, an gratia Gomesij quæ est
posterior, suspendat gratiam Alphonsi; vel saltem pro-
cedent a pari, cum Gomesius haberet, quòd inter obti-
nentes gratias similes sit locus diligentijs, & præuentio-
ni. Et pro hac decis. præsenti allegatur decis. 11. de con-
cess. præb. videlicet, quod ista retrotrahi debet a die da-
tæ, postquam fuit Alphonso prouisum.

DECISIO DCCCXXVII.

De concess. præben. aliàs de Commendis.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius non capiens possessionem commendæ, intra annum, ex negligentia non amittit ius situm.*

Declara tamen & limita, nisi præcedat præfixio termini.

SAlamantin. de palatios Rubeos coram Mariscano,
fuit dubitatum, *numquid tempus cõmendæ ad annum
a die pacificæ possessionis curat, vt inducatur vacatio ip-
so iure, præsupposito, quòd commendatarius non fecerit di-
ligentiam de adipiscenda possessione infra annum, & sibi
non fuerit præfixus terminus ad diligentiam faciendam.*
Fuit decisum de anno 1540. de mense Octobris, quòd
1 non † dicatur Commendatarius propter negligentiam
perdidisse ius suum, & quod non fuit commissa caussa
in electione. Et capit. licet Episcopus. de præben. in 6. in
casu nostro (vt not. glos. ibi in cap. commissa) non ven-
dicat sibi locum, nisi præcedente monitione, vt latius in
informationibus. Et idem prius fuerat tentum coram
me in vna Vrbeuetan. Archipresbyteratus, quod ha-
bens regressum licet non capiat possessionem beneficij
vacan. tamen propter negligentiam non dicitur amisis-
se ius suum. Et pro parte Ioan. Solani venientis ex iure
Episcopi, opponebatur etiam, quòd negligentia noce-
ret, l. si plures, de constitut. Alber. in l. nam post tres, ff. si
quis caut. Host. in Summa, in rub. de condit. inst. vbi di-
cunt, quod conditiones potestatiuæ non habentur pro
impletis, si stat per eum, qui implere debebat. Et allega-
batur cap. metum, de regul. iur. in 6. in contrarium pro
Episcopo, quòd non amiserit ius suum, nisi præcedente
præfixione termini, aut saltem monitione, allegatur In-
noc. in cap. extirpandæ, §. quia verò. de præben. Fel. in c.
si autem, colu. 3. de rescript. Domi. §. quia, idem Ias. &
Alexan. in l. ita stipulatus, ff. de verb. obl. nu. 13. Philip.
in cap. Apostolicæ, in glos. fin. de re iud. lib. 6. ibi tamen
non reperio, quòd glos. in cap. commissa, dicat, quod de-
beat in illo tex. præcedere monitio. Sed respondetur ad
illum textu, in c. licet, quod illud ibi, quia est legitimè
cautum, secus in alio casu a iure nõ deciso, quia propter
negligentiam quis non debet priuari iure suo. Et quod
in illis iuribus non requiratur monitio, facit cap. dicit, §.
quod si. de elect. in 6.

DECISIO DCCCXXVIII.

De rescriptis, de concess. præben. aliàs de expectat.

SVMMARIVM.

1 *Successor in iure alicuius defuncti non potest acceptationem generalem ad speciem deducere, etiam si constet de noua prouisione.*

IN vna Virdunen. Sancti Victoris coram Domino
Sarnen. acceptans erat mortuus, & qui impetraue-
rat, vt vacans per obitum, volebat acceptationem ge-
neralem defuncti factã in Archiuio deducere ad spe-
ciem super hac parochiali. Et adducebat coniecturas,
quod defunctus declarauerat voluntatem suam, quia
aderat noua prouisio super dicta parochiali nomine
defuncti. Ad quod fuit responsum, quod defunctus
erat absens, quando fuit obtenta noua prouisio su-
per dicta parochiali, & quia sollicitauit illam, non as-
serebat se sollicitasse de mandato defuncti. Item quod
fuit per duos annos post datam, & sic quod fuit sub
parua data. Vlterius, quòd erat modica impensa,
ita quod non debebat præsumi facta de mandato de-
functi. Vlterius erant duo testes, vnus de auditu a
defuncto, quod volebat venire ad caussam super dicta
paro-

parochiali pro suo interesse, alius de auditu ab alio. 1 Tamen Domini dixerunt, quod non declarauit se velle venire ex iure acceptationis. Nam fortè poterat aliunde ius prætendere. Item dicebant, quòd si viuceret defunctus, & vellet de illa acceptatione aliud beneficium sibi acquirere, vnus testis, qui dixit se velle venire ad causam propter parochialium, non tantum excluderetur, quia posset declarare acceptationem super alio beneficio, cum posset dicere, quod ex alio iure, quàm acceptationis volebat venire ad caussam. Ergo, &c. Et sic Domini fuerunt, quod non obstantibus dictis coniecturis successor non debet declarare.

DECISIO DCCCXXIX.

De valore exprimendo.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij debet probari per eum, qui gratiam obtinuit.*

MAioricen. beneficiorum coram me inter Alphonsum Duraret. Didacum Verga, Io. Martinus habebat gratiam mandati de prouidendo ad summam scut. 150. & acceptauerat eadem die plura beneficia, & postea possessione non habita resignauerat in Salirias, & Salirias in D. Didacum, & Alphonsus dicebat, quod ista beneficia, de quibus agitur, & alia, quæ eadem die acceptauerat Io. quod prius quam iste resignauerat in Salirias, & Salirias in Didacum excedebant dictum valorem, cũ Didacus in suis litteris expresserit Archipresbyteratum, & Canonicatum, in 150. scut. & pro annata se obligauerit. Quærebatur, etiam quod non constaret de valore beneficiorum in Duennas resignatorum, an Ioan. Martini Cessionarius teneretur probare, beneficia eadem die accepta non excedere valorem scut. 150. ex quo Ioan. Martinus numquam possedit. Et sic non est locus allegationi Lapi, quod quis non teneatur iustificare titulum sui prædecessoris. Et dicebatur, qd non, sed apparet ad dec. Bell. 152. & 302. Bisig. 6. de præben. Et replicabatur, quod decisio Ægid. procedit, quando nõ opponitur, & allegabatur dec. 46. de cõcess. aliàs 65. aliàs 800. de præben. in antiq. aliàs 600. Felin. in cap. ad aures, colum. 5. ver. 5. conclusio, & vers. fallit primo, de rescripit. Et quod decis. 800. loquitur, nedum in gratia specialiter, sed etiam communi, & sic etiam si non sit ad certum beneficium, prout est hic: Non obstat decis. 6. Bisig. quia loquitur in gratia in forma pauperum, quæ est in sua dispositiua ad quodcumque beneficium. Sed postea habet in fine exceptionem nouę tamen intentionis, quòd non capiat beneficiat, nisi tanti valoris. Sed in gratia nostra valor est pars gratiæ, & ideò debet pro-
1 bare, vt per Felin. vbi supra. Et † licet aliqui tenerent contrarium, tamen maior pars fuit, quod Gratiatus teneatur probare, quia ita fuit aliàs tẽtum de anno 1538. coram Domino Mariscano in vna Calaguritan. Archidiaconatus per D. Ioan. de Angruano, & 1539. in vna Arbören. coram D. Siluestro, & multo magis hoc esset in casu nostro, vbi sunt aliquæ coniecturæ, quod beneficia omnia acceptata excedant valorem gratiæ, arg. l. fi. & ibi Bar. C. quod met. caus. & c. primo, vt beneficia. Bellarm. decis. 421. quia quando Io. Martini resignauit in Salinas conseuit super supplicatione, vbi Archibresbyteratus, & Canonicatus exprimebantur ad scut. 150. non excedere.

DECISIO DCCCXXX.

De Præbendis.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta per obitum, quæ tamen fieri debebat per resignationem, non potest sustineri, licet vacatio per obitum interuenerit.*

BEllican. Prioratus coram Domino Mariscano, præsupposito, quod ille, qui dictum Prioratum contulit, haberet etiam facultatem conferendi reseruatam, et quod vacauerit apud Sedem, & quod Prioratus iste per resignationem Stephani in Curia fuerit commendatus Gulielmo, & Gulielmus extra Curiam obierit, & fuerit per talem executorem habentem potestatem collatus per obitum Gulielmi, cum vere de iure non vacaret per obitum Gulielmi, sed per resignationem Stephani, cum cessante cõmenda vacaret eo modo, quo prius, 1 an talis collatio sustineri possit, cum saltem de facto vacet per obitum Gulielmi. Et Domini tenuerunt, quod
1 † non possit sustineri collatio, & sex aduocati informabant, tres pro qualibet parte, & pulcherrima fundamenta adducebant, quæ potuerunt videri in eorum informationibus, & non valde longum esset ea inserere.

DECISIO DCCCXXXI.

De annali.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio de regula de annali, non potest dari post prouisionem factam ab Ordinario, & ius prouiso quæsitum.*

GAberien. Parochialis Serrauallis corã Puteo Claudius impetrauerat beneficium, quod per annum Franciscus pacifice possederat, & incidit in secundã partem regulæ; Postea moritur Franciscus, & ordinarius prouidit de priuata parochiali Serrauallis Iacob. Et postea Claudius impetrauit ex resignatione Guidonis, cũ derogatione regulæ de annali, quo ad eius secundam partem. Et postea Iacobus, vt ostenderet, quod beneficium non erat litigiosum, & quod Ordinarius sibi potuerat conferre, dedit de regula de annali. Sed Clau- 1
dius replicabat, quod fictio regulæ non posset retrotrahi, cum ipse prius, quam esset datum de regula; haberet derogationem dictæ regulæ, cum regula loquatur per uerba importantia fictionem, uidelicet, censeatur, &c. habet, &c.

1 Sed respondebatur, quod † talis derogatio venit post Ordinarij prouisionem, & sic ius quæsitum Iacobo, & beneficium erat plenum. Nec obstat, quod non fuisset tunc datum de regula, quia quandocumq; producatur, operatur, ac si ab initio fuisset producta, quia lex est vera de eo, quod est in rerum natura, licet sit abscondituũ nobis, l. cum quid, §. sicut, & ibi Doctores, ff. de acq. hære. Nam productio regulę non inducit fictionem, nec facit desinere esse litigiosum, sed declarat & detegit, beneficium non fuisse litigiosum, vt Cass. super regula dicit. Et quod regula annullet gratiã, & inde sequuta, fuit aliàs coram me tentum in vna nullius Abbatiæ, & coram me in vna Conchen. Sancti Michaelis inter Io. de Morillas, & Franciscum de Mendoza.

DECISIO DCCCXXXII.

De expectatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas Papæ ad effectum validitatis gratiæ sufficit, saltem semiplenè probari: secus si ageretur de reseruatione beneficij vacantis per obitum familiaris.*

BRiocen. Canonicatus & præben. pro Francisco Galleo in expectatiua Fran. dicebatur, tibi familiari, & continuo commensali nostro, & Franciscus aliàs non dicebat de familiaritate, nec probaba se descriptum in rotulo Cancellariæ, ubi describuntur alij familiares. Et fuit dictum, quod istud sufficit ad effectum ualiditatis
1 gratiæ, quia † iden nominatur in gratia familiarium, ut expediat gratias. Ergo secus si ageretur de reseruatione beneficij uacantis per obitum famil. quia tunc deberet aliter familiaritas probari, ut quod reseruabat Pap. & hoc coram me fuit tentum.

DECISIO DCCCXXXIII.

De concess. præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio beneficij vacantis per obitum non datur nisi petentis, & magnis precibus.*

SAlamant. de Palatio Rubios per Io. de Solano contra Petrum Martinez fuit tentum, quòd supplicatio impetrationis beneficiorum ualoris 50. ducat. in fauorem Episcopi Salamantin. fuit obtenta de eius scientia, &

tia, & quod illam notam habuerit, non obstante, quod esset modica impensa; quia licèt hoc non præsumatur in commissionibus caussarum; hoc ideò est, quia lis potest afferre damnum. Item quia passim conceditur vti noua
1 prouisio, & gratia si neutri. Sed † prouisio de vacan. per obitum, vt erat in casu nostro, non datur nisi petenti & maximis precibus. Item dicebatur quod supplicatio fuit notata post saccum vrbis tempore, quo Papa Clemens detinebatur in Castro Sancti Angeli, & in eodem Castro erat ipse Episcopus, & multum gratus Pontifici, & tractabatur de persona ipsius Episcopi eo modo: secus vero in nouis prouisionibus, & similibus, quæ passim conceduntur. Et si fortè esset damnosa Episcopo, fuit sibi prouisum. Et hoc coram Domino Marisçano.

DECISIO DCCCXXXIV.

De appellationibus.

SVMMARIA.

1 *Collatio beneficii facta post priuationem intra terminum ad appellandum, est nulla, etiam si postea non fuerit appellatum.*

2 *Priuatio beneficii potest reuocari per viam attentati.*

Fallit in priuatione seu executione, quæ fit citra factum hominis, num. 3.

BArchionen. & Vrgellen. Canonicatus, & præben. co
1 ram Mariscano fuit dubitatum, *an collatio † facta post sententiam priuationis beneficiorum infra decem dies ad appellandum valeat, vel saltem conualescat, si postea*
2 *non fuisset appellatum?* Et fuit dictum, quod † Papa fundat se in facto iudicis, non in priuatione, quæ veniebat reuocanda per viam attentati, per Ioan. Andr. cum quo alij transeunt, in cap. non solum, in fi. de appell. in 6. & ibi Gem. in §. illo verò, col. penul. versic. licet ista verba sint discussa, & ibi Paris. col. pen. versicu. in ea glos. Nec Innocen. dicit contrarium, si bene percipiatur, licet in contrarium allegetur, in cap. cum in cunctis, in ver. vnitum, de concess. præben, quia videtur loqui, quando sententia trasiuit in rem iudicatam. Quod non est in casu nostro, quia prouisio fuit facta ante lapsum tempus ad appellandum. Nec obstant not. per Imo. in l. qui alienationibus. §. si quis incapax. ff. de testam. versic. igitur
3 gloss. quia † Imola loquitur in executione, quæ fit a iure citra factum hominis, vt in deportatione, & amissione ciuitatis, & sententia excommunicationis, & simil. prout Bartol. in l. fi. ff. de his qui not. infam. & Bart. per illum tex. in l. qui vltimo, ff. de pœn. in quib. casibus statim lata sententia lex facit executionem, omni facto hominis cessante: secus in sententia priuatoria beneficij, maximè cum in eius exequutione requiratur non modicum factum hominis, vt in cap. licet Episcopus, de probat. in 6. Non obstat Ancha. cons. 295. quia ibi mandatur, quod prouideatur de beneficio, quod homicida obtinuit, constito de homicidio. Sed in casu nostro fuit de beneficio, vt vacan. per priuationem, postea fuit adducta concludens ratio. Nam Papa narrat beneficium vacatum per priuationem, & sic credidit, sententiam transiuisse in rem iudicatam: non autem, quod esset infra tempus ad appellandum, & sic impetratio est subreptitia. Et licet Papa possit conferre beneficium, quod nondum vacat, quòd verum est in homicids, si constiterit illum homicidium commisisse; secus tamen est in casu nostro, vbi prouidet de beneficio vt vacante, quod tamen non vacabat, & sic est subreptitia impetratio.

DECISIO DCCCXXXV.

De annali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali procedit, & annullat gesta, illa non seruata, etiam si non feratur sententia.*

GEbennens. parochialis Serauallis coram Puteo fuit dubium, *an verba, quòd beneficium non censetur litigiosum, posita in fine regula de annali, intelligantur solum, cum lata sit sententia in fauorem possessoris, an verò referantur ad omnia præcedentia.* Et dicebatur, quòd non, quia in primo capite in verbo, alioquin, erat imposita pœna annullationis actorum, quæ quidem pena referebatur ad præcedentia, & illud verbum, postea, positum in fine, ad sua proximè præcedentia, quia quælibet oratio erat perfecta. Tamen Domini tenuerunt contrarium, & sic contra q. 82. Domini Sarnen. in d. reg. de annali, quia voluerunt, quod illa verba in fine posita referantur ad omnia præcedentia, adeò quod etiam si sententia non sit lata, incidendo in regulam de annali, beneficium intelligatur litigiosum: aliás si vellemus de iure, quod impetrator sit repertus improbus per sententiam, sequeretur, quod non esset locus regulæ, nisi post tres conformes, quia pendente appellatione non potest dici improbus, propter sententiam, cum appellatio suspendat sententiam. Et sic voluerunt, quòd quomodocumque quis incidat in regulam, etiam si sententia non sit lata, beneficium desinat esse litigiosum, ita quod per ordinarium potuerit conferri.

DECISIO DCCCXXXVI.

De concess. præben. & de regula reseruatoria.

SVMMARIVM.

1 *Gratiam acceptans tenetur probare, licet præsumatur in tempore acceptasse.*

PLacentin. Scholasticæ coram Domino Thoma quis habebat gratiam ad uacaturam in octo mẽsib. Apostolicis. Fuit dubitatum, an teneatur probare, beneficium per ipsum acceptatum uacasse in mensibus Apostolicis. Quia dicebatur, quod quis præsumitur acceptasse in tempore, ad decis. Ægid. 319. 3. aliàs 131. & 345. de concess. præben. Rot. 13. & 29. in antiq. Tamen
1 Domini † tenuerunt, quod teneretur, gratiam probare, licet quis præsumatur acceptasse in tempore, quia præsumitur diligens in suis negotijs, & sciens, & sic quod beneficium uacauerat in mense Apostolico uel ordinario: imò si attendimus, in quo se fundant Domini, posset dici, quod uidetur acceptare in mense ordinario, quia habebat gratiam ad menses Apostolicos, & sic ista est pars gratiæ. Ergo illam probare tenetur.

DECISIO DCCCXXXVII.

De rebus Eccl. non alien. De empt. & vendit.

SVMMARIA.

1 *Villa siue vniuersitas alienari non potest inuitis hominibus, & num. 5.*

Secus tamen si alienetur cum vniuersitate, nu. 4. & 6.

Quamuis contrarium dicatur, nu. 2.

Intellige tamen, vt nu. 3.

TErraconen. iurisdictionis Villæ de Reus. Villa hæc de Reus pertinebat ad Cameram, & quia pendebat quædam lis ratione dismembrationis de dicta Villa, Camera per Clem. Pap. VII. concordauit cum capitulo Terraconen. quod Villa esset capituli, quòd capitulum solueret Camerario certam pensionem, & aliam Philippo eius genitori, & successoribus. Vnde Papa Clemens quando dictam Villam dismembrauerat a Camerario, & Philippo, eam prędicto capitulo cum omnibus Castris, locis, bonis, & redditibus, & mero & mixto imperio concesserat. Et quia dubitabatur de uirtute dictæ dismembrationis, & concessionis, ideò fuit deuentum ad dictam concordiam inter Capitulum, Camerarium, & Philippum. Et Papa Paulus dictam dismembrationem, & cõcordiam cum prægnantissimis clausulis approbauit, & dictam Villam, ut supra Capitulo concessit. Fuit dubitatum, an Villæ inuitis homi-
1 nibus ipsius Villæ potuerit alienari? Et dictum, † quod non, quia dicebatur, quod text. in §. ex eadem lege, de lege Corradi, in usibus feud. loquebatur in ciuitate Mediolanensi, ubi est talis consuetudo, & quod secus erat, ubi non erat talis cõsuetudo, & allegabatur text. in

§. præ-

§.præterea, de prohib. feu. alien. per Fed. Et dicebatur,
2 ꝙ † etiam procedat si fuerit vniuersalis alienatio. Host.
& Felin. in c. dilectus, col. 3. ver. intellige, de maior. &
obed. Abb. conf. 3. incip. imperfecti iam, & conf. 22. vol.
2. & Moder. in c. 1. de prob. & Doct. in §. ex eadem lege,
& in §. præterea ducatus. Aluar. in §. si quis fecerit, col.
2. quo tempore miles, & ibi Alex. Et quod illud, quod
3 dicitur, quòd † possunt vasalli alienari cum vniuersita-
te, non debet intelligi de vniuersitate, vt esset Villa, sed
si quis alienaret Marchionatum vel similia magna, ut
per Abbatem in d. conf. 22. & conf. 12. inter consil. Brun.
4 col. 2. ver. non obstat. In † contrarium, quod ista alie-
natio facta cum uniuersitate illius Villæ, de qua in casu
nostro, ualuerit inuitis hominibus ipsius Villæ, adduce-
batur Ias. in l. si non sortem, §. libertus, col. 10. ff. de con-
di. indeb. & Abb. d. conf. 12. inter conf. Brun. Bal. in d. §.
ex eadem lege, de leg. Corrad. & Ias. ubi supra allegat
Abb. conf. 110. & conf. 3. uolum. 3. conf. 12. uer. secundo
principaliter potest dici. Bal. in l. 2. in fin. prin. ff. sol. ma-
trim. & ibi Imol. & Alb. quos alij sequuntur, ut refert
Th. Parpa. ibid. col. 23. uers. ex dictis, Alex. conf. 25. col.
6. uol. 5. Tamen tenetur contraria sentẽtia. Et licet Rip.
in tract. de pest. lib. 2. uer. 25. uideretur tenere contra-
rium, tamen loquitur, quando Dominus vult alienare
feudum, quod erat ipsius uasalli, qui non potest priuare
uasallum sine caussa. Et Fel. in d. c. dilectus, non persi-
stit, sed dicit, quòd si quis alienaret feudalia, & allodia-
lia, quòd tũc uasallis inuitis possint transferri. Et Abb. d.
conf. 12. non cõtradicit, sed dicit, qñ totus comitatus a-
lienaretur, ꝙ uasalli inuiti transferantur. Sed Camera-
rius alienauit, Papa cõfirmauit Villam totam cum per-
5 tinentijs & territorijs; Ergo &c. Nam † si solam iurisdi-
ctionẽ in subditos uellet alienare, retinẽdo Villã pro se,
non posset, quia tunc uasalli non alienarentur cum uni-
uersitate. Et pro hac parte affirmatiuè adducebatur etiã
Rom. conf. 26. prope fi. uer. attẽdendo istud est certum,
quod cum uniuersitate, Fab. de Mont. in tract. de empt.
& uend. in 3. q. prin. uer. 11. quæro an Rex possit uende-
re, Io. Ant. Rubeus, Alex. conf. 69. Guliel. in reper. cap.
Rain. in uersic. habens duas filias, fol. 20. col. 2. Curt. in
tract. de feud. in 4. par. princ. in materia alien. feud. uer.
aggredior primam regulam principalem, ubi dicit istã
communem opin. si alienatio sit facta in æqualem uel
maiorem. Et pro hac opinio. est Bal. in l. 2. C. de don. &
trib. alijs locis per Alex. allegat in l. 2. in princ. col. fin. ff.
sol. matrim. & ibi Alb. Imol. Anch. Hier. de Pisa, Lucas,
Crau. & Alex. cõs. 25. col. 6. uol. 5. Abb. d. conf. 3. col. 23.
secundum paruam impressionem, uers. secundo princi-
paliter, uol. 2. glos. in uerb. ad aliam, in §. præterea, de
prohib. feud. alien. per Fed. Barb. in c. quoties, col. pen.
de rer. permut. Bisig. in comm. consuetud. Burg. fol. 216.
col. 2. Abb. in c. auditis, col. 8. uer. in composit. nu. 21. de
præsumpt. Bald. conf. 97. incip. proponitur, col. 7. Sed in
contrarium pro negatiua est idem Bald. & Pau. de Cast.
in l. debitori, C. de pact. & Sal. cum alijs, de quibus per
Barbat. conf. 5. uol. 3. conf. 11. eod. uol. ubi limitat ratio-
ne pacti, & concordiæ, licet contrarium uideatur nota-
6 ri conf. 12. col. 2. inter conf. Butr. † Tamen omnes Do-
mini fuerunt pro affirmatiua, quòd in casu nostro te-
neat alienatio, per d. §. ex eadem, & per Doct. de quibus
supra, qui sunt plures numero, & quia ratio suadet,
quòd Dominus, qui est moderator & arbiter in re sua,
non impediatur uendere, & alienare Villam, & Ca-
strum, aut Communitatem propter uasallos, qui dice-
rent se nolle mutare Dominum.

DECISIO DCCCXXXVIII.

De triennali, aliàs de restit. spoliat. Sarnen.
in hac regula, q. 3.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum potest peti aduersus sententiam nulli-
ter latam in petitorio.*
2 *Regula de triennali non tuetur spoliantem, licet habuerit
sententiam pro se, quin possit dari de spolio ratione peti-
torij.*

VLixbonen. beneficij de Turribus Vedras corã Ma-
riscotto duæ sententiæ absolutoriæ fuerunt latæ in
spolio, & petitorio pro Andrea contra Georgium, & in
tertia Georgius obtenta remissoria probauit spolium, &
obtinuit per duas conformes dictas duas contra se latas
reuocari, & Andream in spolio condemnari. Verum,
quia tempore primæ sententiæ latæ in fauorem Georgij
lapsa erant fatalia, & sic sententiæ per Andream tran-
sierant in rem iudicatam, fuerunt sententiæ vt nullæ per
Georgium reuocatæ, & Georgius quoad petitorium pe-
tijt restitui in integrum: Nam ad spolium non potuit,
cum in spolio non detur restitutio, vt valeat se iuuare
1 suis probationibus factis ante lapsum fatalium. Et † fuit
dictum, quòd poterat cum caussa restitutionis in inte-
grum sit succedanea, vt notatur per Felin. in c. caussam
quæ, in princ. de test. Sed Andreas dabat de regula de
triennali: Georgius, quòd regula non tuetur ipsum spo-
liantem: dubitabatur, an Georgius posset dare de spo-
lio, cum super illud haberet rem iudicatam contra se,
2 & ex illo agere non posset? Domini fuerunt, † quòd licet
non possit dari de spolio, ratione & caussa spolij, in quo
ipse non potest audiri, quòd tamen potest dare de spo-
lio ratione petitorij, vt excludat aduersarium a regula;
prout si Andreas Titium spoliasset, Georgius non posset
agere spolio, quia non esset spoliatus: tamen datur de
spolio per Andream & Titium, si Andreas contra ipsum
Georgium se tuere vellet de regula de triennali, cum re-
gula non tueatur spoliatorem.

DECISIO DCCCXXXIX.

De iudicijs de dilationibus.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes non datur procuratori, quando citatio est bene
executa in partibus.*

OXomen. Parochialis coram Puteo, quia personali-
ter non fuit repertus in loco, videlicet in ciuitate
& diœces. Oxomen. Nam residebat in Legionen. Fuit ci-
tatus, & iuxta formam citationis in Cathedrali Oxo-
men. & in parochiali præfata, de qua agebatur, & suus
generalis procurator, qui fuerat institutus ante com-
missionem caussæ, produxit mandatum & petijt dilatio-
1 nem ad partes. Fuit dictum, quod † sibi non debentur
dilationes ad partes, quando est bona executio facta in
partibus, quæ etiam, quod personaliter non sit executa,
tamen afficit citatum. Ergo non debentur dilationes,
quando citatio est bene executa in partibus.

DECISIO DCCCXL.

De priuil. & indultis.

SVMMARIA.

1 *Gratia ad beneficia vacatura intelligitur de vacatione, tam
in mensibus reseruatis contingente, quàm in spectantibus
ad ordinariorum collationem.*
2 *Ius extensum difficilius tollitur, quàm comprehensum.*

VIrdunen. Canonicatus coram Puteo Leo indulsit
capitulo Virdunen. *quòd omnia beneficia ad colla-
tionem, & præsentationem capituli essent sub concordatis
Germaniæ, & gauderent eisdem priuilegijs, & indultis
perpetuis futuris temporibus, ita vt in sex alternatis men-
sibus possent conferre, perinde ac si expectatiuæ mandati
non emanassent, & ac si in dicta Ecclesia consisteret in
Germania, & non posse dicto indulto derogare, nisi per
tres litteras facientes specialem, & indiuiduam mentio-
nem, &c.* Postea Papa Paulus sic concessit reseruatio-
nem Nicolao Venutio ad beneficia vacatura spectan-
tia ad collationem, tam Capitulorum singulorum,
quam Canonicorum, & personarum, & Episcoporum
Tullen. & Virdunen. & Canonicatus, de quo agitur,
vacauit in mense alternato comprehenso sub concor-
datis Germaniæ. Fuit dubium, an Nicolaus posset illud

acceprare,& capere sub sua gratia. Et fuit dictum, quòd
1 sic, quia † Papa dedit gratiam ad beneficia ad collationem Capituli, etiam si beneficia vacarent in aliquo ex mensibus Papæ reseruatis, aut ordinarijs collatoribus per constitutiones, seu litteras alternatiuas, seu alia priuilegia, & indulta quomodolibet concessa, & concedenda. Et licet dicatur, ordinarijs collatoribus, tamen potest intelligi de Capitulo, quod Capitulum vt in Virdunen. interdum ex consuetudine est ordinatius collator, Suadetur, quia postea inhibet Capitulis ne beneficijs vacaturis se intromittant, postea subiungit, quibus omnibus, & singulis illorum tenoris, &c. Non obstat, quòd dicatur, quod concordata habent vim contractus, vt in illis dicitur cum Sede Apostolica, & quod Papa numquam intelligitur illis derogare, nisi de illis faciat expressam mentionem, vt est stylus, quia Ecclesia Virdunen. non est comprehensiue sub concordatis, sed extensiue,
2 & certi iuris est, quod difficilius tollitur ius † portectum, quam comprehensum, Pau. in l. sequitur, §. Serus, ff. de vsucap. Abb. in c. fin. col. 3. de rescript. quia hic non tollitur, sed suspenditur alternatiue quoad vacationem vnius beneficij tantum.

DECISIO DCCCXLI.

De fideiussoribus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, c. Odoardus, de solut. cum similibus non suffragatur dolosis.*

ARboten. Parochialis de la Caua coram Mariscotto quidam obtinuerat tres sententias cum fructuum & expensarum condemnatione; Condemnatus
1 petebat se admitti ad c. Odoard. de solut. Fuit dubitatum, post tres conformes quis posset admitti ad cessionē bonorum per d. c. Odoardus, & c. peruenit? Et Salic. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. tenuit quod sic, cum quo transibat Puteus, Thomas, Mariscanus, & Alex. Vaten. Et dicebant, quòd satis punitur, qui condemnatur in expensis. Dominus Verallus, & Sarnen. contrarium. Ego vero qui secutus sum Rainald. & Aquen. distinguebam per Bald. in l. 1. vers. sed hic requiritur. C. qui bon. ced. poss. Alex. in l. alia, §. eleganter, num. 15. ff. sol. matrim. Et Sarnen. & Verallus sic simpliciter tenebant, condemnatum non admitti, vt voluit Ang. & Ias. in §. fin. Instit. de actio. pro quibus facit l. sed hoc ita, §. fin. ff. de re iudic. & c. Odoardus, ibi, confitentur debitum, &c. Et plura in simili de negante, quod amittat beneficium quod sibi competebat, adducit Hippol. in rubr. de fideiuss. nume. 322. Multò magis tenuerunt distinctionem aliàs, cum qua ego etiam, videlicet quòd aut condemnatus habuit iustam caussam litigandi, & tunc non sit indignus dictis beneficijs, aut non habuit, & sit indignus. Nec obstat, quod non puniatur in expensis: quia verum est quoad labores victoris, sed nō quoad veras expensas. Nec obstat quod non potuerit renunciare priuilegio sibi competenti: quia fuit dictum, quòd dictis priuilegijs, de quibus supra, potuit renunciare, & maxime cum litigandi sit iusta caussa, & sic fuerunt vota diuersa. Tamen quia in illa caussa condemnatus ad spolium præsupponit dolum, Domini fuerunt omnes, quòd talis esset indignus dictis beneficijs, & d. Sarnens. quod indistinctè esset indignus, dixit ita Rotam tenuisse in c. significante, col. fin. super reg. de non iudic. iuxta formam supplicationis.

DECISIO DCCCXLII.

De iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus immemorabile non iuuat familiæ potenti ad probandum iuspatronatus ex fundatione vel dotatione.*

OScen. Parochialis S. Vincentij coram Sarnen. fuit tenta opin. Ant. de Butr. in c. cum dilecti, de off. de-
1 leg. quòd † licet familia priuata, quæ ab immemoriali tempore præsentauit, iam possit allegare iuspatron. ex fundatione vel dotatione: Et ita allegando & probando immemoriale tempus, præsumatur, & iudicatur, de beneficio vt de iure patronatus ex dotatione vel fundatione: secus tamen est in vniuersitate, quia præsumitur ex vsurpatione. Fuit dictum idem in infante Regis Hispanorum. Nam tunc infans cum vniuersitate S. Vincentij, prætendebat habere dictum iuspatronatus: & dicebatur, quòd infanti competebat ex fundatione, & dotatione: Et Rex voluit, quòd si aliter non probaretur, quòd præsumeretur ex vsurpatione. Idem in Dominis, seu familia potenti, vt dicebant aliqui Domini fuisse tentum in familia Vrsinorum, quia militat eadem ratio potentiæ, quæ militat in vniuersitate, & quod in familia potente pluries fuerit tentum in Rota Reuerendiss. D. Simonetta dum erat Auditor, hoc notauerat.

DECISIO DCCCXLIII.

De expectatiuis.

SVMMARIA.

1 *Clausula, sine præiudicio similia mandata prosequentium, non trahitur ad concessiones futuras.*

Contrarium tamen est verius, num. 2.

3 *Priuilegium concessum alicui non obstantibus statutis, operatur etiam in statutis, quæ post factam concessionem interuenerunt.*

4 *Dispositio quando per verba præsentis temporis suum non operatur effectum, trahitur ad futurum.*

VIrdunen. canonicatus, & præb. coram Puteo Gerardus, qui cesserat in fauorem collitigantis canonicatum, ad quem ius prætendebat, vel verius eius patronus, fuit in canonicum creatus per Capitulum, quæ quidem creatio fuit confirmata per Clementem Septimum, cum clausula, absque tamen præiudicio expectantium Apostolicorum, & mandato de prouidendo prosequentium, & sibi cum dicta clausula per Clemen. VII. de dicto canonicatu primo vacaturo prouisum. Postea Paulus Tertius concessit mandatum de prouidēdo in Ecclesia, & diœces. Virdun. Nicolao Vinteyo. Di-
1 cebatur, † quòd gratia Nicolai non obstabat Gerardo, quia dicitur sine præiudicio expectantium Apostolicorum, & prosequentium mandata, quæ verba sunt præsentis temporis: ideo ad futura concedenda trahi non possunt, c. fin. de rescript. Clem. fin. eod. tit. ad c. cum capella. & c. cum in iure, & vtrobique Abb. de priu. Ias. in l. si stipulatus fuero, §. cum stipulemur, colum. 2. vers. tertio lim. & in l. cum stipulemur, colum. penult. & fin. de verb. oblig. Fel. in c. ad hoc, colum. pen. in fin. de rescrip. & quia debet intelligi de præiudicio de præsenti imminenti, non de futuro, Rot. 20. in nou. de præb. aliàs 331. ideo maximè non debet intelligi de gratijs concessis per Paul. successorem Clementis; quia non est verisimile, quòd Clemens in illa clausula, sine præiudicio, cogitauerit de gratijs per successores suos concedendis.
2 Contrarium † tamen tenuit maior pars Dominorum, & fundamentum aduocati illius partis erat, quòd confirmatio Clem. in scriptura redacta semper loquitur, l. Ariani, C. de hæret. ergo loquitur etiam tempore Pauli: & sic illa clausula sine præiudicio debet attendi quoad gratias per Paulum concessas. Adducebatur quod dixit Bart. & Soc. in l. si mihi, & tibi, §. item lex, ff. de leg.
3 1. vbi dicunt, quòd † priuilegium concessum alicui, non obstantibus statutis, operatur etiam in statutis, quæ post factam concessionem interuenerunt. Sed alia ratio per nos adducebatur, quia præiudicium non consideratur tempore gratiæ concessæ, quia tunc non vertit præiudicium, sed tempore vacationis, pro quo facit d. decis. 20. in princ. Sed nunc occurrit vacatio tempore Pauli: Ergo non debet cōsiderari præiudicium expectantium: Et
4 dicebatur, quod quando dispositio † per verba præsentis temporis non tunc effectuatur, vt saltem operetur in futurum, refertur etiam ad futurum. Angel. in l. talis scriptura. in princip. vbi ratio huius vlt. & in vers. in

eadem

eadem glos. & ibi Paul. de Cast. & Alex. in col. pen. ff. de
leg. 1. facit Ioan. Andr. & Specul. in tit. de treg. & pac. in
fin. Paul. de Cast. in l. quia ex diffesum, in tit. princ. de ser-
uit. vrb. præd. Ias. cons. 170. col. fin. vol. 2. Dec. in l. si co-
gnatus, col. 24. vers. quarto concludo, ff. de rebus dub. &
in cons. 21. col. 2. Alex. cons. 26. col. 3. & col. fin. & cons.
21. vol. 4. cons. 81. col. 28. vol. 3. vbi dicunt communem.
Non obstat, quod est gratia Pauli. Quia Clemens non
dixit, expectatiuas, & mandata nostra, sed Apostolica
ad Clem. si gratiose, de rescript. Et etiam facit verbum,
prosequentium, quia tunc gratiæ prosequuntur, quan-
do vacat beneficium. Et sic maior pars Dominorum
fuit vbilibet pro, & quattuor contra.

DECISIO DCCCXLIV.

De appellatio. & remissor.

SVMMARIA.

1 *Appellari non potest a sententia etiam in sui fauorem lata, stante obligatione de stando vnica sententia.*
Contrarium tamen, & verius tenetur, num. 3.
2 *Verbum quando potest referri ad plures actus, debet referri ad primum, quando primus consumit effectum.*
3 *Promissio de stando vnica sententia, quomodo intelligenda.*
4 *Sententia vna lata contra possessorem, sequestratur beneficium: secus si sit in fauorem.*

MOntis Regalis Canonicatus, & præbend. coram
Puteo Michael, vt haberet remissoriam, obliga-
uit se de stando vnicæ sententiæ, & illa executa repor-
tauit duas conformes sententias in fauorem: postea
Martinus aduersarius aliam obtinuit, & executa illa se-
cunda remissoria in sui fauorem decreta, obtinuit duas
primo datas reuocari, & sententiam pro se, & contra
Michaelem fieri. Et quia Michael promiserat stare v-
nicæ sententiæ, & non poterat appellare, & quod si ad-
uersarius non obtinuisset remissoriam cum dicta obli-
gatione, ipse Martinus obtinuisset in sui fauorem dictas
conformes, & si Michael obtinuisset remissoriam in ter-
tia instantia, & ipse illam acceptasset, & postea probas-
set, prout nunc probauit, & habuisset sententiam, vt ter-
tiam confirmationem harum duarum primarum, fuis-
set ipse Martinus coactus progredi ad quintam senten-
tiam, prout nunc cogitur, cum Michael obtinuerit
duas, & ipse necesse sit, quod obtineat tres, si Michael
non cogitur stare vnicæ sententiæ, adducebatur Bald. in
l. veluti, §. hæc vox, ff. de eden. Ias. in l. qui per salutem,
1 ff. de iuretur. Quod † quando statutum cogit coniun-
ctos ad compromissum, non intelligitur tantum de pri-
mo actu, sed donec lis fuerit finita. Ita sententia debet
intelligi de prima tantum, sed differenda quandocum-
que contra Michaelem, arg. l. boues, §. hoc sermone. ff.
de verb. signific. d. l. qui per salutem. Et quia Bald. in l.
2 inuitus, C. de procur. ad fin. dicit, † quod quando ver-
bum potest referri ad plures actus, tunc debet referri ad
primum, quando primus consumit effectum secundum
intentionem loquentium. Sed quando non est ita, tunc
intelligitur etiam de actu interiori, per l. hæc conditio, la
grande, ff. de condit. & demonst. Sed in proposito effe-
ctus non erat de stando sententiæ ferendæ in fauorem
Michaelis, ergo illa non attendenda, sed contra ipsum
lata est attendenda. Facit consil. Rom. in proposito 504.
incipien. in casu proposito. Item promisit non appella-
re, & sic etiam non facere, ergo quandocumque non te-
netur facere, & hoc tenuere quattuor ex Dominis. Alij
3 † vero quinque contrarium tenuerunt, & proponens e-
tiam erat in hoc voto, & ita fuit iudicatum: quia de-
bebat intelligi, quod promisit stare unicæ sententiæ, si
post remissoriam sententia prima contra ipsum fertur.
Nam quomodo prima fuit pro ipso, & alia postea pro
aduersario, nunc intelligitur esse liber ab eius promissio-
ne, ad l. boues, §. hoc sermone, ff. de verborum signific.
& ad plura, quæ in proposito cumulat Felin. in cap. in-
nouamus, de treug. & pac. facit tex. in Clem. ad compe-
scendas, de sequestr. possess. & fruct. vbi vna sententia
4 † lata contra possessorem, sequestratur beneficium, quia
intelligitur, quando fuit prima sententia lata contra
possessorem; secus si prima fuisset pro possessore, & se-
cunda contra, quia tunc non datur sequestrum, vt per
Cardin. ibid. nu. 49. Item propter regulam generalem,
quod debemus fauore Apostolicatus, &c. item, quia
mens se obligantis, vt verisimiliter colligi potest, facit
hoc, quod per remissoriam contra eum prima sententia
proferretur, vt illi acquiescat, sed actus agentium vltra
eorum intentionem non operatur, l. non omnis, ff. si cer.
petat.

DECISIO DCCCXLV.

De priuileg. & præben.

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus cum rigoroso examine præfertur familiari Papæ non descripto.*

VIcen. hebdomadariæ Ioan. Codella fuit Doctora-
tus per Cassad. hic in Vrbe cum rigore examinis
concurrebat in dicta, & diligentijs cum Matthæo fami-
liari Papæ post occupationem, & non descripto Domi-
1 ni fuerunt, † ex quo erat Doctoratus cum rigoroso exa-
mine, quod est de comprehensis in regula prærogatiua-
rum ibi, ceteri autem Magistri, vbi dicitur, quod inter
tales Doctores, & familiares, tales seruetur ius commu-
ne, & quod de iure Doctor talis præfertur tali familiari,
de quo per Fel. in cap. tuas, colum. 3. de maior. & obed.
Petrus de Anch. in Clem. 1. Magist. Claud. in l. Centu-
rio, colum. 2. de vulgar. & pupill. Paris de Put. in tract.
de synd. num. 43. ver. Doctor. Non obstat, quod inquit
Barbat. in procem. Clem. quia loquitur de Doctoribus
factis per verbum, esto Doctor, non autem cum rigore
examinis, licet extra vniuersitatem, vt iste est, & regula
vult, quod inter tales attendatur ius commune, & ita
fuit tentum coram Domino Aquensi.

DECISIO DCCCXLVI.

De restit. in integr. alias recti spolia.

SVMMARIA.

1 *Successor dicitur habere probabilem ignorantiam sui prædecessoris.*
2 *Restitutio in integrum in spolio etiam in beneficialibus aduersus tres conformes non datur: secus in petitorio.*
Suspendit tamen executionem rei iudicatæ, si excluditur præsumptio calumniæ, num. 2.

TOletan. Parochialis coram Domino Britorionen.
Didacus obtinuerat tres sententias super spolio
contra Ferdinandum tamquam successorem spolij Al-
phonsi prædecessoris, & Ferdinandus petebat restitu-
tionem in integrum propter instrumentum possessio-
nis Alphonsi sui prædecessoris, per quod intendebat
probare, Alphonsum primo fuisse in possessione, quam
Didacum, & dicebat instrumentum nouiter repertum,
1 & † quia erat successor, habebat probabilem ignoran-
tiam facti alieni, vt per Rot. in capit. ab excommunica-
to, de rescript. Dec. in regul. cum quis, de reg. iur. in sex-
to, l. fin. ff. pro suo, l. mulier, ff. ad Velleian. Et ideo ex ta-
li ignorantia debet restitui, Bar. in l. ad diem, & in l. cum
filius, §. in hac, ff. de verborum oblig. vbi latè Alex. ideo
propter instrumentum nouiter repertum, & clausulam,
si qua mihi iusta caussa videbitur, debet restitui, l. cum
in fine, l. sed & si per prætorem, ff. ex quibus causis ma-
ior. Bartol. in l. 1. §. si quis, prope finem, de itiner. actu-
que priuat. & in l. 1. de condict. indebit. Hippol. de Mar-
sil. singul. 129. Ias. in l. Imperatores, ff. de re iudic. Dec.
in capit. suscitata, de restitutio. in integrum. Alexand.
cons. 69. in caussa & lite, colum. 2. volum. 3. & maximè
cum sit reus. Paul. Castr. cons. 287. in caussa quæ verti-
tur Parmæ, colum. 4. libro 4. licet essemus in materia
2 spolij. Tamen † Domini hoc tenuerunt habere locum,

etiam io beneficialibus, vt in spolio non detur restitu-
tio, sed tantum in petitorio, & hoc quia quādo post tres
conformes petitur restitutio in petitorio in beneficiali-
bus, illud procedat ex gratia speciali, constito de bono
iure, quo secus est in profanis, vbi regulariter nō datur,
& in spolio, & in beneficialibus non datur hæc gratia,
quia durius agitur cum spoliatore, & etiam quia potest
petitorio sibi succurri, & restitutio datur in petitorio
propter periculum animæ, ne obtineat beneficium sine
Canonica constitutione, quæ ratio peccati non militat
in spolio, cum possit intentare petitorium, sed in hoc ca-
su iste non venit ex gratia speciali, quòd io beneficiali-
bus dicta restitutio detur, sed iure communi, quod ha-
bet locum etiam in profanis, nimirum etiam si sumus in
spolio propter hanc caussam, & instrumentum de nouo
repertum, quod est remedium iuris communis, iste de-
3 bet restitui, Sed † primo surrexit aliud dubium, an im-
pedita restitutio impediat, & suspendat rem iudicatam,
& videtur quod non, l. vnic. C. de restitutio. in inte-
grum, Cassad. decis. prima, de restitutio. in integrum,
vbi pro vtraque parte allegat Doctores. Tamen Domi-
ni tenuerunt, quod executio non impediretur, per Cle-
men. ex calumnijs, & quia sumus in spolio, in quo du-
rius agitur cum spoliatore. Tamen Cassadorus distin-
guit, quòd si adest caussa, quæ excludat præsumptio-
nem calumniæ, quod tunc non impeditur restitutio. Sed
in casu nostro instrumentum de nouo repertum exclu-
dit præsumptionem calumniæ: ergo potest dici, quod
præsens determinatio Dominorum meorum Coadiuto-
rum non transeat sine difficultate.

DECISIO DCCCXLVII.

De iurisdictione omnium iudic. de
foro competenti.

SVMMARIA.

1 *Auditor Cameræ potest procedere contra quoscumque, e-*
tiam non subditos Ecclesiæ, ratione sui salarij, & expen-
sarum,
2 *Forum sortitus ratione contractus; vel quasi potest a iudice*
loci contractus vbique conueniri.

VLixbonen. pecuniaria Didacus Antonius pro non-
nullis mercatoribus in materia hæreticæ prauita-
tis contra Regem Portugalliæ caussam agitauit, & plu-
res Bullas, & Breuia obtinuit, & varias pecuniarum
summas pro eis partibus, existentibus, ipse præsens in
Curia exposuit, & per viam monitorij coram Auditore
Cameræ obtinuit procedi cōtra mercatores, & illos de-
clarari vna cum inuocatione brachij sæcularis, & daba-
tur de nullitate monitorij, & censurarum, ex quo Aud.
Cameræ non habet iurisdictionem in non subditos Ec-
clesiæ mediatè vel immediatè, Sed replicabatur de fa-
cultate Aud. Cameræ, quòd potest monere, videlicet ex-
tra Curiam degentes suæ iurisdictionis ratione salarij in
eadem Curia decreti, & debiti, vel expensarum, seu
mutui, vel contractus in eadem Curia, & non intelligi-
tur si sciat suæ iurisdictionis, hoc est, mediatè vel imme-
1 diatè subiecti Ecclesiæ, sed intelligitur (& in † hoc fue-
runt Domini quinque) quod sint suæ iurisdictionis ra-
tione salarij, seu contractus in Curia decreti, & initi, &
quod personæ, cum quibus est quasi contractus, consen
tiendo sint mediatè vel immediatè subiectæ. Sed orieba-
tur dubium, an ratione salarij, seu contractus dicantur
de iurisdictione Aud. Cameræ, ex quo non sunt in Cu-
2 ria: nam licet c. fin. de foro compet. dicat, † quòd quis
sortitur forum ratione contractus, hoc tamen est verū,
si in loco contractus reperietur, l. hæres absens, in princ.
ff. de iudic. vbi Angel. Paul, & Curt. iunior clarius, &
hoc probatur per cap. Romana. §. contrahentes, de foro
comp. in sexto, vbi primò dicit, si reperitur in loco con-
tractus, & ibi potest conueniri: si verò extra, bene po-
test citari, sed non potest contra eum procedi, nisi, quod
si habet bona in loco contractus creditor mittatur in
possessionem dictorum bonorum ex primo decreto
quod dat dominium, nec possessionem: si verò sunt ex-
tra locum contractus, tunc scribitur iudici loci bono-
rum, quòd immittat in possessionem dictorum bono-
rum ex primo decreto, etiam quod non haberet iurisdi-
ctionem in persona, neque posset excommunicari, vt di-
citur in figuratione casus, vt Innocen. in dicto §. contra-
hentes, vbi Franscisc. colum. penult. Anchar. in quarto
not. Licet etiam fuerit dubium, an iudex loci cōtractus
potuerit citare extra locum, Marian. Soc. iunior, con-
sil. 51. tamen Domini fuerunt, quòd tales dicerentur es-
se de iurisdictione iudicis loci contractus, quia aliàs si
inueniretur, non posset coram eo conueniri, & si extra
locum esset, non posset citari, cuius contrarium dicitur
in §. contrahentes, & licet non posset cogi comparere,
tamen citatur & fit missio in possessionem, ergo est iu-
risdictio, facit quod dicit Abb. in cap. fin. de foro com-
peten. columna vigesimasecunda, & Sal. in Auth. si pro
ea, C. de adult. quod habens domicilium, seu originem
in aliquo loco, si domi existat, non potest cogi ad com-
parendum, l. plerique, ff. de in ius voc. ita absens a loco
contractus non cogitur comparere coram iudice con-
tractus. Ex quo patet, quòd iurisdictio est rei habitu
propter contractum, licet non sit actu propter absen-
tiam, quæ in hac ratione sequitur, Fel. in d. cap. fin. co-
lum. 4. & allegabatur etiam, quod subesset dispositioni
text. in l. omnem, & ibi Angel. ff. de iudic. cum ergo fa-
cultas datur, quod moneat degentes extra Curiam iu-
risdictionis ratione contractus, & iste sit talis, meritò
Domini voluerunt, quòd potuisset contra illos proce-
dere. Sed mihi occurrebat, quòd istud procederet si
contractus fuisset cum alienigena, vel in Vrbe, vel dum
mercatores alienigenæ fuissent in Vrbe, quia si postea
fuissent absentes, tamen effecti fuissent iurisdictionis
Aud. Cameræ, mouebat per tex. in d. l. hæres absens, §.
primo, vbi dicit text. quòd ita demum quis conuenitur
in loco contractus, vel quasi (& in casu nostro sumus in
quasi contractu) si constiterit in loco domicilij non ha-
bere domicilium, sed tabernas, propter gulam, offici-
nas, & ibi cum eo contrahitur, quasi cum viatore qui
sic venit, vt statim discedat. Et ideò inferebant, quòd
cum isti mercatores non solum itinerando, sed num-
quam in Curia fuerint, quòd Didacus propter seruitia
cum eis quasi contrahendo in Curia facta, non potuis-
set illos in Curia conuenire. Tamen Domini tenuerunt,
quòd posset propter Audit. Cameræ facultatem, non a-
liter respondendo ad hunc textum, nisi quod facultas
Auditoris Cameræ receperat hanc interpretationem, vt
notarij attestabantur: nam stylus ita seruatus dat iuris-
dictionem, capit. cum contingat, de foro competen. &
ibi Abb. in tertio notab. per gloss. in cap. Romana, in
verbo consuetudine, de appell. lib. 6. & in verbo, dati po
test, in fi. de tut. & curat. datis ab his Bar. Imol. & Ioan.
in l. 1. in §. denique, ff. de acq. possess.

DECISIO DCCCXLVIII.

De priuilegijs, & facultate, aliàs de Remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus ad plura beneficia obtinenda, potest in eis ab*
executore inuestiri.

SAlamantina de Aracon, coram Ioanne de Stoside-
to fuerat data facultas resignandi, & pronuncian-
di, vt etiam simpliciter posset resignare in fauorem
personæ, & personarum idonearum quæcumque,
quotcumque, & qualiacumque beneficia obtinen-
da, qui resignauit in fauorem Francisci Rostoriæ se-
nioris, qui erat dispensatus ad duas parochiales tan-
1 tum, & illas duas obtinebat. Dubitabatur, an † re-
signatio fuerit bona? & videbatur quod non, quia in-
ferior Papa non potest conferre beneficium curatum

obtineo-

obtinenti aliud curatum, vt dispensatus, & Franciscus obtinebat beneficium curatum, & ad illud non erat dispensatus: Ergo, &c. ad c. si ordinarij, §. in ordinandis, ibi Doct. & Franc. de off. ord. in 6. Secundo dicebatur, quod dato, quod executor dictæ facultatis potuisset conferre tertiam parochialem, quod tamen in collatione debebat fieri mentio, de obtentis beneficijs, per Frāc, ad Clemen. 2. de offic. ord. nec dicatur, quod d. Clemen. habeat locum in legato tantum, immo habet locum nō solum in legato de latere, sed in quocumque alio legato, vel executore habente conferre beneficia Ecclesiastica auctoritate Apost. vt dicit glos. Clemen. 2. io verbo volumus. Felin. in c. ad aures, in 3. col. versic. nec vrget, de rescript. Nec dicatur, vt hic in facultate concessa motu proprio, vt dicamus, prout in prouisione facta motu proprio, vbi non est necesse facere mentionem de beneficijs obtentis, Gem. in cap. de offic. leg. col. penultim. versic. sed ne de syndic. d. cap. tamen, quia facultas dicit, quod possit pro executore conferre quæcumque, qualiacumque, & quotcumque beneficia obtinentibus. Domini fuerunt io voto, quod executor potuerit conferre, nec fuerit opus mentionem facere de beneficijs obtentis propter illam generalitatem verborum, & maximè propter verba qualiacumque, quæ comprehendunt etiam curata, ergo Papa voluit beneficia posse conferre obtenta qualiacumque, ergo curata, ideo non fuit opus de illis facere mētionem, & facultate Papa habuit beneficia resignantis pro expressis, & voluit posse conferri obtinentibus qualiacumque beneficia, & multo magis hoc dicebant procedere, si facultas fuisset concessa resignatario.

DECISIO DCCCXLIX.

De factis famil. & rescript.

SVMMARIVM.

1 *Familiares Papæ possunt expedire litteras gratis de mandato.*

IN eadem Salamant. Francisc. secundus, quia in prima prouisione sibi facta per Clemen. non fuit facta mentio quod esset secum dispensatum ob defectum natalium cū clausula, perinde valere, a Clem. in qua narrabatur se familiarem Clemen. & docuit de familiaritate, & istam gratiam perinde valere, expediuit sub Paulo in forma rationis congrui: & in ea Bulla se narrauit familiarem Pauli, & tamen non erat, & in pede Bullæ
1 est positum, gratis de mandato. Aliqui Domini † dixerunt ex eo, quòd esset in pede Bullæ gratis de mandato, quia etiam, quòd quis familiaris sit, & non expedit litteras gratis, quòd hoc non iuuabit. Ego replicabam, quòd bene familiaris expediuit gratis de mandato: sed non dicitur in eorum mandatis simpliciter, gratis de mandato, sed dicitur gratis de mandato familiari: tamen Domini dixerunt, quòd gratia non erat Pauli, sed Clem. quòd etiam si expediuisset sub ista familiaritate Pauli, quòd gratia non reddebatur nulla, quia non est gratia Pauli. Nec possumus dicere, quòd in gratia nominauit se familiarem Papæ, sed tantum in expeditione Bullarum, & sic tantum redderetur subreptitia expeditio Bullarum. Et sic ad plus teneretur iterum illas expedire, & soluere officialib. Vltimò (& hoc sustulit difficultatem) dicebatur, quòd regula de fictis familiaribus, loquitur tantum de familiarib. abbreuiatorē, scriptorum, & aliorum officialium, non autem de familiaribus fictis Papæ, etiam si in regula non annullet. Domini voluerunt, quòd litteræ, perinde valere, etiam quod in illarum expeditione narretur, quod est familiaris Papæ, sibi Francisco secundo suffragentur.

DECISIO DCCCL.

De sententia excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione, in qua quis stetit per triēnium, non suffragatur ad effectum casuum regula.*

MAguntin. Canonicatus, & præben. ad gradus, inter D. Aquensium & Philippum de Noctelli, qui venerat ex resignatione Iacobi Abel, qui per quinque annos insorduerat in censuris tempore, quo sibi reseruauit regressum: & supplicatio regressus habebat, & cum absolutione a censuris ad effectum etiam in casib. regulæ. Fuit dictum, quod in vna Rodon. inter D. Maceraten. & Ioachimum Milnī, fuit similis casus, & ego recordor, quòd fuit pluries informatus, & maior pars
1 Dominorum tenuit, quod † absolutio non suffragaretur, quando quis per triennium fuisset excommunicatus, quia stando per tantum tempus excommunicatus, videtur paruipendere cēsuras, & esse suspectus de hæresi, quæ regula loquitur tantum de insordescen. por annum, & per tres annos: tamen Ioachimus postea porrexit plures supplicationes, in quib. dicebatur, etiamsi per plures annos insordescat, ad demonstrandum, quod Papa eodem modo concessisset in suo casu, si fuisset peritum. Tamen tenentes contra Ioachimū dixerunt, quod non sequitur, si fuisset dictum, Papa fortè concessisset, ergo habetur pro concesso, & tamen, quia ista decisio veniebat in fauorem Domini Maceraten. Auditoris, Rota voluit, quod negotium concordaretur. Sed hanc non potest concordare D. Aquen.

DECISIO DCCCLI.

De expectatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Processus fulminatorius aliquando permittitur, antequam litteræ sint registratæ.*

FAuen. Canonicatus & præben. inter D. Dionysium dicebatur pro parte Dionysij, quod processus Caroli, super expectatiua fuerat fulminatus, antequam litteræ illius expectatiuæ essent registratæ, & quod litteræ non dantur, nec ostenduntur partibus ad effectum fulminandi processum, nisi postquam sunt expeditæ de stylo registratorum Bullarum, & processus non potest fulminari in prima expeditione expectatiuarum in qua remissoria propter multitudinem expectantium, dat, quod processus etiam sine litteris expectatiuæ possint fulminari, nisi executori præsententur litteræ gratiæ expectatiuæ. Sed expectatiua Caroli erat de secunda expectatione, & sic non comprehensa in dicta regu-
1 la. Ergo processus non suffragabatur. Tamen, † quia processus habebat notarium de eo rogatum, testes, quia dicebant, quod licet iste sit stylus ordinarius, tamen qđ Bullæ interdum solent commodari partibus antequam registrentur ad effectum fulminandi processum. Ideo Domini voluerunt, quòd licet processus Caroli esset fulminatus, antequam Bullæ suæ expectatiuæ fuissent registratæ, quod sibi suffragaretur, non obstante, quod stylus ordinarius esset contra eum ex hoc coram D. Thoma da Thanis.

DECISIO DCCCLII.

De conces. præb. de mand. de prouid.

SVMMARIVM.

1 *Mandata duo de prouidendo inter se paria si reperiuntur, præfertur ille, qui maiorem adhibuit diligentiam.*

TOletan. parochialis S. Ioannis de Ocanna coram D. Maceraten. Franciscus Ortis veniebat ex iure Francisci Gomez, qui obtinuerat mandatum de prouidendo, & Rodericus della Camera veniebat ex iure Alphonsi Villaual. qui obtinuerat aliud mandatum de prouidendo; & in mandato Francisci erat clausula, *volumus autem, quod infra annum curata, seu aliàs inuicem incompatibilia, nisi ad illa obtinenda sufficienter dispensatum foret, dimittere, & infra sex menses a die acceptationis beneficiorum huiusmodi, quorum singulorum valor annus 23. ducat. aur. de Camera, non computando nouam prouisionem super illis a Sede Apostolica impetrare, & litteras super in totum expedire, & iura Cameræ Apostolicæ propterea debita persoluere omnino te-*

ARetin. parochialis de Posano coram me, cum D. Gutterius litigaret cum Donato, impetrauit gratiam, si neutri, sed tempore acceptationis Ludouicus Vosius vigore suæ gratiæ expectatiuæ acceptauit dictã pacochialem, & sic tempore gratiæ, si neutri, non vacabat: quia tñ postea Ludouicus non satisfecit regulæ de diligentijs elapsis trib. mensibus, euanuit sua accepta-
1 tio, & beneficiũ vacauit. Pro Gutterio dicebatur, † quod gratia, si neutri, caperet beneficium, quod tpe impetrationis, si neutri, non vacabat, sed vacauit ex post. allegatur consf. Roman. 435. & in terminis in gratia si neutri, Gemin. consf. 29. Sed similis casus fuerat anno præterito coram D. Mariscotto. Et Dñi primo fuerunt pro consil. Gemin. quia gratia non pôt capere beneficium, quod tũc non vacabat, nisi expresse diceretur. Sed verba gratiæ videntur sonare de præsenti, cum dicunt, beneficiũ quod adhuc vacare censetur. Nec obstat, si per euentum litis constiterit, quia intelligitur, considerato tempore impetrationis gratiæ, & ita fuerunt Domini.

DECISIO DCCCXXV.

De mandatis, aliàs de concess. præben.

SVMMARIVM.

1 *Mandatũ de prouidendo ẽt cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, siue bene, siue malè omnino est exequendum.*

PLacenti. portion. inter D. Gomesium Ferdinandi, & Alphonsum de Fuonte, & Io. Segobia, Alphonsus habebat gratiam mandati de prouidendo, in qua Papa dirigebat illam certis iudicibus, & mâdabat quod domino Alphonso prouiderent. Et postea subiũgebat, prout nos ex nunc, prout ex tunc prouidemus. Modo dubitabatur, an requireretur prouisio exequutorum, ex quo Papa dicit, prouideamr nunc, prout ex tunc proui-
1 demus. Et † Domini fuerunt, quòd requireretur prouisio executoris, siue bona, siue mala. Et quod illa verba, quæ Papa apponit, ex nunc, prout ex tunc, prouidemus operantur ad hoc, quod etiam si malè, aut nulliter sit facta prouisio executoris, procedit: quod tamen conualidatur, quando tunc Papa prouidet, & sic quod omnino requiratur prouisio executoris. Et ita fuit dictum alias fuisse iudicatum *in caussa Legionens. parochialis S. Marci pro Gabriel. Causie contra Alphonsum de Sona coram D. Siluestre, & in alia Terraconen. coram Domino Aragonia, & in alia Patauina canonicatus, & praben. coram eodem Domino Aragonia, & secunda coram Domino Mariscotto, qua nunc in tertia pendet coram D. Thoma de Thanis.*

DECISIO DCCCXXVI.

De concessio. præben.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta per executionem Papa, retrotrahitur ad diem data mandati de prouidendo.*

IN eadem pro parte Alphonsi fuit postea producta prouisio facta in sui fauorem per diem post acceptationem, & prouisionem Goueníj, & quia gratia Alphonsi habebat ex nunc, prout ex tunc, & econtra,
1 Domini uoluerunt, quod † secuta dicta prouisione executoris, Papa intelligatur prouidisse a die datæ. Nec obstat, quòd acceptatio, & possessio Goueníj sit intermedia, videlicet ante prouisionem, & executionem factam Alphonso, quia Domini dixerunt, quod licet Gomesio esset ius quæsitum, tamen non erat reuocabiliter quæsitum. Itẽm, quod si Alphonsus prouideretur, fugeretur a tempore datæ suæ gratiæ prouisionis, & nullum ius Gomesio quæsitum esset. Hoc tamẽ mihi videbatur durum, quia si Gomesius per plures annos beneficium obtinuisset, sed non esset pacificus triennalis, quòd si ex post Alphonsus obtinuerat per executorem sibi prouidentem, quod tamen Gomesius, qui prius per plures ann. antea acceptauerat, & possederat, nihil haberet. Tamen hoc non obstante, Domini dixerunt, quòd contra meam opinionem pluries fuit tentum; idcoque est necesse, quod videamus, an gratia Gomesij quæ est posterior, suspendat gratiam Alphonsi; vel saltem procedent a pari, cum Gomesius haberet, quòd inter obtinentes gratias similes sit locus diligentijs, & præuentioni. Et pro hac decis. præsenti allegatur decis. 1. de concess. præb. videlicet, quod ista retrotrahi debet a die datæ, postquam fuit Alphonso prouisum.

DECISIO DCCCXXVII.

De concess. præben. aliàs de Commendis.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius non capiens possessionem commenda, intra annum, ex negligentia non amittit ius suum.*
Declara tamen & limita, nisi pracedat prafixio termini.

SAlamantin. de palatios Rubeos coram Mariscano, fuit dubitatum, *numquid tempus cõmenda ad annum a die pacifica possessionis curat, vt inducatur vacatio ipso iure, prasupposito, quòd commendatarius non fecerit diligentiam de adipiscenda possessione infra annum, & sibi non fuerit prafixus terminus ad diligentiam faciendam.* Fuit decisum de anno 1540. de mense Octobris, quòd
2 non † dicatur Commendatarius propter negligentiam perdidisse ius suum, & quod non fuit commissa caussa in electione. Et capit. licet Episcopus. de præben. in 6. in casu nostro (vt not. glos. ibi in cap. commissa) non vendicat sibi locum, nisi præcedente monitione, vt latius in informationibus. Et idem prius fuerat tentum coram me in vna Vrbeuetan. Archipresbyteratus, quod habens regressum licet non capiat possessionem beneficij vacan. tamen propter negligentiam non dicitur amisisse ius suum. Et pro parte Ioan. Solani venientis ex iure Episcopi, opponebatur etiam, quòd negligentia noceret, l. si plures, de constitut. Alber. in l. nam post tres, ff. si quis caut. Host. in Summa, in rub. de condit. inst. vbi dicunt, quod conditiones potestatiuæ non habentur pro impletis, si stat per eum, qui implere debebat. Et allegabatur cap. metum, de regul. iur. in 6. in contrarium pro Episcopo, quòd non amiserit ius suum, nisi præcedente præfixione termini, aut saltem monitione, allegatur Innoc. in cap. extirpandæ, §. quia verò. de præben. Fel. in c. si autem, colu. 3. de rescript. Domi. §. quia, idem Ias. & Alexan. in l. ita stipulatus, ff. de verb. obl. nu. 13. Philip. in cap. Apostolicæ, in glos. fin. de re iud. lib. 6. ibi tamen non reperio, quòd glos. in cap. commissa, dicat, quod debeat in illo tex. præcedere monitio. Sed respondetur ad illum textu, in c. licet, quod illud ibi, quia est legitimè cautum, secus in alio casu a iure nõ deciso, quia propter negligentiam quis non debet priuari iure suo. Et quod in illis iuribus non requiratur mentio, facit cap. dicit, §. quod si. de elect. in 6.

DECISIO DCCCXXVIII.

De rescriptis, de concess. præben. aliàs de expectat.

SVMMARIVM.

1 *Successor in iure alicuius defuncti non potest acceptationem generalem ad speciem deducere, etiam si constet de noua prouisione.*

IN vna Virdnnen. Sancti Victoris coram Domino Sarnen. acceptans erat mortuus, & qui impetrauerat, vt vacans per obitum, volebat acceptationem generalem defuncti factã in Archiuio deducere ad speciem super hac parochiali. Et adducebat coniecturas, quod defunctus declarauerat voluntatem suam, quia aderat noua prouisio super dicta parochiali nomine defuncti. Ad quod fuit responsum, quod defunctus erat absens, quando fuit obtenta noua prouisio super dicta parochiali, & quia sollicitauit illam, non asserebat se sollicitasse de mandato defuncti. Item quod fuit per duos annos post datam, & sic quod fuit sub parua data. Vlterius, quòd erat modica impensa, ita quod non debebat præsumi facta de mandato defuncti. Vlterius erant duo testes, vnus de auditu a defuncto, quod volebat venire ad caussam super dicta

paro-

parochiali pro suo interesse, alius de auditu ab alio;
1 Tamen Domini dixerunt, quod non declarauit se velle venire ex iure acceptationis. Nam forte poterat aliunde ius prætendere. Item dicebant, quod si viueret defunctus, & vellet de illa acceptatione aliud beneficium sibi acquirere, vnus testis quidditur, se velle venire ad caussam propter parochialium, non tantum excluderetur, quia posset declarare acceptationem super alio beneficio, cum posset dicere, quod ex alio iure, quàm acceptationis volebat venire ad caussam. Ergo, &c. Et sic Domini fuerunt, quod non obstantibus dictis coniecturis successor non debet declarare.

DECISIO DCCCXXIX.

De valore exprimendo.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij debet probari per eum, qui gratiam obtinuit.*

MAioricen. beneficiorum coram me inter Alphonsum Duraret. Didacum Verga, Io. Martinus habebat gratiam mandati de prouidendo ad summam scut. 150. & acceptauerat eadem die plura beneficia, & postea possessione non habita resignauerat in Salirias, & Salirias in D. Didacum, & Alphonsus dicebat, quod ista beneficia, de quibus agitur, & alia, quæ eadem die acceptauerat Io. quod prius quam iste resignauerat in Salirias, & Salirias in Didacum excedebant dictum valorem, cū Didacus in suis litteris expresserit Archipresbyteratum, & Canonicatum, in 150. scut. & pro annata se obligauerit. Quærebatur, etiam quod non constaret de valore beneficiorum in Duennas resignatorum, an Ioan. Martini Cessionarius teneretur probare, beneficia eadem die accepta non excedere valorem scut. 150. ex quo Ioan. Martinus numquam possedit. Et sic non est locus allegationi Lapi, quod quis non teneatur iustificare titulum sui prædecessoris. Et dicebatur, qd non, sed apparet ad dec. Bell. 152. & 302. Bisig. 6. de præben. Et replicabatur, quod decisio Ægid. procedit, quando nō opponitur, & allegabatur dec. 46. de cōcess. aliàs 65. aliàs 800. de præben. in antiq. aliàs 600. Felin. in cap. ad aures, colum. 3. ver. 3. conclusio, & vers. fallit primo. de rescripit. Et quod decis. 800. loquitur, nedum in gratia specialiter, sed etiam communi, & sic etiam si non sit ad certum beneficium, prout est hic: Non obstat decis. 6. Bisig. quia loquitur in gratia in forma pauperum, quæ est in sua dispositiua ad quodcumque beneficium. Sed postea habet in fine exceptionem notę tamen interioris, quòd non capiat beneficiat, nisi tanti valoris. Sed in gratia nostra valor est pars gratiæ, & ideò debet pro-
1 bare, vt per Felin. vbi supra. Et † licet aliqui tenerent contrarium, tamen maior pars fuit, quod Gratiatus teneatur probare, quia ita fuit aliàs tētum de anno 1538. coram Domino Mariscano in vna Calaguritan. Archidiaconatus per D. Ioan. de Angruaoo, & 1539. in vna Arboren. coram D. Siluestro, & multo magis hoc esset in casu nostro, vbi sunt aliquæ coniecturæ, quod beneficia omnia acceptata excedant valorem gratiæ, arg. l. fi. & ibi Bar. C. quod met. caus. &c. primo, vt beneficia. Bellarm. decis. 421. quia quando Io. Martini resignauit in Salinas consensit super supplicatione, vbi Archipresbyteratus, & Canonicatus exprimebantur ad scut. 150. non excedere.

DECISIO DCCCXXX.

De Præbendis.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta per obitum, quæ tamen fieri debebat per resignationem, non potest sustineri, licet vacatio per obitum interuenerit.*

BEllican. Prioratus coram Domino Mariscano, præsupposito, quod ille, qui dictum Prioratum contulit, haberet etiam facultatem conferendi reseruatam, et quod vacauerit apud Sedem, & quod Prioratus iste per resignationem Stephani in Curia fuerit commendatus Gulielmo, & Gulielmus extra Curiam obierit, & fuerit per talem executorem habentem potestatem collatus per obitum Gulielmi, cum merito iure non vacaret per obitum Gulielmi, sed per resignationem Stephani, cum cessante commenda vacaret eo modo, quo prius,
1 an talis collatio sustineri possit, cum saltem de facto vacet per obitum Gulielmi. Et Domini tenuerunt, quod
1 † non possit sustineri collatio, & sex aduocati informabant, tres pro qualibet parte, & pulcherrima fundamenta adducebant, quæ poterunt videri in eorum informationibus, & non valde longum esset ea inserere.

DECISIO DCCCXXXI.

De annali.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio de regula de annali, non potest dari post prouisionem factam ab Ordinario, & ius prouiso quæsitum.*

GAberien. Parochialis Serrauallis contra Puteo Claudius impetrauerat beneficium; quod per annum Franciscus pacifice possederat, & incidit in secundā partem regulæ; Postea moritur Franciscus, & ordinarius prouidit de priuata parochiali Serrauallis Iacob. Et postea Claudius impetrauit ex resignatione Guidonis, cū derogatione regulæ de annali, quo ad eius secundam partem. Et postea Iacobus, vt ostenderet, quod beneficium non erat litigiosum, & quod Ordinarius sibi potuerat conferre, dedit de regula de annali. Sed Claudius replicabat, quod fictio regulæ non posset retrotrahi, cum ipse prius, quam esset datum de regula; haberet derogationem dictæ regulæ, cum regula loquatur per verba importantia fictionem, videlicet, censeatur, &c. habet, &c.
1 Sed respondebatur, quod † talis derogatio venit post Ordinarij prouisionem, & sic ius quæsitum Iacobo, & beneficium erat plenum. Nec obstat, quod non fuisset tunc datum de regula, quia quandocumq; producatur, operatur, ac si ab initio fuisset producta, quia lex est vera, de eo, quod est in rerum natura, licet sit absconditū nobis, l. cum quid, §. sicut, & ibi Doctores, ff. de acq. hære. Nam productio regulę non inducit fictionem, nec facit desinere esse litigiosum, sed declarat & deregit, beneficium non fuisse litigiosum, vt Cass. super regula dicit. Et quod regula aonullet gratiā, & inde sequuta, fuit aliàs coram me tentum in vna nullius Abbatiæ, & coram me in vna Conchen. Sancti Michaelis inter Io. de Morillas, & Franciscum de Mendoza.

DECISIO DCCCXXXII.

De expectatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas Papæ ad effectum validitatis gratiæ sufficit, saltem semiplenè probari: secus si ageretur de reseruatione beneficij vacantis per obitum familiaris.*

BRiocen. Canonicatus & præben. pro Francisco Galleo in expectatiua Fran. dicebatur, tibi familiari, & continuo commensali nostro, & Franciscus aliàs non dicebat de familiaritate, nec probaba se descriptum in rotulo Cancellariæ, ubi describuntur alij familiares. Et fuit dictum, quod istud sufficit ad effectum validitatis
1 gratiæ, quia † ideo nominatur in gratia familiarium, ut expediat gratias. Ergo secus si ageretur de reseruatione beneficij vacantis per obitum famil. quia tunc deberet aliter familiarita aprobari, ut quod reseruabat Pap. & hoc coram me fuit tentum.

DECISIO DCCCXXXIII.

De concess. præbendæ.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio beneficij vacantis per obitum non datur nisi petentis, & magnis precibus.*

SAlamant. de Palatio Rubios per Io. de Solano contra Petrum Martinez fuit tentum, quòd supplicatio impetrationis beneficiorum ualoris 50. ducat. in fauorem Episcopi Salamantin. fuit obtenta de eius scientia, &

tia,& quod illam notam habuerit,non obstante,quod esset modica impensa:quia licèt hoc non præsumatur in com missionibus caussarum,hoc ideò est,quia lis potest affer re damnum. Item quia passim conceditur vti noua
1 prouisio, & gratia si neosti. Sed † prouisio de vacan. per obitum, vt erat in casu nostro, non datur nisi petenti & maximis precibus. Item dicebatur quod supplicatio fuit notata post saccum vrbis tempore, quo Papa Clemens detinebatur in Castro Sancti Angeli, & in eodem Castro erat ipse Episcopus, & multum gratus Pontifici, & tractabatur de persona ipsius Episcopi eo modo: secus vero in nouis prouisionibus, & similibus, quæ passim conceduntur. Et si fortè esset damnosa Episcopo, fuit sibi prouisum. Et hoc coram Domino Marisano.

DECISIO DCCCXXXIV.

De appellationibos.

SVMMARIA.

1 *Collatio beneficii facta post priuationem intra terminum ad appellandum, est nulla, etiam si postea non fuerit appellatum.*

2 *Priuatio beneficii potest reuocari per viam attentati. Fallit in priuatione seu executione, quæ fit citra factum hominis, num. 3.*

BArchionen.& Vrgellen.Canonicatus,& præben.co
1 ram Mariscano fuit dubitatum, *an collatio † facta post sententiam priuationis beneficiorum infra decem dies ad appellandum valeat, vel saltem conualescat, si postea*
2 *non fuisset appellatum?* Et fuit dictum,quod † Papa fundat se in facto iudicis, non in priuatione, quæ veniebat reuocanda per viam attentati,per Ioan.Andr.cum qoo alij transeunt, in cap.non solum,in fi.de appell. in 6. & ibi Gem,in §.illo verò,col.penul. versic. licet ista verba sint discussa,& ibi Paris.col.pen. versicu.in ea glos.Nec Innocen. dicit contrarium, si bene percipiatur, licet in contrarium allegetur,in cap.cum in cunctis, in ver.vnisum,de concess.præben.quia videtur loqui,quando sententia trasiuit in rem iudicatam. Quod non est in casu nostro, quia prouisio fuit facta ante lapsum tempos ad appellandum. Nec obstant not. per Imo. in l. qui alienationibus. §.si quis incapax.ff.de testam.versic.igitur
3 gloss.qoia † Imola loquitur io executione, quæ fit a iure citra factum hominis, vt in deportatione, & amissione ciuitatis, & sententia excommunicationis, & simil. prout Bartol.in l.fi.ff.de his qui not.infam. & Bart. per illum tex. in l.qui vltimo,ff.de pœn.in quib.casibus statim lata sententia lex facit executionem, omni facto homiois cessante: secus io sententia priuatoria beneficij, maximè cum in eius exequutione requiratur non modicum factum hominis, vt in cap.licet Episcopus,de probat.in 6.Non obstat Ancha.cons.295.quia ibi mandatur, quod prouideatur de beneficio, quod homicida obtinuit,constito de homicidio. Sed in casu nostro fuit de beneficio,vt vacan.per priuationem, postea fuit adducta concludens ratio. Nam Papa narrat beneficium vacatum per priuationem, & sic credidit, sententiam transiuisse in rem iudicatam: noo autem,quod esset infra tempus ad appellandum,& sic impetratio est subreptitia. Et licet Papa possit conferre beneficium, quod nondum vacat,quòd verum est in homicida,si constiterit illum homicidiom commisisse,secus tamen est in casu nostro, vbi prouidet de beneficio vt vacante, quod tamen non vacabat,& sic est subreptitia impetratio.

DECISIO DCCCXXXV.

De aonali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali procedit,& annullat gesta,illa non seruata,etiam si non feratur sententia.*

GEbenoens. parochialis Serauallis coram Puteo fuit dubium, *an verba, quòd beneficium non censetur litigiosum,posita in fine regula de annali, intelligantur solum,cum lata sit sententia in fauorem possessoris, an verò referantur ad omnia præcedentia.* Et dicebatur,quòd non,quia in primo capite in verbo,alioqoin,erat imposita pœna annullationis actorum,quæ quidem pena referebatur ad præcedentia,& illud verbum, postea,positum in fine,ad sua proximè præcedentia, quia quælibet oratio erat perfecta. Tamen Domini tenuerunt contrarium, & sic contra q.82.Domini Satnen.in d.reg.de annali,quia voluerunt,quod illa verba in fine posita referantur ad omnia præcedentia, adeò quod etiam si sententia non sit lata, incidendo in regulam de annali, beneficium intelligatur litigiosom:aliàs si vellemus de iure,quod impetrator sit repertus improbus per sententiam,sequeretur,quod non esset locus regulæ,nisi post tres conformes,quia pendente appellatione non potest dici improbus,propter sententiam,cum appellatio suspendat sententiam.Et sic voluerunt,quòd quomodocumque quis incidat in regulam, etiam si sententia non sit lata,beneficium desinat esse litigiosum, ita quod per ordinarium potuerit conferri.

DECISIO DCCCXXXVI.

De concess.præben. & de regula reseruatoria.

SVMMARIVM.

1 *Gratiam acceptans tenetur probare, licet præsumatur in tempore acceptasse.*

PLacentin. Scholasticæ coram Domino Thoma qois habebat gratiam ad uacaturam in octo mēsib. Appostolicis. Foit dubitatum, an teneatur probare, beneficium per ipsom acceptatum uacasse in mensibus Apostolicis. Quia dicebatur, quod qois præsumitur acceptasse in tempore,ad decis. Ægid.319.3.aliàs 131. & 345.de concess.præben. Rot.13.& 29.in antiq. Tamen
1 Domini † tenuerunt,quod teneretur,gratiam probare, licet quis præsumatur acceptasse in tempore,quia præsumitur diligens in suis negotijs, & sciens, & sic quod beneficium uacauerat in mense Apostolico uel ordinario: imò si attendimus, in quo se fundant Domini,posset dici,quod uidetur acceptare in mense ordinario, quia habebat gratiam ad menses Apostolicos, & sic ista est pars gratiæ. Ergo illam probare tenetur.

DECISIO DCCCXXXVII.

De rebus Eccl.non alien. De empt. & vendit.

SVMMARIA.

1 *Villa siue vniuersitas alienari non potest inuitis hominibus, & num. 5.*

Secus tamen si alienetur cum vniuersitate, nu. 4. & 6.

Quamuis contrarium dicatur, nu. 2.

Intellige tamen, vt nu. 3.

TErraconen. iurisdictionis Villæ de Reus. Villa hæc de Reus pertinebat ad Cameram, & qoia pendebat quædam lis ratione dismembrationis de dicta Villa, Camera per Clem. Pap. VII. concordauit cum capitulo Terraconen. quod Villa esset capituli, quòd capitulum solueret Camerario certam pensionem, & aliam Philippo eius genitori, & successoribus. Vnde Papa Clemens qnando dictam Villam dismembrauerat a Camerario,& Philippo,eam prędicto capitulo cum omnibus Castris, locis, bonis, & redditibus, & mero & mixto imperio concesserat. Et quia dobitabatur de uirtute dictæ dismembratioois, & concessioois, ideò fuit deuentum ad dictam concordiam inter Capitulom, Camerarium, & Philippum. Et Papa Paulus dictam dismembrationem, & cōcordiam cum prægnantissimis clausolis approbauit, & dictam Villam, ut supra Capi-
tulo concessit. Fuit dubitatum, an Villæ inuitis homi-
1 nibus ipsios Villæ potuerit alienari? Et dictum, † quod non, quia dicebatur, quod text. in §. ex eadem lege, de lege Corradi, in usibus feud. loquebatur in ciuitate Mediolanensi, ubi est talis consuetudo, & quod secus erat, ubi non erat talis cōsuetudo,& allegabatur text. in

§.præ-

§.præterea, de prohib. feu. alien. per Fed. Et dicebatur,
2 φ † etiam procedat si fuerit vniuersalis alienatio. Host.
& Felin. in c. dilectus, col. 3. ver. intellige, de maior. &
obed. Abb. cons. 3. incip. imperfectiiam, & cons. 22. vol.
2. & Moder. in c. 1. de prob. & Doct. in §. ex eadem lege,
& in §. præterea ducatus. Aluar. in §. si quis fecerit, col.
2. quo tempore miles, & ibi Alex. Et quod illud, quod
3 dicitur, quòd † possunt vasalli alienari cum vniuersita-
te, non debet intelligi de vniuersitate, vt esset Villa, sed
si quis alienaret Marchionatum vel similia magna, ut
per Abbatem in d. cons. 22. & cons. 12. inter consil. Brun.
4 col. 2. ver. non obstat. In † contrarium, quod ista alie-
natio facta cum uniuersitate illius Villæ, de qua in casu
nostro, ualuerit inuitis hominibus ipsius Villæ, adduce-
batur Ias. in l. si non sortem, §. libertus, col. 10. ff. de con-
di. indeb. & Abb. d. cons. 12. inter cons. Brun. Bal. in d. §.
ex eadem lege, de leg. Corrad. & Ias. ubi supra allegat
Abb. cons. 110. & cons. 3. uolum. 3. cons. 12. uer. secundo
principaliter potest dici. Bal. in l. 2. in fin. prin. ff. sol. ma-
trimi. & ibi Imol. & Alb. quos alij sequuntur, ut refert
Th. Parpa. ibid. col. 23. uers. ex dictis, Alex. cons. 25. col.
6. uol. 5. Tamen tenetur contraria senrẽtia. Et licet Rip.
in tract. de pest. lib. 2. uer. 25. uideretur tenere contra-
rium, tamen loquitur, quando Dominus vult alienare
feudum, quod erat ipsius uasalli, qui non potest priuare
uasallum sine caussa. Et Fel. in d. c. dilectus, non persi-
stit, sed dicit, quòd si quis alienaret feudalia, & allodia-
lia, quòd tũc uasallis inuitis possint transferri. Et Abb. d.
cons. 12. non cõtradicit, sed dicit, q̃n totus comitatus a-
lienaretur, φ uasalli inuiti transferantur. Sed Camera-
rius alienauit, Papa cõfirmauit Villam totam cum per-
5 tinentijs & territorijs; Ergo &c. Nam † si solam iurisdi-
ctionẽ in subditos uellet alienare, retinẽdo Villã pro se,
non posset, quia tunc uasalli non alienarentur cum uni-
uersitate. Et pro hac parte affirmatiuè adducebatur etiã
Rom. cons. 26. prope fi. uer. attẽdendo istud est certum,
quod cum uniuersitate, Fab. de Mont. in tract. de empt.
& uend. in 3. q. prin. uer. 11. quæro an Rex possit uende-
re, Io. Ant. Rubeus, Alex. cons. 69. Guliel. in repet. cap.
Rain. in uersic. habens duas filias, fol. 20. col. 2. Curt. in
tract. de feud. in 4. par. princ. in materia alien. feud. uer.
aggredior primam regulam principalem, ubi dicit istã
communem opin. si alienatio sit facta in æqualem uel
maiorem. Et pro hac opinio. est Bal. in l. 2. C. de doo. &
trib. alijs locis per Alex. allegat in l. 2. in princ. col. fin. ff.
sol. matrim. & ibi Alb. Imol. Anch. Hier. de Pisa, Lucas,
Crau. & Alex. cõs. 25. col. 6. uol. 5. Abb. d. cons. 3. col. 23.
secundum paruam impressionem, uers. secundo princi-
paliter, uol. 2. glos. in uerb. ad aliam, in §. præterea, de
prohib. feud. alien. per Fed. Barb. in c. quoties, col. pen.
de rer. permut. Bisig. in comm. consuetud. Burg. fol. 216.
col. 2. Abb. in c. auditis, col. 8. uer. in composit. nu. 21. de
præsumpt. Bald. cons. 97. incip. proponitur, col. 7. Sed in
contrarium pro negatiua est idem Bald. & Pau. de Cast.
in l. debitori, C. de pact. & Sal. cum alijs, de quibus per
Barbat. cons. 5. uol. 3. cons. 11. eod. uol. ubi limitat ratio-
ne pacti, & concordiæ, licet contrarium uideatur nota-
6 ri cons. 12. col. 2. inter cons. Butr. † Tamen omnes Do-
mini fuerunt pro affirmatiua, quòd in casu nostro te-
neat alienatio, per d. §. ex eadem, & per Doct. de quibus
supra, qui sunt plures numero, & quia ratio suadet,
quòd Dominus, qui est moderator & arbiter in re sua,
non impediatur uendere, & alienare Villam, & Ca-
strum, aut Communitatem propter uasallos, qui dice-
rent se nolle mutare Dominum.

DECISIO DCCCXXXVIII.

De triennali, aliàs de restit. spoliat. Sarnen.
in hac regula, q. 3.

SVMMARIA.

1 *Restitutio in integrum potest peti aduersus sententiam nulli-
ter latam in petitorio.*

2 *Regula de triennali non tuetur spoliantem, licet habuerit
sententiam pro se, quin possit dari de spolio ratione peti-
torij.*

VLixbonen. beneficij de Turribus Vedras corã Ma-
riscotto duæ sententiæ absolutoriæ fuerunt latæ in
spolio, & petitorio pro Andrea contra Georgium, & in
tertia Georgius obtenta remissoria probauit spolium, &
obtinuit per duas conformes dictas duas contra se latas
reuocari, & Andream in spolio condemnari. Verum,
quia tempore primæ sententiæ latæ in fauorem Georgij
lapsa erant fatalia, & sic sententiæ per Andream tran-
sierant in rem iudicatam, fuerunt sententiæ vt nullæ per
Georgium reuocatę, & Georgius quoad petitorium pe-
tijt restitui in integrum: Nam ad spolium non potuit,
cum in spolio non detur restitutio, vt valeat se iuuare
1 suis probationibus factis ante lapsum fatalium. Et † fuit
dictum, quòd poterat cum caussa restitutionis in inte-
grum sit succedanea, vt notatur per Felin. in c. caussam
quæ, in princ. de test. Sed Andreas dabat de regula de
triennali: Georgius, quòd regula non tuetur ipsum spo-
liantem: dubitabatur, an Georgius posset dare de spo-
lio, cum super illud haberet rem iudicatam contra se,
2 & ex illo agere non posset? Domini fuerunt, † quòd licet
non possit dari de spolio, ratione & caussa spolij, in quo
ipse non potest audiri, quòd tamen potest dare de spo-
lio ratione petitorij, vt excludat aduersarium a regula;
prout si Andreas Titium spoliasset, Georgius non posset
agere spolio, quia non esset spoliatus: tamen datur de
spolio per Andream & Titium, si Andreas contra ipsum
Georgium se tuere vellet de regula de triennali, cum re-
gula non tueatur spoliatorem.

DECISIO DCCCXXXIX.

De iudicijs de dilationibus.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes non datur procuratori, quando citatio est bene
executa in partibus.*

OXomen. Parochialis coram Puteo, quia personali-
ter non fuit repertus in loco, videlicet in ciuitate
& dięces. Oxomen. Nam residebat in Legionen. Fuit ci-
tatus, & iuxta formam citationis in Cathedrali Oxo-
men. & in parochiali præfata, de qua agebatur, & suus
generalis procurator, qui fuerat institutus ante com-
missionem caussæ, produxit mandatum & petijt dilatio-
1 nem ad partes. Fuit dictum, quod † sibi non debentur
dilationes ad partes, quando est bona executio facta in
partibus, quæ etiam, quod personaliter non sit executa,
tamen afficit citatum. Ergo non debentur dilationes,
quando citatio est bene executa in partibus.

DECISIO DCCCXL.

De priuil. & indultis.

SVMMARIA.

1 *Gratia ad beneficia vacatura intelligitur de vacatione, tam
in mensibus reseruatis contingente, quàm in spectantibus
ad ordinariorum collationem.*

2 *Ius extensum difficilius tollitur, quàm comprehensum.*

VIrdunen. Canonicatus coram Puteo Leo indulsit
capitulo Virdunen. *quòd omnia beneficia ad colla-
tionem, & præsentationem capituli essent sub concordatis
Germaniæ, & gauderent eisdem priuilegijs, & indultis
perpetuis futuris temporibus, ita vt in sex alternatis men-
sibus possent conferre, perinde ac si expectatiuæ mar dati
non emanassent, & ac si in dicta Ecclesia consisteret in
Germania, & non posse dicto indulto derogare, nisi per
eius litteras facientes specialem, & indiuiduam mentio-
nem, &c.* Postea Papa Paulus sic concessit reseruatio-
nem Nicolao Venutio ad beneficia vacatura spectan-
tia ad collationem, tam Capitulorum singulorum,
quam Canonicorum, & personarum, & Episcoporum
Tullen. & Virdunen. & Canonicatus, de quo agitur,
vacauit in mense alternato comprehenso sub concor-
datis Germaniæ. Fuit dubium, an Nicolaus posset illud

acceptare,& capere sub sua gratia. Et fuit dictum, quòd
1 sic, quia † Papa dedit gratiam ad beneficia ad collatio-
nem Capituli, etiam si beneficia vacarent in aliquo ex
mensibus Papæ reseruatis, aut ordinarijs collatoribus
per constitutiones, seu litteras alternatiuas, seu alia pri-
uilegia,& indulta quomodolibet concessa, & conceden-
da. Et licet dicatur, ordinatijs collatoribus, tamen po-
test intelligi de Capitulo, quod Capitulum vt in Virdu-
nen. interdum ex consuetudine est ordinarius collator,
Suadetur, quia postea inhibet Capitulis ne beneficijs
vacaturis se intromittant, postea subiungit, quibus om-
nibus, & singulis illorum tenoris,&c. Non obstat, quòd
dicatur, quod concordara habent vim contractus, vt in
illis dicitur cum Sede Apostolica, & quod Papa num-
quam intelligitur illis derogare, nisi de illis faciat ex-
pressam mentionem, vt est stylus, quia Ecclesia Virdu-
nen. non est comprehensiue sub concordatis, sed exten-
2 siue, & certi iuris est, quod difficilius tollitur ius † por-
rectum, quam comprehensum, Pau. in l. sequitur, §. Se-
ius, ff. de vsucap. Abb. in c. fin, col. 3. de rescript. quia hic
non tollitur, sed suspenditur alternatiue quoad vacatio-
nem vnius beneficij tantum.

DECISIO DCCCXLI.

De fideiussoribus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, c. Odoardus, de solut. cum similibus non suffra-
gatur dolosis.*

ARboren. Parochialis de la Caua coram Mariscot-
to quidam obtinuerat tres sententias cum fru-
ctuum & expensarum condemnatione; Condemnatus
1 petebat se admitti ad c. Odoard. de solut. Fuit dubita-
tum, post tres conformes quis posset admitti ad cessionē
bonorum per d. c. Odoardus, & c. peruenit? Et Salic. in
l. 1. C. qui bon. ced. poss. tenuit quod sic, cum quo transi-
bat Puteus, Thomas, Mariscanus. & Alex. Vaten. Et di-
cebant, quòd satis punitur, qui condemnatur in expen-
sis. Dominus Verallus, & Sarnen. contrarium. Ego ve-
ro qui secutus sum Rainald. & Aquen. distinguebam
per Bald. in l. 1. vers. sed hic requiritur. C. qui bon. ced.
poss. Alex. in l. alia, §. eleganter, num. 15. ff. sol. matrim.
Et Sarnen. & Verallus sic simpliciter tenebant, condem
natum non admitti, vt voluit Ang. & Ias. in §. fin. Instit.
de actio. pro quibus facit l. sed hoc ita, §. fin. ff. de re iu-
dic. & c. Odoardus, ibi, confitentur debitum, &c. Et plu
ra in simili de negante, quod amittat beneficium quod
sibi competebat, adducit Hippol. in rubr. de fideiuss. nu-
me. 322. Multò magis tenuerunt distinctionem aliàs,
cum qua ego etiam, videlicet quòd aut condemnatus
habuit iustam caussam litigandi, & tunc non sit indi-
gnus dictis beneficijs, aut non habuit, & sit indignus.
Nec obstat, quod non puniatur in expensis: quia ve-
rum est quoad labores victoris, sed nō quoad veras ex-
pensas. Nec obstat quod non potuerit renunciare priui-
legio sibi competenti: quia fuit dictum, quòd dictis pri-
uilegijs, de quibus supra, potuit renunciare, & maxi-
me cum litigandi sit iusta caussa, & sic fuerunt vota di-
uersa. Tamen quia in illa caussa condemnatus ad spo-
lium præsupponit dolum, Domini fuerunt omnes, quòd
talis esset indignus dictis beneficijs, & d. Sarnens. quod
indistinctè esset indignus, dixit ita Rotam tenuisse in c.
significante, col. fin. super reg. de non iudic. iuxta for-
mam supplicationis.

DECISIO DCCCXLII.

De iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus immemorabile non iuuat familia potente ad pro-
bandum iuspatronatus ex fundatione vel dotatione.*

OScen. Parochialis S. Vincentij coram Sarnen. fuit
retenta opin. Ant. de Burr. in c. cum dilecti, de off. de-
1 leg. quòd † licet familia priuata, quæ ab immemoriali
tempore præsentauit, iam possit allegare iuspatron. ex
fundatione vel dotatione: Et ita allegando & probando
immemoriale tempus, præsumatur, & iudicatur, de be-
neficio vt de iure patronatus ex dotatione vel fundatio-
ne: secus tamen est in vniuersitate, quia præsumitur ex
vsurpatione. Fuit dictum idem in infante Regis Hispa-
norum. Nam tunc infans cum vniuersitate S. Vincen-
tij, prætendebat habere dictum iuspatronatus: & dice-
batur, quòd infanti competebat ex fundatione, & dota-
tione: Et Rex voluit, quòd si aliter non probaretur,
quòd præsumeretur ex vsurpatione. Idem in Dominis,
seu familia potenti, vt dicebant aliqui Domini fuisse
tentum in familia Vrsinorum, quia militat eadem ratio
potentiæ, quæ militat in vniuersitate, & quod in familia
potente pluries fuerit tentum in Rota Reuerendiss. D.
Simonetta dum erat Auditor, hoc notauerat.

DECISIO DCCCXLIII.

De expectatiuis.

SVMMARIA.

1 *Clausula, sine præiudicio similia mandata prosequentium,
non trahitur ad concessiones futuras.*

Contrarium tamen est verius, num. 2.

3 *Priuilegium concessum alicui non obstantibus statutis, ope-
ratur etiam in statutis, quæ post factam concessionem in-
teruenerunt.*

4 *Dispositio quando per verba præsentis temporis suum non
operatur effectum, trahitur ad futurum.*

VIrdunen. canonicatus, & præb. coram Puteo Ge-
rardus, qui cesserat in fauorem colligantis cano-
nicatum, ad quem ius prætendebat, vel verius eius pa-
tronus, fuit in canonicum creatus per Capitulum, quæ
quidem creatio fuit confirmata per Clementem Septi-
mum, cum clausula, absque tamen præiudicio expe-
ctantium Apostolicorum, & mandato de prouidendo
prosequentium, & sibi cum dicta clausula per Clemen.
VII. de dicto canonicatu primo vacaturo prouisum.
Postea Paulus Tertius concessit mandatum de prouidē-
do in Ecclesia, & diœces. Virdun. Nicolao Vinreyo. Di-
1 cebatur, † quòd gratia Nicolai non obstabat Gerardo,
quia dicitur sine præiudicio expectantium Apostolico-
rum, & prosequentium mandata, quæ verba sunt præ-
sentis temporis: ideo ad futura concedenda trahi non
possunt, c. fin. de rescript. Clem. fin. eod. tit. ad c. cum ca-
pella. & c. cum in iure, & vtrobique Abb. de priu. Ias.
in l. si stipulatus fuero, §. cum stipulemur, colum. 2. ver.
tertio lim. & in l. cum stipulemur, colum. penult. & fin.
de verb. oblig. Fel. in c. ad hoc, colum. pen. in fin. de re-
scrip. & quia debet intelligi de præiudicio de præsenti
imminenti, non de futuro, Rot. 20. in nou. de præb. a-
liàs 331. ideo maximè non debet intelligi de gratijs con
cessis per Paul. successorem Clementis; quia non est ve-
risimile, quòd Clemens in illa clausula, sine præiudicio,
cogitauerit de gratijs per successores suos concedendis.
2 Contrarium † tamen tenuit maior pars Dominorum,
& fundamentum aduocati illius partis erat, quòd con-
firmatio Clem. in scriptura redacta semper loquitur, l.
Ariani, C. de hæret. ergo loquitur etiam tempore Pauli:
& sic illa clausula sine præiudicio debet attendi quoad
gratias per Paulum concessas. Adducebatur quod di-
xit Bart. & Soc. in l. si mihi, & tibi, §. item lex, ff. de leg.
3 1. vbi dicunt, quòd † priuilegium concessum alicui, non
obstantibus statutis, operatur etiam in statutis, quæ post
factam concessionem interuenerunt. Sed alia ratio per
nos adducebatur, quia præiudicium non consideratur
tempore gratiæ concessæ, quia tunc non vertit præiudi-
cium, sed tempore vacationis, pro quo facit d. decis. 20.
in princ. Sed nunc occurrit vacatio tempore Pauli: Er-
go non debet cōsiderari præiudicium expectantium: Et
4 dicebatur, quod quando dispositio † per verba præsen-
tis temporis non tunc effectuatur, vt saltem operetur
in futurum, refertur etiam ad futurum. Angel. in l. ta-
lis scriptura. in princip. vbi ratio huius vlt. & in vers. in
eadem

eadem glos. & ibi Paul. de Cast. & Alex. in col. pen. ff. de
leg. 1. facit Ioan. Andr. & Specul. in tit. de treug. & pac. in
fin. Paul. de Cast. in l. qui ædificium, in fin. princ. de ser-
uit. vrb. præd. Ias. conf. 170. col. fin. vol. 2. Doc. in l. si co-
gnatus, col. 24. vers. quarto concludo, ff. de rebus dub. &
in cons. 21. col. 2. Alex. cons. 26. col. 3. & col. fin. & cons.
21. vol. 4. cons. 81. col. 28. vol. 3. vbi dicunt communem.
Non obstat, quod est gratia Pauli, Quia Clemens non
dixit, expectatiuas, & mandata nostra, sed Apostolica
ad Clem. si gratiosè, de rescript. Et etiam facit verbum,
prosequentium, quia tunc gratiæ prosequuntur, quan-
do vacat beneficium. Et sic maior pars Dominorum
fuit vbilibet pro, & quatuor contra.

DECISIO DCCCXLIV.

De appellatio. & remissor.

SVMMARIA.

1 *Appellari non potest a sententia etiam in sui fauorem lata, stante obligatione de stando vnica sententia.*
Contrarium tamen, & verius tenetur, num. 3.
2 *Verbum quando potest referri ad plures actus, debet referri ad primum, quando primus consumit effectum.*
3 *Promissio de stando vnica sententia, quomodo intelligenda.*
4 *Sententia vna lata contra possessorem, sequestratur beneficium: secus si sit in fauorem.*

MOntis Regalis Canonicatus, & præbend. coram
Puteo Michael, vt haberet remissoriam, obliga-
uit se de stando vnicæ sententiæ, & illa executa repor-
tauit duas conformes sententias in fauorem: postea
Martinus aduersarius aliam obtinuit, & executa illa se-
cunda remissoria in sui fauorem decreta, obtinuit duas
primo datas reuocari, & sententiam pro se, & contra
Michaelem fieri. Et quia Michael promiserat stare v-
nicæ sententiæ, & non poterat appellare, & quod si ad-
uersarius non obtinuisset remissoriam cum dicta obli-
gatione, ipse Martinus obtinuisset in sui fauorem dictas
conformes, & si Michael obtinuisset remissoriam in ter-
tia instantia, & ipse illam acceptasset, & postea probas-
set, prout nunc probauit, & habuisset sententiam, vt ter
tiam confirmationem harum duarum primarum, fuis-
set ipse Martinus coactus progredi ad quintam senten-
tiam, prout nunc cogitur, cum Michael obtinuerit
duas, & ipse necesse sit, quòd obtineat tres, si Michael
non cogitur stare vnicæ sententiæ, adducebatur Bald. in
l. veluti, §. hæc vox, ff. de eden. Ias. in l. qui per salutem,
3 ff. de iureiuran. Quod † quando statutum cogit coniun-
ctos ad compromissum, non intelligitur tantum de pri-
mo actu, sed donec lis fuerit finita. Ita sententia debet
intelligi de prima tantum, sed differenda quandocum-
que contra Michaelem, arg. l. boues, §. hoc sermone. ff.
de verb. signific. d. l. qui per salutem. Et quia Bald. in l.
2 inuitus, C. de procur. ad fin. dicit, † quòd quando ver-
bum potest referri ad plures actus, tunc debet referri ad
primum, quando primus consumit effectum secundum
intentionem loquentium. Sed quando non est ita, tunc
intelligitur etiam de actu interiori, per l. hæc conditio, la
grande, ff. de condit. & demonst. Sed in proposito effe-
ctus non erat de stando sententiæ ferendæ in fauorem
Michaelis, ergo illa non attendenda, sed contra ipsum
lata est attendenda. Facit consil. Rom. in proposito 504.
incipien. in casu proposito. Item promisit non appella-
re, & sic etiam non facere, ergo quandocumque non te-
netur facere, & hoc tenuere quatuor ex Dominis. Alij
3 † vero quinque contrarium tenuerunt, & proponens e-
tiam erat in hoc voto, & ita fuit iudicatum: quia de-
bebat intelligi, quod promisit stare unicæ sententiæ, si
post remissoriam sententia prima contra ipsum fertur.
Nam quomodo prima fuit pro ipso, & alia postea pro
aduersario, tunc intelligitur esse liber ab eius promissio-
ne, ad l. boues, §. hoc sermone, ff. de verborum signific.
& ad plura, quæ in proposito cumulat Felin. in cap. in-
nouamus, de treug. & pac. facit tex. in Clem. ad compe-
scendas, de sequestr. possess. & fruct. vbi vna sententia
4 † lata contra possessorem, sequestratur beneficium, quia
intelligitur, quando fuit prima sententia lata contra
possessorem; secus si prima fuisset pro possessore, & se-
cunda contra, quia tunc non datur sequestrum, vt per
Cardin. ibid. nu. 49. Item propter regulam generalem,
quod debemus fauore Apostolicatus, &c. item, quia
mens se obligantis, vt verisimiliter colligi potest, facit
hoc, quod per remissoriam contra eum prima sententia
proferretur, vt illi acquiescat, sed actus agentium vltra
eorum intentionem non operatur, l. non omnis, ff. si cer.
petat.

DECISIO DCCCXLV.

De priuileg. & præben.

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus cum rigoroso examine præfertur familiari Papæ non descripto.*

VIcen. hebdomadariæ Ioan. Codella fuit Doctora-
tus per Cassad. hic in Vrbe cum rigore examinis
concurrebat in dicta, & diligentijs cum Matthæo fami-
liari Papæ post occupationem, & non descripto Domi-
1 ni fuerunt, † ex quo erat Doctoratus cum rigoroso exa-
mine, quod est de comprehensis in regula prærogatiua-
rum ibi, ceteri autem Magistri, vbi dicitur, quod inter
tales Doctores, & familiares, tales seruetur ius commu-
ne, & quod de iure Doctor talis præfertur tali familiari,
de quo per Fel. in cap. tuas, colum. 3. de maior. & obed.
Petrus de Anch. in Clem. 1. Magist. Claud. in l. Centu-
rio, colum. 2. de vulgar. & pupill. Paris de Put. in tract.
de synd. num. 43. ver. Doctor. Non obstat, quod inquit
Barbat. in procem. Clem. quia loquitur de Doctoribus
factis per verbum, esto Doctor, non autem cum rigore
examinis, licet extra vniuersitatem, vt iste est, & regula
vult, quod inter tales attendatur ius commune, & ita
fuit tentum coram Domino Aquensi.

DECISIO DCCCXLVI.

De restit. in integr. alias recti spolia.

SVMMARIA.

1 *Successor dicitur habere probabilem ignorantiam sui prædecessoris.*
2 *Restitutio in integrum in spoliatione in beneficialibus aduersus tres conformes non datur: secus in petitorio.*
Suspendit tamen executionem rei iudicatæ, si excluditur præsumptio calumniæ, num. 2.

TOletan. Parochialis coram Domino Britonionen.
Didacus obtinuerat tres sententias super spolio
contra Ferdinandum tamquam successorem spolij Al-
phonsi prædecessoris, & Ferdinandus petebat restitu-
tionem in integrum propter instrumentum possessio-
nis Alphonsi sui prædecessoris, per quod intendebat
probare, Alphonsum primo fuisse in possessione, quam
Didacum, & dicebat instrumentum nouiter repertum,
1 & † quia erat successor, habebat probabilem ignoran-
tiam facti alieni, vt per Rot. in capit. ab excommunica-
to, de rescript. Dec. in regul. cum quis, de reg. iur. in sex-
to. l. fin. ff. pro suo. l. mulier, ff. ad Velleian. Et ideo ex ta-
li ignorantia debet restitui, Bar. in l. ad diem, & in l. cum
filius, §. in hac, ff. de verborum oblig. vbi laté Alex. ideo
propter instrumentum nouiter repertum, & clausulam,
si qua mihi iusta caussa videbitur, debet restitui, l. cum
in fine, l. sed & si per prætorem, ff. ex quibus causis ma-
ior. Bartol. in l. 1. §. si quis, prope finem, de itiner. actu-
que priuat. & in l. 1. de condict. indebit. Hippol. de Mar-
sil. singul. 129. Ias. in l. Imperatores, ff. de re iudic. Dec.
in capit. suscitata, de restitutio. in integrum. Alexand.
cons. 69. in caussa & lite, colum. 2. volum. 3. & maximè
cum sit reus. Paul. Castr. cons. 287. in caussa quæ verti-
tur Parmæ, colum. 4. libro 4. licet essemus in materia
2 spolij. Tamen † Domini hoc tenuerunt habere locum,

etiam in beneficialibus, vt in spolio non detur restitutio, sed tantum in petitorio, & hoc quia quādo post tres conformes petitur restitutio in petitorio in beneficialibus, illud procedat ex gratia speciali, constito de bono iure, quo secus est in profanis, vbi regulariter nō datur, & in spolio, & in beneficialibus non datur hæc gratia, quia durius agitur cum spoliatore, & etiam quia potest petitorio sibi succurri, & restitutio datur in petitorio propter periculum animæ, ne obtineat beneficium sine Canonica constitutione, quæ ratio peccati non militat in spolio, cum possit intentare petitorium, sed in hoc casu iste non venit ex gratia speciali, quòd in beneficialibus dicta restitutio detur, sed iure communi, quod habet locum etiam in profanis, nimirum etiam si sumus in spolio propter hanc caussam, & instrumentum de nouo repertum, quod est remedium iuris communis, iste de-
3 bet restitui, Sed † primo surrexit aliud dubium, an impedita restitutio impediat, & suspendat rem iudicatam, & videtur quod non, l. vnic. C. de restitutio. in integrum, Cassad. decis. prima, de restitutio. in integrum, vbi pro vtraque parte allegat Doctores. Tamen Domini tenuerunt, quod executio non impediretur, per Clemen. ex calumnijs, & quia sumus in spolio, in quo durius agitur cum spoliatore. Tamen Cassadorus distinguit, quòd si adest caussa, quæ excludat præsumptionem calumnię, quod tunc non impeditur restitutio. Sed in casu nostro instrumentum de nouo repertum excludit præsumptionem calumniæ: ergo potest dici, quod præsens determinatio Dominorum meorum Coadiutorum non transeat sine difficultate.

DECISIO DCCCXLVII,

De iurisdictione omnium iudic. de foro competenti.

SVMMARIA.

1 *Auditor Cameræ potest procedere contra quoscumque, etiam non subditos Ecclesiæ, ratione sui salarij, & expensarum,*

2 *Forum sortitus ratione contractus; vel quasi potest a iudice loci contractus vbique conueniri.*

VLixbonen. pecuniaria Didacus Antonius pro nonnullis mercatoribus in materia hæreticæ prauitatis contra Regem Portugalliæ caussam agitauit, & plures Bullas, & Breuia obtinuit, & varias pecuniarum summas pro eis partibus, existentibus, ipse præsens in Curia exposuit, & per viam monitorij coram Auditore Cameræ obtinuit procedi cōtra mercatores, & illos declarari vna cum inuocatione brachij sæcularis, & dabatur de nullitate monitorij, & censurarum, ex quo Aud. Cameræ non habet iurisdictionem in non subditos Ecclesiæ mediatè vel immediatè. Sed replicabatur de facultate Aud. Cameræ, quòd potest monere, videlicet extra Curiam degentes suæ iurisdictionis ratione salarij in eadem Curia decreti, & debiti, vel expensarum, seu mutui, vel contractus in eadem Curia, & non intelligitur si sciat suæ iurisdictionis, hoc est, mediatè vel imme-
1 diatè subiecti Ecclesiæ, sed intelligitur (& in † hoc fuerunt Domini quinque) quod sint suæ iurisdictionis ratione salarij, seu contractus in Curia decreti, & initi, & quod personæ, cum quibus est quasi contractus, consentiendo sint mediatè vel immediatè subiectę. Sed oriebatur dubium, an ratione salarij, seu contractus dicantur de iurisdictione Aud. Cameræ, ex quo non sunt in Cu-
2 ria: nam licet c. fin. de foro compet. dicat, † quòd quis sortitur forum ratione contractus, hoc tamen est verū, si in loco contractus reperietur, l. hæres absens, in princ. ff. de iudic. vbi Angel. Paul. & Curt. iunior clarius, & hoc probatur per cap. Romana. §. contrahentes, de foro comp. in sexto, vbi primò dicit, si reperitur in loco contractus, & ibi potest conueniri: si verò extra, bene potest citari, sed non potest contra eum procedi, nisi, quod si habet bona in loco contractus creditor mittatur in possessionem dictorum bonorum ex primo decreto, quod dat dominium, nec possessionem: si verò sunt extra locum contractus, tunc scribitur iudici loci bonorum, quòd immittat in possessionem dictorum bonorum ex primo decreto, etiam quod non haberet iurisdictionem in persona, neque posset excommunicari, vt dicitur in figuratione casus, vt Innocen. in dicto §. contrahentes, vbi Francisc. colum. penult. Anchar. in quarto not. Licet etiam fuerit dubium, an iudex loci cōtractus potuerit citare extra locum, Marian. Soc. iunior, consil. 15. tamen Domini fuerunt, quòd tales dicerentur esse de iurisdictione iudicis loci contractus, quia aliàs si inueniretur, non posset coram eo conueniri, & si extra locum esset, non posset citari, cuius contrarium dicitur in §. contrahentes, & licet non posset cogi comparere, tamen citatur & fit missio in possessionem, ergo est iurisdictio, facit quod dicit Abb. in cap. fin. de foro competen. columna vigesimasecunda, & Sal. in Auth. si pro ea, C. de adult. quod habens domicilium, seu originem in aliquo loco, si domi existat, non potest cogi ad comparendum, l. plerique, ff. de in ius voc. ita absens a loco contractus non cogitur comparere coram iudice contractus. Ex quo patet, quòd iurisdictio est rei habita propter contractum, licet non sit actu propter absentiam, quæ in hac ratione sequitur, Fel. in d. cap. fin. colum. 4. & allegabatur etiam, quod subesset dispositioni text. in l. omnem, & ibi Angel. ff. de iudic. cum ergo facultas datur, quod moneat degentes extra Curiam iurisdictionis ratione contractus, & iste sit talis, meritò Domini voluerunt, quòd potuisset contra illos procedere. Sed mihi occurrebat, quòd istud procederet si contractus fuisset cum alienigena, vel in Vrbe, vel dum mercatores alienigenæ fuissent in Vrbe, quia si postea fuissent absentes, tamen effecti fuissent iurisdictionis Aud. Camerę, mouebar per tex. in d. l. hæres absens, §. primo, vbi dicit text. quòd ita demum quis conuenitur in loco contractus, vel quasi (& in casu nostro sumus in quasi contractu) si constiterit in loco domicilij non habere domicilium, sed tabernas, propter gulam, officinas, & ibi cum eo contrahitur, quasi cum viatore qui sic venit, vt statim discedat. Et ideò inferebant, quòd cum isti mercatores non solum itinerando, sed numquam in Curia fuerint, quòd Didacus propter seruitia cum eis quasi contrahendo in Curia facta, non potuisset illos in Curia conuenire. Tamen Domini tenuerunt, quòd posset propter Audit. Cameræ facultatem, non aliter respondendo ad hunc textum, nisi quod facultas Auditoris Cameræ receperat hanc interpretationem, vt notarij attestabantur: nam stylus ita seruatus dat iurisdictionem, capit. cum contingat, de foro competen. & ibi Abb. in tertio notab. per gloss. in cap. Romana, in verbo consuetudine, de appell. lib. 6. & in verbo, dari potest, in fi. de tut. & curat. datis ab his Bar. Imol. & Ioan. in l. 1. in §. denique, ff. de acq. possess.

DECISIO DCCCXLVIII.

De priuilegijs, & facultate, aliàs de Remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus ad plura beneficia obtinenda, potest in eis ab executore inuestiri.*

SAlamantina de Aracen. coram Ioanne de Stosidero fuerat data facultas resignandi, & pronunciandi, vt etiam simpliciter posset resignare in fauorem personæ, & personarum idonearum quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia obtinenda, qui resignauit in fauorem Francisci Rostoriæ senioris, qui erat dispensatus ad duas parochiales tan-
1 tum, & illas duas obtinebat. Dubitabatur, an † resignatio fuerit bona? & videbatur quod non, quia inferior Papa non potest conferre beneficium curatum obtinen-

obtinenti aliud curatum, vt dispensatus, & Franciscos obtinebat beneficium curatum, & ad illud non erat dispensatus: Ergo, &c. ad c. si ordioarij, §. in ordinandis, ibi Doct. & Franc. de off. ord. in 6. Secundo dicebatur, quod dato, quod executor dictæ facultatis potuisset conferre tertiam parochialem, quod tamen in collatione debebat fieri mentio, de obtentis beneficijs, per Frãc, ad Clemen. 2. de offic. ord. nec dicatur, quod d. Clemen. habeat locum in legato tantum, imino habet locum nõ solum in legato de latere, sed in quocumque alio legato, vel executore habente conferre beneficia Ecclesiastica auctoritate Apost. vt dicit glos. Clemen. 2. in verbo volumus. Felin. in c. ad aures, in 3. col. versic. nec vrger, de rescript. Nec dicatur, vt hic in facultate concessa motu proprio, vt dicamus, prout in prouisione facta motu proprio, vbi non est necesse facere meotiooem de beneficijs obtentis, Gem. in cap. de offic. leg. col. peoultim. versic. sed ne de syndic. d. cap. tamen, quia facultas dicit, quod possit pro executore conferre quæcumque, qualiacumque, & quotcumque beneficia obtinentibus. Domini fuerunt in voto, quod executor potuerit conferre, nec fuerit opus mentionem facere de beneficijs obtentis propter illam generalitatem verborum, & maximè propter verba qualiacumque, quæ comprehendnnt etiam curata, ergo Papa voluit beneficia posse conferre obtenta qualiacumque, ergo curata, ideo non fuit opus de illis facere mẽtionem, & facultate Papa habuit beneficia resignaotis ptn expressis, & voluit posse conferri obtinentibus qualiacumque beneficia, & oiulto magis hoc dicebant procedere, si facultas fuisset concessa resignatario.

DECISIO DCCCXLIX.

De factis famil. & rescript.

SVMMARIVM.

1 *Familiares Papæ possunt expedire litteras gratis de mandato.*

IN eadem Salamant. Francisc. secundus, quia in prima prouisione sibi facta per Clemen. non fuit facta mentio quod esset secum dispensatum ob defectum natalium cũ clausula, perinde valere, a Clem. in qua narrabatur se familiarem Clemen. & docuit de familiaritate, & istam gratiam perinde valere, expediuit sub Paulo in forma rationis congrui: & in ea Bulla se narrauit familiarem Pauli, & tamen non erat, & in pede Bullæ

1 est positum, gratis de mandato. Aliqui Domini † dixeruot ex eo, quòd esset io pede Bullæ gratis de mandato, quia etiam, qnòd quis familiaris sit, & oon expedit litteras gratis, quòd hoc non iuuabit. Ego replicabam, qoòd bene familiaris expediuit gratis de mandato: sed non dicitur in eorum mandatis simpliciter, gratis de mandato, sed dicitur gratis de mandato familiari: tamen Domini dixerunt, quòd gratia non erat Pauli, sed Clem. quòd etiam si expediuisset sub ista familiaritate Pauli, quòd gratia non reddebatur nulla, quia non est gratia Pauli. Nec possumus dicere, quòd in gratia nominauit se familiarem Papæ, sed tantum in expeditione Bullarum, & sic tantum redderetur subreptitia expeditio Bullarum. Et sic ad plus teneretur iterum illas expedire, & soluere officialib. Vltimò (& hoc sustulit difficultatem) dicebatur, quòd regula de fictis familiaribus, loquitur tantum de familiarib. abbreuiatorẽ, scriptorum, & aliorum officialium, non aotem de familiaribus fictis Papæ, etiam si in regula non annollet. Domini volueruot, quòd litteræ, perinde valere, etiam quod in illarum expeditione narretur, qood est familiaris Papæ, sibi Francisco secundo suffragentur.

DECISIO DCCCL.

De sententia excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione, in qua quis stetit per triẽnium, non suffragatur ad effectum casuum regulæ.*

MAguntin. Canonicatus, & præben. ad gradus, inter D. Agucosium & Philippum de Noctelli, qui venerat ex resigoatione Iacobi Abel, qui per qninque annos insorduerat io censuris tempore, quo sibi reseruauit regressum: & supplicatio regressus habebat, & cum absolutione a censuris ad effectum etiam in casib. regulæ. Fuit dictum, quod in vna Rodon. inter D. Maceraten. & Ioachimum Miliũ, fuit similis casus, & ego recordor, quòd fuit pluries informatus, & maior pars

1 Dominorum tenuit, quod † absolutio non suffragaretur, quando quis per triennium fuisset excommunicatus, quia stando per tantum tempus excommunicatus, videtur paruipendere cẽsuras, & esse suspectus de hæresi, quæ regula loquitur tantum de iosordescen. por annum, & per tres annos: tamen Ioachimus postea porrexit plures supplicationes, in quib. dicebatur, etiamsi per plures annos insordescat, ad demonstrandum, quod Papa eodem modo concessisset in suo casu, si fuisset petitum. Tamen tenentes contra Ioachimũ dixerunt, quod non sequitur, si fuisset dictum, Papa forté concessisset, ergo habetur pro concesso, & tamen, quia ista decisio veniebat in fauorem Domini Maceraten. Auditoris, Rota voluit, quod negotium concordaretur. Sed haoc non potest concordare D. Aquen.

DECISIO DCCCLI.

De expectatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Processus familiatorius aliquando permittitur, antequam litteræ sint registratæ.*

FAuen. Canonicatus & præben. inter D. Dionysiom dicebatur pro parte Dionysij, quod processus Caroli, super expectatiua fuerat fulminatus, antequam litteræ illius expectatiuæ essent registratæ, & quod litteræ non dantur, nec ostenduntur partibus ad effectum fulminandi processum, oisi postquam sunt expeditæ de stylo registratorum Bullarum, & processus non potest fulminari in prima expeditione expectatiuarum in qua remissoria propter multitudinem expectantium, dat, quod processus etiam sine litteris expectatiuæ possint fulminari, oisi executori præsententur litteræ gratia expectatiuæ. Sed expectatiua Caroli erat de secunda expectatione, & sic non comprehensa in dicta regu-

1 la. Ergo processus non suffragabatur. Tamen, † quia processus habebat notarium de eo rogatum, testes, quia dicebant, quod licet iste sit stylus ordinarius, tamen qđ Bullæ interdum solent commodari partibus aotequam registrentur ad effectum fulmioandi processum. Ideo Domini voluerunt, quòd licet processus Caroli esset fulminatus, antequam Bullæ suæ expectatiuæ fuissent registratæ, quod sibi suffragaretur, non obstante, quod stylus ordinarius esset contra eum ex hoc coram D. Thoma da Thanis.

DECISIO DCCCLII.

De concess. præb. de mand. de prouid.

SVMMARIVM.

1 *Mandata duo de prouidendo inter se paria si reperiuntur, præfertur ille, qui maiorem adhibuit diligentiam.*

TOletan. parochialis S. Ioannis de Ocanna coram D. Maceraten. Franciscus Ortis veniebat ex iure Francisci Gomez, qui obtinuerat mandatum de prouidendo, & Rodericus della Camera veniebat ex iure Alphonsi Villaual. qui obtinuerat aliud mandatum de prouidendo; & in mandato Francisci erat clausula, *volumus autem, quod infra annum curata, seu alias inuicem incompatibilia, nisi ad illa obtinenda sufficienter dispensatum fores, dimittere, & infra sex menses a die acceptationis beneficiorum huiusmodi, quorum singulorum valor annus 23. ducat aur. de Camera, non computando nouam prouisionem super illis a Sede Apostolica impetrare, & litteras super in totum expedire, & iura Camera Apostolica propterea debita persoluere omnino te-*

*nearis: alioquin semestra huiusmodi, & anno respectiuè
elapsis beneficia priuata vacare censeantur, & ipse Al-
phonsus Villaual habeat in hoc mandato similem clausu-
lam, præterquam quod non dicebat a die acceptationis, sed
pacificæ possessionis, & inerat alia clausula in vtroque man
dato, quod inter habentes similia mandata in diligentus
sit locus præuentioni, & Alphonsus erat prior in data gra-
tiæ, & etiam diligentior in processu, quia prius obtinuerat
processum super suo mandato fulminato, & Franciscus fuit
diligentior in acceptãdo, & anterior per duos dies, & quia
fuit prior in acceptatione præferebatur, sed opponebatur si-
bi, quod non fecerat alias diligentias, de quib. in clausula,*
1 *volumus autem, &c.* Quia infra sex menses a die †ac-
ceptationis non obtinuerat nouam prouisionem, nec lit-
teras expediuerat, & quod licet Alphonf. hoc non fece-
rit, quod non peccauerit, quia ipse nõ tenetur a die ac-
ceptationis, sed habitæ pacificæ possessionis, & quod
ideo resolutam acceptationem Franc. habebat propter
non factas diligentias, & quod acceptatio & prouisio
Alphonsi subintrabat, & ipse erat posterior in expe-
ctantib. quòd si expectans habens fortius decretum,
acceptat, & similiter habens debile decretum acceptat:
& habens fortius decretum, qui præferebatur, si defi-
ciat in diligentijs, acceptatio debilioris, elapso tempo-
re diligentiarum non factarum subintrat. Sed fuit re-
plicatum, *æquiparationem esse bonam, cùm illud habeat
locum inter expectantes propter actum, qui hoc dat: sed tem-
pore dictorum mandatorum non erant expectatiuæ, quia
erant reuocatæ, ergo etiam euanuerat gratia data expe-
ctantibus super dictis diligentijs.* Secundo, quia expe-
ctatiuæ dantur sub vna data: mandata verò sub diuer-
sis, quia Papa ex nunc, prout ex tunc, prouidet regula-
riter fulminantib. processusque fulminantur sub expe-
ctatiuis. Tertiò, in expectatiuis Magistri præfertur, al-
teri verò non huiusmodi mandantis præfertur, quia &
diligentior in acceptatione. Quartò, in expectante pro-
pter non factas diligentias acceptatio habetur pro non
facta: in mandatis vero, quæ deficiunt in diligẽtijs nouæ
prouisionis, & aliorum, de quib. in clausula, *volumus
autem, &c.* non est sua acceptatio pro infecta, sed Papa
decernit beneficia prædicta eo ipso vacare, differentia
est, quòd Papa decernat nullã fuisse acceptationem &
prouisionem, quia tunc acceptatio secundo loco acce-
ptantis, & esset in pendiculo & primus acceptans plenè
dicitur obtinere beneficiũ, sed tñ sub conditione, si dili-
gentias fecerit, & si non faciat, euanescat condõ, & eius
acceptatio, & prouisio, ac si non facta fuisset, & nimi-
rum subintrat acceptatio secundo loco acceptantis, cũ
primus non acceptasset: sed in mandatis ob non obten-
tam nouam prouisionem, & alia Papa decreuit benefi-
cia eo ipso vacare, & sic præsupponit ius esse ante quæ-
situm primo, non autẽ secundo acceptanti, nisi postea
primus petat infra sex menses nouam prouisionẽ, quia
Papa non fecit stare dictas acceptationes in pendente,
prout in expectante, cũ per primum sit ius quæsitum,
non potest secunda subintrare, quia non vacauit ex pri-
ma vacatione, prout in expectant, acceptante, & defi-
ciente in diligentijs, sed vacauit ex persona acceptan-
tis, quia non seruauit clausulã, *volumus autem &c.* Præ-
terea contẽta in clausula, *volumus autem &c.* non sunt
diligentiæ, sed quoddã onus, non alicuius iuris acquisi-
tionem, sed dũtaxat, vt prouideatur Cod. Apost. & illius
officialib. Facit quia interdum similis clausula ponitur
in breuibus quæ dantur ad capiendam possessionem an-
te expeditionem litterarum, per quæ breuia nullum ius
datur impetranti; & tamen illa clausula apponitur in
fauorem officialium, non autẽ, quod adimplendo dictã
clausulam; & expediendo litteras aliquod ius acquira-
tur, cum esset quæsitum ex prouisione. Et sic istæ non
sunt diligentiæ ad acquirendum ius perfectum, sed ius
quæsitum perfectum, si aliàs acquiratur, tuendum. Nã
licet ius quæsitum possit resolui, non propterea vacat
beneficium ex prima vacatione, sed ex persona illius,
& eius persona ius quæsitum resoluitur, vt est videre in
c. cõmissa, de elect. in 6. & in c. si tibi absenti, de præben.
in 6. vt in terminis regulæ de insinuat. & public. licet
regula habeat omnia pro cassis cum inde secutis: pro-
uisiones tamen intermediæ non capiunt beneficium
Cassad. decis. 24. de rescript. Et etiam videmus, quod in
dicto mandato est, quod si acceptauerit incompatibile,
nisi infra annum obtinuerit dispensationem, vacet: &
tamen propter istam vacationem non subintrat acce-
ptatio secundo loco acceptantis, quia beneficium vacat
ex noua vacatione, licet ex persona acceptantis.

DECISIO DCCCLIII.

De restit. in integr.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur etiam post quadriennium ex
caussa, constito tamen de bono iure, etiam in beneficia-
libus.*

ASTORICEN. Porti coram D. Mariscotto inter Ioann.
& Garsiam. Ioã. post quadriennium rem iudica-
tam in fauorem Garsiæ petebat restitui in integrum
ratione familiaritatis narratæ. Fuit dubitatum, *an post
1 quadriennium ei daretur restitutio in integrum, etiam in
beneficialibus propter cap. primum, de restit. in integr. vbi
restitutio, nec datur post quadriennium, nisi ex caussa?* Di-
cebatur per quattuor ex Dominis, quod sic, quia ista
restitutio datur a Principe, cum impetratur per com-
missionem, non autem datur a lege, vt loquitur capit. 1.
de restit. in integr. Secundo, quia matrimonium carna-
le, & spirituale æquiparantur, sed in matrimonio car-
nali sententia non transit in rem iudicatam, ergo. Ter-
tio dato, quòd sententia in spiritualib. transierit in rem
iudicatam, tamen quia vertitur periculum animæ, quòd
quis obtineat beneficium sine canonica institutione,
saltem debet dari restitutio. Item, quia istud non est re-
missibile, quia pars non potest remittere alteri ius, quòd
habet in beneficio sine auctoritate superioris. In con-
trarium istis non obstantibus fuerunt quinque, Rainal-
dus, Sarn. Aquen. Puteus, & ego. Ad primum respon-
debatur, quod præscriptio restitũi solet etiam in huius-
modi beneficialibus, prout de iure, & ita etiam intelli-
gi: si autem Papa vellet de absoluta potestate post qua-
driennium restituere, cum sit Dominus beneficiorum,
non negatur, quòd non possit. Ad secundum, quòd sen-
tentia in beneficialibus transeat in rem iudicatam, pa-
tet, quia aliàs non esset opus restitutione in integrum.
Ad tertiam de periculo animæ dicitur, quod est dictum
nimis generale, Nam in quacunque præscriptione, cũ
quis præscribit rem alienam, vertitur periculum ani-
mæ: & tamen præscriptio tenet. Videmus etiam in be-
neficialibus in regula de annali, & triennali, & in alle-
gatione Lap. 98. vbi semper in beneficialibus se tuetur.
Ad quartum non est remissibile per partem, quia immò
pars potest acquirere quo ad se, & contra eum currit
præscriptio, licet non contra superiorem, quia posset
inquirere, per Abb. in c. dilectus, nu. 5. de rest. in integr.
Ant. in c. ad audientiam, el 2. nu. 20. de rescript. Et quòd
non detur restitutio, bene facit dictum Felin. in cap. 1.
nu. 10. de præscript. Cassad. decis. 2. de restitut. in integr.
Tamen postea de consensu omnium fuit isto casu data
restitutio, quia Ioan. deduxit quòd pendente tractatu
concordiæ, & quadam resignatione facta in manibus
notarij, fuit elapsum quadriennium, & sic suberat caus-
sa, per quam isto casu daretur restitutio.

DECISIO DCCCLIV.

De procur. & re iudicata.

SVMMARIA.

1 *Instantia expirare dicitur lata sententia.*
2 *Procurator constitutus ad tertiam instantiam potest citari* 4
pro executoribus decernendis.

Vlixbo-

VLixbonen. de Pomar. coram Puten inter Ludouicum, & Ioan. Vax, fuit dubitatum, *an procurator habens mandatum vsque ad tertiam instantiam potuerit citari ad videndum decerni litteras executoriales contra principalem suum per tres sententias condemnatus?* Et dicebatur, quod nó, quia mandatum est stricti iuris; sed
1 lata † sententia instantia expirat, l. properandum, Cod. de iudic. Alex. in l. postquam liti. in princ. & vbi Iason. colu. 2. C. de pact. sed si per tertiam sententiam est finita tertia instantia, ergo & mandatum, & quod finiatur instantia, vt supra, est glos. in capit. 1. §. si verò, in versic. iudici. de except. lib. 6. vbi Ancha. Gemin. & Franc. notant illam glos. Item quia Alex. in l. properãdum, col. 1. C. de iud. quærit, an in executiuis prout in re iudicata, sit data instantia. Et videtur tenere, quòd sic, ergo non est pars primæ instantiæ, cum ea sit finita lata sententia, Gem. Anch. & Franc. vbi supra, & Gem. colu. 1. versic. oppono. dixit, quod procurator constitutus ad litem seu ad instantiam, non potest se opponere ad executionem, Felin. in c. quoad consultationem, col. 5. vers. nota insuper num. 12. de iud. vbi quòd procurator constitutus ad iudicia non potest post rem iudicatam se op-
2 ponere executioni. Tamen † Domini tenuerunt contrarium, quia post tres conformes non est data alia instantia, sed tantum superest, sententias executioni demandare. Nam executio est quid annexum sententiæ, & ideo iudex absque commissione posset decernere executoriales, nec commissio esset de stylo ad derogandum regulæ, quòd sub plumbo, &c. Cassad. decis. 3. de rescript. circa fin. Et quia ista executio est de dependentibus, & connexis sententiæ, Ang. in l. qui procuratorem, ff. de procur. Et ideo etiam propter necessitatem dependentiæ ostendit mandatum ad id tempus limitatum, vt ibi per Bal. & Paul. de Castr. & Felin. in cap. translato, colu. 3. de except. Nec obstat, quod dicit l. properãdum, quia loquitur de executiuis, quæ sunt de per se sine alia instantia, & instrumentis guarentigiatis, vbi aliquid debet cognosci, quod non est per tertiam sententiam, licet per sententiam finiatur prima instantia.

DECISIO DCCCLV.

De probat. aliàs de fide instrumentorum.

SVMMARIA.

1 *Commissio ad aliquem doctorandum debet ad vnguem seruari, & num. 4. in fin.*
Limita tamen & declara, vt num. 5.
2 *Iudici attestanti de iustitia sua sententia non statur.*
3 *Narratiua tamquam pars gratiæ debet probari.*
4 *Caussa requisita in aliquo actu debet plenè probari: aliàs asserenti non creditur.*
5 *Commissio facta iudici in his, quæ de natura actus veniunt vel iuris existunt, certum ordinem non inducit.*

VIcentin. hebdomadariæ maiores corã D. Aquen. inter Matthæũ Enses, & Io. Cordellas. Contingit dubitari, an ex regula doctoratus probetur processum esse rigoroso examine, & alia seruata, quæ continebantur in commissione data ad doctorandum Ioan. Cordellas, videlicet, quod adhibiti fuerunt tres Doctores in ri-
1 goroso examine. Et dicebatur, † quod non; quia talis commissio, & rescriptum importat formã, a qua recedere non licet, cap. cum dilecta. de rescript. & de obseruatione prædictorum non constabat, nisi per assertioné bo. mem. Cassador. doctorantis. Et sibi non debere stari si-
2 cut † non statur iudici attestanti de iustitia suæ sententiæ, vt per Bart. in l. ne in arbitrijs, col. 2. in fin. ff. de recept. arbit. Fel. in cap. cum a nobis, colu. 3. vers. secunda constitutio, de testib. cum concernat laudé vel vituperati, attestantis, quia tunc ei creditur, Ant. in cap. cum a nobis, col. 4. vers. secundus casus. Propterea Io. impetrãdo rescriptum ad Doctorem se faciendum narrat, quòd
3 legerat in ciuitate Illerden. & Bandunonen. † quæ narratiua tamquam pars gratiæ debuit probari, vt decisio. 292. in nou. & 336. in antiq. Bisign. 6. de præb. Felin. in cap. ad aures, col. 4. de rescript. Et licet D. Cassador. asserat hoc coram eo fuisse probatum, tamen ei etiam non est credendum per suprascripta, ad Alex. & Dec. in l. si
4 donationis, Cod. de donat. vbi si † actus ab aliquo non potest fieri, nisi ex aliqua caussa, tunc super examinatione illius caussæ ei non creditur. Et licet notarius det instrumentum publicum super præmissis, tamé illud dat tamquam super narratis ab ipso Cassad. Item cum non exprimitur nomen illorum Doctorum, vt possit cognosci, an sint tales quales asseruntur, sicut dicit Abb. in c. 1. de sindi. col. fi. vers. debet exprimere, Alex. in cõs. 1. col. 2. vol. 4. vbi dicitur, quod notarius debet exprimere nomina illorum, & vniuersitatum ex hac caussa. In contrarium verò dicebatur, quod licet ista commissio det formam, a qua non licet recedere, tamen multa in contrariũ possunt adduci, de quib. in præsentib. limitationibus per Fel. in c. dilectus, de rescriptis, præsertim, quia com-
5 missio † facta iudici in his, quæ de natura actus veniũt, vel iuris existunt certum ordinem non inducit, ad Bal. in l. bonæ fidei, C. de reb. cred. ex quib. videtur, quòd debeat stari assertioni Cassad. dum inquit, quòd aut iudex processit per modum contentiosæ iurisdictionis, & tunc standum est eius sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatã, pro qua & eius processu præsumitur, siue lata sit de præsenti, siue de antiquo, aut in præsentem, aut in absentem, vt per Innoc. & Imol. dicentes istam esse cõem, in c. cũ in iure. col. 9. de offic. deleg. Fel. in c. quoniam contra, colum. 25. vers. 4. conclusum postquam sententia, & col. 25. versic. 3. conclus. de probat. aut iudex processit per modum voluntariæ iurisdictionis non existẽte contradictione, & tunc idem pro decreto iudicis præsumitur, vt per Anton. in d. cap. quoniam contra, & ibi Felin. in col. 28. in fin. & seq. vers. 2. conclus. præsertim, quando enunciatur sollemnitas in decreto, vt per eumdem col. 19. vers. limita, seu declara, & versic. etiam licet ista simpliciter. & ibi Pau. ante, & versic. 6. omnino Ang. Ias. in rub. qui admitti, col. 3. Et quòd ista sit cõis, quòd præsumatur pro decreto iudicis, & omnia sollemnia, & necessaria interuenisse, facit quod dicit Curt. in addit. ad Alexand. in l. sciendum, col. 9. vers. puto, & versi. sed dic, quod etiam in dubio. & versic. neque ob. d. l. si fortè & ibidem Ias. colum. 7. & seq. num. 29. versic. 7. limitatur, & in l. 1. col. 14. nu. 40. in fin. vers. nisi dixeris, quod illa regula, iuncto versic. col. præceden. in 5. not. nu. 49. de officio eius. Neo obstant not. per Felin. in d. cap. cum a nobis, quia ipsemmet ibidem in vers. prima conclu. se ipsum declarat, dum dicit, quod non creditur iudici in testem examinato, sed bene creditur in decreto eius, & sententia, iuxta præmissa. Et ex his respondetur ad decisio. supra in contrarium allegat. & ad Felin. in cap. ad aures, columna 4. quia creditur iudici narranti verificatam esse narratiuam, quod legerit in studio. Nec verum est, quod notarius tamquam super narratis interfuerit, & sibi credatur, per Felin. in capit. quoniam contra, col. 19. vers. & 20. de probat. Nec obstat, quòd not. per Abb. in c. 1. de sind. & per Alex. in cons. 1. uol. 4. quia hic non agitur de uniuersitate, nec de capitulo, cum præsertim hic interuenit sigillum, Rot. ad decisio. 9. de procur. in antiq. aliàs nu. 132. & 391. & etiam notarius præsumitur de omnib. rogatus, Aegid. decisio. 262. quia etiam si non adsunt testes, notario credendum est, ad decisio. primam. de probat. in not. Nec refert, an notarius, an Cassad. loquitur, ad c. deinde, de conuers. coniugat. Bald. in tit. de noua forma fideli. in uerbo, ego, & in Authent. si quando, in fin. Cod. de constitut. pecun. Bart. in l. in testamento, ff. de auro. & arg. leg. Cum etiam notarius, qui confecit instrumentum in prima persona, possit etiam illud conficere in tertia persona, vt habetur in d. cap. deinde, §. si cum simul. Et hanc ultimam partem tenuerunt Domini.

DE-

DECISIO DCCCLVI.

De regula de annali.

SVMMARIA.

1 *Gratia, si neutri, superueniens defectui proueniente ex regula de annali, potest absque alio nouo consensu canonizari.*

Contrarium tamen tenetur, vt num. 8.

2 *Gratia superueniens de stylo curiæ supplet defectum primæ gratiæ.*

3 *Actus sine forma a lege, vel statuto requisita factus, est ipso iure nullus.*

4 *Exclusio & refutatio expressa, vel tacita per cursum temporis est fortior, quam inutilis acquisitio.*

5 *Defectus repudiationis beneficij potest purgari, & beneficium acquiri.*

6 *Ius eligendi si propter omissam formam sit ad alium deuolutum, & alius eligat, tenet eius electio.*

7 *Consensus manifestus colligitur in actu inualido, sicut sit de valido.*

9 *Gratia, si neutri, non est restitutio primæ gratiæ extinctæ, sed noua dicitur gratia.*

10 *Consensus, qui ad actum tunc factum non operatur, nec etiam ad validitatem actus sequentes potest operari, nisi de nouo præstetur.*

COnchen. S. Michaelis inter Franciscum de Mendozza, & Io. de Morillas corã Puteo, Ioan. Baptista de Grimaldis fuit prouisus de dicto beneficio, & demum illud resignauit, & fuit prouisum Francisco reseruata pensione 50. ducator. Melchiori, videlicet 16. super fructibus sancti Michaelis, & 34. super alio beneficio, quòd Franciscus obtinebat, & Franciscus obtinuit vigore dictæ prouisionis duas sententias contra Ioan. Morillas, & in tertia instantia fuit datum per D. Ioan. Baptist. de regula de annali, quia tempore prouisionis Francisci Ioan. Morillas fuit annalis possessor, & de sua annali possessione non fuerat facta mentio: & ideo Franciscus obtinuit gratiam, *si neutri*, cum narratiua prouisionis ex resignatione d. Ioan. Baptistæ, & qualiter dicta prouisio facta Frãcisco erat nulla propter regulam de annali, & supradicta gratia, *si neutri*, in fauorem Francisci prædicti. Postea contigit dubitari, ex quo prouisio Ioan. Baptistæ non valuit, cum esset facta in fauorem certæ personæ, videlicet Francisci, & sibi ius ex eo acquirere non potuit, & sic ius remansit penes Ioannem Baptistam resignantem, *an defectus proueniens ex regula de annali, potuerit per gratiam, si neutri, superuenientem absque alio nouo consensu d. Ioan. Baptistæ super dicta gratia validari, vt dicta gratia potue-*
1 *rit canonizari.* Et dicebatur, quod † non requirebatur alius consensus: nam ex quo semel consensus fuit præstitus, semper durauit. Et licet prouisio Francisci non esset bona, tamen quælibet gratia postea superueniens reualidans primam gratiam, vel conferens de nouo dictum beneficium, videtur comprehendere dictam resignationem, & consensum ante præstitum non reuo-
2 catum. Nam † de stylo curiæ quælibet gratia superueniens supplet defectum primæ gratiæ, tamquam fuisset quædã confirmatio primæ gratiæ, vt videmus si in prouisione sit omissus defectus natalium, tamen per reformationem narrati defectus nataliũ, aut ætatis, aut aliud quid simile suppletur, & reualidatur prima gratia. Et dicebat, quòd siue ista resignatio facta per Ioannem Baptistam æquiparetur contractibus, seu vltimis volun-
3 tatibus, vtrobique traditur regula, quod † quando acquisitio accepta, agnitio vel aditio hæreditatis legati, & bonorum possessio est nulla propter defectum formæ ex lege communi vel particulari, tunc ille defectus per actum seq. potest purgari, & secunda agnitio, & acquisitio remanet perfecta & pura, vt per Doct. in l. fin. Cod. qui admittit. vbi dicunt de bonorum possessione, quæ non fuisset formiter agnita, & idem dicunt in l. is potest, & in l. is qui hæres. & in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæredit. vbi etiam dicunt, quòd si in aditione hæreditatis defuncti forma non seruetur, & etiam in optione legati, l. 2. ff. de opt. legat. tunc per sequẽtem aditionem, in qua seruatur forma, quæ deficiebat in prima, acquiritur hæreditas, & legatum, ita Moderni in l. 3. §. ex contrario. & in leg. si ex stipulatione. de acqu.
4 pos. Item dicebat, quòd † fortior est exclusio, & refutatio expressa vel tacita per cursum tẽporis, quã sit inutilis acquisitio. Probatur, quia per prætorẽ penitus excluditur ex iure suo, l. 1. §. decretalis. & §. quibus. ff. de suc-
5 ces. edi. per regulã supradictã. Sed quando † quis expressè renũciat beneficium ad integrum, potest purgari iste defectus refutationis, & illud acquirere, vt dicit glos. penult. quæ communiter approbatur in cap. si tibi absenti. de præben. hic multo magis purgãtur defectus, qui inerant in prima gratia, & acquisitione beneficij, qui defectus modo inducebat repudiationem expressam vel tacitam, vel annullabat acquisitionem & prouisionem, vt tex. in c. licet, de præb. lib. 6. vbi qui repudiat procuratorẽ, potest durante voluntate mandantis pænitere, & acceptare, & gl. fin. dicit, quod si electus renuat electionẽ, quod in integrũ poterat tollere illam repudiationem, & admittetur, ad not. per Ioan. And. post Imo. in cap. quia
6 propter. de electio. vbi si propter † omissam formam sit ius eligendi ad aliud deuolutũ, & canonici in eligendo præuenerunt, tenet eorũ electio, & maximè, quia in gratia *si neutri*, narrabatur, quòd prouisio ex resignatione Ioan. Baptistæ fuerat nulla, propter regulam de annali, & oẽs defectus fuerant narrati, ergo Papa ẽt super oibus illis dispẽsat. ad Imo in c. venienti. de fil. presb. & in c. quia diuersis fallacijs, de cler. cõiu. Abb. in c. fraternitate. de schism. & eorũ cõsensus fuerit per Ioan. Baptistã præstitus restitutioni, quæ nõ habuit effectum: tñ sufficit, quod constaret de consensu, qui postea adaptatur ad gratiã, *si neutri*, allegabatur in simili Bart. in l. 1. ff. de reb. cor. & in l. in testamẽto, ff. de fideicõ. liber. & in l. obseruare, §. final. vbi dicebatur esse casus, ff. de offic. procons. & tamen dec. 122. in caussa Vienen. Dñi etiam licet Cassad. sub tit. de iure patr. reuocat dictam decis. in dubiũ, hoc est, quia ibi loquitur de voluntate improbata & cõsensu, qui dr ex actu, & canone improbatus, quia est contra bonos mores naturales, non reuocant in du-
7 bium, quin possit colligi consensus † manifestus in actu inualido, quia seruit postea actui valido, vt in d. §. fin. In
8 contrarium vero dicebatur, quia † quã Io. Baptista resignauit, ius remansit penes ipsum resignantẽ, & cum sit resignatio in fauorem certæ personæ, videlicet Francisci cui acquiri non potuit, & gratia, *si neutri, si nulli, si tibi constiterit ius in beneficio competere, conferat &c.* Sed cum ius remansit in resignante, beneficium non vacabat, ergo subintrabat gratia *si neutri*. Sed ad hoc replicabatur, quod Papa dum narrat in resignatione, siue præmisso, siue alio quouis modo vacet, & per regulã de annali ius remansisset in resignante, debet intelligi, quod valet, quoad voluntatẽ resignantis, quandocũq; possit acquirere resignatio, vt ex gratia, *si neutri*, tñ alias, quod Papa esset ignarus iuris, an beneficium resignantũ in fauorẽ certæ personæ vacet. Et vlterius, quod gratia, *si neutri*, non capiat, dicebatur, quod gratia, *si neutri*, non est restitutio, sed conualidatio primæ gratiæ extinctæ, vide-
9 licet prouisionis, & resignationis Ioan. Baptistæ: sed † est noua gratia, quia diuersæ naturæ, & formæ, glo. in c. sic qui. verbo, specialiter, de præbẽ. in 6. & quia verba non sunt apta ad nouã gratiã, Bal. in l. 4. ff. de damn. infect. in fin. prin. Rom. sing. 762. Et si dicatur voluntas Io. Baptistæ, & sic stante voluntate poterat vacare, & ex gratia, *si neutri*, capere: quia non negatur, quod Papa potuerit facere, quod vacaret, attento dicto consensu, sed de voluntate Papæ non fuit priuare, sed concedere in gratia, *si neutri*, beneficium vacans, non autem per illam inducere

ducere etiam vacationem ex præambulo conſenſu Io. Baptiſtæ. Et quia in conſenſu ſub conditione ſi acquiratur reſignatario, cum ſit reſignatio facta in fauorem reſignatarij, non alijs aliter, nec alio modo, deficiente conditione, conſenſus extinguitur, ad not. in l. demonſtratio. §. fin. de cond. & demonſt. Bald. per illum text. in d. l. libertæ. C. de oper. liber. Et notat, quod cõſenſus adhibit. reſpectu certi actus, illo extincto, extinguitur cõſenſus, vt acceſſorius & reuiuiſcit, l. qui res. §. aream.
1 ff. de ſolut. Et † quod conſenſus quoad actum tunc factum non operatur ad validitatem actus ſequentis, niſi de nouo præſtetur, notat. in deciſ. 29. de conceſ. præb. in antiq. Item per renunciationem beneficium, dicit ſemper vacare quoad ſuperiorem, qui poteſt illam admittere, cap. quod admonet. & c. quod in dubijs. de renunc. vbi requiritur, quod fuerit facta in manibus non habentis facultatem reſignationem admittendi, vel illicitè facta, & per ſuperiorem admiſſa: ſecus quando fit in manibus Papæ, & licitè, & conditionaliter, vt hic. Nam Papa illam admittit ſub dicta condinone, vt per Anton. in c. pridem. de pac. item conſenſus in prouiſione facta per Io. Baptiſtam in fauorem Franciſci, fuit limitatus, ſi reſeruarentur penſiones ſupradictæ: ſed per gratiam *ſi neutri*, non reſignantur dictæ penſiones: ſed Franciſcus liberè reſignauit beneficium abſque penſione, &c. Ergo conſenſus Io. Bapt. non ſe extendebat, & Papa nõ intellexit, quod reſignatio, & conſenſus Io. Baptiſtæ haberent hanc limitationem de penſione reſignanda. Ergo nec conſenſus reſignantis, nec voluntas adfuit in gratia, *ſi neutri*, & fuit hoc tentum vigore gratiæ, *ſi neutri*: nam ego ſententiam dederam Franciſco ſuper gratia, *ſi neutri*, & Domini ſimiliter fecerunt, &c.

DECISIO DCCCLVII.

De ſenten. & re iud. & reſt. ſpol.

SVMMARIA.

1 *Sententia in poſſeſſorio lata, eſt præferenda ſententia lata in petitorio, vbi ambo in rem iudicatam tranſiuerunt & num. 2.*
2 *Attentatorium iudicium ſapit naturam veræ poſſeſſionis.*
3 *Attentatorum iudicium cum agitur non currunt fatalia.*
4 *Tempus fatalium non currit in petitorio, donec ex facto aduerſarij non eſt paritum in ſpolio.*

VIcentin. beneficij, ſeu Capellaniæ S. Luciæ, coram me Io. Buſquetus obtinuerat ſententiam ſuper petitorio contra Sigiſmundum Paregræ de anno 1529. a qua pro parte Sigiſmundi fuit appellatum, & cauſſa appellationis commiſſa & poſtea ſuſpenſo petitorio, & ſuper ſpolio pronunciatum in fauorem Sigiſmundi cõtra Ioan. de anno 1530. & de menſe Ianuarij anni 1541. vterque prætendens ſuam ſententiam in rem iudicatam tranſiuiſſe, petebat executoriales, & negabat, qd
1 alteri deberentur. Mouebatur, quia † petitorium abſorbet poſſeſſorium, & ideo res iudicata in petitorio debet præferri, Imo. in l. naturali. §. nil commune, colum. 2. Pau. col. 2. & fin. Alex. col. 7. & ſeq. Abb. in cap. paſtoralis. col. 7. de cauſ. poſſ. & propr. & Alexan. in d. col. dicit iſtam communem. Soc. in cõſ. 59. col. 2. vol. 3. & quia cum Sigiſmundus non prorogauerit fatalia, eſt quod ſibi imputetur. l. fin. §. illud. C. de temp. appel. Alexan. in conſ. 9. col. pen. vol. 1. & conſ. 72. vol. pen. ver. hoc videtur in ſpecie. Ant. Butr. in cap. ex ratione, col. 4. de appel. Contrarium tamen tenuerunt omnes Domini, & addu-
2 cebatur, quod † iudicium attentatorum ſapit naturam veræ poſſeſſionis, Rot. deciſ. 113. tres ſententiæ. Abb. in cap. bonę. de appel. licet in modo proceden. attendenda ſint magis fauorabilia, vt ber gloſ. primam in Clemen. fi. & in lite pend. Abb. & alij, in d. cap. bonæ. ſed dum iu-
3 dicium † attentatorum agitur, non currunt fatalia, Rot. 445. in antiqui. & 102. in nou. Ergo dicen. ita penden. poſſeſſorio. Item ob impedimentum, ne Sigiſmundus proſequeretur petitorium, ſed poſſeſſorium, erat cauſſatum ab ipſo Io. ſpolium per eum commiſſum, ergo ſibi impedito culpa Io. non debent currere fataliã, Bald. & Moder. in l. contra maiores, C. de inoff. teſtam. & in c. ex ratione. colum. 8. verſ. contractus. de appell. & Iaſ. in d. l. contra maiores, & vltra allegata. Domini fuerunt moti hoc fundamento, quia poſt primam ſententiam in petitorio Sigiſmundus ſuſpendit petitorium. Stante ergo ſuſpenſione non potuerunt contra Sigiſmundũ currere fatalia. Nec releuat, ſi dicatur, poſt tranſitum ſententiæ in rem iudicatam ſuper ſpolio, tranſire etiam ſen-
4 tentiam in rem iudicatam ſuper petitorio. Quia † reſpõdetur, quod quouſq. non eſt pleniſſimè paritum in ſpolio, non cogitur quis inſiſtere in petitorio, nec ſibi tẽpus currit ex facto aduerſarij non parentis in ſpolio, Bal. in c. conſequenter, col. 1. de reſt. ſpol. Bar. 317. licet ſpoliator in nou. & Mod. in c. ſtatuerunt, col. 3. de teſt.

DECISIO DCCCLVIII.

De regreſſu.

SVMMARIVM.

1 *Regreſſus vbi non valet, remanet ius in reſignante, ſuper quo quis ſe fundat tamquam de iure tertij, tenetur docere.*

MAgontin. canonicatus B. Mariæ ad gradus inter D. Philippum & Marcum: dicebatur in ſupplicatione, quòd Iacobus Habel reſignauerat in Corradum reſeruato ſibi regreſſu, & quòd per obitum prætendens locum fuiſſe regreſſui, reſignauerat in Philippum, & opponebatur, quòd reſignatio regreſſus Iacobi non valuerat, quia tempore reſeruationis incideret
1 in cenſuras. Sed quia † cauſſa erat coram me, ego dixi, quod ſi non valuit regreſſus, ergo remanſit ius in reſignatione: non dixerat, quod aliter reſignare non intendebat, & ex quo reſignatio eſt in certæ perſonæ fauorẽ, (quod Rot. pluries tenuit) quòd reſignatio ſit conditionalis, videlicet ſi reſignatario poteſt acquiri, & ſibi reſignanti, quod reſeruare intendit. Et quòd licet non diceretur in ſupplicatione, quod reſignabat in fauorem Corradi, quod tamen colligebat, quia dicebatur Corradum fuiſſe in poſſeſſione in qua exiſtit, pacificam dimittendo. Et hoc Domini tenuerunt, quod ius remanſerat penes Iacobum. Sed quia Iacobus, quando reſignauit in Corradũm, etiam quod habebat ius in beneficio vigore tertij regreſſus, Domini voluerunt, quòd reſpectu tertij, Philippus Ceſſionarius doceret de iſto iure.

DECISIO DCCCLIX.

De iure emphyteutico.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum factum apud acta præſente iudice, & mandante ſcribi in actis valet, & fidem facit ſine teſtibus; aliàs ſecus.*

VLixbonen. emphyteuſis cõtractus coram D. Tho-
1 nia, Domini tenuerunt, quòd † mandatum factũ apud acta ſine appoſitione teſtium, non facit fidem, niſi aliter de ſtylo in illis partibus probetur. Et hoc dicit alleg. Lap. 18. col. 1. in fin. Ant. de But. in c. quoniam contra, de prob. num. 35. Bald. in rub. de fide inſtrum. col. 2. verſ. ſed dubitabatur, num. 4. Fel. in d. c. quoniam contra, dicit, quòd iſta opinio eſt ſuſtentabilis. Sed quòd Dominus ſuus tenet contrarium, & adducit aliquam opinionem Domini ſui: tamen Rota tenuit opinionem Lapi: quod teſtes non requiruntur in his, quæ de ſui natura ſunt de actis, vt ſunt litis conteſtatio, & ſimilia. Sed mandatum eſt contractus, & poteſt & ſolet extra iudicium fieri. Sed ſequenti audientia fuit dictum, quod mandatum fuit factum apud acta præſente iudice, & mandante ſcribi in actis. Et Domini fuerunt pro opinione Ant. & Fel. per diſtinctionem concordat opiniones in d. c. quoniam contra. col. 10. in fi. verſ. conſuetudo, in eadem gl.

DECISIO DCCCLX.

De procurat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mandatum cum libera factum duobus, nisi sit in eo expressum insolidum, vel vnicuiquesipsorum, non debet intelligi.*

IN eadem Vlixbonen. vbi erant constituti duo procuratores cum libera: sed non dicebatur, insolidum, seu vnicuique ipsorum dando instrumentum mandati, licet Bal. in rub. de excus. tut. quem refert Franc. in cap. si duo, de procu. in 6 teneat, quod propter verbum, cum libera, quilibet censetur insolidum constitutus. Domini
1 tenuerunt † cum Aret. reprehendentes Bal. quod voluit vnicuique dare mandatum, quod voluit, quod quilibet sciret se procuratorem, & facere possit: non autem propter hoc vnus sine alio posset agere. Et contra Bald. videtur etiam transire Dec. in cons. 297. sed iste tenuit cum Aret. in c. petidennam, nu. 19. de off. deleg. allegabatur etiam Aret. in l. eamdem, ff. de duobus reis, quem tamen non vidi, sed tantum alios supradictos.

DECISIO DCCCLXI.

De testib. & probationib.

SVMMARIVM.

1 *Testes de auditu auditus concurrente fama in antiquis probant possessorium, & sufficiunt tres.*

PLacent. iurisdiction. castrorum coram me respondetur: testes Reueren. Camerarij ætatis 70. annor. deponebant, quòd a suo recordatu semper viderant Comites de Rubeis aduersarios Camerarij possidere, & si probant secundum extremum, videlicet, quod Comites tunc possident, super quo non est difficultas. Sed etiam dicebatur, quod audiuerant ab eorum patrib. qui ab auis audiuisse referebant, qui a proauis audiuisse dicebant, quod Abbates Abbatiæ, de Sola, de qua Camerarius non est Abbas possedertant. Dubitabatur, *an per istos testes audiens de auditu, & quia etiam publicè audiuisse dicebantur, probetur primum extremum, videlicet, Abbatem pro tempore primo possedisse: an dictos Comites, ex quo eramus in antiquis, in quibus minor probatio sufficit?* Et allegabatur, quod cum fama non probet in antiquis, ergo multo minus testes auditus de auditu, Abb. & Imol. in cap. ueniens, de test. §. 1. Abb. post Ioan. Andr. in c. inter dilectum, de fide instru. Nam fama non facit plenam probationem, ad not. in l. 3. §. eiusdem, de testam. glos in cap. illud, de cleric. excom. & secundum aliquos, neque etiam semiplenam, Docto. in l. 2. ff. de excu. tut. Io. And. in addit. ad Spec. in titul. de not. crim. in additione, quæ incipit allegatis, Abb. in c. super eo, de consang. & affin. cum fama sit fallax, & ea quæ allegantur in tenendo aliquam opinionem ad cuius reuocationem adducuntur, de quibus in c. 1. §. super quib. quidē, de uerb. sig. & pro parte tex. in cap. si duo, 36. q. 6. si aliquando probaretur, deberet intelligi de his, quæ sunt modici præiudicij, & iuxta cap. cum caussam, & ibi not.
1 de probat. Tamen † Domini tenuerunt contrariū, quia licet nonnulli teneant, in possessorio sufficere semiplenā probationem, Bar. in l. 1. C. ubi in rem actio, & in l. 1. C. si de momen. pos. & latius Moder. in l. admonendi, de iureiur. tamen Soc recipit aliam partem, quod primum extremum debebat plenè probari sed etiam in antiquis sufficiunt tres testes de auditu auditus, maximè concurrente fama, l. si arbiter, ubi Doc. ff. de prob l. 2. §. idem Labeo, ff. de aq. plu. arc. Fel. post alios, in c. licet ex quadam, de testib. imò in antiquissimis, cū non extet memoria, probaretur, Cassa, dec. 2. de prob. Soc. cons. 205. col. 2. in fi. & in cons. 146. ad fi. & cons. 507. volum. 2. Cep. in cons. ciuili 11. inter cons. Alex. in cons. 187.

DECISIO DCCCLXII.

De procurat. aliàs de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Allegatio vita sola vsque ad centum annos sufficit absque alia probatione, & transfert onus probandi mortem in aduersarium.*

IN vna Valentin. de Paglio coram me, Martinus Balen, constituerat procuratorem de anno 1524. ad resignandum quæcumq; sua beneficia in fauorem quorumcūque, vbi uisum fuerit, & procurator de an. 1539. resignauerat beneficium in fauorem Martini Calafora actoris, & Io. Bap. Baldasinus reus, & possessor excipiebat, quod quia est spacium 30. annorum a die constitutionis procuratoris ad resignandum, quod Calafora probaret Balen. dixisse tēpore resignationis: quod ipse resignauit, ergo præsumit illum viuere tempore resign. ergo si fundat se in vita illam probat, ad Bar. communiter probatum in l. sed si quidem, in prin. C. de sol. matr. ad l. Spadonem, §. qui absolutus, ff. de excus. tut. Bar. in l. si inter, & in l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. Fulg. in l. sed & si. & ibi Alex. col. fi. versic. Raphael, hic, ff. de acq. hær. Nam licet quis præsumatur viuere vsque ad 100. annos, tamen talis præsumptio non sufficit sibi ad fundamentum intentionis, Corn. in consi. 139. col. fi. vol. 1. Item quia verius est dicere, quod non præsumitur viuere vltra 100. annos, non autem, quod præsumatur viuere vsque ad 100. annos. Et pro hac parte adduce-
1 cebatur etiam Ang. in d. l. sed & si. Tamen † Domini tenuerunt cōtrarium, quòd ex quo quis præsumitur viuere vsq; ad centum annos, sufficit allegare absq; alia probatione, ita Bald. in cap. ex tenore, colum. 1. versic. vbi tunc venien. de testib. Angel. in d. l. sed & si. quam logit cum l. hæres, in princ. & ibi glo. & tex. in l. si adulterium, ff. de testib. per Alb. in l. fi. col. 2. post prin. & Pau. de Cast. ibi in prin. C. de sacros. ecc. & ibi Mod. not. col. fi. ver. vlt. Et dicebatur, quod quando duo eodem tempore sunt mortui, & non constat quis primo, præsumitur senior, & debilior. Sed in casu nostro non probatur aliqua mors, ita Soc. in l. inter virum, de reb. dub. Sed Domini principaliter fuerunt moti, quòd Baldasinus debeat probare mortem, quia Calafora non fundat se principaliter in vita, se in instrumento procuræ, ad resignandū, & in resignatione: & Baldasinus bene principaliter fundat se in morte excipiēdo, ergo probare tenetur.

DECISIO DCCCLXIII.

De sententia, & re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata post duas conformes nulliter latas, dicitur prima, non autem tertia.*

IN eadem Calafora obtinuerat duas sententias canonizatorias sine titulo: postea Baldasinus produxit suum titulum anteriorem. Ideo obtinuit reuocationem dictarum duarum sententiarum. Nec Calafora produxit titulum Martini Baldas. qui in casu resignauit, qui titulus est anterior tituli Baldasini. Et dubium est, si sententia, quam nunc dabo in fauorem Calaforæ, erit, tertia, aut prima. Et fuit conclusum, quod sit prima,
1 † quia non possum ego confirmare duas primas sententias, dicendo bene iudicatum, & male appellatum, quia constat, quod ille titulus canonizatus per duas non est validus, ex quo sunt alij tituli anteriores & validiores, prout est titulus Baldasini, qui nunc, & non in primis fuit deductus & canonizatus. Et in similib. a Dominis idem fuit cōclusum, & coram me in una Conchē. S. Michaelis inter Franciscū de Mēdoza, & Io. de Rubrillas.

DECISIO DCCLXIV.

De concess. præben.

SVMMARIVM.

1 *Clausula sine præiudicio expectantium, præseruat etiam gratias expectatiuas successoris.*

VIrduoen. canonicatus coram D. Put. Gerardus Gaberti fuerat a capitulo Virdunen. creatus in canonicum, & confirmatus a Clem. Papa VII. cum clausula, sine tamen præiudicio expectantium Apostolicorum & mandata Apostolica prosequentium. Postea mortuo Clemente, Nic. Vednas, qui cessit in Dominicum Vasquere, obtinuit gratiam expectatiuam a Paulo Moderno

derno Pontifice,& fuit dictum, quod illa clausula, *sine præiudicio*, &c. conseruabat etiam gratias ex post concedendas. Sed fuit maius dubium, *an præseruaret etiam gratias postea concedendas per Paulum eius successorem?* Et dicebatur, quod nō videtur de mente Pontificis cōsiderasse prædictas gratias futuri Pontificis. Et pro hac parte informabat Dom. An. Gabriel,& D. Hieronymus de Iustinis: non tamen breuioribus informationib. Sed quia informationes sunt longissimæ, hic non scripsi iura sed pro memoriali, quod Rot. tenuit, excepto Dom. Aquen.& me, quod illa clausula præseruaret etiam gratias expectatiuas,& mādatorum concessorum per Paulum eiusdem Clem. successorem.

DECISIO DCCCLXV.

De solut. & procurat.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad lites non potest deputare œconomum, nisi habeat speciale mandatum.*

Tirasonen. prioratus de Tudella N. obtinuit tres sententias conformes super dicto prioratu, super spolio attentato contra monasterium Grandimolen. & brachium sæculare; & monasterium postea obtinuit commissionem, quod parito per ipsum iudicato quoad possessionem & expen. (quia difficulter potest docere de paupertate) deputet œconomum in partibus, quòd deductis victu & vestitu, & necessarijs monasterij & monachorum, reliquum assignet Capitulo de Tudella pro fructibus sibi debitis, vsque quo fuerit integraliter satisfactum. In signatura erat, arbitrio Auditoris, &
1 propterea contingit dubitari, *an procurator † ad lites diceretur habere sufficiens mandatum ad petendum deputationem œconomi?* Et dicebatur pro parte monasterij, quod ita: quia non est lege cautum,& speciale mandatum requiratur, ad glo. in l. si quis mihi bona, §. iussum, in verbo, specialiter, ff. de acq. hæred.& in c. qui ad agendum, in ver. parcifici, de procur. lib. 6. in glo. in verbo, mandatum. ponit, Specul. in ti. de procur. Item arguit Alexan. cons. 133. col. 1. & quia videtur diuersa materia a cap. Odoardus, & a cap. peruenit, quia dicta capitula sunt in lucta pro clericis sæcularibus,& mortuo clerico extinguatur, siue sint monachi, siue sæculares & eorum monasterium numquam moritur. Item cum de perpetuo seu saltem de maiori præiudicio tractetur, ideo si pro clerico sæculari requiritur speciale mandatum, vt infra dicetur, multò magis hic debet requiri, & sicut subuenitur sæcularibus cum dictis remedijs, & particularibus, ita debet subueniri regularibus, & congregationi eorum. Quòd autem requiratur speciale mandatum ad deputandum d. remedia, allegabatur Bellarm. dec. 198. cum in d. §. iussum, considerabatur non sufficere mandatum ad eadem, nisi dicat talem hæreditatem. Et licet Bella. loquatur in cessione bonorum, idem fuerat conclusum in c. Odoardus, & in c. peruenit, coram D. Raynaldo in vna S. Andreæ. Et ita deputatio œconomi sapit malitiam, d. c. peruenit. Ergo idem dicendum. Nō obst. quod cedens bonis incurrit infamiam, vt per Bald. in l. fi. C. qui bon. ced. poss. Mod. in §. fi. Inst. de act. quia etiam in c. peruenit, dabat quandam speciem seruitutis, quod quis non sit administrator bonorum suorum, qui fortè potius vellet vendere & satisfacere, quàm ita iuuari: & sic in hoc fuerunt Domini. Voluerunt tamen, quod si pro parte monasterij datur cautio in Vrbe ad soluendū fructus, seu illorum valorem, si capitulum non haberet ratam istam deputationem œconomi, quod deputaret talem œconomum.

DECISIO DCCCLXVI.

De spolio execrabili.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus execrabilis venit restituendus.*

2 *Restituendus venit quicumque habens titulum coloratum ab eo, qui potest conferre.*

3 *Possidens duo incompatibilia non debet spoliari, & spoliatus debet restitui.*

Columbrien. Parochialis de Penna noua contingit dubitari coram D. Thoma, *an execrabilis spoliatus*
1 *veniat restituendus.* Et † dicebatur, quòd non, quia est penitus inhabilis,& persona eius incerta, adeo quod sicut non potest possidere, ita nec ad possessionem restitui, ad glos. in cap. quo iure. 8. distin. ad not. in cap. decima, de restit. spol. in 6. item quia extrauagans execrabilis, habet decretum irritans, quod inficit titulum,& possessionem, allegabant Corset. cons. 16.& Car. d. c. quo iure, col. 3. vers. infamia.& Rip. in cap. 7. de rest. spol. Et quod non restituatur, est èt decis. Rot. 321. in antiq.& 16. in nou. Et ita moderno tempore fuit obtentum coram Do. Aquen. vt attestatur D. Sarnen. qui etiam tenuit in regula de annali. quæst. 25.& 55.& de triēnali q. 10. vbi adducuntur auctoritates pro vtraque parte, quæ ibi potuerunt videri. Tamen tempore meo in hoc casu fuit tentum contrarium. Et primo post Alex. in c. de ferenti, de præbend. vbi spoliatus, qui duo incompatibilia obtinebat, fuit restitutus. Et licet dicatur, quòd ibi fortè illud euenit de facto, quia illud cap. non est factum principaliter ad decidendum illud, quod ille esset restituendus: tamen allegabatur tex. in c. licet Episcopus, eod. tit. in 6. vbi obtinens duo incompatibilia non potest per Ordinarium vno spoliari, quia dicit tex. aliqua defensio possit sibi competere: ideo est citandus, ergo multo minus debet spoliari a priuato. Et hanc opinionem tenuit Oldr. in cons. 227.& alij de quib. per D. Sarn. in d. q. 10. Itē
2 quia quicumque,† qui habebat titulum coloratum, videlicet ab eo, qui potest conferre, Abb. in c. cum nostris, col. fi. de concess. præb. venit restituendus, sed execrabilis potest habere titulum coloratum, Ergo, &c. Nec refert, quod suus titulus est redactus ad non titulum, quia respondetur, quòd istud est quoad ius tituli, non quoad colorem tituli: hinc videmus, quòd limitatur regula de triennali, vt per Sarnen. in d. q. 10. Quod non procederet si non haberet titulum coloratum. Nec obstat cap. ad decimas, de decimis, quia ibi possessio per illud cap. inficitur, quia etiam quoad possessionem spiritualium,& eius descendentium laici sunt incapaces, c. caussam. de præscript. Non obstat d. decis. 16. & 321. quia fundatur in ratione, quia pars sic dispensata prouenit ex accidenti: ideo præsumitur. Nam ratio tex. cap. licet, demonstrat contrarium, cum dicat, quod pos-
3 sidens † duo incompatibilia non debet spoliari, quia posset sibi competere aliqua dispensatio, Item videmus, quod quando quis acceptat ratione gratiæ reuocatæ, restituatur, quia posset esse reualidata, Cassad. decis. 1. nu. 14. de rest. spol. & tamen reualidatio prouenit ex accidenti, & fuit pluries tentum tempore meo, licet in dec. Cassad. fuit ibi controuersia, vbi non obstante decreto irritanti apposito in Extrauaganti, Execrabilis, quam refert Aretin. in l. naturaliter, §. nil commune, colum. 1. quòd non afficiat possessionem instrumentalem, fuerat tentum, quòd decretum non afficiat, nisi sit super certo corpore beneficij, tamen hic videtur, quòd afficiat, quia est in corpore iuris clausum, per cap. 2. de proba. lib. 6. Nisi dicamus, quod ista est Extrauagans. Tamen istud obiectum de decreto remansit indecisum, tū quia in casu nostro non constabat de execrabilitate, quia execrabilis passus est super illam discuti: secus si tātum tituli & possessionis duorum incompatibilium essent producti. Ex aduerso posset replicare, cum ero restitutus, docebo de dispensatione,& non distulit antea execrabilitatem. Sed etiam si execrabilis esset probata, aliqui tenuerunt, quod esset restituendus, per supradicta: sed cum fuit responsum ad obiectum de decreto, videtur, quòd si est passus discuti execrabilitatem (quia imputatur sibi, prout & illi, quia petijt discuti petitorium, & possessorium) ex petitorio constat dare de

non

non iure suo: sed quando non est discussa Execrabilitas, omnes fuerunt concordes quod admittatur ad probandam Execrabilitatem antequam spoliatus, qui dicunt Execrabilis, sit restitutus ad possessionem qui fuerat per aduersarium spoliatus.

DECISIO DCCCLXVII.

De procurat. & de arbit.

SVMMARIA.

1 *Mandatum ad comparendum, & compromittendum extenditur ad secundos, & ad vlteriores actus.*
2 *Securitas eundi & redeundi pro ineunda pace non intelligitur pro vna vice tantum, sed quousque durat tractatus.*
3 *Procurator constitutus ad appellandum potest primo, & secundo appellare.*
4 *Statutum de faciendo compromissum inter coniunctas personas debet intelligi etiam pro pluribus vicibus donec lis terminetur.*
5 *Sollemnitas statutaria non requiritur in actu de necessitate faciendo.*

ROman. hæreditatis inter D. Isabellam vxorem D. Iacobi de Cesis, & D. Portiam sororem d. D. Isabel læ, & vxorem D. Petri Pauli, de Ceruaria erat D. Sebastiano Prighino, & mihi vt arbitris commissa caussa, super qua tamen feci plures informari Rotam super negotio principali, & demum mihi occurrit dubium, quia Portia, fecerat mandatum ad comparendum pro terminandis differentijs, inter ipsam, & Isabellam vertentib. vt latius procurator compromiserat, *an poterit secundo promittere?* Dicebatur, quòd non, quia dispositio hominis in primo actu verificatur, l. Boues. §. hoc sermone. de verb. sign. l. dotis promissio. §. quòd vulgo. ff. de collat. dot. l. matrimonia, ff. qui & a quibus. Tamen
1 † quia in casu nostro fuit mandatum ad comparendum in ista caussa & differẽtia terminaretur, sequitur, quod dispositio hominis non solum extenditur ad primum actum, sed ad secundum, & tertium quousque caussa nostra expediatur, ad Bald. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. Io. de Plat. in l. 1. C. de manu. lib. 11. Abb. in cap. 2. in fin. & Pau. & ibi Fel. col. pen. in 4. limit. vbi inferunt quod
2 † sit securitas eundi, & redeundi pro incunda pace, non intelligitur data pro vna vice tantum, sed quousq; durat tractatus, Anton. de Butr. in consi. 30. in 2. lib. & in cap. cum in, col. 8. de constit. Et dicit Bald. in l. inuitus in fin. C. de procur. quod procurator † constitutus ad
3 appellandum potest non tantum primo, sed secundo appellare, quia per primum non satisfit intentioni disponentis, Georg. Natt. in Clem. Sæpe. col. 62. de verb. sign. Ias. in l. cum seruus. §. si quis alicui. col. fi. de leg. 1. Et per istam rõnem expressam, ꝙ lis finiatur per cõpromissũ, ꝙ si semel expirauit, poterit iterum compromitti, Rom. cons. 504. Item quia † sorores ex forma statuti teneban-
4 tur ad compromittendum, & toties quousque caussa terminaretur, vt per Bald. in l. fideic. §. si quis dub. de leg. 3. Rom. d. consil. 504. in princip. Bald. in l. qui per salutem. in fine. ff. de iureiuran. & ibi Rom. in fin. & Alex. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. Rom. in d. §. hoc interdictum. ff. de oper. no. & si dicatur, quod licet Portia teneretur compromittere toties, quousque differentiæ terminarentur, quòd hoc poterat facere ex se absque eo, quòd mãdatum intelligeretur factum, vt toties procurator possit compromittere, quoties opus fuerit ad differentiæ terminationem, ex quo per statutum toties Portia poterat cogi ad compromittendum. Ergo &c. l. quod nouissimè. ff. quod falso tut. & ibi Bald. Io. And. in c. præterea. col. 2. de turp. & in regula bona fides, de reg. iur. in 6. Nec est verum dictum Salic. in l. fi. C. de iud. ꝙ compromittens non censetur compromittere ex necessitate ex forma statuti, nisi hoc sit expressum. Nam Aret. improbat cons. 24. col. pen. vers. 2. Abb. refert Io. Cro. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 17. col. vers. not. pro complemẽto. ff. de ver. obl. Occurrit & alia mihi difficultas, quia istæ mulieres, præsupposito, quod subiaceant statutis Vrbis vna compromisit, alia cõstituit procuratorem ad compromittẽdum sine auctoritate propinquorum, & decreto iud. seu aduocati. D. aũt Gabrielius primo dicebat, ꝙ statuta Vrbis loquuntur tantum in quattuor casib. donatione, quietatione, renunciatione, & pactis de non petendo, & compromissum non est de istis. Ergo, &c. Nec secunda pars statuti dom incipit, cõtractus in genere, facit in contrarium, quia hoc compromissum non adfert saltem læsionem, cum sit factum, pront de iure. Vltimo dicebatur (& hoc principaliter mouit Dominos ad tenẽdum, ꝙ dictum compromissum tenuerit) ꝙ cum ad compromittendum partis vigore statuti cogerentur, succedit, ꝙ ad faciendum actuor † necessario nõ
5 requiratur sollẽnitas statutaria, l. 1. §. sed si, ff. de reb. eorum. text. & ibi Ant. in l. si tibi pecuniam, in 4. not. ff. si cer. pet. vbi vult. ꝙ qui facit actum ex necessitate, non subiacet statuto simpliciter loquendo de faciẽte actum, Bal. in l. si hæres, ff. de act. emp. Alb. in 2. p. stat. incipien. ex plurib. oritur glos. pen. & ibi Ram. & Bald. qui hanc communem dicunt, & Sal. & Ang. in l. fi. C. de leg. tut. vbi bona obligantur sine sollennitate propter caussam necessariam. Et dicit Rom. in conf. 220. & 394. & licet vxor sine sollemnitate non possit quietari, tamen quietatio est necessaria. Item licet tutor non possit compromittere super re, vel lite pupilli, Ang. in l. Imperatoris. de pact. Pau. de Cast. Alex. & Ias. in l. iurisgentium. §. fi. ff. eod. tit. tamen promittere potest ex necessitate statuti, Bald. & Angel. dicunt ita seruari in practica, & sequitur Alex. Pau. & Ias. in d. §. fi. & dec. 1. cons. 532. Soc. 117. Et propter huiusmodi statutum tenuerunt Domini compromissum, vt sup. factum valere.

DECISIO DCCCLXVIII.

De litigios. alleg. aliàs de homicidio.

SVMMARIA.

1 *Alexandrina locus est, vbi probatur vulnus illatum ex caussa litis.*
Contrarium tamen est verius, quòd imò præsumatur ex caussa alia non apparente, nu. 1. & dec. seq.

PLacen. vsurarum coram me inter Franciscum, & fratres de Scotis ex vna, & ex altera inter Iulium, & fratr. s de Scotis, obtinuerunt contra Franciscum, & fratres sentẽtias conformes executoriales, & postea Camala ius procurator Frãcisci, & fratrum, fuit ad partes, animo tamen (vt deponebant testes) reuertendi ad curiã pro eadem caussa, nam restabat aliqua datio fructuum. Item quia in sententijs erat reseruatum ius legitimæ, & Trebellianicæ Fraocisco, & fratribus, & sic lis non poterat dici in totum extincta, & Iulius & Camillus eius frater pluribus vulneribus in territorio Placentino affecerunt supradictum procuratorem. & vnus testis erat præsens, dum vulnera infligerentur, fuit dubitatum, an vulnera dicerentur illata, ex caussæ litis. Et Domini di-
1 xerunt, † quòd sic: & quòd erat locus Alexandrinæ, & quod non habebat hæc materia difficultatem, & ab eodem meo se fuit difficilior casus coram Domino Mohedano in vna Vrbeuet. Castri Castillionis inter D. Petrũ Paulum ex vna, & D. Antonium de Sabellis ex altera. Nam Io. Fraocisc. pater Antonij, qui habebat litem cũ Gentile, qui erat actor Petri Pauli, ipsum Gentilem interfecit propè barcum, & non probatur, quod fuisset ex caussa litis; & ideo pro parte Antonij dicebatur, quòd si aduersarij volunt patrem suum incidisse in Alexandrinam, quod deberent probare homicidium fuisse ex caussa litis, Barto. & Alex. in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de oper. no. nunc. Bar. in l. Folcinius, §. sed cum hoc, ff. ex quibus caus. in poss. eat. Fel. in cap. auditis, col. 2. uers. 7. constitutio. de præsum. & in cap. super his, colum. 3. & seq. vers. 3. concl. de accus. & quia debet præsumi noua caussa, Rom. in consil. 133. in casu proposito dicendum est, colum. fin. versi. nec præsumendum.

Item

Item, quia iste qui intulit vulnera, obtinuerat rem iudicatam, & decretum executorialium. Ideò non est verisimile, quòd fuerit ex caussa litis, ex quo erat victor ipse
2 homicida. Tamen † Domini tenuerunt contrariū, quod in dubio præsumatur ex caussa litis, caussa alia non apparente, & illud, quod dicitur de pace facta, quòd non præsumitur ex antiqua caussa, procedit, quando apparet, quod noua caussa superuenit, Rom. in consil. 153. Bar. in l. aut facta, §. cum ea. ff. de pœnis, cum aliis de quibus in l. si quis seruum. de verb. oblig. & quia quando non apparet, nisi vna caussa, vt est caussa litis, præsumatur factum ex illa caussa, l. quædam mulier. ff. de rei vendic. & in l. nominatim. ff. de liber. & posthum. & quia caussa offendendi cōsistit in facto & pluralitas factorum, & actuum non præsumitur, Ant. de Butr. & alij c. in præsentia, de probat. & in dubio si non apparet de nouo, debet præsumi, vt per Alex. & alios in locis supra allegatis. Et hęc fuit caussa impulsiua, quæ non seruit ad casum nostrum. Secundò in Placen. coram me contigit dubitari, an Alexādrina vendicaret sibi locum in offendente procuratorē, vel partem extra curiam? Et fuit obtentum, quòd sic, quia Alexandrina loquitur de prosequente litem in curia, seu occasione litis pendentis in curia, non tamen dicit, quòd requirat prosequentem litem in curia debere offendi in eadem, & illud, quòd dicit, vt tacitè, & secutè permanere in curia possit, & caussas pertractare, tamen non infertur, quod si dum recedit, vel venit ad curiam, offenditur, quòd Alexandrina non habebat locum, quod placet: quia extenditur vsque ad Bullam in cena Domini, quę loquitur de offendente extra curiam. Aliàs sequeretur, quod Alexandrina seruiret de vento, cum quis extra portas vrbis, vel saltem ad quattuor milliaria posset offendere collitigantes. Et ideò Alexandrina debet intelligi de offenden. extra curiam in lite pendente.

DECISIO DCCCLXIX.
De eodem.
SVMMARIVM.

1 *Modicum temporis interuallum, seu alia noua caussa dependens a prima non excusat a pœna Alexandrinæ.*

Sed in Vrbeuetan. etiam Domino Mohedano postea vt Ioan. Frāciscus excusaretur ab incursu Alexandrinæ, fuit deducta noua caussa. Nam Gentilis, qui fuit interfectus, emerat omnia bona Io. Francisci deuoluta ad Cameram Apostolicam, propter rebellionem ipsius Io. Francisci, quæ rebellio narrabatur in instrumento venditionis sibi Gentili factæ per Cameram, & Pontificem. Et homicidium fuit per quinque dies post instrumentum venditionis commissum. Et vnus testis deponebat de publica voce & fama, & dito de auditu, quòd homicidium fuerat ex caussa emptionis dictorum bonorum. Tamen si bona empta erant illa, super quibus litigabatur, Domini fuerunt, quòd adhuc locus erat Alexandrinæ, quia
1 propter modicum interuallum temporis inter emptionem & homicidium potest præsumi, quòd Ioan. Franciscus ignorat dictam caussam, ad l. vnus. ff. de prob. Alex. cons. 103. vol. 1. vbi vult, quòd notoria probetur, & cons. 80. nu. 9. vol. 4. Soc. consil. 97. Immo etiam si sciuisset, idem dicen. est, quia lis præbuit caussam emptioni, nam si pręrendisset tus, vt se liberaret a molestijs, nō emisset: Et sic verum est dicere, quòd lis præstitit occasionem homicidio. Nam occasio est, quæ caussam remotam præbet præscribendi, in cap. post translationem. de renunc. Bart. in l. vxori. ff. de auro & arg. leg. & Alexandrina loquitur etiā occasione litis offendendo. Ergo &c. ad Dec. in rubr. C. qui admit. Ergo non sequitur, quod ex caussa emptionis: ergo ex caussa litis accidit: immo erat facilius sibi litigare cum priuato emptore, quàm cum Camera Apostolica. Et de caussa remota vide Ang. consil. 65. & 253. vers. illud. Domini tamen super hoc nihil dixerunt. Sed fuit dictum, quòd informaretur, an in emptione comprehenderentur alia bona, quàm litigiosa: quia tunc data scientia emptionis potest dici factum ex caussa emptionis, & aliorum bonorum, de quibus non erat lis, & sic quod nō esset locus Alexandrinæ.

DECISIO DCCCLXX.
De foro competenti.
SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ dicitur habere iurisdictionem inter præsentes in Curia, qui aliàs non essent eius iurisdictioni subiecti.*

Conchen. decimarū inter Martinum Xemenes Rectorem de Villanoua, & Marcum de Patada Rectorem de Pocaldera: agebatur coram Domino Thoma super decima prouenientes in territorio de Montegna, & partes erant præsentes in Curia, & ad instantiam Martini fuit monitus per Auditorem Cameræ Marcus ad restituendum fructus, quos percepit in territorio de Montegna Domino Martino. Et nihil fuit dictum, quòd Martinus ageret nomine suo, vel Ecclesiæ, & Dominus Auditor Cameræ pro Martino decreuerat remissoriam. Et fuit dubitatum, an de iure valeat? Et dicebatur, quod non, propter defectum iurisdictionis A. C. qui in subditos nō suos nullam habere videtur iurisdictionem, Tamen quia caussa agitur inter curiales & præsentes in curia, prout erant Martinus, & Marcus, ideò primo coram Domino Mohedano, & in secunda instantiam coram D. Thoma
1 fuit tentum † contrarium. Et hoc, quia habet iurisdictionem inter præsentes in curia quoad ipsas personas, credita, & debita. Sed hic Martinus licet non dicat, quòd agat nomine ecclesiæ suæ, tamē non potest petere fructus decimarum, nisi quia decimæ debentur suæ Ecclesiæ. Et Marcus è contrario asserebat ad se spectare, & sic hic agitur non ratione personarum, & debitorum ipsorum Martini, & Marci, sed ratione suarum Ecclesiarum, quibus prætendit decimas deberi. Quæ Ecclesię non sunt subiurisdictione A. C. & sic potest inferri per rectores ita agendo perpetuum præiudicium Ecclesijs, & sic Domini fuerunt pro nullitate.

DECISIO DCCCLXXI.
De iudicijs.
SVMMARIVM.

1 *Absentia aduersarij sufficit vt probetur post actum in absentia factum.*

Vrbeuetan. seu Tridentina coram Rauellen. pro magistro filiorum D. Antonij Gabrielis aduocati,
1 fuit † dictum, quòd ipse non docto de absentia aduersarij sui, seruauerat terminos, & testes iuuari, & examinari obtinuerat. Et quia prius non docuerat de eius absentia, nec processu, per audientiam contradictarum decerni obtinuerat. Sed post hæc omnino, quòd processus, & dicta testium sustinebantur, ex quo hodie constat, quòd tempore, quo supradicta agebantur, verè aduersa pars erat absens. Et quod sufficit post de hoc docere, probat dicitur decisio nostra de procurat. quod producendo mādatum post sententiam, ex quo constat, quòd tempore sententiæ erat procurator, facit dictam sententiam valere.

DECISIO DCCCLXXII.
De sententia, & re iud.
SVMMARIVM.

1 *Absolutoria actori, & possessori potest dari a molestijs sibi de facto illatis.*

Egitanen. parochialis de Ponsalis: Domini noluerūt,
1 quòd Petro de Orta actori, qui erat possessor, posset dari absolutoria, nimiratis sua interesse putantibus, nam ordinarius erat mortuus. Et ideò si viueret, forsan de aduersarij iure non constaret, quia licet regulariter absolutoria detur tantum actori, & possessori, qui committit caussam super molestijs, tamen forsan non poterat dari a molestijs de facto sibi illatis.

Hh DE-

DECISIO DCCCLXXIII.
De remissoria, & de sequest. poss.
SUMMARIUM.

1 *Remissoriam, petens ad probandum ius patronatus debet ponere beneficium in sequestro.*

LEgionen. parochialis de Villadella pro Petro de Poamar contra Petrum de Villareal, vbi possessor petebat remissoriam cum promissione de stando vnicæ sententiæ, & pro remissoria ad probandum iuspatronatus, 1 dedarat testes. Domini voluerunt,† quòd etiam poneret beneficium in sequestro, aliàs sibi non daretur remissoria, ex quo si non probaretur intentum suum, nec beneficium esse de iure patronatus, sententia & etiam sequestrum, daretur aduersario. Et licet omittatur sententia, ex quo possessor vult stare vnicæ sententiæ, tamen non debet fraudari sequestrum, quia si non daretur sententia, obtinaretur sequestrum.

DECISIO DCCCLXXIV.
De restit. spol.

CAlaguritan. coram D. Paulo, fuerant Domini, quòd sola bulla exspectatiuæ, immo etiam solus processus fulminatus absque acceptatione sit coloratus titulus ad restituẽdum in spolio, quia qui est in possessione, & producit exspectatiuam, videtur acceptasse, ex quo possessionem cæpit. Nam & traditio possessionis factæ per executorem habet vim prouisionis.

DECISIO DCCCLXXV.
De sententia excomm.

ROmana domus & bonorum inter Franciscum, & Ferdinandum de Fontegha: Ferdinandus erat censuratus ab Auditore Cameræ ad instantiam Francisci, & mihi commiserat causam nullitatis censurarum cum facultate absoluendi prout de iure. Postea obtinuit aliam commissionem, quod absolueretur ad effectum agendi tantum, prout videretur mihi, & Domini noluerunt, quod etiam vigore breuis secundæ commissionis ipsum absolueram ad effectum agendi tantum, nisi prius parito iudicato, quia fuit censura lata in curia, nam si esset in partibus absoluetetur.

DECISIO DCCCLXXVI.
De sententia.

NEapolitan. beneficiorum, quia regula est in beneficialibus, quòd si non sumus in spolio, sed tantum in intrusione, Rota condemnat intrusum in fructibus perceptis a die motæ litis tantum, tamen si beneficium vacauit in curia, Rot. condemnat intrusum ad rem a die intrusionis propter text. in c. 2. de præben. in 6. vbi prohibet cum decreto irritanti, ne alius quam Papa conferat vacan. in curia; ideo, qui se intrudit non habet aliquam excusationem, quare condemnatur in fructibus a tempore intrusionis. Et ita fuit tentum in hac caussa Neapolitan. coram me, in qua intrusus non habet titulum, in actis, & idem si ab alio, quam a Papa habuisset titulum, propter dictum c. 2. sed si intrusus esset prouisus a Papa, cessarent supradicta, ideò crederem, quòd debeat condemnari a die motæ litis tantum.

DECISIO DCCCLXXVII.
De appellatio.

PAlmen. Castrorum pro Domina Aloysia de Gonzaga vxore Domini Sfortij de Sancta Flore coram Domino Marsicano, parti aduersæ fuerat præfixus terminus ad secundam, quæ appellauerat, & D. Marsican. reposuerat cum intimatione, & notarius extenderat iuxta eorum formam, videlicet Dominus reposuit, & nihilominus voluit, quod intimaretur huiusmodi repositio parti aduersæ, & dicta repositio non fuit intimata, & Domina Aloysia non aliter appellando a dicta repositione, & non petendo se reponi propter dictam repositionem partis aduersæ, petijt & obtinuit sententiam a D. Marsicano: dubitatum fuit, an esset nulla, & inualida, & an posset subscribi? Et Domini dixerunt, illam validam, quia aut illa repositio cum intimatione est generalis, videlicet si intimata fuerit, & quousque non fuit intimata, cum non sit purificata conditio, effectum non potest operari: aut modulus iuxta extẽsionem notarij vt supra not. ex tunc cum non fuerat intimata, non afficiebat Aloysiam quousque sibi non intimaretur, & ideò ipsa potuit validè sententiam petere, & sic Domini fuerunt, quòd Marsicani sententiam, vt validè per eum latam, subscriberet.

DECISIO DCCCLXXVIII.
De præbend.

SAnctissimus D. N. Paulus dũ esset in minoribus, cessit Archipresbyteratum Vrbeuetan. in fauorem Bernardini de Aqua Penden. reseruato sibi regressu per cessum, vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem prædicti Bernardini. Deinde Bernardinus assecutus fuit aliud incompatibile beneficium, & sic fuit locus regrediendi per priuationem quidquid esset Cardinalis tacuit, & non fuit prosecutus ius suum regrediendi propter priuationem. Immo dictus Bernardinus semper remansit in possessione: antequam mortuus esset dictus Bernardinus sanctissimus D. N. transtulit huiusmodi regressum in Cardinalem sanctorum quattuor, Cardinalis præfatus in Sebastianum Vibaltero. Deinde mortuus est Bernardinus, & fuit facta prouisio in Episcopum Vrbeuetan. vel Ludouicum ex parte Sebastiani. Contra prouisum dicitur, quòd fuit locus regrediendi per obitum Bernardini, ex quo regressus tam erat per obitum, quia ex quo erat ius regrediendi in tres euentus, potuit ex vsu ex illis propria auctoritate sine iniuria superioris remittere, vt dicitur de pensione per Alexan. in cap. Agato. 63. distinct. quod practicatur communiter in feudo, & priuatio feudi propter feloniam intelligitur si D. voluerit, ad no. per Bald. in l. si. C. de reuoc. donat. Item cum esset regressus ex tribus capitibus potuit eligere ex capite illo quod voluisset, & fuit melius, ad l. illud aut illud. ff. de constitut. pecun. & in l. vbi autem non apparet, §. qui illud, ff. de verb. oblig. Propter has rationes fuit dubium prima Decembris anno 1539. R. P. D. Io. Paulo caussam proponente, an cum Papa habuerit regressum per cessum, vel decessum, vel aliam quamcumque amissionem si fecuit fuisse locum regressui, per assecutionem alterius beneficij incompatibilis, an potuit per illam vacationem dimittere regressus assecutionem, & expectare, quòd sit locus iterum regressui per decessum. Hoc dubium fuit 2 difficile, & fuit tunc propositum in Rota. Et† omnes Domini vno excepto dixerunt, quòd regressus fuit verificatus in primo euentu per doctrinam Bald. in l. inutus. C. de procur. in fin. quem sequitur Ias. in l. diuortio, §. quod in anno. ff. sol. matrim. Felin. in cap. 1. de constit. facit. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. oblig. c. non potest. de præben. lib. 6. item postquam Bernardinus semel amisit beneficium per assecutionem alterius, non potuit amplius vacare beneficium per obitum saltem illud, quod vis, aut saltem habebat, quia in prima vacatione consumptus est primus regressus, c. mãdato, & ibi Dom. & Philip. de præben. in 6.

DECISIO DCCCLXXIX.
De præbend.

DVo erant prouisi de Aquilegien. Archidiaconatu eadem die, vnus a Papa, alter verò ab Ordinario: prouisus ab Ordinario post septimum diem post prouisionem cæpit possessionem. Fuit dubitatum, R. P. D. Rainaldo caussam proponente, quis sit alteri præferendus, vel prouisus a Papa, vel ab Ordinario. Fuit tentum quasi per omnes, quòd cum prioritas possessionis arguit prioritatem tituli, & prouisionis, esset præferendus ille, qui prior possessionem acceperit, quamuis interim non appareat, quis titulus fuerit prior. Et hanc partem sentit Calder. conf. 7. de præben. Staf. & Bert. in conf. grat. & expect. in 1. par. nihil tamen super hoc fuit decisum.

DE-

DECISIO DCCCLXXX.
De solutionibus.
SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra vsufructuariam omnium bonorum, vt ex venditione ipsorum bonorum soluere creditoribus, & legatarijs non valet.*

Victoria quædam Placentina fuit ab eius marito relicta vsufructuaria omnium bonorum suorum: creditores, & legatarij actiones contra eam intentarunt, & in partibus fuit condemnata ad solutionem omnium præfatorum. Appellatio a prædicta, & causa fuit commissa in Rota prima Februarij 1539. coram D. Bareo.
1 Fuit tamen resolutum, quòd † sententia contra vsufructuarium lata, quòd solueret creditoribus & legatarijs per venditionem bonorum, non valeat, quia hoc debet esse ad instantiam hæredis. Legatarius autem non potuit agere contra vsufructuariam omnium bonorum, prout fuit actum, & quod vsufructuaria fuit indebite condemnata in expensis. Ratio est, quia hæres adiens hæreditatem, quasi contrahit cum creditoribus & legatarijs, l. apud Iulianum. §. fin. de bon. auth. iud. possid. l. ex maleficijs, §. hæres, ff. de act. & oblig. & omnes actiones actiuè, & passiuè transeunt in hæredem, l. quoties, §. hæres, ff. de hæred. instit. & contra vsufructuariam nō est actio, l. in vsufructu, ff. ad leg. Falcid.

DECISIO DCCCLXXXI.
De attentatis.
SVMMARIVM.

1 *Executio facta in causa appellationis, in qua pars aduersa nihil releuans deduxit, non dicitur attentata.*

Romana attentatorum inter Angelum de Aoania, & Federicum della Palma, cum esset appellatum a mandato decreto per Gubernatorem cōtra Angelum, & D. Rainaldus mandasset exequi, nisi infra quattuor dies Angelus aliquid releuans produxerit 25. Ianuarij 1528. Domini fuerunt in opinione, quòd licet facta fuerit executio antequam D. Rainaldus declararet nihil releuans deductum fuisse, quod ex quo in veritate deducta per Angelum non releuabant, quòd non esset attentatum: quia decretum intelligitur, si deduxerit, & probauerit: & ita Rainaldum intellexisse apparet, quia die sequenti post factam executionem mandauit, argenta consignari Federicu.

DECISIO DCCCLXXXII.
De dismembratione.

SVMMARIVM.

1 *Villa cum vniuersitate potest inuitis hominibus dismembrari, & alienari.*

Terraconen. iurisdictionis inter capitulum & vniuersitatem, Papam Paulum intellexisse in confirmatione dismembrationis dictæ villæ facta per Clem. illam factam in Arce sancti Angeli, & octo ex Dominis hoc habuerunt pro claro, & hi Domini etiam tenuerunt pro
1 † validitate dismembrationis absque consensu populi villæ, quia cum Papa voluit, cum sit supremus Dominus, villam iurare fidelitatem capitulo, in hoc constat voluisse villæ præiudicare. Et fuit dictum informari, an regula de non tollendo iure quæsito, cui non erat derogatum, haberet locum to vniuersitata. Aliqui Domini dixerunt, regulam adaptari ad istum casum. Et pro parte capituli dicebatur, quòd regula loquitur tantum in cōmissionibus mandatis, & declamationibus. Et sic non capiebat istam dismembrationem; sed dixerunt, omisso pro nunc, an regula caperet hunc casum, etiam quod regula obstaret dictæ confirmationi dismembrationis cōstare, qood Capitulum primo habuit dominium villæ, & ideo si villa reuertetur ad primum dominum, quod regula non obstaret, & alij dixerunt, quod si dictū Abb. & Ias. esset verum, quòd hodie de consuetudine vasalli inuiti possent alienari, talis consuetudo tollit, quod non sit opus derogatę regulæ itaque distuli ad Calend. & de mense Octobris 1540. Domini fuerūt in opinione, quòd regula haberet locum in casu, in quo domimus non possit alienare subditos sine eorum consensu, quia dicunt, quod est ius considerabile, ex quo requiritur eorum cōsensus. Ideo mandaui informari. Et 12. Nouembris Domini tenuerunt, villam potuisse in isto casu inuitis hominibus alienari, & fuerunt pro parte villæ dati articuli de timore scandalorum, si villa subijceretur Capitulo, sed non probanti, & articulanti, quòd Capitulum posset eligere vnum Braullium in administratorem, qui posset malè villam tractare. Sed testes dixerunt, quòd Capitulum solet prouidere. Et si vnus administrator facit contra villam, potest habere recursus ad Capitulum, quòd habet viros probos, & doctos. Sed quòd non possit alienari villa sine eorum coosensu, facit titu. de prohib. feud. alien. per Feder. & de prohib. feud. alien. per Lothar. & de leg. Corrad. in fin. & l. fin. C. de iure emph. Sed Domini dixerunt, quòd si alienasset simpliciter, quod licet ad ipsum appellarent, vt ad maiorem iudicem, & vt ab Episcopo ad Archiepiscopum, tamen hoc non faceret; quod Archiepiscopus posset impedire alienationem; sed si reseruasset quando alienauit, sibi superioritatem, esset res dubia. Et propterea pronunciaui pro Capitulo contra villam canonizando concordiam, vt constitit ex antiquo registro, quod non reseruauit sibi aliquam superioritatem.

DECISIO DCCCLXXXIII.
De motu proprio.
SVMMARIVM.

1 *Motus proprius non prodest nisi ijs, qui in eo sunt nominati.*

In vna Romana Fallen. coram D. Campegio Papa de-
1 dit motum proprium, † vt facta diuisione per deputatos omnes, qui fuerant in domo Cardinalis Derusen. soluerent parti vnius de taxatis. Nam non profuit alijs, ea pluribus limitationibus de quibus Abb. & Doct. in c. vna sententia. de appel. ac inter alias dicūt, quòd si vnus appellauit, alijs appellatio non prodest ignorantibus appellationem, & ignorantia præsumitur.

DECISIO DCCCLXXXIV.
De restitutione in integrum.
SVMMARIVM.

1 *Executio trium conformium impediri non potest per restitutionem in integrum.*

Romana Dotis inter Dominam Camillam, & alios
1 de Gonzaga 21. Iunij, Domini voluerunt † restitutionem in integrum non impedire executionem trium conformium, sed quòd sententia exequeretur. Et Comes Iulius postea prosequeretur rest. & si appareret, quod per contractum factum 17. mensis, fuerit recessum a contractu facto die 26. super quo latæ sunt sententiæ, Comes consequeretur summ ius, etiam super delegationibus. Voluerunt tamen deducendum esse id, quod clarè appareret D. Camillæ solutum, non obstante cōdemnatione. Et Domini dixerunt esse relaxandos fructus officij Dominæ Camillæ sequestratos, quia post tres est locus executioni, & pro alijs, in quibus non sunt tres, relaxaretur sequestrum data cautione.

DECISIO DCCCLXXXV.
De regula reseruationis.
SVMMARIVM.

1 *Declaratoria regula reseruationis officialium, non trahitur ad præterita.*

Item nec ad ea, quæ certam habuerunt interpretationem. num. 2.

Segobien. parochialis de Clauft. die 20. Octob. 1536. inter Franciscum de Miranda, & Gregoriū de Aya-
1 la, quòd licet regula † declaratoria reseruationis officialium veniret per viam declarationis, tamen non trahitur ad præterita, ne regula capiat beneficia, quæ vacarunt ante regulam. Quia dixit ipsos officiales in posterum

censeri familiares. Ergo non loquitur de tempore ante regulam; sed quod in posterum, & quod concurrentibus vacationibus: ergo non de his, quę iam vacarunt, & aliàs intelligenda præiudicaretur multis, quibus erat ius quęsitum, vt per gl. in c. vltimo. de postul. prælat. in 6. in ver. de cetero. Fel. in c. fi. de constit. colum. 8. Secundo limita,
2 quod † declaratoria non trahitur ad ea, quæ habuerunt certam interpretationem, & secundum illam iudicatum, prout erat ante regulam.

DECISIO DCCCLXXXVI.

Expeditionis litterarum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum de expeditione litterarum a die acceptationis debet pracisè intelligi, non autem post pacificam possessionem.*

1 IN eadem voluerunt, decretum in gratia Franc. de Miranda, quòd a die acceptationis deberet infra sex menses litteras expedire & c. sibi obstare, non obstante, quod Camillus sibi præferretur, vt Rotæ Auditor, & Miranda habet sine præiudicio Auditorum: quia Domini replicarunt id non excusare, quia Papa non dicit a die pacificæ possessionis, vel cum constiterit beneficia pertinere ad Mirandum, vel alterum sibi præferre: simpliciter a die acceptationis, & ita aliàs fuit tentum in vna Maioracen. coram Domino Aragona.

DECISIO DCCCLXXXVII.

De exemptione a quarta parochialibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium exemptionis a quarta parte legatorum parochialis præstanda, intelligitur solum de relictis ad certos vsus Ecclesiæ exempta.*

IN caussa Burgen. priuilegiorum de mense Maij 1541. proposita, cum priuilegium Gregorij liberaret fratres a præstando parochiali quartam partem legatorum. Et
1 nouem ex Dominis fuerunt, † quod tunc Gregorius liberat fratres, quando loquitur de relictis ad certos vsus fratrum, nō autem quando aliquid absolutè legatur fratribus, & hoc in vltima parte priuilegij, sed in anteriori, dum dicit, quod in Ecclesia fratrum possint sepeliri ibi eligentes sepulturam salua iustitia parochialis Ecclesiæ, quod illo casu non eximit fratres a præstatione quartæ partis legatorum eligentium sepulcrum. Et sic quod de relictis ab eligentibus sepulcrum in Ecclesia fratrum, fratres teneantur ad quartam, & non de alijs relictis absolutè, vel ad certos vsus. In contrarium fuit D. Mohed. & Put. sentientes pro liberatione in omnibus propter verba, quæ absolutè leguntur. Sed alij replicabant, verbum, absolutè, intelligi ad differentiam aliorum legatorum ad certos vsus in priuilegio nominatos relictorum: sed fratres etiam dicebant, quod salua iustitia debet intelligi, quod si ratione sepulturæ aliquid deberetur fratribus de illo parochialis haberet quartam partem, non autem de legatis relictis. Et iterum caussa posita Domini fuerunt.

DECISIO DCCCLXXXVIII.

Eiusdem caussæ.

IN eadem 8. Iunij 1541. Domini fuerunt, quod insertio mandati per generalem duobus fratribus ad concordandum relicta in prima transactione non prodesset Capitulo, quia est insertum, & est admittendum fratres ad religionem, & non ad concordandum. Et narratiua, quod erant, nisi pro disponendo loco, quod maximè, non probabant.

DECISIO DCCCLXXXIX.

Eiusdem caussæ.

IN eadem omnes Domini præter D. Mohedan. fuerūt, quod confirmatio in forma probanti, licet facta inserta non haberent tempus nec subscriptionem notarij, tamen non refert, quia confirmatio habet tempus, & fu-snus in antiquis. Et licet fuisset negata copia fratribus iurium extrahendorum, hæc non inducit nullitatem extractionis.

DECISIO DCCCXC.

De obligatione Camerali.

SVMMARIVM.

1 *Procedi non potest ad censuras ex obligatione Camerali, nisi prius extenso instrumento obligationis.*

INter Illustr. D. Marchionem Palauicinum, & Abbatem Portarium 1540. 22. Sept. Domini fuerunt, quod A.C. non potuerit procedere prout in obligatione in forma Cameræ ad censuras contra Palauicinos, nisi prius extenso instrumento obligationis in forma Cameræ. Et licet pars fuerit coram citata ad videndum extendi,
1 tamen † non fuit extensum, & quia sumus in vltimo post festa Paschalia, fuit dictum, quòd fuerat extensum.

DECISIO DCCCXCI.

De legatis commutandis.

1 *Clausula, alias caussas pias, posita in priuilegio commutationis, quem operetur effectum.*

FLorent. legati pronunciaui pro Vincentio de Matrinis contra Moniales S. Vincentij de Prato 16. Iulij 1541. quia non constabat, Moniales posse commutare relicta. Et licet postea ostendissent facultatem Cardinalis de Medicis, erat contra eas, quia priuilegium dicit de cōmutatione voluntatis testatorum in alias caussas pias.
1 Et dum † dicit, in alias, constat loqui de relictis ad pias caussas etiam si simpliciter loqueretur. Domini tenuerunt intelligi de relictis ad pias caussas.

DECISIO DCCCXCII.

Probatio solutionis decimarum.

CAesaraugustan. decimarum 10. Maij 1541. Domini tenuerunt, quòd esset probatum factum, quod incolæ de Herrera colentes in territorio de Villar soluerūt decimas rectori de Herrera, Et D. Rainal. Aquen. & Marsicanus, & Mariscottus, & Puteus tenuerūt, quòd etiam proberetur de possessionibus postea acquisitis, ex quo antiquus vsus ita videtur declarasse. D. Mohed. tenuit contrarium & Domini Clericus, & D. Tho. de Thanis dixerunt, se velle melius cogitare, & maior pars fuit contra rectorem.

DECISIO DCCCXCIII.

De pensionibus.

HIspalen. pensionis pro mercatoribus depositarijs contra Andream Corello de mense Iunij 1541. reseruata pensione in fauorem Alberti de cōsensu Andreæ possessoris qui obligauit se in forma Cameræ. A.C. vigore obligationis pronuncians contra Andream, præstita cautione de restituendo in euentum nullitatis pensionis. Et tamen in caussa appellationis fuit pronunciatum pro Andrea. Et fuit dictum, eius sententiam posse sustineri, licet non faciat mentionem de sententia A. C. quæ solum pronunciauit Camillum incurrisse in censuras, à quibus tamen non absoluit, sed tantum dicit eum, non teneri ad solutionem, & fuit dictum, quod licet reseruatio Camilli fuisset nulla ob taciturnitatem antiquæ pēsionis, quòd tamen non ipse, sed possessor ad pensionem super fructibus debitam teneretur, quia in resignatione non interuenit fraus. Et dixerunt, quòd Camillus non posset repetere pensiones sponte solutas, quia sponte soluit debitum, sed poterit agere actione negotiorum gestorum.

DECISIO DCCCXCIV.

De censuris Alexandrinæ.

SVMMARIVM.

1 *Probatio aliæ caussæ quam in Alexandrina præsumitur, ad euitandam eius pænam, debet esse concludens.*

PLacen. censurarum de Scotis quoad Alexandrinam vulnerato procuratore, fuit dubitatum 28. Martij, 1541. *an præsumatur vulneratio occasione litis?* Et quia D. Mohedanus habebat caussam similem Vrbeueten. Castri, & tenimenti inter Ioan. Franciscum de Sabellis & Dominum Paulum Petrum. Nam Ioan. Franc. cum litigaret cum Gentile, illum occidit. Et Domini fuerunt,

quod

quod si non constet, quòd adesset alia caussa, quòd præsumeretur ex caussa litis. Et cum ibi Io. Fran. habuisset sententiam in fauorem, tamen, si aliæ caussæ non demõstrarentur tenuerũt, quod esset locus Alexandrinæ. Sed quia Io. Fran. probauit famam homicidij, quia Gentiles emerant bona tanquam cõfiscata per Cameram propter rebellionem Io. Franc. ideò ex hac caussa ibi fuit tentum, quòd non esset locus Alexandrinæ. Sed in ista mea Pla-
1 centina † nulla alia additur caussa, & vnus testis dixerat, fuisse ex caussa litis, & Alexandrina consentatur probab. argumentis. Ideò pro Alexandrina Domini 17. Iunij fuerunt, quòd testes dicentes, vulnera non illata ex caussa litis, sed quia Amolinus malè dixit de vulnerantibus non suff. agatetur ipsis, quia non probatur caussa maledicentiæ, & testes erãt participes criminum, & seruitores vulnerantium, & videbantur subornati. Ideò pronunciauit, vulnerantes incidisse in Alexandrinam, non tamen contra alterum fratrem, qui nõ interfuit vulneribus neque apparet, quòd mandauerit aut ratum habuerit, & saluauit quattuor terminos ad docendum, quare non inciderent in Alexandrinam.

DECISIO DCCCXCV.

De exspectatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Doctor in beneficialibus præfertur alijs non graduatis.*

Corduben. dimidiæ portionis inter Io. Morizam, & Io. Alphonsi della Cordella de mensa Ian. 1541. licet rescriptum ad doctorandum dicat, votis iuratis, & non constare de iuramento, quia tamen in doctoratu dicitur, quòd secundum Deum, & conscientias eorum illum pro sufficienti approbarunt, satis esse dixerunt, maximè cum præsumeretur iuramentum interuenisse, &
1 quia exspectatiua erat in forma communi, non sibi data propter doctoratum. Et sic voluerunt, quòd exspectatiua iuuaret Io. Alphonsum, maximè cum in bona fide esset cedens bene doctoratus, & quod præsumatur baccalaureatos, sed pronunciaui pro eo, quia dedit de iure habilitationis.

DECISIO DCCCXCVI.

De alienatione.

SVMMARIVM.

1 *Alienans bona Ecclesiæ inconsulto superiore incidit in pœnam Paulinæ.*

Hiporigien. Parochialis præbendæ S. Victoris de mense Aprilis 1541. quia Ioan. Baptista dedit in emphyteusim vnam peciam terræ pro decem ducat. quę locari solebat pro 26. inconsulto superiore: fuit tentum, quòd esset priuatus ipso iure beneficio propter Pauli-
1 nam. Et † Domini dixerunt, quod me informatem, an esset Paulina in illis partibus recepta, quod fuit probatũ, & sic sententia contra Ioan. lata.

DECISIO DCCCXCVII.

Attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutus volens venire per viam executiuam, debet docere de iure sua principaliter.*

Cæsaraugusta. Domini de mense Febr. 1538. tenuerunt commissionem Rossellis habẽtem quattuor insertas & tandem præfixionem termini Villauerde, ad verifican. suas præinsertas, quo elapso, & non docto, steot ac si paritum esset iudicato, non intelligi de verificatione omnium contentorum in præinsertis, in quibus fuit adductum etiam negotium principale. Sed de his, quæ de sui natura habent impedire executionem, vt nullitas spo-
1 lij & attentatorum. Obseruandum † enim esset, quòd restitutus si voluit venire per viam executiuam, intellexisset, quòd deberet doceri de negotio principali.

DECISIO DCCCXCVIII.

De collusione.

SVMMARIVM.

1 *Collusio impedit executionem sententia, eiusque nullitatem inducit.*

In eadem de mense Nouemb. 1539. Domini inclinabant, quòd collusio induceret nullitatem, & sic impe-
1 diret executionem vnicæ sententiæ obtentæ per Rossellum, sed hoc non fuit plenè discussum. Sed dixerũt quod etiam non parito iudicato, admitterem articulos super collusione, in qualitate collusione probata, considerabitur an inducat nullitatem. Et commissio Rossellis de præfixione termini probat, eum posse probare collusionem narratam, ac postea vltima Maij 1540. lectis testibus collusorijs Domini fuerunt, quòd videatur de bono iure, & ex deductis: etsi Rossellus habet bonum ius, exequatur rem iudicatam, aliàs reuocationem sententiæ, & caussa fuit concordata.

DECISIO DCCCXCIX.

Placentin. Castri Sarmati Domini per duas audiẽtias tenuerunt, quòd exceptio D. Iacobi contra procuratorem Comitis Bartholomæi, quòd esset minor, nõ prodesset ad annullandum processum de partibus, nisi aliter probetur minoritas, & quia iudices interlocuti sunt, non obstantibus commissionibus procedendi ad vlteriora, & a tacita reiectione, non fuit appellatum. Immo Iacobus nominauit dictum Christophorum, vt procuratorem Bartholomęi, licet modo acceptetur exceptio minoritatis, quia tam videtur recessisse. Et ita Domini his de mensa Maij 1542. tenuerunt.

DECISIO CM.

De procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Scientia præsumpta principalis sibi nocet in præsumendo mandato.*

In eadem tenuerunt præsumi Bartholomæum sciuisse Christophorum, licet non constaret de mandato bono procedere, quia Christophorus arguit plura instrumenta iurium, quæ produxit in termino citationis factæ Bartholomæo, & Christophorus examinauit plures testes in dicto processu, & caussa erat grauis, & præsumpta scientia nocuit Bartholomæo, ac si Christophorus fuisset eius legitimus procurator. Et de mensa Nouemb. 1543. omnes nemine discrepante fuerunt, quod ista præsum-
1 pta † scientia noceret Bartholomæo quoad totam caussam, & sic Christophorus præsumatur eius procurator ad totam caussam, & sic pro validitate omnium gestorũ, & examinis testium, in quibus consistebat vis probationis, tenuerunt pro validitate examinis facti per duos iudices per litteras Ducales, nolentes requisitis duobus alijs, posse procedere, & circa intimationem factam illi iudici, vt in singulis diebus & horis interesset, intelligitur de iuridicis ab hora completoria, & a vigesima vsque ad 23. prout aliàs in dicto processu. Et incertitudo forte, quæ obitat parti, non iudici, de cuius præiudicio non agitur, sed tantum de eius voluntate, an vellet adesse caussæ, & sic vnica monitio sufficit. Et videmus in iudicibus remissoriarum, quia vno mortuo, semel alter procedit. Nec hoc est dicere, quòd prorogaretur iurisdictio, quia omnes erant iudices. Sed an coram duobus, siue alijs potuerit valide procedi.

DECISIO CMI.

De suspicionis allegatione.

SVMMARIA.

1 *Iudex non potest allegari suspectus, nisi caussa suspicionis probetur, & nu. 4. & 6.*

Contrarium tamen videtur, num. 2.

3 *Comparitio subsequens purgat suspicionem iudicis præcedentem.*

5 *Protestatio an sit contraria facto, vel ne, in iudicijs non attenditur.*

In eadem de mensa Iulij tenuerunt, non esse litteras Ducales subreptitias, narrando Io. Iacobum vnum de iudicibus absentem, & mandantem, ideò posse per alios procedi: licet enim non constaret de absentia, tamen parandum dixit de absentia, transfert onus probandi præsen-

tiam in aduersarium. Et quia cum iudicibus requirenti-
bus fuit dictum, cum ægrotasse. Et quia tertio non fuit
oppositum in partibus & quartò, quia iudices manda-
runt requiri ad cautelam. Dum etiam dictum fuit per
Dominos de subreptione electionis Io. Vrbani tenue-
1 runt, non † obstantibus recusationib. pro validitate pro-
cessus, quia est communis opinio Canonistarum. c. cum
speciali. de appel. & per Franc. & Dec. quod non sufficit
allegari suspensionem, nisi probetur, & appelletur. Et oc-
currit dubitari in Rota, ex eo quia tunc ciuitas Placen.
erat sub Duce Mediolani, & processum erat ex litteris
ducalibus & Legistæ tenere videntur, sufficere allegare
suspicionem, licet non probetur: ideo mādauì super hoc
2 informari. & 27. Nouemb. 1542. tenuerunt, † quòd sola
allegatio suspicionis iudicis inducat nullitatem, maximè
quia idem procurator Bartholomæi allegauit, & etiam
protestatus fuit pluries, & petijt eligi arbitros, qui cogno
scerent de suspicione, & iurauit suspectum: tamē D. Th.
de Thanis, & D. Iacobus Puteus; & D. Mariscottus erāt,
quod per comparitiones plures Christophori, non ob-
stante, quòd in illis semper dixerit, circa consensum, vel
3 cum reseruatione, quòd † videatur recessum a suspicio-
ne, quia comparitiones sunt voluntariæ, & contrariæ fa-
cto aliàs iudicium claudicaret, quia ipse instruxisset cau-
sam pro parte sua, & protestando processum aduersarij
faceret nullum D. Fabius Accorambonus, Aquen. & Ma
ceratensis in contrarium: Mohed. non notauit, quia non
erat resolutus, & Sarnen. nō fuit illo manè in Rota. Ideo
iterum informato proposui super eisdem, stante quod
opinio Legistarum sit, quòd sola recusatio iudicis annul-
let. D. Thomas, D. Puteus, & D. Marsicanus, & D. Mo-
4 hed. fuerunt † pro validitate, principaliter ex tribus per
Alex. in §. morte, colum. 4. vbi dicit esse communē: quod
si recusans postea coram eodem iudice compareat, & nō
repelleretur per iudicem, processus valeret. Et intelli-
gebant Domini hoc, etiam si in alijs actibus recusans re-
perijt protestationem suspicionis. Et quia secundo pro-
curator recusans Io. Vrbanum obtinuit per alios iudices
eumdem S. Ioannem, vt assisteret iudicio. Et licet in ea-
dem requisitione protestetur non intendere consentire,
per hoc tamen est omnino contrarius facto. Et tertio,
quia fuit oppositum, dictum procuratorem non audien-
dum tamquam contraria allegantem recusando, & re-
quirendo iudices reiecerunt dictam exceptionem coram
Iacobo, monendo pro tali die ad probandum, quod est
perinde ac si iudices essent iudices competentes; & Chri
stophorus tunc non appellauit, nec protestatus fuit. Alij
quattuor D. Fabius, Sarnen. Aquen. & Maceraten. fuerūt
5 in contrarium, quia † in iudicijs non attenditur, quod
protestatio sit contraria, allegando Fel. in cap. cum M. &
Dec. c. sol. in fin. de iud. vbi plures allegat maximè, quia
toties præseruauit, licet teneant, solum primam protesta-
tionem sufficere. Nec interlocutoria obstat, quia prote-
statio, etsi præseruat, tamen si non contradixit, videtur
consentire: nec dicta interlocutoria eijcit, nisi tacita, &
propter contrarietatem 44. eiusdem anni 1545. d. Domi-
6 ni † permanserunt in sua opinione pro validitate, maxi-
mè in d. §. morte, colum. 4. & D. Sarnen. quia prius (licet
non confirmando) fuit pro nullitate decisum, & postea
pro validitate, propter plures actus volūtarios Christo-
phori, & si citatus ad aliquem actum non comparuisset
cum protestatione: tamen Sarnen. tenebat, quòd prote-
statio iuuaret, & non sumus tunc in decisione Alex. quia
secus si non voluntariè, quia tunc dicebat procedere di-
stinctionem Alexan. & pro nullitate fuerunt D. Fabius,
Aquen. & Maceraten. non venit. & Domini commiserūt
mihi, & Sarnen. concordiam inter partes, qua exclusa, 11.
Decemb. quinque fuerunt pro validitate, & 7. pro nul-
litate persistendo in superius dictis.

DECISIO CMII.

De hæreditatis diuisione.

SVMMARIVM.

1 *Institutus in re certa, an & quando habeatur loco hæredis, vel legatarij, vide distinctionem.*

IN eadem resolutione prout resoluit D. Iacob. Put. in
caussa Parmen. bonorum inter D. Liuiam Palauici-
nam, & hæredes de Casalibus quod decretum cōtinue-
rat hæreditatem quousque sit adita, & in hæredem secū-
dum, hærede primo non adeunte, per aditionem transla-
ta, quam facilius adiuit, & quando hæres cæpit corpora-
lem possessionem, illa ciuilissima operatur suum effectū,
& euanuit statim, habita corporali. Vnde non potest di-
ci, quod ciuilissima caussata per decretum per obitum
primi transferatur in alium; sed est quærendum de noua
& ciuilissima possessione. Et ista Sarmati possessio ciuilis-
sima mortuo Alberto fuit in Iacobum tantum translata,
licet testes dicerent, quòd Iacob. & Bartholomæus insi-
mul possidebant, quia debet intelligi, quòd Bartholo-
mæus possideret iure familiaritatis, vel esset nulla pro-
pter decretum, & in caussa Sarmati non ipse, sed Iacobus
hæres. Sed replicabat Gaspar. quòd Barthol. est hæres in
Sarmato pro medietate, & possessio Alberti continuatur
in caussa. Et quia Albertus instituit Bartholomæum, &
Ioan. institutis alijs hæredibus ipsi erant vniuersales &
æquales, quasi partibus scriptis, & particulares res iure
prælegati percepisse dicuntur, allegando l. ex facto, de
hær. inst. & ibi Bald. in Sum. in 1. not. Bald. & Sim. Cum
ergo vterq; fuerit hæres vniuersales & particulares res,
alter alteri restituere tenetur. Ergo possessio Castri pro
1 parte feodataria fuit translata. Et Domini bis † de men-
se Ianuarij fuerunt in opinione, quòd decretum iuuaret
solum Iacobum pro parte, pro qua est vniuersaliter insti-
tutus. Et quia Franciscus, & eius primogenitus erat in-
stitutus in Castro Sarmen; Bartholomæus & eius pri-
mogenitus in Galleniolo ordine successiuo & deinde,
quod omnia bona æqualia diuiderentur inter Franci-
scum, & eius filios in stirpes, & Franciscus mortuus est
ante Albertum patrem eius, & testatorem relictis ex se
Iacobo, & alijs tribus filijs pro dimidia, & Bartholomæo
in aliàs: & sic Iacob. vnus filiorum Franc. & eius primo-
genitus, licet debeat habere Castrum Sarmati, tamen in
eo est tantum hęres in octaua parte, & sic decretum con-
tinuerat pro octaua, nā in aliàs partes dicitur haberi ius
a suis cohæredibus vniuersalibus. Nec refert decretum
loqui de hærede, quia etiam filius institutus in re certa
non dicitur hæres, sed tertia species sapiens de hærede, &
legatario, & decretum debet ad litteram intelligi, vt io
en dicitur. Nec refert, quod propria auctoritate potuit
capere possessionem, quia videretur in informationibus,
& in effectu Domini voluerunt ratione decreti Iacob.
tantum possessionem habere octauæ partis Castri Sar-
mati. Sed mihi occurrebat, testes probare per Iacobum,
& Barthol. post mortem Alberti possedisse. Ergo quili-
bet pro dimidia, & sic corporalis possessio suffragaretur.
Sed obst. quia decretum inficit possessionem captam ab
alio, quam ab hærede, & nullius esse vult momenti: ergo
resistente decreto, non valuit, nisi pro octaua. Nec obst.
Bartholomęum non posse opponere de portionibus suo-
rum fratrum, quia potest dare de infectione decreti ex
iure tertij, & per cessiones. Et D. Franc. allegauit Dec. in
cons. 254. Bartol. in l. quid ergo, la seconda, de leg. 4. & l.
merca, §. quidam Labeonis, ad Trebel. vbi dicitur, quod
institutus in re certa, si illa certa res absorbet maiorē par-
tem patrimonij, dicitur hęres, & illa res certa venit in re-
stitutione fideicommissi. Sed respondebatur, quod debe-
bat constare, Castrum Sarmati absorbere maiorem par-
tem hæreditatis. Secundo, quia ambæ res certæ, in qui-
bus filiæ fuerunt institutæ, essent æquales, etiam si con-
staret, vt latè in informationibus habetur, cum sint loco
hæredis, & non propriè hæredis. Et licet decretum lo-
quatur in successione iuris prætorij, quod datur ei, qui
non

non est propriè hætes, tamen ast loco hæredis, ex dispositione legis. Sed in casu nostro non ast ea legis dispositione, quæ habet illum pro legatario, sed ex præsumpta voluntate testatoris, ne testamentum reddatur elusoriũ, vt in locis præallegatis. Hinc est, quod ex tali prælegato, detrahitur Falcidia, quòd non esset, si verè esset portio hæreditatis, & in eo etiam non habet locum remediũ, quod debet intelligi, nisi de propria hæreditate. Et in hoc tres fuerunt contra Odericum.

DECISIO CMIII,
In eadem caussa.

SVMMARIVM.

1 *Naturaliter quis possidere non potest, alio reperto in possessione eiusdem rei, vigore decreti, seu alicuius tituli colorati.*

ET quia testes probant de naturali possessione Bartholomæi, & Iacobi, an naturalis prodesset pro dimidia?
1 Omnes † Domini præter Thomam & Puteum fuerunt, quod non, propter infectionem decreti in possessione per alium capta, & quia non potuisset possidere sine spolio, propter continuationem decreti excludentis delictum spolij, videtur, quòd possedit partes aliorum iure familiaritatis licitè, non spoliando suos fratres. Nec obstat titulus hæredis particularis, & sic cessaret calumnia de qua in decreto, cum cœperit possessionem ex voluntate testatoris. Quia fuit dictum, satis esse, quòd decretum sibi obstet, quod non vult, legatarium capere possessionem. Et posset esse, quòd res legata sibi forte non deberetur: nec illa, in qua est institutus hæres particularis, vt propter Falcidiam, vel ob nullitatem testamenti, seu venientes ab intestato, quibus decretum voluit conseruare possessionem. Et in sequenti audientia Put. non se fundabat amplius in ista voluntate testatoris, sed in verbis decreti. Nec obstat Iacobum ignorasse decretum, & sic non posse dici propter illud voluisse possidere iura familiaritatis, quia erat publicum, & ipse in processu dicit, velle possidere a decreto, & sic si ignorauit virtutem decreti, debuit consulere peritiores, & Iacobus non viuit: ergo non potest Odericus successor interpretari, quod nõ habet ex decreto, sed debemus interpretari, voluntatem huius voluisse se conformare cum dispositione iuris etiam municipalis. Sed quia in decreto dicitur, quòd nec per quemcumque possessio possit apprehendi, præter hæredẽ, aliàs sit nulla, Tho. & Put. & etiam D. Mohed. fuit cum ipsis, quod decretum non inficit, nisi possessionem captam hæreditate iacente, ita intelligendo hanc litteram. Et dicta possessio fuit post aditam hæreditatem capta. Sed alij quinque stant in contrarium, quia quod ponitur de hæreditate iacente, est magis dubium, cum maior sit iniuria tunc apprehendere possessionem, quam post aditam. Et dicto, neque, stat implicatiuè, implicando etiam hæreditatem aditam: aliàs sequeretur, ꝙ si quis adiret, antequã caperet naturalem possessionem, incontinenti alter caperet decretum, & efficeret se possessorem hæreditatis. Et quia nullitas decreti hoc casu operatur, vt obijciatur calumnijs, mandati iterum informari super hoc. Et an ẽt si solum operetur iacente iterum hæreditate agens anim spolio contra Iacobum suum aduersarium videtur post aditam hæreditatẽ cepisse Castrum, ꝙ dicebatur per Comitem Gasparẽ. Ad id, quod dixi de voluntate, quod sicut decretum (vt dixi) non transiuit in particularem hæredem, quia, tamen habebat testatoris voluntatem, ita voluit, quòd possit propria auctoritate capi possessio, quia tunc non esset succursum hæredi vniuersali, vt decretum voluit.

DECISIO CMIV.
In eadem.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta vigore decreti post aditam inficit possessionem captam hæreditate iacente.*
2 *Institutus in re certa etiam si dicatur spoliasse cohæredes, dicitur sine vitio spolij possidere.*

ET Domini super dubio possessionis post aditam, fuerunt, quod inficit possessionem captam hæreditate
1 iacente, quia † decretum dicit, quod nullam recipit distinctionem, aut interpretationem, sed litteraliter obseruetur. Cum ergo non loquatur in adita, non debemus supplere, nec dictio, nec potest hic ampliare, stante, quòd ad litteram debet intelligi. Et etiam tenuerunt, quod Odericus non deberet probare, quod cœperit possessionem post aditam, quia habet suam intentionem fundatam, probando naturalem possessionem. Et Comes Gaspar excipit de infectione decreti in vno casu, quando iacente hæreditate id probat. Nec obstat, Iacobum debere plene probare primum extremum possessionis, quia illud probat, & Comes Gaspar excipit de casu decreti. Sed quia esset delictum præsumere naturalem fuisse pro partibus aliorum possidentium ex decreto, iure familiaritatis: resoluerunt pro Iacobo, quòd Rodericus esset restituendus ad medietatem, si aliud non deducit. Et dato dubio præsupposito postea 27. Nouemb. D. Puteus, & Aquensis tenuerunt, quod iure proprio, ex quo habet
2 voluntatem testatoris, & in re certa institutus, & † etiam si fratres dicatur spoliasse, dicitur, sine vitio spolij possidere. Ias. in l. non dubium. Et propter titulum quem habebat in Sarmato solus, & in fratres. In cõtrarium, quòd solum pro parte, pro qua erat hætes vniuersalis, Mohed. & Fabius intelligendo Ias. vt per alios Doct. quod non cadit propter voluntatem, in pœnam priuationis, de qua in illa l. Sed tamen non est bona ratio, quare contra eum non possit agi spolio. allegãdo in similibus Ias. cons. 146. volum. 4. In materia dicti decreti, licet loquatur in hærede, & fideicommissario, & quod fratres non habuissent titulum in Sarmato, non autem debuerunt spoliari, quia saltem iura familiaritatis, alij fratres habebant titulum, vt hæredes vniuersales, licet teneantur restituere rem particularem hæredi rei certæ. Et visum fuit Dominis expectare alios Auditores, & 10. Martij, D. Puteus, & Aquen. fuerunt in prima opinione, & quod alij non possent agere ad spolium, quia contrauenerant voluntati testatoris, quia instituti in re certa possunt capere possessionem, & possessio decretalis suffragatur contra alios nõ habentes testatoris voluntatem. Mohed. & Fabius in contrarium per consilium Ias. de quo supra, & Paris. cons. 54. volum. 3. colum. 5. & Dominus Prosper, qui mutauit votum, fuit cum ipsis, & fuit dictum per Dominos expectari votum aliorum, & si quattuor censeant pro vna parte, haberem articulum pro resoluto: si essent pro quolibet, expectaretur reditus D. Sebastiani, & in alia audientia Dom. Patrus & Peregrinus fuerunt cum Domino, & sic tres pro quolibet, & in alia semper Mohedanus, Fabius, & Prosper fuerunt pro Gaspare, pro alia Puteus, Peregrinus, & Aquen. Et cum postea venissent Sebastianus, & Thomas, Dominus Sebastianus fuit cum Ulrico, quia, ex quo Iacobus habebat titulum in Castro, poterat nomine proprio possidere. Et Thomas inclinauit in hanc partem, & in alia se firmauit. Et sic quinque ex Dominis pro Oderico, & secundum hanc opinionem Odericus successor Iacobi debet reintegrari ad possessionem dimidiæ partis, in qua Iacob fuit vniuersaliter institutus, & etiam alterius dimidiæ partis, pertinentis ad Barth. quia Albertus antiquus vocabat primogenitum. Sed Dominus Sebastianus dubitauit, an deberet videri petitorium, quia sumus in forralitio, & quia fructus spolij plus valebant, quam Castrum, & impossibile erat illos restitui. Et nisi gustaretur petitorium ante purgationem spolij cogeretur deserere caussam. Sed quia sumus coram communi Domino, quoad fructus Rodericus contentabatur reseruare in fine litis.

D E.

DECISIO CMV.
In eadem.

CVm prætenderetur pro parte Alberti nullam prætensionem fructuum pro se habere Iacobum, quia post particularē institutionem Franciscus & Iacob, erant primo instituti, & Barth. testator non instituit fratrem Iac. obtinentis primum locum mortuo patre Francisco ante Albertum testatorem. Et quia dixit, omnia bona mea diuidantur inter filios meos, & eorum liberos, & verbum, diuidātur, sit verbum non commune, sed obliquum. Sed fuit responsum, quòd potest esse etiam commune, & etiam si esset obliquum, debet intelligi directum, ne testamentum fiat nullum, habens clausulam, omni meliori modo, & ita 16. Maij. 1544. omnes Domini consenserunt, licet Prosper dubitaret.

DECISIO CMVI.
De eadem.
SVMMARIVM.

1 *Citatio nec recognitio requiritur, vbi quis est in locum alterius suffectus.*

IN eadem 23. omnes Domini teneuerunt, quòd testamentum Alberti esset in forma probanti, extractum per filium notarium ex imbreuaturis factis, data sibi per iudicem facultate, licet patris manus non appareret fuisse recognita, nec fuerit facta citatio saltem generalis:
1 quia † nec recognitio, nec citatio requiruntur, quando quis est suffectus in locum alterius. Et quia in antiquis 30. annorum, & longo tempore ligatum, & non opposito n, & Bartholomæus dixit, se velle esse hæredem ex testamento.

DECISIO CMVII.
In eadem.

DVbitatum est, an actio spolij competens Iacobo transiret in primogenitum, solum ratione primogeniture? Et Odericus dicebat, quòd sic, quia remedium reintegrandæ est in rem scriptum. Ideo datur passim contra quemcumque possessorem, quando quis fuit spoliatus. Ideò & etiam actiue: Gaspar replicabat dari passiue ratione possessionis post illam tentæ, quæ et vitiosa transit cum vitio etiam ad tertium natum actiuè, nisi ad Dominos tei effectæ Vitiosæ. Et quia etiam instituti ab Alberto in Sarmato non erant Domini ob antiquum testamentum, sed aliter dicuntur, propterea 4. Maij 1544. omnes Domini fuerunt pro remedio reintegrandæ, vt in rem scriptum non transire in nouum successorem spoliati, sed testatoris Alberti, & quòd esset opus cōstare de dominio successoris, ideò videretur dominium. Sed Dominus Fabius dicebat, quòd actio in rem scripta non daretur etiam illi, in quem transiret dominium, nisi etiam haberet rei possessionem, tamen Mohedanus, Fabius, Sebastianus & Aquen. erant in opinione, quòd ex quo Odericus, & eius frater non successerunt Iacobo spoliato, actio spolij proueniens d. Iacobo non transiret in ipsos, qui non sunt eius successores. In contrarium erat Puteus, & Thomas, quod ex caussa necessaria restitueretur Castrium, ad not. in l. ad iudicio. ff. famil. ercis. sed id non fuit plenè discussum. Et anno sequenti discussa, plenè materia propter vacationem nouem dierum. Clauallen. Puteus, Peregrinus, Prosper. Thomas, & Aquen. fuerunt in opinione, quòd remedium reintegrandæ, sit personale; sed in rem scriptum, & transeat in singularem successorem ne dum passiuè, vt omnes volunt, sed etiam actiuè & sic, quod dicta actio competens Iacobo trāseat in eius primogenitum etiam quòd nō constet, quod fuerit eius hæres, quia tunc esset clarum, & hic transinit tantum dominij, quod habet primogenitus ob primogenituram, & ad quemcumque transit rei spoliatæ dominium, transit actio. Et haec actio quæsita mihi spoliato non transeat in meum singularem successorem etiam ex necessitate & in fideicommissarium, illud intelligitur in actione merè personali, secus in impersonalibus in rem scriptis. Sed Fabius & Sebastianus in contrarium.

DECISIO CMVIII.
In eadem.
SVMMARIVM.

1 *Instantia in remedio reintegrandæ transit in singularem successorem.*

AN instantia cœpta per Iacobum transeat in primogenitum in hoc casu remedij reintegrandæ, die 20. Nouembris, Domini fuerunt, quòd instantia transeat in
1 singularem † successorem ex caussa. In eadem fuit dubitatum, an ista caussa habuerit aliquo tempore instātiam, quia procedebatur vigore compromissi & in compromisso non datur instantia. Sed fuit dictum, caussam iudicialem propter litteras Ducales dantes adiunctos subrogatos, licet diceretur primam instantiam peremptam per sententiam latam per arbitros, etiam si sit appellatum, per lapsum biennij, ad l. properandum. Item dicebatur per sententiam nullam, & etiam quòd fuisset perempta instantia, durante actu probatoria.

DECISIO CMIX.
In eadem.
SVMMARIVM.

1 *Princeps potest tollere ius quæsitum per sententiam nondum executioni mandatam.*

ET dicebatur sententiam sublatam per litteras Ducales volentes, illa non obstante, produci. Et partes dāo mandatum videntur illi renunciasse, & ites ex Domi
1 nis erant, quòd licet † Princeps non possit tollere dominium quæsitum de iure gentium per sententiam, potest tamen tollere iudicatum, vt iuris positiui quando sentētia non est executioni mandata, & sic cum effectu ex ea non acquisitum dominium. Et quia hic dicebatur, quòd quia Bartholom. vigore sententiæ erat possessor, non requirebatur alia executio. Respondebatur, Iacobum reclamasse, & sic non fuisse possessorem pacificum. Sed replicabatur id non facere, quando sententia non sit sortita effectum, & quod non poterat reclamare ob compromissum iuratum, nec Princeps reuocando sententiam fecit mentionem de iudicato etto ex compromisso iurato, renunciando appellationi: ideò non sustulit quod ignorauit. Tertiò declaratur non esse credendum litteris Ducis, attentis, non fuisse processum: seruata forma suorum scriptorum. Et licet aliqui tenuerunt contrarium, quòd licet Doctores multi vellent idem posse Ducem Mediolani in suis terris, quòd potest Imperator in suis terris Imperij, quòd non creditur ipsis Doctoribus nisi aliter probetur, licet pro hoc hincinde sint opiniones, tamen quia fuerunt producta multa decreta Ducalia narrantia factum proprium, & quod iudices cōtra formam sui rescripti processerant, est standum. Et Clemen. litteris haber locum etiam in Imperatore, & Duce Mediolani. Et aliqui Domini voluerunt etiam in præiudicio tertij, vbi agitur de interesse Ducis. Et fuit dictum per maiorem partem, Ducem potuisse renocare sententiam, etiam parte non citata, quando proceditur extraiudicialiter. Et dicebatur renunciatum sententiæ faciendo de nouo discussionem, non obstāte, quòd aliquando, & in pluribus actibus voluntarijs non fuerit oppositum, nec appellatum ob vlteriori processu. Necessè verum, processum fuisse solum in possessorio, & etiam si ita fuisset sententia lata super petitorio, quæ absolueret possessorium, non debebat a parte procedi in possessorio iam absoluto. Et pro hac tertia responsione fuerunt omnes Domini, 12. & 16. Ianuarij.

DECISIO CMX.
Eiusdem caussæ.
SVMMARIVM.

1 *Alienari prohibitum non venit in confiscatione bonorum.*

Inca-

IN eadem 29. Ianuarij tenuerunt, sententiam confiscantem bona Iacobi aut Oderici sibi nō nocere, quia Sar-
1 matum non est Iacobi, sed successiuè primogeniti, 1 & prohibitum alienari, non venit in confiscatione: Nec est verum Iacobum reum maiestatis, ita vt eius filius pater Oderici sit factus incapax Castri: quia licet dicat sententia reuelasse verba Ducis, tamen non constat, quòd reuelatio attulerit damnum, & infamiam Duci, & tunc non est crimen Maiestatis. Et quia non dicitur, an verba secreta reuelata sint magni momenti? non debuit esse, quia dixisset sententia, & condemnasset in pœna capitis: nec conseruasset legitimam ascendentium, & descendentiū, vt fecit. Nec obstat, confiscationem operari quoad possessionem, quia tunc Iacobus erat spoliatus, & actio spolij nō transit in fiscum, quia sequitur dominium, vt aliàs fuit conclusum, & fuit dictum, quòd minus obstāt proclamationes volentes, quod pretendentes ius in bonis Iacobi comparerent intra tot menses: quia ius in Castro nō est in bonis Iacobi, sed debitum primogenito. Et licet actio esset Iacobi, post condemnationem tamen statim transit cum Domino ad primogenitum. Et bis iterum informati sex ex octo fuerunt, quòd esset renunciatum sententiæ, procedendo, ad vlteriora, licet Mohed. & Sabast. contra: sed Mohed. non firmabat. Et id, quod dicitur, protestationem vnicam sufficere pro conseruatione iuris sui, procedere videtur in extraiudicialibus secus in iudicialibus. Nec tenuerunt distinctionem partis aduersæ, quòd secus sit in protestatione incompetentiæ iudicis, de qua Alex. in §. matre, prout in casu nostro, quia Domini dixerunt, quòd Alex. & Doct. faciunt tantum differentiam, an simus in iudicialibus non tamen distinguunt iudicialia respectu incompatentiæ iudicis, ab alijs protestationibus iudicialibus. Et maximè fuerunt moti Domini propter sententias latas de procedendo ad vlteriora, vtraque parte instante. Et pro parte aduersa fuerunt producta 140. instrumenta, & plures testes receden do a iudicato. Et si dicatur procurator non potuit renunciare: quia potest tacite nō negligendo, non appellando a processu, & præsumitur scientia principalis de tot instrumentis, & iuribus, & de mandato post iudicatum ad procedendum, & sic renunciandum.

DECISIO CMXI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Incapax successionis alicuius intelligitur de acquirendis, non autem de iam quæsitis.*

DVbitatum, *an decretum Ducale, quod sibi credatur, valeret in criminalibus, vt quòd probaret narratiua delicti?* Non est secuta sententia declaratiua: & ideo filij non essent effecti incapaces. Et ire Venetias, vbi erant rebelles, & cum eis conuersari, nō est in primo capite Maiestatis, quòd solum inhabilitat filios. Et in Castro Sar-
2 mati non potuit filio præiudicare, † cui per confiscationem ius primogenituræ erat quæsitum, sed ad acquirenda in futurum. Et ita omnes Domini 30. Iunij, firmarunt.

DECISIO CMXII.

De iure primogenituræ.

SVMMARIVM.

1 *Patruus, an & quando præferatur nepoti in successione ex primogenitura prouenienti.*

IN eadem 20. Martij 1545. Mohed. Puteus, Fabius, & Peregrinus, quòd Odericus esset præferendus. Nam
1 † aut sumus in primogenitura prouenienie ex inuestitura seu constitutione, statuto, aut consuetudine, & tunc patruus, videlicet Barth. esset præferendo Iacobo eius nepoti, a quo Odericus prætendit ius. At vero sumus in primogenitura caussata ex testamento ascendentium, & tunc nepos præferebatur patruo. D. Aquen. non voluit. Romanus, Paghinas, & Prosper inclinabant etiam cum primo, & quia ex testamento clare constabat, quòd ipse testator voluit primogenitum, & omnes eiusdem primogeniti descendentes præferri secondogenito, & eius descendentibus mandaui informari super dicto testamento. Et dicebatur in d. testamento constare de voluntate, & ita intelligenda esse verba testamenti, fuerunt in opinione Mohed. Put. Fab. Thom. Aquen. contra Sebastianum. Et ita inclinabant: Prosper autem non fuit in Rota, nec Peregrinus, & sic fuerunt, quòd testator dixit, velle Albertum filium Iacobi ex Margaritha filia habere principaliter, & insolidum castrum Sarmati. Et quòd volebat, quod dict. Albertus, & quicumque maior filius nasciturus ex eo, & quicumque maior natu reperiretur inter liberos suos ex eo descendentes, habeat principaliter & insolidum, pleno iure dictum Castrum. Et clarum est primo obijsse Albertum, & quemcumque maiorem filiū ex eo; Et sic quia Iacobus fuit primogenitus Alberti, prælatus Bartholomæo secundogenito Alberti, dubium erat, *an maior natu respectu Iacobi, quoad Albertum patrem, & auum respectiuè, an verò Bartholomæus præferretur, quia dixit maior natu ex eo?* Gaspar dixit, quod debet intelligi; ex eo, scilicet Alberto; sed supradicti quinque Domini fuerunt in contrarium, intelligenda, ex eo, scilicet maiori nascituro ex Iacobo filio Alberti; & sic ex Franc. & sic in Iacob. iuniore filio Francisci. Quia secundum regulas communes verbum referri debet ad magis proximum, & sic ad filium maiorem ex Alberto. item; quia illa verba, *ex eo*, essent superflua; quia testator dixit, *quòd Albertus, & quicumque maior filius nasciturus ex eo:* postea subiungit, *& quicumque maior natu reperiretur inter liberos suos ex eo descendentes.* Nam si illud vltimum, *ex eo*, intelligeretur ex Alberto, frustra bis fuisset appositū, & repetitum: quia si testator aliud intelligere voluisset, dixisset, *& quicumque maior natu reperiretur inter liberos suos*, non repetendo, *ex eo*, & fuisset intellectus clarus: repetendo autem demonstrat intellectum, *ex eo*, scilicet ex filio primo nascituro. Et cum ad filium Alberti nondum natum non potuit testator habere affectionem, prætulit d. Albertum alteri filio, scilicet Petro iam nato; & filium nasciturum maiorem ex Alberto prætulit alijs filijs Alberti & eodem modo præferre voluit nepotem ex Alberto aliàs ex identitate rationis; caussa conseruandi maioritatem, & primogenituram in Castro, maxime cum dicit, vt memoria mea, mensque & honor retineatur in tēpus. Et quod postea subiungit, *si Margaritha & Iacob. decesserint parentes Alberti, Albertus, & postea maior natu ex liberis suis habeat, &c.* verbum, *ex liberis suis.* non potest intelligi, nisi dicti Alberti, & quia dicit, *quòd si decedit Albertus sine filijs, tunc & eo casu succedat in totum maior alter frater ætate*, arguit prætulisse Albertum, & omnes eius descendentes, maximè, quia reperit eumdem ordinem faciendi alias substitutiones, & apparet prælatum esse Albertum Petro eius fratri iam nato, ad quem testator habebat affectum. Tamen prætulit filios Alberti nondum natos Petro, vt ex substitutionibus apparet, & durante vna linea voluit super Castrum ad illum pertinere, & in totum finita illa, & non antea, transire ad alteram. Et sic est dicendum de linea primogeniti Alberti, & Albertus nepos videtur declarasse testamentum aui, faciendo primogenituram ad instar aui, & licet sit dubiū, an hæres possit declarare testatoris voluntatem, tamen quia voluntas apparet ex alijs, & declaratio ostendit magnum odorem voluntatis, quam Albertus viuens potuit perscrutari, ideo in alia audientia Dominus Romanus fuit cum alijs quinque, & Sebastianus remansit solus, Peregrinus fuit etiam pro parte Gasparis.

DECISIO CMXIII.

Eiusdem super spolio.

SVMMARIVM.

1 *Iudicatum super spolio potest exequi saluo iure petitorio.*

Iu-

IN eadem etiem fuit dubitatum, *an obstarent Oderico agenti spolio conuentiones facta in compromisso, & propter litteras Ducales?* Dictum fuit conuentiones durare etiam finito compromisso. Sed quia erant facta sine pręiudicio
1 possessorij, & petitorij, † tenuerunt iudicatum super spolio posse exequi, licet sit non seruatum super petitorio.

DECISIO CMXIV.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Caussam possessionis à principio validam nemo præsumitur velle mutare ex caussa inualida superueniente.*

AD exclusionem possessionis iure familiaritatis allegabatur non constare Albertum habuisse tempore adeptionis possessionis scientiam testamenti, & in illo præsumitur ignorantia; & dum postea sciuit, non præsumitur mutatio voluntatis; & factum subsequens declarabat animum precedentem voluisse possidere integrum Castrum, non admittendo Iacobum adeuntem. Et vigore etiam decreti erat translata dimidia possessio, & ipse impetrauit hominibus, & fructus collegit, & anhelabat ad dominium Castri: Ergo non iure familiaritatis. Et licet acceptasset testementum, acceptauit cum beneficio inuentarij, licet diceretur non esse sollemne, quia statuta
1 Placentina, tollunt sollemnitates, tamen Domini † voluerunt sufficere à principio ex causa potuisse possidere: & licet superuenerit scientia testamenti, & sic caussa, ex qua potuerit velle detinere, tamen debet probari mutatio voluntatis, & non admittendo Iacobum videtur errasse, & licet approbaret testamentum quo ad Castrum Vigolrni, de quo potuit disponere testator, non tamen ite in Sarmato.

DECISIO CMXV.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Actio spolij competit successori, vel hæredi in his, quæ defunctus reperiebatur possidere tempore mortis.*

VNdecima Maij 1545. Dato, quod Odericus possideret dimidiam partem Sarmati, *an competeret actio spolij pro dimidia parte, quam possidebat Gaspar?* Om
1 nes Domini dixerunt, quòd † sic, quia Iacobus, cui successit Oldericus, possidebat pro indiuiso Castrum cum Bartholomæo, & sic partem in quolibet capite, ergo & dimidiam illius partis, quam Gaspar nunc possidet. Nec obstat, quòd cum Oldericus possideat dimidiam, vltra nô possit petere; & si volt petere, restituat dimidiam dimidię quam possidet, quia in ista dimidia possidet dimidiam, quam pro indiuiso Barth. cum Iacobo possidebat. Quia respondetur, quòd si Gaspar vult agere, debet introducere suum ius in iudicio; & si vult excipere Oldericus, habuit partem quam possidet, a successoribus Bartholomæi: ergo contra eum spolio agi non potest; & Gaspar, & eius auctores fuerunt solum hæredes particulares Bartholomæi, & his in hoc fuerunt omnes Domini. Ideo 15. Maij 1545. pronunciaui pro Olderico in spolio pro dimidia parte Castri, quam Gaspar possidet, & in vltimo pro tota integra parte, & condemnaui Gasparem in fructibus indebitè perceptis tam per eum, quàm per suos auctores.

DECISIO CMXVI.

De illegitimitate.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptioni quæ oritur ex sententia, standum est, donec contrarium probetur.*

VAlentin. matrimonij, & illegitimitatis inter Franciscum, & litis consortes Fertagut, & Catharinam
1 Betagrani, & filios. Domini fuerunt de mense April. 1543. quòd alimenta, nec expensæ litis debeantur Hieronymo, & consortibus propter præsumptionem, quæ est contra ipsos propter tres sententias, quas in partibus contra se reportauerant: ideo moderaui inhibitionem, vt fieret executio.

DECISIO CMXVII.

De frauda præsumpta.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio facta ante reseruationem Papalem non potest dici facta in fraudem.*

ILlerden. Archidiaconatus, & Barchinonen. canonicatus de mense Apr. 1545. Domini voluerunt, permuta-
1 tionem † non posse dici factam in fraudem reseruationis Papalis, quæ reseruatio fuit 13. Maij, & resignatio beneficij Magdalenæ fuit 12. & sic ante reseruationem, & archidiaconatus & canonicatus resignati, 8. & 10. eiusdem, & sic tam breui tẽpore non potuit haberi notitia in partibus de reseruatione. Et si diceretur factam fuisse, vt fraudarent ordinarium, cum non possit fieri simplex resignatio in fauorem certæ personæ, propter regulam de viginti, respondetur, quòd, quia iure permittente, permutarunt, non potest considerari dolus anoullans: nec arguit dolum, quod non poterat fieri vigore mandatorum permutatio cum beneficijs nullius valoris. Hoc enim solum non arguit dolum, quia etiam sine compensa potest etiam resignari beneficium, vt alteri prouideatur: non autem dummodo solum in fauorem certæ personæ. Et debet ad fraudem concurrere grauis infirmitas, & consanguinitas, & de fraude ordinarij ad resignationem Papalem, de qua agitur, & sic fueront, quod non dicitur permutatio fraudulenta, & simulata, alio non docto.

DECISIO CMXVIII.

De reseruatione.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio beneficij vacantis per cessum capit etiam resignata ex caussa permutationis.*

IN eadem voluerunt, reseruationem istam capere beneficium resignatum ex caussa permutationis, quia erat specialis reseruatio de beneficijs nominatis, siue sit ius abdicatum a resignante & siue vacent per cessum, siue per decessum. Et reseruatio est per cessum, non autem
1 decessum Gabrielis. Itamque informati omnes † Domini, præter Puteum, & Aquen. fuerunt, quòd reseruatio capiat etiam permutata, cum tunc vacent per cessionem. Sed quia non docebatur de resignatione, legitimè poterat ferri sententia pro Ioanne super aliquibus beneficijs.

DECISIO CMXIX.

De intrusis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria intruso non datur, nisi consentiat sequestro.*

1 IMolen. beneficij dixerunt † intruso non dari remissoriam, nisi consentiat sequestro, prout regulariter non datur non possidenti, nisi renunciat sequestro, si habuerit pro se sententiam.

DECISIO CMXX.

De regula de idiomate.

SVMMARIVM.

1 *Examinatio super idiomate debet fieri, dum quis vult admitti ad beneficium extra patriam.*

LEodicen. parochialis pro Nicolao propter Ioan. Danielis, contra quem fuit datum de regula de idiomate, D. Mohed. Put. Fab. Peregr. & Aquen. dixerunt,
1 quòd † Ioannes debeat examinari per Theutonicos, *an sciat linguam Theutonicam stante commissione, & testibus, quod in loco natiuitatis Ioannes loquatur communiter Gallice, etiam quod sciat in illo loco, & vnus testis dicit vtramque linguam?* Sebastianus, Prosper, & Thomas in contrarium fuerunt: & ego fui cum ipsis, quia idem fuit seruatum cum Baldassino in caussa Valen. de Pego. Fuit tamen caussa concordata.

DECISIO CMXXI.

De simonia.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facta in fauorem certæ personæ, non autem simpliciter dicitur simoniaca.*

Bur-

BVrgen. prioratus de Touar omnes Domini præter
1 Puteum fuerunt, quòd † prouisio in fauorem Fran
cisci Cantoris esset simoniaca per resignationem in eius
fauorem, non obstante, quòd narrer resignare ex caussa
infirmitatis, quia poterat resignare simpliciter. Nec tamen
fert, quòd ordinarius admittendo resignatione dixisset,
quòd faciat, quod debet, & sic non acquieuit resignationi
in fauorem tertij, quia incontinenti eidem prouidit,
& id non tollit animũ resignantis in fauorem certæ personæ,
& etiam sine verbis; non aliàs, aliter; nec alio modo,
intelligitur facta resignatio in fauorem certæ personæ,
& simoniacè.

DECISIO CMXXII.

De spolio.

SVMMARIVM.

1 *Titulus coloratus sufficit ad spolij restitutionem.*

IN eadem (licet sit simoniacè) fuerunt, quòd Lodesio.
eius subrogatus, quoad actionem spolij debeat restitui.
Nam de sequastro propter attentatum nullius du-
1 bitat. Sed pro restitutione Domini † dicebant Lodesio.
sic habuisse titulum coloratum ordinarij, & subrogationem
Papæ. Et licet titulus ordinarij fuit simoniacus in
petitorio, docebit de dispensatione, & habet subrogationem
Papæ, & poterit docere, quòd ius remanens in resignante
simoniacè vacauit per eius obitum, & capitur
per clausulas generales.

DECISIO CMXXIII.

De cambijs.

SVMMARIA.

1 *Pecunia in dubio non præsumitur data ad cambium, nisi aliter probetur.*

2 *Cambij nomine in dubio non præsumitur solutum, sed pro credito, & sorte principali.*

SVetana pecuniaria inter Franciscum de Carauaial, &
Petrum Sarmienta, & hęredes Ansaldi de Grimaldis,
1 27. Octob. 1544. cum † fuisset resolutum coram Marsicano,
mercatores non posse petere interesse ob solutionem
eis non factam in tempus, nisi probetur se omnes illas
pecunias semper tenuisse ad cambium, ita vt necessariò
inferatur, si illas, de quibus agitur, habuissent, omnino
dedissent ad cambium. Mohed. & Put. dixerunt istum
articulum non esse amplius reuidendum, vt aliàs tempore
maiorum in plena Rota fuit resolutum, & ego id
recordor. Sed Aquen. dixit, quòd licet fuerit resolutum,
tamen ipse cum Marsicano fuerat in cõtrarium, quia videbatur
decisio rigorosa. Mohed. replicauit, quòd fuit
æquissima, & Puteus dixit se annotasse resolutionem pro
decisione firmata. Ideò noluerunt amplius reuocare in
dubium. Et testes dicebant, quòd licet Ansaldus esset ditissimus,
inierat tamen societatem cum alijs, cum ipsa societas
indigebat, nec ipse indigenti tenebatur succurrere,
& ipse indigens cepit ad cambia, & quod non requiritur
protestatio, vel interpellatio contra curiales capientes ad
cambium, sed solum contra mercatores. Et voluerunt
Domini 1. Iunij 2000. soluta non posse retineri pro cambijs,
ad dictum Cast. in l. 3. de eo, quod certo loco, quòd
2 Rota tenuit coram Marsicano, quia † cambia non sunt
debita, & verba de credito intelliguntur de sorte principali,
etiam quoad instrumentum. D. Mohedan. Peregr. &
Thom. fuerunt, quòd cambia sunt (vt supra) illicita, &
de illis non intelligitur instrumentum loquens de damnis,
& interesse liquidatis, sed tantum cambia ista non
sunt interesse. Pute. Fabius. Roman. in contrarium;
Aquen. non notauit, quòd aliàs non est in differentia ad
interesse, vel cambium, cum cambium proueniat, vt interesse
lucri cessantis, vel damni emergentis, & licet sint
illicita propter iuramentum Carauaial, quod teneatur
soluere, & petita absolutione repetere. Et 6. Iulij omnes
fuerunt, instrumentum facere pro mercatorib. quia Carauaial
promisit tantum facere depositum, non autem
consignare mercatoribus. Et postea proposui, 22. Iun. an
saltem deberentur cambia a die litis contestationis, vsque
ad diem sortis solutæ. Et Do. fuerunt, quòd nõ, quia
Paul. de Cast. præsupponit moram, nam aliter non ageretur
ad interesse. Tamen non vult interesse debiti, nisi vt
sup. & concurrebat etiam æquitas. Idem enim fecerent
mercatores intuitu Gitteleonis, cuius multas pecunias
habuerunt, & 25. Iunij 1545. pronunciaui pro Francisc.
de Carauaial contra mercatores.

DECISIO CMXXIV.

De permutatione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij non probatur ex sola nominatione auctoris.*

COnchen. parochialis de Varaias inter Petrum Guerram,
& Michaelem 22. Iunij, Domini fuerunt pos-
1 sessionem Michaelis non probari ex eo, quòd † vocet se
rectorem, & etiam quòd decretum Corredicæ diceret,
quòd in euentum, quòd lis moueretur, contra Petrum
super beneficio de Fuensalda, permutatio haberetur pro
nõ facta, & possent exequi executoriales super Vicarijs.
Domini non intellexerunt, ita quòd ex sola motione litis
esset locus decreto, vel quòd beneficiũ euinceretur, vel
saltem, quod ferretur sententia contra Petrum, & Michael
obtulit velle defendere, & produxit schedulam, in
qua Petrus promittit nõ vti decreto in fauorem Pacheco,
nisi post sex menses. Tenuerunt Domini dictam promissionem
esse personalem, & non iuuari successorem
Petri, & Petrus docuit, quod erat reseruatus alter regressus
Balthasari, & Michael replicabat, quod non constabat
de eius iure, quia non docet de vacatione beneficij
reseruato regressu. Sed quia non erat honestum, quòd
Petrus sit inuolutus litibus vigore cõmissionis, fuit præfixus
terminus Michaeli ad liberandum beneficium a litibus,
& declarari nullum regressum Balthasaris, aliàs
pronunciaretur pro Petro.

DECISIO CMXXV.

De erectione Heremitorij.

SVMMARIVM.

1 *Littera subreptitia dicuntur, vbi in eis non probatur narratiua.*

VLixbonen. erection. Heremitorij de mense Febr.
1 1545. Domini fuerunt † in opinione, quod non
probetur, nautas & nauigantes exponere se periculis pro
fide, & cõuersione infidelium: Id enim facit Rex, cui ipsi
inseruiunt pro salario, & lucro. Et sic pronunciaui litteras
erectionis subreptitia. Et post sentẽtiam fuit dictum,
haberi decretum, quòd non possit dari de subreptione.
Sed replicatur intelligi, præter quam in expressis, super
quibus Papa fundat intentionem suam. Sed quia posset
reperiri via ad impugnandam huiusmodi interlocutoriam,
ideo de mense Aprilis Domini pro maiori parte
dixerunt intelligi debere, veris existentibus narratis, &
maximè pro ea parte, super qua Papa se fundat. Et si vera
est narratiua, tunc in alijs nõ possit dari de subreptione:
secus in isto casu, vbi probatur falsitas narratorum. Et
diffinitiue pronunciaui, non obstante, quòd dederim reuerentiales
appellanti a prima, & caussa appellationis
fuisset commissa alteri, quia intelligitur, quatenus procurator
appellauit a diffinitiua, & ego feci interlocutoriam.

DECISIO CMXXVI.

De captura.

SVMMARIVM.

1 *Captura facta vigore suspicionis fugæ non inducit attentatum.*

CArthaginensis Thesaurariæ de mense Decembr.
1545. tenuerunt capturam factam suspicionis fugæ
nõn inducere attentatum, quia non fit, vt soluatur, & ad
effectum exequendi, sed vt caueat, &c.

DECISIO CMXXVII.

De motu proprio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius Pauli III. translationis pensionum, comprehendit etiam pensiones translatas antea.*

NOuarien. pension. inter Io. Florentinum, & Iulium
1 Vetra. 8. Maij dixerunt, † esse rem claram, quod motus proprius Pauli Tertij translationis pensionum capiat pensiones translatas antea, & ita dicit iudicatum fuisse quoad summam 150. etiam in causis pendentibus. Ergo necessario de pendentibus antè translatis. Et fuerunt, quòd si non probatur, quod priuilegium Leonis non sit in vsu, quod præsumatur validum, & non sit differentia inter statutum, & priuilegium. Et quod ille qui impugnat, debet probare non fuisse vsu receptum.

DECISIO CMXXVIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Compositio non soluitur etiam quod in prouisione reseruetur pensio excedens dimidiam.*

QVia ad inualidandum secondam pensionem dabatur de præcedenti, replicator non constare fuisse
1 pensionem acceptatam. Et dicit † Thomas, quod quando in prouisione reseruatur pensio etiam excedens dimidiam, non soluitur compositio, sed solum quando ex causa resignationis.

DECISIO CMXXIX.

De censuris.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus non dicitur, qui per triennium in censuris insorduerit, ad effectum iuris sui.*

MAguntin. Canonicatus 21. Decemb. 1540. dictum fuit; aliàs io vna Rodonen. inter Dominum Ma-
1 ceraten. & Ioachimum fuisse resolutum, quod † ille qui insorduerat per tres annos, non dicatur absolutus, propter regulam loquentem de eo, qui insorduit per annũ. Ideò si Iacob. per reseruationem regressus insorduerat per triennium, non valeat nisi de casibus regulæ dicatur, cum per tres annos insorduerit. Sed potest dici, quod remanserit ius reseruatum in eo.

DECISIO CMXXX.

De indulto.

SVMMARIVM.

1 *Regula modificatoria indultorum, quem operetur effectum.*

VRbis Capellaniæ ad Præsepe Domini inter Guidonem, & Nicolaum tenuerunt, indultum Cardinalis non obstare prouisioni Papæ, cum Cardinalis haberet solam institutionem, propter regulam modificato-
1 riam indultorum, quæ † etiam quod procedat indultũ, quia regula semper loquitur, concernit multo magis indulta concedenda, si modificat concessa, & ius patronatus laicorum, & clericorum, quæ ad fauorem reputatur laicorum, de quibos non intelligitur facultas conferendi beneficia iurispatronatus, quia intelligeretur clericorum, & quia Cardinalis Franciscus habebat indultum concessum Cardinali de Valle, quod habebat de mixto, tamen est dubium, quòd tunc non loquitur de Ecclesia sanctæ Mariæ maioris. Et quia Nicolaus habebat indultum contra se, dictum fuit non audiendum in iudicio restitutionis, nisi refectis expensis, ex not. per Staphil. folio 162. quia licet fuerit citatus primò personaliter, lata tamen fuit sententia, Nicolao & eius procuratore absente per contradictas: ideò non potest dici defensus. Alij antiquiores in contrarium, dicentes, Rotam modernam non tenere cum Staphileo, & quod non audiatur apprehensus personaliter, nisi patito etiam quoad possessioné. Et etiam Domini resoluerunt, indultum de Valle, & Farnesij non nocere, quia in Ecclesia sanctæ Mariæ non habeat de mixto, quod habetur pro laicali quoad derogationem. Aliqui tamen tenebant contrarium, quia in hoc indulto videbatur referri ad mixtum, quia de eo loquitur solum simul cum loquitur de alijs Ecclesijs. Et dicta regula modificatoria non obstat, quia loquitur de beneficijs spectantibus ad collationem inferiorum; quia licet istud spectet ad laicos, spectat etiam ad præsentationem Capituli, & sic ad inferiorem collatorem, & multò magis debet regula intelligi modificare in beneficijs laicorum, quibus fauetur magis.

DECISIO CMXXXI.

De compulsorialibus.

SVMMARIVM.

1 *Compulsoriales litteræ vt ligent, quid seruandum.*

PLacentin. Capellaniatũ inter Episcopum & conuentum beatæ Mariæ, an iura extracta vigore compulsorialium decretarum, antequã Episcopus esset in caussa, & commissiones capiant in generalibus minora expressis, & sic an clausula, omnes, &c. caperet Episcopũ. Domini diuisi: aliqui dicebant, quòd licet executoriales intimari possint Episcopo lite pendente intruso, cum capiat intrusos, & intrudendos ex sui forma, tamen compulsoriales non faciont contra illum, qui non est tempore decreti in causa. Igitur de nouo citato Episcopo debent de communi iura extrahi. Et in alia tres fuerunt pro
1 defectu iurisdictionis. Et quia Episcopus † volebat absolui a molestijs intimationis executorialium, & fratres, quòd excommunicaretur, quia appellauit ab intimatione executorialium, & litem suscepit. Ideò Domini vltima Aprilis dixerunt, quòd daretur sententia, sed de nouo decernerentur compulsoriales ad extrahendum iura. Et in noua extractione, quia procuratores Episcopi non acceptarunt facta diligentia de reperiendo, Episcopus fuit citatus ad valuas Ecclesiæ per affixionem originalis. Sed quia non dicebant, quòd tempore diuinorum. Ideo Domini 4. Iulij, voluerunt, quia non erat citatio deuolutiua, quòd nõ requiretur, quòd tempore diuinorum. Sed fuit maior difficultas, quia non dicitur, quòd post oblationem originalis fuerit affixa, & dimissa copia ad dec. 1. de fide instrum. & 8. de dolo, & contuma. Et licet Domini libenter saluassent extractionem geminatam, tamen voluerunt; videntur omniũ rationes, vt super hoc vltimo informaretur. Et fuerunt sex, quòd de iure non requiritur dimissio copiæ: vnus tamen dicebat verum, quando proceditur per edictum, secus per affixionem, allegando Bonif. Clem. 1. num. 14. de iud. & Clem. cassam, de elect. alij tamen in contrarium. Nec referi dicere notarium, quòd per modicum tempus steterint affixæ: quia non propterea dicitur, quòd infra modicum tempus fuerint amotæ, quia esset arguere a contrario sensu verborum notarij. Et tempus, quod originalis debet stare affixa est remissum arbitrio notarij, & potest intelligi, quòd originales compulsoriales per modicum tempus, quæ vnà cum citatione fuerunt affixæ, vel per modicum respectu totius diei, sed debiti ad validitatem. Et quia fuerunt dicti procuratores citati, & Vicarius similiter, fuit inclinatum pro validitate, & pro suspensione Episcopi a diuinis, defendendo se cum cautilationibus, & quia fuit data cautio, non suspendi.

DECISIO CMXXXII.

De gratia prælationis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, ex nunc, prout ex tunc, quid operetur.*

PLacenti. portion. inter Gomesium Ferdinandi, & Alphonsum de Puente de mense Iunij, 1540. Domini
1 fuerunt, quòd † clausula, ex nunc, prout ex tunc, non operetur, nisi adsit prouisio sub executoris. Et postea operetur, non obstante intermedia acceptatione, & possessione Gomesij, si gratia Gomesij illam non suspendit, vel propter verisimilitudinem non sit locus diligentijs, & Domini omnes præter Mohedanum de mense Octobr. 1541. dixerunt, gratiam Alphonsi præferendam, quia habet

bet clausulas præseruatiuas e gratijs in futurum concedendis, & clausulas pinguiores, quòd omnibus difficiles, vel dissimiles gratias habentibus præferatur; & quòd nō tenetur acceptare, & præferatur descriptio, quibus Gomesius non præfertur. Et licet gratia Gomesij sit posterior, tamen non obstat, quia non facit mentionem de gratia Alphonsi, quæ requiritur, vt derogetur tali gratiæ habenti tales clausulas præseruatiuas. Et clausula, *pro expressis*, refertur ad principia; & non ad tales gratias. Et cum sit fortior, non est similis secundum Dominos. Et ideo non procedit exceptio, quòd sit locus diligentijs.

DECISIO CMXXXIII.

De prouisionibus.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta absenti valet, & stat in suspenso, donec ratificetur.*

IN eadem licet procurator assertus Alphonsi acceptauerit: & notarius dicit se rogatum de mandato, omnes Domini fuerunt pro validitate, quia † vltra attestationem notarij, executor prouidit ipsi Alphonso in personam procuratoris. Sed prouisio facta absenti valet, & est in suspenso, & annullat intermedias gratias, & potuit postea Alphonsus approbare. Et etiam fuisset prouisum falso procuratori; potest ratificare: & etiam si non fuisset prouisum, nunc potest prouideri, & intrat clausula, *Ex tunc*.

DECISIO CMXXXIV.

In eadem.

VOluerunt præsumi præsentationem litterarum Alphonsi, quia procurator petijt sibi prouideri vigore litterarum sub tali data:

DECISIO CMXXXV.

In eadem.

DE mensa Maij 1541. quòd indultum Episcopi Palentin. prorogatum post tempus non obstaret, nec operaretur vt noua prouisio, quia nec Papa, nec pars hoc agebant, sed tantum de prorogando.

DECISIO CMXXXVI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad videndum prorogari fatalia intelligitur de iuniori.*

1 DOmini omnes tenuerunt, quòd † citatio ad videndum prorogari fatalia instante Gomesio, intelligatur de iuniori cessionario Gomesij, & non de antiquiori, qui iam cesserat, maximè quia fuit protestatum non admitti pro iuniori, nisi docto de mandato, non obstante, quòd notarius dicat Gomesius principalis comparuit, & iunior erat in partibus, quia non dicit, quod nomine suo; & potest intelligi, vt procurator, & pro habente interesse.

DECISIO CMXXXVII.

De offic. Vicar.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi non potest deputare Vicarium perpetuū.*

BOnonien. Vicariatus inter Ioannem Mariam, & fratrem Ludouicum, extra Rotam, Sebastianus, & ego
1 pronunciaui, Vicarium † non potuisse deputare Vicarium perpetuum.

DECISIO CMXXXVIII.

De prælatione.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio de iure communi: secus de iure speciali.*

GErunden. Canonicatus inter Ant. Cordellam, & Sebastianum Bort, Domini fuerunt, priuilegium paraphrenariorum, vt secundum ordinem ipsi præferantur, non suffragari Anton. Cordella, quia licet ipse sit primo descriptus, vt ille, qui eius aduersarium nominauit, tamen non præfertur, quia habet antelationem contra omnes, exceptis familiaribus descriptis, videlicet licet
1 † priuilegiatus non vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, hoc est de iure communi, secus de iure speciali ex speciali priuilegio. Fuit datum de simoniaca nominatione, probando pecunias datas Ant. per Sebastianum: & sic sibi non iuuet, nō obstante, quòd diceret nolle vti nominatione, sed breui, quia breue prouenit ex nominatione, & Domini fuerunt 25. Martij 1544. pro simonia propter vnum testem de visu, & alios de fama. Et licet glo. in cap. veniens, de test. dicat, quod non sufficiat in probanda simonia, non tamen procedit, maximè vbi adsunt alia adminicula, vt auditus a Sebastiano, & Antetiam voluerunt pecuniam postea datam incontinenti post nominationem, intelligi ex præcedenti pacto, & concordaui partes, &c.

DECISIO CMXXXIX.

De donationibus propter nuptias.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si non valet in donatione propter nuptias, valet in dote, licet vnica actione tam donatio, quam dos petitæ essent.*

ROmana dotis inter Vincentium Albertinū, & Mat-
1 thæos de mense Octob. 1544. Domini † tenuerunt, quòd sentētia, etiam si adiudicaret donationem propter nuptias in totum, quæ non fuerat acquisita vxori defuncti non solum quoad vsumfructum, cum esset in hoc nulla, verum etiam quoad proprietatem, teneret in dote, licet dos, & donatio essent petitæ vnica actione, quia quot sententiæ, tot capita. Nec refert, quod in vna summa sententia vtrumque contineat, quia in petitione sunt distinctè proposita, & sententia refert se ad petitionem, licet in sententia vtrumque reducatur in summa vna 150. & idem bis resolutum coram D. Thoma, & Domini fuerunt, quod si constaret de tacito consensu, & non haberet iustam causam contradicendi, diceretur consentire: tamen secundum Dominos, etiam sine consensu Vincentij filij valet, fauore minoris, Ias. in l. non ideo minus, in 2. limitat.

DECISIO CMXL.

De nullitate instantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Tempus instantiæ, quod currit contra eā, quale intelligatur.*

IN eadem super nullitate respectu instantiæ, an tēpus instantiæ huius causæ esset illud, de quo c. 5. lib. 5. de
1 cau. exec. instr. & † 29. Octob. 1544. negatiuè fuit resolutum, quia in 1. li. statutorum sunt quattuor statuta, vnum generale de executione instrumenti: aliud de apocha: aliud instrumentorum dotalium: aliud testamentorum. Cum ergo istud vltimum statutum loquatur de executione instrumentorum & apocharum, & non instrumentorum dotalium, & instrumentum ad illa non trahitur, de quibus sunt particularia statuta. Et posito, quod dictum statutum 5. in 5. lim. non vendicet sibi locum in casu nostro, sed statutum, c. 79. de exec. instr. dot. & statutū 81. de stat. exec. dubitatum fuit, an sententia esset nulla, quia non est secundum illorum formam processum. Et resolutum pro nullitate, quia pro parte Vincent. fuit dictum in commissionibus instantiam esse 10. dierum, & quod procederetur secundum formam statutorū, & reformationum, & c. 5. lib. 5. & reformatio. Nec satisfacit statutum, c. 79. lib. 1. dicens dari 20. dies ad probandum, quia per hoc non dicit instantiam esse 10. dierum: & sic apparet Vincentium voluisse procedere iuxta formā d. c. 2. Et text. ita processit dando mandatum executiuum, iuxta formam d. c. 5. Et si voluisset procedere secundum formam c. 79. misisset in possessionem, & secundum formam d. c. 5. sententia esset lata post sententiam, quia tale statutum præfigit tempus instantiæ, quod non faciunt priora, licet diceretur esse procedendum, vt in c. 79. & 81. 1. vol. ita Vincent. processit, quia licet non seruauit formam c. 79. respectu dotis, tamen quoad donationem,

quæ erat minima pars,& illam nō curauit: sed quòd reliquum petebat vigore testamenti relinquentis dotem suę matri,& c.81.de execut.testa.licet dicat de modo executionis in bonis defuncti, & non sit seruatum, tamen subiungit,& fiat executio realis,& personalis contra debitorem,prout actor, & potuit actor emittere testamentum excipi in bonis,& petere executionem personalem, prout hic fuit concessa apodissa contra debitores Matthæi. Sed ipsi respondent cap.93. vbi declaratur modus exequendi testamēta, velle dare terminum octo dierum ad satisfaciendum,& ita est intelligendum cap.81.& dictus terminus non fuit datus.

DECISIO CMXLI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Statuto stante, quod post annum non possit agi de nullitate, quo casu intelligatur,& quando quis possit agere, & excipere, non obstante statuto.*

DVbitatum, an post annum possit dari de nullitate, petendo subducendum tempus compromissi. Et
quia fuit datum de nullitate ratione donationis propter
nuptias propter abdicationem proprietatis, non autem
de nullitate ob non seruationem statutorum in proce-
1 dendo, Domini fuerunt,† quia statutum dicit,quod post
annum de nullitate agi non possit, quod tamen potest
excipi. Et Doctores contrariū tenentes loquuntur,quan
do statutum loquitur per verbum, *dicere*, quod est ver-
bum commune. Nec obstant verba, *nullatenus audiatur*,
quia intelliguntur si agendo, & sonant etiam plura ver-
ba statuti, dum dicunt, quando, causa nullitatis est de-
ducta,& sic agendo. Secundò dixerunt,quòd Vincen-
tius cum Matthæo ageret super ista nullitate: nam op-
posuit,& protestatus est,quòd non audiretur post annū,
stante statuto. Sed passus est agi,quod nunc non potest
opponere, & quod isto casu Matthæi debeant etiam au-
diri agendo,si primo egerunt. Et non fuit oppositum de
primo statuto. Itam dixerunt,quòd si nullitas esset inten
tata cum appellatione, tunc post annum non posset agi:
secus si principaliter de per se, & hoc dicebant declarari
per sequēs statutum,quod est 158.& 1.vol. Et in effectu
omnes Domini,ex supradictis voluerunt,quòd Matthęi
possunt etiam post annum dare de nullitate agendo, &
excipiendo,& quod istud statutum illis non obsit.

DECISIO CMXLII.

Regula de annali.

SVMMARIVM.

1 *Ordo primæ partis regulæ de annali,quomodo seruandus.*

VAlent. parochialis de mense Nouemb.1544. circa
primam partem regulæ de annali, euocando pos-
1 sessorem infra sex menses, tenuerunt, quòd non sit satis-
factum,ex not. Sed debere citari, quia ex hoc non dici-
tur citatus: nec potest procedi,nisi ipso citato, & potest
actorem pœnitere,& non citare.

DECISIO CMXLIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Possessor ad effectum regulæ de annali, in prima eius parte non dicitur citatus, quando constituit procuratorem specialem.*

QVod non dicitur citatus ad effectū d.regulę,quan-
do constituit procuratorem specialem ad causam,
quia tempus non currit, nisi a die executæ citationis, &
1 aliàs possit labi sine culpa actoris ignorantis constitutio-
nem procuratoris,& acceptationem mandati,& non po-
terat procedere ignorādo mandatum,nec etiam per con-
tradictas,cum non esset principalis citatus. Et an dicete-
tur saltem citatus die,quo productum est mandatum,&
ab illa die incipit tempus anni ad finiendam litem. Pu-
teus, Thom. & Aquen. quòd sic, quia ex quo fecit spe-
cialem procuratorem ad causam motam, seu mouēdam
super istis beneficijs, per Vincen. decreta citatione præ-
sumitur citatus, & propter scientiam cessat inconueniēs,
de quo supra,quòd eurrat non valenti agere. Mobeda-
nus,Fabius, Peregrinus, Sebastianus,erant in contrariū,
quia cum non apparebat de bona vel mala executione,
non potest argui citatio, sed solum scientia causæ com-
missæ. Ideo fecit procuratorem, qui produxit manda-
tum,& protestatus fuit nil fieri, nisi ipso citato, & etiam
si comparuisset principalis, dicens, procederetur contra
eum, qui nolebat, non diceretur citatus, vt sit ex hoc sa-
tisfactum auocationi requisitæ per regulam, & minus
circa tempus anni. Iterumque informato Aquen.fuit cū
alijs quattuor,& solus Puteus, & Thom.in contrarium,
& sic sex ex octo,qui tunc erant in Rota,quòd non sit sa-
tisfactum primæ nec secundæ parti. Et vnus ex Dominis
adduxit rationē. Nam sequeretur absurdum,quòd per
talem comparitionem, & oblationem tunc curreret ter-
minus, cum actor exspectando scripturas posset exspe-
ctare vltimam diem sex mensium concessorum sibi per
regulam. Sed mihi videtur posse responderi,quod si vo-
lebat id euitare, non debebat committere causam. vnde
præcedens ratio non est melior.

DECISIO CMXLIV.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali de citando possessore infra sex menses, dicitur satisfactum, si procurator citetur.*

1 LIcet regula † dicat de citādo possessore infra sex men-
ses,sufficit citari procuratorem, & maximè specialē.
Tenentes cōtrarium dicabant,quòd erat decratum pro
forma,quòd citetur possessor,& quòd præsumatur cita-
tus a die constitutionis procuratoris.

DECISIO CMXLV.

De seruanda decis.402. in nouis.

GErunden. tenuerunt de mense Decemb.1544. seruari debere decis.402. in nouis, non obstantibus contrarijs decisionibus Ægidij,& quòd datur iuramentum iuxta formam decisionis.

DECISIO CMXLVI.

De facultate Audit. Rotæ.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Rotæ in causa appellationis potest procedere etiam non seruatis terminis.*

REdonen. pensionis inter Ioan. Bapt. de Parado, &
Thomam Fauorellum de mense Febr.1545. sicut
valide processit Aud.C. in obligatione Cameræ, nullis
seruatis testimonijs, dictum fuit, Aud. Rot.in causa ap-
1 pellationis posse procedere, etiam non seruatis terminis,
maximè si commissio dicit A.C.

DECISIO CMXLVII.

De nullitate venditionis.

SVMMARIVM.

1 *Remissio causæ ad Rotam per iudicem de partibus,præsentibus partibus, valida est.*

ROmana nullitatis venditionis officij per Alphon-
1 sum,& Andream Vella,fuit tentum,quòd postquā
iudex de partibus remisit causam partibus præsentibus
ad curiam, esset legitime deuoluta, & quod licet Io.Al-
phonsi esset absens, mandatum tamen executiuum fue-
rit bene decretum, & subhastatum officium, iuxta for-
mam commissionis. Et licet notarius postea scripserit,
quod requireretur citatio ad domum,scripsit ex suo ca-
pite,secutus formulam formularij. Quæ verba non ha-
bent alterare decretum iudicis factum iuxta formam
commissionis.

DECISIO CMXLVIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Processus factus per iudicis Locumtenentem, præsumitur factus de consensu ipsius iudicis.*

Licet

Licet Gubernatorem mandarunt supersedere, quousque aliter ordinauerit Legatus vrbis, tamen validus
1 est processus † Locumtenentis Auditoris Gubernatoris,
quia de eo intelligitur commissio, licet sit directa Gubernatori, & præsumitur processisse de Gubernatoris consensu.

DECISIO CMXLIX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio rei potest fieri per iudicem, cum sibi constat de solutione in partibus facta.*

DVbitatum, *an si pars pretij fuit soluta in partibus, potuerit postea deliberari officium, cum de solutione non*
1 *constaret in actis?* Aliqui † dicebant, quòd non, quia ex
quo Andreas contentatus fuit de solutione in partibus, pro illa parte non poterat agere in Curia. Multi fuere contra, quia solutio non fuit facta infra tempus, & mercator in Curia non obstante illa solutione poterat dicere, & si fuerit solutum, non reperitur solutum vigore sententiæ, sed quod primo fuit solutum tamquam redactũ ad non causam, secundum opin. Bartoli. & conclusum pro deliberatione pro residuo.

DECISIO CML.

De decimis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium exemptionis decimarum datum ordini seu alicui familiæ, non iuuat respectu coloni partiarij.*

1 BVrgen. decimarum dictum, † priuilegia Martini, &
aliorum per doctrinam Card. intelligi, vt solũ eximantur a decimis de terris, quas ordo Cistercien. pro se colit, aut suis sumptibus facit coli: secus si colunt per colonos partiarios, & arrendatarios. Quia priuilegium est datum ordini, non autem prædijs ordinis. Nec refert, quod Moniales nimis locabant prædia, si conductores tenentur ad decimas: quia hoc non habet alterare iuris dispositionem, prout accideret si venderent. Et tamen hoc non attenditur. Et id renuerunt, non obstantibus verbis, quomodocumque, & qualitercumque excolantur, & in priuilegio Martini, & verbis Bonifacij, vel quæ alijs excolendas traditæ essent. Et ita pronunciaui de mense Iunij 1545. pro Capitulo, cõtra arrendatarios monialium, & monachorum.

DECISIO CMLI.

De libris mercatorum.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod libris mercatorum credatur, est inductiuum peccati.*

FLorentin. pecuniaria inter Gerardum Bartolium, & Antonium de Galteritis de mense Maij 1545. Domini fuerunt, Bartolium nõ probare cępisse ad Cambium, per suos libros, & si testes dicerent Florentiæ libros probare vsque ad quamcumque summam; quia etiam si es-
1 set statutum, † non valet, vt inductiuum peccati. Et casu
quo valeret, debet intelligi, si verisimiliter aliter non potest probari, Et hoc probari poterat per libros eorũ, qui dederunt ad cambium, vel per litteras aduisi. Ideò cõfirmaui sententiam Putei, absoluendo contra Bartolinos.

DECISIO CMLII.

De Bulla impositionis subsidij.

SVMMARIVM.

1 *Bulla impositionis subsidij priuans non soluentes, debet intelligi secundum ius commune, de his qui possident.*

SArsinaten. Castrorum inter Vespasianum & fratres contra Aurelium, & alios de Libertis, de mense De-
1 cemb. 1542. tenuerũt omnes, Bullam † impositionis sub-
sidij priuantem non soluentes, loqui & intelligi de feudatarijs possidentibus. Et ideò non nocere libertis spoliatis. Et ita omnes præter Mohedanum (vt ibi, bonis per eum tentis & possessis, seu iuribus ad eos spectãtibus priuatos existere, ita vt priuetur) tenuerunt, quòd oportet, quòd illa possideant, & vt sit conformis iuri communi, vt non possidens non incidat si non soluit. Nec refert, quod singulo anno præstetur census, & nimis grauaretur tot præstationibus, qui non possidet: secus in impositione semel tantum soluenda. Quia dixerunt Domini, eamdem esse rationem, & Papa voluit vnum soluere & non duos, spoliatum & possidentem.

DECISIO CMLIII.

In eadem.

QVod in scriptura Vespasiani dicens, narrata lite sine litis præiudicio, & iuribus tertij, intelligebatur generaliter de quocumque iure, non obstante, quòd Vespasianus diceret intelligi, præterquam in expressis. Sed ex primo motiua fuit dubitatio tota resoluta.

DECISIO CMLIV.

De consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo soluendi decimas etiam de fructibus collectis in aliena parochia, & etiam de noualibus, est attendenda.*

CAurien. decimarum de mense Decemb. tenuerunt, probari consuetudinem, quòd Parochiani soleant
1 Rectori soluere † decimas de ijs, quæ colunt etiam in
aliena parochia, etiam in noualibus. Et circa noualia, & terras vltimo ruptas, Domini pluries diuisi: tamẽ postea pro Archipresbytero resoluerunt: nec voluerunt dare secundam remissionem, ex quo in prima fuerunt examinati plures testes.

DECISIO CMLV.

De probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas tempore resignationis, ex quibus probari possit.*

CÆsaraugustan. Esten. beneficij, tenuerunt non probari, Didacum esse infirmum tempore resignatio-
1 nis, † & quod de illa die obierit, vt quia testes loquuntur
de auditu ex litteris missiuis, & fama, & minus litteræ Didaci, quæ alteri non debent obesse, & minus litteræ Hieronymi quoad Seranum. Sed quoad Hieronymum, Sebastianus, Thomas, & Aquen. inclinabant probare: contra Mohedanus, Puteus, & Fabius, quia licet sciebat, Didacum, quando dedit mandatum, fuisse infirmum, & medicus tunc daret vitam octo dierum, tamen non aperiunt, quo tempore id fuerit, & quo die & mense, & potuit superuiuere triginta dies, licet videatur in extremis. Sed considero tempus colligi ex data mandati, vnde restat probare tempus obitus.

DECISIO CMLVI.

De stylo circa citationem.

SVMMARIVM.

1 *Stylus, quod parte citata in termino probatorio vlterius non citetur, ad videndum iurare testes, valet.*

CAlaguritan. beneficij de Amuleo inter Euceum, & Ioannem, quod satis probaretur stylus, sufficere ci-
1 tara in termino probatorio, dato partibus vlterius nõ ci-
tandis ad vidend. iurare testes in examine probando per decennium, quia non est omnino contra ius, quia non omittitur citatio, cum citetur in termino probatorio.

DECISIO CMLVII.

De iudicis decreto.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis decretum, an interponi possit die feriata, vide distinctionem.*

PErusina hæreditatis 6. Iulij, Domini tenuerunt, quod decretum iudicis in principio transactionis interponi possit per verba importantia iudicis decretum, & valet: quia non refert, an in principio vel in fine, licet sint inter Doctores opiniones, & idem si non dicit, causa cognita, nec consuetudo obseruat facere instrumenta separata cognitionis, & fuit probata consuetudo, licet non per quadraginta annos: tamen, quia passim seruatur, non curaui de maiori

It 2 proba-

1 probatione. Et † fuit dubitatum, an valeret decretum in die S. Siluestri. Et tenuerunt in die feriata in honorem Domini non posse interponi decretum, quia requirit causæ cognitionem, & sessionem pro tribunali, quod etiam pars non negabat. Sed dicebat ex friuolis argumentis, iudicem prius instructum, & quòd erat vtilis minoribus & statutum requirens sollemnitates non nocet, maximè si non confirmatur.

DECISIO MCLVIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum reintegrans feminas ab intestato defunctis masculis, an possit reintegrare stante testamento.*

AN statutum Perusinum reintegrans feminas defunctis masculis ab intestato, possit etiam reintegrare, non obstante testamento, quòd filiæ exclusæ pos-
1 sint aliquid petere, de mense Martij 1544. Omnes † Domini fuerunt, quod non reintegrentur, quia omnes Doctores loquentes de reintegratione, licet in statuto sint verba, quousque exstent masculi, intelliguntur tamé ab intestato, prout loquitur statutum, vel etiam condito testamento, quando per prætetitionem, vel exhæredationem moriente masculo res reducitur ad causam intestati. Et fundamentum petentium reintegrationem erat, quia testator videtur se conformare cum dispositione statutaria. Sed Domini dixerunt, quod hic nô sumus in statuto, sed in iure communi, quia si pater dedit legitimam in dota, de iure communi poterat filias excludere a reliquo, vnde excludendo non fuit vigore statuti, sed iuris communis, & quia statutum loquitur tãtum ab intestato. In alia verò audientia aliqui ex Dominis mutarũt votum, & fuerunt diuisi, & postea quinque Mohedanus, Puteus, & Sebastianus, & Prosper fuerunt, quòd feminæ etiam condito testamento reintegrentur ad totam partem, quam habuissent ab intestato, si exstaret statutum, quia testator videtur se conformare cum statuto ab intestato loquente, etiam quod testamentum non reducatur ad causam intestati. Et hoc statutum loquitur nedum quoad successionem in bonis descendentis a dotante, sed etiam ipsius dotantis, quia dubitabant, quòd statutum quando dicit, quousque superest masculus, loqueretur tantum in secundo casu, videlicet in bonis descendentiũ a dotante. Alij quattuor, Peregrinus, Thom. Aquen. & Fabius, erant pro non integratione, quia præfatum statutum loquens in testamento nihil aufert filiabus, sed ius commune, secundum quod pater aliquando de legitima liberè disponit. Et licet replicaretur, quod ita disposuit, conformando se cum dispositione statutaria, tamen permanserunt in suo voto.

DECISIO CMLIX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum reintegrans feminas condito testamento, intelligitur vsque ad legitimam tantum.*

MAior pars Dominorum fuit, stante statuto loquen-
1 te condito testamento, † quod reintegretur, an fiet reintegratio vltra legitimam: tenuit, quòd non, quia statutum dicit, quòd mulier contra testamẽtum aliquid dicere non possit, quando habet legitimam: ergo statutum nihil aufert filiæ, quæ de iure communi petit supplementum legitimæ. Et quia filia in casu isto fuit instituta: Ergo secundum ius commune nô potest impugnare. Et sic statutum nô dicitur reintegrare ad illud, quod sibi non abstulit. Sed quia statutum vult posse relinqui legitimam etiam alio titulo, quàm institutionis, & quod vltra non possit habere, isto casu quia de iure communi filia poterat impugnare testamentum, statutum sibi inferret præiudicium, cum non reintegraratur ad portionem, quam ab intestato habuisset de iure communi. Sed hic tamen non est casus noster.

DECISIO CMLX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Femina exclusa ex tacita mente statuentium, vel testatoris, non possunt petere, nisi supplementum legitimæ.*

ET postea mandaui informari, an stante huiusmodi statuto filia reintegraretur saltem ex tacita mente statuentium vel testatoris, qui videtur se conformare cũ dispositione statutaria, vt quousque essent masculi, fe-
1 minæ † non succedant? Et Domini ex dictis motiuis fuerunt, quod non, etiam ex tacita testatoris voluntate, qui prætereundo poterat de iure communi excludere, & si minus habent, petant supplementum legitimæ.

DECISIO CMLXI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula quousque superuixerint masculi, apposita in statuto, quid operetur.*

STante reformatione statuti, volentis filias esse contẽtas de eo quòd pater reliquisset, reformando antiquum testamentum de integra legitima, quia pars aduersa dicebat reformationem falsam, etsi non procederet. Domini dixerunt absque informatione, quòd non fit
1 reintegratio in totum, sed supplementi, & † de clausula, quousque superuixerint masculi, an referatur ad bona descendentium tantum a dotante, an ad bona dotantis; Omnes Domini nona Iunij dixerunt, quod referatur ad vtrumque, quia statutum inferius se declarat, quod loquitur da bonis vtriusque.

DECISIO CMLXII.

In eadem.

ET decimanona Decembris Domini bene visa materia quattuor fuerunt pro integratione ad virilẽ portionem Puteus, Peregrinus, Prosper, & Thomas, confirmando solum in statuto loquẽte ab intestato: Alij quattuor, Mohedanus, Fabius, Mariscottus, & Aquen. contra, vt solum reducendo testamẽtum ad causam intestati: Omnes tamen Domini fuerunt, quòd possat peti supplementum legitimæ. Et in alia positione Dominus Puteus restringendo antedictum statutum, quod haberet locum, vbi testator dotando filias valide exclusit ab hæreditate, fuit pro non reintegratione ex eo, quia sunt duo statuta: vnum quod loquitur ab intestato: aliud facto testamento. Quod si staret tantum ab intestato, quod mãdaret, prout in sua prima opinione, quòd reintegretur, quia testator illas excludit, se conformando cum dicto statuto ab intestato. Sed cum adsit etiam statutũ loquens condito testamento, non potest dici, quòd pater exclusit feminas propter dictum statutum, quia erat in sua facultate illas instituere etiã in virili, cum statutum non prohibeat, sed excludat, quia voluit etiam statutũ nihil auferre feminis, nisi quod petant supplementum legitimę, & ad illud reintegret. Et sic fuerunt quinque pro non reintegratione, licet vnus ex eis dixerit se aliqualiter nũc dubitare. Et postea Prosper fuit pro non reintegratione, & sic sex pro non reintegratione. Et postea, quia dicitur, statutum reintegrare ad legitimam, & ostensum est statuto, ambo dare legitimam filiæ, ergo ad illam nô potest restitui. Et Domini dixerunt, quòd statuta satis operantur, ex quo sustinent voluntatem patris, etsi non iure institutionis reliquisset filiæ. Et illo casu, quia non esset instituta in legitima, tunc mortuis masculis testamentum reduceretur ad causam intestati, & filia posset succedere, Sed in casu nostro filia est instituta in dote, ergo non potest venire mortuis masculis. Et fuerunt ostensa Dominis circa nouem consilia non impressa Clarissimorum Virorum pro integratione, licet aliqui etiam contra consuluerunt: Tamen duo solum fuerunt pro reintegratione,

gratione, & sex contra, ita se firmantes, vt non sit opus vlterius desuper instare.

DECISIO CMLXIII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Relictum per verbum, instituo, etiam positum inter legata, dicitur institutio.*

1 PRoposui, an relictum † per verbum, *instituo*, sit institutio vel legatum, attento, quòd erit posita institutio inter legata. Et dixerunt omnes Domini, quòd esset institutio, & testamentum validum de iure communi, vt in formationibus.

DECISIO CMLXIV.
De prohibitione supplementi.

SVMMARIVM.

1 *Supplementum legitimæ prohiberi non potest à statuto, ne petatur.*

IN alia proposui, *an esset valida reformatio prohibens*
1 *supplementum?* Et † tentum, quòd non subsistebat, vt facta a Camerarijs Perusinis, & non a populo, & constat de Camerariorum potestate. Nec populus sine auctoritate Papæ posset statuere. Nec referre Vicelegatum dedisse sibi potestatem, quia non apparet, quòd ipse possit statuere, & minus dare alijs. Et dixerunt Domini, quòd etiam si esset generaliter facta confirmatio statutorum Perusinorum per Papam, non intelligeretur illud statutum & quæsitum, quia pater obijt de anno 1514. & reformatio fuit de anno 1534. ideo non tollit ius supplementi quæsitum filiabus morte patris. Nec est verum, statutum velle, quòd triginta Camerarij debeant esse concordes in concedendis statutis, & facultate Vicelegati, sed quòd triginta debeant congregari: tandem, quia nolebant probare reformationem, & alia, causa fuit concordata.

DECISIO CMLXV.
De vnione.

SVMMARIVM.

1 *Clausula perinde valere, quid operetur.*

GAballicen. Prioratus de Mutterina inter Capitulum S. Ægidij Nemacendier, & Capitulum Sācti Agricoli Augnonen. 25. Aprilis 1545. Domini fuerunt, quòd vnio S. Agricoli suspenderet vnionem S. Ægidij conces-
1 sam, † quia perinde valere narrabatur substantia gratiæ S. Ægidij, trahendo decreta pro expressis, ita quod omnia tollit.

DECISIO CMLXVI.
In eadem causa.

SVMMARIVM.

1 *Regula de non tollendo iure quæsito, quo casu procedat.*

ITem fuerunt, quòd per dictam gratiam vnionis S. Agricoli non dicatur ita tolli ius quęsitum S. Ægidio, per primam vnionem, vt sit locus regulæ de non tollen-
1 do iure quæsito, † quia habet locum, vbi ius quæsitum est firmum, & de præsenti. Nec obstante verba vnionis, quòd sint iura verè quæsita in re, quia est per fictionem ante vacationem, sub qua erat concessa vnio. Sed voluerunt iustificare debere narratiuam vnionis Sancti Agricoli, & facta aliquali probatione, quia nihil pars aduersa in contrarium probabat, expedire causam, dando absolutoriam, & primo remissoriam sine retardatione processus aduersarij.

DECISIO CMLXVII.
De legitimatione.

SVMMARIA.

1 *Legitimus non potest admitti ad bona fideicommisso subiecta ex testamento aui paterni, vocantis natos ex legitimo matrimonio.*
2 *Intellige tamen & declara, vt inferius dicitur.*

BOnonien. hæreditatis inter Andream Pupillum, &
1 Antonium de Ferrarijs, tenuerunt, quòd † etiam si Andreas esset bene legitimatus, non posset admitti ad bona subiecta fideicommisso ex testamento aui paterni vocantis natos ex legitimo matrimonio præter vnum, quia testamentum est de iure gentium, & illi Princeps non potest derogare sine causa. Et licet causa præsumatur facta in Principe, vt in Comite Palatino habente amplissimam potestatem a Papa legitimandi, etiam quoad bona fideicommisso subiecta, vt habebat Malatisius, tamē causa debet exprimi. Sed hic nulla sufficiens causa exprimitur. Et quia in legitimatione facta per Campegios dicitur pro causa, quia Ludouicus pater carebat prole legitima, tenuerunt Domini dictam causam esse sufficientem, quoad bona Ludouici, non autem quoad bona Iacobi patris subiecta fideicommisso vocante natos ex legitimo matrimonio. Et vnus ex Dominis dicebat per not. per Crot. in §. & quid si tantum, quod filius in quādam consequentiam possit legitimari, vt succedat in subiectis fideicommisso, quia Princeps denegando actionem fideicommissarijs, vt potest, sic de iure communi bona remanebunt legitimato. Sed fuit responsum per consilia, de quibus in informationibus, quòd illud procederet, quando hoc non tenderet apertè cōtra voluntatem testatoris, vt quia vocasset simpliciter legitimos, & non dixisset, ex legitimo matrimonio natos. Sed omnes Domini fuerunt, quòd ista esset dispensatio, cum inter Ludouicum coniugatum, & matrem Ludouici non potuisset esse matrimonium. Et quòd talis dispensatio non suffragaretur hoc casu ad bona fideicommisso subiecta vocante natos ex legitimo matrimonio: Sed fortè posset succedere in emphyteuticis, si in illis non dicitur de na-
2 tis ex legitimo † matrimonio. Et 5. Decembris 1544. iterum posita causa, Domini videbantur inclinare contra prædicta per consilium Paris. 125. volum. 1. vbi vult, ꝙ Papa possit dare potestatem legitimandi, vt quis de potestatis plenitudine posset legitimare, & tunc valet legitimatio ad fideicommissa etiam sine causa. Et videbatur etiam idem in nato ex coitu coniugato, seu adulterino, quia secundum aliquos dicitur potius dispensatio, quàm legitimatio. Et pro hoc allegabatur Gozadin. consil. 92. incip. ad demonstrandum verba priuilegij ostendere, Principem voluisse dare facultatem legitimandi sine causa, num. 13. versic. & primo habent isti. Nec refert, quòd eodem consilio, & num. ver. 4. considero, videatur facere differentiam inter legitimationem adulterini & naturalis, quia respondetur, quòd idem met in consil. 42. numer. 32. declarat legitimationem adulterini etiam respectu substitutorum, valere sine causa. Sed aliqui ex Dominis dicebant, quòd licet possit legitimari quoad substitutionem, tamen facultas non dicit quoad fideicommissum, inter quæ est differentia, Dec. in rub. de impub. & etiam, quod nunc dicitur de emphyteuticis, mandarunt iterum informari.

DECISIO CMLXVIII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus succedit in omnibus bonis patris defuncti, etiā fideicommisso subiectis, nisi ex pacto vel lege aliquid sit in contrarium.*

ITem 27. Maij 1547. proposui, an stante statuto prohibente, quòd nullus possit capere possessionem bonorum hæreditatis defuncti, vel quæ ipse possidebat: & alio statuto, quod hæres incertus deberet per proclamationem citari. Et etiam præsupposito, quòd tempore Ludouici patris Andreæ non constabat Andream legitimatum, an Andreas debeat restitui ad bona, quæ suus pater possidebat, & Ant. patruus occupauit; vel sit fa-
1 cienda executio in bonis Antonij. Et † Domini tenuerunt, in emphyteuticis potuisse capi possessionem

per Antonium, quia statutum excipit casum, quando lege pacto, vel voluntate defuncti, quis potest ingredi. Et fuit resolutum emphyteutica non deberi huic legitimato, sed Antonio: ergo ex pacto emphyteutico, vel lege licuit. Sed contrarium tenuerunt in bonis paternis, quia in illis Andreas est bene legitimatus. Et idem dixerunt de subiectis fideicommisso, quia licet debeantur Antonio, tamen debet illam capere de manu hæredis: secus in emphyteuticis. Et ideo voluerunt, dicta bona esse restituenda Andreæ, & ipse postea restituit Antonio, quia Andreæ postea fortè posset dicere, quod non sunt subiecta fideicommisso, quia testamentum nullum, vel fideicommissum expirasset. Et quòd si fuerunt lite pendente alienata per Antonium, executio fiat in bonis Antonij, & eius persona: & tamen reseruatur ius Andreæ contra possessores, & hoc vigore statuti de alienationibus lite pendente. In alia vero Domini fuerunt in contrarium, quia statutum prohibens capi possessionem, excludit alium volendo, quòd hæres possit capere pro parte, quia hæres est. Nec refert post repertum Antonium non fuisse hæredem Ludouici, sed Andream naturalem, quia postea docuit legitimitatem. Satis enim erat, quòd iure ordinario esset hæres fratris non habentis liberos ex vxore: nec conabatur diuinare potuisse naturalem esse legitimatum, quia est casus specialis, & de legitimatione tunc non constat. Item quia statutum de citando hærede loquitur in creditore hæreditatis petente satisfactionem. Et dixerunt æquitatem suadere hic, cum sit resolutum, emphyteutica, & fideicommissaria pertinere ad Antonium, ureq. propterea esset restitutio facienda, & etiam paterna apprehendit vt hæres, & alienatio fuit facta vtiliter dotando filias Ludouici patris, & satisfaciendo creditoribus. Sed quia illud venit in executione, pronunciaui 22. Iunij, emphyteutica, libellaria, & fideicommissaria pertinere ad Antonium, declarando paterna pertinere ad Andream, reformando in hoc sententias.

DECISIO CMLXIX.

De procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quando tacitè constitutus intelligatur.*

OScen. Iannen. parochialis de Assuero voluerunt, quòd ex quo acceptans habebat expectatiuam,
1 quod ex hoc videatur constitutus procurator. Quia præsumptio instrumentorum habet locum in iudicialibus & concurrentibus alijs.

DECISIO CMLXX.

De præceptoria.

SVMMARIVM.

1 *Præceptoria est de numero beneficiorum ad nutum superiorum amouibilium.*

CÆsaraugustan. præceptoriæ de Alambra inter Alphonsum Cerda, & Ferdinandum de Hæredia, de-
1 di dubium, an præceptoria, de qua agitur, dicatur † beneficium ad nutum magni Magistri amouibile. Et fuit resolutum coram Mariscotto esse ad nutum beneficia dictæ religionis. Et D. Puteus annotauit dictam resolutionem. Sed Hæredia dedit articulos, quòd ab immemorabili Magister & conuentus non sunt soliti sine causa amouere. Et fuit dictum & decisum pro amouibilitate, quia emittuntur tria vota, & Reuerendissimus Crescentius dixit Papam nolle, quòd declaretur valida amotio, nisi constaret fuisse cum alijs sic seruatum ex aliquibus causis.

DECISIO CMLXXI.

Eiusdem causa.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Ordinarij in concursu cum Apostolico non faciunt fidem, etiam si prouisio fiat a Capitulo, vbi plures interueniunt.*

IN eadem 27. Iunij 1544. omnes tenuerunt decisiones volentes non credi litteris Ordinarij in cócursu cum Apostolico, habere locum, etiam si prouisio fiat a Capi-
1 tulo, † vbi plures interueniunt: Nam militat vna ex rationibus, quia voluit præseruare suas nationes. Et in hoc fuerunt omnes præter Mohedanum, & Sebastianum: & ideo fuerunt pro prouisione Hæredia Apostolica præferenda prouisioni conuentus. Nec refert octo interuenisse in plumbatione, quia vnus ex plumbatoribus tantum interuenerat in collatione. Et hoc arguit plumbationem non validam. Sed nihil ad datam, vt in plumbationibus non intromittendo se in datis, licet datas legant. Sed fuit facta difficultas, prior, & duo procuratores nationis subscribant collationi liberè, vbi restringantur. Et Cancellarius Magistri facit notando diem prouisionis. Sed fuit responsum, quod qui se subscripserunt, erant collatores, & etiam si examinarentur, non probarent super collatione per eos facta. Nec creditur Cancellario, nec Secretario Episcopi, aut Capituli, & fuerunt postea examinati aliqui testes super præsumptionibus validitatis datæ. Ideo 4. Iunij tenuerunt non præsumi ante datam, quia prima fit inter præceptores illius prioratus, sub quo vacat præceptoria, & facta prouisione prioratus prior, & duo procuratores subscribunt se in libro registratoris prouisionis, & sequenti die proponitur omnibus linguis. Et iterum approbatur per caput linguæ, & procuratores linguarum, & fit magno Magistro, & annotatur postea per Vicecancellarium, & postea octo Baliui cum octo sigillis, & per alias præsumptiones.

DECISIO CMLXXII.

De translatione.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus vnus pro Capitulo alijs mortuis, vel absentibus potest agere sine mandato, & defendere.*

SIluen. translationis cathedralis inter Capitulum Siluen. & Episcopum 1. Iulij 1545. absolui Capitulum à spolio contra Capitulum Siluen. Et voluerunt, quòd
1 licet mortuis † & absentibus canonicis, solus vnus pro Capitulo comparuerit absque mandato, tamen illo canonico petente sententiam pro Capitulo, posset dari, & canonicus pro defensione Capituli admittetur.

DECISIO CMLXXIII.

De liquidationibus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus an sint liquidandi in fauorem eius qui probat scripturarum amissionem.*

SAbinen. liquidationis fructuum inter Imperiam & sorores de Vrsinis, & Malterbalem ac Vrsinum de
1 Vrsinis 1. Decembr. 1544. Domini † fuerunt, fructus liquidandos in fauorem Maherbalis, & Vrsini probata amissione scripturarum, dando fideiussores in mandato executiuo, prout pluries fuit data in omnibus etiã quod pars actoris esset deperdita. Et quia inseritis in executorialibus, seu mandatis executiuis Rotarijs loquatur, idem est de mandato decreto per Cardinalem propter amissionem scripturarum. Et licet dicatur non constare de tutela Hieronymi, constat, quòd tutrix obnuit sententiam contra Io. Corradum, & verisimiliter fuisset tunc oppositum.

DECISIO CMLXXIV.

In eadem.

CIrca liquidationem fructuum voluerunt, confessiones in articulis datis per procuratorem posse reuocari per hæres Ioan. Corradi, & quia legitima, & Trebellianica debentur proportionabiliter, non debent impedire restitutionem fructuum, cum neque ipsa legitima, nec Trebellianica sint liquidata.

DECISIO CMLXXV.

De oblatione.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio non exeat, quando creditor est paratus recipere ad bonum computum.*

CÆsaraugust. præceptoriæ de Villel inter Calaueranni & Hieronymum de Lauaualleria 15. Iunij 1546.
1 quod † Hieronymus non esset excusatus per oblationes, quia receptores erãt parati recipere ad bonum computum, & quietare de acceptis, & quod non posset reuocare confessiones procuratorum, ex quibus constat integraliter non soluisse, quia in partibus non ratificauerat gesta eorumdem procuratorum.

DECISIO CMLXXVI.

In eadem.

ETiam, quòd non probetur de quadraginta annis, stetur receptori propter integritatem, & personæ qualitatem, & quia non agitur de qualitate ipsius receptoris, vt de tributorum receptorum Cæsaris & alijs officialibus, maximè coniunctis testibus, & quia non constat de solutionibus, nisi ex computis dicti receptoris.

DECISIO CMLXXVII.

Eiusdem causæ.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarij non soluentes ipso iure incurrũt priuationem.*

1 IN eadem 22. Febr. 1546. tenuerunt, quòd † etiam resignatarij incurrant priuationem ipso iure ob non solutionem, licet stabilimentum loquens de prouiso per resignationem non dicat, ipso iure. Et hoc quia aliqua stabilimenta de non soluentibus dicant de priuatione ipso iure. Ergo in resignatione ipsa etiam quòd sumus in pœnalibus respectu religionis, adest fauor, & stabilimẽtum resignationis dicit pro supplemẽto, & si resignans obijsset, & stabilimentum obitus est clarum, & vnum statutum declaratur per aliud.

DECISIO CMLXXVIII.

In eadem.

ETiam quod Castellanus fuisset excommunicatus valore sententiæ, quia non erat publicatus Cæsaraugust. Et quòd ex litteris Clementis procedi posset, non expectatis 30. diebus.

DECISIO CMLXXIX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Suspicionis allegatio post sententiam potest a iudice reijci tamquam friuola.*

QVod allegatio suspicionis non reddat sententiam
1 nullam, quia non solum Doctores volunt, † quòd iudex illam reijciat dicendo, quòd est friuola, sed etiam quia fuit plusquam notoriè & notissimè nulla, quia allegat suspectum Castellanum, quia tota religio dicit, ꝙ habet Hieronymum odio, & pro inimico, quia impetrauit à Sede Apostolica. Et tamen sua impetratio est per resignationem, quæ passim conceditur, tum quia dicit litem alibi pendere, quod tamen est falsum. Sed dato, ꝙ iudex debuisset dicere suspicionẽ friuolam, tamen quando pars appellat, quia nõ eliguntur arbitri suspicionum, iudex dedit appellationem, & illius caussas manifestè friuolas, non obstante allegatione suspicionis, & appellationib. ob eam caussam interpositis, Domini fuerunt, quod sententia sit valida. Item quia per litteras Clementis Castellanus post executam dilationem potuerit procedere ad priuationem, non expectatis post monitionem triginta diebus, tamen super hoc particulariter mandaui iterum informari. Et dato particulari dubio Domini dixerunt, quòd litteræ Leonis erant temporales pro debitis præteritis, & litteræ Clementis perpetuæ, videlicet etiam pro debitis futuris. Et quòd non solum innouando litteras Leonis, sed ampliãdo procedunt. Et quod litteræ Pauli ita etiam intellexerunt litteras Clementis. Et sic fuerunt super eisdem, quòd non sit opus monere, & deinde expectare 30. dies antequam procedatur. Et fuit postea visum præcessisse 30. dies. Et æquitas videbatur pro religione propter trinas intimationes in loco de Villel, licet Domini duas habuerint pro bonis, & semper verbo asserebat, & hucusque, quod agitur 6. annus, quo fuit contumax & 5. Maij tenuerunt esse contumacem, non soluendo in festo S. Io. & cum sit religiosus, qui tenetur viuere secundum stabilimenta, non debet de illis prætendere ignorantiam, maximè ex eo, quòd est notorium. Et Breue Pauli intimatum refert se ad stabilimenta. Et in Breue dicitur, in vacante ex causa resignationis debere fructus duorum annorum. Et præsumuntur stabilimenta publicata, vt dicitur in stabilimentis, quòd etiam non publicata remaneant in suo robore.

DECISIO CMLXXX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Vsus interpretatiuus quid sit.*

TEnuerunt receptorem thesauri non potuisse instare ad priuationem vigore mandati dantis facultatem petendi solutiones. Et hæ clausulæ sequentes ad petendum iustitiæ complementum, loquuntur ratione præmissorum, quia tamen testes deposuerunt de potestate instandi pro priuatione, & hoc de 40. ann. quia sumus in
1 interpretatiuo † vsu. Ideo vlt. Maij 46. pronunciaui pro Talauiera.

DECISIO CMLXXXI.

De probatione transsumpti.

SVMMARIVM.

1 *Transsumptum antiquum carens citatione præsumitur factum cum suis sollemnitatibus.*

CAualicen. responsionis grani inter Episcopum & Ca-
1 pitulum, 6. Iulij 1545. tenuerunt transsumptũ † executiuum carens citatione antiquum vltra centum probare & præsumi sollemnitatem. Sed dixerunt parte non opponente & responsum fuit, ꝙ non opposuit, quia non fuit citata: & nunc, quia innotuit exceptio, ideo Domini tenuerunt tenutam esse reuocandam, vti nullam.

DECISIO CMLXXXII.

De statuto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum dans formam citandi non ligat forenses.*

BOnon. seu Placen. pecuniaria inter Cornelium Beniuolum, & Io. Bapt. Moronum, 15 Feb. 1546. quòd
1 statutum † dans formam citandi non iuuat Moronum, quia intelligitur de personis subiectis statutis Bonon. & quia ibi agitur super bonis Bonon. vel de contractu ibi celebrato. Sed hic agitur de actione personali inter Moronum Mediol. & Cornelium Ferrarien. & de rapina commissa in agro Placen. & etiam rescriptum erat subreptitium, dicendo procedi debere secundum formam statutorum, quia Cornelius est Bonon. Et licet esset subreptitium, tamẽ intelligas dare iurisdictionem parte nõ opponente. Et responsum fuit, quòd non opposuit, quia non fuit citata: & nunc quia innotuit, excipit. Ideo Domini tenuerunt tenutam esse reuocan. vt nullam.

DECISIO CMLXXXIII.

De regressu.

SVMMARIVM.

1 *Regressus non potest sustineri, non dato aliquo titulo bono, vel malo.*

LVceo. Decanatus tenuerunt pro Reuerend. Burgen contra Ludouicum de Torres, 24. Maij 1546. quòd
1 in Cardinalis Cibo non daret de aliquo suo titulo bono, vel malo, per cuius resignationem sit sibi reseruatus regressus & accessus, etiã quòd Gabriel resignatarius consensisset ragressui, non subsisteret, maximè, quia in supplicatione resignationis oarret titulum reseruare. Ideo verificet prout idem tenuit Rota coram D. Ant. Aug. in vna Hispalen. de Gibralien. & coram D. Mohed. in vna Mutinen. parochialis. Ideo pronunciaui pro Reuerend. D. de Burges.

D E-

DECISIO CMLXXXIV.
De canonizatione regressus.

SVMMARIVM.

1 *Regressus canonizari potest vigore commissionis super beneficio.*

SAlamātinen. regressus Bon f. de Robe. 21. Maij, 1545.
1 voluerunt, † posse canonizari regressum vigore commissionis super beneficiu, quia in effectu canonizando regressum, adiudicatur beneficium, & commissio erat super bene impetrata, vt ob non solutionem: cautius tamē agendo mandaui fieri commissionem sub colore reiterationis terminorum consolidando iurisdictionem super priuatione, & canonizatione regressus.

DECISIO CMLXXXV.
De potestate Vicelegati.

SVMMARIVM.

1 *Vicelegatus dans facultatem conferendi quacumque beneficia comprehendit etiam cathedralem.*

1 SAlutian. Cantoriæ 18. Martij 1546. quòd † Vicelegatus dans facultatem conferendi beneficia in ciuitate & diœcesi Salutiarum comprehendit etiam Ecclesiā Cathedralem, quia in fauorabilibus appellatione quorumcumque beneficiorum venit Cathedralis, & dignitas in ea, c. quamuis, §. quamquam. de præb. in 6. Rot. 7. de offic. vic. in antiq. gl. c. si propter, in verbo, beneficio. de rescrip. in 6. & Clem. Auditor. in verb. beneficia. de rescript.

DECISIO CMLXXXVI.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius potest admittere resignationes tamquam præparatorias ad collationem, sicut conferre potest.*

QVod Vicarius possit admittere resignationes, quia dabatur facultas circa exigentia speciale mandatū in forma, & quia dabatur, quòd possit audire causas cri-
1 minales, & † conferre beneficia, & resignatio est præparatoria ad collationem, & præparatoria veniunt in mandatis, l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. de procurat. & veniunt accessoria, l. quicumque, §. si ei, de institut. & de clausula generali requiren. speciale mandatum, vide gl. in c. licet. in gl. fin. de offic. vicar. in 6.

DECISIO CMLXXXVII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio tradita per Capitulum habet vim prouisionis.*

LIcet collatio Cantoriæ peruenisset simul ad Episco-
1 pum & Capitulum, si posset constare, quòd † ante prouisionem Apostolicam Canonici tolerauerint prouisum per solum Capitulum, dicuntur consensisse & prodesse poss. sibi traditam per Capitulum habentem vim prouisionis.

DECISIO CMLXXXVIII.
De consensu.

SVMMARIA.

1 *Regula de extendendo consensu, quid contineat, & operetur.*

2 *Consensus duo si reperiantur in eodem libro, secundus intelligitur referre omnia quæ in primo, nisi aliter appareat de diuersitate.*

SAlamantin. Canonicatus prætendebatur consensum per Antonium Palenzuela nullum, quia non continebat nomina beneficiorum, nec erat annotata data supplicationis, nec dies, quo fuit missa ad registrum. Erob-
1 stat regula de extendendo consensu, † volens in consensibus apponi diem, quo supplicatio mittitur ad registrū, & ad Papam etiam fuit consensus missus ad corrigēdum. Sed recedentes declararunt per sententiam consensum bene, & legitimè extensum, remittendo instrumentum consensus, vt prius stabat. Et Domini voluerunt, quòd
2 † quia præcedebat alter consensus, 21. Septembris, super beneficio, de quo agitur, cum reseruatione fructuum, & alter consensus decima Maij sequen. in eodem libro, intelligatur, quòd refert omnia, quæ in primo continentur consensu, præter quam quòd in primo est reseruatio fructuum, in secundo vero non, quia in secundo dicit, quòd simpliciter resignat, & per verba iurauit vt supra præsentibus testibus & vt supra. Et licet dicatur, quòd titud, supra, respicit solum iuramentum, & testes: replicatur, quod secundus consensus incipit & 11. Maij, & sic stat non ex se, sed continuatiue ad præcedentia. Et dicit, Antonius præsens, & non dicit, quis sit iste Antonius. Ergo voluit referre præcedentem. Et licet diceretur, quod erat expressio requisita pro forma, tamen præter vnam formam dicitur seruatum, quia primus consensus censetur incorporatus in secūdo, præterquam in his, in quibus secundus expresè aliter se habet: nec ita pro forma requiritur, quòd non possit per æquipollens impleri.

DECISIO CMLXXXIX.
In eadem causa.

ETsi supplicatio sit conditionalis, potest tamen simpliciter consentiri. Nam reseruationes fructuum, nominationes, & c. sunt in fauorem resignantis. Nec est opus noua supplicatione simplici, prout etiam testes periti idem dixerunt practicari.

DECISIO CMXC.
De reseruatione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Episcopi ante promotionem Episcopatus an dicantur reseruata.*

CAorten. beneficij Sancti Matthæi, dicebatur, *beneficia, quæ haben: Episcopi ante promotionem esse reseruata per constitutionem ad regimen.* Nec est verum, quod habent huiusmodi in titulum Episcopi, vt voluit Rota 20. Decembris 1538. tamen constitutio non loquitur de beneficijs habitis post promotionem, etsi dicantur affecta, quia commendantur Episcopo, quia & possunt dari in titulum cum dispensationa. Neque hic apparet Episcopum ante Episcopatum, vel post habuisse commendam, & Ramaldus Sarnen. Poteus, Aquen. & Thomas
1 fuerunt, quòd † beneficia non diceretur reseruata, quia non constabat quòd ante promotionem. Etsi post, est dubium an in titulum. Nec obstat in quadam supplicatione nomine Episcopi narrare præcedentem commendam, quæ potest denuo commendari, quia non apparet Episcopum illam impetrasse, & est simplex supplicatio, in quam cadit modica impensa, & ita ex præsumptionibus non debemus excludere possessorem. Alij quattuor Cleric. Mars. Matis. Boral. fuerunt in contrarium, quia non constabat de alio Episcopi titulo. Et quia regulariter solit dari Episcopis in commendam, & visa contradictione dictuli, & fuit datum de lite, quia Domini voluerunt probare per litteras Episcopi. Licet enim confessio non noceat tertio, tamen quando fuit facta ista confessio, non agebatur de præiud. tertij. Nec refert, quòd non peruenerint litteræ ad manus procuratoris, quia satis est, quòd possit probari Episcopum citatum, per quam citationem introducitur lis, & executio probatur per Episcopi confessionem, tempore quo non agebatur de præiudicio tertij.

DECISIO CMXCI.
De precibus.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus & præbenda cum dignitate potest capi vigore precum.*

AVgustan. custodiæ inter Quirinum, & Io. Corradū
1 tenuerunt † vigore precum posse capi Canonicatum & præbendam cum dignitate, vel officio, quæ reputantur ex principio Clemētis pro vno. Nec obstat, quòd Quirinus in acceptatione Canonicatus dicit se consummasse preces; quia intelligitur respectu Canonicatus & præbend. vt non possit alium Canonicatum acceptare,

nec

nec respectu dignitatis, vel officij. Et ita Domini 6. Iulij 1545. tenuerunt.

DECISIO CMXCII.

In eadem.

DVbitatum, *an executores dati Ioanni potuerunt sibi prouidere antequam constaret, quod Capitulum fuisset negligens in sibi prouidendo.*

DECISIO CMXCIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Executores Imperiales, an possint prouidere de per se sine aliquo consensu Capituli.*

QVia in primarijs precibus Papa dat Imperatori, quod
1 possit deputare executores, † qui per se, aut alios prouideant. Et Imperator in nominatione facta de Ioanne, qui cessit in Quirinum, dixit, quòd ipsi iuxta facultatem eius in litteris Apostolicis traditam, ipsam nominationem executioni demandari curent. Ergo vult, cum dicat, iuxta facultatem, quòd ipsi prouideant per se, aut alios. Neque refert, quòd nominatio dirigatur Capitulo Augusten. quia Imperator voluit, quòd Capitulũ prouideat, & possessionem tradat: tamen vult etiam, quòd executores per eũ in nominatione deputati, possent per se & subexecutores ab eisdem deputati, prouidere, prout fuit in casu nostro prouisum per Vicarium, vt subexecutorem vigore clausulæ, ceterum, & cetera. Nec refert, quòd Imperator in nominatione loquendo cum Capitulo, quòd si vos contumaces, & rebelles fueritis, executores in vos fulminent censuras, quia propter hoc voluit, quòd prius debeat requiri Canonicus per Capitulum, antequam executores prouideãt, sed voluit, quòd in casu, in quo executores prouiderent, & Capitulo denegante tradere possessionem, quòd tũc executores in eos fulminant censuras, & eo casu Imperator etiam priuat Capitulum priuilegijs Imperialibus. Causa fuit auocata a Rota, & commissa Reuerendissimo Referendario de mense Aprilis 1546.

DECISIO CMXCIV.

De alimentis.

SVMMARIVM.

1 *Vxori relictæ a marito vsufructuariæ debentur alimenta in bonis mariti etiam post mortem filiorum.*

VRbeuet. bonorum inter Catharinam & Helenam,
1 Domini fuerunt 5. April. 1546. quòd † ex quo clarè fuit relicta vsufructuaria a marito, quod post mortem filiorum sibi debeantur alimenta. Verum quia alimenta nõ sunt liquidata singulo anno ad scuta 29. respectu partis, quæ fuit adiudicata Helenæ, de qua prædicta Catharina tempore quo remansit spoliata post mortem filiorum, nulla alimenta percepit, cum non solum viuẽtibus eius filijs, verum etiam mortuis deberet alimentari: ideo omnia bona cum fructibus debent eidem pro alimentis donec vixerit, restitui. Et si dicatur, fructus hæreditatis sunt liquidati ad scuta septem singulis annis, & sic non sufficiebant pro alimẽtis, quæ sunt liquidata ad scuta 29. annuatim. Replicatur, ex quo vsufructuaria de bonis nec aliter petit alimenta, visa fuit contenta de vsufructu hæreditatis pro alimentis: aliàs sequeretur absurdum, quia dum vsusfructus relictus vxori viuẽtibus filijs resoluitur in alimenta fauore filiorum, si vsusfructus non sufficerat, verteretur in damnum ipsorum filiorum, qui cogerentur vendere partem hæreditatis, & sic vltra vsũfructum hæreditatis alimentarent matrem. Et licet fortè hoc esset dubium in extraneo, cui essent relicta alimẽta, quòd si fructus hæreditatis non sufficerent, bona pro alimentis alienarentur, tamen secus videtur in matre, per supradicta, cui vsusfructus est relictus. Quoniam si hoc casu interpretemur pro alimẽtis bona alienari debere, esset in odium filiorum. Et Domini videbantur in hanc partem inclinare, licet non resoluerint clarè, an viuentibus filijs bona debeant pro alimentis alienari, quia dixerunt, quòd rogarent duritiam Catharinę, & concordarunt.

DECISIO CMXCV.

De fraude.

SVMMARIA.

1 *Inæqualitas magna in permutatione arguit dolum, et fraudem.*

2 *Stylus, quòd testes iurent in termino probatorio, parte non citata, est probatus.*

LVcan. Capellaniæ Crucifixi inter Petrum Quirinum & Simonem de Gosanis 7. Iunij 1546. habuerunt
1 permutationem † pro fraudulenta, non tantum ex eo, quod Capellania valeret 24. & Simon exprimebat in bullis, verè plus, secũdum testes, valere, & canonicatus permutatus cum Capellania vnum starium grani: & sic erat magna inæqualitas. Et quia Ioannes & Simon permutantes erant amici Ioannis pauperis & infirmi, & vnus testis deponebat concludenter de simonia, & alij de auditu, quæ probatio, licet non concludens, adiuuit simoniam præsumptam. Nec est verum, quod Ioannes permutans posset reuerti ad suam Capellaniam, quia fraudulenter reseruauit, decis. 23. in nou. & fuit proba-
2 tus stylus, quod † testes iurent in termino probatorio, parte aliter non citata.

DECISIO CMXCVI.

De facultatibus.

SVMMARIVM.

1 *Nuncij Veral. facultates non se extendunt ad Germaniam.*

HErbipolen. Canonicatus, fuit tentum in alia coram D. Thoma, facultates Nuncij Vralen. apud Re-
1 gem Romanorum, † non se extendere ad Germaniam, sed tantum ad locum, ad quem fuit Nuncius destinatus, super quo Papa fecit regulam.

DECISIO CMXCVII.

De attentatis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta per commissarium stante citatione & inhibitione partis, dicitur attentata.*

FVlginaten. parochialis Vallis Turpinæ 28. Martij 1546. quia Siluester erat citatus & inhibitus, licet
1 commissarius cepetit possessionem, † tamen dicitur spolium attentasse, quia breue commissarij dicit, commissarius capiat possessionem tradendo Siluestro quamprimum litteras suas præsentauerit, & sic dicitur possessio capta ad instantiam, & commodum Siluestri. Ergo ipse debet purgare attentatum, & restituere Petro. Et ita 4. Iunij eiusdem anni pronunciaui.

DECISIO CMXCVIII.

Ad cap. Odoardus, de solut.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium cap. Odoardus. refragatur solum quoad alimenta.*

CVman. seu Neapolitan. ad cap. Odoardus. Quia Aloysius Collardo Abbas, habebat beneficium valoris annui 50. licet testes dicerent, quod illis indigebat pro suo victu, dinumerando eius necessitates. Domini
1 † voluerunt, quod non admitteretur ad c. Odoardus. Sed triginta sibi assignarentur pro victu 20. creditoribus. Et sic potius de admissione c. peruenit. diuidendo fructus, vt supra. Et sic sententia Auditoris Cameræ esset in hoc reformanda, vel reuocanda, quia Commissio & sententia loquebantur de cap. Odoardus, & 21. Maij 1546. Domini, quod non reuocarent sententiam, sed reformarent, licet mihi videretur opus esse commissione. Et ita de mense Iunij 1546. reformaui sententiam Auditoris Cameræ ad 30.

DECISIO CMXCIX.

De filijs hæreticorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum priuans hæreticos reconciliatos, non extenditur ad suspectos.*

HIspalen. Portionis inter Aluarum Moran. & Petrũ Gadiel super statuto Hispalen. confirmato per Papam exclusiuo filiorum, & nepotum hæreticorum, vt non possint obtinere portiones in Ecclesia Hispalen. quia Hieronymus in cessione fatetur, genitores suspectos de
1 hæresi, & reconciliatos, Domini 1. Martij fuerunt, † confessionem Hieronymi ante cessionem vocare Aluarum: secus si esset post: sed quòd Petrus Gadiel si vult illa vti, teneatur acceptare, vt iacet cum suis qualitatibus & quia confessio erat, quod vt suspectus de hæresi si vult illa vti, teneatur acceptare, non autem vt hæreticus: & statutum si simpliciter loqueretur de reconciliato, & non exprimeret de hæretico, de eo tantum intelligeretur, cum sit pœnale & odiosum.

DECISIO M.

In eadem.

ITem dixerunt Domini dato, quòd statutum vocaret, Aluarus habet derogationem statuti. Nec est verum, quòd requireretur dispensatio, quia statutum non inhabilitat personas, quin etiam non possit inhabilitare filios, sed prohibet statutum.

DECISIO MI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Confessio etiam iudicialis patris in materia hæresis non nocet filio.*

SEd quia postea Petrus produxit processum Inquisitorum probando, quòd erant veri hæretici, non autem solum suspecti, & sic quod derogatio statuti narrans solum de suspectis, esset subreptiua, fuit dictum, processum non probare, quia non erat extractus per compulsum. Et licet examinauerint, quod inquisitio non dat suos processus extra officium, sed Secretarius eius exemplar; Domini 7. Martij 1546. dixerunt, quod est bene conueniens, quod non dentur extra officium: tamẽ pars debet citari ad viden. illum exemplari. Et ideo fuit nul-
1 liter extractus, † & etiam si esset in forma probanti, non apparet quòd Hieronymus sit nepos prædictorum condemnatorum, nisi ex confessione facta per suos parentes, lite penden. in Rota, & extraiudicialiter, & etiam iudicialis confessio patris non nocet filio.

DECISIO MII.

De collationibus.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Papæ infra sex menses datos Cardinalibus ad conferendum, non valet.*

VIncentio. Archidiaconus de Cittadella inter Dom. Franciscum Soderinum, & Petrum Sanctum 2.
1 Decemb. 1549. Domini fuerunt, quòd † collatio Papæ infra sex menses datos Cardinalibus ad conferendum, nõ valeret, stante pendilitate, & indulto, prout dicimus de collatione facta infra tempus ad publicandum, quæ non valet, licet postea non fuerit facta publicatio, & de prouisione ordinarij infra tempus datum expectanti Clem. vnica. §. secus. Licet contrarium sit de prouisione facta infra tempus datum patronis negligentibus postea præsentare. Et tenuerunt in eadem indultum non exspirasse morte Papæ concedentis, & fuit concessum Cardinali quoad vixerit, & annullat commissiones Leonis concedentis, & successorum. Itaque non est dubium de perpetuitate. Et sic Rota non fuit pro nullitate prouisionis Apostolicæ Soderini.

DECISIO MIII.

De custodia.

SVMMARIVM.

1 *Nominationem primam sortitam esse effectum quis teneatur probare.*

ET in causa Domini Aquen. quia Imperator in nominatione Arnaldi narrat, Carolum prius nominatum cessisse nominationi, ideo nominat Arnaldum, quatenus prima nominatio non sit effectum sortita. Et dubita-
1 tum fuit, quis teneretur probare sortitionis effectum. Et in causa Augustan. custodiæ processerunt concessa Clemente. Hic autem fit nominatio vigore precum Leonis. Et dubito, an illæ fuerint reuocatæ per regulas Adriani & sequentium, licet fortè non comprehendatur sub regulis reuocatorijs.

DECISIO MIV.

In fideicommissis.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus post testamentum patris, quando grauatus fideicommisso dicatur, & decis. 1007.*

IN vna Forliuien. hæreditatis inter Vincentium de Auellis, & Camillam, & Hieronymum, 26. Februa-
1 rij 1545. Domini voluerunt, quòd Sebastianus natus post testamentum patris vigore clausulæ codicillaris dicatur grauatus fideicommisso, propter duas limitationes, quæ dantur a Doctoribus tenẽtibus contrariam partem. Prima, *vt non habeat locum, quando filius alter est institutus, quia tunc post clausulam codicillarem dicitur alter filius posthumus grauari fideicommisso.* Secunda est, *quando post natiuitatem testator tamdiu vixit, quòd breui potuit testamentum mutare, quia si non mutauit, videtur velle posthumum fideicommisso grauare.* Et ita fuerunt 13. Martij 1545. videlicet Ronellen. Fabius, Peregrinus, Prosper, & Aquen. in contrarium Puteus, & Romanus, & Thomas, propter dictum Aret. quia iste testator licet superuixerit post natiuitatem posthumi per annum, quòd tamen satis iuuenis & violenta morte fuit interfectus. Ideo non mirum si non mutauit testamentum. Et quod iuuenis sanus non mutauit testamentum, fuerit, quia ex se obijt ex vulneribus, licet non probetur, quòd non potuerit mutare, & sic Dominus Sebastianus ex hac limitatione dubitabat. Sed tamen persistebat in prima limitatione, videlicet, quia filius erat sustiturus, & sustinendo secundam limitationem respondebant Domini Mohedanus, & sequaces, quod nil incertius hora mortis, & ideo fuit dictum, estote parati, quia nescitis diem neque horam. Et sicut primo fecit testamentum sanus corpore, & in principio testamenti dicitur ita, & sanus, eadem ratione debet illud mutare, siue volebat, siue non, & sic in hoc fuerunt, quòd Sebastianus posthumus dicatur grauatus fideicommisso ad restituendum hæreditatem fratri instituto, retenta legitima.

DECISIO MV.

De diuisione.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso inter fratres per diuisionem censetur renunciatum, si de eo verisimiliter potuerint habere notitiam.*

IN ead. 18. Martij 1545. Proposui, *an diuisio facta inter Sebastianum, & Laurentium fratres de hæreditate paterna per compromissum factum de ea diuidenda, & laudũ subsecutum cum approbatione partiũ cum generalibus clausulis, renunciatione iurium competẽtium, & quomodolibet competiturorum, præiudicet fideicommisso?* Et in primis
1 considerabatur, quod † regulariter renunciationes non porrigũtur ad fideicommissum nudum, & purificatum, sicut est hoc fideicommissum, quod purificatum iudicatur per clausulam codicillarem de præterito, quia Sebastianus frater Laurẽtij erat obligatus sibi mortuo patre incontinenti restituere partem hęreditatis per fideicommissum. Item fuit consideratum, quod istud fideicõmissum non erat reciprocum inter fratres, & ideo non ita de facili illi renunciatum censetur. Tamen fuit dictum, quod si posset constare, vel verisimiliter præsumi,

quòd Laorentius habuerit notitiam fideicommissi, quod illi censetur renunciatum, & non aliàs: & ideo, qui habet succedere ab intestato, nisi doceatur, quòd sciuit testamentum, præsumitur ignorantia, & maximè in Laurentio, qui erat infans tempore mortis patris, licet esset infra 14. annum tempore diuisionis. Et maximè, quia tutores sui non fuerunt confirmati & testamentarij, sed dati vt legitimi, & sic præsupponendo, patrem decessisse ab intestato. Tamen cõtrarium dicebatur, quia sciuit, quòd quidam procurator Vincẽtij petijt e tutoribus legatum a patre in testamento relictum. Et quòd respondebatur, quòd licet notarius dicat, quòd testamentum fuit productum, tamen de productione non apparebat, & non arguebat scientiam Laurentij, sed tutorum, & potuit esse producta solum particula legati. Ideò Domini residebant, quòd esset informandum super scientia Laurentij, quia si constat de scientia fideicommissi tempore diuisionis, volunt, quòd sit renunciatum fideicõmisso: aliàs secus, & 24. Aprilis voluerunt, quòd daretur remissoria ad probandum scientiam. Non obstat, quòd lis pependerit in partibus & Laurentius positionibus concernentibus dictam sententiam respondit, quia super hoc in partibus non fuerunt examinati testes, & ita decretum. Et ita dicebatur, quod erat facta diuisio inter fratres per compromissum, & tandẽ super diuisione laudatum, & quòd Laurentius erat iuuenis, & illa ętas non curat, & dicebatur, quòd Notarius in inuentario, dicit productum testamentum, sed nõ dicit, quòd facto fuerit productum nec integraliter, & cum clausula codicillari.

DECISIO MVI.

In eadem.

SVMMARIA.

1 *Dispositio l. prima, ff. si cui plus quam per leg. Falcid. cum concord. quo casu intelligatur.*

2 *Cautioni locus non est, vbi est ab vtraque parte contentio super bonis.*

SVper identitate, & alienatione bonorum pro parte mulierũ allegabatur inter alia text. in l. 1. ff. si cui plus quam per leg. Falc. & in l. fin. C. de petit. hæred. sed Do-
1 mini † tenuerunt, quòd illa iura loquuntur, quãdo vtraque pars fatebatur bona esse in hæreditate defuncti, & quia hæres testamentarius contendebat hæreditatẽ defuncti ad se spectare, legitimus verò hæres ad se. Sed hic Laurentius negat, ista bona, super quibus mulieres petunt satisfieri, fuisse in hęreditate Sebastiani, sed dicit esse subiecte fideicommisso, & sic in hæreditate Antonij sumens fideicommissum Sebastiani. Et ratio est: quia quando ambæ partes fatentur bona esse in hæreditate, siue testamentarius obtineat, siue legitimus, omnino ab eo qui obtinuerit, legata debentur. Et sic illis non infertur præiudicium, si soluatur: sed si bona sunt subiecta fideicommisso, erunt Laurantij, & non debebuntur legata, nec legitima Sebastiani, non autem de omnibus bonis, quæ Sebastianus possidebat. Item quia tunc legitimantes super eisdem bonis videntur se infringere, & ad
2 inuicem contendere, † quo casu non est locus cautioni, Fel. in c. cum super, col. 3. de re iud. in 3. limit. Tamen vt causa concordaretur, hoc non propalaui Laurentio, quia nihilominus remisit concordiam, & valde conquestus est me præsente coram Sanctissimo, quòd causam suam non expediebam, nec remittere volebam ad Cancellariã. Et institit cum conditione pro eiusdem euocatione: sed retulit Sanctissimo materiam esse valde dubiam, & Rotam mandasse concordari, prout est verum. Tamen Domini fuerunt, quòd Sebastianus bona fide alienauerit ignorans fideicommissum, & quod sic ex dictis bonis nõ sit factus locupletior, nec precium extat, quòd proportionabiliter diminuit legitimam, & hæreditatem, quia dimissis bonis consumptis ex testantibus detrahitur legitima, secundum quod restat nunc in hæreditate, non autem considerato valore hæreditatis tempore mortis patris Sebastiani, sed vt ex detractis bonis consumptis per Sebastianum, quæ diminuerunt hæreditatem, & per consequens rationabiliter dicit, quod mulier contra testamentum aliquid dicere non possit, quando potest cõsequi legitimam. Ergo statutum nihil aufert filiæ, quæ de iure communi petit supplementum legitimę, & quia filia in casu isto fuit instituta, ergo secundum iura commune non potest impugnare rationabiliter legitimam Sebastiani. Quia Laurentius renuebat concordiam, & Simon hæres institutus à Sebastiano fratre Laurentij concordauerat cum Laurentio, & sibi dimiserat possessionem bonorum, quæ Sebastianus possidebat: Dedi dubium pendẽte lite, dubitaui, cum Sebastianus fuerit debitor Laurentij causa prætensi fideicommissi, *an bona, quæ asseruntur subiecta prætenso fideicommisso, debeant reputari esse in hæreditate dicti Sebastiani, ita quòd de illis satisfieri debeat Hieronyma mater Sebastiani de legitima computata secundum vires hæreditatis Sebastiani, & D. Camilla de legato sibi per Sebastianum eius marito facto, maximè data cautione Laurentio.*

DECISIO MVII.

De fideicommisso.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum an inductum censeatur per clausulam codicillarem. vide per totam decis.*

ITem bis de mense Decemb. 1545. instante Camilla, & Hieronyma, proposui, an Sebastianus posthumus cẽ-
1 seatur † grauatus fideicommisso, & D. Fabius mutauit votum, quòd non. Et hoc per doctrinam Bald. in l. Titius. ff. de lib. & posthum. videlicet, quòd limitationes de quibus supra, non habent locum in magno fideicommisso, vt æqualitas seruetur inter filios. Sed respondebatur, quòd Bal. ex alleg. per eum, non loquitur vbi implicitè, vel explicitè sit cogitatũ de posthumo: sed hic fuit cogitatum propter verbum, *posthumus*, & quia testator vidit posthumum datum, D. Aquen. tandem se resoluit super puncto, *an per clausulam codicillarem sit inductum fideicommissum?* Quod sibi videretur magis communis opinio ex duabus sumptis limitationibus quod sic; tamẽ quia Sebastianus fuit interfectus, & obijt morte repentina, æquior opinio sit, quòd non sit inductum fideicommissum, vt seruetur æqualitas inter filios. Et quòd ipse vult stare cum hac æquitate. Sed pro fideicommisso fuerũt quinque, videlicet Mohedanus, Peregrinus, Prosper, & Thomas. Et cum illis etiã fuit Sebastianus, quando anno præterito causa fuit votata, & sic ipso computato essent sex Domini pro parte, quòd inductum fuerit fideicommissum. Et in cõtrarium fuerunt quattuor, videlicet Marsican. Fab. Rom. & Aquen. sed quia computatis votis nunc tantum præsentibus in Curia, vna pars, quæ est pro fideicommisso, superat aliam in vno voto tãtum, non expediui causam ex isto capite, maximè cum viderem, quod tres Domini variauerũt in votis per eos datis anno præterito, videlicet Sebast. Thom. Aquen. Et quia pars, quæ negat fideicommissum, non vult concordiam, videbam alia, quæ ipsa essent releuantia, videlicet si constat, quod ipse Laurentius sciuerit testamentum præsens. Item & si ignorauit, an dicatur per transactionem recessum a fideicommisso.

DECISIO MVIII.

De citatione.

SVMMARIVM.

1 *Citatio vnica sufficit ad causæ deuolutionem, eiusque commissionem.*

IN vna Ebusina decimarum inter Episcopum, & homines 19. Iunij 1542. fuit resolutum, citationem contra officiales Mõtispolitani sufficere. Et hoc fuit dictum, quòd sufficiebat sola quoad primam citationem deuolutiuam causæ, & commissionis citationis declarandæ vigore præsentium. Tamen cum aliæ subsequentes citationes totius processus fuerint vigore dictæ commis-

sionis

ficois dantis iurisdictionem, & etiam dicitor commissio de citando in Curia,& extra,quod congruit citationi vltra primam. Et quia causa fuit defensa pro parte particularium,Domini fuerunt ex benignitate, quòd videretur de bono iure,& data fuit remissoria super iure & possessione exigendi decimas.

DECISIO MIX.
De fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Stylus vt valeat, debet probari per 40. annos, & plus, ita obseruatus.*

IN causa Burgen. fructuum super excrescentiam inter beneficiatos, & Ioãnem Solanum, Domini dixerunt, quia pars non fuit aliter citata in partibus, ad probandũ, & videndum iurare testes, quòd citatio esset minus va-
1 lida,† nisi probaretur stylus,& non probatus per 40. sed maioris temporis. Et idem quia tamen fuit delegatum simplici clerico non constito in dignitate, nisi probaretur stylus,& fuit probatus aliqualiter super vtroque. Et quia Domini dixerunt potius ex benignitate de minori tempore 40.iterum faciam verbum.

DECISIO MX.
De legitimatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata super legitimatione facit ius inter alios.*

IN eadem 21. Aprilis 1542. partibus non informanti-
1 bus dixerunt Domini, sententiam,quòd † Ioannes sit filius patrimonialis, inter alios suffragari,vt in sententia super legitimatione, quia facit ius, & partibus informãtibus dubitarunt aliqui de supradicta resolutione. Maior tamen pars Dominorum fuit,quòd probaret hoc casu, vbi particulariter nõ agitur de filiatione patrimoniali, sed incidenter, quia istæ qualitates adductæ in impetratione sufficit, quòd probentur,semiplenè, aduersario nihil contrarium probante.

DECISIO MXI.
De sententia.

SVMMARIA.

1 *Sententia non habens locum loci, præsumitur ab Ordinario lata in loco soliti tribunalis.*

2 *Sententia non probat si non constat de processu, etiam quod dicatur lata in præsentem.*

ET dixerunt non referre, sententiam latam ab officiali Ordinarij in ciuitate Burgen. non habere locum
1 loci, quia † præsumitur lata per Ordinarium in loco so-
2 liti tribunalis. Et dixerunt, quòd † non probaret sententia, quia non constabat de processu, etiam quòd dicatur lata in præsentem, quo casu probat secundum nostram decisionem: quia replicatur,tantum fuisse latam præsentibus procuratoribus vtriusque partis nominando procuratores: & quòd magis est,non constito de mandatis. Et pluries tentum est, quòd licet notarius afferat fuisse productum mandatum, non sufficit, nec iudicium validitatis pertinet ad notarium. Ideo opus est Io. extrahere processum.

DECISIO MXII.
De matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta non debentur mulieri, vbi est lis super matrimonio.*

VAlentin.matrimonij fuit data per Dominos remissoria ad probationem matrimonij 1.Iulij 1542.de-
1 cernendo,quòd † non deberentur alimenta, quæ petebantur ab vxore,cum non constaret,quòd hæc sit vxor.Imò super hoc est solum lis inter partes inter Gasparem Torrelli,& Marcum Maldonado.

DECISIO MXIII.
De præcedentia.

SVMMARIA.

1 *Possessio capta sine alicuius præiudicio conseruat ius aduersarijs eius præmissa protestatione.*

2 *Remissoria interdum datur spoliatori ad excusandum spolium.*

IN Moliuitan. præcedentiæ inter Priorem Molioitan. & Episcopum Moliuitan.per trinas conformes Domini fuerunt pro remissoria,vt relevãti, si probabitur quòd Episcopo prædecessori moderni Episcopi data fuit pos-
1 sessio sine alicuius præiudicio, & † quòd pro parte prioris fuerit protestatum, licet semel, quòd propter hoc nõ intelligeretur esse factum præiudicium priori, etiam quòd postea prior non reperita protestatione fuerit passus Episcopum sedere in digniore loco, quia prima protestatio conseruat ius prioris probando tamen quòd iste locus dignior sit locus prioris,non obstante,quòd duo testes dixerint sententiam pro Episcopo in partibus non producto processu. Et quia asseritur coram magno magistro non procedi iudicialiter in his, sed proponitur in consilio, & statim capiuntur vota, ideo non potest dici,
2 quòd ex quo pependit in partibus causa, † non sit danda remissoria:& interdum datur spoliatori ad excusandum spolium:& non constat plenè de primo extremo Episcopi,quia est sua possessio sine præiudicio,ex ipsa conditione: & non est verificata conditio,quòd non adsit præiudicium,quod pertinet ad allegantem. Et verba,sine præiudicio,allegabantur continere commodum patris,vt in materia Protestationis,Ioan. Fab. § conditionas,de verb. oblig.& conditio patris statim annullat, vel validat: alia de futuro suspendit, l.conditio, quæ in præteritum: de verb.oblig.nec sit acquisitio,nisi sit euentos conditionis, c.olim,el 1.de restit.spol. Aret.consil.82.

DECISIO MXIV.
De testibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus quomodo, & ex quibus testibus probetur.*

IN Aretin. parochialis Sancti Petri Pansano, Domini
1 fuerunt, quòd † non probaretur iuspatronatus per testes, quorum vnus dicit audiuisse a maioribus & vnus tantum est ætatis annorum 55. tamen iste nec alij dicunt vidisse aliquem præsentare, & requiritur, quòd de iure probent per 40.annos,& vltra audiuisse a maioribus.

DECISIO MXV.
De mandato.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad capiendas pecunias ad cambium, & consentiendum pensioni, intelligitur ad lites.*

IN Aurien. parochialis Sancti Petri de la Roa, inter Ioan. Aluarez & Petrum Ordinez, Domini fuerunt,
1 mandatum † ad capiendas pecunias ad cambium, & cõsentiendum pensioni super beneficijs,intelligi ad lites,vt minus præiudiciale propter verba,*ad porrigendam quascumque petitiones, & fuerunt producta littera tollentes difficultatem.*

DECISIO MXVI.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per affixionem copia, & originalis, an sit nulla ex defectu testium.*

DIxerunt deuolutionem non bonam affixa copia, & non originali,sed per impetrationẽ apparuit,quod
1 † fuit affixa originalis. Sed fuit dubitatum,ex quo notarius in executione præcisè non apposuit testes, sed dicit, quòd effectus citationis fuit declaratus per nominationem aliorum, sed non dicit, quod isti fuerunt adhibiti pro testibus,& partibus informantibus 1544. bis Domini fuerunt,quod defectu testium esset nulla.

DECISIO MXVII.
De executione rei iudicatæ.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio ad possessionem, quæ dat occasionem periculi de præsenti,est differenda.*

Colum-

COlumbrien. monasterij de Riniano inter Philippã
& Regem Portugalliç impedientem executionem
rei iudicatæ. Quarta Nouembr. 1545. voluerunt quod
1 † si restitutio Philippæ ad possessionem parit generaliter
periculum de præsenti, vt quia liberius viuat, & vitam
inhonestam ducat, & alijs monialibus in obscœnis con-
sentiat, vel illas ad hoc inducat pro habendis fauoribus,
quia reueniens ad casum pro interesse etiam in articulo
exequutiuo possit impedire restitutionem. Et idem si
imminet ex restitutione magnum scandalum, & quod
admitterem Regem ad probandum ista in curia tãtum,
& breui tempore, & non probata restitueretur Philippa
ad possessionem, & quod si probauerit, iterum non re-
stituatur; sed videatur degustando negotium principa-
le, an Philippa sit digna Abbatiatu, amouendo, tamen
Annam hoc casu a possessione, propter spolium, etiam
quod Philippa non esset restituenda, & procedendo per
sequestrum, nec aliter de persona, quæ regat monaste-
rium alendo moniales, & reliquos fructus conseruan-
do, & postea Papa mandauit supersederi, & voluit,
quòd Nuncius Portugalliæ secretè se informaret de vi-
ta Philippæ, & tamdem de scandalo, & periculo resti-
tutionis Philippæ.

DECISIO MXVIII.

De prouisionibus.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio beneficij per superiorem habet vim prouisionis.*

ABulen. pension. inter Petrum Villatoel, & Anto-
nium Eliam, & si noua prouisio supplet publica-
tionem in prouisionibus vigore expectatiuarum, du-
1 bium est, † ex quo Episcopus habuit retentionem paro-
chialis, an talis retentio habeat vim nouæ prouisionis.
Et idem si prouidearur per resignationem, & postea im-
petretur noua prouisio, quia aperiretur via frandis, &
facilè eluderetur regula de publicandis.

DECISIO MXIX.

De reseruatione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia subcollectorum non sunt reseruata, nisi officium acceptauerint.*

CAlaguritan. Scholasticæ opidi vel Grogno inter
Franciscum Laudamer de Scobar, & Michaelem
Gometij, 26. Iunij 1546. Domini fuerunt, non obstanti-
1 bus allegatis decisionibus, quod † beneficia subcolle-
ctorum non sunt reseruata, nisi officium acceptauerint,
licet sciant se deputatos, & in eadem inclinabant, etiam
si acceptassent, & non exercuissent, & quod tempore
decisionum tenentium contrarium, non erant talia ver-
ba; tamen mandaui de nouo informari, an sit opus,
quòd exerceat beneficium actu in subcollectore.

DECISIO MXX.

De probatione.

SVMMARIVM.

1 *Deputatus pro vno officio, vel seruitio, non præsumitur illud sibi mutare, nisi contrarium probetur.*

MAioricen. parochialis de Tuchia inter electum Pa
rentium Dominum Campegium, & Franciscum
Mariona probante Episcopo, quod Ioannes resignans
obijt in possessione, an eluderetur hæc probatio per te-
1 stes Franc. de † possessione resignatarij ex publica fama.
Domini tenuerunt huiusmodi nil facere, quia debuit
esse mortuus in loco beneficij, & ordinarius sciret, nec
instrumentum possessionis releuat, si non apparet de
continuatione. Et fuit facta coram notario, & testibus,
secus si ordinarius illam tradidisset, vel coram populi
multitudine, & quod non referat, quod Gaspar fuit de-
putatus a resignatario pro Capellano, qui prius seruie-
bat pro Ioanne. Testes enim episcopi dicebat publicum
esse, quòd semper Ioan. deseruiuit pro resignante, nisi
constaret, quòd aliquo tempore deseruierit pro resigna-
tario, quia tunc mutando seruitium pro resignante non
noceret Franc. sed hoc non constat, sed tantum de in-
strumentali deputatione Capellani, & possessione. Et in
hoc erant omnes Domini, 16. Aprilis 1545.

DECISIO MXXI.

De nominatione.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio de aliquo facta in aliquo beneficio non præsumitur mutata, nisi contrarium probetur.*

FAuentin. & Firmain. beneficiorum inter Euangeli-
stam N. & vniuersitatem Eremitarum Sancti Ro-
1 muli, 28. Maij 1546. voluerunt † nominationem factam
per Petrum Volen. posse alium coram notario nomina-
re, non esse conditionalem, sed inducere reseruationem
facultatis variandi. Et forte esset dubium, an posset va-
riare, sed quia non constat, quòd mutauit voluntatem,
intelligitur perseuerasse in eadem voluntate, & sic quod
nominatio subsistat.

DECISIO MXXII.

De regula de triennali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali, vel triennali, cum titulo præcedenti conseruat possessorem.*

ITem voluerunt quod si Eremitę probant post factam
vnionem triennio possedisse, vel per annum pacificè,
1 excludant Euangelistam per † regulam de triennali, &
regulam de annali.

DECISIO MXXIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Vnio facta per resignationem in manibus Papæ, non requirit derogationem indulto Cardinalis.*

ITem uoluerunt, in vnione prædicta, non esse opus
1 derogari indulto Cardin. cum † sit facta per resigna-
tionem in manibus Papæ, in qua non habet indultum
locum Cardin. & quia Eremitæ uolunt se iuuare unio-
ne, tantum ad uitam nominandi per Petrum, oportet,
vt doceant nominatum uiuere, & caussa pro eis potuit
expediri. Sed quia in actis est supplicatio unionis per-
petuæ, uidetur melius non canonizare unionem ad ui-
tam, sed absoluere Eremitas, & quia probarunt Eremi-
tæ Renaldum uiuere ante ruinam Vrbis, & unus dicit,
quòd fuit ille nominatus per Petrum, licet non conclu-
denter, non impedit sententiam ferri pro Eremitis.

DECISIO MXXIV.

De nullitate.

ROmana dotis inter Paulum Stenuanzano, & Iu-
liam, Domini 13. Martij 1542. commiserunt, quòd
in negotio principali non procederetur pendente cau-
sa nullitatis, quia est pręiudicialis principali causę, pro-
ut dixerunt esse, quia si iudicaretur sententiam non bo-
nam, remaneret res iudicata contra Paulum super ne-
gotio principali. Et uoluerunt sententiam capitolinam
nullam, quia citatio non fuit facta per Cursorem, & li-
cet facta fuisset per mandatarium Valentem iuxta for-
mam statutorum, non est seruata forma statuti in cita-
tione minorum.

DECISIO MXXV.

De exequutione sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non condemnans restitutionem possessionis, non potest exequi contra intrusos.*

LEgionen. beneficij de Catamare inter Turonum, &
conuentum, 22. Octobr. 1547. Domini noluerunt,
1 quod † quia sententia non condemnabat Alphonsum,
vt intrusum ad fructus, non posset exequi contra Go-
mesum: uirtus enim sententiæ est nulla, quæ facit quòd
executoriales capiant intrusos lite pendente, unde quia
sententia non condemnat, quoad restitutionem posses-
sionis, non potest exequi contra intrusos.

DECISIO MXXVI.

De publica fama.

SVMMARIVM.

1 *Publicata fama non sufficit ad condemnandum conuentum tamquam intrusum in fructibus.*

ET voluerunt, quòd licet publica fama sufficiat ad condemnandum Alphonsum, vt intrusum in fru-
1 ctibus, non sufficit contra conuentum, sed † oportet contra Antonium plene probare ipsum intrusum, vt dicerent constare, conuentum tunc non possedisse, & instrumentum possessionis conuenti litem per assertum procuratorem dat, vt clarius probet conuentum se intrusisse lite pendente: aliàs secundum Dominos non posset conuentus declarari, vt intrusus, & postea ipse scilicet probauit, licet non plenè: sed probationes sunt arbitrariæ, maximè propter odorem collusionis.

DECISIO MXXVII.

De nullitate.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinis sola probatio non sufficit, vt laicus habeat iurisdictionem in caussis profanis clericorum, nisi probetur etiam priuilegium.*

PAtisien. nullitatis sententiæ inter Io. Quintinum, & Ioan. de Spongi conclusum, 26. Octobr. 1542. non
1 probare † consuetudinem, quòd Præpositus Parisien. laicus habeat iurisdictionem in caussis profanis clericorum ptopter iuuenilem ætatem eorum, quia requiritur immemorabilitas, & iudicatum pro nullitate, & defectu iurisdictionis. Et postea Domini dixerunt, quòd si allegaretur priuilegium Apostolicum, & ad illud probandum immemorabilitas, & vsus ab immemorabili, & vltra hoc de fama priuilegij, remissoria esset releuans, vt laicus posset habere iurisdictionem in caussis clericorũ ex priuilegio. Sed quia aperiretur via laicis prætendendi assertas consuetudines, dixi Dominis, esse melius non reuocare sententiam ex capite nullitatis, nec dare remissoriam, sed videtur negotium principale. Et Domini laudarunt, & partes fuerunt contentæ, & fuit relaxatum sequestrum data cautione, & data commissione super negotio principali, vt in prima instantia, Domini voluerunt, quòd etiam non refectis expensis, cum adhuc non constet de nullitate sententiæ, & quando Rota mãdat videri bonum ius, numquam facit refici expensas. Et dixerunt in eadem caussa intra processus agitati in Britannia non esse in forma probanti, licet fuerint extracta in Britãnia ab originali a notarijs rogatis, & trãmisisse Parisium: tamen qñ extrahuntur in ciuitate Parisien. & mittuntur Romam, non extrahuntur a notarijs illis rogatis, nec pars citatur ad videndum extrahi iura. Et dixerunt, quòd sufficit, quòd sint in forma probanti acta facta in ciuitate Parisien. quia licet pars non fuerit citata ad videndum detrahĩ, sunt transumpta a notarijs de eisdem rogatis, & sic fidem faciunt.

DECISIO MXXVIII.

De fori declinatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ab alio iudice, quàm ordinario, debet sustineri propter pactum compromissi.*

CRemonen. damnorum inter creditores, & Episcopum Cremonen. citatis conductorib. per edictum, etiam quod habuerint notitiam, & constituerint procuratorem ad declinandum iudicem, Domini quod senten-
1 tia † pro Episcopo non esset nulla, licet diceretur in contractu, quod si orirentur aliquæ differentiæ inter eos, cõpromitterentur in partibus, & esset contractus in partibus in commissione etiam ea ratione, quia dicebatur de tali pacto faciendi compromissum. Et quia pactum intelligitur, quòd fiat compromissum si orirentur differẽtiæ in alijs, quam expressis de soluenda pensione, & de non incidendo arbores, fuit expressè cautum, & obligatum in forma Cameræ, voluerunt tamen, quod deberet dari restitutio conductoribus constito de bono iure ad appellandum, cum fuerint impediti compatere in curia per mandata Principis pœnalia, & sic videbimus caussam, prout in secunda instantia.

DECISIO MXXIX.

De restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Paupertatem allegans pro restitutione fatalium, illam probare debet.*

BRaccaren. Vicariæ de Tetrados inter Didacum de Castro, & Didacum de Belso, obtenta commissione restitutionis, & constito de paupertate procuratoris aduersus desertionem fatalium, prout iuris fuerit, Do-
1 mini † dixerunt non posse procedi ad exequutoriales, nisi obtineatur commissio, & præfixio termini ad docendum de dicta paupertate.

DECISIO MXXX.

De œconomo.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad lites non sufficit ad petendum deputationem œconomi.*

Intellige tamen, & declara, vt infra.

TIrasonen. prioratus sancti Martialis inter Capitulum de Tudela, & monasterium Grandimonten. Domini 9. Martij 1541. fuerunt, quod mandatum ad li-
1 tes † non sufficeret ad petendam deputationem œconomi, & quod requireretur speciale mandatum. Sed data cautione per procuratorem in Curia de soluendo fructus, si monasterium non ratificaret infra certum tempus, quòd tunc deputaretur œconomus, prout postea venit. Et etiam mandatum ad lites non soleat recognosci, aliqui dixerunt esse vetum, nisi opponatur. Istud tamen mandatum non est simpliciter ad lites, sed ad petendum beneficium cap. peruenit, vel similis, quòd non esset commodum, & honor monasterij. Ideo dixerunt, quòd recognosceretur, & voluerunt sufficere pro recognitione persona notarij, & non manus. Et 17. Iunij omnes Domini fuerunt pro deputatione œconomi, præter Aquen. & Marsic. dicentes, quòd esset contra, nisi prius dictum fuisset, quòd venirent mandata, non obstãte, quòd Capitulum de Tudela diceret commodum esse priuatum, qui conduxerunt ad uitandum fructus. Sed hoc non facit, quando monasterium locans teneatur ad fructus, in quibus sunt condemnati Capitulo, & ne cogatur mendicare, debent deputari œconomi. Nam si non erant pauperes, tanto magis non satisfiet per œconomos Capitulo de victu: nec illis esset vtile soluere, & repetere a conductoribus, & quòd si Tudela peteret ex dem actiones contra arrendatores, 6. Iulij reuocarent votum, nolentes reuocare œconomum, & quod absolueretur ad beneplacitum, & tractaretur concordia.

DECISIO MXXXI.

De noua prouisione.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio cum clausula importante quamcumque generalem reseruationem, non capit parochialem vacantem per obitum familiaris Papæ.*

VAlentin. parochialis de Torren. inter Martinũ Assensi, & Martinum de Calafera. 26. Martij 1543. proposui, an noua prouisio Assensi cum clausula, quãcumque generalem reseruationem importante, capiat parochialem vacantem per obitum familiaris Papæ? Et
1 † dixerunt Domini, quod non ex stylo Curiæ, nisi specialiter de illa detur. Et proposui, an caperet aliam prouisionẽ, cum clausula de reseruatione etiam in corpore iuris clausa, quæ videtur maior, quam reseruatio familiaris. Et dictum etiam videri includere aliàs: Dominus tamen Thomas dixit in notulis Ioan. nouiter esse repertum, ꝙ nisi fiat generalis mentio de reseruatione, & familiaritate Papæ, quod non veniat, nec Cancellaria, nec Came-

Camera daret in litteris, ideò concluserunt Domini, quòd nulla prouisio capiat.

DECISIO MXXXII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans per obitum protonotarii non participantis, non dicitur reseruatum ratione familiaritatis Papæ.*

1 DIxerunt beneficium † vacans per obitum protonotarij non participantis, non dici reseruatum ratione familiaritatis Papæ, quia regula intelligitur de septē protonotarijs participantibus tantum. Et quòd ita fuit conclusum in caussa Aurien. contra D. Iulium de Grandis, coram Sarnen. sed Sarnen. non pronunciauit, quia expectabatur declaratio Papæ.

DECISIO MXXXIII.

De protonotario.

SVMMARIVM.

1 *Protonotariatus est officium publicum, quod conferri potest in inuitum.*

TEntum fuit per Dominos, creatum protonotarium censeri acceptasse, quia pro protonotariatu soluitur compositio centum ducatorum, & bulla etiam gra-
1 tis expedita requirit expensam. Et † quia est officium publicum, quod potest conferri in inuitum: nam isti protonotarij fuut creati ad scribenda gesta Martyrum, & Sanctorum, & licet dicatur in protonotariatu, volumus autem, quòd sibi antequam insignia protonotariatus suscipiat, teneatur præstare iuramentum fidelitatis: non tamen, quòd propter hoc sit gratia conditionalis, non autem ipse protonotariatus. Et hoc 20. Nouembris 1545.

DECISIO MXXXIV.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Decretum processus per contradictas, & citatio ad videndum prorogari fatalia, quando nulla dicantur.*

1 FVit dictum † decretum processus per contradictas, & citationem ad videndum prorogari fatalia fuisse nulla, quia ad instantiam asserti procuratoris: nec Attilius illis vtendo dicitur ratificasse, cum erat procurator substitutus, qui non potuit ratificare: & si non potuisset, debebat expressè, nō autem tacitè, decis. 154. in nou. Nec refert fatalia posse prorogari sine citatione, quia sic viam citationis elegit. Et sic quoad potuit voluit. Et ita fuerunt pro re iudicata in fauorem Calafera. Nec quod obstaret nunc apparere, eius prouisionem canonizatam non capere beneficium, & sic sententiam iniustam non debere exequi: quia ex quo capit per gratiam, si neutri, vt parcatur expensis mandarunt in exequutionem sententiam: in alia tamen audientia, quia fatalia possunt prorogari sine citatione, licet electa fuerit via citationis, & malè, Domini tamen dixerunt, quòd non essent pro desertione, casu quo assensus ostenderet meliora iura. Quia tunc cum appareret de iniustitiæ sententia, non esset exequenda, vt iniusta, & admisi assensum ad ostendendum de iniustitia sententiæ, & de fortiori iure.

DECISIO MXXXV.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio cum clausula generali, an comprehendat protonotarios tempore prouisionis non declaratos familiares, sed postea.*

ET quia postea emanauit declaratoria, protonotarios creatos per Papam esse familiares, fuit dubitatum,
1 an prouisio caperet, attento, quod † tempore prouisionis non emanauit declaratoria, & impetrās per obitum protonotarij non potuit obtinere, quòd Papa declararet esse familiares. Sed dicebatur, quod inerat in prima regula ita declarata postea per Papam, mandando ita seruare in caussis pendentibus. Sed replicabatur, quòd non ea sit etiam in gradu appellationis. Ideo distulimus post facta Natalia, & quia Domini post festa fuerunt varij, distuli ad plenam Rotam.

DECISIO MXXXVI.

In eadem de Parafrenarijs.

SVMMARIVM.

1 *Gratia per Papam concessa vni Parafrenario, an intelligatur concessa personæ tantum, an verò corpori.*

DVbitatum, *an regula Pauli, volens quòd sui Parafrenarij gaudeant omnibus priuilegijs, quibus Parafrenarij Clementis, intelligatur de gratia Pauli concessa vni Parafrenario Clementis habente, vt sibi non obstet regula de non vtendo duabus gratiis, vel de concessis tantum corpori Parafrenariorum.* Et dicebatur, quòd gratia Pauli habet de gratiis concessis per Clementem, tam coniunctim, quam diuisim, ideò distuli caussam, vt clarius, licet super hoc sit lata sententia.

DECISIO MXXXVII.

De professione.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio super professione per pœnitentiariam, an & quando dicatur valere.*

IN vna Bononien. hæreditatis de Sucariis coram R. P. Dom. Ioanne Paulo 1546. inter Gabaldum Annibalem, & canonicos Sancti Petronii, & monasterium
1 Sancti Dominici, & alios, † in qua quidam Zangarius notarius Bononien. anno 1504. in suo testamento instituit hæredem Annibalem eius nepotem tunc existentem in monasterio Sancti Saluatoris Bononien. & in caussa professionis reliquit sibi certam quantitatem, & reliquum alijs personis. Et Annibal professionem fecit in dicto monasterio, & cum litteris pœnitentiaria exiuit monasterium, perinde, ac si non fuisset ingressus monasterium, nec professus. Et fuit lata Bononiæ sententia pro Annibale absolutoria. Et Domini Auditores deducta caussa pro appellatione, & nullitate dispensationis 24. Maij 1546. habuerunt dispensationem pro nulla, quia Bulla pœnitentiariæ dicebat vocato Priore constito sibi legitimè de assertis, & Priorem fuisse vocatum non constabat, nisi ex narratiua iudicis, cui non creditur, etiam, quòd dicat sibi constitisse per iuramentum partis, & alijs canon. Io. enim non sufficit etiam, quòd in litteris diceretur. In quo conscientiam tuam, ex quo prius dictum fuit, quod debebat legitimè constare. Alexand. cons. 46. col. 2. 6. vol.

DECISIO MXXXVIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio super professione a principio nulla, an, & quando possit reualidari.*

ET præsupposita nullitate, fuit dubitatum, an ad præsens esset admittendus ad verificandum contenta in litteris pœnitentiariæ ad effectum reualidandi. Et non
1 potest ex tunc, quia † fuit nulla ex defectu iurisdictionis, quia non fuit seruata forma litterarum. Et sic non potest conualescere, & si vult probationem facere, vt ex nunc, Rota declarat eum non esse astrictum religioni, & fuit dictum, quòd litteræ non erant decretæ Audit. Rot. 8. & Annibal instabat, quod declaratur non esse astrictum religioni, vt succederet in hæreditate iuxta formam testamenti.

DECISIO MXXXIX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria ad probandum an sit danda obtinendi dispensationem super professione religionis.*

Quod non, decis. seq.

1 QVarto Iunij eodem anno Domini dixerunt, non esse dandam remissoriam † ad probandum narrata, quia monasterium Sancti Dominici agebat remedio

l.fin.C.de edi.ex testamento non cancellatur, & constabat de professione Annibalis, & iudicium erat summarium adipiscendæ possess. Ideo prætendebatur non admittendam longam indagationem. Cumque Domini inclinarent pro non remissoria, fuit replicatum per Annibalem iudicium possessionis fuisse factum propter sententiam latam.

DECISIO MXL.

In eadem de Aegidiana.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non habet locum, vbi manifestè constat de non iure agentis.*

BOnon.& Aegid. impedite interiorem processum, & fuisse cumulatum iudicium subreptionis litterarũ pœnitentiariæ. Ideo 9. Iulij iterum informato, Domini
1 † fuerunt pro non remissoria, quia non est cumulatum, vel intentatum petitorium principaliter, sed potius per viam replicationis. Quia monasterium S. Dominici, cum ageret remedio adipiscendæ tamquam, quòd esser locus subititutioni factæ de monasterio per professionẽ Annibalis, & Annibal dicit non esse astrictum religioni, & sic non esse locum fideicommisso: replicauit monasterium litteras esse subreptitias ad effectum possessorij tuendi. Ideò non alteratur natura possessionis. Et ad Aegidianam dicebatur, quòd per Annibalem, & consortes fuerat commissa causa appellationum monasterij, & illas sunt prosequuti, & sic videbatur renunciatum Aegidianæ, & rei iudicatæ, non obstante decreto irritante Aegidianam, quia pars, cuius respicit fauorem, potest renunciare. Et secundo fuit dictum Aegidianam non obstare, vbi constat de manifesta, & expressa calumnia aduersarij.

DECISIO MXLI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non est danda ei, qui per aliquot tempus stando in professione vult se ab ea absolui.*

IN alia audientia 20. Iunij fuit dictum, quòd propter decretum irritans per tacitum factum prosequendi & committendi caussam appellationis, non censetur renunciatum, licet expressè potuisset renunciari rei iudicatæ. Et Domini fuerunt, quòd esser notorium grauamẽ. Sed antiqui dicebant, quòd ex quo sumus in remedio adipiscendæ admitteretur solum probatio, quæ posset
1 fieri incontinenti. Et demum † omnes fuerunt, quòd quia per quinque annos fuit in monasterio per professionem, non erant verisimiles narratæ blanditiæ in facto, propter quas ipse dicit se admissum fuisse ad professionem, & dicuntur purgatæ 1540. & obtinuit litteras pœnitentiariæ 1530. Ideo omnes fuerunt pro non remissoria, & 28. Iunij fuit pronunciatum monasterium S. Dominici ponendum esse in possessionem contra Annibalem, & Cardinalem Sancti Petronij, qui erant certi aduersarij.

DECISIO MXLII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Subscriptio notarij in locum alterius in dubio non intelligitur per substitutum.*

1 QVod subscriptio notarij Io. Perez in locũ Alphonsi dicebat Mohed. intelligi, quòd non esset substitutus, nisi probaret exerceri officia per substitutum, *ut in Rota*. vel nisi de stylo adhibeatur notarius sciens Latinum ad faciendam copiam, quam subscripsit notarius ignorans Latinum.

DECISIO MXLIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio generalis non comprehendit sententiam nullam.*

QVod generalis ratificatio per Collegium gestorum
1 per procuratorem, non † comprehendit sententiam nullam contra Collegium latam, quæ non potest ratificari, vt sententia, sed in vim pacti: & ratificatio est generalis, per quam non est verisimile intellexisse de sententia contra se.

DECISIO MXLIV.

De restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum perhorrescentiæ potest præstari post rem iudicatam ante exequutionem.*

IN vna Parmen. prætensæ restitutionis domus coram Io. Paulo inter Ioannem de Pasano, & Ioan. Franci-
1 scum Alexandrinum dubitatum fuit, *an & post rem iudicatam ante exequutionem possit præstari iuramentum perhorrescentiæ*. Et dixerunt, quod sic, ex quo per Innocentium potest præstari quacumque parte iudicij.

DECISIO MXLV.

In eadem.

TVscan. spolij tenimenti inter Ecclesiam Tuscanellæ, & hospitale Sancti Spiritus, per solum præceptorem, vt principalem non venire hospitale præceptore mortuo, adhuc vacante præceptoria, & posset pronunciari contra procuratorem d. litis.

DECISIO MXLVI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Procurator dominus litis effectus non potest per mortem reuocari.*

VIdebatur quòd sic, quia non agitur de titulo beneficij, nec de possessione, sed de spolio tenimenti, quo vna Ecclesia dicitur inde ab alia spoliata, & sic de
1 re profana, quod † talis procurator dictæ litis Dominus effectus, nõ esset per mortem reuocatus, sed posset cum eo procedi ad sententiam. Et ita de mense Septembris, 1545. pronunciaui in tertia super fructibus, & expensis dicti spolij: fuit extinctus super primam.

DECISIO MXLVII.

De regula de viginti.

SVMMARIVM.

1 *Facultas legatorum non se extendit ad derogandum regulæ de viginti.*

IN vna bonorum coram Andrea de Scolis D. Thomas pronunciauit pro Georgio quondam Gulielmi, quia
1 fuit tentum, quòd † facultas Legati non continebat, quòd posset derogare regulæ de viginti, & Papa per regulam reduxit facultates Legatorum, quo ad beneficia, ob dispositionem iuris communis. Et licet Cardinalis Moronus, qui contulit Gulielmo derogando dictæ regulæ, haberet facultates, quas habuit Cardinalis Cibo, dantes facultatem derogandi regulis, exceptis tribus: tamen fuit dictum coram D. Thoma, quòd id non releuabat, quia dat Cardinali Morono facultates, quibus Cardinalis Cibo vtebatur, & vti poterat ad derogandum: nunc verò coram me petitur commissoria ad probandum Legatos fuisse in quasi possessione derogandi.

DECISIO MXLVIII.

In eadem caussa.

SVMMARIVM.

1 *Processus factus coram iudice compulsore, qui dicebat non esse merum exequutorem, sed mixtum, dicitur malè extractus.*

CIuitatensis erectionum Capellaniæ inter Ioan. & Capitulum Ciuitatense, 28. Iunij 1542. conclu-
1 sum fuit, quod † ex quo iudex compulsor fuit recusatus, quia dicebat, quòd non erat merus, sed mixtus exequutor, cum posset cogere testes, & admittere iuramentum super recognitione, quod processus esset malè extractus.

DECISIO MXLIX.

De solutione subsidij.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum de manutenendo debet ei dari, qui est in possessione tempore motæ litis.*

PAlentin. impositíon. subsidij, &c. inter Capellanos & Capitulum Palent. Domini 9. Iulij 1544. dede-
1 runt † mandatum de manutenendo in possessionem vtrique parti, in qua erant tempore motæ litis, & vt Capellan. inseruiant, vt tunc faciebant, Capitulum soluat eis, vt tempore litis.

DECISIO ML.

De dispensatione.

S V M M A R I V M.

1 *Dispensationis instrumentum non facit fidem de processu, & de narratis in eo.*

PLacentin. prioratus Beatæ Mariæ de Farto vltima mensis Nouembris 1536. proposui caussam, *an dispensatio Comitis Iulij Pardi egressus monasterij esset bona, quia non apparebat de processu.* Et pro validitate allegatur Feli n. *in cap. quoniam contra*, quia notarius dicit, quòd interfuit omnibus & singulis. Idque sufficiebat ad iustificandum omnia narrata in sententia, vbi dicitur, vocato Priore receptis testibus, &c. Sed replicabatur Felin. & Dec. loqui, quando particulariter notarius narrat vbi, quando, & quibus præsentibus narrata fuerunt facta, & postea dicitur, quibus omnib. præsens fuit, &c. Et fuit dictum, quòd narratiuæ processus in sententia non potuerint fieri, nisi diuersis diebus. Et tamen notarius dicit, quibus omnibus interfui unà cum prænominatis testibus, quod est impossibile, quòd illi duo testes diuersis temporibus fuerint omnibus præsentes. Ideò intelligendum, quòd fuerunt præsentes narratis
1 per iudicem, & † sic quod instrumentum dispensationis non facit fidem de processu, & de narratis in eo, nisi aliundè doceatur. Et Rota vigesimasexta Febr. 1537. se resoluit, dispensationem factam in partibus per exequutorem esse sententiam declaratoriam, & sic actum iudiciale nõ interuenit. Vnde Iulius actor uolens dispensari, debet Priorem monasterij citare, & reum qui poterat contradicere, & exequutorem, ut iudicem. Et in resolutione, an præsumatur pro sententia, 17. Martij, 1537. Aragonia & Matiscottus fuerunt pro ualiditate sententiæ, Marcello existente ad balnea, & etiam quod præsumeretur regulariter, cessat præsumptio, quia ex inspectione appareret de nullitate secũdum Dominos ipsos, quia in processu dicitur, vocato Priore, iuratis testib. &c. & iudex declarauit non esse astrictum religioni. Et dum dicit notarius, unà cum prænominatis testibus interfui, apparent omnia gesta eodem contextu, cum non sit uerisimile diuersis temporibus semper eosdem testes habere. Et attende, Dominos uoluisse processum non facere fidem, propter dictam inuerisimilitudinem. Et iterum Domini 11. Maij fuerunt in eadem opinione contra sententiam ex facie sententiæ, ex prædictis. Ideò Iulius produxit acta, quæ resoluta fuerunt, non facere fidem, quia non habent testes, & non sunt in principio instrumenti, nec erat integer processus. Et producto integro processu ex receptis dictis testiũ, in quo erat pronunciatum, prout in schedula dictum fuit, Augustinum aduersarij Iulij probare negatiuam metus, uel purgationem.

DECISIO MLI.

De extractione.

S V M M A R I V M.

1 *Extrahens iura vigore compulsorialium non tenetur seruare dies, qui seruantur a Dominis Rota.*

BVrgen. præstimoniorum inter Iacobum Correllas, & Martinum 26. Iunij 1544. cõclusum in extractio-
1 ne † iurium uigore compulsorialium non esse seruãdos dies, qui seruantur per Dominos Rotales sic in executione remissoriæ. Sed quod die Iouis si non est in honorem Dei & Sanctorum potius fieri exequutio, & singulis diebus ius dicentibus compulsoriales generales & mandamus in curia singulis diebus extrahi iura ex registro supplicationum, & alia.

DECISIO MLII.

De spolio.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio ciuilis non perditur per mutationem tituli aduersarij.*

IN una Compostellan. prætensi spolij inter Collegium Compostellanum. & Alphonsum Villaden. Domini
1 uoluerunt, † quod Alphonsus, qui accepit in arrendam beneficia Collegij, licet postea obtinuerit in titulum, Collegiales non desinant possidere ciuiliter ignorando titulum conductoris, licet executor prouidendo citauerit interesse putantes.

DECISIO MLIII.

De executione sententiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Executio sententiæ non debet impediri per viam restitutionis in integrum, nec per viam appellationis.*

TOletan. iurisdictionis inter Cardinalem, & Collegium Compostellanum, & Scolarium de Alcala, quinque ex Dominis Mohed. Put. Fab. Pereg. & Th.
1 fuerunt pro Cardinali, † quod non retardaretur executio sententiæ, ita quod in decreta remissoria uniuersitas non audiatur per uiam restitutionis in integrum, cum nullum uerbum sit in motu proprio restitutionis in integrum, nec etiam audiatur per uiam appellationis. Et casu, quo admitteretur, ut in secunda instantia, non retardaretur executio propter uerba motus proprij quacumque appellatione remota importantia, sed audiatur Collegium, uel per uiam supplicationis, uel recursus ad Principem, uel querelam, ut etiam secũdus motus proprius demonstrat, dicens, quòd est querela vniuersitatis. Et licet sit signata motu proprio, tamen ex corpore apparet, quod est ex querela uniuersitatis. Et licet signatura sit attendenda, an sit motu proprio, tamen non tollit, quin possit Papa propter querelas moueri ad concedendum motu proprio, & det remissoriam uniuersitatis, uolendo, quòd si sententia sit exequenda, uideatur prout de iure, ergo si est uidenda ex gratia Papę propter querelam factam non sumus in casu restitutionis, nec appellationis suspendentium iudicatum. Nec refert non fuisse discussa merita partium, quia est pronunciatum iuxta motum proprium emanatum per Papam auditis partibus pro bona pace, & Papa motus fuit, quia de iure communi Episcopus habet iurisdictionem in suos diœcesanos.

DECISIO MLIV.

De mandato.

S V M M A R I V M.

1 *Terminorum mala obseruatio in beneficialibus non impedit validitatem actus.*

VEneti prioratus inter Leonem, & Gulielmum seruatis nulliter terminis ex defectu mandati, obtenta commissione narrata, seruando terminos ante præsentationes commissionis nullitatis, & in dispositiua dictum fuit, constito, quod ante allegatam nullitatem acta fuerint validè ratificata, procedat, cum ratificatio præcederet præsentationem commissionis nullitatis, sed non ante allegatam nullitatem, Domini 12. Decembris
1 1540. tenuerunt † pro validitate, quia mala obseruatio terminorum in beneficialibus, quandoque potest reiterari.

DECISIO MLV.

In eadem.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier administrando vt tutrix, non impeditur exigere suam dotem, quam non intelligitur obligare; secus in viro.*

VEnetus seu Salutiarum dotis pro Illustrissimo Do-
mino de Tiemnis quon. Episcopo sanctorum te-
nuerunt, quòd non probaretur admissio, vt tutrix per
dictam dotem relictam in testamento, licet soluerit pro
funeralibus, & seruitoribus, vt exigeret credita, quia
potuit vt executrix, & etiam si vt tutrix administrasset,
propter hoc non impediretur exactio dotis, sub prætex-
tu administrationis, secundum Rainaldum, Moheda-
num, Sarnen. Aquen. & Put. quia non obligauit bona
sua, & tenuerunt opinionem Negusan. contra Socin.
1 quòd † licet vir administrando, vt tutor obliget sua bo-
na, secus tamen si cum muliere. Dominus verò Marsi-
can. fuit cum opinione Socin. alij non votarunt, quia
non bene viderant. Et dati fuerunt articuli, quod ad-
ministrauit vt tutrix.

DECISIO MLVI.

In eadem.

SVMMRIVM.

1 *Instrumentum confessionis dotis probat, si præcedat dotis promissio.*

1 AN instrumentum confessionis † dotis factum, con-
stante matrimonio, probet? Et coram Rainaldo
in caussa Dominorum de Cominibus de Palatino fuit
obtentum probare, si præcedat dotis promissio.

DECISIO MLVII.

De citatione.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad valuas Ecclesiæ non est bona, nisi diceretur, vbi est populi multitudo, & hora diuinorum.*

CAsalen. parochialis Sancti Victorij, 1540. de cita-
tione executa hora tertia, & non dicit hora diui-
norum, an sufficiat: quia ista hora solent Missæ canta-
ri, & non legit in Ecclesia, sed dicit ad valuas Ecclesiæ.
1 Et Domini † tenuerunt, quòd citatio ad valuas non es-
set bona, nisi diceretur, quòd vbi adesset populi multi-
tudo, & quia etiam non dicit tempore diuinorum.

DECISIO MLVIII.

De concordia.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio c. fi. de iud. lib. 6. quo casu procedat.*

SAmoren. concordię inter Marianum Centis, & Ioan.
Baptistam Cortesiam 19. Ianuarij voluerunt, quia
c. fi. de iud. lib. 6. procedit in dependentibus a beneficia-
libus agendo de fructibus, aut pensione resultante ex
1 obseruatione concordiæ, quòd † haberet locum dictum
c. fi. in caussa obseruationis concordiæ, cuius obseruan-
tia non respiciebat maiorem, vel minorem obseruatio-
nem, & sic dependentibus a beneficialibus, & sic in 28.
annis poterat esse in iudicio. Et aliqui dixerunt, quòd
ibi etiam daretur restitutio in integrum.

DECISIO MLIX.

De pensione.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, vt procedatur ad declarationem, prout iuris, non importat clausulam processus sine retardatione.*

GRanaten. pensionis inter Petrum de Rui. & Ioan.
de Gespedes Decembris 1540. voluere Domini,
commissionem super pensionis solutione dicentem, vt
1 † procedatur ad declarationem prout iuris, non impor-
tare clausulam processus sine retardatione, & si pensio
est nulla, non debet procedi. Et quando datur de regu-
la, sine retardatione, non potest audiri titularis agens
de nullitate: sed si sciret, an possit declarari Dom. Mari-
scot. dicit posse, & sic declaraui.

DECISIO MLX.

De coniecturis.

SVMMARIA.

1 *Testari, an quis voluerit, vel ne, ex coniecturis colligitur, & decis. seq.*

2 *Verbum, relinquo, adiectum vniuersitati bonorum alio non instituto, importat institutionem.*

LIuien. hæreditatis inter Dominam Isabellam Liuia-
nam, & Illust. Portiam, & Liniam coram me, & Se-
bastiano arbitris dubitatum, *an Panthasilea voluerit te-
stari, ex quo non valeret tunc testamentum, propter præte-
ritionem filiarum sine caussa, an verè voluerit codicillari
propter clausulam codicillarem?* Et proposito dubió in Ro
ta vltima Ianuarij 1541. Rainaldus, Sarnen. Puteus, &
Thomas pro affirmatiua: Aquen. solus in contrarium,
1 alijs infirmis. Et † dixerunt Domini hoc coniecturari ex
numero septem testium solito in testamentis adhiberi.
Et licet ex se non faciat, tamen adiuuat. Et quia aliqui
testes dicunt, quòd ante actum testaméti dixerat, quòd
volebat facere testamentum, & exhæredare alias filias
si poterat, quod proprie cadit in testamento. Et licet fue-
rit ante factum testamentum, tamen arguit voluntatem
testandi. Et vocato notario, testes omnes dicunt, quod
volebat testari, & notarius dicit fuisse uocatum ad con-
ficiendum testamentum, & quod testator fuit interro-
gatus per matrem, vt faceret testamentum, & ipse re-
spondit se velle facere. Et sic propter præcedentem in-
2 terrogationem testaodi, & quia † vsus fuit verbo, relin-
quo, quod adhibitum vniuersitati bonorum, alio nó in-
stituto, importat institutionem, & sic testamentum, Bal.
in l. quoties. C. famil. ercisc. & l. illud. §. tractari. ff. de iu-
re codic. quod quando reliquerit legata ab eo, cui bona
reliquit, & Panthasilea relinquendo bona Portiæ fecit
alia legata, & non dixit præstanda ab ipsa Portia. Ideo
potest intelligi, & a succedentibus ab intestato, & ne in-
testata decederet, verisimile est voluisse testari.

DECISIO MLXI.

In eadem caussa.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum nullum propter præteritionem filiorum, an possit sustineri in vim codicill. vide distinctionem.*

ET posito, quod voluerit testari, & non valeat iure
testamenti propter præteritionem, caussa non inser-
ta, videbatur valere iure codicillorum. Paulus de Ca-
1 stro, l proximè. de his, quæ † in test. delen. Sed respon-
debatur, quòd aut voluit codicillari, & valet vt codicil-
lus: aut est dubium, & tunc etiam non valet, vt testamen
tum, sed valet vt codicillus, Bal. in l. 1. in princip. de iure
codicil. Ang. l. nec codicil. C. de test. Aret. Inst. de vulg.
in prin. col. 2. vbi considerat dictos tres casus, Alex. in
l. verbis ciuilibus, col. 2. & Ias. reprobat Castr. l. 1. col. 5.
ver. declara, vt per Bar. de verb. oblig. aliàs sequeretur,
quòd semper vbi non est clausula codicillaris valeret vt
testamentum, & sic esset frustratoria clausula codicilla-
ris. Et fuit dictum, §. ex imperfecto. l. hac consultissima,
non procedere vno filio præterito, vel exhæredato, Dec.
cons. 242. vbi impugnat illud, quod dicebatur, clausu-
lam codicillarem non subintelligi in præteritione. Et
dum supra allegaui, Ias. in l. 1. dic, quòd idem dicit §. si
quis ita, & Sal. ibi, col. 10. ver. secundo infertur, & Alc.
col. 6. vers. limit. istam conclusionem, & ibi Bal. Nouell.
Ias. l. non codicillum. Et Domini multum considerabát
æquitatem, etiam quod de rigore idem tenerent, aliàs
filias sine caussa exhæredari, & notarium non voluisse
dare testamentum in scriptis, arguens totaliter non fuis-
se testamentum, vel propter beneuolentiam, vel propter
aliquos testes. Et propter aduentum D. Marsicani, &
Mohedani, cum essemus vndecim, iterum proposui. Et
octo fuerunt, quòd noluerit testari, & non cogitauerunt
codicillando, & sic sumus in casu dubio, vt loquitur Ca-
stren. in l. proximè. & Aquen. & Marsican. fuerunt in
contrarium. Et secunda pars ponderabat supradicta,
& æqualitatem seruandam inter filias, & quia procedi-
tur per compromissum, & tenendo equitatem etiam per
duas audientias octo fuerunt pro affirmatiua, & duo
pro negatiua.

DECISIO MLXII.

In eadem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad compromittendum lapso tempore poterit iterum compromittere.*

Dubitatum, an procurator ad compromittendum, poterit lapso tempore sine nouo mandato iterum
1 compromittere, quasi quod † mandatum expirasset per primum ad not. in l. boues, §. hoc sermone, de verbor. signific. cum concordantibus ibi in apostilla per Bart & Bald. l. si vt proponis, num. 19. de recep. arbit. tenet post I. vice. & Lanfran. in tracta. de arb. col. 20. num. 15. de potesta. prorogan. quod in prima, & si dicitur de pluribus vicibus, intelligitur de duab. Lanfran. tract. de compromiss. fol. 108. num. 101. tenet contrarium. Quod dictum est Alexan. consil. 3. nu. 3. vol. 2. procedere volens dictum Bal. quando fuit compromissum ex dispositione statuti, vel hominis. Bald. in d. l. si vt proponis. Baptista de S. Blasio de arb. fol. 115. col. 2. & fol. 122. col. 4. num. 214. dicit, quod qui non potest transigere, potest compromittere in arbitrum, non in arbitratorem. Et informantibus partibus Rota se resoluit, dicens quod mandatum ad compromittendum pro terminatione litis, intelligendum est, quod plures quousque lites terminentur, vt in saluo conducto pro pace ineundo, & redeundo. Et quia sorores compromiserunt ratione statuti, propter quod tollitur etiam alia dubitatio, *an mulier potuerit compromittere sine consensu propinquorum, &c.* Quia de necessitate tenebatur compromittere. Et quando primus actus est initus, potest secundo loco, l. hæc condit. de cond. & demonst. sed primum compromissum fuit validum.

DECISIO MLXIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio §. ex imperfecto, l. hac consultissima, C. de test. quo casu procedat.*

Qvia §. *ex imperfecto*, non habet locum, nisi omnes
1 filij non sint honorati, † & tres solum sunt contestes, de relicto facto Portiæ, non potest sustineri codicillus: Et ita omnes tenuerunt. Sed quia alij testes etiam idem probabant, deuentum fuit ad præcedentes difficultates.

DECISIO MLXIV.

De litteris ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Litteris Episcopi non sui dicentis se promouisse de licentia Episcopi ordinarij, creditur, & eis statur.*

Valentin. de Pegho, *an valerent litteræ ordinis alterius Episcopi dicentis promouisse de licentia sui Epi-*
1 *scopi ex litteris sub tali data, Fel. in c. sicut, de re iud.* † quod sufficit, sed in contrarium idem Felin. in cap. Albericus. de testib. quod non præsumitur licentia Episcopi absentis a dicto loco, quia non potuit tunc interuenire per Episcopum, & nuncium, & Fel. in c. Albericus, dicit credi personæ graui. Et sic Domini fuerunt sufficere dictam assertionem.

DECISIO MLXV.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Legitimus quisque præsumitur, nisi contrarium probetur.*

Dicebant omnes, præter vnum scilicet Marcellum, quod si aliquid non probaretur de illegitimitate non
1 † deberet probari, quod reperiatur legitimus, quia debet præsumi excludendo delictum.

DECISIO MLXVI.

In eadem de procuratore ad resignandum.

SVMMARIVM.

1 *Vita resignantis de tempore resignationis probanda est per allegantem, & decis. 174.*

1 An debet probari, constituentem † procuratorem ad resignandum esse viuum tempore resignationis, cum nullus illum ignorauerit. Ex octo Dominis quattuor dicunt probandum esse, quod viueret, quia allegans resignationem allegat resignantem uiuere: ergo probet, non obstante regula præsumptionis uitæ centum annorum. Et ita Mohed. Neocastren. Mariscan. Matiscottus. In contrarium Sarnen. Maceraten. Siluester, & Aquen. ex regula præsumptionis uitæ, & in alia quod teneret probare uitam, fuerunt quinque Domini.

DECISIO MLXVII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Litteris Episcopi de clericatu collato in non suum subditum de licentia sui Episcopi creditur.*

1 An credatur litteris † Episcopi de clericatu collato in non subditum de licentia sui Episcopi, cum solum cognoscatur eius sigillum & non manus. Pro negatiua Mohed. Marsican. quia Doctores, & decl. Rotæ dicunt, quod creditur in pertinentibus ad suum officium, & sic inter subditos, prout non est, licet dicto casu alij contrarium, quod decisio uendicaret sibi locum hoc casu, quia nullum infertur præiudicium quando dantur ordinationes ante litem. Et in alia positione Rainaldi idem, & omnes præter Mohedau. & Marcellum, fuerunt, quod probat, quia est in leuibus & quia uidetur habuisse effectum.

DECISIO MLXVIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiua non capit beneficia affecta, vel reseruata.*

Licet beneficia uacauerint cessante commenda, an
1 dicatur generaliter affectum. Aliqui † quod sic, quia stante commenda titulus dormiuit in manibus Papæ, prout de beneficio resignatio in manibus Papæ, ut omnes erãt, quod expectans non capit affectum etiã simpliciter, non obstante Roman. consil. 333. & quod numquam fuit uisum expectantem capere affecta, uel reseruata, ut in alia proposui. Et Aquen. Siluester, Marsican. Matiscot. tenuerunt expectatiuam non capere affectum: Mohed. Sarnen. contra per rationes, de quibus in libris Monialium.

DECISIO MLXIX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Agens probare debet contra possessorem veram vacationem, cessante commenda.*

Proposui, quis deberet probare uetam uacationem in beneficio uacante cessante commenda? Mohed. Aquen. Marsican. fuerunt, quod probaret agens con-
1 tra possessorem † & dicens se promissum ab ordinatio debet probare uacationem cadentem sub indulto ordinarij. Sarnen. Siluester contra, quia præsumitur beneficium libera collatio: sed magis placet probare actorem contra possessorem.

DECISIO MLXX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Indultum loquens de vacationibus cessante commenda non comprehendit vacationes per resignationem.*

Indultum Cardinalis dans de uacationibus per cessationem commendæ, & in uacante apud Sedem: sed quia excipiuntur uacantia per resignationem in manibus Papæ, an hoc intelligatur, quando est facta resignatio, & Papa, uult prouidere: secus si commenda, quia indultum dat pro cessante commenda. Et potest replicari, quod licet cesset commenda, tamen nondum Papa prouidet, & beneficium uacat, ut prius: & sic per resignationem in manibus Papæ. Et Domini
1 fuerunt, quod † uacatio per resignationem consideratur, quando sumus in uacante apud Sedem, ubi non requiritur consensus, quando extra Curiam, quia tunc

tunc Papa vult, quòd etiam si vacat cessante commenda extra Curiam, Cardinalis conferat. Et in hac non consideratur principalis modus vocandi, sed tātum vbi commenda cessaret. Domini fuerunt contra, vt in meis annotationibus.

DECISIO MLXXI.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Cardinalis, quod conferat reseruata, non trahitur ad expectantes.*

Licet indultum dat ius conferendi reseruata ac si reseruatio non emanaret, expectans tamen in sex mēsibus in quibus Cardinalis absens propter regulam modificatoriam non prouidet, non acceptat reseruata licet habeat ad quamcūque dispositionem Cardinalis: quia
1 Domini dicebant, quòd † illud, quod Cardinalis conferat reseruata, est in eius priuilegium. Ideo non trahitur ad expectantes.

DECISIO MLXXII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Papa non potest auferre regulam modificatoriam indultorum in sex mensibus, in quibus Cardinalis absens non contulit.*

1 Domini fuerunt, † quòd Papa regulam modificatoriam indultorum in dictis sex mensibus in quibus Cardinalis absens non contulit, non possit auferre, quia regula est tantum fauore expectan. & si ipse non acceptat, Cardinalis vigore indulti poterit toto anno conferre.

DECISIO MLXXIII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Regressus etiam datur respectu iuris superuenientis ex persona resignantis.*

Valentin. de Pego, 1538. voluerunt, etiam quòd resignans nullum habuisset ius regressus reser-
1 uati, si † tunc beneficium vacabat, quia mihi fuit visum durum, quòd sibi daretur regressus, respectu iuris prouenientis ex persona sua. Sed Domini contrarium.

DECISIO MLXXIV.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Resignationem particulariter deducens vitam etiam tenetur probare.*

Quod licet Calaferra habuisset duas sententias, post sunt reuocari, si veniat ex vno iure resignationis Martini, quæ resignatio est canonizanda. Domini fue-
1 runt, quòd † non ferretur ex prima sententia, & 10. Auditores præsentes fuerunt, quòd eius aduersario incumberet onus probandi Martinum resignantem viuere tempore resignationis, non autem, quòd Calaferra probat, eum tunc viuere, quia non particulariter deducit vitam, sed resignationem, & eius aduersarius excipit de morte. Et dictum, quòd sit reus: Tamen noluit, quod ipse probaret vitam.

DECISIO MLXXV.
De litigiosis.

SVMMARIVM.

1 *Vitium litigiosi tollens operatur, vt res litigiosa possit donari.*

Firman. bonorum inter Camillum & Vincen. dictum, quod tollens vitium litigiosi operatur, vt
1 res litigiosa possit donari, non † autem supplet aliquem defectum insinuationis, sed iuramentum supplet. Quod placuit Dominis 22. Decembr. 1540. & quòd supplet Dec. consil. 432. vel si fiat coram iudice maximè cum iudex interposuerit decretum. Dec. in l. fina. columna prima. C. qui admit. & consi. 341. numero duodecimo. Alexandr. consilio 157. volumine secundo.

DECISIO MLXXVI.
De identitate.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij identitas ex quibus probari possit.*

Corduben. beneficij de Castro inter Bartholomeum Velasse, & Ioan. Roderici, Domini fuerunt satis
1 constare de identitate beneficij per impetrantem beneficium vacans per obitum Petri 1. Decembris ex testibus, quòd Petrus erat beneficiatus. Et licet dicant, quod plures sunt Petri eiusdem matris, non tamen dicunt, quòd alij sunt beneficiati, quia tunc non esset probata identitas.

DECISIO MLXXVII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Regressus valet sine expressione valoris in litteris.*

1 Valere regressum † licet in litteris, non esset expressus valor, licet diceretur, quod debet exprimi, quando in Bullis prouisionis non reperitur expressus. Sed dicitur contra, quia in regressu non exprimitur valor, & licet esset exprimendus, quando non est expressus in prouisione, qui opponit non esse expressum in prouisione, probare debet.

DECISIO MLXXVIII.
De legitima.

SVMMARIVM.

1 *Bona alienata, & consumpta per hæredem ignorantem fideicommissum, non impediunt detractionem legitimæ habito respectu ad bona quæ extant.*

An bona paterna consumpta, & alienata per Sebastianum ignorātem fideicommissum sibi debeant
1 computari in legitimam. Et Domini † fuerunt, quòd quia Sebastianus bona fide alienauit ignorans fideicommissum, & non est factus locupletior, nec precium extat, quòd proportionaliter diminuatur legitima hæreditas, & ex restantibus detrahatur legitima, non autem considerato valore hæreditatis tempore mortis fratris. Quia Dominicus erat institutus a Sebastiano fratre Laurentij concordauerat cum Laurentio, & sibi diuiserat possessionem quam Sebastianus possidebat, dedi dubium, an Sebastianus fuerit debitor Laurētij ex ea caussa fideicommissi, vt bona subiecta fideicommisso debeant deputari esse in hæreditate Sebastiani, ita quòd de illis satisfieri debeat legato Sebast. in legitima computata, secundum vires hæreditatis, & Camill. de legato facto per Sebastia. eius matri maximè data cautione Laurent.

DECISIO MLXXIX.
De pensione.

In caussa Lamacen. pensio. 400. inter patrem Petrum Abbatem de Penag. & Didacum puerum 4. Iunij 1546. Domini voluerunt, quòd per contractum matrimonij, esset pensio extincta, quando non est pro stipendio vt sit Campanario, & alijs officialibus, & erat pensio data ex caussa resignationis, & quia aderat commissio, quod procedatur sine retardatione, Abbas produxit supplementum continens concordiam cum Didaco, & Didacus reciperet propria auctoritate fructus quarumdam terrarum loco pensionis, & ideo non est opus solutione, cum sibi ipse soluat, & quia supplicatio non habebat consensum Didaci, Domini dixerunt, quòd probata publica fama, quod concordia habuisset effectum, daretur remissoria sine solutione: quibus examinatis data fuit remissoria cum decreto, quod non exequatur nisi iuxta formam concordiæ sit satisfactum, aut primò satisfiat.

DECISIO MLXXX.
De restit. in integ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum etiam petita nomine Ecclesiæ non impedit exeoutionem sententiæ.*

IN vna Segobien. de Ædea Sogue inter Ioannem, & Alphonsum Dian. 12. Maij 1544. fuit dubita-
1 tum, *an restitutio † in integr. petita non suo proprio nomine, sed nomine Ecclesiæ impediat exeutionem rei iudicatæ vnica sententia contra Ioannem Gomesium?* Et Domini fuerunt pro executione pro Alphon. contra Ioan. Gomesium quod ad fructus, & expensas, & data remissoria Ioannis nomine Ecclesiæ in fraudem spolij bonorum inter Annibalem, & Gasparem de Brantulis, & Balthasarem de Panutialibus petita rest. in integ. pro minoribus, quia iam Rota voluit dare remissoriam ad probandam læsionem, & remissoria datur & improuiso, & decreto Dominorum in mense Octob. 1545. fuit denegatum.

DECISIO MLXXXI.

De spolio.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria etiam minoribus attentantibus est denegãda, nisi prius purgato vitio spolij.*

IN Fauen. spolij bonorum inter Annibalem, & Gasparem de Brantulis, & Balthasarem de Panutialibus petitiua restitutione in integrum pro minoribus, quia
1 attentauerant. Rota † noluit dare remissoriam ad probandum læsionem & remissoria datiua ex improuiso ex decreto duorum 7. Octobr. 1545. fuit denegata.

DECISIO MLXXXII.

De sententia super spolio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super spolio lata, an imponat perpetuum silentium, vel ne, ex quibus colligatur.*

IN Lucen. iurisdictionis inter Decanum, & Capitu-
1 lum & † Ioannem Suarem Episcopum fuit dubitatũ, *an sententia super spolio habeat in fine perpetuum silentium, de & super spolio, & iurisdictione in totum, an intelligatur in totum super spolio iurisdictionis, & narratorum in sententia tota, cum superius loquatur de spolio.* Et resolutum fuit, quòd solum super spolio.

DECISIO MLXXXIII.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Successor non reclamans de spolio facto per prædecessorem, intelligitur possidere.*

IN eadem 15. Martij 1546. Domini voluerunt, quod ex quo prædecessor Episcopus commisit spolium super rebus pertinentibus ad Episcopatum, successor de præsenti substinens litem, & non reclamans possess. per
1 spolium † antecessoris dicatur possidere illam eum Episcopatu.

DECISIO MLXXXIV.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in spolio datur in priuilegiatis.*

VOluere, quod si aliqualiter constaret de electione, daretur restitutio Episcopo, & quòd sumus in spo-
1 lio, quia † in priuilegiatis, prout est Ecclesia, datur restitutio in spolio, & fuit data remissoria Episcopo ad probandum spolium.

DECISIO MLXXXV.

De feudo.

SVMMARIVM.

1 *Preces primariæ insertæ in processu fulminato, an probent feudum.*

IN Leodien. Decanatus S. Ioan. inter Petrum Landulpi, & Balthenum de Corsinarinia intrusum, dubitatum, *an propterea feudum cadat sub primariis precibus, quia dicit, non omne sub Imperio.* Et testes Petri de auditu, quòd habuerint locum: quòd non
1 fuit resolutum. Sed 15. Iunij Domini voluere, quòd † primariæ preces insertæ in processu fulminato non probarent, nec obstarent regulæ, quòd transumptis sigillo prælati, & notarij daretur fides: Tamen fuit dictum alias iudicatum, quod dicto processu fulminato daretur fides & resolutum vt videantur registra, & referatur Dominus.

DECISIO MLXXXVI.

De prouisione Nuncij.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio a Nuncio debet probare beneficium esse infra taxam.*

IN vna Panphilon. beneficij Ecclesia S. Iacobi della Puenta della Reina fuit dictum ad decis. 348. proui-
1 sum † a Nuncio debere probare beneficium esse infra taxam, infra quam Nuncius licet ius conferendi ei competat non potest conferre reseruata. Et distributiones computantur, vt dans de iure prouisi per Nuncium, probet, quod beneficium non excedit 24. non vltra taxam 60. reseruatorum, siue det de iure, siue, vt dicebat Do. & multo magis, si de iure tertij; & fuit dubitatum, quis deberet probare beneficium non vacasse in mense reseruato,

DECISIO MLXXXVII.

De decimis.

SVMMARIVM.

1 *Spoliari nemo debet de facto, sed præcedere debet citatio.*

IN vna Seguntin. inter Abbatem, & beneficiatos de Medina & Ioannem Motela 9. Iulij 1539. fuerunt Domini, quòd esset spolium decimarum, quia etiam quod vnio fuisset facta ex caussa, tamen beneficiati non de-
1 bebant spoliari † possessione percipiendi decimas de facto sed præuia citatione. Et ita pronunciaui super spolio 29. Maij 1541. & Motellus cessit spolio, & sententia fuit lata.

DECISIO MLXXXVIII.

Abbatis cessionem.

SVMMARIVM.

1 *Identitas beneficii ex quibus probetur.*

IN Corduben. beneficij de Castro del Rio inter Bartholomæum Velasco contra Ioannẽ Roderici Puerto Carero 15. Nouembr. 1540. Domini fuerunt, quòd
1 † satis constaret de identitate beneficij, quia Ioan. Roderici impetrauit beneficium vacans per obitum Petri Peres, & testes dicunt, quòd Petrus Peres erat beneficiatus in illa Ecclesia, qui obijt, & licet dicãt, quòd sunt plures Petri Peres, tamen non dicunt, quòd alij fuerint beneficiati. Et qualiter Bartholomæus dabat de iure tertij de regressu Episcopi, dato sibi ad beneficium Petri Peres in dicta Ecclesia, vltra primum obiectum, quod non vacauit per obitum Petri consentientis regressui, dicebatur, quòd in bullis regressus nõ erat expressus valor, & quòd debebat exprimi, quando in illis prouisionibus reperiretur expressus. Sed Domini fuerunt pro bono regressu, vbi non exprimitur valor; & etiam quod 1
debeat exprimi, quia non est expressus in prouisione, dicebat, quò Ioan. qui se opponit, debeat probare non esse expressum in prouisione. Et sic poterat confirmari sententia absolutoria per Bartholomæum Velasco, & illa confirmari.

DECISIO MLVXXIX.

De probando valore.

SVMMARIVM.

1 *Valorem beneficii quis probare teneatur.*

AStoricen. parochialium & beneficiorum de men-
1 se Octobr. 1540. Domini fuerunt, quòd † Didaeus de Vagagratis deberet probare valorem beneficiorum acceptatorum videlicet sub gratia, etiam quòd esset successor Ioan. Martini, quia Ioan. Martinus possedit, & sic sequitur, quòd non teneatur iustificare titulum sui prædecessoris; & voluerunt, quòd Alphonsus

phonsus trāsferret onus probandi in aduersarium, quia resignans cum non vidisset supplicationem resignationis, in qua erant oppressi, ideò voluerunt etiam, quòd ipse fateri deberet esse talem valorem.

DECISIO MXC.

De regula de triennali.

SVMMARIVM.

1 *Possessor cum aliquo titulo colorato, præfertur simplici possessori.*

PLacentin. Capellaniæ Benedictus de Quires veniebat ex resignatione Christophori, cuius fuerat prouisus per obitum Antonij, & probatur Anto. possidere d. Capellaniam, licet Ioan Roderici diceret se esse possessorem, & quod Benedictus non probat, quod Antonius possedisset pacificè triennio, licet probaret ꝙ possedit, & obijt dictus possess. ad alleg. Lap. 89. Sed † replicatur, quod licet ipse Ioan. sit possessor, quod tamen iustificabat aliquo modo suum titulum, licet Benedictus probabat vacationem. Et licet non probat per obitum triennalis possessoris, sufficit, ex quo Io. Roderici nihil probat in contrarium, & ita tenuerunt omnes Domini, 15. Ianuarij. 1541.

DECISIO MXCI.

De probatione.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ erectio ex quibus probari possit.*

OXomen. Capellaniæ de Siren. Domini 15. Octob. 1539. voluerunt, non probari erectionem Capel-
1 laniæ † per narratiuam instrumenti possessionis Martini, nec per quietantias factas per collectorem de decimis solutis, tamen fuit dictum, quòd si probaretur possessio Martini, diceretur satis probatam fuisse Capellaniam. Obstat tamen, quod tunc erat lis. Sed quia perpendit per 2. annos vt calumniosa, esset videndum, an sufficiat possessio Martini. Et fuit data remissoria, cuius probatio fuit habita pro releuāti, propter possessionem per 20. annos; & licet possessori fuerit mortalis, tamen nihil fuit factum in lite per octodecim annos. Et fuit dictum per Dominos, quod licet possessio vitiosa non faceret statum, tamen dabat odorem contra beneficiatos, qui non sunt prosequuti litem, alio existente possessore. Et probat visitatum beneficium & Capellaniam perpetuam, & pro tali reputabatur. Et licet testator reliquisset bona pro celebrandis missis, non tamen pro erigenda Capellania. Verum quia arguebatur postea fuisse erectam, & quia in totum non quieuit animus, volui, quod informaretur super lite calumniosa. Et 15. Ianuarij, 1541. pronunciaui canonizando prouisionem Michaelis, condemnando beneficiatos in fructibus a die motæ litis, nil docendo super bonis Capellaniæ.

DECISIO MXCII.

De re litigiosa.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quando & ex quibus litigiosum dicatur.*

SAlamantin. Sancti Petri de Azero, & aliorum beneficiorum 13. Iunij 1537. Rota se resoluit contra Ioā-
1 nem Roderici, quod † non esset lis, quia post commissionem causæ supplicatio suæ resignationis reperiebatur missa ad registrum. Et in commissione dicitur, parochialem, & alia beneficia vnica supplicatione impetrasse, intelligendo, quod impetrauit a Papa, quia in supplicatione narrat ibi auctoritate Apostolica fuisse prouisum. Sed voluit maior pars, Clerici, Capisucchus, Siluester, Marcellus, Mariscottus, quod noceret. Quod ex aduerso dicebatur, quod potuit, prouideri per legatum per supplicationem; respondetur, quod verba de prouisione auctoritate Apostolica intelligi debent de Papa; nec præsumitur multiplicatio titulorum. Nec obstat, quod sit modica impensa, & quod alius potuit mittere ad registrum dictam supplicationem, quia videtur calumniosa, cum impetrans dicat, quod alium titulum produceret.

DECISIO MXCIII.

De suspensione.

SVMMARIVM.

1 *Gratia particularis non suspenditur per gratiam generalem.*

IN eadem, 28. Iunij, 1538. posui caussam, an gratia Beltrandi suspenderat facultatem ad resignand. &
1 permutandum † Franciscum Oserij. Et Domini fuerunt illam non suspendi vt concessam in fauorem certæ personæ. Nec est credibile, Papam voluisse sub generalibus prægnantibus clausulis derogare gratijs particularibus. Et voluerunt, quòd licet gratia sit per cessum vel decessum, non intelligeretur per cessum, quando quis resignauerit in manibus habentis facultatem in fauorem certæ personæ, & dabat de gratia Oserij. nimis enim data esset, si quis resignauerit beneficium, vt alteri prouideatur, & quod possit resignare in fauorem certæ personæ, & quòd gratia alterius capit tale beneficium ad huiusmodi effectum resignationis.

DECISIO MCXIV.

De materia obiectiua.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilitas debet concludenter probari.*

1 IN eadem 9. Iunij, tentum fuit † non sufficere probationem sanè ad probationem plurium incompatibilium, quia est materia obiectiua, quæ debet concludenter probari.

DECISIO MCXV.

De collatione.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus ad duo beneficia, an possit obtinere tertium saltem per viam permutationis.*

IN eadem tex. c. ordinarij. §. in conl. de off. ord. in 6. ꝙ si dispensatio ad duo conferatur, tertiò non valet collatio. Et ibi Franc. in princ. dicit idem in legato, ergo
1 idem in collatione ex facultate † permutandi. Et licet non habet locum in Papa, cuius collatio tenet si adipiscatur possessio vltimi vacante primo, tamen etiam in legato pars dicebat, quod lex procedit ex facultate iuris communis, non autem ex facultate Papæ & facultates permutandi habet, quod possent conferri quandocumque, quotcumque, & qualitercumque obtinenti, ergo etiam obtinenti parochiales. Sed potest esse dubium, an dicta prægnantia capiat obtinentem plures parochiales. Et mihi videtur, verba intelligi, quando Franciscus resignauerat beneficium in fauorem obtinentis quæcūque, &c. non autem, quando alij resignantes fuissent mortui, & sic per resignationem non potuit ius acquiri Francisco, & remansit penes resignantem, quo decedēte ante nouam prouisionem Francisci, subintrat gratia reseruæ Bertrandi, & 26. Nouembris 1540. postquam satis fueram informatum, Domini fuerunt, quod cum Franciscus esset dispensatus ad dictas parochiales vigore facultatis, potuit sibi conferri tertia, etiam non faciendo mentionem de obtentis.

DECISIO MXCVI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio ad ordines facta per Vicarium Vrbis, non requirit tantam subtilitatem.*

LIcet in ceteris clericatus non fuisset facta mentio de dispensatione: Vnde fuit Vicarius ratione officij
1 præsumptiue informatus, † sed id mihi non satisfacit, tamen Domini 20. Decembris 1540. fuerunt, quod licet bulla Clericatus Francisci non faciat mentionem de dispensatione sua, quia tamen fuit facta a Vicario Vrbis, & quia Clericatus non debet concludenter probari, quia dicitur leue præiudicium, in hac non consideratur tanta subtilitas.

DE-

DECISIO MXCVII.
De familiaritate.
SVMMARIVM.

1 *Familiaritas ex quibus testibus probetur.*

1 Brixien. Canonicatus, tentum fuit, probari†familiaritatem per testes de visu descriptionis in Rotulo, ad effectum expediendi gratis: secus si ageretur de reseruatione beneficij, vt per obitum familiaris.

DECISIO MXCVIII.
De possessione.
SVMMARIVM.

1 *Aetas probanda est per eum qui allegat.*

1 Astien. parochialis de Corneliano, Domini fuerunt quod † Franciscus est possessor, vt apparet ex instrumento suæ possessionis, vt Hieronymus, qui produxit possessionem narrando ætatem, teneatur illam probare, aliàs pronunciaretur pro possessione.

DECISIO MXCIX.
De priuatione.
SVMMARIVM.

1 *Episcopus ignoranter conferens indigno, non dicitur priuatus facultate conferendi.*

IN ead. 25. Martij 1541. etiam quod appareret de Clericatu & de prouisione Reuerendissimi Do. Episcopi ante clericatum nihilominus valeret secunda prouisio
1 post clericatum: neque † priuatus esset facultate conferendi parochialem, quia non scienter contulit indigno, nec supinam ignorātiam, sed iuxta rationes productas, cum ille esset Doctor & incederet in habitu clericali.

DECISIO MC.
De nullitate sententiæ.
SVMMARIVM.

1 *Nullitas ex defectu iurisdictionis opponi potest excipiendo contra sententiam iudicis delegati.*

IN Rauennatem. clusæ inter hæredes Laurentij Saluiati, & Ant. Gatum 20. Decemb. 1540. Domini fue-
1 runt, quòd † Saluiati tenerentur iustificare tres sententias, pro quarum exequutione instabant, producendo processum, maximè, quando non constabat de iurisd. Et non obstat, quod Clem. vt calumnijs, non vult impedire executionem, quia non procedit. Vbi de nullitate ex defectu iurisdictionis quis opponere vellet incipiendo, non agendo, quia in delegatis non præsumitur pro iurisdictione, c. cum in iure. de off. deleg. Et licet in commissione dicatur caussam perpendisse coram iudicibus, non tamē dicit, quod esset boni iudicis. Sed remisit caussam ad Cancellariam, quia Communitas Rauennaten. allegauit me suspectum.

DECISIO MCI.
De consensibus.
SVMMARIVM.

1 *Præstatio consensuum quando iudicare dicatur talem fraudis præsumptionem, vt resignatio non teneat.*

SAlamant. Thesaurariæ inter Didacum Obort. & Ludouicum Arias, Domini omnes fuerunt, quod præstatio consensum in Patauruela viro litigioso non indi-
1 caret talem præsumptionem fraudis, †vt resignatio non teneat, dando consensum longo tempore post datā: maximè, quia primus consensus fuit cum reseruatione regressus & aliorum, & secundus fortè potest intelligi purus siue reseruatione productorum, quia consensit resignationi simpliciter, nō autem dicit iuxta formā supplicationis habētis reseruationem. Didacus autem postea produxit declarationem regulæ de publican. vt sex menses currerēt a die datę supplicationis, & non consensus. Et licet fuisset dictum de concordia, Papa mādauit caussam expediri, & ita pronunciaui contra Ludouicum.

DECISIO MCII.
De professione.
SVMMARIVM.

1 *Professionem certi ordinis qui probare teneatur.*

VAlentin. professionis primò proposui casum super mandatis Monialium & instrumento quietantiæ, vbi appellantur Ord. Prædicatorum, & partim bullarū Benedicti & Sixti & Maremagni, & prouincialis, vbi dicuntur sub cura & secundum instituta prædicatorum viuere. Et omnes præter d. Aquen. fuerunt, eas fuisse, & esse ordinis prædicatorum ex infra dicen. & postea diui si articulos, vt infra, & proposui, an monasterium vel Beatrix sit actrix ita vt habeat probare illa esse Ordinis Prædicatorum? Et Domini non discusserunt hunc arti-
1 culum, quia tenebat, quod†etiam Beatrix esset actrix & teneretur probare Moniales esse Ordinis Prædicatorum, quod fit probatum ex infra dicendis.

DECISIO MCIII.
In eadem.

ET stringendo articulos in hac caussa mandaui informari super mandatis tantum Monialium instrumēto quietantiæ, vbi dicūtur ordinis Præd. & Domini omnes præter d. Aquen. dicebant, quod licet illa sint verba narratiua, quod probant, & ad alium effi ctum vltra illud, de quo agebatur in dictis instrumentis, quia sunt producta per ipsas Moniales, & sunt propterea instrumenta ad dec. 283. in nou. Et quia sunt confessiones Monialium geminatæ in dictis pluribus instrumentis & diuerso tempore, iterum dicebant aliqui, quod erant verba merè narratiua, sed assertiua & necessaria, vt in instrumento, vt agnoscatur, qui sint cōtrahentes. Vltimo ego dicebam, quod si ista mandata sunt ad hanc caussā, quod licet sint merè enunciatoria, quod probant quoad actum, de quo quæritur, quia videntur emissa ad hanc caussam. Nō obstat, quod in quadam commissione pro parte Beatricis impetrata dicuntur Moniales S. Augus. quia primo dum dicit, quod dicantur ordinis S. Augus. intelligitur respectu regulæ, quia sunt de regula S. Aug. Secundo quia dicta commissio fuit impetrata per assertum procuratorem, & Beatrix illam ratam non habuit. Et in hoc fuerunt vltimo Domini 23. Ianuarij 1540. q̄d enunciatiua probet. In hoc casu reperi Ant. consi. 13. nu. 9. seu col. fi. in fi. limit.

DECISIO MCIV.
In eadem.
SVMMARIVM.

1 *Religiosus dicens se viuere sub certa regula, vel ordine, debet probare.*

MAndaui postea informari super alio articulo, an ex partibus bullarum Benedicti, Sixti Marcinagni & Prouincialis, vbi dicuntur sub vna, & secundum instituta Ordinis Præd. viuere, quæ fuerunt producta pro parte Monialium, probetur illas esse Ordinis Prædicatorum, attento q̄ in aliquib. dn̄r S. Aug. & Dn̄i 16. Iu-
1 nij 1540. fuerunt, †quod probetur illas esse ordinis Prędicatorum, tum quia dicuntur sub cura, tum & fortius, quia dn̄r viuere secundum instituta Prædicatorū. Nec placuit, q̄ dn̄r viuere sub institutis & secundum instituta Prædicatorum, sed est secundum instituta data Monialib. per Prædicatores quia Dn̄i intellexerunt, q̄ viuerent secundum eadem instituta secundum quæ viuunt Prædicatores. Et hoc, quia verborum iste sensus magis mihi placet, & q̄a alia verba specificant sensū istū, vt est sub cura, & mandata, & instrumentū, quæ dicunt ibi, q̄ Moniales dn̄t Ordinis Prędicatorū. Nec obstat, q̄ ēt dicuntur S. Augustini, & Ordinis S. Augustini, quia illud intelligitur hoc est a primæua illorum institutione: nūc autem non de regula S. Augustini, vel de eius Ordine quæritur, sed de Ordine Prædicatorum ex modernis institutionibus, quibus ipsæ & Prædicatores viuerent.

DECISIO MCV.
In eadem.
SVMMARIVM.

1 *Gubernationi alicuius Ordinis commissum, & secundum illius Ordinem viuere differunt.*

Postea

POstea pro parte Monialium fuit producta partita priuilegij constitutionum fratrum Minorum, & aliorum ordinum Mendicantium, quia cauetur, quòd quinque Moniales commissæ fuerint gubernationi fratrum Minorum, virtute alicuius induIti Apostolici, ꝙ
1 † non propterea intelligantur esse ordinis Prædicatorũ factæ. Sed hoc ostendatur, vt Moniales sic commissæ gaudeant priuilegijs concessis, & concedendis prædictis fratribus: quòdque prælati ordinis exhibeant eisdẽ Monialibus de constitutionibus prædictis ordinis Minorum ea, quæ illis competere possunt. Ex hac autem partita inferebãt Moniales, quod licet sint sub cura Prædicatorum, non tamen sint eius ordinis. Sed Domini tenuerunt, quod ista partita non tolleret probationes, de quibus supra, quod Moniales non essent ordinis Prædicatorum. Et fuit conclusum propter mandata & instrumenta, in quibus appellantur Prædicatorum ordinis. & quia partita, de qua supra dicit, quod viuunt secundum instituta Prædicatorum. Et ad hanc partitam respondebant, quod dicit, qñ Moniales sunt commissæ gubernationi, non aũt qñ sub cura, & secundum instituta fratrũ viuunt. Et possunt dicere, ꝙ loquatur de Monialib. alterius regulæ: sed in casu nostro Moniales, & Prædicatores sunt de eadem regula, scilicet S. Augustini. Ergo si Moniales committuntur eorum curæ, & ꝙ viuunt secundũ eorum instituta, efficiuntur eiusdem ordinis. Secundo dicebatur, quòd partita loquatur in Minorib. non autẽ in Predicatoribus. Nec refert, ꝙ dicatur ꝙ priuilegia fratrum Minorum & prædicatorum sunt æquiparata, & sic communicata, quia istud non est priuilegium fratrũ, sed Monialium, quod efficiantur, vel non de cura ordinis, cui committuntur. Nec refert, quòd dicitur de constitutionibus *quibus fratres*, &c. & sic sunt resoluta ea, quæ habentur in registro suprascripto post carnispriuium, referendo se ad dicta testium.

DECISIO MCVI.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Ordo mendicantium quid teneatur seruare ex dispositione suæ regulæ.*

DEcimaquarta Maij 1540. proposui, dato quod Moniales sunt ordinis Prædicatorum, *an sint mendicantes, & ad istum effectum, vt agnosceretur, an professio emissa infrà annum probationis non teneret, iuxta c. non solum de reg.* Rainaldus, Clerici, Aquen. & Veral. fuerunt pro Beatrice, quòd essent mendicantes, licet non sint ex regula. Et sic producta constitutio per Moniales, si Monasterium non recipiatur, suberit Prædicatori, nisi habeant vnde se sustentare possint. Quia Doct. volunt, quòd sunt aliquæ Moniales mendicantes ordinis Prædicatorum: sed mille aliæ reperiuntur dicti ordinis mendicantium; ergo sunt istæ. Iterum quia data constitutio Monialium potuerit esse post inductam mendicitatem: & sic tempore quo prædicatores poterant habere in communi. Item quia est declaratum in Capitulo apud Valentinum super Bonifacij constitutione, vt in
1 §. Item statuimus, vbi † declarat illos mẽdicantes, quòd licet possessiones habeant, quia tamen non sufficiũt pro victu, coguntur mendicare. Et tales sunt istæ Moniales. Contrarium tenet Sarn. Mariscottus, Put. Nam Siluester non votauit, Mohed. erat indispositus. Et hoc, quia sola regulę constitutio inducit mendicantes: sed hoc ita est in istis Monialibus, ergo, &c. Itaque mandaui iterum informari. Et D. Mohed. & Thomas votarunt in sequenti audientia, vbi omnes idem Domini, & D. Mohed. & Aquen. etiam fuerunt, quòd essent mendicantes. Sarn. non fuit in Rota: nam clarum est, quòd ordo Prædicatorum est mendicans. Et ita esse Moniales etiam dicti ordinis. Ergo istæ sunt mendicantes. Et totũ cõtrarium stat in constitutione, cum sint mille Moniales, quæ recipiuntur sub cura Prædicatorum cum sufficienti sustentatione. Sed respondebatur, ꝙ euanuit postquam ordo per priuilegium potuit habere proprium, vel quod debet intelligi iuxta constitutiones fratrum, quod possint habere omnia alia, prætetquam possessiones, & redditus annuos, ita quòd ista constitutio non dicit, quod habeant proprium, sed quod non recipiantur sub cura fratrum, nisi habeant proprium. Et ꝙ fuit facta a fratrib. & sic post ordinem. Videtur igitur mutare mendicitatem. Et omnes præter Sarn. qui nõ fuit in Rota & Marsic. qui erat in Francia, fuerunt, ꝙ essent mendicantes. Et in hoc fuerunt 9. Auditores votum dantes, & ex hoc sequitur resolutio articuli, quòd infra annum Beatrix non possit profiteri, cum sit de ordine mendicantium, iuxta dictum c. non solum. Et sic, quod sua professio emissa infra annum non tenuit. Nunc restat discutere de tacita professione, ex quo per plures annos, vt professa dicitur mansisse in monasterio.

DECISIO MCVII.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum mendicitatem inducens in fratrib. non hẽt locum in Monialib. Distingue tamen, & declara, vt decis. seq.*

SEd quia post Moniales produxerunt rubricas constitutionum fratrum & sororum, ex quibus cõstat plures esse constitutiones & diuersas; & ita quòd non potest dici, quod constitutiones fratrum capiant Moniales; quia istud fortè esset, si Moniales non haberent plures constitutiones illis prouidentes in casibus in quibus constitutiones fratrum ipsis fratribus prouident. Et sic quod constitutiones fratrum inducentes illis mendicitatem inducunt etiam illam in Monialibus. Ideo pro resolutione istius articuli dubitaui, *si constat diuersa esse volumina statutorum factorum pro fratrib. & Monialib. Et vtrumq; volumen continet statuta concernentia statutum & modum viuendi vtriusque per particularia statuta, an statutum intercedens proprium habere in fratrib. & mendicitatem inducens, vẽdicet sibi locum in Monialibus.* Et
1 Domini octo fuerunt, dicentes † ꝙ nõ, quia si fratres habent proprias constitutiones, & præsertim illam sub titulo de domibus concedendis, in qua fratres prohibentur habere proprium in possessionib. & redditib. & Moniales constitutionem sub titulo eodem de concessione bonorum, in qua dicitur, nulla domus recipiatur sub cura ordinis, nisi cum sufficiente prouisione in bonis tẽporalibus pro sustentatione sororum. Et sic contrariatur constitutioni fratrum, cum istæ per constitutionem possint habere proprium, fratres possunt habere omnia præterquam possessiones, & redditus omnes. Ita etiam intelligitur constitutio sororum permittens proprium habere, quòd possint habere, dum tamen non sint possessiones, vel redditus annui. Respondebatur, quod mobilia, quæ non sunt possessiones & redditus, sunt stabilia. Sed constitutio Monialium non est de illis intelligenda, sed de immobilib. Secundò & clarius per aliam cõstitutionem sororũ sub c. 26. vbi in fine dicitur, quòd possessiones sine cõsensu conuẽtus alienari nõ possint: ergo apparet, ꝙ Moniales possint ex cõstitutionib. habere possessiones: quod secus est in fratribus. Et sic isti Domini fuerũt, ꝙ cõstitutiones Moniales non faciant ipsas mendicantes. Item nec constitutiones fratrum, licet illę prohibeant habere proprium, quia diuersæ sunt constitutiones fratrum a cõstitutionib. Monialium. Ideo Moniales non coguntur constitutionibus fratrum inesse. Et huic erat cõtrarium, quòd dicitur simpliciter, quòd istæ sunt Moniales ordinis Prædicatorum mendicantes: & ideo ipsæ tenerentur viuere secundum regulam fratrũ. Alij verò Dñi videlicet Rainaldus, & Mohed. erant infirmi, & ego proponens causam. Et tũc in vrbe 12. Auditores. Ergo, autem videns, ꝙ Dñi se resoluebant, quòd ex constitutionibus fratrum non capiuntur Monialium con-

constitutionis ex causis supra dictis mandaui informari, an fratres ex Ordine Prędicatorum sint mendicantes aliunde quam ex constitutionib. Nam si solum constitutiones haberent fratres mendicantes, quæ non capiunt moniales, certè moniales non esse mendicantes aliunde, quam ex regula, quod tamen non est vel ex approbatione seu dispositione Sedis Apostolicæ & auctoritate, & moniales essent mendicantes, non per constitutiones, sed quia aliunde ordo esset factus mendicans, licet proprii habere posset, tamen non desineret esse mendicans. Et videbatur, quod maior pars Dominorum essent, quòd non essent mendicantes simpliciter aliunde, quam ex ipsorum constitutionib. Sed aliqui dicebant, quod bene erant ex ipsis constitotionibus, sed interueniente Sedis Apostolicæ approbatione super dictis constitutionibus, quia solæ constitutiones non facerent mendicantes, & ideo dedi difficultatem, dato, quòd moniales non sint mendicantes ex ipsis fratrum constitutionibus, interueniente tamen dicta mendicitate, & approbatione Sedis Apostolicę, an sint mendicantes. In hoc dubio Sarnen. Siluester, Marsican. Verallus, Puteus, fuerunt, quòd non: & præcipuum eorum fundamentum fuit, quia si constitutiones fratrum faciunt fratres mendicantes, constitutiones autem sororum non faciunt ipsas mendicantes, licet constitotiones fratrum sint approbatæ, tamen non debent facere moniales mendicantes, quæ sub illis non comprehenduntur, sed tantum fratres. Nam confirmatio non extenditur ad non comprehensa, vt sunt fratres. Rainaldus vero, Aquen. Clerici, Mohed. & Thomas, fuerunt in contrarium, quia Sedes Apostolica pro mendicantibus secundum ipsos approbauit totum Ordinem Prędicatorom, non autem fratres tantum. Et fuit aliàs resolutum, quod moniales erant Ordinis Prædicatorum. Ergo & ipsæ sunt mendicantes. Ad quod replicabatur, quòd approbant quatenus continebant constitutiones, & sic respectu fratrum. Sed cum Domini essent diuisi, & maximè propter calores, cum hoc fuit 20. Iunij 1540. & d. Mohed. infirmus, distuli causam ad Calendas Octobris.

DECISIO MCVIII.

In eadem.

SVMMARIVM.

Constitutiones fratrum non ligant moniales ad mendicitatem, quando constitutiones ipsarum sunt posteriores constitutionibus fratrum.

ET in illo tempore erat primo discutiendum super dicta difficultate, an probetur, quod † constitutiones fratrum, & sororum emanauerint eodem tempore, & tunc procedit superior difficultas: si verò constitutio sororum emanassent post constitutiones fratrum, sine dubio haberet minorem difficultatem contra moniales, quia fuit resolutum, quod constitutiones fratrum non faciunt moniales mendicantes, quia moniales habent proprias cōstitutiones, quę permittunt ipsis proprium. Sed tempore, quo fuerunt factę constitutiones fratrum, & a Sede Apostolica confirmatæ, moniales non habebāt proprias constitutiones fratrum: ergo illas comprehendere non debet. Verum, quia ipsæ moniales postea fecerunt constitutiones, quòd liceat illis habere proprium, vnde tacitè videantur fateri mendicitatem ante approbationem constitutionum fratrum illas comprehenderi um, & sic totus ord o tam masculorum, quàm feminarum appobatos fuerit pro mendicante, ideò non desinerent ipsæ mendicantes esse. Vnde primo erit informandum, an constet, vel præsumatur quod constitutiones fratrum essent ante constitutiones sororum, vel eodem tempore. Et de mense Nouembr. ter D. Rainaldus, Sarnen. Aquen. Clerici, Verallus, Marisc. & Tho. fuerunt, quòd constitutiones fratrum essent ante constitutiones sororum. Et hoc etiam tenuit Put. & fundamentum fuit, quòd apparet de tempore constitutionum fratrum, qua fuerunt factæ a B. Dominico, & confirmatæ ab Honorio Papa Tertio, quæ constitutiones inducunt mendicitatem, & sic constitutiones fratrum habent certum tempus, sed de tempore constitutionum sororum non apparet, ergo constitutiones fratrum habentes certum tempus debent comprehendere constitutiones monialium, vt dicimus de duobus instrumentis eiusdem diei, quorum vnum habet horam, aliud vero non, ad Soc. in l. 2. sol. matr. Dec. in c. pastoralis. Nec mouebat Dominos, quòd antequam fratres & moniales fierent per Beatum Dominicum Ordinis Prædicatorum, quòd erant, prout sunt, regulæ S. Augustini. Et verisimile est, quòd a principio habuerint & constitutiones, quia dicitur, quod potuit etiam esse, quòd habuerint, & viterim tamen secundum regulam, cum de constitutionib. non appareat, vel sint constitutiones fratrum. Arbitrabatur tamen Puteus, quòd cum non appareat de consensu monialium, non potuerunt per constitutiones fratrum effici mendicantes, & arctioris regulæ, & ideò mādaui informari, vt supra. Et Marcell. qui in audientia præcedenti non fuerat in Rota, propter indispositionem fuit postea in Rota, & noluit votare. Nam dixit, quod ex quo articulus fuerat votatus, quòd volebat votare: alij omnes fuerunt in primo voto.

DECISIO MCIX.

In eadem.

MOdo ad instātiam partis mando informari, dato, quod moniales essent mendicantes, numquid postea per constitutiones suas, quibus permittitur illas proprium habere, licet non sunt a Sede Apostolica approbatæ, desierint esse mendicantes, 21. Maij Rainaldus, Siluester, Clerici, Mariscottus, Veraldus, Puteus, & Thomas, & cum istis videbatur consentire Mohed. licet non votauit, quia propter infirmitatem non studuit, tenuerunt, quod moniales sint mendicantes, non obstante cōstitutione, quòd possint habere proprium, rationibus quas omitto. Nam omnia in informationibus habentur. Sarn. & Aquen. dicebant, quòd si communis reputatio est, quòd sint mendicantes, quòd ipse per consilium Abbatis, etiam licet Lap. teneat contrarium, sint mendicantes. Iterum Puteus, qui tenuit quod sint mendicantes, dicit ex eo, quia Ordo Prædicatorum est mendicans, & præsupponimus ipsas talis Ordinis: ergo mendicantes, & licet possideant proprium, illa constitutio fortè emanauit postquam effectæ erant mendicantes. Et constitotio quod habeant proprium, non facit illas non mendicātes. Sed quia primo fuerat informatum, bene debere circa hoc mandari informari, an constitutio fratrum possit illas mendicantes facere non mendicantes. Item, an sit dare mendicantes aliunde, quam ex regula. Vidi summarium testium, qui non bene probant, quòd moniales publicæ mendicantes, nisi vnus tantū, etsi Aquen. erat contra Dominam Beatricem,

DECISIO MCX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Publica vox & fama cum alijs indicijs probat professionem infra annum probationis, vel saltem onus probandi contrarium transfert in partem aduersam.*

VIgesimaquinta proposui dubiū, posito quòd testes dicant, ꝙ publice audiuerant in ciuitate Valent. quod emittat Beatrix professionem infra annum probationis: alij quòd a monialium confessore, qui Dominam Beatricem ad professionem admisit, & alij a multis, & diuersis personis multoties: stantibus articulis & cōfessionibus monialium nunc dubitatur, an probetur, quòd Beatrix emiserit professionem infra annum probationis, vel saltem onus probandi contrarium transferat in
1 moniales. Et dicebatur, quòd † non probatur, quia sola publica vox non probat, maxime, quia contra profes-

sionem, quia potuit oriri post litem motam. Idem & de auditu a monialibus in Capitulo hoc non releuat, & in hoc erat D. Aquen. & alij Rainald. Sarnen. Clerici, Brittonorien. & Puteus in contrarium, quia probationes suot arbitrariæ, vt constat ex toto confessionibus monialium, licet nunc reuocatis. Item, quia ista professio malè potest probari ab alijs, quàm a monialibus & sic dicitur difficilis probatio: quo casu publica vox, maximè cum alijs indicijs probat, vel saltem transferri onus probandi contrarium in moniales, & in hoc condescendit D. Aquen. Mohed. Marsican. Marisc ot. & Thom. erant infirmi. Et ideo mandaui iterum informari, cum ipsi erant in Rota: Thomas venit, & ipsa, & omnes alij fuerunt in eodem voto.

DECISIO MCXI.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prima instantia non est danda cum retardatione expeditionis causæ, vbi summaria probatio requiritur.*

VLtima Ianuarij 1541. Mohed. proposuerat caput tacitæ professionis, & moniales petierunt remissoriam. Et Domini omnes, qui erant præsentes Rainald. Mohed. Sarn. Aquen. Brittorien. Put. & Thomas fuerunt, quòd mandetur in hac prima instantia, quia cum causa perpenderit in partib. & quia volunt probare partem eorum, quorum est probatum, & resolutum contrarium, & quia etiam si remissoria esset danda, non est danda in hac instantia, vt supra & quia etiam causa pependit in partibus, & ibi posuerunt suas probationes facere, & quia moniales possident bona Beatricis, & quia Beatrix iam erat 33. annorum: ideo causa non debet in longum protrahi, vt si istis est possit effici mater, vt desiderat, & quia dicunt, quod in causa maioricatus, cum N. fuit ita factum, tamen pars aduersa hoc negat, & dicit, quod fuit sibi data in prima instantia vna remissoria, & eadem pars petebat secundam. Domini voluerunt in illa causa, quòd daretur remissoria. Et eadem die sententia iterum proposita † num esset danda remissoria. Omnes etiam fuerunt, quod non datur in hac prima instantia, nisi in euentu, quod detur sine retardatione expeditionis causæ. Sed moniales nolunt illam, nisi cum retardatione expeditionis causæ, quam hoc modo date nolūt.

DECISIO MCXII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Moniales suspensa & absoluta, sed nondum rehabilitate, an possint admittere ad tacitam professionem monialem.*

DIe 14. Februar. 1541. quia Domini dixerunt, quod Beatrix emisisset professionem infra annum probationis, & sic quod moniales essent suspensæ per c. non solum, de reg. iur. in 6. & sic quod postea tacitè emittere non poterit, vt ibidem dicitur, ex quo moniales erant suspensę, & quia dicebant se fuisse absolutas, ergo super absolutione videndum, quia dicunt testes, quod singulo anno solent absolui in festiuitatibus sollemnibus etiam a censuris: Sed non dicunt, quòd istæ moniales Sanctæ Catharinę de Senis fuerunt sic absolutæ: & sic non videtur concludere. Item Dominus Ioannes Melchior dicit, quod ipse illas absoluit, sed non recordatur, de quo anno, mense, & die, & sic non videtur concludere. Tamen Domini non se omnino resoluerunt, quod non probarent, sed dixerunt, quia verisimile est, quod quolibet anno saltem in Paschate moniales fuerunt
1 absolutæ: & ideo hoc † posset probari, quod daretur dubium, præsupposito, quod moniales fuerunt absolutæ, an potuerunt tacitè admittere Beatricem ad professionem, cum non fuerint rehabilitatæ propter glo. in ver. suspens. d. c. non solum, de reg. in 6.

DECISIO MCXIII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio a suspensione, an possit fieri in foro pœnitentiali vt possit etiam in foro fori, & decis. seq.*

PRoposui plures dubium, an fratres in eorum priui-
1 legijs, vbi † dicitur quòd possint absoluere ab excommunicatione, vt suspensione a iure vel ab homine illatis, & c. intelligantur posse absoluere tantum in foro pœnitentiali quoad animam, an vero quoad etiam forum contentiosum, & sic quod potuerunt absoluere a suspensione in quam incurrerant moniales, quia Beatricem tota annum ad professionem admiserunt, ad c. non solum, de regul. in 6. Et fuit tenium quòd Papa dat illis facultatem absoluendi etiam quo ad hoc, vt dicantur habilitatæ, & pro hoc ponderantur verba, quæ sunt in facultate, quæ in pluribus locis etiam per Ioan. Aloysium Aduocatum monialium considerantur, & hoc tenuit Aquen. Maceraten. Marsican. Brittonic. Put. & Thom. In contrarium fuerunt Raimundus Mohedan. Mariscottus, quia dispensationes istæ sint strictæ intelligendæ, & vt minus præiudicent dispositioni iuris communis quoad sit possibile, Sarnen. non votauit.

DECISIO MCXIV.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio a suspensione non comprehendit inhabilitatem.*

POstea dedi singulis Dominis vota tertio super absolutione monialium. Et Domini omnes fuere, quod
1 non probaretur, quòd † moniales fuerunt absolutæ a suspensione, in quam incurrerant, admittendo Beatricem ad expressam professionem infra annū probationis: nam dicti fratres bene dicunt se absoluisse illas, sed non recordantur de quo anno, mense, & die, & sic non concludunt, quia potuerunt absoluere ante illarum inhabilitatem, propterea sunt singulares. Alij testes, qui dicunt, quòd credunt eas absolutas, quia consuetum est eas absolui in festis sollemnibus non probant, quia non valet probatio a communiter accidentibus nisi in connexis, quando vero semper solet esse cum altero, semper vno probato potest dicere etiam aliud connexum esse probatum. Iden non dicunt, quòd viderunt semper hoc fieri in omnibus monasterijs, licet viderint in aliquibus, & aliquando. Vlterius dicebant Domini, quod etiam si testes essent contestes super absolutione a suspensionibus, quòd tamen forte non concluderent in casu nostro, quia non dicunt quod absoluerint a suspensione contracta propter receptionem Beatricis: nec ipsi potuerint absoluere ad hoc, vt rehabilitarent ad admittendum moniales, sed quod absolutio intelligitur facta respectu anni, ex quibus aliter non constat, quòd sit facta ad aliud effectum.

DECISIO MCXV.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria etiam in prima instantia dari potest sine retardatione in his qua requirunt subitam expeditionem.*

VIgesimaoctaua Martij 1541. post sumptam resolutionem iterum proposui, *an, quia moniales licet nō plenè suam probauerint absolutionem, tamen plusquam semiplenè probant, ad illam proband. & alia releuantia deberat monialibus remissoria?* Et in. Domini (nam solus
1 Siluester erat absens) fuerūt, † quòd daretur in hac prima instantia, vt etiam bis prius tenuerat Rota, nisi quòd non potest dari sine retardatione expeditionis causæ, & resoluta causa datem remissionem, & post eadem audientia, sententia.

DECISIO MCXVI.
In eadem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Moniales admittentes ad professionem infra annum probationis, an & quando excusent se a suspensione.*

1 PRima Aprilis 1541. proposui, an † moniales habeant legitimam excusationem, etiam, quod admiserant Beatricem ad professionem infra annum probationis, vt nō incurrerint suspensionem, de qua in c. non solum, de regul. Et hoc ad hunc effectum, quia si non incurrant suspensionē potuisset admittere ad professionē Beatricem tacitè post annum, & dicebatur, quòd sic, quia Petrus de Palude, & alij duo Theologi dixerunt, illas non esse mendicantes: ergo eas non ligat constitutio, cap. non solum, & opinio vnius Docto. excusat. Item, ex quo causa licet iniusta, excusat a dolo. Item, quia in Rota fuit difficultas, an essent Ordinis Prædicatorum, & mendicantes, ergo istam debent probare iustam causam litigandi. Licet omnes Domini tenuerint contrarium, quòd possint mendicantes se excusare, tamen aliqui ex Canonistis dicūt dari moniales Ordinis Prædicatorum mendicantium. Item debent consulere peritos. Item non agitur de dolo, sed de lata culpa, vt supra, admittendo ad professionem infra annum. Item, non est credendum, quòd moniales asserant se ignorare eorum statum, & conditionem.

DECISIO MCXVII.
In eadem.

SVMMARIA.

1 *Petitorium quibus ex caussis suspendi possit.*

2 *Constare de non iure in petitorio non dicitur, quousque non sit conclusum in causa, & renunciatum probationibus.*

QVarta Aprilis, (quæ fuit penultima audientia ante festa paschalia: Nam vltima fuit sexta die Mercurij, quia die Veneris fuit consistorium publicum) moniales suspenderunt petitorium & 6. Aprilis 1541. partibus informantibus proposui, *an in casu nostro petitorium*
1 *potuerit suspendi?* Et † dicebatur, quòd sic, quia ante conclusum in causa petitorium potest suspendi. Clem. vnica, de cau. possess. & propriet. & quia non dicitur constare
2 de non iure in petitorio, † quousque non sit in causa cōclusum, aut renunciatum probationibus. cap. significauerunt, de testibus, & ibi glo. & Doctor. in verbo, loquere, & Abbas col. 2. Rot. decis. 16. de restit. spoliat. in nou. Respondetur pro parte Beatricis, quod nullum erat spolium, quia licet ipsa fuerat extracta ex monasterio S. Catharinæ, & sequestrata in aliud monasterium lite pendēte, & da mandato Papæ, quod non potest monasterium Sanctæ Catharinæ dicere se spoliatum dicta Beatrice. propter dictum sequestrum, vt moniales possint dici spoliatæ, vt per Bald. Imol. Paul. & Modern. in c. actorom, ff. de acq. possess. post Imol. in cap. in præsentia. de probat. tradunt Doct. in c. examinata. de iudic. Et quod adducebatur, vt principaliter diceretur, & disputaretur, nō esse spolium, sed vt demonstraretur, quod moniales nūc calumniosè intendunt instare super spolio, vt differrent causam in istis vltimis audientijs, & ante hoc tempus debuissent suspendere petitorium, & non expectare in vltimis audientijs.

DECISIO MCXVIII.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium suspendi non potest cum apparet de manifesta calumnia petentis suspendi.*

ITem dicebatur, quod dato, quòd moniales verè fuissent spoliatæ, quòd tamen, ex quo lis pendet in Rota per quinque annos super petitorio, quod nedum fuit instructum, sed etiam resolutum, quod io eo moniales non habent ius, super eo videlicet. Primò, super possessione expressa. Secundò, super tacita denegata remissoria, & tamen voluit petitorium suspendere, ex quo appa
1 ret de earum manifesta calumnia, quo casu calumnia nō admittit suspensionem petitorij, vt est tex. in d. c. pastoralis. de cau. possess. & propr. facit quod Imol. de calumnioso inquit in c. post electionem. de præben. & Bald. in c. 10. col. 2. de restit. spol. in ver. & ideo. Quod vt super possessorio, & ante omnia cognoscatur, est introductum in fauorem spoliati, cui fauori spoliatus potest renunciare, cum patiatur causam instrui super petitorio, & per gl. in cap. ex conquestu. de restit. spol. Et ita ex capite præsumptæ calumniæ fuerunt octo ex Dominis, quòd tunc in vltimis audientijs non debeat considerari ista suspensio petitorij. Sed Marcellus dicebat, quòd sibi videbatur, quod debet posse suspendi, quia non est clarum monialibus non competere ius in petitorio, cum possent adhuc examinare, & dicere de iure suo, licet hucusque non docuerint.

DECISIO MCXIX.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Professionis emissio an probari possit per testes de auditu, & de publica voce & fama.*

VIdentes moniales, quòd erat resolutum, quòd ipsæ erant Ordinis Prædicatorum, id est, mendicantiū: ex quo veniebat inferendum, quòd professio emissa infra annum a Beatrice ideo non tenuit, quia ipsa fatebatur in suis articulis, quòd in die S. Thomæ 1521. emiserat professionem, & quod ingressa fuerat in mense Augusti præcedenti. Reuocarunt omnes suas confessiones, & articulos datos per procuratorem, quia ex illis consta-
1 bat, † quod infra annum emiserat professionem. Et ideo vltra alia adminicula ad probandum, quòd Beatrix infra annum emiserat professionem examinauit aliquos testes in curia, quorum primus dicit, *audiuisse a multis, & præsertim a Lucia sa... Beatricis, quod emiserat professionem in die S. Thomæ, 1521.* Secundus, *quod audiuit a sorore seu moniali.* Tertius, *quod audiuit a Duce Calabriæ, a Regente Procur. Valentin. & a Beatrice, & a monialibus, penes quas nunc stat Beatrix, & ita publicè a multis in Ciuitate Valentin.* Quartus, *quod audiuit multoties a diuersis partibus a multis personis, quod infra sex mēses emiserat professionem, & clandestinè, & quod clandestinè, & publicè, & sollemniter non vocatis consanguineis, vt solet, & plures testes deponunt.* Quintus dicit, *quod audiuit a multis, & publicè in Ciuitate Valentin. quod moniales deceperant Beatricem, & alias etiam, quòd deceperant, & quod hoc propter bona, & credit, & audiuit, quòd si esset pauper, illam reijcerent a monasterio, & quod maior pars Dominorum temporalium fuit alterata propter hoc, & credit, quod non habebant tantam deuotionem in dicto monasterio, quantam habebant antea.* Ex testibus vero pro parte monialiū alijs examinatis, duo colligūtur, quòd audiuerunt a monialibus, quòd infra annum probationis professionem emiserat Beatrix, & quòd moniales illam admiserunt ad professionem suis multis precibus, & vnus illorum, qui audiuit etiam a confessore Beatricis, & alter a confessore monialium, qui dicebat, quòd fecerat, quòd moniales, & Beatrix renunciarent tempori probationis, & sic ipsæ illam admiserunt: ergo firmantes in dicto testium cum alijs adminiculis, attenta reuocatione articulorum monialium, probant, quòd Beatrix infra annum emiserit professionem. Et sic Domini se resoluerunt, quòd sic. De alio erit quærendum, an cum fratres mendicantes infra annum probationis non possunt emittere professionem valide, hoc procedat in monialibus cum alij testes dicebant, quòd viderant aliquas ipsarum infra annum emittere professionem, & validè. Et cum possit considerari, quòd hæc visa est valida professio propter ratificationem, cuius illæ moniales numquam reclamauerunt, sequitur quod possit pronunciari in petitorio: immo quòd ex quo præcesserant dictæ commissiones quoad suspensionem petitorij monialium, magis apparet de calumnia,

cum in tanto termino maximè prios termino sibi præfixo, nihil deduxatint. Vlterius potest dici, quòd moniales renunciauerint illi commissioni de spolio, & attentatis, ex quo post illam semper persecutę sunt petitorium, scripturas, & testes super illo producentes, & per plures annos informando, ita quod habent impedire, quamuis subscribatur sententiæ, de quo tamen pars non facit verbum, quod mihi occurrit, dum reuiderem acta.

DECISIO MCXX.

In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Moniales mendicantes non possunt efficere suis constitutionibus, vt non sint mendicantes.*

PRoposueram etiam anta prolationem sentĕtiæ, qoòd oblitum fuerat notari, qoòd moniales mendicantes vigore constitutionum fratrũ potuerint effici non mendicantes postarioribus ipsarum monialium constitutionibus, quibus permittitur illis proprium habere: & licet pro parte monialium fuerit petitum, & super hoc informaretur, tamen postea pars monialium noluit informare videns difficoltatem esse modicę considerationis. Sed
1 pro parte Beatricis fuit informatum, quòd bene moniales potuissent laxatæ ad arctiorem regulam transire, sed non, vt da mendicantibus efficerētur noo mendicantes, ita quòd opus fuisset totum ordinem monialium consensisse in mutationa vitæ, non autem solum monasterium Sanctæ Catharinę, & quod non potuerint de mendicantibus effici non mendicantes suis constitotionibus, teuueruot Domioi.

DECISIO MCXXI.

In eadam.

SVMMARIVM.

1 *Professio nec tacita, nec expressa dici potest, quæ legitimo modo non est facta.*

ITem fuit allegatum, etiam quòd moniales essent absolutæ, quod licet Beatrix inciderat, & ipsa in irregularitatem, & sic non potuerat etiam ex persona sua efficere, vt iure habilitaretur, tamen non fuit hoc omnino di-
1 scussum. Et † tādem expediui causam pro Beatrice, quòd non sit legitimè professa, nec tacitè, nec expressè.

DECISIO MCXXII.

De iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vel eius Vicarius possunt ex causa mutare voluntatem testatoris.*

FErdinandus qoidam Terræ de Congosto Astoric. Diœc. condito testamaoto omnibus eius legatis solutis mandauit residuũ bonorum suorum Capellæ S. Barthol. vt celebrarentur omni hebdomada quartuor missę, & reliquit pattonos dictæ Capellæ vniuersitatem dicti loci del Congosto, & rectorem eiusdem parochialis pro tempore exiltētis, & quemdam Aluarum Garsiam eius nepotem: deinde cum bona d. Capellæ dissiparentur per vniuersitatem dictæ Terræ, & Rector Ecclesiæ, seu eorum Procuratores pręsentaoerint quemdam Nicolaom Garsiam pro Capellano Vicario generali ab Astoricen. prædictus Vicarius citato Aluaro Garsia seruatis seruandis, dictam Capellaniam in titulom beneficij eresit, & bona relicta dictæ Capellaniæ applicauit ad dictam Capellaniam, prædictumque Nicolaum Garsiam instituit: a quibus omnibus ad sedem Apostolicam fuit appellatum ex parte Aluarij Garsiæ laici patroni. Dicebatur, *quòd erectio, & prauisio in fauorem Nicolai Garsia facta, erant inualida, quia non fuit seruata voluntas testatoris, nec Vicarius potuit de iure illam mutare, nec alterare.*

Fuit dubium, *an erectio Capellania sit ritè facta.* Fuit resolutum per maioram partem pluribus contradicentibus, quòd dispositio Episcopi non fuit contra volun-
1 tatem, quia † Episcopus seu eius Vicarius, ex quo volūtas testatoris iuxta clausulam testamenti non erat adimpleta, potuit in causam necessariam, vel vtilem mutare voluntatem testatoris, Io. de Imo. in l. 1. col. 2. ff. de cond. instit. refert, & sequitur Felin. in c. super his. de accus. col. 2. Et licet essent verba in testamento posita, quòd Missæ dicerentur per Capellanos positos per patronos, tamen non mutabatur voluntas, sed perpetuabatur. Bald. in l. si testamento, C. de testa. maximè, quando Capellania erat dotata, cum essent omnia bona relicta testatoris, vt constabat ex puncto, ad no. per Abbat. in c. 3. de Eccl. ædific.

DECISIO MCXXIII.

De naufragio.

SVMMARIVM.

1 *Communitas condemnari non potest super gestis per eius administratores, nisi conuocato consilio ratificauerint.*

IN porta Neptuni fuit onerata barca Dominorum de Bonuisijs, quæ vi ventorũ fuit perlata in iosulam Silij, & intempestatis passa est naufragium. Omnes homioes, Potestas, & massarij acceperunt prædictum frumentum, & fuit facta distributio per potestatem inter homines dictæ terræ. Agebatur contra communitatem terræ Silij, vt solueret frumentum, & omnia damna: fuit probata intentio, qualiter fuit facta distributio dicti frumēti per Potestatem, vt constat ex partitis certi libri Potestatis, & per testificationem testium, & fideiussionem factam a Potestate tempore sui recessus, quòd solueret partem frumenti, quam ipse acceperat, si aliquando esset petita.

Foit dubitatum, R. P. Domino Episcopo Rauell. causam proponen. 12. Februarij 1540. *an ex partitis ex libro Potestatis extractis, & per attestationem magistri nauis factam Neapoli inter alios, & per instrumentum fideiussionis haredis potestatis, & per testes in curia examinatos, appareat granum, de quo agitur, fuisse receptum per communitatem, vt communitas damnari potuerit?* Fuit tentum, vt communitas non potarit condemnari, nec apparet, quod susceperit granum, quia per nullum genus probationis, & omnibus iunctis apparet, quod communitas aliquid egerit. Et bis, aut ter fuit causa proposita, & 23. Ianuarij eiusdem anni, fuit tentũ, quasi per omnes, quod
1 † communitas non potuerit condemnari de aliquo actu gesto per communitatem, nisi conuocetur Consilium, vt requiritur, Oldrad. in consil. 65. & 66. fundatur hæc constitutio ex cons. Paul. 86. & per no. per Bart. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœn. Ias. in l. ciuitas, ff. si cert. pet. Abb. in c. dilecti. de simon. nec obstat, quod no. Anchar. in cons. 138. & Io. de Anan. in d. c. dilecti. Card. in Clem. 1. de pęn. quia loquitur, cum vniuersitas esset facta ditior, tunc teneretur absque hoc, qood esset Consilium conuocatum. Sed in casu nostro fuit probatum deuenisse ad actus particulares, nec etiam sumus in actu successiuo, in quo daretur effectus, puta guerra, vel rebellio, & sic loquitur decis. Neapol. 376. nec obstat Duct. Flor. in l. 1. ff. de incend. ruin. & naufrag. quia loquitur in robaria. Sed hic fuit probatum, quòd ministri frumenti dederunt licentiam transportandi frumentum iam deperditum. Nec etiam obstat, quod not. Bart. in l. ne quis, ff. de incend. ruin. & naufrag. Nam procedit, quando communitas restituere potuisset. Bart. in l. 1. §. occasione. ff. ad Silan. & cit cons. Oldrad. 315.

DECISIO MCXXIV.

De appel.

SVMMARIVM.

1 *Termini præfixio data Procuratori ad appellandum, & prosequendum appellationem non valet, nisi quoad ipsum principalem.*

FVit dubitatum in vna Bonon. parochialis de Monte maiore coram R. P. D. Marco Antonio, præsupposito, quod procurator in prima instantia non potest committere causam appellationis, an præfixio termini

mini facta per iudicem a quo ad committẽdum, & prosequendum appellationem, teneuerit, ita quod elapso dicto termino, & causa appellationis non commissa per principalem, sententia transiuerit in rem iudicatam, 16. Ianuarij 1542. per maiorem partem, licet aliquibus con-
3 tradicentibus, fuit † tentum, quòd illa præfixio termini facta per iudicem procuratori, non valeat, quoad ipsum tantum: secus autem quoad ipsum principalem, quasi talis præfixio sit actus secundæ instantiæ, ad quem procurator non habebat mandatum, quia procurator constitutus in vna causa, eo ipso, quòd est lata sententia, desinit esse procurator, ita quod non remanet procurator, l. inuitus, & ibi glos. C. de procurat. l. si actor. C. eod. quia prosequutio appellationis non est de appendicijs primæ causæ. Ias. in d. l. si actor. C. eod. Deinde cum sit actus factus contra absentem non citatum, est inualidus, text. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. Nec obstat, quod dicit Rom. in c. 1. de appel. quia intelligitur, quando talis præfixio termini sit data appellanti legitimam personam habenti ad prosequendam appellationem, vt not. per Doct. in l. procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand.

DECISIO MCXXV.
De restit. spol.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio debet fieri ad eundem statum, & esse, quo quis reperiebatur tempore spolij.*

BOnon. spolij inter D. Isabellam de Gonzaga ex vna, & Dominos de Pepulis ex altera parte: petebat D. Isabella de Gonzaga restitui ad alimenta, quæ percipiebat ex bonis sibi relictis a marito tribus sententijs latis in fauorem ipsius Isabellæ: item petebat restitui ad bona feudalia, & restitutioni subiecta. Ex parte altera allegabatur, quòd nõ poterat ad hæc bona restitutio fieri, quia in feudis succedunt filij, & nepotes, licet testator aliud mandet, c. 1. de success. feud. quia non poterat de feudo testari. c. 1. de prohib. feu. alien. per Loth. & in c. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. nec super his bonis poterat imponi aliqua seruitus. l. fin. C. de rebus alien. non alien. Et idem in emphyteusi, quę non transit ad extraneos. Doct. in l. etiam. ff. sol. matrim. Alex. in l. quod dicitur. §. si autem. C. com. de leg. Fuit dubium, 15. Nouem. 1548. R. P. D. Episcopo Sarnen. causam proponente, an alimenta, quæ vigore sententiarum latarum restituẽtur D. Isabellæ, percipi debeant, & possint per ipsam super bonis emphyteuticis, vel fideicommisso subiectis. Fuit tentum, &
1 resolutum per omnes quòd † restitutio debeat fieri ad statum, in quo erat tempore spolij, quo tempore possidebat bona feudalia, & emphyteutica, & sic restituitur ad hæc bona, quæ possidebat, quando fuit spoliata, cum sit satis suspensum petitorium. Et dictum fuit, quòd etiam tunc non constabat ex actis, quibus aliqua bona fuerint feudalia seu emphyteutica, quia iura super hoc producta concernunt petitorium, & sic nõ probant in possessorio: imò nec in hoc iudicio potest cumulare per eandem rationem. Pro hoc est tex. in c. fin. de rest. spol. nu. 1. & Abb. in cons. 467. col. 11. vbi si feminę agunt simplici possessorio acquirendæ possessionis, non possunt impedire suo colore, quin bona sint feudalia, quia tangit petitorium. Et in eadem causa 7. Martij 1546. fuit conclusum, quod hęc alimenta debent dari etiam in perpetuum, & si quidem alimenta prætensa sunt præstanda, cum hic non fuerit actum iudicis officio, sed iure actionis, ad not. per Doct. in l. de alimentis. C. de transact. & quia hic agebatur super spoliatione alimentorum, erat necessarium, quòd alimenta præterita restituantur, & vera est restitutio.

DECISIO MCXXVI.
De litteris, & sigillo Episcopi.

SVMMARIA.

1 *Vita an sit probanda per eum qui allegat.*

2 *Litteræ Episcopi solo sigillo probant ordinationes etiam inter non subditos factas de licentia proprij Episcopi.*

3 *Reputatio communis sufficit ad probandum quem esse clericum.*

Promotio autem sufficit per vnum testem probari.

PEr obitum Cardin. de Victoria, vacauit parochialis Ecclesia de Pago, Card. de Legia, Archiepiscopus Valenti. seu eius Vicarius ad hoc speciale mandatum habens contulit Martino de Blanda Illerden. Diœc. qui omni iuri sibi competenti cessit, siue resignauit in fauorem Martini de Calaferra; Io. autem Baptista de Baldachino, qui prætendebat ius ad prædictam parochialem, lite pẽdente inter eos allegauit, Martinum Blanda non esse clericum, & cũ resignasset ipse in fauorem Martini de Calaferra, erat obligatus ad probandum, quòd viueret resignans tempore resignationis. Ex parte contraria dicabatur, quòd Martinus de Blanda erat promotus, & ad hoc fuerunt præsentatæ litteræ promotionis, in quibus continebatur, quòd Ludouicus Episcopus Aurien. de licentia Episcopi Illarden. promouerat. Insuper dum constat de resignatione, non erat probãdum aliud, quia quilibet præsumitur viuere, si pars aduersa volebat probare contrarium sibi incumbebat. Fuit dubium 13. Ianuarij 1539. R. P. D. Io. Paul. causam proponente, *an Martinus de Calaferra teneatur probare Martinum Blanda resignantem viuere.* Rota fuit varia, & diuersa, & vna pars acces-
1 sit in vno voto: altera in fauorem Martini, quòd † non teneretur probare vitam, quia non fundat intentionem suam in vita resignantis. ad not. per Bart. in l. si quidem, ff. sol. matr. Secundum dubium eadem die 13. Ianuarij 1539. fuit propositũ, an litteris Episcopi solo sigillo recognito credatur quoad ordinationes quas fecit in non subditos, & sic ad ordinãdum Martinum non subditum de licentia sui Ordinarij. Et omnes tenuerunt, quòd sic, cũ agatur de modico præiudicio, exceptis R. P. D. Marsican. & Rauellen. tenentibus, quòd propter decis. 1. de
2 præb. in nou. quæ videtur dicere, quòd † sigillum Episcopi non faciat fidem inter non subditos, & ratio aliorũ Dominorum fuit, quòd cum in litteris diceretur, quod ordinatio fuit facta de licentia sui Episcopi, & tempore actus potuit interuenire, præsumitur interuenisse, ad no. per Card. & Fel. in c. altera. de testibus idem Felin. in c. si-
3 cut nec, col. 4. de iudic. & quia ad probandum, † quod aliquis sit clericus sufficit communis reputatio, in nou. de eo, qui fur. ord. suscept. & ad probandam promotionem sufficit vnus testis. Bald. in l. licet, de testibus, & solo sigillu Episcopi probantur ordines. gl. in c. inter quattuor, de cleric. & peregrin.

DECISIO MCXXVII.
De vacatione per commendam.

SVMMARIA.

1 *Exspectans non potest acceptare beneficium affectum per commendam, cessante commenda.*

2 *Beneficium affectum, & reseruatum differunt.*

3 *Beneficia commendata dicuntur affecta taliter, quod inferior non potest se in eis intromittere.*

PArochialis Valent. de Pago erat commendata Card. Viz. cessauit commenda per obitum Card. Io. Baptista de Baldassinis virtute suæ gratiæ exspectatiuæ acceptauit prædictam parochialem Ecclesiam: Martinus de Calaferra, qui prætendebat ius ad illam, dixit non posse acceptare, quia erat affecta, & beneficium ita vacãs per commendationem, quod huiusmodi poterat capi per exspectatiuam. Fuit dubium propositum 6. Iunij 1539. R. P. D. Ioan. Pauli causam proponente, *Vtrum exspectans potuit acceptare beneficia vacatura commendam, aut affecta per commendam, adeò quod illa affectio dicatur ex generali reseruatione.* Fuit dictum per omnes,
1 quòd † exspectans non potuit acceptare beneficium affectum, nec capere per appositionem manus Papæ in

omnem euentum, siue sit commẽda perpetua, siue temporale beneficium,& non voluit tenera consil. Socin. 32. quòd exspectans potuit habere beneficium commendatum cessante cõmanda, quòd cons. Aene. de Falc. in tract. de char. subsid. intellexit in commenda perpetua. Et voluit Gaspar de Perus. in tract. reser. in 1. part. exspectans non potuit capere, intellexit idem Aeneas in commenda temporali, cum esset hæc diuersitas, & dubitatio iterum 29. Octob. 1530. fuit proposita in Rota, & omnes tenuerunt, exceptis duobus R. P. D. Macerat. & Rauellen. quod exspectans nõ potuit capere beneficium affectum per commendam cessante commenda, per rationem cõmunem, quod exspectans non potest acceptare reseruatum. Duo autem de prædictis dicebant, quòd verum
2 erat in reseruato: secus in affecto, quia aliud est † beneficium reseruatum, & aliud affectum: quia in reseruato, & expressa dispositio Papæ reseruantis, quòd non est in affecto, eo maxime, quod reseruatio est odiosa, exspectatiua autem fauorabilis. Et in odiosis commenda nihil inducit, & videtur, quod non incurrat execrabilitatem secundum practicam Rotæ. Item quia regulæ Cancellariæ tantum disponunt, quòd exspectans non accipit beneficium reseruatum, vel affectum ex generali reseruatione, & quòd affectio ex commenda non est ex generali reseruatione. Et ita tenuerunt Rom. cons. 335. Soc. consil. 72. præualuit tamen maior pars, quæ fundatur in hoc, quia impetrans beneficiom reseruatum, vel affectum tenetur facere mentionem de affectione, Felin. in c. in nostra, co-
3 rol. 5. de rescript. & beneficia † commendata dicuntur affecta, ita quod inferior non potest se intromittere in ais, c. vt nostrum, de appel. tenet collect. in c. cum nobis, de elect. gl. in c. ius ciuil. in prin. gl. de elect. lib. 6. Alex. in c. Cathanen. 60. distin. vbi dicit, quòd manus appositione beneficium commendatum dicitur affectum, vt inferior in eo nihil posset attentare, donec Papa per collationem plenè prouiderit, vt dicit Dec. d. c. vt nostrum, Roman. cons. 350. Mil. in repert. q. 5. beneficium vacans reseruatum, in fi. idem Rom. in cons. 333. & Papa appoens manus demonstrat, qoòd vult prouidere, sed per commendam non dicitur, quòd durante commenda durat antiqua vacatio. decis. 559. in antiquis. Et quando Papa vult, quòd sub litteris includatur beneficium reseruatum hoc exprimit, Card. cons. 9. Philip. in c. 2. de rescript. lib. 6. Et ita fuit decisum.

DECISIO MCXXVIII.
De exspectatiua.

SVMMARIA.

1 *Beneficium cadere sub gratia, cui incumbat onus probandi.*
2 *Allegans gratiam consumptam dicitur dare obiectum, quod debet concludenter probare.*

SÆpe & sæpius fuit dubitatum per Dominos in Rota in Valent. parochial. de Pago. Io. Baptista de Baldassinis possessor prædictæ parochialis acceptauerat vigore suæ exspectatiuæ certum beneficium, & etiam accepit parochialem de Pago: dicebat Martinus prædictæ parochialis de Pago acceptationem non valuisse, quia iam ante aliam acceptauerat, & gratia erat consumpta, Ioan. Bapt. negabat, quia acceptatio prima non valuit, quia beneficiom acceptatum non cadebat sub illa gratia.

Fuit dubium propositum, R. P. D. Puteo causam proponente, cui incumbat onus probandi, an beneficium caderet sub gratia, vel non. Domini 3. Febr. 1541. diuisi fue-
1 runt: Nam † quattuor ex Dominis dixerunt in fauorem Martini: in fauorem autem Io. Bapt. quòd non teneatur probare, quod non cadit sub gratia, fuerunt Aquen. Rauel. Marc. Ant. & Io. Paulus tenentes, quòd non teneatur probare quòd beneficium non cadat sub gratia, sed Martinus. Ratio fuit, quia cum Io. Bapt. sit possessor, & reus, & Martinus actor, qui vult venire, & expellere possessorem, debet probare intentionem suam per probationes concludentes, ad not. in c. in præsentia, de probat. l. cum hoc, C. vnde legit. cum alijs. Et cum Martinus dicit possessionem rei, gratia sua est consumpta, & dum vult probare, qoòd per acceptationem gratia fuit coosumpta, nõ concludit, quia potest esse, quòd beneficium vacabat, vel non cadebat sub gratia: puta quia vacabat in mense Ordinarij, vel acceptatio non fuit facta in tempore, & cum probatio non concludat, reus est absoluendus. Secundo
2 dixere, † quòd gratia sua est consumpta, est dare obiectũ, & obiectum debet clare probari, & non per præsumptionem. Ægid. decis. 538. Et ita inuentum est notatum per Reuer. bo. mem. Card. Simonettam, qui fuit Aud. & magnus practicus, in dec. 262. vbi hæc verba erant, *& ita limitat aliam decis. quod ille, qui acceptauit, præsumitur, quòd infra tempus acceptauit, quòd nota multum.* Et ita limitatur decis. 13. de concess. præb. in antiq. idem dicit decis. 34. de concess. præb. in nou. Sed Sarn. Prosper. Marsic. & Macerat. tenuerunt contrarium, quòd Io. Bapt. debebat probare, quia Martinus iam probauerat cõsumptionem per dec. 8. de caus. poss. & propr. in antiq. & per dec. 13. de concess. præbend. in antiq. & per dec. 3. eod. tit. in nou. & per cons. Gem. 105. Et insuper qui dixit, quòd cadat sub gratia, est fundamentum suæ intentionis, quòd prima gratia est probanda, per gl. in Clem. fin. de rescript. l. eum qui, ff. de probat. cũ reus sit actor in sua exceptione, l. 1. de except. & Doct. in c. cum in moliis, de rescript. lib. 6. Cassad. de dec. concess. præb. nu. 3. Sed Domini qui tenebant partem Baptistæ, dixerunt distinguendo, & sic omnia concordabant: aut auctor dicit reo, prout in causa nostra, gratia tua est consumpta, & tunc est vera opinio Ægid. propter rationes iam dictas, quia ita tenuit Rota, & practicauit, prout est inuentum scriptum de manu Card. Simonettæ: aut reus dicit actori, gratia tua est cõsumpta, & probat per solam acceptationem, & tunc obtinet reus, & omnia supra dicta præsumuntur sic esse: & sic loquitur d. decis. & Doct. in locis præalleg. quia per hoc eliditur probatio actoris: vnde dicitur non plenè fundata intentionem per solam exspectatiuam, & sic elisa eneruantur.

DECISIO MCXXIX.
In eadem.

SVMMARIVM.

1 *Breue restitutorium prima gratia intelligitur etiam restituere quoad regulam reuocatoriam, & de nouo concedere.*

PArafrenarijs a Papa Clemente Septimo fuit concessum per breue volentibus fauorem præstare eidem, quòd gratiæ eorum concessæ in ecclesijs, & diœc. in specie specificatæ, suum sortirentur effectum, non obstantibus quibuscumque gratijs reseruationibus facultatibus, mandatis, indultis quibuscumque personis factis, exceptis S. R. E. Cardinalibus ea quibuscumque causis exonerosis, & seruitijs, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & Cancellariæ regulis, editis, & edendis, sic Sanctissimus D. Paulus Papa III. confirmauit, & de nouo concessit in omnibus, & per omnia, sicut concesserat Clemens VII. cum omnibus derogationibus, etiam quoad regulas Cãcellariæ. Dubitatum fuit in vna Sabinen. Canonicatus, & præb. quam petebat Hẽricus Parafrenarius Papæ Paoli canonizati, nũquid gratia aut mandatum de prouidendo Henrici censeatur reualidatum per breue Sanctissimi D. Pauli Papæ, non obstante regula reuocatoria eius, in medio existens, sicut etiam reualidata fuerunt mandata Parafrenariorum Pa-
1 pæ Clementis? Fuit † tentum per maiorem partẽ, quod per breue Pauli fuit restituta gratia ante, sicut per breue Clem. nedum respectu aliarum gratiarum postea cõcessarum, verum etiam respectu regulæ reuocatoriæ postea emanatæ, quia breue confirmat primas gratias, & de nouo concedit. Vnde cum in noua concessione non requiratur

rătur expressa derogatio regulę, valet istud breue in vim nouæ concessionis. Fuit etiam tentum per maiorem partem, quod vltimum istud breue non fuerit expeditum, & si puris gratijs fuerit nominatus dies, non requiritur alia expressio litterarum. Non obstat; quod quatuor ex Dominis tenuerunt, quòd non valebant in restitutione primæ gratiæ propter regulam reuocatoriam: quia (vt apparet ex prooemio) tantum cõsiderauit gratias postea concessas, non autem regulas: vnde opus esset, quòd sibi tamquam legi specificè esset derogatum. Ratio maioris partis fuit, quia erat in breui posita regula moto proprio, de præb. lib. 6. nec etiam gratiæ in dubium reuocari debent, ad not. per Bart. in l. constituuntur. §. codicilli, Dec. in cons. 171. colum. 3. & cons. 323. colum. 11. maximè, quia regula reuocatoria erat, quod præsumitur facta adeo quòd ignorabat, immo bene sciebat, & etiamsi ignorasset, esset frustratoria, & verba breuis nihil operarentur, contra l. quoties. ff. de verb. oblig. & c. si Papa, de priu. lib. 6. & sic fuit decisum per maiorem partem, vt dictum est.

DECISIO MCXXX.

De gratiæ confirmatione.

SVMMARIVM.

1 *Clausula reuocatoria annullat totam gratiam nedum quo ad insolita, & exorbitantia.*

COncesserat S.D. Clemen. Papa Septimus dum esset in arce S. Angeli ab exercitu Cæsareo detentus, Matthęo de Pengo gratiam ad parochialem S. Iacobi de Mareon. Conchen. diœc. cum pluribus clausulis solitis, & insolitis ad hoc, vt prima eius gratia expectatiua sortiretur effectum: Franciscus Lucas, qui prætendebat ius ad prædictam parochialem, dicebat, gratiam Matthæi esse inualidam, & ad probandum pręsentauit breue Clemen. eiusdem, in primo Consistorio habito Viterbij Cal. Ianuarij anno 5. de consilio, & consensu S. R. Ecclesiæ Card. in quo motu proprio, & ex plenitudine potestatis, reuocauit omnes gratias concessas, facultates, priuilegia quibuscumque personis dum esset in Castello sancti Angeli tamquam inductus: immo vero coactus importunè personarum ambitione, fuit dubium, R.P.D. Paulo causam proponente, 3. Februarij 1542. an illa verba, de quibus in constitutione reuocatoria, videlicet importuna personarum ambitione, imò verius clarius demonstrant, quod tota gratia, quæ habet clausulas insolites super inductione, & coactione facta, vt in totum, & non in parte clausularum insolitarum reuocata cẽseatur. Fuit tentum per maiorem partem aliquibus contradicentibus, quòd
1 † dicta gratia nedum quoad insolite, & exorbitãtia fuerit reuocata per clausulam reuocatoriam, sed etiam in totum: & sic quòd tota gratia fuerit reuocata per regulam reuocatoriam, sed etiam ratio, quod Papa asserat, quod quasi locutus concesserit, cum ponat causam reuocationis: ad not. per Bald. in l. cum qui, in princ. & in l. eam, ff. de transact. l. licet, de hæredib. instit. item cum expressit coactionem fuisse causam concessionis, non solum reuocauit regulas contentas in ipsis gratijs concess. per importunitatem, sed etiam ipses litteras continẽtes easdem clausulas insolitas, quia expresso continenti includetur ipsum continens, & contentum ad c. per exceptionem, de priuil. lib. 6. & cum reuocaotur omnia, & singula, litteræ gratiæ, & priuilegia, & indulta. Et hæc verba inducunt reuocationem in totum, ad not. per glo. in c. vbi periculum, verb. quoque Card. & gl. in verbo, singulis, de elect. lib. 6. Fel. in c. 2. col. 11. de rescript.

DECISIO MCXXXI.

De appell.

SVMMARIA.

1 *Appellari potest a sententia Vicarij foranei, seu deputati ad certam partem Prouincia ad Episcopum, vel Archiepiscopum: secus in Vicario generali, quia est vnum, & idem Consistorium.*

2 *Sententia Vicarij, vt valeat, sufficit quòd sit in quasi possessione iurisdictionis.*

CAusa matrimonialis coram Dom. Vicario Episcopi Abulen. agitabatur inter Petrum de Auila, & Agnetam Panlora ex altera parte, super restitutione prędictæ Agnetis eius vxoris a Vicario Abulen. fuit appellatum, & obiectum grauamen ad Archiepiscopũ Compostellen. Metropolitanum, & appellationem coram Vicario generali Archiepiscopi Compostellan. in ciuitate Salaman. existentem præsentauit: ipse autem Vicarius auditis hincinde partibus sententiam in fauorem Petri, & contra prædictam Agnetam promulgauit, a qua per Agnetam, & eumdem Archiepiscopum Compostel. extitit appellatum. Et idem Archiepiscopus eamdem commisit causam licentiato cuidam Miltano, qui sententiam Vicarij generalis, Archiepisc. Compostel. reuocauit, a qua ad Sedem Apostolicam fuit appellatum, tũc coram R.P.D. Sernen. cui causa fuit commissa, dicebat sententiam in fauorem Agnetis esse inualidam, quia a Vicario generali Archiepiscopi ad eumdem Archiepiscopum nõ poteret appellari, quia idem Consistorium, & tribunal: ex parte Agnetis fuit dictum, appellationem fuisse legitimè interpositam, quia Vicarius prædictus nõ erat Vicarius generalis, sed foraneus positus in Episcopatu suffrag. ad cognoscendum de appellationib. Episcopatuum, aut sex suffraganeorum, vt Vicecancellarius generalis in ciuitate Compostellan. & quod erat consuetudo constituendi iudices ad futuras appellationes. Fuit dubium 2. Feb. 1541. R.P.D. Episcopo Larnen. causam proponente, *an a iudice appellationum Archiepiscopi Compostellan. in ciuitate Salamant. commorante possit appellari ad eumdem Archiepiscopum?* Et supposito, quòd potuerit, *an in causa, de qua agitur, sufficiat Archiepiscopum Compostellan. esse in quasi possessione decennali constituendi iudices ad futuras appellationes, maxime in diœcesi sui suffraganei?* Fuit tentum, & resolutum per omnes, quod a Vicario potest appellari ad Archiepiscopum, cum sit deputa-
1 tus ad certam partem Prouinciæ Metropolitan. † tantummodo ad cognoscendum de appellationibus certorum Episcopatuum suffraganeorum, & ad actus futuros, id est, ad appellationes interponendas, & non est Vicarius generalis diœc. Compostellan. imò est alius Vicarius generalis diœc. & Prouinciæ Metropolitan. residens in ciuitate Compostellan. vbi est Sedes Vicariorum, & sic iste Vicarius habetur pro foraneo, & sic non facit vnũ Consistorium cum Archiepiscopo. per not. per gl. Claud. Bonif. in Clem. 2. de rescrip. Do. in c. Romana. de offic. ord. lib. 6. Calder. in cons. 302. Nec obst. quòd appellatur Vicarius generalis; quia licet appelletur, in veritate tamen non est. Quoad secundam partem dubij, *an ad sustinendum processum factum inter duos collitigantes coram Dom. Vicario sufficiat quasi possessio Archiepiscopi, tenendo illos Vicarios in diœc. Salaman. & sic in diœc. sui suffraganei, & ad futuras appellationes.* Tenuerunt etiam Domi-
2 ni, quòd † licet hoc sit contra ius in d. cap. Romana, hoc est verum, quando ageretur inter Episcopum, & Archiepiscopum, quia non posset Archiepiscopus se tueri minori tempore, quam quadraginta annos. inter alios autem, vt in causa nostra, sufficit quasi possessio, quia sufficit bona fides, ad cap. consultationibus, de iure patr. & ille iudex communiter iudicatur pro iudice competenti, l. Barbarius, & ibi Ias. ad fin. de off. prætor. stante scientia maximè, & patientia Episcopi, vt probatum est. Postea vero 24. Maij 1542. fuit iterum propositum hoc secundum dubium, & resolutum est primo pro validitate processus: quòd sufficit quasi possessio habendi iudices in diœc. suffraganei, vt in c. querelã, de elect. Et non obst. quod d. l. Barbarius, non habet locum, quãdo ius resistit: quia fuit dictum, quòd in hac causa ius non resistebat, quia

quia si ista consuetudo non potest esse sine quasi possessione, sequitur, quòd hæc quasi possessio est probata iure, qua stante, potest vti possessione, & vti fructibus quæ est vera possessio. Et cum cognitio inter partes sit fructus quasi possessionis, de necessitate est dicẽdum, quòd processus factus durante quasi possessione etiam ante finitam præscriptionem, fit validus, licet si Episcopus suffraganeus contradiceret ante finitam præscriptionem, expelleretur Archiepiscopus: vt diximus in præsentato ab eo, qui in quasi possessione præsentandi, cum in veritate non sit varus patronus, quia valet præsentatio, d. c. consultationibus, & d. cap. quarulam, quamuis si ageretur contra patronos, veniret expellendus a quasi possessiona præsentandi. Ratio est: quia ius, quod prohibet sedem Episcopalem non esse in Archiepiscopatu suffraganei, loquitur in Vicario generali ad totem diœc. secus in constituto in certa parte diœc. vel ad certos Episcopatus, vt erat hic, ad not. in Clem. 1. de rescrip. Franc. in d. c. Romana, in c. non putamus, in ver. officiali, de consuet. in 6.

DECISIO MCXXXII.

De expectatiua.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiua generaliter loquens capit etiam beneficium vacans per resignationem in manibus Ordinarij in mense Apostolico factam.*

FVit resolutum per omnes Dom. in causa canon. & præb. Calubrien. 27. Feb. quòd † expectatiua capit
1 beneficium vacans per resignationem in manibus Ordinarij in mense Apostolico factam. Et fuit ratio, quæ mouit Dominos, quia expectatiua capit omnimodam vacationem in ipsa cõtentam, & ille casus exceptus firmat regulam in contrarium, l. quæsitum, §. denique. ff. de fund. instr. l. nam quod liquidè, ff. de pact. c. 2. de conu. lepro. hanc opin. tenet Aen. de Falc. in tract. reseru. 39. in princ. in fi. & est decis. 196. in nou. Item cum expectatiua dat beneficium vacans, per vacationem simpliciter apprehendit omnes modos vacationem, gl. in c. cupientes, in prin. de elect. lib. 6. & cap. ex parte, de off. deleg. tenent Franc. & Doc. in c. susceptum, de rescr. lib. 6.

DECISIO MCXXXIII.

De integra portione.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Papæ capit beneficium renunciatum in manibus Nuncij non habentis facultatem.*

BIs fuit propositum in Rota videlicet 25. Ian. 1540. & 27. eiusdem mensis, & anni. In causa Astotic. integræ portionis inter Garsiam Bernardi ex vna, & Ioan. Times ex altera; & tale fuit factum in manibus Nuncij Apostolici in Hisp. residentis nõ habentis facultatem recipiendi beneficia per resignationem: fuit facta prouisio Apostolica in fauorem Garsiæ, qui prætendebat capere virtute clausularũ generalium, siue quouis modo etiam coram Notario publico, &c. fuit dubium, *an prouisio per tiones, de qua agitur, in fauorem Garsiæ Bernardi per clausulas generales resignationis facta de portione eadem in manibus potestatem ad id non habentis per procuratorem capiat beneficia. Rota semper diuisa:* Tentum fuit per ali-
1 quos, quòd † prouisio Papæ capiat beneficium renunciatum in manibus Nuncij nõ habentis facultatem, quia licet ius non abdicetur a resignante quousque resignatio sit admissa, & facta prouisio per Ordinarium, vel alium habentem potestatem præsentandi, nihilominus a Papa admittens, antequam resignans mutaueret voluntatem, potest admittere illam, & prouidere. Neq; priuilegium illius subiacet vitio subreptionis, quasi non faciat mentionem de iure manente penes resignantem. Nam tenuit Rota, quòd per illam implicitiuam, etiam Papa prouidens, dicens in prouisione: etiam coram notario publico, & testibus videtur dicere, quòd admittat resignationem factam coram quocumque nõ habente potestatem etiam coram notario & testibus quo casu iam Papa intallaxit, quod ius remanserit penes resignantem, & sic cessat subreptio. Nec obst. quòd dicitur procedere sententia priuatiua lata, iuris ordinis seruato, vt dicit Imol. in c. quòd in dubijs, de renunc. quia fuit respõsum, quòd si resignans non mutauit voluntatem, Papa potuit admittere, & prouidere, prouidendo videtur sollemniter, & legitimè priuare, vt tenet decis. 1. de renunc. in dec. Bisig. Et licet Papa dicat, quòd intellexit, quòd ius remansit in resignente, vult dicere, quòd beneficium vacat propter resignationem factam. Et hanc opinionem tenuerunt Ioan. Paul. & Episcopus Rauellen. contrariam tamen partem tenuerunt Episcop. Satnen. & Macerat. & Iac. Put. quorum ratio fuit, quia Papa prouidet de beneficio vacante, & in veritate non vacat, quando ius remansit in resignante, vt dictum est, cui rationi fuerat responsum per R. P. D. Marcantonium, quia non habuit votum, quia proponebat causam. Ratio fuit ex decis. 1. & 2. de renunc. Bisig.

DECISIO MCXXXIV.

De spolio.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio spolij debet fieri, etiamsi non plenè constet de quasi possessione conferendi.*

DOm. Ferdinãdus de Mendoza fuit prouisus de beneficio S. Laurẽtij in ciuitate Tolet. vacan. de mense Iunij per Archidiaconum Toletan. seu Vicarium speciele mandatum ad hoc habentem, qui prætendebat ius collationis habere in beneficijs vacantibus in toto suo Archidiaconatu de mense prædicto Iunij, de eodem beneficio fuit facta prouisio Melchiori de Angueli per Archiepiscopum Tolet. agitur super spolio quòd ex parte D. Ferd. fuit probatum, & ad colorandum titulum possessionis probatur per testes aliqualiter, licet non plenè, Archidiaconum Toletan. esse in quasi possessione conferendi beneficia vacantia in mense Iunij in suo Archidiaconatu. Ex parte alterius dicebatur esse nullius momenti quasi possessionem, cum ius commune sibi resisteret ad c. ad decimas, de rest. spol. lib. 6. & c. 1. de præscr. co. tit. & ad decis. 4. in no. ad fi. maximè, quia Episcopus habeat fundatam intentionem suam de iure cõmuni circa collationem, vt 1. q. 1. c. resign. c. decretum, c. omnes Basilic. 16. q. 7. iuxta decis. 448. in nou. Et quod erat necessaria concludens probatio, ad c. 1. de præscr. ad no. in c. cum personæ, §. quod talis, de priuil. lib. 6. 12. April. 1540. cau-
1 sa pendẽte coram R. P. D. Aquen. fuit † tentum per omnes excepto D. Marcantonio, quòd ex quo appatet de spolio, fiat restitutio. Etsi ad titulum resistat ius commune, cum titulus sit concesus eb Archidiacono pro colore, dictum fuit, quòd sufficit, quòd probatum, Archidiaconum esse in quasi possessione conferendi in mense Iunij, & hoc talter qualiter, licet non plenè.

DECISIO MCXXXV.

De collatione.

SVMMARIVM.

1 *Statutum requirens certam ætatem ad beneficium obtinendum, extenditur etiam in permutatione.*

STatutum erat obseruatum sine cõtradictione in fundatione beneficij de Coleon. Gerund. diœc. quod tale beneficium daretur habenti legitimam ætatem: contingit, quòd Hieron. de Vena ex causa permutationis per ordinarium fuit de tali beneficio prouisus, legitimã non habens ætatem secundum statutum in fundatione: Gerardus autem, qui prætendebat ius ad tale beneficiũ, dicebat, collationem in prædictum Hieronymũ factam, inua-

inualidam esse, quia non habebat legitimam ætatem; replicabatur, quòd tale statutum erat intelligendum in beneficio vacante per obitum, vel alium modum, non autem per permutationem, & sic statutum non extendebatur ad permutationem, & sic statutum fuit dubiū 23. Octob. 1545. R.P. D.Io.Paulo causam proponente, an constitutio requirens certam ætatem in eo, cui confertur, habeat etiam locum vbi ex causa permutationis confertur. Fuit tentum, & rasolutum, quod prouisio fa-
3 cta contra statutum est nulla, & † quod procedit etiam in beneficio ex causa permutationis, & per hoc fuit allegat. dec. Cassa. de præb. 2. & decis. Aegid. 154. & sic tenet Anch. in cons. 50. Iterum ergo fuit proposita hæc causa 17. Septemb. eiusdem anni, & post longam disputationem fuit idem conclusum per c. si eo tempore, de rescrip. lib. 6. & c. & cui, de præb. eo. lib. vbi tenet Dominum 2. 5. & quod non executor, nec etiam Papa conferens beneficium sacerdotale non habenti legitimam ætatem, confert validè, immo collatio est nulla. Barb. cons. 33. in c. sufficit psalmista. colum. 3. lib. 2. Roch de iure patro. in verbo, honorificum, q. 4. vers. quis autem dicatur in diuinis. Item, quia collator non potest alterare formam collationis a principio fundatam, & si aliter confertur, est nulla collatio. Fel. post Caldr. & Abb. in c. cum accessissent. colum. 7.

DECISIO MCXXXVI.
De vnione.

SVMMARIVM.

1 *Vnio facta etiam per viam contractus potest reuocari.*

FEl. rec. Leo Decimus cōcessit vnionem quinque portionum in Ecclesia Abulen. & eas dedit cuidam capitulo pro cantoribus, & hoc per Bullam: postea verò idem confirmauit per breue, & voluit, quòd semper valeret in vim contractus facti inter Sedem Apostolicam, & ipsum Capitulum Abulen. vt ab eodem ei, nec successoribus liceat recedere, nec contrahere. Vacauit portio in Ecclesia eadem, & ante vacationem per litteras cancellariæ fuerūt reuocatæ omnes vniones, & portiones quibuscumque personis seu Capitulis concessæ, de quarum vna fuit facta prouisio N. de Suiones, qui agit super portione contra Didacum del Castello, qui dicit nullā fuisse prouisionem ea eo, quòd portiones fuerāt vnitæ, & extinctæ in mense capitulari. Ex parte contraria dicebatur, quod illa vnio non habuit effectum, & quod erat in diminutione. Fuit tentum vltima Iunij 1540. per omnes,
1 quòd ex quo non apparet, † quòd suppressio, vel vnio Papæ Leonis habuerit effectū, quia non constat de vnione facta in portione de qua agitur, quæ vacauit, & dicitur vera vacasse, potuit de ea tamquam vacante legitimè prouideri, non obstante, quòd videbatur contrariū, quia quando Papa contrahit, vt prælatus, tenetur obseruare, & obligatur lege naturali. tex. & ibi Doct. in cap. 1. de præb. Bald. in l. digna vox. C. de leg. Innocent. in c. innotuit. de iudic. vbi dicit, quòd si Imperator reuocat omnes leges factas in priuilegium, in vim cōtractus semper durat, & sic fuit resolutum per omnes Dominos, non inuenī fundamentum in informationibus ad coloran.

DECISIO MCXXXVII.
In eadem.

SVMMARIA.

1 *Incapax nisi doceat de dispensatione, non restituitur, vel saltem mandatum de dispensando, cum nu. 2.*

2 *Mandatum superioris de dispensando sufficit pro colore possessionis.*

DIcebatur, & omnino instabatur, quòd Marcus non erat restituendus, quia in litteris prouisionis Apostolicis ex sua confessione cōstabat, quòd patiebatur defectum natalium, licet in eadem prouisione, quod secū erat dispensatum, dicebatur, & de dispensatione non cōstabat, licet produxerit mandatum de dispensatione per Sarnen. Et sic quod obstabat defectus natalū, quo stante erat deneganda restitutio, ad cap. constitutio, de fil. presbyt. Clem. vna. de causa posses. & proprie. Cassad. de-
1 cis. 3. de restitut. spoliat. sicut dicitur, † quòd si quis poterat restitui, & datur de incapacitate ad beneficia, & sic doceatur de titulo colorato, nisi doceatur de dispensatione, non restituetur. Rota decis. 371. in antiq. Fuit dubiū 3. Febr. 1543. R.P.D. Episcopo Rauellan. causam proponente, an is, quem constat pati defectum natalium, per eius confessionem, sit restituendus ad parochialem de qua agitur, qui etiam asserit cum eo fuisse dispensatum,
2 & in isto casu mandatum pœnitentiariæ † de dispensando dat colorem possessori, quia nemo dicitur priuari sua possessione, nisi prius audiatur, ad cap. licet Episcopus. de præben. lib. 6. ad not. per Alb. in c. in litteris. colum. 3. de restit. spol. Alex. in c. cum in iure, 8. dist. colum. 4. facit quod dicit Cassad. decis. 1. de restit. spoliat. quod pro colore possessionis sufficit auctoritas superioris mandantis dispensari, absque eo quòd probarentur mandata, & nariata, in ti. decis. 393. ad fi. in nou. Paul. cons. 153. Guido in parlament. q. 33.

DECISIO MCXXXVIII.
De spolio.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus nullum ius habens in re, non est restituendus.*

AGebatur super spolio in causa Imolen. parochialis de Monicollo a quodam nomine Aloysio Carbone, qui dicebat se fuisse spoliatum, & ad colorandum titulum productæ fuerunt litteræ prouisionis per obitum Cæsaris vltimi possessoris in fauorem Bernardini, qui quidem Bernardinus prædictam parochialem resignauerat in manibus Vicarij Generalis Imolens. cuidam nomine Tholomæo, & prædictus Tholomæus in manibus Papæ resignauerat in fauorem Marci, & fuit facta prouisio, & habuit Bullā super prouisione. Ex parte Raphaelis de Curta prætendentis ius habere ad prædictam parochialem, fuit dictum, non sufficere ad colorandum titulum, quia Bernardinus, & Tholomæus, a quibus dicebat ius habere Marcus prædictus, nullum ius habebant in beneficio, quia Vicarius Imolen. mandatum speciale nō babuit ad resignationem recipiēdam, & ad conferendū, vt constat ex facto, quo stante erat res clara, spoliatū nul-
1 lum ius habere, † & hac ratione non erat restituendus, ad decis. 17. Innoc. decis. 46. in antiq. & titulus coloratus non potest dici, quoniam habetur ab eo, qui non habet auctoritatem dandi illum. Lap. allega. 16. & 103. Calder. in cons. 13. de verborum signific. Dec. in l. fin. C. de edict. diui Adr. tollen. Staphil. in tract. de litteris. fol. 178. Et in hac dubitatione fuit dubium propositum in Rota 16. Ianuarij 1542. Et omnes Domini tenuerūt, quòd prouisio Apostolica facta per resignationem Tholomæi in manibus Papæ in fauorem Marci, sufficit pro titulo colorato, licet sit contra ius Tholomæi ex defectu facultatis Vicarij, qui prouidit sibi Bernardino prędicto eius actori, seu prædecessori, quia concernit petitionem, ad hoc ratione spoliantis, ad l. meminerint. C. vnde vi. & c. in litteris. de restit. spoliat. cum materia.

DECISIO MCXXXIX.
De iurisdictione.

SVMMARIVM.

1 *Commissio facta cum clausula, dummodo ante assignationem termini ad articulandum littera sunt expedita, valet si saltem probetur factas fuisse in termino.*

DVbitabatur in causa Ciuitaren. Canonicatus, & præbend. coram R. P. Dom. Episcopo Rauellens. cum commissio iurisdictionis esset concessa, dummodo ante

ante assignationem termini ad articulandum litteræ sint expeditæ, & terminus ad articulandum fuit assignatus 18. Decemb. 1531. an esset probandum expeditionem esse factam ante terminum ad articulãdum, an vero sufficeret probatio, quòd de mense Maij 1531. per scriptores Apostolicos fuisset relatum, quòd referendarij, & computator testificati sunt de mense illo apposuisse manum ad Bullam, ad depositionem scriptoris, qui illam scripsit, & Summistæ, qui incidit illam ad plumbum. Et per omnes Dominos fuit dictum 5. Iulij 1538. quòd sufficit † ad probandum, expeditionem ante terminum ad articulandum factam fuisse in mense prædicto, & appositam esse in margine litterarum expeditarum cum recognitione manuum officialium, & traditione sibi Summistæ facta cum recognitione manus Cardin. tenentis plumbum, & eiusdem Summistæ maximè ad transferendum onus probandi in aduersarium, & secundum hanc resolutionem causa fuit expedita.

DECISIO MCXL.
De re litigiosa.

SVMMARIVM.

1 *Lis per mortem vtriusque collitigantis super beneficio dicitur finita.*

Lite aliàs per Card. Senen. tunc actorẽ contra quendam Martinum reum, & possessorem coram R. P. D. Episcopo Aquen. de & super Canon. & prĕb. Leodien. mota, & causa iam instructa Card. & mortuus est, & in eius ius fuit Martinus subrogatus: post mortem Card. docto de morte, & decreto possessu per audientiam contradictarum contra interesse putantes, sententiam absolutoriam reportauit, quæ in rem iudic. transiuit, deinde Ioan. quidam ius prætendens prætextu subrogationis in iure & lite Card. Senen. quæ quidem subrogatio fuit facta post mortẽ vtriusque docto de morte Domini Martini coram R. P. D. Io. Paulo, tamquam subrogato in locum Aquen. in iure cõmissionis, licet iurisdictio Aquen. videatur finita, quia functus erat officio suo iudicandi per audientiam cõtra interesse putantes, absque eo quòd Io. fecerit se in ius, & locum Card. subrogari in lite, & ad prosequutionem admitti, in suum fauorem sententiam reportauit, atque exequutioni mandauit contra Bernardinum Moronum successorem D. Martini, & possessores, a quibus omnibus prædict. Bernardinus appellauit: Io. autem petebat exequutionem sententiæ contra eum, & quamlibet interesse putantem: è contra vero Bernardinus obtinuit commissionem super nullitatibus prædictæ sententiæ, & instabat, quòd omnia facta per D. Io. Paulum erant nulla ex defectu iurisdictionis, quia tempore, quo fuit subrogatus ad litem, lis inter Card. & Martinum erat definita per sententiam absolutoriam latam in fauorem Martini, in cuius ius successit Bernardinus.

Et insuper, quòd subrogatio non erat gratiosa, & per consequens numquam substinuit litem, ad notata per Cassad. dec. 1. vt lit. pend & dec. 11. & per sententiam absolutoriam erat finita, ad not per eundem Cassad. vt lit. pẽd. decis. 6. qua ex annexa ius Martini remanebat solum firmum & radicatum, & non poterat per contradictas procedi, sed erat necessaria citatio personalis, ad c. fin. de elect. lib. 6. & c. fin. qui matr. accu. pos. & insuper quòd licet videretur, quòd lis erat finita, donec esset ventum ad exequutionem, & brachium sæculare, ad dec. 6. de cau. poss. & propr. per Cassad. no. 10. Fuit tamẽ dubium propositum, 27. Octob. 1542. & super hoc fuit tentũ per omnes, quòd lis fuerit finita per rem iudicatam latam in fauorem rei possessoris, quando nihil remanet exequendũ, nisi ex re, quæ non substinet litem respectu beneficij: secus tamen esset si sententia fuisset lata in fauorem actoris, quia tunc non est finita lis, cum restet aliquid ad exe-
1 quendum. Et sic loquuntur contrarium, † tamen fuit tentum, quod lis fuit finita per mortem Cardinalis, & Martini, qui erant collitigatores: neque mandatũ de subrogãdo sustinuit litem, quia licet subrogatio gratiosa potuisset sustinere mandatum de subrogando, tamen non sustinet litem, quia iam nulla est lis, sed est finita per mortem vtriusque colligantium, & non est subiecta lis ad quam Auditor possit prorogare. Deinde Ioan. debuit appellare a sententia D. Aquen. saltem a die notitiæ, eo quod non fuit, nec de appellatione apparet: vnde sententia trãsiuit in rem iudicatam: & sublata lite subrogatio fuit nulla, & sic Ioan. si volebat redire ad causam, debebat cõmittere de nouo, & citare de nouo possessorem, & nouũ iudicium introducere, quod factum non fuit. Vnde quidquid nouit, fuit factum per D. Ioan. Paulum, fuit nullum ex defectu iurisdictionis, & citationis. Et sic fuit conclusum, quia cum sententia fuerit lata ab Aquen. contrarium a D. Ioan. Paulo eius subrogato non potuit pronunciare, ad cap. inter Monasterium, de re iud. & ibi Fel. colum. 7.

DECISIO MCXLI.
De regula de publicand.

SVMMARIVM.

1 *Regula de publicandis obligat quemlibet ad sui obseruationem.*

Cum magna deliberatione, studio, & super disputatione fuit resolutum in causa Conchen. Archidiaconatus de Marcon. coram R. P. D. Mattic. inter Dom. Ludouicum de Torres ex vna, & Marcum de Polada ex altera, in fauorem prædicti Domini Ludouici, & Reue-
1 rend. Card. quòd subiaceant, & teneantur ad † obseruationem regulę de publican. resignationibus, & principaliter ita tentum est propter auctoritatem Felin. c. ad aures, de rescript. colum. 7. vers. 8. conclus. & Cassad. super reg. decis. 18. & Domin. Sarnen. in regula de publican. q. 12. & idem tenet Felin. in c. super his, col. 3. de fid. instr. & Ruin. de maior. & obed. Deci. 1. C. de mand. priuileg. Idem in cap. 1. in 11. col. de const. Philip. Prob. in addit. ad Io. Monach. cap. fin. de rescript. lib. 6. Hieron. & Abb. in tract. de charit. subsid. q. 2. & quia sub constit. odiosis comprehenduntur Card. Gem. in c. 1. col. 2. de schismat. lib. 6. & Arch. Ioan. And. & alij in cap. nemo deinceps, de elect. lib. 6. facit regula, volens, quod Card. non comprehendantur sub regu. Cancel. editis post primam editionem continebantur. Et in eisdem regulis primæ editionis est posita regula de publican. resignationibus, & Rota non tenuit cons. Abb. 29. & 297. nec cons. Rom. 496. 498. nec Fel. in c. cum iure peritus, colum. 11. vers. 11. limit. de offic. deleg.

DECISIO MCXLII.
De solutionib.

SVMMARIA.

1 *Remedium c. peruenit, de fideiussor. quo casu loquatur, & intelligi debeat.*

2 *Bona alienabilia propter debita de iure sunt vendenda.*

Fuit resolutum per omnes in causa parochialis Ciuitaten. de alia, quod Ioan. de Andutan. qui petebat admitti ad cap. peruenit, de fideiuss. habens domum alie-
1 nam non admitteretur ad remedium text. quia † cap. peruenit, loquitur in fructibus beneficiorum. Cum autem clericus condemnatur, an habeat domum, debet vendere, & fructus, & expensis satisfacere, & ita fuit
2 conclusum 9. April. 1540. cum bona alienabilia † propter debita de iure sint vendenda, ad not. ad l. a diuo Pio, ff. de re iud. & in d. c. peruenit, & per totum tit. C. de exequut. rei iud.

DECISIO MCXLIII.
De reuocatione.

SVMMARIVM.

1 *Vnio facta in augmentum cultus Diuini, non comprehenditur sub regulis reuocationis vnionis.*

Au

AN per regulam reuocatoriã Papæ Adriani esset reuocata vnio facta in augmẽtum cultus diuini fuit dubium in vna Concheo. Præstimonij vnionis de Baltasarijs, & 13. Octob. 1542. fuit tentum quasi per omnes.
1 † quòd vnio facta in augmentum cultus diuini non cõprehẽdatur sub regulis reuocationis vnionis. Ratio principalis fuit, quia in dispositione generali reuocatoria nõ est credendum, quod disponens voluerit comprehendere ea, quæ concernant augmentum cultus diuini. Et idẽ fuit tentum in vna Malautan. & idem tenuit Rota coram R. P. D. Episcopo Rauellen. in vna Oxomen. vnionis parochialis sancti Andreæ Prioratus de lo granno de anno 1533. Et adhuc in fortiorib. terminis, quia ibi vnio erat pro augmento necessario dotis Ecclesiæ. Et ratio fuit, quia ibi Ecclesia de Bataxab. indigebat altero clerico ad inseruiendum Ecclesiæ, ad not. in c. quisque, de vita & honest. cler. Item, quia non est verisimile, quòd Papa voluit per reuocatoriam vnionum etiam perpetuatũ reuocare vnionem factam ad augmentum cultus diuini, ad nota. in c. ex parte, de const. c. fin. de rescr. lib. 6. Roma. in rep. Auth. similiter. C. de leg. Fal. in speciali ad regulam, in generali. de reg. iur. lib. 6. in generali sermone non comprehenditur facta ad piam causam. Innoc. in c. zelatum, el primo, col. 11. de test. Fel. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. col. 30. de const.

DECISIO MCXLIV.
De citatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an & quando ex defectu citationis sit nulla, vide distinctionem.*

INnocen. sub tit. de dolo & contumac. decis. 402. dicit, quòd actor obtinuit causam beneficialem in Palatio Apostolico committi, & quòd reus veniens non citatus postea seruatis ab ipsius actoris petitione absolui debet cum distinctione, ad decis. fin. in nouis, videlicet, quòd si reus statim post recessum actoris venerit, supersederetur in causa: si autem longè post discessum recipiat iuramentum a procuratore, an sciat, vel credat Dominum suum esse citatum, vel non: si iurat non esse citatum, datur sententia absolutoria ad impetrationem actoris: alioquin ab instantia iudicij, qua stante dec. in causa Valen. parochialis de Pego, Io. Baptista de Baldachinis aduersarius Martin. de la Cahorra commisit causam & habuit decretum citationis contra intrusum quendam in parochiali Ecclesia, & contra interesse putantes: Martinus venit ad causam pro suo interesse coram eodem iudice, cum commissione sine comouni, & per audientiam contradictarum habuit sententiam contra prædictum Ioan. Baptistam, qui causam commisit. Postea verò venit Ioan. Baptista ad causam, & dixit, sententiam nullam ex defectu, citationis. Martinus autem dicebat validam iuxta prædictam prouisionem. Pars altera dixit, quòd erat necessaria citatio contra se, per deci. Ægidii. 466. & 145. & 462. fuit dubium, R. P. D. Puteo causam proponente, 24. Iunij 1545. an sententia lata in fauorem Martini ex defectu citationis sit nulla? Fuit tentum quasi per omnes,
1 quòd † seruaretur decis. prædicta absque dist. in fine decis. posita, vbi de comparitione statim, vel interuallo, & etiam sine iuramento loquitur, quia ita sine distin. seruatur. Et decis. Ægid. loquitur in alia causæ, videlicet, quando is, qui commisit causam, attestabatur se velle illam sequi, nec intimauit citationem reo in causa, de qua agitur, & in casu dictæ decis. in nou. eaequuia est dicta citatio, & committens etiam constituit per procuratorem in actis. Ex quo apparet voluisse litigare, & causam prosequi. In causa præsenti processum fuit per Rotam, sed agebatur de retractione cuiusdam sententiæ Reuer. Marsicani, & vt retractaretur, vt aliqui dicebant, ita tenuerunt. Si autem essemus ante latam sententiam, credo quod aliter diceretur, & in casu, de quo agitur, aliud esset de iure. Et fuit dictũ, per aliquem ex Dominis, quòd iste casus est longe diuersus a casibus decisionum. Nam ibi is, qui fuit nominatus in commissione, veniebat ad causam, & contra committentem accipiebat eadem, telum, & arma, quibus ipsemet vtebatur committens, nimirum si posset citatus procedere cõtra eum absque noua citatione. Sed hic is, qui venit ad causam, non erat nominatus in commissione, sed erat de interesse putantibus ideo videtur, quòd sine noua citatione non posset procedi contra eum, maximè, quia sicut iste non posset procedere contra istum venientem tamquam suum interesse putantem sine noua citatione, ita nec iste deberet procedere contra actorem sine noua citatione. Et cum iste casus sit diuersus a casibus dictarum decis. ideo strictè processerunt: nam tempore Ægidij tenebatur vnum & tempore nouarum decis. tentum est aliud, vt apparet in d. decis. de dol. & contum. pro fundamento posita. Tamen Rota conclusit cum illis dec. de quibus in fin. ipsius, & cum visum fuit, quòd in hoc casu, qui diuersus est, & habet diuersam rationem, vt supra, posset tenere eum dec. Ægid. neque constitutio procuratoris facti per Io. Baptist. debet cõsiderari, quia erat necessarium respectu nominati in commissione, qui potuisset venire ad causam, & tenuerunt decis. Ægid. in hoc casu.

DECISIO MCXLV.
De terminis obseruandis.

SVMMARIVM.

1 *Obseruatio quattuor terminorum ad docendum se paruisse executorialibus, etiam in deliberatoria est attendenda. Immo etiam in declarationis negotio.*

PRæeminentiarum causa Archidiaconatus de Carmiplan. pendebat coram me inter Archidiaconum eiusdem Ecclesiæ, & alias dignitates; sententia fuit lata in fauorem Didaci de Castello Archidiaconi Palentin. & contra Archidiaconum de Carion. & alias dignitates; decretæ fuerunt litteræ executoriales in forma, quæ fuerũt intimatæ personaliter Gaspari de Fuentes, & Archidiacono de Carion 5. mensis Octobris 1539. & obseruatis quattuor terminis ad docendum se paruisse exequuto-
1 rialibus die 23. Ianuar. 1540. fuit † dictũ per Dominos, quod obseruatio terminorum potuit seruari per Innoc. Trauam, & quia non erat mala obseruatio terminorum etiam in deliberatoria. Et hoc dicebant alij Domini attẽto, quòd sumus post factum, quòd hoc non debebat fieri passim, quia in vocatione in rigore secundum eas licet indistinctè loquatur, deberet forsan intelligi de prima vice, iuxta regulam l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. signifi. & sic in negotio principali tantum, non autem in negotio declarationis. Et licet hoc esset securius, maior pars tenuit, quòd talis obseruatio terminorum sit bona, etiam in rigore, quia Bulla in vocatoria loquitur indistinctè. Item tenuerunt omnes, quòd sententia lata infra terminum 30. dierum fuit vera, propter formam traditã in executionibus, ex quo apparet, quòd ad dimittendam possessionem, vel non, assignatur terminus sex dierum, & alij triginta dies dãtur ad soluẽdas expensas, & fructus, licet ratio fuit, quòd infra sex dies potest procedi ad declarationem, quia non dimittit possessionem. Ita elapsis 30. diebus respectu fructuum, & expẽsarum potest procedi ad declarationẽ. Nec obstat, quod d. fructus ex parte declarati, quod de consuetudine Curiæ non cõsueuerunt declarari, nisi elapsis 30. diebus quæ cõsuetudo erat seruanda: sic stylus, ad cap. ex litteris. de const. & c. cum sit, de crim. fals. & minimè euenit, ad l. erat stylus, sed q; partes consueuerunt petere declarationem ante 30. dies, nisi petijssent ob non omissam possessionem seruatis terminis, oporteret declarari, & quòd tunc esset stylus, quando pars petijsset hos. Et ita non commisit infra triginta dies, quod Rota numquam negauit, licet numquam fecisset declarationẽ ante triginta dies, & sic fuit conclusũ.

D E.

DECISIO MCXLVI.

De inhabilitate.

SVMMARIA.

1 *Sententia sola sine productione processus non probat, & ita Rota obseruat in latis extra Curiam.*
2 *Probatio vnius testis legalis supplet inhabilitatem alterius.*
3 *Materia est intelligenda, prout de iure præsumitur.*

AVgust. Francus acceptasse prætendebat parochialem Cesenat. montis acuti: alter vero acceptauit eamdem & prætendebat acceptationem suam esse validam ex eo, quòd Aug. non potuit acceptare, quia tempore acceptationis erat condemnatus, vt homicida. Et ad hóc probandum fuit præsentata sententia condemnationis homicidij contra Aug. prædict. Insuper prædictũ, quòd per testes nõ erat acceptatio approbata, quia vnus ex testibus erat ipsemet Aug. qui testificatus est approbasse, eratq; in fauorem cessionatij, & per alterum testem tantum, qui excluso Aug. erat inhabilis ad testificandum de suo facto proprio. Dubium fuit 16. Iunij 1539. coram R.P.D. Episc. Rauell. causam proponente, *an acceptatio, & prouisio vigore gratia expectatiua per August. probetur in præiudicium alterius acceptantis.* Fuit tentum per om-
1 nes, † quòd ex quo non apparet de processu per quem est lata sententia prædicta, non datur fides d. sententiæ, vt Aug. censeatur inhabilis tamquam homicida, quia Rota non stat sententijs extra Curiam latis non visis processibus. Et insuper quòd Aug. non sit integer testis ad probandum acceptationem, & prouisionem sibi factam, quia ipse cessit. Et videtur factum illud in fraudẽ, vt potuit testificari: & quia est infamatus de homicidio: & ratio est, quia infamatus non potest testificari, ad cap. testimonium, de testibus cum vulgar. Item cedenti rem ad ipsum spectantem non est fides adhibenda, Lanfran. in c. quoniam cõtra, de probat. vers. testium, Rom. consilio 382. Post instatur interum in eadem causa, quòd
2 † probatio vnius testis legalis supplet inhabilitatem alterius testis, ad not. per Bald. in l. 1. col. 3. C. de test. Rom. in cons. 290. ad fin. Soc. 130. vol. 1. Maximè, quia hic agitur de tollẽda subreptione. Fuit dubium 17. Iunij 1539. an ad tollendam subreptionem gratiæ annuæ prouisionis, sufficiat probare acceptationem, & prouisionem narratam per vnum testem. Fuit dictum, quòd non, etiam com alio reprobato, ad euitandam subreptionem, dec. Aegid. 683. Et videtur probatum contrarium, quia
3 † fuit intellecta materia, quæ de iure præsumitur, nisi probetur excessus, vt sentit eadem dec. & sic secundum hanc solutionem fuit causa expedita, &c.

SECT. IIII. LIBRI TERTII.

CONTINENS DECISIONES AVGVSTINI.

DECISIO MCXLVII.

Vt lite pendente.

SVMMARIVM.

1 *Attentare dicitur etiam ille, qui habet causam ab altero ex litigantibus, etiam ex causa permutationis.*

LIte pendente inter Episcopum Solis possessorem parochialis Huelamo Alberic. diœc. Et Episc. Segobien. d. Episcop. Solis parochialem præfatam de consensu Imperatoris d. parochialis asserti patroni, in manibus Ioan. Pogij tunc Sedis Apostol. Nuncij, in fauorem Io. Cõpusano resignauit, & Io. possessionem virtute dictæ resignationis cap. Dubium fuit, *an dicta possessio capta a Ioanne, qui non erat in lite, tamquam attentata, sit reuocanda?* Fuit per Dominos cõclusum 15. Ianuarij 1546. coram R.P.D. Antonio Augustino, quòd
1 sic: quia etiam † tertius habens, causam ab altero ex litigantibus attentat, vt per gl. in c. non solum, in vers. reducendum, de appell. lib. 6. Bisig. decis. 4. eod. tit. etiamsi esset ex causa permutationis, Rot. 3. in nou. vt lit. pend. & 3. in antiq. per tex. in c. 2. vt lit. pend. in 6.

DECISIO MCXLVIII.

Reg. 16. vt commiss. cael. litteris non exped.

SVMMARIVM.

1 *Regula 26. de litteris expediendis habet locum etiam quando procediture exequutiuè.*

FVit dubitatum in via parochiali de Villa Eleuen. diœc. an regula 26. de litteris expediendis haberet locum, quando proceditur exequutiue. Et conclusum est per Rotam 6. Nouemb. 1545. coram R.P.D. Antonio
1 Augustino, † regulæ esse locum ex sui generalitate, per not. per Sam. in d. reg. q. 9. Tum quia si locum habet, quando proceditur via ordinaria, & est clarum, multo fortius, quando via exequutiua, cum per eam ad exequutionem postea deueniatur. Item, ne via fraudibus aperiatur, quia habentes regressus, vel prouisiones de beneficijs in Curia vacantibus, quibus dantur commissiones via exequutiua, numquam expedirent litteras & nimium fraudarentur officiales, & Camera. Et quia capit. hi cõtra quos, vt lite pend. lib. 6. habet locum in exequutione Bisig. vt lite pend. Secundo adde, quòd exequutio requirit litterarum expeditionem.

DECISIO MCXLIX.

De appel. & de confess.

SVMMARIA.

1 *Collatio facta post sententiam priuatoriam ante terminum ad appellandum an valeat.*
2 *Carceris effractor aufugiens, an censeatur & confiteri delictum, vbi latè.*
3 *Canonicus propter crimen homicidij priuatus ipso iure dicitur ab omni beneficio.*

DVm Andreas Castellanus carceratus propter scelera fuisset, & a Nuncio Apostolico Venetijs existente, & in hoc casu Sedis Apostolicæ delegato citatus ad sententiam, die 25. Aug. 1543. ad diem Iouis, & die 26. eiusdem, idem Dom. Nuncius, vt delegatus pronunciauit, Andream propter eius crimina inis beneficijs priuatum esse. Demum 31. d. Episc. Veron. contulit parochialẽ de Laczo vacante per sententiam priuatiuam latã contra Andream Nicolao Ormaneto, a qua sententia Andreas die 1. Septembr. ad Sedem Apostolicam appellauit, & post appellationem die 3. Septemb. idem Andreas in manibus S. D. N. in fauorem Iulij Calestani resignauit. Fuit dubitatum coram eodem Domino, *an pendente termino ad appellandum post sententiam priuatiuam beneficiorum, Episcopus Veronen. potuerit de iure conferre dictam parochialem Laczo, quæ est in sua diœcese?* Et licet (vt arbiter) causa fuerat concordata, tamen inter Domi-
1 nos 2. Decembris 1545. resolutum † fuit, quòd aut a sententia appellare potuit, & collatio non valuit, etiamsi appellatio esset deserta, ad text. in c. licet, de sentent. excommunicatio. & cap. cum venissent, secundum primam lectu-

lecturam, de eo qui mit. in possess. caus. rei ser. Doct. in l. 1. C. de bon. poss. secundum tab. quia idem de gestis post appellationem, ed text. in c. non solum, & ibi gl. in versic. innoua. de appel. in 6. Sed gesta post appellationem reuocantur. Ergo, & c. Et quia pendante lite nulle prouisio per ordinarium fieri potest, vulgar. cap. 1. vt lite penden. in 6. etiem si extra curie tenuit, vt in dicto cap. 1. in versi. vel alibi, & ibi gl. Aut non potuit eppellari, & tunc collatio valuit etiam infra terminum ad eppellandū, quia etiam hæc paria iudicantur. Sed tunc non fuit resolutum, an Dominus Andreas priuatus suis beneficijs per sententiam, postquam effractus carceribus aufugit, e dicta sententia potuit eppellare, vel non. Resolutio negatiuam partem, † quia effractor carceris effugiens præ-
2 sumptione iuris, & de iure confiteri videtur delictum, Bart. per illum textum in l. reos. ff. de custod. reor. licet ille textus nō probet secundum Nicolaum Boer. in 2. par. decis. 5 5. num. 22. & Franc. Rip. in l. admonendi. num. 166. & 170. de iureiuran. Videtur communis opinio, vt per eumdem, num. 9. & 30. & Iason. num. 90. & ibi Cur. iun. in d. l. admonendi. ff. de iureiur. Felin. in cap. nullus. extra de præsumpt. sed confessus eppellare nō potest. l. 2. quādo eppell. non recip. Ergo, & c. Tunc sequitur † si cano-
3 nicus priuatus ob huiusmodi crimen extiterit, ipso iure amittit stallum in choro, & locum in Capitulo, & alia eidem pertinentia sine dilatione, vt per Boer. decis. 206. colum. 2. Tum etiam, quia si citatus peremptoria vltima citatione fugiet, appellere non potest. Bald. in l. si ideo. de euict. Angel. in l. ex consensu. de eppel. Alexan. in l. sæpe. col. 3. ff. de re iudic. a fortiori aufugiens fractis carceribus, cum iuris præsumptiune, & de iure confiteatur delictum, & in terminis, quod appellere non potuit frengens carceres, tenet Hip. sing. 166. per doctrina in Baldi in l. si quis adult. post princ. C. ad leg. Iuliem de adulter. quod tamen intelligi dabebat de carcerato iuste, sed si iniuste. vt per Bart. in l. vis eius. C. de probat. Alex. in l. sed ex imēdi, in fi. ff. si quis eum, qui in ius vocat. est, vi exim. Boer. d. decis. 5 1 5. num. 3. Rip. d. l. admonendi. num. 150. cum seq. ff. de iureiuran.

DECISIO MCL.
De dilat. de restit. spoliet.

SVMMARIA.

1 *Remissoria non conceditur vbi de lite non constat.*
2 *Probatoria materia numquam restringi debet.*
3 *Attentata probari possunt etiam lite non existente, vigore remissoria.*

FVit dubitetum in causse Oxomen. Archipresbyteratus, & parochialis de Triando, inter Ioannē de Sancta Maria actorem, & Didacum de Melgosa assertum spoliatorem, en d. Ioanni egenti spolio ettentato constito per testes, & elia deberet remissoria cōcedi. Et resolutum corem eodem D. Antonio Augustino, die 19. Decembris
1 1545. & die 26. Martij 1546. quòd non, quia † de lite non constabat. Nem commissio nomine spoliatoris per cursorem præsentata, & citatio per essertum procuratorem spoliatoris petita fuit, neque de spolij probatione, cum sempore possessionis minimè cōstabat de secundo extremo, etiam per coniecturas. Tum etiam, quia est actor, per decis. Rot. in antiq. 334. Quamuis videatur obstare, quia
2 si non conceditur † materia & facultas probatoria restringeretur, quæ non est coarctanda. l. generale. in prin. C. de rebus credit. l. quoniem. in fin. C. de hæred. Tum etiam, quia si ed probandum spolium aliquando datur remissoria. Cassad. de dilat. decis. 23. a fortiori ed probandum attentata, quæ megis sunt odiosa. Cerdin. in Clemen. fin. de appel. lib. 6. † Et ideo Domini sequuta Cassa-
3 dor. conf. de dilat. decis. 4. numer. 5. virtute commissionis certum terminum præfixerunt ad probandum attentata, quo elapso, & non docto de attentatis, iudex procedit. Et in eadem eisdem anno, & die fuit etiam tentum, reo spoliatori non debere remissoriem concedi, ne confoueatur in sua occupatione, cum sonet in delictum, cum eadē nec restitutio in integrū detur. l. au eiium. §. fin. ff. de minor. & alia ratione, de que per Cassad. de dilat. decis. 1.

DECISIO MCLI.
De regres. & caus. possess. & propter.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus ab ordinario, & continuans eius possessionem anteriorem præfertur ei, qui venit vigore regressus.*

REgressui locus fuit factus per mortem, ordinarius cō tulit beneficia, de quibus in regressu, Nicoleo de milistibus vlt. Septemb. qui post lucam diei ante ortum solis, cæpit possessionem, & eadem die possessionis in ortu solis Io. Dominicus de Sebastienus etiam cæpit possessionem instrumentalem certe hora diei, virtute dicti regressus. Causse fuit commisse, & postea obtentum mandatum de manutenendo, & ne scandale orirentur, & sequerentur, Rote aduocauit ed se possessionem. Dubitatum fuit in cuius fauorem dictorum beneficiorum pos-
1 sessio debeat relaxari. Et decisum fuit in † Tiburtine beneficiorum coram prædicto die 24. Decembris 1546. debere relaxari in fauorem Nicolei prouisi ab Ordinario, quia vere fuit prouisio ab Ordinerio. Et cæpit possessionem, fructus colligendo, & Vicarium ponendo, & dictā possessionem continuendo, quæ sunt vere signa possessionis, ed l. Titium. ff. de solut. Non refragatur quod eadem die Dominico fuit data possessio instrumentalis cū ediectione horæ, quæ præsumitur antiquior. Cassad. 2. de præbend. & 4. super regul. quia ex quo in possessione Nicolei hora fuit etiam apposita, & constat per signa prę dicta de vera eius possessione, Rota semper solite est iudicare, quia prior est illa, quæ est effectualis cum fructuū perceptione, vt per Sarn. reg. de annali. q. 47. num. 2. Minus obstet decretum irritans in regressu appositum, quia cum debeant probari qualitetes dicti regressus, & eius, in cuius fauorē tentum fuit, & aliàs, nisi iustificatis dictis qualitatibus non potest aliquos operari effectus, vt Rota tenuit cotam D. Antonio Augustino, die 18. Ieo. 1546. ad not. per Ioan. Andr. in c. 1. col. 1. ver. vt suas. de lite cōtest. in 6. Immo etiam constarat de non iure dicti Nicolai rei, temen non iustificatis qualitatibus regressus, non erat a possessione emouendus, cum de iure actoris non constet, immo absoluendus, l. qui accusare. C. de eden. l. loci corpus. §. fi. ff. si ser. vind. Cassad. decis. 3. num. 5. de restit. spoliat. Nec decretum irritans aliquem de possessione, atiam de facto tentum spoliet, ideò tantum debet Nicoleus pacificè possidere, cum lis nō tollat alicui possessionem, ad not. in cap. 1. vt lite penden. in 6. Nec (credo) ante discussionem esse reijciendum, ed not. in cap. licet Episcopus, de præben. in 6. ec sequestrum in isto casu ad custodiam eppositum probat dictum Nicolaum possessorem, l. interesse. ff. de ecq. possess. Sed postea cum in præsenti caussa propter possessionē Nicolai suspectam, non constabat de eius possessione, & per consequens de eius spolio, neque erant iustificandæ dictæ qualitates regressus, fuit tentum a Dominis die 18. Ienuarij 1546. coram eodem, prædictum Ioannem Dominicum manutenendum in sue possessione virtute regressus capta, & caussa fuit concordete.

DECISIO MCLII.
De iura patronat. & de donationibus.

SVMMARIA.

1 *Iuspatronatus an veniat in donatione Vniuersali omnium bonorum iurium & actionum. Quod non. num. 4.*
2 *Expressio facta per relationem, censentur nominatim facta.*

3 *Iuspatronatus in concessione de omnibus bonis, iuribus, & actionibus, transfertur ex communi.*

CVm die 14. Martij 1546. Angelus Christophori Pe-
tri de Lemmo donasset Francisco, Petro, Laurentio
& alijs in donatione nominatis, omnia bona sua mobi-
lia, iora & actiones, seruato sibi vsufroctu, & Capellam
Sancti Nicolai dotasset, voluit donaterios, & successores
eorum, & Gubernatores fraternitatis huiusmodi Capel-
læ esse patronos, die 26. Nouembr. 1546. præfatus Fren-
ciscus dedit, & cessit condonatarijs vidalicet Petro, Lau-
rentio, & Baldo præsentibus omnia iura, & actiones, quę
& quas haberet, & sui possent habere, in, & super quibus-
cumque bonis, & rebus olim Angeli Christophori, oc-
casione doeationis, siue hæreditatis, vel alia quacum-
que, cum omnibus & singulis honoribus, debitis, & obli
gationibus dictorum iurium, & quę ipse donator eorum
nomine fecisset & obligasset, seruato sibi iure in vna pe-
tia terræ. Et ideo fuit dubium, an iuspatronatus huius-
modi Capellæ transeat in huiosmodi donatione iurium,
& actiooum a Frencisco facta, vt supra, Petro, & Baldo
1 condonatarijs & compatronis? Videbetur, quòd † sic.
Nam non est dubium, quòd in prima donatione ab An-
gelo facta comprehendantur virtoaliter, & expressa ius-
patronatus, & secunda a Francisco facta fuit, referendo
se ad primam, sed relatum est in referente, l. asse toto. ff.
de hær. inst. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demon. Imò
2 † expressio facta per relationem videtur nominatim fa-
cta. Paris. in cons. 122. colum. 2. volum. 1. & cons. 5. in fin.
volum. 3. Ergo & in secunda transit iuspatronatus, &
maximè, qoia secunda facta fuit cum omnibus & singu-
lis honoribus & debitis, &c. Et cum petronatus sit ius
honorificum, vt in eius definitione communiter appro-
bata: ergo dator intelligi esse de mente Francisci, dona-
re velle iuspatronatue, vt illud etiam transiret in dona-
tione a Frencisco facta. Item & alia ratione, quie dona-
tio a Francisco facta, fuit de omnibus iuribus & actio-
nibus quæ & quas habebat in, & super quiboscumque
bonis cum honoribus, &c. propter virtutem donationis,
& hæreditatis dicti Angeli sibi factæ, saluo iora sibi in
vna petia terræ, ex quo videtur Franciscus omnia alia
transferre, & sic iuspatronatus, & maximè considerata
verborum geminatione seu multiplicatione, vt in ter-
minis videtur casum istum decidere Philip. cons. 127. 1.
3 volum. peoult. col. ver. sed ad ista. Vbi dicit, quòd † in
concessione de omnibus iuribus, actionibus, & bonis ali-
cuius facta, transfertur iuspatronatus, & quòd est ista
4 commuois opinio. Tamen † prędictis non obstantibus
Rota duobus Dominis exceptis corã eodem die 14. De-
cembr. 1546. post aduocatorum & dominorum caussæ
discussionem contrarium tenet. Primum per edictum.
Bald. in l. fin. penul. colum. num. 48. ver. item si dixi om-
nia iora. C. de adicto diui Adr. tollen. vbi dicit, quòd do-
nans omnia iura, quæ habet, non videtur dooare iuspa-
tronatus. Et est retio: quia huiusmodi donatio omnium
iurium, est generalis, & resoluitur in suas species. l. si cho
rus. ff. deleg. 3. Ergo, & c. Tum etiã, quia si dono tibi fun-
dum meum, in quo est Ecclesia, non veoit Ecclesia, quæ
non est eiusdem rationis, & conditioois, vt per Bart. d. lo-
co, & Rotam in ver. ipse, decis. 15. quæst. 25. nu. 43. Cum
ergo iuspatronatus sit diuersæ rationis, & conditionis
cum iuribus & actionibus, non venit in donetione eorũ.
Firm. in tract. de episcop. 4. par. lib. 4. quæst. 30. & nouis-
sime Lambert. in tract. suo, in 1. & 2. par. libro 4. quæst.
9. 6. artic. Non obstant adducta in contrarium. Nam li-
cet relatum propriè fit in referente, tamen illud intelli-
gitur, quando referens simpliciter relatum refert: secus
quando limitatiuè, vt in terminis nostris, quia licet hæc
secunda donatio se referat ad primam, tamen limitati-
ue respectu iurium & actionum, quorum appellatione,
vt supra, non venit iuspatronatus, tamquam diuersæ
conditionis. Minus obstat secundum, quia, quamuis
donatio iorium & actionum cum honoribus sit facta, ex
hoc non est translatum iuspatronatus, qoia donatio non
est vniuersalis, quia diuersitas continet in se honorem,
vt per Doct. in d. c. ex litteris, de iure petron. ergo honor
vniuersitas non est, qoia continens & contentum diffe-
runt. Ita Rota, in vers. species, decis. 15. quæst. 14. num.
94. Nec obstat tertium de verborum geminatione, seu
multiplicatione: nec quartum, quod omnia donare vel-
let Franciscus, excepta illa petia terræ; quia his repugnat
propria natura verborum, scilicet iorium, & actionum,
quæ non comprehendunt iuspatronatus, vt supra dixi.
Multò minus obstat, quòd dicit Dec. cons. 129. quorum
vbi fuerunt concessa iura, iurisdictiones, & bona, & nec
concessio fuit generalis, dum de beneficio loquitur vni-
uersaliter, per legem bonorum, la seconda, de verborum
significatione, & idem dicto consil. 129. expresse dicit in
penul. colum.

DECISIO MCLIII.

De dolo & contum.

SVMMARIVM.

1 *Actor, vel eius procurator post obtentam commissionem debet intra terminum de mandato sine alia citatione docere de iure suo: alias reus absoluetur ab instantia iudicij.*

IOannes Vaz assertus procurator Stephani Madera
nomine eiusdem Medera caussam commisit contra
N. cum clausula, & omnes alios, &c. Cuius virtute Mar-
tinus Vigulo per suum procuratorẽ Ferdinandum Sez-
za coram Episcopo Sarnen. comparuit: pro parte Ferdi-
nandi rei commissio fuit obtenta cum præfixione termi-
ni Ioanni Vaz ad docendum de mandato, quo elapso, &
non docto, absolueretur Ferdinandus reus, ex quo de
absentia dicti Vaz procuratoris actoris constabat fuit du
bitatum, an elapso termino in commissione expresso, &
non docto de mandato asserti procuratoris actoris, ex
quo erat absens dictus procurator, actor debeat citari
personaliter antequam absoluatur reos. Et quamuis
12. Februar. 1546. in quadam Vlixbonen. parochialis de
pęnafuria coram eodem Domino Antonio Augustino
fuerit a Dominis resolutum, debere citari personaliter,
ex quo erat absens dictus procuretor: Item quia Marti-
nus Suguero comparens per procuratorem non erat no-
minatus in prima commissione; tum etiam quia non cõ-
stebat citationem exequutam contra Martinum: rursus
quia Martinus facilè freudem committere posset, quia
ex quo non nominetus expresse in prima commissione,
oeque etiam citatus possat comparara, quando sciuit,
Ioannem Vaz procuratorem actoris esse absentem, vt in
hoc casu, & obtinet absolutionem nullo contradicente:
1 Tamen ijdem Domini in eadem coram eodem, die 19.
eiusdem mensis, & anni, contrarium tenuere; Primo,
quie ordinarium est obtenta commissione, quòd procu-
rator intra terminum de mandato doceat, quo non do-
cto, reus absolui potest ab ista instantia. Cassad. in reg.
decis. 40. etiam cum expensarum condemnatione, vt ibi.
numero 6. Nec obstat, quod reus non fuit nominatus in
prima commissione: quia est expressum virtualiter per
clausulam generalem, & omnes interesse putantes, &c.
Minusque obstat non constare de exequotione citatio-
nis contra Martinum reum conuentum: quia ex quo ip-
se post obtentam primam commissionem in supradicta
perochiali constituit procuratorem, & procurator com-
paruit, præsumitur dictus Martinus citatus, vt per Rot.
in nouis. 403. numer. 3. quia præsumitur etiam obtinen-
tem commissionem remanere in eadem voluntate, &
sic citasse omnes interesse putantes, vt etiam numero 3.
Nec habet mouere absentia procuratoris actoris, quia
ex eo, quia obtinuit commissionem, debet esse cautus
caussam agitari debere in loco destinato in commissio-
ne, nec

ne, nec ab eo absentare, vel saltem dimittere ibi procuratorem, vt per Rot. d. dec. num. 2. ¶ Multo minus obstat ratio de fraude, quam committere posset reus citatus in comparendo, quando sciret actorem vel eius procuratorem absentem a curia: quia, ex quo est maior actoris, quàm rei, per iura vulgar. & reus comparendo coram iudice, & maximè absente actore, vel eius procuratore post tam multos menses elapsos post absentiam actoris, vel eius procuratoris, non videtur in fraudem hoc fecisse, vt videtur Rota concludere, d. decis. 402. num. 3. Et maximè, quia si contrarium diceretur, esset in potestate actoris post citationem rei non comparendo, seu se absentando, tenere reum in suspenso, & iota magis fauent reis, quam actoribus. Et ideo conclusum fuit prædicta die, & anno, Martinum Suguero absolui debere ad instantiam iudicis, vt d. decis. Rota in nou. 402. nu. 3. in fi. Et dec. Cassad. da qua sup. procedit si peteret reus se absolui a molestijs actoris: esset enim citandus noo assertus procurator, sed ipse actor. ¶ Hic tamen petit se absolui ab instantia iudicij, & molestijs procuratoris asserti, cũtra quẽ posset etiam procedi vigore obligationis, quam facit promittendo de rato sub pœna duccntorum.

DECISIO MCLIV.

De successionibus.

SVMMARIA.

1 *Masculi in conditione positi, an & quando censeantur dispositiuè vocati a testatore, vide latissimè per totum.*
Vbi post longam disputationem Rota tenet affirmatiuam, num. 3. & 4.

3 *Masculinitatis sola expressio non operatur, vt filij in conditione positi censeantur dispositiuè vocati, nisi etiam adsit ad plures gradus digressio.*

Licet quamplures teneoriot, masculos in conditione positos, ad successionem vocatos esse tacitè ex testamento, quos sequitur Cort. senior cons. 51. num. 20. cum seq. Cort. iun. in l. 1. num. 14. C. de pact. Paris. consil. 66. num. 6. & 50. & 53. num. 44 & 6. & 3. volum. limitando gl. in l. Lucius, ff. de hæred. instit. Tamen idem Paris. cõs. 44. num. 51. & cons. 86. num. 16. & 31. volum. 1. cõcludit contrarium, & dicit, quod pro hac parte est opin. communis, Iaf. 232. volum. 2. Zas. concludit in tract. de substitut. cap. 3. & Rota in quadam Romana Casalis coram eodem 8. Februarij 1546. concludit, quia satis est, quòd verbum, masculos, operatur, quòd masculi tãtum excludant substitutum, & non quod feminæ excludant a successione substitutos, vel quod feminæ excludantur, Soc. cons. 104. num. pen. & num. 219. Sed fuit dubium non minimũ, an testator digressus ad plures substitutionum gradus sit vsus verbo masculinitatis, vel aliàs extantibus pluribus conjecturis, vt filij in cõditione positi censeantur vocati. Et † videtur, quod sic. Primò, quia (vt dixi) est magna inter Doctor. controuersia, an positi in conditione sint dispositiuè ex testamẽto vocati: & tunc si stant coniecturæ, ex quibus voluntas testatoris declaratur volentis eos vocare, videtur eos vocare, vt concludit Paris. cons. 66. num. 52. & a 1. & cons. 6. per totum, 3. vol. & cons. 57. num. 9. & a 1. & cons. 90. nu. 15. & 16. vol. 1. Licet igitur gl. in d. l. Lucius, nõ habeat locum stantibus coniecturis in contrarium, ex quibus etiam lauibus receditur a d. gl. Aim. cons. 61. Corn. in l. ab eo, C. de fideicomm. & cons. 146. volum. 1. Paris. d. cons. 57. num. 22. Aim. cons. 61. tameo voluntas testatoris interpretatur secundum eius affectionem, l. Aurelius, §. Titius, ff. de lib. leg. l. cum auus, ff. de cond. & demon. l. cum acutissimi, C. de fideicomm. immo attenditur affectio ista contra proprietatem verborum, l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Soc. cons. 26. colum. 2, volum. 4. tunc si sit affectio testatoris, quòd voluit masculos in conditione positos vocare ex testamento, satis demonstrauit ex digressione ad plures substitutionem gradus sub verbo masculinitatis sæpius repetito, quia præsumitur expressisse, vel repetijsse ad conseruationem agnationis, vt in terminis tenet Paris. cons. 57. num. 10. Idem quando excluderet feminas, vt in terminis tenet d. Aim. cons. 61. no. 9. plura allegans. Idem quando filij essent inuicem substituti, si sine liberis masculis, & vltimo moriente extraneus. Paris. cons. 5. num. 34. 3. vol. cum pluribus alijs, quæ videre poteris in dicta causa. Aim. cons. 62. Iaf. cons. 232. volum. 2. quæ non curo transcribere. Videtur ergo stantibus coniecturis pro affirmatiua concludendum esse ex supradictis. Et finaliter tenuit Franc. Cort. iun. in l. 1. colum. 4. no. 14. C. de pact. qui dicit sæpe se consuluisse. Et ita iudicatum fuisse & approbatum per consilium Venetorum, vt ibi comprobatur ratione. Nam quando sunt diuersi gradus in substitutionibus sine liberis, &c. illi liberi secũdi gradus sub conditione positi, videntur grauati. Ergo in antecedenti honorati præsumuntur, vt per Bart. in l. Centurio, nu. 37. ff. de vulg. & pupil. Alex. cons. 63. num. 8. & 9. volum. 4. cum alijs quæ accumulat idem Soc. in l. cum filiofam. ff. de leg. 1. Tamen pro alia parte adducitur tãtum vna ratio. Nam digressio ad plures substitutionum gradus, scilicet, vt post mortem omnium vltimo substitutus succedat, non inducit reciprocum fideicommissum inter honoratos. Imol. in l. pater impuberis. ver. vt per hunc tex. & ibi Paul. in vers. pone vltimo. & Alex. ver. ex prædictis. ff. de vulg. Soc. cons. 104 num. 8. Alexand. cons. 11. num. 7. volum. 3. & pluribus alijs cons. Ergo re: digressio ad plures gradus substitutionum facit in conditione positos, esse vocatos tacitè ex testamento: immo & si per digressionem ad plures gradus, & post omnium mortem, facta substitutione inter vocatos, esset fideicommissum reciprocum inductum, tamen, quando est facta inter positos in conditione, minimè est inductum. Ita Ioa. de Imol. in l. Centurio, num. 22. ff. de vulg. & pup. Raimut. in Clem. dispendiosam. extra de testam. sentit Salic. & ante eum Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs subst. Soc. cons. 104 num. 9. & in l. hæres. §. cum ita, ff. ad Treb. Et his datur intelligi, per digressionem ad plures gradus, positos in conditione non censeri ex testamento vocatos, vt in specie tanet Paris. cons. 86. num. 27. cum pluribus seq. & 44. nõm. 21. volum. 1. & plures alij quos ipse refert, & sequitur in dictis locis. Nec obstant adducta pro alia parte. Nam primo, & secondo fundamentis respondetur, quòd, quamuis ex coniecturis recedatur a gl. in l. Lucius, communiter approbata, tamen est necesse ex verbis testatoris eas apparere: nec sufficit dicere, quod talis fuit testatoris mens, sed quòd voluntas in dispositionem transiuit. Bald. in l. vni. C. de his qui ante aper. tabul. dum loquitur, ad fideicommissum conditionale transmittatur, quem sequitur Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita. colum. 3. var. aducite tamen. ff. ad Trebel. & cons. 6. num. 9. & cons. 104. Alex. & Iaf. in l. 3. C. de lib. præter. Doct. in plurib. consil. quos allegat Paris. cons. frequendo cons. 86. & 87. num. 16. num. 21. volum. 2. & 44. num. a 5. eodem, & est text. in l. quoties. §. tantumdem. in l. quidam cum filiom. ff. de hæred. instit. Et quando, & ex quibus in materia nostra appareat de voluntate testatoris per dictum Paris. d. cons. 86. no. 10. cum plurib. seq. vol. 1. & 44. eod. vol. Aim. d. cons. num. 6 & seq. Nec obstat tertium de affectione testatoris cõiecturata: quia non inducitur ex digressione sola ad plores gradus, concludit Soc. in l. cum auus. colum. penult. & vlt. ff. de cõd. & demon. Paris. allegat plures alios cons. 44. num. 21. & 86. num. 27. 2. volum. ad effectum vt præsumatur ex testamento vocati: neque ex sola expressione masculinitatis, vt in d. cõs. tenet Paris. Verum est, quòd † ex his duobus maximè simul iunctis fortè viderentur in conditione positi ex testamento vocati, vt latissima & melius quam alij, tenet Nicol. Boer. in decis. 155. par. 2. num. 18.

3 ¶ Sed contrarium Rota tenuit ex supradictis. Nec etiam obstat filias grauatas & dotibus certis esse cõtentas, quia ita videtur eas tacitè excludere, ponendo masculos in conditione, sicut dotando filias: & tamen verbo masculinitatis expresso non vidatur velle eos tacitè vocare, vt supra. ¶ Minusq. si diceretur, quod fortior fuisset probatio erga filias, quam erga filios, com masculis non extantibus pater in præiudicium dotis filiarum non posset alienare, quod posset in præiudicium masculorum, cum ab intestato succedant, arg. l. fin. C. com. de leg. quia respondetur, quod non est præsumendum, quia lex præsumit patrem optimum administratorem, & aliquando obliuiscitur sui, vt filios diuites relinquat, vt indies videmus: & si aliquando hoc pater facit, non est in consideratione, l. non ad ea, ff. de cond. & demonstr. Soc. latè cons. 116. colum. 7. vers. ista omnia sunt. ¶ Nec obstat, quòd in tota hæreditate facta esset institutio, & ab vltimo moriente facta substitutio, vt latè dicto cons. Soc. 104. num. 9. qui allegat plura, sentit Bart. in l. codicillis, num. 4. ff. de vsufr. leg. Alex. latè cons. 22. num. penult. & fi. & cons. 24. num. 5. volum. 4. ita quòd per consequens cum vltimus moriens non sit expresè, & specificè grauatus, in antecedente non videtur institutus, vel honoratus, vt in dictis locis. Et quamuis in dicta causa Romana Casalis Rota iusserit concordari partes 12. Febr. 1546. propter nimiam subtilitatem, quia de interpretanda voluntate coniecturata testatoris agebatur, in qua certa nõ possit dari regula, vt Curt. iun. cons. 87. & Galiat. in l. Centurio. var. secundo limit. num. 386. ff. de volg. ¶ Ta-
4 men die 18. Martij 1546. coram eodem D. Rota vnanimiter conclusit tam ex omnibus supradictis coniecturis simul iunctis, quàm ex verbis testamenti, quod pronepos positus in conditione, si nepos sine filijs decessert, vt supra, & institutus & substitutus in testamento, censetur tacitè vocatus, & fundamentum, de quo in dicta causa Romana Casalis, vide ibi. Sed causa ex alio capite decisa est, propter non rectam confectionem inuentarij a filio eius, qui alienauit,

DECISIO MCLV.

De attentatis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta vigore sententia lata ante inhibitionem, & sic lite pendente, an dicatur attentata, vide latè distinctionem.*

VAcante quadam integra portione patrimoniali in Ecclesia S. Michaelis Locisdelas, Burgen. Diœc. per obitum quondam Io. Martinen. extra Romanam Curiam, publico proposito edicto a quodam Francisco de Mena officiali Burgen. & prouisore dictæ portionis, cui se opposuere Ioannes Lopes Baccalarius, & quidam Ioan. Sanctus, qui dato termino peremptorio ad probandum, & postea testibus vtriusque partis ad eorumdem instantiam publicatis, & conclusa in causa a dicto officiali, & prouisore, & monitis partibus ad sententiam audiendam, cum ipse Ioãnes Sanctus non probaret qualitates suas necessarias, alium terminum a dicto prouisore ad probandum petijt, aduersario cõtradicente, cum idem prouisor in causa conclusisset. Tamen dato a dicto prouisore alio termino Ioãni Sancto, a quo dictus Ioannes Baccalarius appellauit ad Sedem Apostolicam, & causa commissa ab eius nuncio cuidam Ioanni Ferdinando Canonico Burg. & alijs, &c. decreta citatione, & inhibitione præsentata dicto officiali die 5. Martij 1543. eodem die ante præsentationem dictus officialis, & prouisor declarauit in fauorem dicti Ioannis Sancti, qui accepit possessionem virtute dictæ sententiæ.

¶ Non obstante præfata declaratione d. Canonicus delegatus seruatis seruandis reuocauit sententiam prælati officialis tamquam attentatam, & dictam portionem Ioanni Lopez Baccalario adiudicauit, & contulit, a qua dictus Ioannes Sanctus appellauit ad Sedem Apostolicam, & causam commisit in Rota, fuit dubium, an pendente dicta causa in Rota, & possessione capta a dicto Ioanne Sancto, possessio dictæ portionis sequestrari de-
1 beat. Et videtur, quòd sic. Primò, quia constat † de attentatis, cum constat ex sua petitione dictum Ioãnem Sanctum non possedisse a principio litis, & nunc possidere per testes hoc vltimum probetur, & quòd etiam sufficeret per publicam vocem & famam probata, tum quia dictus Ioannes Sanctus sustinet litem super huiusmodi attentatis, per quod probatur secundum extremum. Secundò, aut Ioannes Sanctus attentauit, & quia debent reuocari attentata, & tunc est iustum dictam portionem sequestrari: aut non attentauit, & remanet possessio vacua, & tunc etiam est sequestranda.

Nec dicatur, quòd Dum. Ioannes incœperit possidere post sententiam in sui fauorem latam, quoniam aut ante inhibitionem dicti delegati fuit eadem die lata, & est attentata, quia pendente termino ad appellandum, &c. ioribus vulgaribus, aut post inhibitionem cœpit possidere, & tunc fortius, &c. c. non solum, de appellat. in 6. Item etsi post rem iudicatam & exequutoriales directas apprehensa fuisset possessio, renocaretur per viam attentatorum: nisi dictæ exequutoriales intimatæ fuissent, & paruisset, vt per Sanen. de annali. quæst. 44. num. 7. & de subrog. collitigan. quæst. 4. licet intrusus non dicitur, vt ibi, & ita seruat Rot. Cassad. 6. de cau. poss. & propterea videtur, quod portio sit sequestranda. Tamen quòd sequestrari non debeat, facit, quia & probaretur de possessione dicti Ioannis, tamen possidebat auctore prætore, scilicet, per sententiam dicti officialis, & sic clatè non constat de attentatis. Tamen, quia prius sententiam tulit, & postea inhibitum fuit dicto officiali, & ordo scripturæ attenditur, ad notata per Dec. in cap. Nicolao, in princ. de appel. Cassad. de præben. decis. 9. & maximè, quod probaretur, quòd in Prouincia Burgen. adest consuetudo, quòd sententia lata inter litigantes, is, in cuius fauorem est lata, mittitur in posseßionem, vt Ecclesiæ deseruiatur, & ne diutius vacet coram eodem die 29. Martij 1546. conclusit, posseßionem nõ sequestrandam, sed de iure vtriusque discutiendum esse.

DECISIO MCLVI.

De spolio.

SVMMARIA.

1 *Possessio canonicatus ultima capta Capitulariter, an sit praeferenda prima tradita ab Episcopo, & vno tantum canonico, ita quod vltimus spoliatus veniat restituendus, quòd sic. num. 3.*

2 *Instrumentum non habens locum loci, fidem non facit.*

3 CVm post mortem Alphonsi Pequini Stephanus del Choro immissus esset in posseßionẽ Canonicatus, & præbendæ Corduben. ab Episcopo Corduben. & vno ex Canonicis, & illam continuauit per aliquod tempus. Demum, & succesiuè Ferdinandus Soler virtute cuiusdam gratiæ expectatiuæ a Capitulo Corduben. in posseßionẽ dicti Canonicatus missus etiam fuisset dictus Stephanus spoliauit Ferdinandum sua vltima posseßione. Fuit dubium an Ferdinandus debeat restitui. Et pro negatiua videbatur. Primò, quia Stephanus prius possidebat, quàm Ferdinandus. Tum quia posseßio Ferdinandi non fuit sibi tradita ab Episcopo, & Capitulo, vt requiritur. Cassad. 8. de caus. posseßion. & proprietate. Tum etiam, quia fuit inter prædictos Stephanum & Ferdinandum actum, vt constitueret procuratorem ad renunciandum Canonicatum, de quo agitur in fauorem Stephani, & quod ex nunc dimittebat dictum Stephanum in posseßionem Canonicatus, & præbendæ. Tũ etiam, quia dorso concordiæ præfatæ Notarius Cancellariæ

cellariæ scripsit ista verba. Andreas Vela & Andreas Burgia consenserunt iuxta formam supplicationis. Ex quibus videbatur Ferdinandum aliquo iure non esse restituendum.

Contra tamen dictum fuit. Primo, quia duo extrema ad restitutionem Ferdinandi sunt probata. Nec obstat, quòd Stephanus primo possideret, quam Ferdinandus, & sic posset ipse Ferdinandus spoliare, quoniam possessio dicti Stephani, non est in consideratione, ex quo non fuit tradita Capitulariter, vt requiritur in Canonicatib. Imo.in c.ex litteris. extra de rest.spol. Cassad. d.decis.8. de can. poss. & propriet. Sed dictum fuit sibi tradita ab Episcopo & vno Canonico, & quamuis Stephanus dicat, quòd cæteri Canonici tunc essent excommunicati hoc non constat aliqualiter, & si constaret, poterant Canonici excommunicati tradere possessionem, quia est quid facti. Rota in antiq.dec.126.not.in c.significati. extra de eo qui dux in matr.

Nec patientia Canonicorum, quòd Stephanus possideret, est in consideratione, quoniam requiritur, quod dicta possessio fuerit iustificata ex patientia Canonicorum ante possessionem dicti Ferdinandi, & non postquam Ferdinandus fuit missus in possessionem. Cassad. d.decis.8. Rota in nouis.150. Sarn.de annali.quæst.49. Aim.cons.5.num.17.Gom.consil.24.num.7.l.bonorum, ff.rem rat.hab. Quinimo nec possessio Stephani est in consideratione, cum fuerit capta contra decretum irritans dictæ gratiæ reseruatum Ferdinando, quæ erat ad primum beneficium vacaturum. Cassad.de restit.spoliat. cons.2.num.5.&6.

Nec dicatur, quod gratia expectatiua erat ad primum vacaturum, & erat incerta de beneficio, & sic decretum in ea appositum non inficiebat possessionem ab alio captam. Quoniam respondetur, quòd ex quo dicta gratia venit verificanda super beneficio, & in vna Ecclesia habetur pro certa, cap.ex parte, in princip.ext. de off. deleg. Cassad. de rest.spol. decis.1. & 2. Et ita in vna Luca. Canonicatus & præbendæ de anno 1540. coram R.P.D.Reuellen. ita intelligendo quandam reseruam Reginaldi Petrutij, quæ erat vsque ad summam mille ducatorum, licet in pluribus beneficijs, & diuersi generis verificari posset. Tum ex quo & à sede primo vacaturis absque clausula acceptandi, quòd dicebatur gratia specialis, & data vacatione, decretum in dicta gratia appositum, inficiebat possessionem tamquam gratia specialis. Nec obstat, quod dicitur, quòd requiritur interessentia Episcopi in tradenda possessione Canonicatus, quia est verum, nisi testes deponerent de consuetudine. Tum probarent dicendo, Episcopum interuenisse in tradenda possessione capitulariter, vt in hoc Rota conclusit vltima Maij 1546. Et maximè in nostro casu, cum gratia expectatiua committatur Capitulo, & tradit possessionem Ferdinando, & sic fuit bene tradita. Nec obstat instrumentum dictæ concordiæ inter Ferdinandum, & Stephanum factum, quia instrumentum dictæ concordiæ non erat recognitum, & sic fidem non facit. Rom.consil.15.num.16. ver.super quasto. Item, quia factum (vt creditur) Ferdinando in carceribus existen-
2 te, & sic defecit locus loci, qui requiritus. Rota in antiq.738. Ita in hac causa conclusit Rota coram eodem die 21. Maij 1546. & in dicta concordia non dimittebat Ferdinandus Stephanum pacificum possessorem: sed Ferdinandus se obligauit ad constituendum procuratorem, ad renunciandum Canonicatui, & præbendæ, & omni iuri sibi in eis competenti, saluo beneplacito Sedis Apostolicæ. Et ita omnia referuntur ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, & sic ante eius aduentum nihil est perfectum, c. super eo, de cond.appos. Quinimo nec nocet dispositio §.ea conditionali. Inst.de verb.oblig. Imò, & ante aduentum conditionis potuit Ferdinandus, etiam si iurasset, pœnitere, Sarnen.in reg.de infir.resig.31. Nec quamuis in concordia dicatur, quòd Ferdinandus ex nunc dimittit possessionem, Stephanus est effectus possessor, quia illa verba intelliguntur, quòd scilicet faciet procuratorem ad dimittendum possessionem Stephano, vel aliàs, quod referatur verificata conditione, scilicet beneplacito Sedis Apostolicæ, quæ verba referútur ad omnia contenta in cõcordia, vt Rota coram eodem, 21.Maij 1546. conclusit, & interim (vt dixit) potuit Ferdinandus pœnitere. Nec vltimum obstat. Nam in dicta concordia nõ erant aliqui procuratores constituti, sed Ferdinandus se obligauit ad constituendum procuratores, & sic quamuis in dorso supplicationis dicatur, quòd illi consenserunt iuxta formam supplicationis, tamen cum non sint in dicta concordia procuratores, non potuere se obligare, quia vltimum spolium est purgandum, ad not. in c.fi. de ord. cogn. vt Rota in præsenti conclusit 14. Martij 1546. Et ita per hoc & aliàs fuit conclusum 5. Aprilis &
3 16.Iulij 1546. Ferdinandum restitui debere ad Canonicatum cum eius annexis, & ad fructus, & distributiones dictorum canonicatuum, qui percipi potuerunt a Stephano a die intrusionis, & licet in distributionibus soleat fieri protestatio, tamen propter vim adhibitam ita fuit conclusum, iuxta 4.eius decis.de restit.spol. in nou. Cassad.1.de præben.num.3.

DECISIO MCLVII.

De regressu.

SVMMARIVM.

1 *Præferri quis debeat in beneficio inter duos super eo contendentes, quorum alter veniat ex regressu, alter verò ex prouisione Apostolica, cum nu. 2. vbi veniens ex regressu præfertur.*

GVndisaluus Martinez fuit prouisus per Papam de beneficio Delphibialen. Hispalen. diœc. ex resignatione Francisci de Ordaec: In prouisione seu collatione huiusmodi narrat Papa, Franciscum de Palenzuela habuisse regressum ad dictum beneficium, & ei locum factum fuisse per obitum Ioan. Sanctij possessoris, & per obitum dicti Francisci habentis regressum fuisse prouisum Franciscum de Orda, & postmodum dictus Orda resignauit in fauorem dicti Gundisalui. Tamen quidam Petrus Diaz de Torquenda, obtinuit sibi prouideri de dicto beneficio, qui Petrus de Torquenda resignauit in fauorem Francisci de Libera: mortuo postea dicto Francisco Libera, Didacus Lazzo per mortem dicti Libera obtinuit sibi a Sede Apostolica prouideri de dicto beneficio. Fuit dubium inter Didacum Lazzo, & Gundisaluum Martinez, quis melius ius in dicto beneficio Gi-
2 bialensi foueret. Et † videtur attenta causa, & ratione, Didacum Lazzo præferri debere in dicto beneficio, quia verba regressus Francisci de Palenzuela ad dictum beneficium verificari deberent qualitercumque clarum esset in iure. Et ita fuit decisum in quadam Lucensi, die 24. Maij 1546. coram Reuer.P.D.Ioan.Paulo, quod tamen non fuit factum in casu nostro. Item, quia etsi in veritate esset regressus factus d.Francisco de Palenzuela, tamen fructus fuerunt expressi ad 24. cum dicti fructus plusquam octuaginta valere dicebantur, & sic regressus non valet obstante regula. Tum etiam, quia in prouisione dicti Gundisalui Martinez fructus dicti beneficij fuerunt etiam expressi ad quinquaginta tantum, & sic prouisio fuit nulla. Nec obstat, quod Didacus Lazzo non habuit litteras expeditas suæ prouisionis, cum sit in possessione, & non agat ad canonizationem suæ gratiæ, sed ne gratia Gundisalui canonizetur, ad hoc sola sufficit supplicatio. Tamen his non obstantibus, Rota die 9. Aprilis 1546. in dicta causa beneficij de Gribalen. Hispalensis diœc. coram eodem conclusit, Gundisaluum Martinez in dicto beneficio præferri debere. Primò, quia ex quo gratia facta a Papa dicto Gundisaluo per resignationem omnia fundantur in regressu

Francisci del Pelenzuela, non tenetur aliter narratiuam verificare, sed præsumuntur omnia vera. Et cum sint de facto alieno, aduersario incumbit onus probandi, rem aliter se habere, & aliter narrata præsumuntur vera esse, vulg. Cle. 1. cum gl. in ver. fecisse. de probat. & ibi Card. Imol. & alij. Fel. latè in cap. cum a nobis, in princip. de test. Lap. alleg. 3. Nec pro alia parte adducta obstant. Quia, quamuis gratia Gundisalui fundatur in regressu Francisci, & Franciscus debeat docere de suo primario titulo, &c. Quia tamen regressus est de confessu, non requiritur alia iustificatio. Vel aliter respondetur, quòd cum Gundisaluus non tantum fundet se in regressu, & sic in suo iure de præterito, verum etiam in iure de præsenti per verba apposita in regressu, videlicet, tam in vim prioris, quàm præsentis tituli, & vt verba regressus clarè cantant, quæ verba fortasse non fuerunt apposita in illa causa Lucen. ideo non tenetur Gundisaluus ostendere de priori titulo Francisci da Palenzuela. Item & Francisco de Palenzuela nō solum fuit reseruatus in dicto beneficio regressus, verū & accessus & ingressus non habens aliquod ius de præterito. Cassad. decis. 1. de pec. numer. 5. ibi, vide curiales cauiè, &c. rursus & falsum est, verum valorem non fuisse expressum in dicto regressu, nec hoc probatur. Nec facit ad rem, quòd in Gratia Gundisalui fructus fuerint expressi in quinquaginta, cum valeant octoginta. Nam de stylo Cancellerīæ tertia pars suppleri potest in bullarum expeditione, & postea ex æquitate Rota solet sextam partem supplere.

DECISIO MCLVIII.

In eadem.

SVMMARIA.

1 *Contractum factum fuisse in fraudem quibus ex coniecturis probetur.*

2 *Fraus præsumpta ex quibus probari possit.*

QVoniam Hieronymus de Spaonochijs creditor Io. Baptistæ mercatoris se obligauerat de stando libris dicti mercatoris quoad sibi debita pro & contra se: in libro fuit repertum, quasdam merces a Ioan. venditas clam fuisse certo precio Bartholomæo Rufpoli duobus diebus ante fugam Ioannis. Hæsitatum est, an Hieronymus non obstante obligatione possit dicere venditionem fraudulentam, licet nō simulatam, cum in veritate facta sit in casu isto. Quod secus esset si simulata esset, vt per Bart. in l. post contractum, colum. 1. num. 4 ff. de donat. sequitur Ias. conf. 110. colum. 4. vers. 1. aduertendum est, volum. 2. quod fine nimia controuersia fuit resolutum

1 coram eodem die 21. Maij 1546. pro affirmatiua, quod Hieronymus non negat contractum factum, prout per libros probatur; sed dicit in fraudem factum fuisse. Et ideo non venit contra promissionem. Item, si per publicum instrumentum constaret de venditione mercium, posset fraudē allegare, toto titulo, quæ in fraudem cred. §. Item si quis in fraudem: Instit. de actio. Ergo & nunc fortius, quia constat de dicta venditione mercium per librum mercatoris, & maximè, quia parte nō opponente, Hieronymus conatus est fraudem probare. Ex illa ergo probatione poterit iudex sententiam ferre. Nam si stante re iudicata victus sciente victus, & non contradicente fuit admissus ad aliquod probandum, ex illis potest iudex sententiam ferre, vt per Innoc. c. cum Bertholdus. de re iud. Fel. in cap. inter me. colum. 8. vers. limita primo. de re iudic. & late per Iason in l. patre furioso. col. 3. 4. & 5. de his qui sunt sui, vel alien. iuris. Maius tamen fuit dubium in dicta causa, an, ex quo omnia bona sua vendidit dictus Ioannes, & duobus diebus postea aufugit, sit fraus præsumpta probata. Et coram eodem die 28. Maij 1546. fuit resolutum pro negatiua, duabus rationibus. Primò, quia licet fraus præsumatur ex actuum vicinitate. Bart. in l. post contractum, num. 5. vers. 5. præsumitur. ff. de donat. l. si ventri. §. fin. ff. de priuileg. cred. maxime, omnibus bonis venditis, argum. l. omnes. §. Lucius, ff. quæ in frau. credito. tamen est quod requiritur scientia ementis, vt retractari posset, per dispositionem l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. eod. Et hic non fuit saltem concludenter probatum. Ergo, &c. Nam §. Lucius, procedit, quando bona omnia titulo lucratiuo sunt alienata, vt per Ludou. Gome. in §. item si quis in fraudem. num. 18. Instit. de actio. qui allegat plura, nec actum in ciuitate arguit fraudem respectu emtoris, argumento dicti §. si quis particeps. Item, si fraus, quę coniecturis huiusmodi dicebatur percipi, ex alijs tollitur, vt per Ias. in l. vt vim. num. 8. ff. de iust. & iur. loquendo in materia criminali, a fortiori de confessione partis, quoniam nulla maior neque fortior probatio contra confitentem, quàm propria sua confessio. l. contra qui propriam, C. de non num. pec. c. quoniam. extra de probat. sed Dominus Hieronymus creditor confessus fuit venditionem. Ergo, &c. Et quamuis emptor, sciret, venditorem absentare se in proximo velle, ex hoc non est in fraude, quia præsumitur delictum. l. marito. ff. pro soc. l. sed si maritus, §. fio. ff. qui & a quib. Dec. conf. 313. colum. 3. Est bene verum, quod eodem die fuit decisum, quod ex quo Hieronymus habebat omnia bona Ioannis Baptistæ hypothecata, in dicta hypotheca merces venales comprehenduntur, vt sentit late Dec. in l. generaliter. §. vxori. ff. de vsufr. leg. Ias. late referens opinionem Lan. in l. qui Romæ. §. Callimachus. nu. 44. ff. de verb. obl. quod precium succedit loco mercium, & sic ex illo debet Dom. Hieronymo creditori solui: Sed quia hac actione non agit, alteri iudicio reseruandum est.

DECISIO MCLIX.

De regressu.

SVMMARIA.

1 *Consentiens cessioni iuris, litis, & causæ, censetur etiam consentire reseruationi regressus in supplicatione contenti.*

2 *Contenta quando plura sunt in instrumento, vnum propter aliud censetur appositum.*

CVm Bernardinus Salinas tres sententias conformes haberet super Canonicatu & præb. Oscen. contra Martinum de la Plena: postea ex conuentione cessit iuri & causæ in fauorem Martini, tantum reseruata sibi pensione quadraginta ducato. auri de Camera soluendum a dicto Martino, & ob non solutionem reseruato accessu & regressu pro eodem Bernardino, & in eadem supplicatione erat additum decretum, vt in casu, quo dictus Canonicatus ad quendam Petrum Gomez deuenerit, pensiones soluerentur a dicto Gomez de fructibus dicti Canonicatus, & dictus Petrus Gomez cessit iuri & causæ super dicto Canonicatu in fauorem dicti Martini per quandam supplicationem. Verum quia adhuc re integra fuit facta quædam reformatio ad dictam supplicationem, quod reseruaretur regressus per cessum, vel decessum, vel aliam quamlibet dimissionem vel amissionem pro dicto Petro Gomez, & cōsensus a tergo supplicationis fuit præstitus a dicto Bernardino Salinas, hoc modo, Bernardinus Salinas & Martinus de la Plena, & Petrus Gomez consensere iuxta formam supplicationis, fuit dubium, an ex eo, quod Bernardinus Salinas in supplicatione consensit cessioni iuris litis & causæ tantum in fauorem dicti Martini, fuit visus consentire reseruationi regressus dicti Petri Gomez in reformatione contenti, fuit conclusum die 17. Decembris 1545. & 15. Ianuarij 1546. quod sic. Primò, quia relatum est in referente. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstratio. l. asse toto. ff. de hæred. instituend. & sic totus tenor supplicationis refertur consensui a tergo præstito, maximè, quia & Bernardinus consensit, Item, si in diuersis

diuersis instrumentis eadem die coram eodem notario, & testibus plures essent conuentiones, præsumuntur correspectiuæ vna propter aliam, vt per Bart. consil. 161. & Felin. in cap. pastoralis, colum. penult. versic. suas etiam, de rescript. & Doctor. in l. certi condictio. §. si num mos, ff. si cert. petat. & Belen. decis. 12. A fortiori, quan-
2 do † plura sub eodem continentur instrumento vnum propter aliud censetur appositum. Rursus, quia Bernardinus litteras reseruationis pensionis expediendo dixerat in eisdem, vicibus geminatis pensionem sibi persoluendum esse à Martino, & in euentum regressus dicti Petri à dicto Petro. Et cum expediuntur litteræ cum aliquibus impensis, præsumuntur à se eodem Bernardino expeditæ, Bar. & Alesand. in l. cum seruus, ff. de verb. obl. nec voluisset ipse pensionem solui à Petro Gomes, nisi D. Petrus habuisset prius Canonicatum, & qui vult consequens &c. vulg. l. illud. ff. de acquir. hæred. & maximè cum in prima parte supplicationis habeatur, quòd simpliciter consensit, & sic videtur omnibus eius partibus consentire. ad tex. in l. non est ferendus. ff. de transactio. & quia non est alia causa, quare dictus Petrus solutionem pensionis consentiret in fauorem dicti Bernardi, nisi casu, quo esset locus regressui. Tum quia dictus Bernardinus confessus fuit coram iudice recepisse à dicto Martino triginta ducatos, & à Petro quadraginta: & sic verbo & opere sibi præiudicauit, ad vulg. l. Paulus respondit. ff. rem rat. hab. cum alijs quampluribus. Nec obstat, quòd dictus Bernardinus consenserit cessioni iuris, litis, & causæ in fauorem Martini tantum, & sic non consentit directo regressui dicti Petri in illum euentum, & maximè, quia Notarius, qui scripsit, attestatur, dictum Bernardinum non consensisse in dicto decreto regressus: & si consensisset, fuisset dictum per ordinarium, vt est de stylo notariorum, & maximè testi vnico in facto proprio etiam creditur, vt per Pau. de Cast. in l. quicumque, in fi. C. de seruis fug. ita & notario credebatur. Item, quia erat alter testis, qui deponebat, dictum Bernardinum decretis non consensisse. Quia ad omnia respondebatur. Nam Bernardinus cessit iori, & causæ in fauorem Martini tantum, non quod ipse consenserit tantum in supplicationem respectu huiusmodi cessionis, sed simpliciter, & ita Rota interpretata est, & ita in omnibus contentis in supplicatione consensit saltem virtualiter. Neque notarij depositio facit; quia expressè non dicit, quod non consensit decreto consensus, & sic deponit de percipientibus per intellectum, & sic plus vt iudex, quã vt testis, cui non est credendum. 1 à facit ad not. per Bal. in l. solum. col. 1. C. de probat. Imol. & Felin. in cap. cum causam 3. colum. num. 3. versic. & per hanc fallentiam. Quia imò nec notarius potest ca interuallo supplere circa substantiam actus partes concernentis, vt per Bald. in l. si librarius. ff. de regul. iur. & ibidem optime, 2. colum. versic. Barr. concludit, & l. 3. versic. 2. de fide instrument. Minus ergo potest notarius fidem facere de tunc gestis concernentibus partes altàs, quam scripta sunt. Nec alter testis probat, quia de auditu deponit, ad volg. cap. cum litteris. vbi Abb. & Felin. de testam. facit suum dictum singulare cui minime credendum est, ad cap. licet ex quadam, vbi per omnes, de test. Nec obstat, quod ante regressum Petri haberet regressum ob non solutionem pensionis dictus Bernardinus. Nam ex quo capiendo Canonicatum Petrus est obligatus pensionem soluere Bernardino, per consequens nihil perdit: quod secus esset, si Bernardinus virtute dicti regressus ob non solutionem præferretur Petro, & ita seruando æquitatem interpretabatur Rota. Tamen causa fuit concordata.

DECISIO MCLIX.

De obligatione in forma Cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non admittitur in obligatione Camerali.*

1 PRosper quæsiuit, num admitteretur † exceptio si sint multi contractus in obligatione Cameræ. Dictum, non admitti.

DECISIO MCLX.

De procuratoribus.

SVMMARIA.

1 *Pensio iuxta iuris communis dispositionem & stylum fructuum medietatem excedere non debet.*
2 *Clausula, dummodo talis pensio fructuum medietatem non excedat, conditionalem dispositionem inducit.*
3 *Conditio formam substantialem importat.*
4 *Conditio impossibilis reputatur, quando pensio imponitur beneficio, quæ medietatem fructuum excedit.*
5 *Actus immediate facti propter vicinitatem censentur correspectiui, & connexi.*
6 *Correspectiua, & connexa eiusdem iuris & rationis esse censentur.*
7 *Conditio impossibilis in forma mandati adiecta ad omnia præcedentia refertur.*
8 *Confessio in libello, & precibus probat contra confitentem.*
9 *Iudex supplere debet, & reformare quod à partibus fuerit omissum, & malè allegatum.*

ARchidiaconus Procuratorem ad consentiendum coadiutoriæ cum futura successione constituerat. Et in mandato adiecerat, quòd non obstante dicta coadiutoria reseruationi pensionis quinquaginta ducatorum cõsentire posset dummodo pensio huiusmodi medietatem fructuum Archidiaconatus, de quo agebatur, non excederet. Supplicatione super coadiutoria expedita, & consensu reseruationi quinquaginta ducatorum præstito, apparuit, pensionem fructuum medietatem excedere. Ideoque conditor consensum circa coadiutoriam præstitum, validum esse defendebat: reseruationem autem dictæ pensionis inualidam remansisse, sequentibus rationibus allegabat. Primò, quia contra iu-
1 ris communis † dispositionem & stylum pensionem medietatem fructuum excedere constabat. Rebuff. in tract. de pacifi. pos. num. 116. Archidiaconus verò fructus centum ducatorum non valere. Secundò propter illa man-
2 dati verba, dummodo talis pensio fructuum medietatem non excedat: nam hæc verba conditionalia sunt vide decis. 1. in nou. de cond. post Bartol. in l. quibus diebus. §. Termilios, de condit. & demonstrat. & leg. 1. num. 17. eodem tit. Conditio autem formam substan-
3 tialem importat. l. prætor. de collat. bon. Alexan. & Ias. in l. 1. §. prius. ff. de vulg. & pupil. formæ autem substantialis omissio vitiat actum. l. cum hi. §. si Prætor. de transact. l. Iulianus ait. ff. de condit. & demonstrat. l. 2. & 3. C. de condit. insitr. cap. 1. & per totum. de condit. appos. Euerar. in loco de defec. formæ, multa exempla tradit, nam ijs non seruatis deesse consensum principalis, cuius nomine procurator consenserat reseruationi pensionis secundum volũtatem principalis, quòd humanas actiones tamquam clarius gubernet. l. consensu. de action. & obligation. ff. & l. in conditionibus. de condit. & demonstrat. Idque maximè in mandatis ad consentiendum principaliter præiudicialibus, vt sunt coadiutoriæ, resignationes pensionum, reseruationes obseruandum esse Cassad. decis. 1. de renunc. Gom. in regul. de infirm. re-
4 sign. quæst. 12. Impossibile † quoque esse dicebat, pensionem 50. ducatorum dicto beneficio impositam, medietatem fructuum nõ excedere, quia non valeret, quare propter conditionis impossibilitatem vitiari actum impositionis 50. ducatorum, l. impossibilis. de verbor. obligat. ff. & §. impossibilis. Instit. de inutil. stipulat. quod etiam in conditione nimium difficili locum habet, quia nimia difficultas impossibilis causa vocatur. l. cum seruus.

seruus.§.constat. de leg.1. Aduersarius autem dicebat,
quòd stante hoc fundamento, videlicet, quod impossi-
bilis conditio vitiat actum, non solum debet vitiare re-
seruationem pensionis 50. ducatorum, sed etiam coad-
iutoriam illi in eodem mandato annexam. Namque re-
seruatio pensionis, & coadiutoriæ diuersa sunt, ex qui-
bus non infertur. l.Papinianus exuli. ff.de mino. l.natu-
5 taliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. Tamen
cum essent actus ab eodem immediatè facti, hæc duo
coniuncta correspectiua non censeri. l.si neutri. §.1. ff.de
priuil.credit. l.lecta, versic.dicebam. vbi Doct. hoc no-
tant.ff.si cert.pet. l.patris & filij. de vulg.l.cum antiqui-
tus.C.de testam.l.hæredes palam. §.vno contextu. ff.de
6 testam. Porro † correspectiua, & connexa eiusdam iuris
& rationis esse censentur, secundum Bald.in repet.l.pe-
rens.C.de pact.& l.actum. ff.de neg.gest. cap.translato.
de constit.l.plerumque. de ædil.edict. Doct.in d.l.lecta.
Quare cum consensus circa pensionis reseruationem es-
set conditionalis, conditionalem quoque coadiutoriam
esse necesse est: propterea conditionem impossibilem vi-
tiari & inualidam æquæ reddi iuribus supra allegatis.
7 Nam † conditio impossibilis in forma mandati adiecta
ad omnia præcedentia referri debere contendebat, ar-
gum.l.qui balneum.vbi Alexand.qui pot.in pign.hab.ff.
& l.4. C.eodem. l.4. de adim. leg. Quare ad coadiuto-
riam, & reseruationis pensionem propter conditionem
impossibilem, esse inualidam, addebat etiam illud Papa
iuxta tenorem mandati & supplicationis sibi porrectæ
coadiutorem deputasse, videlicet, quòd Archidiaconus
principalis possit consentire pensioni quinquaginta du-
catorum, quæ medietatem fructuum non excederat, &
cum huiusmodi pensio medietatem fructuum liquidè
excedat, quia valor Archidiaconatus est expressus ad se-
ptuaginta, enim confessio libello, & precibus expressa
confitenti præiudicet.l.cum precum. & ibi Bal. C.de li-
bera.cau. Videtur enim in iudicio facta: & idcirco pro-
bat gratiam non solum nullam, sed nec coloratum qui-
dem titulum tribuere, secundum Satnen. reg. de trien.
quæst.33.sub finem. Quibus ostensis Rota 13. Decem-
bris 1548. coram me in causa Obiten. Archidiaconatus
officij sui rationem potius, quam partium allegationem
sequuta, prudenter atque egregia ratione a nulla par-
tium allegata verba mandati interpretata fuit, iuxta ti-
tulum, C.de erro.aduocat.& tit.vt quæ desunt aduoca-
tis,&c. Nam iudex si quid à litigatoribus, vel ab ijs, qui
negotijs assistunt, erratum fuerit, supplere, & reformare
debet, quòd sciat legibus, & iuri publico conuenire, d.
tit. vt quæ desunt aduoc.& cap.bonæ memor.vbi glo.in
ver.iuramus.de post.prælat. Resoluit Rota dicta ver-
ba reseruationis pensionis quinquaginta ducatorum,
dummodo non excederet medietatem fructuum, non
excedere, sublato, reprobatoque omni excessu, adeo,
quod fieri poterat, vt quo tempore pensio imponeretur,
facti essent fructus Archidiaconatus ad centum, & tunc
tota pensio rectè esset imposita: & hic non quærebatur
pensio tempore datæ, sed facultas imponendi; fructus
autem quotidie crescunt, & diminuuntur. l. precia re-
rum.ad leg.Falcid. Supplicationem autem malè esse for
matam, atque conceptam videbatur, quoniam manda-
ti verbis non fuit conformis, cum in ea reseruatio pen-
sionis quinquaginta ducatorum à procuratore petita
fuisset, asserendo, huiusmodi pensionem fructuum me-
dietatem non excedere, & facultatem in mandato super
reseruatione concessam procuratori limitatiue datam
esse, scilicet, dummodo medietatem fructuum non ex-
cederet. Vnde aliud dubium rursus natum est, vtrum
supplicatio esset inualida? super quo resolutum fuit,
supplicationem videri puram cum facultate non dissi-
mili mandato. Quare existente valida reseruatione pen-
sionis quatenus posset, idest, quatenus medietatem fru-
ctuum non excederet, staret etiam consensus coadiuto-
riæ validus, & sic starent obiectiones vtriusque datæ.

Et quamuis fortasse dici posset, quod consensus in co-
adiutoriam esset conditionalis, & correspectiuus pro-
pter clausulam, & cum facultate reseruandi &c. secun-
dum Bartol.in dict.l.1.ff.de cond. & demonstrat. & iu-
xta supra allegata. Responderi tamen huic obiectioni
posset, quòd conditio stetit (vt Rota decidit) in reser-
uatione pensionis, quatenus medietatem fructuum non
excederet, & ita ad eum modum pensionem reducen-
dam, quæ medietatem fructuum non excederet. Stan-
te ergo firma & valida conditione, stetisse validum &
firmum consensum super coadiutoria præstitum, di-
cendum est.

DECISIO MCLXI.

De fide instrumentorum.

SVMMARIA.

1 *Officialis qualitas est probanda eo tempore, quo actus cele-
bratus fuit.*
2 *Qualitas certo tempore requisita postea superueniens non
suffragatur.*
3 *Supplicatione satis probata dicitur ex bullis, in quibus de
ea fit relatio.*
4 *Argumentum valet à testibus ad instrumenta.*
5 *Gratia Pontificis, quæ refert dicta aut narrata in al-
tera gratia videtur de nouo illa asserere, & confir-
mare.*
6 *Regula Cancellariæ de non iudicando iuxta formam sup-
plicationis, sed secundum litterarum expeditionem, non
habent locum circa probationem litterarum, sed circa
gratiæ canonizationem.*
7 *Mediam viam eligere in obscuris tutius est, quàm rem in
decisam relinquere.*

SVpplicatione super coadiutoria apud acta producta,
fuit ex aduerso oppositum, quòd nullam fidem fa-
ceret, quoniam esset plene recognita, iuxta capitulum
secundum, de fide instrument.& notatur per Doctor.in
Auth.si quis aliquo documento. C. de edend. Ideoque
1 nisi manusdatarij, & reliquorum officialium, qui pre-
ces Pontifici oblatas annotare, & subscribere solent, esset
in forma probandi recognita, & Ardingellum, quia eam
datauerat, tempore datæ fuisse Datarium prius consti-
tisset, contenta in supplicatione non probari, quia qua-
litas non præsumitur nisi probetur.l.non ignoras. C.qui
accusare non possunt, quæ etiam probari debet actus
tempore competijsset.l.in delictis.§.si extraneus. de no-
xal.l.si Titius.de milit.testamen. Calcan.consil.15.col.6.
num.25. Ideoque qualitas certo tempore requisita po-
stea superueniens non patrocinatur, vt ibidem Calca-
neus probat.

Ex parte producentis replicabatur, satis superque
supplicationem recognitam videri, ex quo bullæ erant
expeditæ, præsertim, quia bullæ cum relatione suppli-
cationis expediri non possent, nisi illa verè extitisset,
cui erat consensus præstitus, & iuxta formam manda-
3 ti extensus, quare sufficeret ad supplicationis fidem
prædictam tamquam notoria, iuxta glo.in Clemen.ap-
pellanti.de appellation. Ioan.Andr. & Doct.in cap.cor-
di. eodem, in sexto, l. emptorem, in princip. de actio.
emptio. ff. quod si notorium non esset. Posset tamen
in hoc ponere iudici a se ipso informari, vt dicit Bar-
tol. in l.Iulian. ff. de testamen. Nam valet à testibus
ad instrumenta argumentum l.in exercendis. C.de fi-
de instrumentorum. glo.in capit.cum venissent. in ver-
sic.testimonia.de testamen. Doct. in cap.cum Ioan. extra
eodem.

Quanta autem fides testibus adhibenda erit, ex cir-
cumstantijs iudex iudicare potest. Cumque argumenta,
ad quem modum probandi cuique rei sufficiant, nul-
lo

lo certo modo satis diffiniri possint, l. testium fides, §. 1.
ff. de testibus. ¶ Præterea & illud producens addebat,
5 quod Papa † in litteris referendo alterius gratiæ dicta,
vt in hoc casu facere illam denuo, & asserere & confir-
mare videtur, quibus his, quæ ab eodem Pontifice facta
sunt, standum est secundum glos. & Doctor. in Clem. 1.
de probat. & in Authent. si quis aliquo documento, C. de
eden. ¶ Nec ijs obstare regulam Cancellariæ de non iu-
dicando iuxta formam supplicationum, sed litterarum
expeditarum, & quę locum non habent, nisi quando id-
circo supplicatio producitur, vt canonizetur, non autem
quoad faciendam fidem eorum, quæ in supplicatione
continentur, exhiberur, præsertim, cum Authentica hoc
casu proponatur, Cassad. 2. de re iud. & 8. de rest. spol.
¶ Quibus non obstantibus Rota 1. Octobris 1548. in eo-
dem decreuit, supplicationis recognitionem nec omni-
no negligi, nec minus curiosè, aut delicate per omnia
oportere fieri, sed leuiter, quantum iudicantis religio-
nem visum fuerit debere cognosci. Itaque de plano suf-
ficienter constat. Ardinhellum, qui supplicationem da-
tauit, tempore datæ fuisse Datarium, & eam manu sua
subscripsisse, iuxta glos. & Doct. in c. cum in iure peritus,
de offic. deleg. vbi Felin. col. pen. & Doct. c. 1. de ijs qui
furt. ord. susce. & in c. 2. de schismat. Alex. consil. 7. in 3.
col. in fi. manum autem Datarij, idest, scripturam seu ra-
tionem scribendi, aut characteres in primis recognoscen
dam esse, tenent Doctor. in c. 2. de fide instrum & in no-
uell. de instr. fid. & caut. Mouit (& illud notaui) quòd
supplicatio non fuerat registrata, quæ etiam erat pro-
pter multas additiones aliquantulum suspecta, & offi-
cialis qualitas, facultas, siue habilitas qui supplicatio-
nem datam sibi proponebatur, ex aduerso fuit negata.
Quæ omnia purganda esse Rote non obstante facti alle-
gatione ad controuersiam dirimendam, mediam viam
optima ratione sequitur. Quòd si quis forsassa putet
hoc durius Rotam constituisse, cogitet longè constitui
neutrum fieri, idest, vel supplicationem strictius reco-
gnosci, aut cum suspecta esset, sine vlla difficultate (cum
reluctante aduersario admitti non debeat) æquius esset,
non posse sustineri, vt in l. Iul. & in l. si ita vulneratus, ff.
ad leg. Aquil. Elegit itaque Rota mediam viam, quæ in
rebus difficilioribus semper fuit tutissima, l. antiqui, si
pars hæred. pet. ff. cap. custos, de off. custod. & c. clericus,
de vit. & hon. cler. cum simil.

DECISIO MCLXII.

De probationibus.

SVMMARIA.

1 *Beneficium curatum a minore 25. annis non potest sine di-*
spensatione Apostolica obtinere.
2 *Quintus possessor aut vltra ex cuius cesso iure quis venit,*
præsumitur habilis, atque idoneus, præsertim si de con-
traria qualitate non sit illi oppositum.
3 *Aetatis defectus ex aduerso obiectus videtur saltem semi-*
plenè probandus.
4 *Habilitas, & idoneitas prædecessoris potest probari in ge-*
nere per publicam vocem & famam, nisi super ea esset
lis introducta.
5 *Aetas vbi requiritur pro fundamento intentionis, est ple-*
nè probanda.
6 *Successor tenetur verificare titulum prædecessoris, quando*
prædecessor non decessit in pacifica possessione.

CVm beneficium curatum à minore vigintiquin-
1 queannis sine Apostolica dispensatione † obtineri
non possit, ca. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & cap.
præterea, de ætat. & qualit. ex facto dubium fuit in qua-
dam coadiutoria Archidiaconatus de Villauitiosa Oui-
ten. ex qua ætas prædecessoris, ex cuius cessione reus ve-
niebat, fuerat expressè negata, vtrum ætas 25. annorum
prædecessoris esset à successore probanda? quod autem
2 probanda non esset, illa ratio dicebatur, † quòd quintus
successor, & vltra ex cuius iure cesso agebatur, semper
capax, & idoneus atque habilis fuisse reputatur, nisi de
aliquo defectu in contrarium probetur, prout in hoc
casu huiusmodi defectus oppositus non fuit, idcirco ha-
bilem, & idoneum ætatis ratione quintum prædecesso-
rem reputandum esse, tenuerunt ex alleg. Lap. 89. Cassa.
3 2. & 3. de caus. pos. & prop. ¶ Præterea, quia talis ætatis
defectus ex aduerso obiectus, videtur saltem semiplenè
probandus, vel sit aliqua præsumptio contraria, quòd
secundum aliquos necesse est supplere talem defectum
in proprijs habilitatibus, Ægid decis. 112. 116. & 154.
4 Dicebatur † item sufficere saltem probare habilitatem,
& idoneitatem in genere per publicam vocem, & fa-
mam, quia & ipsum titulum prædecessoris sufficere qui-
dam dicebant, dummodo super eo non esset lis introdu-
cta, nec de eo iudicatum ad effectum, vt onus probandi
contrarium in aduersarium transferatur, secundũ Spec.
tit. de prob. §. 2. vers. vtrum licet, num. 3. ¶ Quibus non
obstantibus Rota decreuit quinta Octobris 1548. æta-
tem: quia erat expressè negata, esse plenè probandam,
5 per leg. cum te, C. de probat. vbi Doct. Nam † quando
ætas negatur, illam affirmanti incumbit onus probandi,
secundum Bald. in cap. in præsentia, num. 34. de probat.
præsertim, quando quis petit se ad aliquid admitti, tam-
quam talis, & exinde principaliter fundat suam inten-
tionem, vt ibi per Bald. & Felin. num. 16 & per d. Bal. &
Sal. in l. cum te minorem. C. de probat. post Ioannem
Andr. in reg. in infantib. de reg. iur. in 6. l. non ignoras,
C. qui accus. non poss. maximè, quia hoc casu is, qui in ea
ætate se fundabat, erat actor, quo non probante reus ab-
6 soluitur, iuxta regulam, l. qui accus. C. de eden. & † quia
is numquam fuerat in possessione Archidiaconatus, nec
eius prædecessor decessit in pacifica possessione, secun-
dum Cassad. decis. 2. & 3. de caus. pos. & propr. Consta-
bat autem nec prædecessorem, nec collitigantem vm-
quam possedisse. Contraria verò procedant, cum præ-
decessor decessit in possessiona, vel assignatione, præser-
tim, si triennio pacificè possederit, Cassad. vbi sup. Sar-
nen. reg. de trien. q. 13.

DECISIO MCLXIII.

De probationibus.

SVMMARIA.

1 *In depositionibus super articulis in iure consistentibus cau-*
sa, vel facta sunt assignanda, ex quibus conclusum est in
articulo resultare, vt puta cum de habilitate alicuius
agitur.
2 *Testis etiam non interrogatus de causis scientiæ, debet illas*
reddere in his, quæ sine sensu non percipiuntur.
3 *Legitimatio non præsumitur, neque matrimonium ad hoc*
vt beneficium alicui adiuuetur, nisi probetur.
4 *Matrimonium de iure ciuili potius, quàm concubinatus*
præsumitur.
5 *Communis reputatio, & qualitatis quasi possessio circa ha-*
bilitatem ad beneficia obtinenda sufficit.
6 *Clericatus, & aliæ habilitates ad obtinendum beneficium*
præsumuntur ex diuturnitate temporis, vel celebratione
coram suo Episcopo.
7 *Extraiudiciale examen aut testes ad futuram rei memo-*
riam super habilitatibus, & legitimatione probant si
aliqua non vrgeat in contrarium suspicio,

PRoponebatur in eadem causa Archidiaconatus quę-
stio huiusmodi. *Testes deposuerant simpliciter, Fer-*
dinandum, de cuius habilitate erat controuersia, esse capa-
cem, & idoneum non reddita suorum dictorum ratione ha-
bilitatis huiusmodi per communem reputationem. Et ideo
quærebatur, *vtrum stante hac communi habilitatum re-*
putatione, huiusmodi testium dicta plenè probarent? Nam
videtur non sufficere talem depositionem. ¶ Primò,
quia testes deponerent de materia iuris, videlicet de ha-
bilitate,

bilitata, & identitate, & habilitas in iure consistit, ideo-
1 que † necessario reddendas esse causas facti in commu-
nem sensum cadentes, ex quibus habilitas requisita à iu-
re resultaret, notabiliter declarat Fel. in c. cum causam, in
princ. de testam. Bald. l. de ætate, ff. de minor. num. 8. & 9.
cum scire sit rem per causam cognoscere: causa autem ea
est, quia deponunt in casu, qui non percipitur sine intel-
lectu, quo casu testis etiam non interrogatus, tenetur
2 reddere rationem dicti sui, & cum non reddiderit, non
probat. Felin. in d. c. cum causam, el 1. col. 3. ver. fallit se-
cundo, & Cardin. consil. 24. vol. 2. Felin. vbi supra, sequi-
tur Bal. in l. solam, col. 2. num. 3. C. de testam. Quoad se-
cundum, quòd non sufficeret probare patris legitimita-
tem per communem reputationem, allegabatur decis.
3 Rotæ in antiq. 343. vbi † dicitur quòd legitimatio non
præsumitur, sed probari debet, ad hoc, vt beneficium ali-
cui adiudicetur, quia neque contrarium præsumitur,
cap. illud, de præsumpt. quamuis secus est de iure ciuili,
l. in liberæ, ff. de ritu nupt. gloss. in l. in concubinatu, ff. de
concubin. not. Alciat. de præsumpt. 5. reg. num. 2. matri-
4 monium † potius quàm concubinatum præsumi huma-
nius est, per l. merito, ff. pro soc. ¶ Quibus non obstanti-
bus Rota die 26. Octob. 1548. iterum tenuit sufficere
talem depositionem, etiam extraiudicialem, cum nulla
5 esset suspicio illegitimitatis in contrarium. Ideoque † vi-
sum est communem reputationem, & qualitatis quasi
possessionem ad habilitatem abundè sufficere, secundum
Ioannem Andr. in cap. ex empt. de lit. contest. in 6. & in
c. infantibus, de reg. iur. post Bell. dec. 76. ante fin. Bald. in
6 l. 2. C. de testam. Sed persona † de qua agitur, per octo-
decim annos clericus erat & presbyter factus quotidie
coram suo Episcopo celebrauerat, & in specie erat pro-
batum per vnum testem examinatum ad futuram rei
memoriam, de huiusmodi legitimitate, vt est decis. Ro-
tæ in antiq. 343. Ex aduerso allegabatur obstare. Nam
7 licet ibi dicatur debere probari legitimitatem, non ta-
men arctat ad certum modum. & etiam, quia per com-
munem reputationem, seu per possessionem reputari po-
test, & in hoc se firmat, ad decis. 249. in antiquis. Præte-
rea nec illud quidem obstat, quòd testes deponant in
casu, qui non percipitur sine intellectu, & quia depo-
nunt in materia iuris, vt supra dicebatur, iuxta not. per
Bart. in l. de ætate, num. 8. & 9. de minor. Nam hic suffi-
ciebat leuis & qualiscumque probatio legitimitatis,
cum non esset suspicio in contrarium.

DECISIO MCLXIV.

De fide instrum.

SVMMARIA.

1 *Paria sunt instrumentum & sigillum non extare, vel non posse recognosci, quantum ad plenam probationem attinet.*

2 *Sigillum instrumenti & notarij recognitio legalis necessaria est, ad hoc, vt instrumentum authenticum dici possit.*

3 *Dispositio Authent. si quis in aliquo, C. de eden. quo casu limitetur.*

4 *Episcopo afferenti in his, quæ spectant ad eius officium plena adhibetur fides inter subditos.*

5 *Temporis ratio habetur quo quis ordinatus est, non autem quod post euenit.*

PRoposita fuerat in sacro Auditorio huiusmodi quæ-
stio: videlicet: Quidam volebat probare clericatum
sui prædecessoris ordinati à 14. annis citra per litteras
clericatus, ex cuius iure cesso veniebat. Dubitatum fuit
*an littera huiusmodi, non recognito earum sigillo, nec No-
tario, fidem facerent de dicto clericatu & habilitate legiti-
mationis in eis per Episcopum promouentem narrata?* Pro
parte negatiua dubitationem faciebat communis Do-
1 ctorum sententia, quòd † paria sunt non esse, vel non
posse recognosci, l. instrumentum, de probat. & cap. 2.
extra de fide instrum. vbi Fel. & Oldrad. consi. 1. num. 3.
& l. asse toto, de hæred. instit. Quibus in locis tenet Doct.
sigillum non recognitum pro sigillo non haberi, argum.
l. 1. ff. de his, qui in testam. delent. veluti cum signum ob-
litteratum vel corruptum sit. Nam, inquit lex, si signa
perturbata sunt, non videtur signatum, ac si sigillum
non adesset: quod autem nullum est, recognosci non po-
test, & nullæ sunt qualitates, l. fin. de coll. bon. in l. 1. de
2 hæred. instit. verum hinc dicebatur necessariam esse in
casu nostro sigilli, & notarij recognitionem, vt videtur
probari in cap. 1. de elec. pereg. & ibi Abb. num. 2. præ-
sertim cum instrumentum clericatus de dispensatione
asserti ordinari, qua sem: plenè illegitimum fuisse consti-
terat, mentionem fecerat, quo casu videbatur limitari
3 Authent. si quis in aliquo, C. de eden. quia intelligitur
instrumentum relatum non probare, nisi quando semi-
plena probatio pro relato proponeretur, & ibi Doct. quæ
limitatio videtur habere rationem. ¶ Ex aduerso re-
plicabatur, Episcopo asseranti se promouisse & apposuis-
se sigillum esse credendum, & hoc pro recognitione suf-
ficere, vt tradit Philip. Franc. & Dom. in d. c. 2. de off. ord.
& Boer. decis. 140. in 2. parte, colum. 3. ideoque videri si-
gillum Episcopi recognitum. Rota autem attento, quia
fuerat habitus, tentus, & reputatus pro tali, resoluit satis
probare clericatum, & dispensationem in eo super illegi-
timitate ab Episcopo proponente narrata. Nam Epi-
4 scopo afferenti in his, quæ spectant ad eius officium, ple-
na fides adhibetur, præsertim inter subditos in rebus, in
quibus non prætendit interesse Rota in nouis. 22. præ-
sertim cum clericatus, & tituli recognitio saltem quoad
subscriptionem Episcopi promouentis proponeretur, vt-
pote de ordinibus, vt in proposita specie exemplificatur
à Io. Andr. Card. & Abb. & alijs, in cap. post cessionem, de
prob. tametsi sequatur in consequentiam magnum præ-
5 iudicium. Nam habetur ratio † illius temporis simplici-
ter, quo quis ordinatus est, non autem attenditur, quòd
postea inopinanter ex consequentia magnum præiudi-
cium inferatur, §. fin. C. de natur. lib. Doct. in l. 2. § item
Labeo. ff. ne quid in loco publico, & l. 1. ff. de vsufruct.
debet enim semper ad primæuam naturam reduci, &
secundum eam iudicari. Tum etiam, quia hic non age-
batur de probatione proprij tituli, sed prædecessoris, &
quidem sexti, quo casu Innoc. in c. innotuit, de eo qui
fur. ord. suscep. inquit, quod in probatione proprij tituli
sufficit communis reputatio, æstimatio, & bona fama, &
notitia Episcopi ordinantis ad hoc, vt promotus non co-
gatur aliud probare. Per quam decis. & illud confirma-
uit, quòd constabat pleniores probationes aduersario-
rum culpa & dolo in dolo impediri. Vnde minima con-
iectura sufficit pro clericatu. Doct. in Clem. causam, de
elect. Lanfran. in cap. quoniam contra falsam, de pro-
bat. Alexand. consil. 53. & 66. volum. 2. & consil. 45. vo-
lum. 4. Atque ita in quadam causa Archidiaconatus de
Villauitiosa Oueten. die 4. Iulij 1548. eodem Domino
referente Rota iudicauit. ¶ Quantum autem ad illegiti-
mitatis caput, de quo in litteris clericatus fiebat mentio,
placuit Rotæ, quod licet de illa aliter, quàm per narra-
tionem Episcopi in litteris non apparet, quo casu tali as-
sertioni regulariter, vt supra retuli, non creditur, d. Au-
thent. si quis in aliquo, & ibi Doct. C. de eden. tamen eius
dispensatio per literas, de quibus fit mentio, probare
videtur, tum, quia scripturæ ordinarij dolo, & facto ad-
uersarij vsurpatæ atque interceptæ fuerunt. Tum etiam,
quia legalitas, & bona fama ordinantis probata propo-
nebatur, quo casu iudicatum est pro Episcopo dispensa-
tionem asserente. Neque enim verisimile aliter esse Epi-
scopum huiusmodi contra pœnas canonum canonicum
ordinasse, text. in c. 1. & 2. de tem. ordin. in 6. & arg. l. me-
rito, ff. pro soc. itaque idem quòd sup. per Dominos con-
clusum fuit.

DE-

DECISIO MCLXV.

De restit.spol.

SVMMARIA.

1 *Iudicis auctoritas non excusat spoliantem parte non citata.*

2 *Reg. Iuste possidet qui auctore pratore, &c. intelligitur quando iudex iuste, & cum caussa cognitione, non cum de facto processit.*

3 *Sententia contra proprietarium non nocet vsufructuario, prasertim si prior in possessione sit.*

4 *Scientia litis mota inter proprietarium, & eum, qui constituerat vsumfructum, nocet vsufructuario ad effectum spolij.*

VSofroctuarius petebat se in possessionem domus restitui vtroque extremo: spoliator sa possidere auctore prætore contendabat, l.iusta possidet, de acquiren. poss. c. qui petat rem, 3. quæst. 4. & l. 3. quod cum eo. quæritur vtrum vitium spolij purgetur? Nam spolietus se-
3 quentibus rationibus se opponebat. Primo, quia † auctoritas iudicis nollum ius tribuit ingrediandi possessioné, parte non citata, alioquin ingrediens per vim, priuatur iura suo quod habuit, argum. eorum quæ noteni Doct. in l. si quis in tanta, C. vnde vi, & gl. in l. iuste possidei, ff. de acqu. poss. vbi Alex. etiem si iudex ita voluisser. Nam
2 † ragula, insta possidet qni auctore prætore, &c. ita demum locum habet, quendo iudex ritè processit, non quando de facto. Ite Doct. interpretantur illam l. iuste possidet. Nam quando iudex celeriter iudicar, non pro iudice, sed pro priueto habetur. Videiot enim fines suæ iurisdictionis excedere, qui eliter facit quam debei, & hic iam non fecit argumento reg. qui ex timore, de regul. iur. c. pudenda, 14. quæst. 1. & l. non dubium, C. de
3 leg. vbi Doct. nec † sententiam & executoriales contre proprietarium obstere non debent, quia res inter alios acta, & iudex non præsumitur decreuisse exequutionem contra non citatum. Paul. de Cast. in l. cum filios, de verbo. oblig. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 9. Præterea, quod ex sententia & re iudicata super proprietate ius natum esse aduersus spolietum videbatur possessioni, l. naroraliter, §. nihil commune, ff. de acq. pos. ex diuersis autem nihil infertur, l. Papinianus exuli, ff. da minor. & l. inter stipulantem, §. sacrem, de verb. oblig. ita in huiusmodi specie tenet Alex. in d. l. iusta possidet, 1. colum. de acquir. pos. Quare licet ex sententia dominium esset translatum, non tamen potuit, & quòd prius possidebat ex accidenti titulo per regulam, qui prior est in tempore, potior est in iure, l. quoties, de rei vend. nihilominus, die 4. Martij 1548. voluerunt Domini in qua-
4 dam Ro. domus, spoliatum † possessione vsusfroctus non esse restituendum, si probatetur litis pendentia inter proprietarium, a quo fuerat sibi constitutus vsusfructus. & ipsum spoliantem. Et ita limitarunt dictam regulam, iuste possidet, de acquit. pos. & l. sæpe, de re iud. vbi Alex. num. 4. & Fel. in c. veniens, 2. de testibus, & c. super de re iud. qui non patitur sententiam ferri contra possessorem alicuius rei vel iuris, amittit ius suum ed eamdem possessionem.

DECISIO MCLXVI.

De confessis.

SVMMARIA.

1 *Hares per aditionem hareditatis videtur approbasse non solum factum testatoris, sed etiam eius conscientiam exonerasse.*

2 *Confessio erronea potest reuocari, sed si de errore constiterit.*

3 *Constare dicitur aliquid, quando veritas est in contrarium.*

4 *Hareditas damnosa non prasumitur adita regulariter: fallit tamen quandoque.*

5 *Hareditas damnosa beneficio inuentarij sine damno adiri potest.*

IN quadam Romena domus agebat quis ex iure sibi cesso, & in articulis posuerat, quod Ioannes, per quem erat sibi cessio facta dictæ domus, adiuerat hæreditatem Antonij, quæ confessio cum esset iudicialis, per Ioannem cedentem facta, præiudicabat cessionario, quoniam D. Antonius dictam domum alteri vendiderat. Vnde licet dicta domus probaretur esse Ioannis cedentis per hæreditatis aditionem, videatur approbasse venditionem ab
1 Antonio factam. Nam † hæres per aditionem hæreditatis non modo videtur approbare factum testatoris, sed etiam exonerare illius conscientiam. l. cum a matre. C. de rei vend. l. more. vbi Bart. ff. de acquir. hær. Dec. cons. 272. Paris. cons. 16. num. 75. volum. 2. & cum litigans veniat ex donatione, & cessione Ioannis, Ioan. autem adeúdo hæreditatem Antonij dicatur approbasse venditionem per Antonium factam, hic seipsum in articulis, & positionibus excludit, quod cum postea intellexisset, ad
2 reuocationem confessionis confugit, quam † tamquam erroneam reuacare voluit, videlicet factam per falsam informationem habitam ab aliquo quasi de facto alieno, cuius probabilis est error, & ignorantia. l. fin. ff. pro suo. Ideoq. reuocare potest. l. non fateror, & ibi Bart. ff. de cōfes. Nam errantes non cōsentiunt. l. sed hoc ita. ff. de aqua plu. arcen. Bellam. decis. 3. & 24. Vnde dubitatum fuit, an confessio huiusmodi reuocari potest. Ratio dubitandi fuit, quia quamuis confessio erronea facta coram suo iudice, regulariter reuocari possit, fallit tamen si principalis confessus est de allegato errore, quia constare deber.
3 Constare † autem tunc dicitur, quando est in contrarium veritas, per nota. in l. confessionibus. ff. de interrog. actio. & l. inde Neretius. §. fi. ff. ad leg. Aquil. quæ interdum testibus interdum instrumentis, quandoque etiam ex antecedentibus, & consequentibus ex eisdem actis concluditur. Bellam. d. decis. 3. & 440. Præsertim, quia non constabat dictum Ioannem non adiuisse hæreditatem. Nec
4 obstaret, quod † hæreditas esset damnosa, & sic non præsumeretur adita. Nam iura ad damnum euitandum dederunt tempus ad maturius deliberandum. ff. & C. de iure deliber. na post deliberationem videatur quis hæreditati damnosę se immiscuisse: alioqoin pręsumeretur quis iactara suum: contra l. cū de indebito, ff. de probat. Quia tamen hæreditatem damnosam quandoque quis accipit. l. fin. §. ex omnibus. C. de iure delib. maximè cum per di-
5 ctam l. fin. §. fin autem, beneficio † inuantarij sine aliquo periculo omnis hæreditas etiam damnosa adiri potest. Quare Domini die 20. Februarij 1546. tenuerunt, huiusmodi confessionem non esse reuocandam, cum de errore constara plenè non potuisset, & eum, qui arat cessionarius Ioannis, qui hæreditatem Antonij adiuarat, ad probandam venditionam pro sua parta, quia hæres constitutus fuerat, communi calculo condemnarunt.

DECISIO MCLXVII.

De donationibus.

SVMMARIA.

1 *Confinium diuersitas demonstrat diuersitatem rei.*

2 *Verba per notarium in instrumento ex se prolata parti neque nocent, neque prosunt.*

3 *Possessio semel probata durare prasumitur.*

4 *Dominium per possessionem narratum & confessatum in instrumento saltem prasumptiuè probari dicitur.*

DOnator asserebat se habere nōnulla mobilia, & immobilia tam maternæ, quam paternæ hæreditatis, de quibus etiam liberè disponera se posse dixit, hæreditatisq. bona omnia prædicta, vt supra Antonio, & Ioanni per publicum instrumentum donauit. Quo titulo donatarij possederunt domom quandam, de que agebatur, quam aliàs in bonis donantis tempore donationis fuissa non constabat, vt etiam patet per quædam verba in alio instru-

instrumento ante huiusmodi donationis instrumentum posita, per quæ verba Archipresbyter donat dictos 260. duc. in & super bonis suis patrimonialibus seu per eum acquisitis vbicumque existentibus & specialiter super quadam ipsius donatoris domo, sita in vrbe in regione pontis, in parochia S. Statij della Tinta, cui ab vno latere sunt res Ioannes, &c. Ex quibus verbis aduersarius dicebat, domum, de qua agitur, fuisset donantis tẽpore prioris instrumenti, tum quia dicta verba sunt prolata per notariũ dicentem, quòd Archipresbyter donauit super bonis suis, &c. tum etiam, quia ex instrumento non apparebat aliquod verbum Archipresbyteri, quo fateretur antea dictam domum tamquam suam possedisse, quia non dixerat se possedisse, aut habere dictam domum tamquã suam, aut quid simile eius dominium arguens, quia huiusmodi pronomina, meum & suum, signa, & notæ dominij sunt. l. non solum. §. meum, de rei vend. l. Quintus. §. Augerius. ff. de aur. & arg. leg. Bart. in l. certum, §. 2. de
1 confes. Præterea non † apparebat ex verbis instrumenti, nec per fidem, aut alias demonstrationes, aut iuridicè esse eamdem domum de qua agitur. Nam in quodam instrumento venditionis dictę domus per donatarios factę diuersi confines fuerant assignati, de quibus verisimile videbatur, non constare de aliqua confessione, seu assertione donatoris, ad inferendum, quòd ante donationem huiusmodi domum, de qua agebatur, olim tamquam suam possedisset, quòd ex terminorum innmatione, & assignatione colligi solet, argumento l. forma. de censibus. Nec obstat, quòd in eodem instrumento post clausulam super insertam scriptum sit, quòd dictus Archipresbyter aliàs haberet habitationem dictæ domus, quam de præ-
2 senti dictus Archipresbyter tenet, quia ista † verba omnia sunt enunciatiua per notarium prolata, cum hic non dicat Archipresbyterum protulisse, & asseruisse eam habitasse tamquam domum suam, prout sunt verba in fine instrumenti, actum in domo habitationis, non autem in domo sua. Verum, quia verba prioris instrumenti concordabãt cum dictis testium aduersarij, saluo, quòd Archipresbyter possederat quodam tempore ante donationem omnium bonorum per eum factam dictam domũ: sed quòd eam possedisset per plures annos ante eius obitum, sunt verba prioris instrumenti quod facit mentionem de dicta domo, super qua Archipresbyter constituit hypothecam, quòd fuerat confectum ante tempus donationis omnium bonorum. Simili quoque ratione oportet, quòd depositiones testium ad tempus ante donationem se referant, & cum instrumento concordent, & quia
3 † possessio semel probata durare præsumitur, l. si quis ex argentarijs. §. cogẽtur. & ibi Bar. de eden. nec possessionis diuisio, cũ eius commodo præiudicialis esse soleat. Alex. in l. publicati. C. de testam. & Alc. regul. 2. de præsumpt. 22. num. 1. & seq. Ideoque Domini resoluerunt die 24. Maij 1549. in quadam Romana domus in hunc modum de confinibus & identitate domus esse melius vidẽdum. Sed in ceteris tenuerunt probari possessionem domus. Et sic ex illa confessione inter alias ante donationem facta, Rota voluit non propterea probari dominium, nisi præsumptiuè. Et ideo donationem dictæ domus non intelli-
4 gi factam a dicto Archipresbytero. Nec † sufficiebat hoc casu allegare, quòd saltem præsumptiuè erat probatum dominium per possessionem dictæ domus narratam, & confessatam in instrumento prædicto, ad not. per Alex. in l. & ideo. ff. de verb. oblig. Et quòd hoc casu releuetur saltem ab onere probandi, ad cons. Pau. de Cast. 310. vol. 2. & Ang. in l. si alia, de pignor. quia modici tẽporis probabatur. Neque etiã, quòd aduersarij nullum aliud ius prætendebant in dicta domo, quam illud quòd defenderent ex persona Archipresbyteri, cui tamquam hæredes successerunt. Vnde in necessarium antecedens deducunt ius, & possessionem dicti Archipresbyteri, argum. l. 3. ff. de iurisd. omn. iud. quod actore non probante, reus, etsi nihil præstiterit, absoluetetur, l. qui accusare, C. de eden. Item tempora sunt diuersa quo actor, & reus fatentur Archipresbyterum dominum fuisse.

DECISIO MCLXVIII.
De legatis.

SVMMARIA.

1. *Filius nothus quis dicatur.*
2. *Filius naturalis quis etiam dicatur.*
3. *Spurius dicitur qui ex coitu lege non approbato natus est.*
4. *Statutum disponens, quod spurij patri ex testamento, vel ab intestato succedant, non valet.*
5. *Filius natus ex soluto, & soluta, etiam meretrice, est capax bonorum patris etiam de iure ciuili.*

PAter filio naturali tantum, duo millia nondum decem, & nouem annorum legauerat, cuius mater cum alijs consuetudinem habuisse dicitur, non tamen
1 publicè, nec extra domum testatoris, ideoque † nothus dici poterit, nempe natus ex matre non vsque adeo custodita vt loco vxoris haberetur: nam hoc casu, ut ait lex, parui refert, vxori, aut concubinæ quis legat, hæc enim, nisi quoad dignitatem nihil differret ab vxore, leg. itam legato, de leg. quamuis Alciat. lib. 4. Parerg. cap. 1. in hoc differre naturalem e notho tradat.

¶ Quam differentiam Palæotus de Nothis, spurijsque filijs, cap. 18. numer. 6. confutat, cum vtrisque & legata & hæreditates relinqui non sit expresse prohibitum. Et quilibet capax successionis dicitur, nisi expresse sit prohibitus, l. non minus, ff. de hæred. inst. & Azo. in sum. eod. tit. de leg. in princ. Ex altera parte allegabatur non vale-
2 re huiusmodi legatum, quia filius † naturalis non erat natus ex concubina domi retenta, quæ sola fuerat, & ex indubitato affectu coniuncta, vt valuit text. in Authent. lite, C. de natu. lib. & in corpore vnde sumitur, videlicet quibus mod. nat. effic. sui, §. discretis. Ideoque non solum ab intestato, sed etiam ex testamento succedere patri prohibentur, Authent. licet, C. eodem, quam opinionem Oldrad. defendisse dicebatur cons. 196. Bart. in l. si. ff. de his quibus colum. 2. vers. quæro, *an istis spurijs.*
3 ¶ Vbi spurium † appellat eum qui ex coitu lege non approbato natus sit. Idem etiam Bartol. in l. testamenti fa-
4 ctio. in fin. ff. de testam. tradit non valere † statutum disponens, quòd spurij patri ex testamento, vel ab intestato succedant. quem sequitur Nicol. in tract. de succes. ab intest. numer. 55. 1. par. Ex qua controuersia propositum fuit dubium, *an legatum prædictum huiusmodi filio a patre relictum, cum nouem, & decem annorum esset, & quod interim aleretur, valeret. Et an saltem legatum loco alimentorum post decem & nouem annos cederet?* Rota die 24.
5 Decemb. 1548. resoluit, filium † hunc ex soluto & soluta, & meretrice etiam esse capacem bonorum patris, & legatum huiusmodi habetur etiã si aliunde quo alere se posset habuisset. Idque etiam de iure ciuili procedere expressa ratione decreuit, quia non reperitur prohibitus, & sic voluit, quòd si quis ex damnato coitu, aut nefario natus non sit, legati & successionis capax intelligatur, d. l. non minus, de hære. inst. & Azo. in sum. eod. tit. ex cuius intentione cuilibet legari potest, & ita etiam per eum, in sum. tit. de leg. in princ. quo etiam argumento, & eadem specie, Paul. Castren. vsus est in cons. 468. col. fin. in 2. & Aim. in cons. 166. vol. 3. & Alc. lib. 4. Parerg. c. 5. quo ergo vtitur Bart. in Nouel. const. qui. mo. na. effic. sui, in §. discretis, vbi duntaxat excluduntur a successione filij ex dãnato, & nefario coitu orti: vnde non alij, quamuis ex improbato coitu nati. Nec obst. d. Auth. C. de na. lib. sumpta ex d. §. discretis, quæ parum fideliter translata fuit. Nam d. Auth. naturales dũtaxat ad successionem admittit, non tamen in §. discretis. Vnde translata est Auth. iã dicta, licet comprehẽdat non solum naturales, verum & nothos. argumentum est inscriptio, siue titulus, qui scribitur de nothis.

nothis, cum nunc in vulgata editione habeatur, quibus mod.nat.effic.sui, quod Alc.a quo longè discrepat Palæotus, referens eo in loco Iustinianum, cuius mens, siquam legislatoris est sequenda, naturales eos appellat, qui ex iusto concubinatu editi essent: ceteros si qui huiusmodi essent ex dictus excludit, reiecta nothorum, & naturalium differentia. Palæot.in d.tract.c.11.nu.2. vsque ad 6. quamquam Alc. opinio defendi posse videretur. Nam si Iustinianus in d.§.discretis. de naturalibus ex concubina tantum tractaret, imperfectè loqui videretur, cum de nothis ex soluta natis mentionem non fecerit, cum hic dumtaxat nothi accipiantur, qui ex complexibus illicitis, damnatis, & nefarijs nati sint, quod absurdum est, cum appareat Imperatorem perfectè, & diligenter illegitimorum materiam tractare voluisse. Nec error Guarnerij in transferenda dicta nouella a Græco in Latinum nocere debet, vbi uidetur non conuenire textui, nec respondere ueritati originalis. Doct. in Auth.quod sine, C.de testam.& in Auth.ex caussa, C. de lib.præter.in quorum tăslatione ualde Guarnerium errasse conferimus, & recentiores in plerisque locis notant.ad cons.Oldr.autem respondetur, satis esse, quòd possit sibi uindicare locum in nato ex nobili uiro, & uili muliere, quorum sunt plenæ historiæ, qui non succedunt, per tex.in l.1.C.de natur.lib.

DECISIO MCLXIX.

De translatione.

SVMMARIA.

1 *Venditione hæreditatis transferuntur in emptorem omnes actiones.*
2 *Translatione generali ueniunt etiam omnia ignorata, iux. l.cum te. C.de transact.*
3 *Paria sunt scire, vel scire debere.*
4 *Mobilium appellatione etiam ueniunt pecuniæ. Declara tamen, vt ibi.*
5 *In generali liberatione, seu transactione non ueniunt dolo occultata siue gesta.*
6 *Delictum siue furandi animus non præsumitur si alia coniectura capi potest.*
7 *Transactio generalis non comprehendit postea reperta, & non occultata.*
8 *Dolus ex coniecturis, & circumstantijs, quæ in negotio gesto continentur, colligitur.*
9 *Mulier tenetur actione furti ratione rerum post solutum matrimonium contractarum.*

Testator legauerat Luciæ centum, & omnia mobilia domus, in qua habitabat: in reliquis Andream, & fratres eius instituit. Testatore autem in extremis laborante, dicta Lucia furtim extraxerat 380.ducat. ex arca testatoris; defuncto testatore, & Lucia legatum adepta 350.scut. & orta inter eos lite in spē transactionis emit hæreditatem prædictam a prædictis hæredib. cum fructib.& omnib.& singulis iurib. actiuis, & passiuis in amplissima forma 300.scut. post hmōi emptionem prædicti hæredes prætendebant subtractam quantitatē 380.scut. sibi restitui, aduersus quos Lucia sequentib. rationib. se tuebatur. Primò, emptione hæreditatis prædictæ, per q̄
1 omnia iura, & actiones hæreditatis in eā transfusæ sunt, l.emptor.C.de hæred. uel act.uend. Item quia ad sedandam dictam litem, & quæ in futurum moueri sperabatur, fuit inter eos super hæreditarijs reb. post natam litē transactum. Vnde uidebatur comprehendi, & transigi quoque super actione, quæ ad restitutionem dictorum 380.scutorum competebat, siue sit actio furti, siue actio rerum amotarum, quę contra uxorem competit. Et hoc
2 hoc uerum est, quia sequuta generali transactione comprehenduntur omnia etiam ignorata, l.sub prætextu, C. de transact. sicuti rescinditur transactio propter instrumenta de nouo reperta. & ibi Paul. de Castr. ubi dat ratione, quia sciuit, uel scire potuit, uel debuit omne dam nū intendi sub ista tăsactione generali: ideo debet sibi
3 imputari. ¶ Et † paria sunt scire, vel scire debere, l.pen. ad Mac.Doct.in l.qui non, ff.de reg.iur.post glos. ¶ Secundò, quia testator etiam omnia mobilia domus legauerat, quorum † appellatione pecuniæ venirent, Dec.
4 cons.381.& 472.testator, nu.3. ¶ Et ita Rota in caussa Ro.hæreditatis 21. Nouemb. 1548. resoluit, q̄ appellatione mobilium non venirent pecuniæ, nisi de pecunijs testator fecisset mentionem; prout in casu isto, in quo testator pecuniam legando, s.centum scuta Luciæ, & mobilia, censetur facere differentiam. Tn̄ mulier poterat dici excusata a dolo, & nō diceretur dolo occultasse dicta trecenta octuaginta scuta, sed quod poterāt esse sua sub nomine mobilium legatorum, & haberet pecuniam pro sibi legata. ¶ Propterea non haberet locū limitatio Pau.
5 de Cast.in d.l.sub prætextu, q̄ † in generali transactione non veniant dolosè occultata, arg.l.si quis rationes, & l.
6 Aurelio, de lib.leg. Et † animus furandi nō præsumitur, vbi alia coniectura capi potest, l.merito, ff.pro soc. Alex. cons.129. imò quælibet caussa inepta etiam læsionis excusat a dolo, l.igitur, §.potest, ff.de lib.caus.arg.in l.plagia, C.ad leg. Flau.de plag. Hipp.cons.26. & 40.nu.15. & 77.aliàs cons.1.nu.22.vol.2. ¶ His non obstantib. placuit Rotæ die 21. Nouemb.1548. Luciā teneri ad restitutionem dictæ summæ trecentorum octuaginta scutorum, nec in legato mobilium, nec in emptione hæredita-
7 tis, aut in transactione comprehendi, in qua † veniunt postea reperta, & non occultata; nisi cōstaret super summa litem ante venditionem, seu transactionē fuisse motam, de qua non apparuit, & Luciam licet vxorem testatoris ad restitutionem actione furti teneri, propter contrectationem post hæreditatis aditionem factam, secundum limitationem Paul. Castr. cōiter approbatam in d. l.sub prætextu, & l.quicumque tutorib. ver.fin. de transact. & ibi Bar.in §.qui per fallaciam. Neque.n. verisimile est si partes de subtractione cogitassent, transegisse, habita præsertim ratione vtriusque quantitatis subtractæ, scilicet, & receptæ. ¶ Neque quidquam facere, quòd hic erat iusta caussa legati saltem colorate, quæ videtur excusare, & sic occultare voluisse nō præsumebatur: quia
8 respondetur, animum occultandi † qui ex coniecturis, & circumstantijs caussæ, quę in negotio gesto continentur, colligitur, in l.dolum, C.de dolo, vbi Doct. rectè pręsumi. Nam d. Lucia ad instantiam fisci criminaliter super huiusmodi furto examinata fuerat, quod prius negauerat; deinde cōfessa occultationem fuerat, quam dictis hæredib. numquam reuelauerat: & sic actione furti, non actione rerum amotarum illa tenetur, quia post aditam hæreditatem illam contrectasse probatur, l.3.ff.
9 rer.amot. vbi tex. vult, † mulierem, quæ post diuortium easdem res contrectauerit, furti teneri, qui tex. præsupponit, vxorem easdem res constante matrimonio contrectasse: quo casu rer.amot. propter dignitatem matrimonij actio datur, ut in toto tit.ff.rer.amot. Item glos.1. in d.l.3. dicit quod hæc actio furti ex noua contrectatione constante matrimonio impeditur, licet dicatur, quòd possit nasci, l.ei qui, de furt.& ideo contrectet quantum velit, non oritur noua actio, vt ibi dicitur in gl. ubi ideo est, quia semel nata erat, ideo amplius nasci non potest. ¶ Hic autem ex prima contrectatione uxoris solum erat nata rer.amot. sed ex noua contrectatione post solutum matrimonium, iux.l.2.de diuort. morte uel diuortio nasci actio furti potest, & etiam succedere rerum amotarum. ¶ Et ita fuit obtentum in hac caussa. Nam mulier post mortem mariti iterum pecunias contrectauerat, & nouo marito in dotem dederat; quo casu noua contrectatio fuit, iuxta Bart. in l.si abducta, C.de furt. l.si dominium, de furt.

DECISIO MCLXX.

De clericis non residentibus.

SVMMARIA.

1 *Intrusus est malæ fidei possessor, qui non solum ad fructus perceptos, sed ad percipiendos, vel qui percipi poterant, tenetur.*
2 *Distributiones quotidianæ non dicuntur fructus.*
3 *Iudicis officiū implorari potest pro exequutione sententiæ.*
4 *Intrusus lite pendente condemnatus ad fructus perceptos non potest cogi ad soluendum vel restituendum quos non percepit ob non residentiam.*
5 *Protestatio in fructibus quibus casibus necessaria atque vtilis est.*

PRæsupposita consuetudine, quòd fructus non dantur, nisi residenti certo tempore, fuit dubitatum in quadam Placentin. canonicatus, & præbendæ, an dicti fructus ueniant in condemnatione eius, qui condemnatus est in fructibus perceptis, ita ut possit cogi s d illos soluendum, licet non fecerit debitam residentiam. Consideratum fuit pro parte affirmatiuā, quod uenirent tales fructus. Primò, quòd Canonicatus, & præbenda, de quibus agitur, non habent alios fructus, nisi illos, qui dantur ratione residentiæ in certo anni tempore, qui uocatur, la grossa, & habent quotidianss distributiones, quæ dantur dierim interessentibus. Vnde condemnatus in fructibus, debet intelligi de illis, qui ueri sunt fructus canonicatus, & præbend. saltem, la grossa, qui percipi potuerunt, sed non fuerunt percepti tantum culpa possidentis. Secundo, quia post litem contestatam condemnatus se intruserat in beneficiū quo casu incipit esse ma-
1 læ fidei possessor, qui tenetur non † solum ad perceptos, sed ad percipiendos, ut per Io. Andr. Butrium Card. & alios, in c. gratus, de rest. spol. & Abb. col. 3. uer. nunc ue nio ad secūdum Bar. in l. ex diuersis. ff. de rei uend. Aret. cons. 15. col. 18. in princ. & qui intrat in beneficium lite pendente in dolo, & fraude est, decis. Rotæ in nouis. 25. propterea non excusandus a percipiendis. Tanto magis, quia secundum Cassad. decis. 7. de præben. nu. 3. aliàs & bis Rota uoluit hoc casu teneri ad restitutionē quotidianarum distributionum, ex quo per condemnatum stetit quo minus resederit, & interfuerit. Nec obstat, φ
2 condemnatus tantum erat in fructibus perceptis: † sed distributiones quotidianæ non computantur inter fructus, nec fructus dicuntur. Oldr. cons. 118. Felin. in c. ad aures. col. penul. de rescript. sicuti posset dici, quòd non esset condemnatus nisi in perceptis, & non in percipiendis, quia licet non possint dici fructus ad effectum impetrandi, tamen negari non potest, quod non sint fructus, qui percipi potuissent, si aliquis resedisset. Et quia sententia refert se ad liquidationem, & condemnatus est debitor perceptorum, & percipiendorum, licet in per-
3 cipiendis actio non detur, competit tamen iudicis officium. glos. Pau. Salic. & Bald. in l. domum. C. de rei vendic. per Abb. in d. cap. grstus. de restit. spoliat. quod officium iudicis potest implorari in exequutione sententiæ. Bar. in l. a Diuo Pio. §. sententiam Romæ latam. ff. de re iud. & in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iud. Quibus non obstātibus Rota die 28. Nouembr. 1548. in quadam Palen. pro Didaco de Renguasco contra Anton. de Alcoa. re-
4 soluit, condemnatum intrusum lite penden. in fructibus canonicatus perceptis non posse exigi in his, quos non percepit, quia non resedit, sed debeat fieri protestatio a parte obtinente se velle obtinere, scilicet, quòd possidens resideat, in diuinis intersit, aut possessionem dimittat. Et hanc consuetudinem Rota aliàs instar veterum prætorum edicta interpretantium, optima ratione decreuit, arg. l. ius autem. ff. de iustit. & iure, & introdu-
xit ad effectum, vt quis teneatur ad fructus, & quoti-
5 dianas distributiones, vt de his protestatio fieret; quæ quidem protestatio, ideo necessaria visa est, quia iure cautum non videtur, quod quis ratione canonicatus, & præbendæ residere teneatur? Et ideò cessant argumenta ex aduerso supra facta.

DECISIO MCLXXI.
De minore.
SVMMARIVM.

1 *Iudicium cum minore, quando finitum dicatur.*

SEptima Octobris, Petrus Vorstius Episcopus Aquē. in Regien. inter Constantium & Iulium Comitem
1 fratres, omnes consenserunt, rectè iudicium aduersus minorem finitum, & si curator nihil allegauerit, modo comparuerit.

DECISIO MCLXXII.
De sententia.

IOannes Mohedanus Episcopus Rauellensis in Vrbeuetana sententiam tertiam oportere esse manifestam in singulis bonis, quę adiudicantur super instrumenta colligi possit.

DECISIO MCLXXIII.
De remissione.
SVMMARIVM.

1 *Remissio pro infirmis, quando sit danda.*

IOsn. Paulus Tholomæus Decanus in Calaguritan. dimidiæ portionis, quòd non esset danda remissio pro
1 infirmis, & senibus in prima instantia alleg. Put. decis. ex qua cauetur, vt ordinarius possit eos recipere, modo postea legitimè recipiantur si superuixerint. Th. alleg. 387. quòd ante litem contestatam non fieret propter valitudinarios remissio, quia exspirat potestas Auditoris; quamuis propter defectum probationum videretur admittenda, vt ille significetur. Itaque post varias opiniones conclusum est, vt daretur sine suspensione litis, ne fieret cauillatio. Sed aduersarius petebat testes nominari: dubitatum est, an teneretur. Et Put. alleg. Bald. in l. vlt. C. de eden. num. 16. qui asserit teneri, modo non timeatur subornatio.

DECISIO MCLXXIV.
Vicini.
SVMMARIVM.

1 *Puteus auget æstimationem rei.*
1 PVteus probat æstimationem prædij venditi per vicines.

DECISIO MCLXXV.
De inhibitione.
SVMMARIVM.

1 *Inhibitio quando sit deneganda.*

IDem in Lucana contra quemdam de Freris incarce-
1 ratum propter obligationem Cameræ, quoniam post appellationem confessus est dubium, & denegata est inhibitio.

DECISIO MCLXXVI.
De custodia.
SVMMARIVM.

1 *Successor quando possit se defendere ex iure prædecessoris.*

THomas de Tanis in Patauina custodiæ aduersus Bassam, qui volebat per exequutoriales prædecessoris, quibus paruerat intrusus, adipisci possessionem, quasi subrogatus in lites prædecessoris, qui possederat per quinquennium.

DECISIO MCLXXVII.
De possessione.
SVMMARIVM.

1 *Manutenenda est prima quasi possessio.*

FAbius Acorambonus in Bononien. aquarum dicebatur, quendam forasse Alueum, & Legatum iussisse obturari, cum pacto non auocandi infra mensem caussam ante commissam, vt rems neret in eodem statu.
1 Dictum est ab omnibus, vt animaduerteretur num esset recens aquarum deriuatio, cum Legatus illud decreuit.

DECISIO MCLXXVIII.
De iure patronatus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ius præsentandi, & ius patronatus differunt.*

PRosper de S. Cruce in quadam Calaguritana, num videretur esse rectè probitum quemdam esse ex patrimoniali propter assertionem patronorum, & an ex solutione aliquot annorum proberur patronatus. Et dictum est ex hoc non probari ius præsentandi.

DECISIO MCLXXIX.

De citatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia redditur nulla propter defectum citationis, mandati, vel iurisdictionis.*

PEregrious Fabius, si citatio ad sententiam exequuta est perperam, puta si citatur per totam diem audientiæ, & ex eadem charta citatur die feriata per totum, atque cum commissio emanasset, vt oisi nulla esset sententia propter defectum citationis, vel mandati, vel iurisdictionis, referatur hæc exceptio ad alicnum, non ad dictum.

DECISIO MCXXC.

De compensatione.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio non fit de eo, quod cedens deberet propter condemnationem post cessionem.*

NOna Octobris Vorstius in Astoricen. pro Vesga, dictum non debere compensari, quòd cedens deberet propter coodemnationem post cessiooem factam cum eo quod prius ei debebatur.

DECISIO MCXIXC.

De iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Iurisp atronatus quasi possessio ex quibus actis probetur.*

RAuellen. in Eluen. Prioratus Camelecen. inter Lucianum & Valerium, dicitur, quasi possessionem iurispatronatus esse quasi probatam ex narratiua resignationis. Item ex præsentatione antecessoris, qui per eam resignationem venit. Sed dictum est, requiri vltra vnicum actum bonam fidem, quæ non præsumitur. Ideo titulus quærebatur, & producebatur capellæ, & palatij erectio. Sed dubitatur, *an eadem esset capella, & prioratus.*

DECISIO MCXVIIIC.

De decimis.

SVMMARIVM.

1 *Successor, an teneatur ad decimas, & pensiones.*

IOan. Paulus Turritana contra Bassam, qui accepit a Ioanne de Cordona resignationem, & quærebatur, *num possit contra eum procedi propter non solutionem tertiarum ex decimis?* Et dicebatur stricti iuris esse, vt tam in pensionibus, quàm in decimis sit in electione eius, contra quem velit agere. Sed non soler Rota procedere: neque hic apparebat esse ant decimas, aut pensiones, cum deberentur non a laicis, sed ab his qui a laicis receperuor ex consuetudine, allegat. l. Imperatores. ff. de public.

DECISIO MCXVIIC.

De exceptione.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei non traditæ quando obyci possit.*

PVteus in Romana hereditatis de Cardel. proponitur diuisio inter patrem, & duos filios. Item approbauo filiorum in duobus contractibus in quorum altero fideicommissi mentio fit, siue reciprocæ substitutionis inter illos, & eorum filios. Conclusum est, aliàs esse contractum cum effectu vltimæ voluntatis, non tamen probare actualem possessionem, quæ remanserat penes patrem. Sed quoniam in secundo cootractu renunciatum erat exceptioni rei non traditæ, dubitatur, *num eadem exceptio opponi posset ab heredibus a quibus fideicommissum petebatur?* Rota diuisa est ¶ Nam duo fuerunt aduocati: tertius erat proponens, qui inclinare uisus est, cum imponatur aliquod nomen Auditoris maiorem partem efficientis, quæ tenuitur exceptio non pertineret ad restitutionem. Tres Citramontani tenuerunt non posse obijci.

DECISIO MCXVIC.

De regressu.

SVMMARIVM.

1 *Regressus an probatur per Clem. gratia. de restit.*

THanis in Calaguritana canonicatus per R. P. Cabredo Vanno, ut Clem. gratia. de restit. haberet etiam locum in regressu, ut perderetur: quod durum uisum est decidere. Et fuerunt uariatum opinioonm.

DECISIO MCXVC.

De omissione.

SVMMARIVM.

1 *Omissio nominis aut error non obstat si de persona constet.*

PEregrinus in Zamoren. contra d. de Vllar, contra quem erat processum quasi contra N. de Vlloa intrusum, & citatus fuerat per edictum, constito de non tuto accessu, permissum est ut ferretur sententia.

DECISIO MCXIVC.

De re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Commissio appellationis quando sit danda post tempus elapsum.*

IDem in Hispalen. contra Ioannem Vrbinam, qui fuerat condemnatus, & appellauerat, sed non commiserat in tempore, nec post Regentem adiuerat, & Cardinalem, aut Auditorem cum clausula, si magis placet, quam tamen numquam præsentauerat. Et permissum, vt probaret per eum non stetisse.

DECISIO MCXIIIC.

De liquidatione.

SVMMARIVM.

1 *Depositio vnius nummi an sufficiat fructus non liquidatos.*

IOan. Suauis Reomanus comparet, *an dicatur paritum sententia, si tradatur possessio ab alio occupata.* Item, *an ad fructus non liquidatos sufficiat depositio vnius nummi, si sint maxima æstimationis?* Et responderunt sufficere: tamen uisum est propter defectum mandati, ut cautio præstaretur cum ratihabitione.

DECISIO MCXIIC.

De cessione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Cessio bonorum quando non admittenda.*

DVodecima Octobris Aquen. in Papien. contra Iacobum Belingerium spoliatorem, qui passus est tres sententias, & deinde renunciauit in tertium. Non admissa est cessio bonorum.

DECISIO MCXIC.

De iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Præsentandi quasi possessio extenditur ad vacationem per obitum.*

RAuellen. in Eluen. conclusum est, quasi possessionem præsentandi, cum per resignationem est prouisum, extēdi ad uacationem per obitum, si nemo alius est in quasi possessione. Item si concurrat bona fides cum unico actu, puta ex præsumpto titulo.

DECISIO MCXC.

De statuto.

SVMMARIVM.

1 *Statutū prohibens dici de nullitate post annum, non excludit executionis reformationem.*

IOan. Paulus in Tiburtina Castri Ascularum, statutū, vt non posit post annum dici sententia nulla non excludit, ut exequutionis modus reformetur.

DECISIO MCXCI.

De aditione hæreditatis.

S V M M A R I V M.

1 *Hereditatis aditio quibus ex coniecturis probetur.*

PVteus in d. Romana super eadem re, vnus ex tribus
mutauit sententiam, sed & additum fuerat, an ille
teneatur restituere, cum possessio illius filij non appa-
reat, quasi culpa eius adita non sit, l. cum res, ff. de leg.
1. sed in ea constet de aditione, nihil ad rem. Dictum
1 est, vt per † coniecturas vrgentes argueretur immissio
de qua aliàs forsan. &c.

DECISIO MCXCII.

De erectione.

S V M M A R I V M.

1 *Erectio, collegiata, an praeiudicet alij.*

IDem Puteus in Salamant. præminentiarum inter Ca-
pitulum maius, & Ecclesiam Antoniam collegiatã,
1 † quæ antea competebat ex matrice iuris, vt campana-
rum prima pulsatio, & officij institutio vni Ecclesię ma-
joris Capituli propter tempus immemorabile erecta,
collegiatæ competeret.

DECISIO MCXCIII.

De regressu.

S V M M A R I V M.

1 *Regressus perditur per Clem. gratia, de restit.*

THomas in dicta Calaguritana, omnes inclinabat,
1 vt per Clem. gratiæ, perderetur regressus † benefi-
cij sub eodem tecto, sed non posita est.

DECISIO MCXCIV.

De mandato.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum de manutenendo non datur, nisi constito de quasi possessione.*

FAbius in caussa Bonon. aqus rum decretum reuoca-
1 tum, vt mandatum de manutenendo, † vt vocant,
detur, nisi constito de quasi possessione.

DECISIO MCXCV.

De concordia.

S V M M A R I V M.

1 *Testis suspectus quando dicatur ob confessionem peccatorum non factam in anno.*

IDem in Salaman. portionis petitum, vt concordare-
tur, cum alter possessionem multorum annorum ha-
beret, alter sententias duas propter consensum non pro-
batum eius, qui beneficium obtinebat in regressus im-
1 positione ex priuilegio concesso Hispanis: † deinde di-
ctum est, non probari testes suspectos milites pauperes,
qui peccata confessi non fuerunt eo anno, deponentes
de multorum annorum tempore, & sub eadem verbo-
rum forma de priore lectione breuis.

DECISIO MCXCVI.

De subrogatione.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogatio quando dicatur rectè facta.*

PEregrinus in Conchen. Pesquera cum pensio debe-
retur commisit, & citauit super beneficio: deinde
misso procuratore cõmisit super canonizatione regres-
1 sus ob non solutionem. Moritur † alter pendente lite
hic subrogatus est: dictum est rectè factum.

DECISIO MCXCVII.

De diligentijs.

S V M M A R I V M.

1 *Diligentia in suis rebus ex quibus probetur.*

1 IDem Peregrinus in d. Hispalen. probatum † est dili-
gentiam non fuisse in expedienda commissione expe
ctandi Pontificem, & occasionem auocandi a Rot.
quamobrem vigore vtentis decretæ sunt litteræ exequu
toriales.

DECISIO MCXCVIII.

De cautione.

S V M M A R I V M.

1 *Cautionem ab eo qui non habet mandatum, non cogitur quis suscipere.*

REom. in d. Compostel. non tenere suscipere cautio-
nem eius qui mandatum non habebat, nisi & esset
cautum datis fideiussoribus, cum fructuum æstimatio
1 magna esset, & ipse senex.

DECISIO MCXCIX.

De mandato.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum Capituli ad lites non valet, & si nomina singulorum expressa non sint.*

ANron. Aug. in Legionen. exhibitio. titulorum, va-
1 lere mandatum Capituli ad lites etsi nomina sin-
gulorum canonicorum expressa non sint; responsum
est contra decis. 188. & 168. Bellamer. decis. 132. in an-
tiq.

DECISIO MCC.

De subrogatione.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogatio non valet vbi aliqua fraus vel dolus inueniri potest.*

DEcimasexta Octobris, Aquen. in Calaguritana ere-
mitarum, magna fuit contentio in hoc casu: Fran-
1 ciscus Lupus intrusus cessit Romæ beneficium in Diaz,
sed prius cesserat in manibus Poggij Nuncij, qui Petro
Abbati Medinæ contulit, & Petrus in manibus Episco-
pi cessit Lupo: Petrus est in possessione: dubitabatur,
*num valuerit prima cessio, cum esset litigiosum beneficium à
ex quo sequeretur vt esset vitiosa Nuncij collatio*: Varia
dicta sunt de subrogandi collationibus. Item de his,
quæ succedunt, litemque non esse instructam ante ex-
tinctionem.

DECISIO MCCI.

De exequutione.

RAuellen. in Vrbeuetana, exequutionis sententiæ
non satis firmæ præfertur dos, & expensæ funerũ,
ac legata deducuntur non ex portionibus, sed ante om-
nia cautio detur volente parte.

DECISIO MCCII.

De exequutione alternatiua.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia valet, licet eius executio sit iniusta, vel nulla.*

IOan. Paul. in decis. Tiburtina exequutio dicebatur
1 commissa alternatiuè. Ideo exequutio, siue sit iniu-
sta, siue nulla, sententia valeret.

DECISIO MCCIII.

De noua creatione.

S V M M A R I V M.

1 *Praeiudicium per nouam erectionem quando dicatur fieri.*

PVteus in decisio. Salamantina iterum dictum est,
quamuis multis dissentientibus, quæ iure cathe-
dralis competerent, non perire, sed rectè Ioan. Paul. di-
cebat, si non probaretur amplius habuisse maius Capi-
tulum, quam quod collegiatę potuisset competere, tunc
1 præiudicium esse per erectionem collegiatæ: sed quo-
niam testificata nondum visa erant, ampliatum est.

DECISIO MCCIV.

De possessione.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum possessionis cum certo die praefertur illi quod non habet.*

FAbius in Bononien. numquid probaretur interesse
alicuius ex eo, quòd hæres aduersus quem fuerat
iudicium intentatum, diceretur attentari, si rursus es-
set in possessione rerum illius, quas ternus possidebat.
1 Item dictum est instrumentum possessionis cum certo
die facere, vt præsumatur antea possessio, quàm ille, qui
non expresso die dicitur possidere.

DECISIO MCCV.

De prerogatione fatalium.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio fatalium ex qua caussa sit facienda.*

PEregrinus in Valentina S. Michaelis, ad prosequendam appellationem datur annus, & ex caussa biennium. c. cum sit Ro. de app. ex stylo Rotæ, si aliquid egerit intra annum. Cassador. 4. de appell. Staphil. dub. 31. sed cum soleant dari quattuor dies, neque petijt in
1 tempore, † neque intra annum aliquid egit, vt possit ipsam protogationem petere, sunt relaxatæ exequutoriales, quia non est iudicatum aliquid fecisse, quod litem concernat.

DECISIO MCCVI.

De deserta appellatione.

IDem in Conchen. decimarum desertam appellationem sustinuerant, vt videretur de iure, quoniam fuerunt variæ sententiæ.

DECISIO MCCVII.

De commissione.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones impedientes exequutionem non impediunt commissionem.*

DEcimanona Octobr. in d. Regien. inter Camillum
1 & Catharinam, exceptiones, quæ de iure impedirent exequutionem sententiæ, non impediunt si commissum fit, vt non aliàs restitutio concedatur, nisi petita cautione. Vnde conclusum est, vt reformaretur, prout iuris fuerit.

DECISIO MCCVIII.

De exequutione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex neque executor non potest nullitatem resultantem ex omissione ordinis validare.*

IOan. Paul. in d. Tiburtin. dictum est, & conclusum
1 per maiorem partem, neque iudicem, neque exequutorem nullitatem validam efficere si omittant ordinem, l. a Diuo Pio. §. in ven. de re iudic.

DECISIO MCCIX.

De positionibus.

IAc. Put. in d. Rom. cõfessio positionis in vna qualitate non extenditur ad alios; puta possidentes domum, in qua olim Titius, hodie Caius habitat. Neque obsunt in contrarium adducta, quia illis simpliciter respondetur, aut cum adiectione, dictam, aut illam.

DECISIO MCCX.

De onere probandi.

THomas in Bonon. hæreditatis damnatus ad mortem fecerat testamentum ante delictum, quod statutum Bononien. permittit etiam in carcere facere: dubitabatur, an valeat prius ob statutum, & per l. si quis filio, §. initium, de iniust. rupt. dictum est valere, modo manserit in voluntate: tractabatur de eo testamento, de quo Paris. consil. 46. volum. 3.

DECISIO MCCXI.

De Aegidiana.

FAbius in Assiunen. *an Aegidiana habeat locum in spoliato damnato, vt non possit appellare?* Et decisum est locum habere.

DECISIO MCCXII.

De cessionario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ante cessionem currentes debentur cessionario.*

IDem in Carthaginen. fructus ante cessionem curren-
1 tes mortuo cedente debẽtur cessionario, qui ad prosequutionem spolij est subrogatus.

DECISIO MCCXIII.

De procuratore.

PEregrinus in Toletana mortuo procuratore intimatio fit ex vrbanitate: aliàs proceditur per contradictas, vbi non est tuus accessus per edictum.

DECISIO MCCXIV.

De reincidentia.

SVMMARIVM.

1 *Reincidentia quando dicatur commissa.*

IDem in Palentina, fuerat Capitulum excommunicatum, quia non tradiderat solam possessionem; permissum fuerat, vt absolueretur. Et conclusum, vt traderent; ipsi metum iniecerunt notarijs, ne quidquam agerent inconsulto consilio Regio, ex quo procurator possessionem petens nihil egit. Iussum est, vt iterum ag-
1 grauaretur, & absolueretur cum reincidentia, nisi intra tres menses possessionem se velle tradere declarauerint.

DECISIO MCCXV.

De fructibus pendentibus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus etiam pendentes restituendi sunt non obstante appellatione.*

IDem in Placentina castri Sarmatus, condemnatus
1 quis fuerat ad restitutionem rei, & † ad fructus perceptos; appellauit in fructibus, recepta est appellatio: dubitatur, *num extendantur ad fructus pendentes tempore appellationis*. Omnes censuerunt partem rei esse, & restituendos, quasi fututos fructus. Obiectus est scrupulus ex opinione Alberic. in l. fructus pendentes, de rei vendic. qui dicit, pendente lite perceptos partem non esse rei, licet initio pendentes fuissent, sed intellectum est vsque ad sententiam.

DECISIO MCCXVI.

De commenda.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium commendatum dicitur affectum.*

REomanus in d. Vasconen. resignatum fuerat in Legati manibus beneficium, & ab eo alicui commen
1 datum, † dum viueret. Quæritur, *an possit ordinarius prouidere*. Et dicebatut ita vacare, vt olim Cassador. decis. 5. de priuileg. Et in Pontif. Roman. nemo dubitat affici beneficium, sed in Legato dicebatur, ordinarium concurrere.

DECISIO MCCXVII.

De sequestratore.

IN Degon. siue Alber. citatus fuerat procurator ad sententiam, & ad concordiam, seu ad concordandum de sequestro; victor nominat; alter petit postea vt audiatur, quatenus sint suspecti nominati. Dictum est, vt commissio de ea re fieret, aut ex consensu partium nominentur vtrique singuli.

DECISIO MCCXVIII.

De minore.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium non valet contra minorem indefensum.*

VIgesimotertio Octobr. Aquen. in d. Regien. contra superiores opiniones. Dictum est, iudicium nõ
1 valere contra minorem † indefensum, si curator numquam comparuit. Sed & dictum, notarios omittere solere comparitiones, alleg. decis. cons. 149.

DECISIO MCCXIX.

De litteris remissorijs.

SVMMARIVM.

1 *Littera priuata loco remissoria pauperibus dari solent.*

RAuell. petebatur a quodam Cardinali, quoniam interdictum positũ erat in diœc. propter parochia-
1 lem Ecclesiam, quam is suæ diœc. esse negabat, † vt darentur loco remissoriæ litteræ priuatæ Auditoris ad legatum, &c. Quod responsum est, pauperib. dari solere.

DECISIO MCCXX.

De alternatiua.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor an eligi possit alternatiua.*

IOan. Paul. in d. Tibur. confirmatum est, quantea dicebatur, exequutionem non esse nullã. In quo tñ di-
1 uisi fumus; sed de alternatiua negatum est a maiori parte eligere potuisse exequutorem, aut iudicem, cum ita

dictum est, si aliunde satisfieri non possit, aut non satisfecerit, cum vtrumque desideratur.

DECISIO MCCXXI.

De translatione.

IAcobus Puteus in Hispalen. Gabriel. transferebat moriens pensiones, vt in schedula, quam notarius cœperat legere, idque testibus probatur. Sed quod in ea contineretur schedula lacerata a notario, qui inde exemplum sumpsit non apparet. Dictum nihil posse peti, quod non probetur aliunde in schedula scriptum esse, & scribam malè fecisse.

DECISIO MCCXXII.

De dispensatione.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio ad diuersa, non trahitur ad coniuncta, sed bene contra.*

IDem in Gadicē. mortuo Toletano Episcopo expecta-
1 tur † successor in litteris Cailag. dispensatio ad diuersa non trahitur ad coniuncta, sed contra trahitur.

DECISIO MCCXXIII.

De mercatore.

SVMMARIVM.

1 *Discedere an & quando quis possit a conuentione.*

REomanus Mantuan. Zuccatorum inter mercatores conuenerat, vt Vincentius sumptus faceret, & eorum dimidium a Francisco extraneo Romæ peteret, cui ceteri piperarij satisfacerent, datæ litteræ sunt ad finem vt soluerent ducenta Vincentio, cum ab eo peterentur. Franciscus scribit separatim; post aliquot menses a Vincentio interpellatus negat se paratum esse, vt
1 daret, † sed tamen dedit Vincentij nomine, quæritur, an possit Vincentius a conuentione discedere. Variæ opiniones fuerunt, de quibus aliàs, &c.

DECISIO MCCXXIV.

De consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Curator debet deputari etiam adulto, vt iudicium valeat.*

DIe 26. Octobris in d. Regien. multis rationibus quæsitum est, vt suscitaretur consuetudo depu-
tandi curatorem maiori, si nullus est; curatore vero ci-
1 tato, alterutro non comparente, *an procedere possit communis opin. in l. cum & minores, si aduer. rem iud.* Et conclusum est, vt dicta Doctorum intelligantur, cum neque curatorem habuit, neque is fuit citatus, neque alius deputatus. Item cum legitimè impediebatur. Item cum defensiones habebat. Item cum non proceditur summariè, vt hic, & sine litis contestatione. Itaque sententia nulla non aduersus minores lata curatore semper citato, & singulis partibus iudicij, sed possunt restitui.

DECISIO MCCXXV.

De liquidatione.

SVMMARIVM.

1 *Testibus deponentibus se rem conduxisse creditur.*

RAuellen. Sorana Episcopi, tractabatur de liquidatione fructuum perceptorum, & testes producebantur, qui conduxerant prædia, sed separata. Et Pu-
1 tens dicebat † non esse credendum ijs, qui vt se liberarent, dixerunt se soluisse, quod contractum est, quamuis propter singularia eorum dicta efficiant semiplenam probationem, & partis iuramentum suppleat quod deficit, tamen eis in confessione suæ conditionis fides adhibeatur.

DECISIO MCCXXVI.

De exequutione.

IOan. Paul. in d. Tibur. exequutio sine citatione non est nulla, neque cum causæ cognitione.

DECISIO MCCXXVII.

De præsumptione fraudis.

SVMMARIVM.

1 *Fraus præsumpta qua dicatur.*

1 IDem in d. Conchen. d. † lite omnes conuenerūt; Sed fraus præsumpta est, cum ex nullo iure poterat beneficium soluere aduersario pēsiones, licet ipse pecuniam accipere nollet. Et licet decis. 2. de rer. permutat. ad hoc iuuet, ampliatum est.

DECISIO MCCXXVIII.

De præstimonio.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio facta ab Ordinario de beneficio vacante in mense Apostolico sede vacante, valet.*

REnmanus in Salamantina præstimonij, mortuo quodam, Sede vacante in mense subalternatiua
1 Pont. reseruant, dictum est, rectè fuisse prouisum † ab Ordinario, etiam si vnus ex quattuor mensibus is esset: sed si ante obitum, dubium fuit, an prouisio valuerit.

DECISIO MCCXXIX.

De fructibus dotis.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus soluendi sunt per hæredem etiam ante interpellationem.*

DIe 30. Octobris, Petrus Vortius in Romana castrorum de comitibus, cum quis promisisset dotē annuatim dare, & post per multos annos desiuisset, petebantur ab hæredibus eius fructus dotis, qui æstimantur Romæ ex 11. tuto in singulos centenos aureorum sepē: quærebatur, *num fructus etiam dotis dictæ hæreditatis etiam ante interpellationem deberentur?* Responsum est
1 deberi, † sed restitui hæredem posse ex generali clausula, si qua mihi iusta caussa videbitur.

DECISIO MCCXXX.

De solutione & delegatione.

SVMMARIVM.

1 *Solutio & delegatio possunt executioni obijci.*

IDem in d. Regien. Nū solutio & delegatio, quæ vim solutionis obtinet, obijci possit exequutioni. Respon-
1 sum † posse, quamuis commissa sit causa, vt nihil sine cautione reciperetur.

DECISIO MCCXXXI.

De æstimatione fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio dicitur esse arbitraria.*

RAuell. in d. Sorana, cum duo testes de publica opinione æstimationis fructuum testarentur quinquaginta non excedere, ceteri singulares coniuncti octua-
1 ginta efficerent, visum est, vt † æstimatio quæ arbitraria est, sexaginta non excederet.

DECISIO MCCXXXII.

De restitutione spolij.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio spolij est facienda, nisi graue oriatur scandalum.*

IOan. Paulus in Colimbrien. ex sententia, quam uis inutili, & a qua fuerat appellatum, Philippa fuerat
1 monasterio cui præerat, † spoliata ex regis mandato cum tribus sententijs. Iussum est spoliatam restituendam. Rex opposuit se, & patronum & pacificatorem sui regni paratum esse magnum præiudicium probare; concessum est a maiori parte, vt graue scandalum probare possit.

DECISIO MCCXXXIII.

De onere probandi.

SVMMARIVM.

1 *Probandi onus in aduersarium quando transferatur.*

DVtcus Ristonorien. Polen. Castri; quærebatur, num, qui Castrum obtineret in Romandiola a Pontif. Maxim. transferret onus probandi in eum, qui dice-
1 ret ad † alium dictum Castrum, quam ad Pontific. pertinuisse. Et ex multis coniecturis cum Specul. qui affirmat totam prouinciam Pontificis esse, tum ex testibus, tum ex narratione aliquorum diplomatum, eius præsertim, qui proximè decessit ante litem; responsum est transferre.

DECI.

DECISIO MCCXXXIV.

De dispensatione.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio pinguis qua sit, & de eius effectu.*

THomas in d. Calagur. dispensatio valde pinguis (vt vocant) legebatur: quinque tamen sex menses: tria vero sub eodem tecto permittebantur, cum alius, de quo illic mentionem non fecerat, cepisset cetera va-
1 cantia. Et dictum est potuisse aliud capere in locum eorum, quæ relinquebantur ex permissione Principis nimia. Item cum vniti illic mentio fieret, quod non erat vnitum, sed erat vniendum: responsum est, id non obesse, vt cetera obtineret.

DECISIO MCCXXXV.

De regula de trien.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali non impeditur ex fructuum controuersia.*

IDem in Cæsaraugustana contra Petrum Valerum, conclusum est, quia post tres ferè sententia cessarat
1 liti, & possessioni, cum de fructibus litem sustinuit ter, & post triennium iterum agere volebat, quasi lis exceptione triennij abstulisset, responsum est, regulam non impediri fructuum controuersia.

DECISIO MCCXXXVI.

De calumnia.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio fideiussoria non transit ad hæredes, vbi de calumnia constat.*

FAbius in Romana responsionis coram Aud. Cameræ, fuerat aduersus quendam Decanum ratione Capituli processum, qui fideiussorem dedit de se sistendo infra duos menses, & citatus non comparuit, nihil amplius aduersus eum, aut aduersum quemuis alium: di-
1 ctum est, mortuo fideiussore hæredes conueniuntur, quasi se in totum debitum testator obligasset. Et cum calumniosum hoc videretur, absoluti sunt.

DECISIO MCCXXXVII.

De commissione deperdita.

SVMMARIVM.

1 *Caussa est committenda de nouo, vbi prima commissionis tempus elapsum est.*

PRosper in Romana census, cum duæ sententiæ pro Rodolph. Cardin. essent pronunciatæ. Commiserat reus caussam, sed de mense constat non de die ex
1 vnius testis, & libri eiusdem relatione: dictum fuerat, vt iterum appellationis caussa committeretur, quòd quoniam diu neglectum fuerat, condemnandus videbatur.

DECISIO MCCXXXVIII.

De litteris Ordinarij, & Legati.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Ordinarij antiquior vno die collatione facta a Legato, an sit præferenda.*

REomanus in d. Vasconen. Ordinarij litteræ cum testium nominibus afferebantur, quæ collationem
1 vno die antiquiorem probarent, quam eam quæ a Legato Auinionen. facta fuerat: quæsitum fuit, num crederetur obstare decis. 22. 348. in nouis. 701. in antiq. Responsum est, non credi si Legati litteræ non eodem morbo laborarent, sed testium subscriptionem, & tabellionis manum desiderari.

DECISIO MCCXXXIX.

De resignatione.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca resignatio ex quibus probetur.*

QVarta Nouemb. Aquen. in d. Calagnritana, dictum est, cum quis resignat simpliciter, sed resignatarium in possessione relinquendo in qua est, censetur sub ea conditione resignasse. Idem si pensio imposita fuerit a collatore in fauorem resignantis. Sed &
1 relata est verius dec. simoniacum iudicari, cum eadem die, & corã eisdem testibus, ac notario collatio fit. Quod clarum videtur, cum admittatur resignatio, & petitio dictum est etiam insertum instrumentum inter easdem personas probare.

DECISIO MCCXL.

De fama publica.

SVMMARIVM.

1 *Fama publica sufficit ad probandam bonam fidem in præsentante.*

RAuel. in d. Elnen. ad bonam fidem in eo, qui probatur præsentasse, vt inducatur quasi possessio in-
1 rispatronatus, sufficit fama publica, quamuis quattuordecim annos tantum probetur eam præcedere præsentationem: fama autem esse dicitur, aut iuris præsentandi, aut dotationis, & donationis.

DECISIO MCCXLI.

De sequestro.

SVMMARIVM.

1 *Possessio sequestranda est vbiq; aut scandalum in restitutione spolij timetur.*

IOan. Paul. in d. Colubrien. conclusum est ab omnib. aduersus Annã spoliatricem procedi posse, vt exclu-
1 datur, sequestrandam tamen possessionem quoad videatur, an probetur graue scandalum, an peccatum.

DECISIO MCCXLII.

De confessione.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in litteris impetrationis quando noceat.*

1 IAcobus Puteus in Salamantin. Capellaniæ Albensis. confessio in litteris impetrationis, in quibus narratur iuspatronatus esse ex iusta caussa, nocet.

DECISIO MCCXLIII.

De collegiata Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralia iura Capituli non tolluntur per erectionem vnius collegiatæ.*

IDem in d. Salaman. Metinen. Iterum dictum, quamuis variæ, quæ a Capitulo maiore ex longa consuetu-
1 dine tenebatur, tamquam cathedralia iura, non tolli per vnam ex minoribus Ecclesijs collegiatam erectam.

DECISIO MCCXLIV.

De regula de triennali.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non petita in tempore non datur.*

THomas Thanis in dicta Cæsaraugustina, obijciebat, Valerius triennium sibi impediri propter li-
1 tem factam non concurrisse: responsum est, per eum stetisse, cum potuisset eisdem modis agere, quibus hodie agit per rest. in integr.

DECISIO MCCXLV.

De iure præsentandi.

SVMMARIVM.

1 *Ius præsentandi non probatur ex certo subsidio dato alicui tamquam patrono.*

PRosper in Compostellana S. Cypriani, fama publica efficit semiplenam: item testis vnus semiplenam,
1 dummodo de eadem re deponant, sed qui deponunt de certo subsidio accepto, tamquam a patrono, non inferunt patronum habere eius præsentandi.

DECISIO MCCXLVI.

De electione.

SVMMARIVM.

1 *Lis quando finita dicatur per missionem in possessionem.*

1 PEreg. Salaman. Abbatiæ Metinẽ. missus in possessionem extinguit litem, nisi statim ab aduersario deferatur iudicium nullitatis, quod tamen non efficit litigiosum, nisi cum negotio principali & restitutorio commissum sit, qui habet electionem conscribendi litteras subrogando, aut neutri, &c. si moriatur non transmittit subro-

subrogatis electionem, si modo aliquod ex his sequutum sit.

DECISIO MCCXLVII.

De alternatiua.

Reom. in d. Salamantina Vasiden. præstimonij, alternatiua non reseruat alios menses, quamuis dictum sit, vt non vtatur priuilegio aliorum. Itaque noua prouisio iuuat, nisi regulæ derogetur.

DECISIO MCCXLVIII.

De delegatione.

SVMMARIVM.

1 *Delegationi non obstat, non esse debitores ad quos est delegatum, modo appareat de constitutione soluendi.*

Sexta Nouemb. Aquen. in d. Repien. delegatio tollitur per transactionem, præsertim cum non ignorare viderentur contrahentes. Sed & dixit Thomas, dele-
1 gationi † non obstare non esse debitores eos, ad quos est delegatum, modo ipsi constituerint se soluturos, Affl. decis. Neap. 353. qui refert Aret. consi. 5. dicentem communem.

DECISIO MCCXLIX.

De concordia.

Raucll. retulit Paulum Pontificem inssisse, vt transigeretur in omnibus litibus, quæ interponerentur super potestate Nuncij, &c. cui fuerat denegata potestas conferendi vacantia locupletia per obitum. Et fuerat scriptum verbum, mortis, quòd fuerat deletum in originali.

DECISIO MCCL.

De pensione.

SVMMARIVM.

1 *Consensus eius qui beneficium tenet, requiritur in translatione pensionis.*

Ioan. Paul. in Illerden. in translatione pensionis necesse est, vt consentiat qui beneficium tenet. Item
1 successori beneficij intimari oportet litteras. Sed si quis promisit se soluturum, cum aliàs voluerit, & sic velit, ac postea transtulit beneficium, an expectetur vt litteræ intimentur successori? Minime, cum post mortem aliter teneatur.

DECISIO MCCLI.

De declaratoria.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria transita in rem iudicatam, quando rescindi potest.*

Puteus in d. Hispalen. sententia declaratoria ob non
5 solutionem, si nulla fuerit pensio, quamuis transiuerit in rem iudicatam, rescindi potest.

DECISIO MCCLII.

De statutis militiæ.

SVMMARIVM.

1 *Optio militia Hierosolymitana est communis omnibus linguis.*

Idem in Cæsaraugustana alimentorum Milites Hierosolymitani diuisi sunt in linguas octo, tres Galliæ, duas Hispaniæ, Italiæ vnam, item Hyberniæ, ac Germaniæ, Hispaniaque in citeriorem ac vlteriorem diuiditur: habet in vlteriori Castiliæ, & Lusitaniæ prioratus, in citeriori habuit olim Ampostanum, & Nauarrien. in Ampostan. eligitur Cathaloniæ prioratus, clausis limitibus Dubitatur, nunquid optio militarum, quæ antiquiori defertur, communis sit, vt olim erat diuisa & ex
1 limitibus. Conclusum est non separari. Ex sententia tamen etiam ex separatione ipsorum in per multis rebus magis probari.

DECISIO MCCLIII.

De confessionis correctione.

SVMMARIVM.

5 *Correctio confessionis admittitur, si sunt indicia erroris.*

1 Idem in Salamantina Alben. confessio correctionis per remissoriam; vt error probetur, etiam in prima instan. cum cautione, vt vltimæ sententiæ stetur, admittetur, si essent iudicia erroris.

DECISIO MCCLIV.

De remissoria.

Thomas in Auinionen. remissoria in prima instantia cum simili cautione concessa, cum non fraude mitteretis, sed Nuncij retineretur vltra terminum, & prorogationem termini, prouisum est vt expectaretur per tres menses, idem 16. Nouemb.

DECISIO MCCLV.

De Clem. gratæ.

Idem in d. Calagurritana confirmatum est, vt si non in loco superiorum, sed aliud obtineretur, de quo nulla fit mentio, Clem. gratæ, locus esset.

DECISIO MCCLVI.

De signatura.

Fabius in Romana Palonum, signatura cõmisit multa debere interpretari singulis referendo, sed & quod expressum est, non continetur sub generali verborum compendio.

DECISIO MCCLVII.

De violatione sequestri.

SVMMARIVM.

5 *Suspicio delicti in fructibus colligendis, ex quibus colligatur.*

Idem legit quædam testimonia, quibus probari dicebatur violatum sequestrum, sed in eis tantum dice-
5 batur, actorem aduersarij fructus collegisse, neque de scientia Domini constabat, cum ex reliquidatione inter Dominum & auctorem non leuis suspicio delicti esset, sed contractum est.

DECISIO MCCLVIII.

De appellatione remota.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, appellatione remota, quid operetur.*

Peregrinus in Hispalen. Donadij, siue donatiui, clau-
5 sula, appellatione remota efficit, vt attentata non rescindantur tamquam attentata, sed cum ageretur de ea, quæ non esset apposita sciente principe, & maturo consilio, sed in vulgari, & vendibili se scripto conquestus, contra responsum est. Ego retuli Francisci opinionem in cap. pastor. col. 4. de appell. qui non male distinguit inter caussas à iure permissas.

DECISIO MCCLIX.

De litteris suspectis.

SVMMARIVM.

5 *Suspicio litterarum quid operetur.*

1 Romanus in d. Vassionem. Maxima suspicio litterarum ordinarij efficit, vt Legati literæ preferantur.

DECISIO MCCLX.

De decis. 311. in nouis.

SVMMARIVM.

5 *Decisio 311. in nouis. quo casu intelligatur.*

Idem in Illerden. inter Ioannem Suartem, & Ludouicum Masian. ab omnibus conclusum est, dec. 311.
1 in nou. locum nõ habere in beneficijs, quæ ab Episcopo & Capitulo conferri possint: secus in his, quæ ad solum Episcopum spectant.

DECISIO MCCLXI.

De turpitudine.

SVMMARIVM.

1 *Regula de litteris, habet locum etiam quando non proceditur executiue.*

Augustin. in Eluen. bullæ Terraneæ non sufficit presentatio sententiæ, nisi conditio adimpleatur citata parte legitimè. Item cum de iure multis commissionibus scriptum esset, vt procederetur, quamuis expensæ veniant reficiendæ vsque ad sententiam, facto depo-
5 sitio potest proferri sententia. Item † regula de litteris habet locum etiam si non proceditur exequutiue.

DECI-

DECISIO MCCLXII.

De simonia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium non confertur alleganti turpitudinem suam.*

PRosper in Toletan. Notarius qui scripserat instru-
mentum simoniacum, non auditur aduersus con-
trahentem ex gratia, si neutri, quamuis criminosis &
1 infamibus conferantur† beneficia: hic tamen repellitur,
quod turpitudinem alleget suam.

DECISIO MCCLXIII.

De sententia mortuo reo.

SVMMARIVM.

1 *Mandante mortuo in beneficialibus expirat mandatum.*

DDecimatertia Nouembr. Aquen. in Toletana Ca-
nonicatus, cum sententia ferenda esset, reus defun
ctus est, eiusque procuratore reiecto, & aduersus sua
interesse existimantes absolutoria lata, mortui hæredes
in receptis fructibus ante obitum & expensis condem
nantur, quoniam in beneficialibus mortuo mandante
1 expirat † mandatum. Postmodum cum repertum es-
set, illum non esse mortuum, exequutioni non mittitur
sententia, quia ipse citatus non est ad sententiam, neq.
damnatus.

DECISIO MCCLXIV.

De citatione ad sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad sententiam a Vicario Episcopi, numquam potest condemnari, nisi iterum citetur.*

IDem in Carthaginen. decimarum, & primitiarum,
1 citatio † ad sententiam in singulos dies iuridicos, sed
semel tantum, valuit ex consuetudine, sed citatus ad sen
tentiam a Vicario Episcopi numquam potest condem-
nari, nisi iterum citetur ad sententiam.

DECISIO MCCLXV.

De delegatione.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio tollitur per transactionem factam a scientibus.*

IDem in d. Regien. per transactionem factam a scien-
1 tibus tollitur† delegatio: sed an omnes sciuerint, fui-
mus diuisi. Et ampliatum est, quòd scientiæ coniectura
erat pars pecuniarum ex soluta a delegato expresse, non
tamen quasi a delegato.

DECISIO MCCLXVI.

De probatione semiplena.

IOan. Paulus in Parmen. incidẽte dictum, in antiquis
semiplena probatio sufficit, nisi priuilegiata præsum
ptio obsit.

DECISIO MCCLXVII.

De clausula, omnes.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, quod omnes, quid operetur.*

IDem in Placen. denegationes fructuum contra Ferdi
1 nandum Brauium. Dictum † quòd clausula, quòd
omnes, &c. ex subiecta materia, & ex supplicatione re-
ferri singulariter, nõ vniuersaliter, ne sequeretur absur-
dum, capellanos præferri portionarijs, aut nouos veteri
bus stante præsertim Clementis declaratione, qui non
tollebat ius quæsitum, cum nondum vacassent portio-
nes, ex quibus illa detrahebantur.

DECISIO MCCLXVIII.

De clausula codicillari.

SVMMARIVM.

1 *Clausula codicillaris quid operetur.*

IDem in Forliuien. retulit veterem conclusionem fuis
1 se, codicillarem † clausulam filio præterito ignoran-
ter, inducere fideicommissum.

DECISIO MCCLXIX.

De statuto.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ in materia testamentaria, quomodo intelligatur.*

THanis in d. Bononien. Sex, in quibus proponens fui
1 mus in ea opinione, quod † statutum Bononiæ non
conseruaret testamentum factum, ita vt numquam ir-
ritum factum esset dedisse testandi licentiam, ex quoad
confirmandum testamentum prius factum, erat volun-
tas declaranda, quod aliud facere cœpisset, & prius cor-
ruerat, ex l. si quis filio. §. irritum. de iniust. rupt. l. Titius.
de testam. militis. Aret. in §. non tam. quib. mod. test. in-
firm. quattuor tenuerunt statutum conseruare semper
& efficere testabiles damnatos, ex quo nisi alio testamen
to non corruit prius. de legat. 3.

DECISIO MCCLXX.

De translatione in priuilegio.

PRosper in Fauen. milites sancti Petri ex priuilegio
possunt transferre pensiones coram notario & testi-
bus. Dubitatum, *an superior aliquis requiratur, & an priuilegium notario, aut exequutori ostendi debeat?* Respon-
sum est, fortasse debere, duobus tamen dissentienti-
bus.

DECISIO MCCLXXI.

De obreptione sublata.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio de obreptione quando fieri possit.*

IDem in Romana mercator, qui decoxerat, impetra-
uit, vt debita, duabus, quintis partibus retentis, solue
1 ret, neque id rescriptum † per obreptionem tolli posse.
Creditor a Cardinali impetrauit, vt de ea re iudicium
fieret, dato termino. Mercator ab eodem obtinuit, vt via
iuris caussa cognosceretur. Responsum est cognosci de
obreptione posse.

DECISIO MCCLXXII.

De familiaritate.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas ex quibus probetur.*

IN Gerunden. familiaritas non probatur ex generali
1 dicto, † argumentum verum ex ratione speciali, quæ
alio pertineat. Item subscriptio notarij Prouincialis non
recognita, non facit fidem, etiam si ab alio notario cõfir-
metur, qui sit recognitus a testibus. Sed neque notarius
potest fidem facere de rebus gestis coram substituto, ni-
si ex consuetudine id teneat. Item Reg. 29. de litteris ex-
pediendis solet derogari, dummodo ante terminum ad
articulandum bene seruatum litteræ expediantur,
quamuis scribatur ante terminum ad articulandum
tantum.

DECISIO MCCLXXIII.

De iure patronatus per sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus magnatum præsumitur ex vsurpatione.*

RAuellen. in d. Eluen. relatum est fuisse decisum, iu-
1 spatronatum † magnatum præsumi ex vsurpatio-
ne & præsumptione esse. Itaque quamuis non probetur
fama modici temporis, eaque ex fundatione, non tamẽ
ex eo iuspatronatus ex fundatione est. Itaque derogari
potest per Pontificis rescriptum.

DECISIO MCCLXXIV.

De probatione asserentis.

PVteus in d. Cæsaraugustana militiarum, cum probe-
tur, multos milites Terraconen. apud Celtiberos
militias obtinuisse, qui dicit Celtiberos consueuisse, &
illic reciperentur, probare debet, item qui asserit rescri
pto Principis factum esse, probet.

DECISIO MCCLXXV.

De subrogatione.

SVMMARIVM.

1 *Regula 29. de litteris expediendis, quo casu non habeat locum.*

1 FAbius in Cæsaraugust. regula 29. de litteris † ex-
pedientis, non habet locum in commissione de pen-
denti. Item non de quibuscumque litteris intelligitur:
nam habens iam aliquas, nõ efficit regulariter locũ, sed
etiam

etiam prætendens sua interesse, narrans personam iudicis, & reorum, & si taceat, de quo litigetur, rectè subrogari potest.

DECISIO MCCLXXVI.
De lite.
SVMMARIVM.

1 *Lis non inducitur ex solo mandato præsentato.*

PEregrinus in d. Salamantina Abbatiæ, ex solo mandato præsentato non inducitur lis, neque procurator generalis sine consensu, & ratihabitione Domini ex lite efficit, vt censeatur beneficium acceptasse.

DECISIO MCCLXXVII.
De noua prouisione.
SVMMARIVM.

1 *Antiquior in die prouisus præfertur alys.*

REomanus in d. Vassionen. inter duas nouas prouisiones habentes, antiquior in die præferatur ceteris, Legati & Ordinarij litteris sublatis.

DECISIO MCCLXXVIII.
De terminis substantialibus.
SVMMARIVM.

1 *Termini substantiales possunt minui, sed non omitti.*

DIe 16. Nouemb. Rauel. quattuor termini substantiales dierum numero minui possunt, † omitti nequeũt, etsi commissa sit caussa, vt sine eis iudicetur, decis. 33. in nou. snĩa pendente concordia late est nulla.

DECISIO MCCLXXIX.
De impetratione rescripti.
SVMMARIVM.

1 *Remissoria etiam in profanis non est deneganda.*

PVteus in Gadicen. seu Toletan. inter Ducem Alben. & Archiepiscopum Toletanum. Et non denegandã † remissoriam in profanis, etiam sine indicijs? & articulis releuans est rescriptum, præsumitur impetratum ab eo, cuius nomine litteræ sunt expeditæ, si sit aliqua impensa, licet dicatur motu proprio concessum, & gratis expeditum.

DECISIO MCCLXXX.
De præscriptione.
SVMMARIVM.

1 *Priuilegia cathedralis & collegiatæ, quando per præscriptionem tollantur.*

IDem in d. Salamantina præeminentiarum, priuilegia † cathedralis, & collegiatę præscripta a Capitulo maiore, & Archipresbytero simul per suppressionem Archipresbyteri, & erectionem collegiatæ cum Abbate, qui & Ecclesiæ, & Clero præsit, tolluntur; secus si Capitulo maiori tantum competebant.

DECISIO MCCLXXXI.
De possessione decimarum.
SVMMARIVM.

1 *Præsumptio fit in præteritum ex coniecturis in præsens.*

FAbius in d. Pampiloneo. decimarum testes deponebant de possessione tempore litis sine initij relatione. Item quidam de tempore ante litem. Item compromisso dicebatur solitos recipere decimas, & non præsumendum esse initium possessionis tunc fuisse. Ex his enim coniecturis in præterita præsumimus, nisi contrarium probetur, puta alio in possessione ante litem, aut post existente.

DECISIO MCCLXXXII.
De collusione.

IDem in Oxomen. gratia consumpta est etiam si sub conditione acceptet, si in possessione reperitur, & subtinuit litem ac sententiam. Sed & collusse uidetur, qui noluit defensionibus uti optimis præsertim.

DECISIO MCCLXXXIII.
De resignatione.
SVMMARIVM.

1 *Papa censetur admittere resignationem cum conditione si legitimè adhibeatur.*

REomanus in Segobien. Consensus minoris 14. annorum coram Papa † censetur, cum causæ cognitione adhibitus. Namque approbatum fuit, quod Milis notat, minorem consensisse resignationi cum causæ cognitione: dubitatum tamen est, *an censeatur Pontifex admittere resignationem cum conditione, si legitimè adhibeatur?* Sed & dictum per procuratorem non posse, nisi esset legitimè constitutus. Item consensum eius qui ius habebat, & gratiam pendere quo ad iterum minor consentiat.

DECISIO MCCLXXXIV.
De coniecturis.

AQuen. in d. Regien. vicerunt coniecturæ, vt delegatio sciretur, tum ex caussæ cognitione, tum ex consensu & scientia curatoris, tum ex nomine delegantis.

DECISIO MCCLXXXV.
De fideicommisso.
SVMMARIVM.

1 *Clausula codicillaris posthumo insciente prætento, operatur fideicommissum.*

IOan. Paulus. Fotoliuien. hæreditatis, quimque fuimus in opinione, in qua tenuerũt sex aduersus tres, 1 *clausulam codicillarem posthumo insciente prætento, operari fideicõmissum, tum ex verbo futuri temporis, tũ quod filius matris posthumo præferendus: tum quod superuixit.* Et homo factiosus integra valetudine fecerat testamentum, atque etiam occisus est a socero. Duo propter æqualitatem conseruandam, & mortem incogitatam cõtra fideicommissum tenuerunt: duo ampliatum, qui post fea cum alijs duobus tenuerunt. Ego motus sum ex l. 3. C. de milit. test. & l. 3. C. de iu. codicill. Thomas in d. Auinionen. vt supra.

DECISIO MCCLXXXVI.
De collegio.

PRosper in Segob. de Parazes absentes, cum de præiudicio ipsorum agitur, vocantur: sed cum ad pristinum statum, & meliorem redigitur collegium, qui in oppido sunt, ac ceteri absentes in eo vocantur.

DECISIO MCCLXXXVII.
De mandato.
SVMMARIVM.

1 *Possessio est iudicialiter probanda ad effectum mandati de manutenendo.*

IN d. Tirasonen. petebat quis mandatum de manutenendo constito de possessione, cum adhuc principalis non esset citatus, & repulsus est, quia † de possessione prius parte præsente, & iudicio introducta debet constare.

DECISIO MCCLXXXVIII.
De sequestro.
SVMMARIVM.

1 *Sequestrum imponendum est nõ obstante absolutoria ab excommunicatione.*

IDem in Adrien. absolutio non solet denegari his, qui in Prouincijs excommunicantur: sequestrum tamẽ impositum in fructibus totius Ecclesiæ, quamuis de iure percipiendi eos ageretur, & † super spolio fructuũ, & iurisdictionis Prioratus, permissum est, quamuis nõ erat imponendum, quia non super beneficio. Clem. 7. de seq. pos. & fruct. mutantur tamen sequestratores arbitrio iudicio, Oldrad. cons. 166.

DECISIO MCCLXXXIX.
De præsumptione.
SVMMARIVM.

1 *Præsumptio est pro sententia, donec contrarium probetur.*

DIe 20. Nouemb. Aquen. in d. Carthaginen. præsumitur pro sententia, vt † sententia lata per Titium citata per prouisorem, etsi acta cetera facta fuerint coram Caio Vicario, prouisor sit Titius.

DECI-

DECISIO MCCXC.
De solutione facta vxori.

IDem in Rom. Casalis. Vxori solutum consentiente viro, si excedat quantitatem debitam vxori, censetur viri caussa solutum, qui ex alia caussa petebat.

DECISIO MCCXCI.
De fructibus dotis.
SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus quando non debeantur.*

1 IDem in Regien. fructus dotis † non debentur post delegationem, quæ certis pensionibus erat constituta. Item cum transactum est.

DECISIO MCCXCII.
De protonotariatu.
SVMMARIVM.

1 *Consensus non requiritur in his, quæ spectant ad publicam vtilitatem.*

IOan. Paul. Valentin. creatur Protonotarius, & in rescripto dicitur, vt debeat iuramentum præstare, an si non constet præstitisse, vtetur priuilegijs? Responsum
1 est † vti posse, cum ea conditio ad insignia gerenda referatur, & in ijs, quæ ad vtilitatem publicam pertinent, non requiritur consensus.

DECISIO MCCXCIII.
De homicidio.
SVMMARIVM.

1 *Homicidium ex quibus probetur indiciis.*

1 IDem in Vrgillen. homicidium per testes de auditu ab ipso homicida, & cum alijs coniecturis, in quibus omnes concurrunt, vt puta vulneribus, fuga, & morte, probatur.

DECISIO MCCXCIV.
De dispensatione.

THomas in d. Calagurritana allegans dispẽsationem ad tria certa debet probare beneficium inter illa contineri.

DECISIO MCCXCV.
De triennali.
SVMMARIVM.

1 *Possessor triennalis non dicitur vbi aliqua superest citatio etiam contra alium facta.*

IDem in d. Cæsaraugustana Torrulbana cesonū contra Petrum Vaterma pro Bartholomæo Fortuna: si quis citat aliquem, & deinde aduersus alium intendit litem, & post tres annos lite extincta, dicit se possessorem
1 triennalem, an citatio prior ei noceat. Responsum est nocere, nisi appareat de verisimili errore, vt vnum pro alio citasset, aut eum, qui Romæ citauerat, erat in prouincia.

DECISIO MCCXCVI.
De quasi possessione.
SVMMARIVM.

1 *Clericatus quasi possessio sufficit ad beneficium obtinẽdum: fallit tamen, vt hic.*

1 IDem in Placentina, quasi possessio clericatus sufficit, & si litteræ non extent: fallit in illegitimo, aut bigamo, aliàs infecto, nisi probetur dispensatio & ea nõ subreptitia, quòd in eo cui succeditur, non est necesse: ampliatum est.

DECISIO MCCXCVII.
De simonia.

PRosper in d. Toletana. Iterum dictum, notarium rogatum de simonia eo instrumento non posse, ex eodem ostendere nouum ius sibi suffragari, ex mente cap. ex litteris, de transf.

DECISIO MCCXCVIII.
De successore.

IDem in Senen. Mercator, qui in alterum locum successit, tenetur ad onus, & lucrum.

DECISIO MCCXCIX.
De renunciatione.
SVMMARIVM.

1 *Legitima an peti possit per successorem mulieris.*

IDem in Maceraten. Maritus promisit pro vxore, vt soluta dote renunciaret legitimæ: dos non est soluta,
1 quia idem maritus recusauit cauere de conseruanda, an post vxoris mortem, qui successit, possit petere legitimam. Responsum non posse.

DECISIO MCCC.
De re profana.
SVMMARIVM.

1 *Profana res quæ dicatur.*

IN d. Adrien. Remissoria in profanis etiam sine supen
1 sione datur: profana † autem appellatur etiam si de iurisdictione, & fructibus beneficij litigetur.

DECISIO MCCCI.
De nullitate.
SVMMARIVM.

1 *Nullitas ante omnia decidenda est.*

1 IDem in d. Eluen. de Villa, nullitas ante omnia decidenda est libere: sed si post cessionem reiterentur acta, potest ad vlteriora procedi, refectis expensis, aut facto deposito.

DECISIO MCCCII.
De sententia antiqua.
SVMMARIVM.

1 *Sententia antiqua an credatur sine processu.*

1 IDem in Bononien. Papazonum: sententiæ antiquæ sine processu creditur, nisi probetur processum nullū Cassad. decis. 6. de appel. Antiquum appellatum est 24. ann. ante litem.

DECISIO MCCCIII.
De fide instrum.
SVMMARIVM.

1 *Instrumento antiquo credendum exemplato coram iudice, & quinque notariis.*

PVteus in Parmensi Vallium aduersus Ducem Ferrarien. dictum est, instrumentum antiquum exem-
1 platum coram iudice, & quinque notarijs, etsi de citatione nõ appareret, credendum. Antiquum appellauimus tunc 60. ann. ante litem, quæ fuerat capta ante 26. ann. quamuis aliqui repugnauerint, alleg. Præposit. Fel. in c. Albericus. de testibus.

DECISIO DCCCIV.
De possessorio & petitorio.

FAbius in Bononien. Gozadinorum, intentatum possessorium & petitorium potest ante sententiam variari, decis. 9. in nou. de cau. possess.

DECISIO MCCCV.
De custode.

PEregrinus in Romana pro Cortesijs, dictum, Custodem, nisi in vacuam possessionem, non esse ponendum.

DECISIO MCCCVI.
De familiaritate.

REomanus in Lamacen. probatur familiaritas scriptoris, nisi probetur eodem tempore familiarem alterius fuisse.

DECISIO MCCCVII.
De remissoria.
SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus familiæ potentis ex fundatione vel dotatione, an probetur per famam publicam.*

DIe 27. Nouembris in die Eluen. dubitatum fuit, an danda esset remissoria volenti probare iuspatrona
1 tus regis ex fundatione, vel donatione per famam publicam immemorabilem, cum in regibus præsumatur vsurpatio, & constaret aliquot annos Pontificem liberè contulisse. Vicit tamen maior pars.

DE-

DECISIO MCCCVIII.

De donatione caussa mortis.

SVMMARIVM.

1 *Donatum concubinæ post mortem matrimonij caussa, acquiritur filio tantum quoad alimenta.*

1 IDem Rauellen. in Auximana, cum donatio facta esset † concubinæ absenti & filio notho, & ante acceptationem matris matrimonij caussa post mortem donasset: deinde cum hac secunda in codicillis decessit, & mater consensit post mortem: quæsitum, an filio præsenti omnia acquirerentur. Responsum, quo ad alimenta tantum acquiri. Sed & num caussa mortis dicenda esset posterior donatio, vt ab imperio notario erat appellata, & an reuocari potuisset. Responsum caussa mortis non esse, sed si prior sacramento confirmata fuit. Videndum erat, numquid reuocari potuisset ante matris consensũ. Allegatum est, duos tantum testes præsumptionem facere donationis inter viuos.

DECISIO MCCCIX.

De possessionis continuatione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio hæreditatis defuncti ab hærede in hæredem continuatur.*

PVteus in Patinen. contra Liuiam Palauicinam, dictum vsum fuisse decreto Mediolanen. vel potius
1 Placentin. quo a defuncto in † hæreditate ab hærede in hæredem continuatur possessio, licet ipsa generaliter locuta fuerit, &c. An vero aduersarius eodem iure vti possit. Videndum, num par caussa sit, nam neque iniquum ius obtinuit, neque aduersus eumdem obtinuit vt retorqueri possit.

DECISIO MCCCX.

De absentia.

SVMMARIVM.

1 *Absentia quotuplex esse dicatur.*

1 IDem in Cæsaraugustana contra M. Pasq. dictum, qui asserit absentibus † cibaria, & distributiones dari solere, probare debet, qua absentia illi absint, quia ius commune repugnat.

DECISIO MCCCXI.

De gratia conditionali.

SVMMARIVM.

1 *Conditionalis gratia ante euentum conditionis non afficit beneficium.*

FAbius in Terraconen. aduersus Doriam. confirmatum, quod iterum erat conclusum, conditionalem
1 gratiam † ante euentum conditionis, non afficere beneficium, vt interea ab Ordinario conferri non possit, c. si pro re, de rescript. in 6. & Clem. 1. de concession. præb. etiam si adsit clausula, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, Cassad. 3. de preben. secus si post euentum conditionis vacasset. 183 in nouis.

DECISIO MCCCXII.

De translatione.

SVMMARIVM.

1 *Pensio an & quando transferri possit.*

IDem in Roman. translationis pensionis, cum pensio quadraginta cum potestate transferendi esset imposita, & ob non solutionem pensionis priuatus esset bene
1 ficio, & ex concordia iterum renouata pensio † fuerit, & ampliata sine vlla transferendi potestate. Dictum est non posse transferri, tum, quia eo tempore non solebat cócedi, tum quia erat ampliata, nam priorem abolitam minimè dubitandum est. Neque generalibus verbis retu suscere translationem, nisi narratum esset Pontifici ita factum, &c.

DECISIO MCCCXIII.

De probatione possessionis.

REomanus in Terdonen. probationem possessionis perditæ fieri oportet sciente Domino & patiente.

DECISIO MCCCXIV.

De exequutione.

AQuen. in d. Regien. dotis, iniquam apertè sententiam non esse exequendam. Itaque a delegationis tempore ad translationem fructus non deberi.

DECISIO MCCCXV.

De confessione.

IOan. Paulus in d. Vrgellen. confessio præsertim geminata, & extraiudicialis probat, quòd vulnus infligẽs non est homicida, nisi mors sequatur.

DECISIO MCCCXVI.

De absolutione.

IN Romana, absolutio parte citata concedenda in cẽsutis præsertim Vrbis, etiam si ad cautelam petatur in commissione.

DECISIO MCCCXVII.

De molestationibus.

IDem in Caputaquen. commissio super molestationibus beneficij sufficit ad canonizationem, Cassad. 6. de rescript. Item qualitates beneficij non probatæ parte non opponente, cum constat de corpore, non obsunt, neque probatio ante diem certam pro mensis probatione.

DECISIO MCCCXVIII.

De restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Iudicato quoad professionem in caussa restitutionis non tenetur parere.*

DIe 2. Decembris, Aquen. in Illerden. omnes, duob.
s exceptis, conuenerunt † cum Staphil. opin. vt in caussa restitutionis signata, prout de iure, cum res iudicata per vnam sententiam per contradictas, vt vocant, erat effecta, non teneretur parere iudicato, quoad possessionem, maximè cum ante exequutionem legitimè peritam caussa restitutionis est introducta. Duo enim alij tenebant Alex. opin. Alex. in consil. 62. vol. 6. Idque ampliatum est.

DECISIO MCCCXIX.

De errore calculi.

IDem in d. Regien. error calculi officit sententiæ, cum in ipsa sententia cognoscitur, non etiam si ex actis deprehendatur.

DECISIO MCCCXX.

De legitimitate.

THomas in d. Venetiarum legitimitatis, dubitatum est, an probaretur scientia filiæ, cum mater cum marito & mœcho simul habitaret, ac postea cum mœcho contraxerit, nam maritus tollebat suspicionem habitationis. Item agebatur non de matrimonio, sed de filijs & hæreditate. arg. c. ex tenore, qui fil. sint legit.

DECISIO MCCCXXI.

De translatione pensionis.

SVMMARIVM.

s *Translatio pensionis potest fieri per milites S. Petri coram Notario sine ostensione priuilegii.*

PRosper in d. Fauen. milites S. Petri posse coram Notario, & testibus pensiones transferre ex Leonis re-
s scripto constat. Sed dubitatur, num † qui coram Prælato fecisset, & notario, non ostenso priuilegio, posset. Responsum est posse, duobus dissentientibus.

DECISIO MCCCXXII.

De mensibus.

IDem in Aug. an sex menses dati Germanis, vt prouideant ij, ad quos pertinet, locum habeant in legatis. Responsum est, non habere.

DECISIO MCCCXXIII.

De prouisione post priuationem.

IN Veron. ordinarius non potuit prouidere post sententiam priuantem quendam beneficio intra terminum est appellandum, si modo appellari poterat, etiam

si appel-

si appellatio esset desserta, vt in Barchinonen. aliàs fuit decisum.

DECISIO MCCCXXIII.

De antiqua sententia.

PVteus in Parmen. vt supra in decis. 152. Fabius in Bononien. Papazoni, præsumitur pro antiqua sententia, vt aut mandatum, de quo in actis fuerit reiectū, aut aliud mandatum, aut ratificatio interuenerit, Cassador. 5. de procurat.

DECISIO MCCCXXIV.

De mandato Capituli.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Capituli ad lites sine sigillo, & nominibus valet.*

REomanus in Corduben. mandatum ad lites Capituli sine sigillo, & nominibus nec numero maiori duarum partium, valet, sed & statur generalib. verbis, nisi contrarium probetur. Item excommunicati rei audiuntur.

DECISIO MCCCXXV.

De sententia mariti.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an compellendus sit vxorem recipere, quæ ab ipso discessit propter eius sæuitiam.*

DIe 4. Decemb. Reuell. matrimonij. Mulier discesserat a viro timore sæuitiæ, absolutus est, quia de ea non constabat, sed cum cautione, ne malè tractaretur: Maritus noluit cauere. Vxor sine cautione reddere cupit quærebatur, numquid possit compelli maritus eam recipere, & an id executorio iudicio fieri posset: Re-
1 sponsum † est non posse, nisi iterum moneretur ex noua commissione, quia prima monitio fuit cum clausula, si sensisset se grauatum, compareat, quæ resoluitur in citationem si compareat apud nos: Auditor tamen Cameræ vtitur reintegratione monitorij.

DECISIO MCCCXXVI.

De prælatione.

SVMMARIVM.

1 *Doctores plures si sint, quis præferatur.*

IDem in Salamantine inter duos medicinæ Doctores
1 controuersia erat vter præcedere debebat alter Ferrariæ Doctor, alter Salamanticæ licentiam fuerat consequutus, Ferrariens. licentiam postea quoque consequutus est. Et cum vellet in corpus Doctorum cooptari, opposuit alter se quoque Doctorem appellari cupere, & antiquiorem esse. Nec obesse, quod Ferrariæ Doctor fuisset, quoniam illis constitutionibus alienigenæ Doctores licentiam consequutis cederent, ac si Ferrariens. Doctorem se dici cupit, vincebat alter. Sed quoniam quasi Doctor admitti cuperet ampliatum est Accedebat, quod & doctior, & alterius præceptor Laurentius Alderetus esset. Item considero fieri potuisse, vt in examine publico, quòd deerat, al er deficeret.

DECISIO MCCCXXVII.

De relatione.

SVMMARIVM.

1 *Commissionis reformationem pars potest petere, dum de ea constet in commissione aduersarij.*

PVteus in Romana, Cum non constaret de commissione appellationis, quia dicebatur in direptione Vr-
1 bis deperdita, & † extaret in commissione aduersarij, aduersus quam reformationem aduersarius generalia opposuerat, quærebatur, non posset vti ea reformatione quatenus alterius mentio fieret? Responsum posse.

DECISIO MCCCXXVIII.

De immemorabili.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis, per quos testes probetur, & quomodo.*

IDem in d. Salamatin. præeminentiarum, quæsitum est, num posset immemorabile tempus ante erectionem collegiate, ac postea ante litem probari per testes, anno 1540. examinatos, cum erectio fuisset anno 148., lis mota anno 1520. Nam recepta erat Franci opinio in cap. 1. de præscript. in 6. eam per testes maiores quinquaginta annis probandam, qui de visu possessionem quadraginta annorum & de auditu a maioribus etiam
1 deponant. Responsum † est alteram posse, alteram non posse. Sed & distinguendum est in rebus præscriptis, vt antea dictum est.

DECISIO MCCCXXIX.

De constituto in carcere.

SVMMARIVM.

1 *Consensus, an post mortem mandantis præstari possit.*

IDem in Oxaten. cum in carcerib. constitutus litteras cum libellis supplicibus ad amicum misisset in hæc verba: Peto a te vt libellum a Referendario, & Datario offeras, & quasi procurator ex mandato misso consensum præstes meæ resignationi, cum mandatum non appareret præter id, quod post duos annos moriens fece-
1 rat: quærebatur, num ex illo † consesus post mortem præstari posset. Neque dubium erat si, mandatum esset missum, aut si ex litteris consensus præstari potuisset, quia recte factum esset, ex decis. Sarnen. in reg. de infirm. & de public. Sed quoniam ex nouis Pauli regulis a die mandati viginti dies connumerantur, contra ab omnibus duobus exceptum est.

DECISIO MCCCXXX.

De consensu.

FAbius in Cæsaraugustane. Constat pensionem sine caussa imponi non posse. Quidam cum animaduertisset Cardinalem simpliciter cedere post consensum, chirographum acceptum, & litteras cōscriptas. Sed ante præsentationem, vt reformaretur cessio, obtinuit, addens, vt quoniam res esset integra, si non aliter Cardinalis cedere cogitabat, quàm si ille illi pensionem præstaret, si valet vti consensu præstito tam illorum, quàm Cardinalis: quærebatur, num consensus Cardinalis ad reformationem extenderetur? Responsum est mutari posse voluntatem ante chirographi præsentationem.

DECISIO MCCCXXXI.

De filiatione.

SVMMARIVM.

1 *Filius præsumitur esse mariti.*

IDem in Vicentin. dubitabatur, num probaretur Ni-
1 colaū Marci mariti filium, cum quibusdam testibus probaretur eum cum alijs ingredi solitum eodem fortasse tempore, neque de habitatione constaret? Sed responsum est, mariti filium præsumendum, quem testes aliquot iurabant.

DECISIO MCCCXXXII.

De spolio.

REomanus in Calaguritana. Num spolium probaretur Ecclesiæ, & monasterij, quòd imperfectum manebat, cum Virgines in domum conductam e populo eleni deductæ, & per ædificium ad Ecclesiam, vt sacras preces funderent, accedebant. Negabatur enim ab aliquibus possessio, quod tantisper eo essent deductæ, quoad monasterium construeretur, sed contra plerique, quod testes de quotidianis precibus in templo fecerent mentionem.

DECISIO MCCCXXXIII.

De probatione ætatis.

IDem in Segobien. quærebatur de ætate pueri. Et testes de infantili ætate deponebant. Cum enim se de consensu patris maiorem dixisset, testimonije non est delatum: quoniam essent singulares, neque de multorum annorum differentia ageretur.

DECISIO MCCCXXXIV.

De probatione mortis.

AQuē dici mortis probatio ex duorum testium ratione, si simul coniuncta, cum alter se annotas-

se diem, alter se pelisse diceret, & vterque a die conuenerit.

DECISIO MCCCXXXV.
De fideiussore.
SVMMARIVM.

1 *Procurator dicitur esse idoneus fideiussor.*

IDem in Ro. dubitabatur, num procurator esset idoneus fideiussor? Responsum est illum esse idoneum. Sed & qui condemnatus est ad expensas, fideiussorem dedit quoad omnia, non dubium erat non teneri fideiussorem.

DECISIO MCCCXXXVI.
De clericatu.

THomas in dicta Placentina, non teneri successorem probare clericatum, si constabat dispensatum in bigamia, & possedisse plura beneficia, argumento, decis. Lap. 89.

DECISIO MCCCXXXVII.
De ignorantia.

IDem in d. Calaguritana, allegans ignorantiam reuocationis vnionis non audiatur propter notitiam præsumptam, vt consequeretur beneficium.

DECISIO MCCCXXXVIII.
De subreptione.

PRosper in d. Romana mercatoris, commissio non dicitur subreptitia cum adiectione clausulæ, vt pro ex pressis habeantur.

DECISIO MCCCXXXIX.
De litteris.

IDem litterarum appellatione in dicta regula de litteris expediendis venit forma breuis.

DECISIO MCCCXL.
De restitutione.

NOna Decembris, Aqoen. in dicta Regien. ante petitam executionem restitutio impedit, nec executur, nisi in commissione diceretur, vt prius cautio præstaretur.

DECISIO MCCCXLI.
De adulterio.

THomas in d. Venetiarum, ex publica fama adulterij, & longa cohabitatione in grate, quæ dolt ca pax est, & vno teste dicente, se vidisse filiam in eodem cubiculo cum matre, & adultero pernoctantes, præsumitur scientia filiæ, quæ cum adultero contrauit in præiudicium filiorum, neque ignorantia iuris excusat.

DECISIO MCCCXLII.
De reuocanda resignatione.

IDem in Imolen. post porrectionem supplicationis, etsi stricto iure censeatur quis resignasse, tamen ante consensum præstitum potest reuocari.

DECISIO MCCCXLIII.
De legatis pijs.

IDem in Bonon. ex testamento nullo legata pia debentur, sed an iure municipali videndum.

DECISIO MCCCXLIV.
De societate.
SVMMARIVM.

1 *Solutum vel cessum ex caussa societatis, quando præstet liberationem, vel non.*

PRosper in d. Senen. inter mercatores conuenerat, vt societas dissolueretur, & vt singulis sortes sea millium redderentur, deductis debitis singulorum. Item ne inter ea, & qui magister societatis erat magnum pondus æris alieni noceret, placuit, vt Sigismundus tria millia intra tres menses solueret, aut saltem deponeret. Item idem reciperet in se multorum usu fortasse de caussa debitorum nomina: euenit, vt Sigismundo minus ex pacto substitueretur cum oneribus, & lucris societatis & laudi, excepto, quod 1400. Sigismundo ex oneribus proprijs, reliqua 4600. debita ex sorte minimè præstarentur, † quæsitum est, num illa tria millia, item nomina debitorum, quæ ex posteriori conuentione onere Sigismundi cesserant, minus soluere cogeretur, an ab eis liber esset. Responsum est a quattuor, liberum non esse, tres contra. Item qui proposuerat quæstionem.

DECISIO MCCCXLV.
De clausula quorum tenores, &c.
SVMMARIVM.

1 *Clausula, statum, & merita, quid operetur.*

IDem in d. Romana mercatorum, iterum quæsiuit, num illa clausula, statum & merita caussæ pro expressis habentes, efficaret, vt deregaretur, & rei, quæ tolleret iurisdictionem, aut gratiosum rescriptum. Respon-

1 sum † est, id non tolli, tum quoad iurisdictionem, argu. Felin. in cap. ceterum, de rescript. fallen. 7. tum ne id ablatum censeatur, quod si expressum esset, non concederetur.

DECISIO MCCCXLVI.
De sumptibus litis.

IN d. Eluen sumptus litis propter nullitatem processus solui debent, vsque ad diem liberæ cessionis, nullitatem etiamsi antea cœperit processus.

DECISIO MCCCXLVII.
De dilationibus in spolio.
SVMMARIVM.

1 *Dilationes non dantur cum de spolio tractatur.*

1 IDem in d. Oxom. dilationes † cû de spolio tractatur, non dantur, tum quia actori spoliato non conceduntur, quia actor est, tum quia reo spoliatori denegari debent, quia foueretur delinquens, itaque rectè ter minus petitus est, intra quem doceret de spolio. Quod si alia persona interueniret, dari poterant, si modo is, qui pateret dilationem, esset citatus.

DECISIO MCCCXLVIII.
De translatione.
SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus transfertur in donatione vniuersali.*

1 IDem in d. Aretin. iuspatronatus transfertur in donatione vniuersali, sed an qui donat iura & actiones, quas habet in bonis, & hæreditate Angeli, censeatur quid voluerit donare, videndum.

DECISIO MCCCXLIX.
De ratione concursus.

RAuellen. in d. Salaman, quattuor tenuerunt, quòd diceretur statuto in honore assequendo Magistri, Doctoris, aut Licentiati, posse se alium opponere. Idem in incorporatione extendendum. Tres contra, cum valde differret, non Doctorem Doctori se opponere.

DECISIO MCCCL.
De dominio.
SVMMARIVM.

1 *Dominium non probatur per instrumentum fidelitatis ad uersus alium dominum.*

1 PVteus in d. Britonur. instrumenta fidelitatis vnius non probãt dominium aduersus alium dominum, sed contra eum, qui iurauit. Item neque inuestitura aut locatio, aut alius actus dominij per instrumentum, si authenticum esse probetur, recognitione, aut comparatione probatur.

DECISIO MCCCLI.
De solutione pensionis.

FAbius in d. Cæsaraugustana, successor tenetur pensionem soluere, si apparet qualitercumque titulus eius, ob quem pensio posita est.

DECISIO MCCCLII.
De annali possessore.

REom. in d. Lamacen. annalis possessor excluditur motu proprio.

DECISIO MCCCLIII.
De illegitimitate.
SVMMARIVM.

1 *Matrimonium illegitimitatis præsumptionem excludit.*

Vndeci-

1 VNdecimo Decembris Fabius in d. Vincentini. matrimonium † excludit præsumptionē illegitimitatis. Itaque neque adulterinm, nec turpis vita matris, neque prætensio patris, neque habitatio separata, nequn sterilitas longa, neque incertitudo temporis natiuitatis, neque testes negantes obijciunt, sed constat fuisset matrimoniū. Item conoictus tempore, quo prægnans erat, & partum edidit, obstetrix & nutrix vocatæ, & satisfactæ, publica fama, & coniecturæ adsunt, quibus coniecturis respondetur. Nam inæqualitati gradus pulchritudo, & amor præsertim, turpis vita, caussam dedit, eadem, & inæqualitas separatæ domus, incertitudini longum tempus, testibus testes.

DECISIO MCCCLIV.
De restitutione aduersus transactionem.
SVMMARIVM.

1 *Læsio enormissima debet esse ad rescindendam transactionem.*

REomanus in Romana, mulier petebat restitutionem aduersus transactionem, quod pro 152. iugeribus receperat 21. quasi esset apertissimè læsa, cui de-
1 negata † est; quoniam enormissima requiritur aduersus transactionem, vt fieri poterit, & 21. iugerum fructus alterius, præsertim agri excedant fructus 152.

DECISIO MCCCLV.
De appellatione.

IDem in Toletana, appellās a sententia declaratoria. Item ab ea quæ sequuta est, licet appellet eodem nomine, ab vtraque dicitur appellasse.

DECISIO MCCCLVI.
De venditione pretio singulis iugeribus constituto.
SVMMARIVM.

1 *Mensura requiritur in venditione bonorum singulis pretio constituto.*

THomas in Rauen. Titius vendidit fundum Seianum 108. iugerum pretio in singula iugera consti
1 tuto nummorum 12. quæsitum est, num mensura † requiratur. Et ab omnibus requiri dictum est, saltem ad pretij declarationem, quæ tamen exceptio sola mihi placebat; nam venditionem esse perfectam opinantur relati a Puteo, est controuersia inter quattuor iurisconsultos magni nominis fuisse etiam cum pretium vnicum esset constitutum. Et Paris. atque. Bart. Socin. non requiri, Dec. & Curr.iun. requiri responderunt, Paris.consil. 64. volum. 1. Socin.42. libro 2. Dec. 500. Curt. 132. omnes tamen consentiunt, Oldrad. distinctionem veram esse, vt a corpore distiguamus, an a iugeribus incipiatur.

DECISIO MCCCLVII.
De absentibus contra statuta collegij.
SVMMARIVM.

1 *Absens non potest retractare quæ gesta sunt a collegio: secus si præsens, & in carceribus detentus.*

PRosper in d. Segobian. absentes qui non solent vocari etiam in arduis, non possunt contradicere, si
1 publicum collegij commodum respiciatur, & † si priuate læditur: sed si quis præsens carceribus teneretur, & is numquam ratum habuerit, possunt omnia conuelli.

DECISIO MCCCLVIII.
De exequutione non obstante restitutione.

AQuen. in d. Illerden. cum esset præfixus terminus rectori petenti vt caussas probaret petēdi, neque probaret, exequutio non est deneganda, licet regulariter impediatur.

DECISIO MCCCLIX.
De restitutione post quadriennium.
SVMMARIVM.

1 *Restitutio post quadriennium in beneficialibus an detur.*

DEcimosexto Decembris Thomas in d. Cæsaraugustana Torralba Cisonum, incidit quæstio, an con-
1 stito de bono iure detur restitutio post quadriennium in beneficialibus. Et Puteus retulit controuersiam fuisse olim indecisam quinque maiorum opinionem tenentium semper dari, quattuor non dari, nisi ex caussa.

DECISIO MCCCLX.
De clausula statum.

PRosper in d. Romana reuocatum, est quod antea dicebat, commissionem subreptitiam fuisse, nam ponderatum est non solum statum, sed & merita pro expressis habita.

DECISIO MCCCLXI.
De societate.

IDem in d. Senen. iterum vocatum est, vt antea, vel difficultatem maiorem efficiebat, quod Sigismundi chirographum ostendebatur, qui post conuentionem soluerat partem pecuniarum societate dissoluta:

DECISIO MCCCLXII.
De mandato de manutenendo.
SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo quando sit dandum.*

1 IN Tiburtin. denegatum est mandatum retinendæ possessionis, cum nō constaret possessionem vacuam esse captam, licet exstaret instrumentum possessionis captæ, sed aduersarius probare paratus erat plenam fuisse possessionem.

DECISIO MCCCLXIII.
De donatione iurium.
SVMMARIVM.

1 *Donatio iurium & actionum non comprehendit iuspatronatus.*

IDem in Aretina. An donatio successoris, qui iura, & actiones super bonis, & hæreditate donauit, es-
1 set vniuersalis, † & iuspatronatus contineret. Responsum est particularem esse, & non continere, duubus exceptis.

DECISIO MCCCLXIV.
De recognitione iurium.

RAuellen. licet non soleant per comparationem instrumentum coram nobis recognosci, tamen vno teste, & sacramento opitulante satisfiet.

DECISIO MCCCLXV.
De statuti interpretatione.

IDem in Salamantina statutum præferens licentiatos Doctoribus strictissimè intelligendnm, vt non aduersus Doctores in varijs facultatibus aduersus antiquiores, neque incorporationem extendatur.

DECISIO MCCCLXVI.
De dominij probatione.
SVMMARIVM.

1 *Dominium ex quibus probetur.*

PVteus in d. Britononen. cum subscriptiones diuer-
1 sorum eiusdem manus essent, † non esse primum instrumentum placuit, neque locationem vnam atque alteram dominium probare, nisi, & antiquæ, & multæ effectum fuissent consequutæ, argum. ca. inter dilecta, de fido instrum.

DECISIO MCCCLXVII.
De statuto de continuanda possessione.

IDem in dicta Parmen. contra Liuiam dictum diuersum esse Placētinum statutum quod dicit adita hæreditate in possessionem transferri, a Mediolanen. in quo est, vt continuetur a defuncto in hæreditatem, & ab ea in hæredem.

DECISIO MCCCLXVIII.
De remissoria ad probandum infamē genus.

FAbius in Hispalen. remissoria concessa Ecclesiæ Hispalen. vt probaret infamiæ genus cuiusdam, qui impetrauerat mandatum retinendæ possessionis non integre præstitum.

DECISIO MCCCLXIX.
De regula de publican.

Oo 2 SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Regula de publicandis, quæ requirat,*

1 IDem in Tranen. regula de publican. tria requirit, vt possessio non capta neque continuata, vt in possessione decesserit resignans. Item publicatio, itemque cum non constet de morte in possessione, non est locus regulæ.

DECISIO MCCCLXX.

De possessione.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio quibus modis probetur, adipiscatur & sequestretur.*

REomanos in dicta Terdan. Colonus facta traditione non nocet possessioni Domini, iux. l. quemnis, §. 1. de acq. poss. vbi Bar. & l. 3. §. quod in seruis. Neque alius cœpisse dicitur, nisi coloni aijciantur, l. peregre. §. vlt. de acq. posses. Dec. cons. 103. & 400. Itaque
1 possessio † capta probatur, & Capellanorum deputatio, qui dicuntur se antea elij deseruisse: sed quia supredicta obstabunt rectè a Ioanne Paulo factum, vt possessio sequesttaretur, quia hic non rectè alius attentando possessionam cęperat. Neque obesse resignationem possidentis, qui a possessione in resignatarij vtilitatem tantum cessit possessioni, manente detentatione.

DECISIO MCCCLXXI.

De compromisso.

IDem io Romana compromissum ob hoc die in 15. non interpretetur a die notitiæ; secus, si simpliciter diceretur.

DECISIO MCCCLXXII.

De remissoria.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus ex quibus probetur.*

DVodecimo Decembris Reuellen. io d. Eluen. denegabatur remissoria, ei qui negauerat regem esse io quasi possessione præsentandi, volentique funda-
1 tionem † probare per testes, cum constaret septuaginta annos Pontificem prouidisse: neque enim immemorabile tempus probari poterat. Sed si priuilegium Vrbani ostenderetur, quo iuspatronatus conceditur etiam in monasterijs quæ maiores ædificarunt, tunc dandam, vt probaretur ædificasse.

DECISIO MCCCLXXIII.

De præscriptione.

PVteus io d. Salamantina, quod caput & membra simul præscripseront ablato capite, & alio dato sine eo non potuit postea bona fide præscribi.

DECISIO MCCCLXXIV.

De obreptione.

IDem in Parmen. Vallium, decretum Ducis Mediolani, vt eius, aut superiorum rescriptum nō possit obreptione impugnari, non extenditur ad præconis, aut alterius Nuncij verba, etiam si de Ducis scientia dicere dicant.

DECISIO MCCCLXXV.

De possessionis continuatione.

IDem in d. Parmen. iterum dictum est diuersum esse continuare possessionem, & adita hæreditate possessorem esse hæredem.

DECISIO MCCCLXXVI.

De partitione.

FAbius in Hispalen. Pontificum priuilegijs, iusta caussa noo parendi, fuit quoniam, possessio esset infecta, ac a censuris liberaret remissoria danda.

DECISIO MCCCLXXVII.

De declaratione dominij contra emphyteutam.

S V M M A R I V M.

1 *Declaratio voluntatis dominij requiritur vt emphyteuta cadat in commissum post biennium.*

1 IDem in Salamantina spolij, cum constet † requiri declarationem volūtatis domini, vt in commissum incidat emphyteuta post biennium. Item qui pensionem debet, dubitabatur, numquid per epistolam declarari posset. Et quoniam incertum erat quo tempore fuisset scripta, & constabat illis diebus mortuum debitorem, variatum est, sed Puteus dubitabat, num requireretur, vt in vita perueniret eo quo ferebatur. Cōtra alij, quoniam simplex testatio sufficeret. Dec. cons. 146.

DECISIO MCCCLXXVIII.

De sequestro, & re iudicata.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia iniqua non est exequenda.*

REomenus in Vrcellen. post rem iudicatam in possessorio decretum fuit interpositū, vt res apud sequestratorem manerent, quoad petitorium concluderetur: sin minus exequeretur: postea sententia nulla iudicata est, & ab ea appellatum, quærebatur violato sequestro, num sententia esset exequenda. Responsum
1 est, † iniquam sentētiam exequendam nō esse æquius est. Itaque videndum, cui ius competeret, sequestro nō sublato, sed reparato.

DECISIO MCCCLXXIX.

De rescripto restitutorio.

S V M M A R I V M.

1 *Rescriptum quando obreptitium dicatur.*

AQuen. in Legionen. si res iudicatæ mentio non fiat
1 in † rescripto restitutorio, obreptitiū dicitur: res autem iudicata successoribus prodest.

DECISIO MCCCLXXX.

De sententia.

IDem io d. Brixen. sententia declarata pronunciata, ac lata, licet non dicatur lecta tenet.

DECISIO MCCCLXXXI.

De indulto.

IOan. Paul. in Abbelen. indultum legati Pontificis, non ordinarij manet quoad reseruata.

DECISIO MCCCLXXXII.

De commissione.

AQuen. in Conchen. commissa caussa super officio, & beneficio per obitum N. de N. Vaca. si nō probaretur vtrumque, sed alterum per obitum eius vacasse, quærebatur, num iurisdictio nulla esset.

DECISIO MCCCLXXXIII.

De remissoria.

PRosper in Augusten. data est remissoria ad probandum diem prouisionis Legati contra Apostolicum, sine alijs indicijs, quàm manus Cardinalis.

DECISIO MCCCLXXXIV.

De regula de non iudicando.

S V M M A R I V M.

1 *Supplicatio ad appellandum est admittenda, vbi ex nouiter deductis constat de non iure aduersarij.*

IN d. Aretina in prima instantia reos, & possessor succubuerat sententia aduersus se lata, & possessione sequestrata. In secūda petebat se absolui, quia ex nouiter deductis constabat de non iure aduersarij, præsertim, quòd litteris non confectis supplicationem obtulerat. Cui regula de non iudicando opposita est; quærebatur, num exspectandus esset, qui supplicationem pro-
1 duxeret, vt diplomata designarentur. Responsum † est inspiciendum esse, an id solum obesset. Nam iniquum erat vt bonam caussam tam leui de caussa perderet, cū præsertim appellando sententia esset rescindenda.

DECISIO MCCCLXXXV.

De cessione.

IDem in Osen. B. post tres sentētias aduersus M. & P. cesserat liti, iuri & caussæ, sed M. & P. obligarunt, sed B. soluerat pensionem quadraginta: io supplicatione extabat decretum, vt cum M. non solueret, P. succederet in onere, & honore, cui antea ex M. cessione ius competebat: quærebatur, num cessio B. cum dictione, tātū, excluderet consensum illius decreti. Responsū est iuxta suppli-

supplicationis formam confeosisse B. vt a tergo scriptum erat.

DECISIO MCCCLXXXVI.

De beneficio vacante.

VIgesimotertio Decemb. Aquen. in d. Conchen. repertum est vacan. quod magis ad portionem erat referendum, quia plures sunt. Item erat in commissione rebusque alijs.

DECISIO MCCCLXXXVII.

De vltima audientia.

RAuellen. in vltimo auditorio neque articuli admittuntur, neque testes publicantur, neque articuli iuris proponuntur.

DECISIO MCCCLXXXVIII.

De clausula in supplicatione.

SVMMARIVM.

1 *Clausularum diuersarum in supplicatione effectus.*

1 PVteus in d. Legionen. in alternatiuis supplicationibus clausulæ ad vtramque referuntur. Itaque perinde valere, si neutri, si nulli, &c. ad vtramque referuntur. Sed ax quacumque clausula concedi perinde Thanis testatus est.

DECISIO MCCCLXXXIX.

De Publiciana.

SVMMARIVM.

1 *Publiciana an detur aduersus dominum.*

IDem in Parmen. Vallium propter caussarum Parmen. & Placentin. auocationem cupiebat post sententiam partes audire. Itaque de publiciana dubitaba-
1 tur, † num aduersus Dominos daretur. Et responsum est alias conclusum non dari de inserto instrumento, & exemplato a notarijs, qui recognoscebantur per comparationem aliorum instrumentorum recognitorum. Fabius dixit in instrumentis antiquis tempus litis debere numerari, neque enim in testib. qui præsumuntur ex lite mota audiuisse, locum habet; sed & publicam famam, quæ de re, quæ liti accessoria est, qualitercumque probari antiqua instrumenta non recognosci. Ego comparationem ad authentica, aut recognita fieri Rauallen. sententiam incertam ferens.

DECISIO MCCCXC.

De remissoria.

FAbius in d. Hispalen. iterum remissoria concessa, æquitatem quinque tribus summum ius tuentibus. Nam & spoliasse, & non paruisse mandato possessorio constabat, neque rescriptum de spolio aut attentatis loquebatur, aut de ijs, qui non iudicati essent infames, sed fructibus interea datis, & obligatione vnius sententiæ concessa est, ne censuris oneraretur.

DECISIO MCCCXCI.

De regula de publican.

SVMMARIVM.

1 *Regulam de publicandis obijciens, quid probare teneatur.*

1 IDem in d. Tranen. regulam de publican. obijciens probare tenetur mortem resignantis in possessione, & præsertim cum alter se possessionem assequutum ostendat.

DECISIO MCCCXCII.

De fideiussoribus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores quando liberati dicantur.*

REomanus in d. Mantuana Zuccatorũ Vincentius se excusabat, quoniam litteras non se obligãdi animo confecerat, sed ne Piperarij discederent, asserui, fideiussores cæptos exig. repeteram expreßè id ponderare Auth. si quando. C. de const. pec. Rot. in antiqu. 74.
1 Cassad. 4. de prob. vlt. de iure patr. Itaque † licet in suã personam Vincentius obligasset, fideiussores tamen cessis actionibus liberantur, l. qui mandatum, l. idemque §. si cui mand. Ita asseroit Aquen. aliàs conclusum periculo Piperariorum esse, quia iam ante reuocauerat.

DECISIO MCCCXCIII.

De absolutoria.

SVMMARIVM.

1 *Absolutoria potest dari etiam pro minore decem annorum.*

1 IN Neobien. absolutoria pro actore dari potest. Item pro minore decem annorum, cuius mandatum inutile erat sine iudicis, aut tutoris auctoritate.

DECISIO MCCCXCIV.

De termini præfixione.

SVMMARIVM.

1 *Appellari a repositione termini potest.*

IDem in Leodien. Ioannes egerat aduersus Natalem, Gentilis, & Arnoldus accesserant pro interesse, cum nullus quidquam probaret: Natalis obtinuit committi, vt tempus præfigatur, aliàs absoluator, a tempore appellatum, & repositum est post quinquennium: volt Natalis absolui, Arnoldo mortuo, & Gentili cedente.
1 Responsum † est posse, si modo appellauerit a repositione.

DECISIO MCCCXCV.

De remissoria.

OCtaua Ianuarij Aquen. in d. Carthaginen. Iterum dictum dandum remissoriam, & si aliquorum instantia illic, & hic fuisset probatum, decimas minutiarum solutas: probari enim poterat dolo, aut metu exactas.

DECISIO MCCCXCVI.

De indulto.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, alioquin, quid operetur.*

IOan. Paulus in d. Abulen. concessum erat Episcopo, & Cardinali indultum, vt etiam si beneficium reseruatum esset, prouiderent, dummodo noua prouisio expediretur Romæ, alioquin prouisio esset nulla, diceba-
1 tur verbum, alioquin, † non efficere prouisionem conditionalem, sed effectum prouisionis postea annullari.

DECISIO MCCCXCVII.

De fide instrument.

SVMMARIVM.

1 *Exemplo seu transumpto, quomodo fides adhibenda.*

PVteus in d. Parmen. Vallium adhibita fides est in-
1 strumento transumpto, coram quinque notarijs ante annos sexaginta ante litem, & post triginta, licet deesset citatio in transumptando, & in legalitate adhibenda illis notarijs. Conclusum est collegij notariorum Regien. cum opidum Ducis aduersarij esset. Nam incertum reperiebatur in alio authentico, & propter antiquitatem non poterat recognosci, & comparatio qualiscumque facta fuerat aliquorum instrumentorum. Neque obesse, quòd narrationi aduersarij in instrumento adeò antiquo non esset, fides adhibita. Nam in illis agitur de substantia præsumenda, hic de sollemnitate.

DECISIO MCCCXCVIII.

De rescripto subreptitio.

THomas in d. Thirasonen. non dicitur subreptitium rescriptum, licet non dicatur beneficium vnitum si de vnione lis erat, & litis mentio facta est.

DECISIO MCCCXCIX.

De secundi extremi probatione.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnus de fama, alter de auditu sufficit ad secundum extremum probandum.*

FAbius in Vrgellen. sufficit ad secundum extremum spolij vnus testis de fama publica, alter de auditu ab ipso cum sustentatione litis, sed tamen dictum, v-
1 num † testem de auditu ab ipso non efficere semiplenam: duos tamen efficere plenum.

DECISIO MCD.

De probatione, & remissoria.

IDem in Aquen. ad priuationem ob violatam concordiam requiritur plena probatio. Itaque neque nomen retentum, neque possessio, nisi probetur nolle rem tradere, danda igitur remissoria.

DECISIO MCDI.

De expeditione litterarum.

PEregrin. in d. Conchen. an rescriptum concordet cũ supplicatione a peritis quærendum, & dubitabatur, an petens duo valoris cuiuscumque octuaginta, posset expedire valoris cuiuscumque 180. cum soleat tertia pars augeri, nam fieri poterat, vt alterum decem, alterum 170. valeret. Allegabatur Pucij Cardin. nota, quod si cuiuscumque 24. non poterat expedire alterum 13. alterum 15. sed casus erat diuersus, quoniam illis fraus fiebat.

DECISIO MCDII.

De cessione litis.

REomanus in Cæsaraugustana, cum Archiepiscopus cum canonicis, ac Capitulo litigarent, maior pars eorum cesserunt liti: alij eiecti sunt. Quærebatur, num petere possent se manotaneri. Responsum est posse, neque obesse cessionem, cum lis cum singularibus quoque esset mota. Item procurator Archiepiscopi, qui aliam litem esse dicebat, tamen generale mãdatum suscapit, & presentasset, licet protestatus sit se ad eam solam caussam acceptare.

DECISIO MCDIII.

De erroris notarij correctione.

IN d. Tiburtin. erratum erat in possessionis instrumento, & December pro Septembre scriptum notarius attulerat notam, ex qua corrigeretur, testes eam non recognoscebant, sed notarij manum & fidem agnoscebant. Item rei veritatem responsum est posse corrigi errorem.

DECISIO MCDIV.

De remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria dari potest ad probandam famam priuilegij.*

DIe 11. Ianuarij Rauel. in d. Eluē. quærebatur, num ad probandum famam priuilegij vna cum fama
1 fundationis, & dotationis, 1 dari posset remissoria. Et responsum dari posse, sed verendum esse, ne non calumniose peteretur, cum diceretur ipsum habere.

DECISIO MCDV.

De ignorantia reseruationis.

IOan. Paulus in d. Abulen. non excusat ignorantia beneficij reseruati, si in mense Pontificis vacauit, aut si familiaris fuit pro modio tempore, neque antiquo. Itē neque officium Palatinum, nisi ex priuilegio tantum.

DECISIO MCDVI.

De resignatione, regula de infir. & Alexandrina.

PVreus in d. Oueten. per porrectionem supplicationis censetur quis resignasse si per se, aut per procuratorem legitimè constitutum id fiat, & ante consensus prestationem variare licet, neque litteræ sine eo expediri possunt. Sed si quis ita scripserit, vt porrigantur litteræ, ex mandato adhibeatur consensus, neque ex ea scriptura prestabitur consensus, neque ex alio mandato post, quòd per viginti dies nō superuixit, quod enim in regula dicitur, vt si quis infirmus resignauerit, & per viginti dies non superuixit consensui. Idem per Clementem & Paulum extensum est si volens resignauerit, & infirmus consenserit, neque consensus, & mandati differentia existet. Alexandrina autem de consensu post obitum intelligenda, cum multo ante porrecta sit supplicatio per ipsum, aut per procuratorem legitimum.

DECISIO MCDVII.

De testibus.

THomes in Cusentina, modica nominis differentia cum de corpore testium constet, non variat testimonia.

DECISIO MCDVIII.

De distributionibus quotidianis.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ, quæ sint.*

FAbius in Segobien. fructus portionis prestabantur tam alijs, qui singulis diebus vna tantum bona adessent, 1 quàm ijs qui singulis horis quærebantur. Nūc
1 essent quotidianæ distributiones. Dicebant vnius horæ non esse, quia id, quasi residentiæ in Ecclesia caussa dare solet, vt est communis apud Ioan. Anan. cap. ad deliberandum. de iudic. Cassad. decis. 7. de cleric. non residen. Sed & dubitari solet apud Cardin. Clemen. 2. de ætate & qualit. num valeat consuetudo, vt ita distributiones præstentur a ceteris, variatum est atque ampliatum. Rauellen. verò asserebat, Corduben. & Salaman. exceptis, in quib. prestimonia erant annexa, in ceteris omnes fructus ex distributione in Hispania constare, idque videri cum vel Toletana sacerdotalia 24. æstimarentur: neque dubitari, quin distributione deducerentur, sed opinari solere, vt quod ijs qui adessent.

DECISIO MCDIX.

De testibus retinen. an in recuper.

IDem in Acerrancen. Paludum quæsitum est, an testes in retinendæ exempti probent in recuperandæ post sententiam latam. Responsum est non probare cum ad diuersa tendant.

DECISIO MCDX.

De dilationibus.

REomanus in d. Cesaraugustana dilationes dantur procuratori generali, sed interim retinentur in possessione in qua existunt.

DECISIO MCDXI.

De regula de extend. consens.

IDem in Zerdonen. allegabatur resignatio, dicebatur, consensum non fuisse extensum infra tēpus. Replicatum est motu proprio Pauli extensum, petebatur exhiberi: dicebant id ad expeditores pertinere, sed ne iustitia denegaretur, ostenderetur.

DECISIO MCDXII.

De edendo.

IN Osen. cum ex originali supplicatione non producta cum consensu a tergo diceretur, Reom. consensisse decreto, & ex instrumento non ita claré constaret visum est, vt cogeretur producere.

DECISIO MCDXIII.

De oblatione debiti.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio quando non releuet.*

DIe 15. Ianuarij Ioan. Paul. in Cæsaraugustana, o-
1 blatio sine effectu parato aduersario pecuniæ partem recipere, non releuat.

DECISIO MCDXIV.

De scientiæ probatione.

SVMMARIVM.

1 *Scientia testamenti ex quibus probetur.*

1 IDem in d. Foroliuien. scientia testamenti, vt videatur ei renunciasse, non probatur ex mentione probationis in inuentario, neque ex tutela vsque ad vigesimum annum, nisi constet legata soluta, & ea de caussa in inuentario non descripta.

DECISIO MCDXV.

De scientia mensis reseruati.

IDem in d. Abulen. scientia mensis reseruati, licet ex regula Cancellariæ pendeat, tamen præsumitur ex publica eius notitia.

DECISIO MCDXVI.

De dilatione ad partes.

THomas in Palentina dilationes non concedantur ei, qui venit ad caussam, quamuis vt generalis procurator, & quamuis duplici iure aduersarius contendat.

DECI-

DECISIO MCDXVII.

De pacifica possessiona.

IDem in d. Salamantina dubitabatur, num lis efficeret beneficium vsque ad quattam successionem, vt posset obijci pacifica possessio prædecessoris, de qua referebantur veteres decis. aduersus Gomes. quæstio. 31. & 61. sed in specie proposita calumnia apparebat eius qui cum ipse resignasset, de valore, & lite opponebat.

DECISIO MCDXVIII.

De testamento & clausula codicillari.

SVMMARIVM.

1 *Forma neglecta testamentum non potest sustineri etiam in vim clausula codicillaris.*

IDem in d. Bonon. forma faciendi testamen tum ne-
1 glecta † inficit actum, neque clausula codicill. efficit vt legata tamquam ex codicill. debeantur, si ex statuto datur, & testamento, & vltimæ voluntati forma; Bononiæ tamen expressa legata daberi cautum erat.

DECISIO MCDXIX.

De stylo.

PRosper in Senen. aduersos Pisanum Cardinalem dictum est, vt probato stylo mittendi rotulas a Cardin. ad mercatores, qui non reperiantur, præsumitur ex solutio.

DECISIO MCDXX.

De attentatorum restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Pensio quando attentata dicatur.*

1 IDem in Giennen. pensio, quæ † fine retardationa, sub cōditione tamen debeatur, si accapta est, dicitur attentata: sed cum altera manu reunenda, altera danda est, æquitas suadat, vt constito eam debeti, non restituatur, nec ob id sententia reuocatur.

DECISIO MCDXXI.

De fraude probanda ab obijciente.

SVMMARIVM.

1 *Fraus est ab allegante, & obijciente probanda.*

RAuell. in Romana, cum constaret Alexandrum ob iniuriam ante quinquennium vindicta non rectè sumpta, iterum recognita, nihil tala verentem occidisse, vt cum is beneficium, quod multo ante obtinebat, porrecta supplicatione fratri resignasset, & consensum pau lò ante præstitisset, impetrato sacerdotio si constaret eo animo resignasse, & commissa caussa, si constaret non fuisse fraudem adhibitam, de frauda quæsitum est, &
1 † ab obijcieote probanda, qui tum possessione alterius fratris excluditur, tum regressu tertij, tum etiam quod val post delictum resignari potest.

DECISIO MCDXXII.

De statuto Vrbis de nullitate.

SVMMARIVM.

1 *Ius vulneratum per peremptionem instantia per eius restitutionem non sanatur.*

PVteus in Romana dotis, vt de nullitate intra annū
1 indicerut, aliàs nullatenus audiatur, lita & † instantia perempta ius inficitur, neque restituta instantia sanatur.

DECISIO MCDXXIII.

De spolij probationa.

FAbius in Assinnaten. Iudicis arbitrio relinquendum an probetur spolium, cum testes negantes plures sunt affirmantibus.

DECISIO MCDXXIV.

De dubijs in caussis.

PEregrinus in Toletana. Ad Auditorem pertinere dubia dicare; sed in tertia andiendos, qui aliquid non deductum deducere velint. Idem obijcientes remissoriæ audiendos.

DECISIO MCDXXV.

De regressu.

REomanus in Ariminen. Qui ex duplici resignationa regressum obtinuit, tenetur iustificare priorem titulum, nisi de nouo regressus oriatur.

DECISIO MCDXXVI.

De consensu.

SVMMARIVM.

1 *Consensisse decreto quando quis dicatur.*

IN d. Oscen. Bernardinum consensisse decreto, vt in euentum non solutionis. P. intraret, tum ex coniunctione noiæ a tergo supplicationis, in qua est iuxta formam, &c. tum ex obligatione de soluenda pensione, tum ex consensu denegato ad prius ios, tum ex pecunia acceptata, tum atiam quia ipsi soli lucrum acquireretur in damnum.

DECISIO MCDXXVII.

De fide instrum.

IDem in d. Algaten. Copiæ insertæ in instrumento non adhibetur fides nisi sit eiusdem notarij, licet instrumentum sit per compulsom extractum.

DECISIO MCDXXVIII.

De resignatione.

SVMMARIVM.

1 *Fraus non præsumitur in resignatione etiam intra mensem facta, nisi probetur.*

DIe 18. Ianuar. Rauellen, in d. Rom. Dubitationem faciebat motus proprius Pontificis quo beneficiū adiudicaret Ecclesiæ Lateran. declarans fraudem com-
1 missam si intra mensem resignauit. Sed † iudicatum est recte reformatum, vt si constaret non fuisse fraudem adhibitam, via iuris non secluderetur. Itaq; possessione probata Pompeij fratris, & Pauli consensu, vel porrectione per ipsum, aut per procuratorem, fraudem nullam esse, cum præsertim soleant quocumque tempore resignationes admitti.

DECISIO MCDXXIX.

De remissoria.

IDem in d. Eluen. Data est remissoria ad probandom famam antiquissimam fundationis, & dotationis, & priuilegij antiqui, nisi esset non vsu sublatum.

DECISIO MCDXXX.

De Publiciana, & prescriptione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio eius qui fuit semper in mala fide cum possessione bona fidei non coniungitur ad præscribendum.*

PVteus in d. Parmen. Vallium Publiciana non datur contra dominum, potestque obijci per viam
1 exceptionis, neque † coniungi potest ad præscribendum possessio eius, qui semper fuit in mala fide cum eo qui fuit in bona fide, quia ab initio dubius non prescribitur.

DECISIO MCDXXXI.

De remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla terminis non seruatis.*

FAbius in d. Aquen. Potest simul remissoria fine re-
1 tardatione, & sententia ferri; sententia † autem est nulla terminis substantialibus non seruatis. Neque commissio, quę iubet, vt reiterentur sanat, nisi dicatur præfixo termino loco terminorum cedendum. Itaque est reuocanda sententia.

DECISIO MCDXXXII.

De declaratione.

IDem in d. Salamantina. Declaratio animi, vt incidat in commissum, aut vt priuetur ob non solutionem, debet esse clara, & aperta, & quæ constet in vita fuisse neque litteris facilè credendum.

DECISIO MCDXXXII.

Remissoria.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Remissoria dari potest ad probandum iuspatronatus.*

PEregrinus in d. Mediolaneo. licet quis probauerit vltimum statutum præsentationis iurispatronatus aliquorum tamquam singularium, & velit probare eosdem esse patronos tamquam vniuersos, dabitur re-
1 missoria cum ab eis sit præsentatus.

DECISIO MCDXXXIV.

De re iudicata confirmanda.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata potest peti confirmari, non autem tolli.*

AQuen. in d. Carthaginen. sententia, quæ transi-
1 uit in rem iudicatam † potest confirmari, non vero per sententiam tolli: neque petens confirmationem ei renunciat.

DECISIO MCDXXXV.

De compulsoria.

SVMMARIVM.

1 *Extractio iurium quomodo facienda.*

IOannes Paulus in Iuuenarien. tres primi dicebant non rectè iura desumpta, cum citatio non rectè exequuta fuisset, cum verisimiliter potuisset ad notitiam peruenire: ceteri contra æquitate mori, cum procuratores adfuissent, & non inepta allegassent, modo
1 non acta, & sententiæ fuissent extractæ. Thom. citauit Aegid. dicentem, quæ de prouincijs afferentur solere male abstrahi.

DECISIO MCDXXXVI.

De manutentione.

THom. in Bono. contra Parentium; dictū non tuendam possessionem neque restituendam, ei qui cum plenam cepisset, non præseruauit, licet non iure videatur aliter eam assequutus.

DECISIO MCDXXXVII.

De restitutione.

PRosper in Compostellana; petebat restitui in possessionem qui conduxerat. Dicebatur in alio instrumento contiteri alij cessisse, sed quoniam alius pro alio scriptus esset, ampliatum est num de resignatione constaret.

DECISIO MCDXXXVIII.

De manutentione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vitiosa dicitur propter decretum irritans.*

IN d. Tiburt. petebat Ioannes se tueri in possessione, quam propter regressum fuerat adeptus vltima Septemb. in ortu solis Nicolaus post lucē diei, & ante ortum solis ex instrumento dicebat se possidere. Dictum
1 est. Io. tuendum, cum † altera esset vitiosa propter decretum irritans, & instrumentum suspectum, neque teneri ad iustificandū omnia, nisi cum de spolio ageretur.

DECISIO MCDXXXIX.

De sententia absolutoria.

IDem in d. Neobien. non potest sententia ferri, vt cum clericali charactere fuerit insignitus, in possessionem mittatur sed absolutoria contra interesse putantes a molestationibus, & exactionibus dari potest.

DECISIO MCDXL.

De sententiæ antiquæ exequutione.

DIe 27. Ianuarij Ioannes Paulus in Castalicen. petebatur exequutio sententiæ ante centum annos latæ, vel saltem, vt ex litteris exequutionis, & ex Chirographo Episcopi appareret ipsum fuisse in possessione percipiendi certa tributa a Capitulo. Responsum est non probari: nam sententiæ exequutio potuit iusta de caussa differri, & chirographum Episcopi erat testis domesticus.

DECISIO MCDXLI.

De iurispatronatus probatione.

IDem in Barchinonen. probatur iuspatronatus quo ad præsentes ex collatione Ordinarij cum mentione præsentationis; sed an probatio patronatus hoc modo censeatur esse ex fundatione, & dotatione. Poteus dicebat in priuato præsumi, quidam contra. Itaque ampliatum est.

DECISIO MCDXLII.

De restitutione post quadriennium.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio non datur regulariter post quadriennium, fallit, vt hic.*

THomas in d. Cæsaraugust. Cisonum: confirmata est decisio vetus in caussa Astoricen. de qua Go-
1 me. in c. 1. de in int. rest. in 6. vt † post quadriennium non detur restitutio, nisi ex enormissima læsione, aut ignorantia læsionum, quæ oritur ex sententia, aut Ecclesia. Neque obest quod de matrimonio dicitur, quia hoc remitti per partes potest.

DECISIO MCDXLIII.

De ignorantia.

IDem in d. Callaguritana non dicitur ignorare regulam, si probatur aduersus eum in alia caussa fuisse productum.

DECISIO MCDXLIV.

De mercatore, & vsura.

IDem in Siccesan. Rota sequi solet Paulum Castren. in l. 3. ff. de eo quod certo loco. Vt mercatores non possint petere vsuras, aut lucrum, nisi probetur paratas habuisse merces.

DECISIO MCDXLV.

De regula de consensibus.

PRosper in d. Hispal. cum regressus, & reseruatio sint gratiæ, consensus partis non requiritur, nisi ob regulam, aut ob cleri Hispal. priuilegium, sed sufficiunt consensus facti, puta porrectio supplicationis, aut acceptatio beneficij.

DECISIO MCDXLVI.

De manutentione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quando ex officio sit sequestranda.*

IN d. Tiburtin. probatur, licet summariè de possessione anteriori; & continuatione, licet ex titulo infecto ordinarij: ex aduerso de possessione, posteriori ex regressu cum decreto irritante: datum fuerat mandatum, sed id postea fuerat repositum, & timebatur
1 tumultus. Dictum est possessionem sequestrandam ex officio, quia alterius infecta, alterius momentanea erat possessio.

DECISIO MCDXLVII.

De sententiæ exequutione.

IDem in d. Albaten. tempore direptionis Vrbis Solis obtinuerat committi caussam, vt ferijs non obstantibus posset Auditor solus cognoscere, & pronunciare in caussa, in qua fuerat conclusum, de quo non apparebat. Postea post ferias est prononciatum, ab alio subscripta sententia: quæsitum est, num esset exequutioni demādanda: responsum, videndum prius, an iusta esset.

DECISIO MCDXLVIII.

De Vicario post mortem Episcopi.

IDem in Iacen. mortuo Episcopo gesta coram Vicario ignorante eius mortem, quem opinio hominum iuuabat, teneot, vt etiam in reuocatione requiritur intimatio.

DECISIO MCDXLIX.

De gratiarum diuersarum coniunctione.

RAuellen. in Tudertin. inter prouisum a Legato, & ab Apostolico controuersia erat. Ille habuerat litteras Legati sine testibus, in quibus erat clausula, ex quacumque persona. Item litteras eiusdem diei cum testibus, in quibus erat, quouis modo vacet. Responsum est a maiori parte coniungendas.

DECISIO MCDL.

De subreptione consensus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Consensus ex quibus eliciatur.*

PVteus in d. Salamant. Bulla erectionis in collegiatam non est subreptitia, licet in ea cleri maioris non Capituli mentio fiat, & consensus † ex electionibus sequutus, & ex testibus male examinatis elicitur. Neque obstat curialis dignitas Archipresbyterati.

DECISIO MCDLI.
De reseruatione fructuum.

FAbius in d. Segobien. Variatum valde est, distributiones ne essent, an fructus in reseruatione veniant, an non, quæ ob vnius horæ præsentiam dabantur, cum aliud genus esset distributionis in singulis horis, visumque est concordari, de quo supra 11. Ianuarij 1546. coram eodem.

DECISIO MCDLII.
De dubio, an sit in mala fide.

PEregrinus in d. Toletana, in discordia partium factum est, vt de voluntate omnium dubium daretur, an probaretur, dubitasse Beatricem, & an dubium esset in mala fide.

DECISIO MCDLIII.
De melioramentis factis ab ignorante.

REmanus in Romana domus. Data erat in tres personas patris & filij, & nominandi, cum onere impediendi in refectione sumptus trecenta. Postea a patre genero data est, qui refecit melius, neque probatur scientia ipsius contractus. Responsum est deductis trecentis cetera a canonico soluenda.

DECISIO MCDLIV.
De sententia, nolla, & lapsu fatalium.

VIgesimonono Ianuarij Puteus in Oueten. Canonicatus, sententia nolla propter leuem nullitatē, puta, quòd vnus ex procuratoribus non fuit citatus, qui semel tantum comparuit, cum alij fuissent prosequuti, excusat a lapsu fatalium, si instetit, & prosequutus est caussam.

DECISIO MCDLV.
De approbatione reprobati.

IDem in Cæsarauguftana compromissi, qui semel reijcit probationes aduersarij postea probare eas potest.

DECISIO MCDLVI.
De notario lacerante originale.

IDem in d. Hispal. Non creditur notario, qui dicit se lacerasse originale, cum postea aliud agnoscat, neque condemnatio obstat, cum sit absolutus a pœna falsi, licet ob lacerationem sit extraordinaria pęna punitus. Tamen eadem sententia contineri, vt stetur originali.

DECISIO MCDLVII.
De sequestri violatione.

FAbius in Sabinen. Non probatur violatio sequestri ex liberatione actoris, quia ante sequestrum fuerat constitutus.

DECISIO MCDLVIII.
De resignatione.

IDem in d. Salamantina. Probato consensu resignatarij, resignatio tenet, quamuis, sit conditionalis, neque probetur consensus conditionalis. Catera vt in Hispal. Prosper die 27. item ex sciantia præsenti & non contradictione præsumitur semper durasse.

DECISIO MCDLIX.
De restitutione in integ. parito iud.

PEregrinus in Lucen. Iterum dubitatum est de veritate dicti Staph. fol. 162. an qui venit per restitutionem post sententiam latam, per contradictum fuit audiendus, non parito iudicato, &cet. Et emphatū est.

DECISIO MCDLX.
De regula reuocatoria expectatiuarum.

IDem in Taruisina creatus in Canonicum, & a Pontifice confirmatus, licet expectet præbendam, non censentur reuocatus, per regulam Pauli. Anno 1540. quia est gratia mixta illa & reuocat expectatiuas.

DECISIO MCDLXI.
De inhibitione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla si iudex non paruerit inhibitioni.*

REmanus in Cæsaraugustana si Iudex non paruerit inhibitioni, sententia † est nulla. Sed si constet inhibitionem subreptitiam, & de bono iure coram vtroque iudice subscribi potest ex noua commissione.

DECISIO MCDLXII.
De fide instrum.

IDem in d. Assisi. Recognitio iurium curatoris bonorum nocet & creditoribus & instrumenta extrahi possunt ex protocollo non citata parte coram iudice.

DECISIO MCDLXIII.
De iudicio spolij.

IOan. Paol. in Vlixbonen. In casu spolij non venit caussa principalis, sed è contrario, neque datur iurisdictio ex malo processu aduersarij, sed sententia lata sostinetur constito de bono iure, &c.

DECISIO MCDLXIV.
De iudice & notario.

SVMMARIVM.

1 *Iudici non creditur, neque notario in præiudicium partis. Declara tamen, vt hic.*

IN Bisign. Non creditur iudici in † præiudiciū partis, quod post inhibitionem sententiam tulit, nisi appareat rei veritas. Item notario extrahenti processum non citata parte, &c. Inhibitio per procuratorem affectum fieri potest.

DECISIO MCDLXV.
De possessione.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritate propria an quis possit ingredi possessionem.*

PRima Februarij Aquen. to Mediolan. Valde dubitatum est, numquid liceat propria auctoritate ingredi fundum. Et videbantur † distinguere, an ex contractu an aliàs liceat. Item an cum iudice, an ipsi soli. Item an inuenti sint alij in fundo, an vacans erat? Sed ampliatum est.

DECISIO MCDLXVI.
De probatione solutionis.

IDem in d. Cæsaraugustana. Probetur debitum ex eo libro, ex quo solo probantur solutiones. Itaque licet sit receptionis debitorum religionis, quia is tertius est, vtraque ex parte fidem facit.

DECISIO MCDLXVII.
De absolutoria.

THomas in d. Bonon. Volebat quis cedere spolio ac possessorio, alter sententiam ferri suis expensis cupiebat, vt excusaretur si victus esset in petitorio a sequestro. Dixit posse absolutoriam fieri, sed melius esse, vt cessiona contentus esset.

DECISIO MCDLXVIII.
De restitutione.

IDem in Cæsaraugustana Cisonom. Constito de bono iure, non licuit restitui post quadriennium ex ignorantia iuris competentis ex facto venientis, puta, quia non vidit supplicationem aduersarij, neque enormissima læsio admissa est ex vnius sacerdotij amissione.

DECISIO MCDLXIX.
De recisione sententiæ.

IDem in Vlixbonen. sententiæ latæ ob indebita non sunt rescindendæ, quemuis victor teneatur rationem reddere, cum id petitum non sit.

DECI-

DECISIO MCDLXX.
De regressu sine consensum.

PRosper in d. Hispalen. concessum est priuilegium clero Hispalensi, vt regressus sine consensu non valeat: quærebatur, vtrum satis esset si tacite adhibitus est velum alius faciens, ex quo eliceretur consensus. Responsum est scandalis, & vitiosis impetrationibus consultum.

DECISIO MCDLXXI.
De statuto.
SVMMARIVM.

1 *Statutum dans formam actui gerendo, an debeat præcisè obseruari.*

IDem in d. Segobien. dubitatum est, vtrum statutum
1 dans formam † rei gerendæ, quæ tamen sit per partes mutata, de ea nulla mentione facta, videatur actum aliter factum reuocasse? Vide Oldra. cons. 259. sed de incarceratione reuocando actum factum, nihil planè conclusum, &c.

DECISIO MCDLXXII.
De fide notarij.

IN d. Oscen. non est adhibita fides notario, dicenti nō consensisse decreto scripto per eumdem, licet diceret se aliter scriptum fuisse, neque eius substituto eius morte confirmatur. Magis dubitatum circa ius translatum in N. antequam pecunia deponeretur. Ideo concordia iusta est.

DECISIO MCDLXXIII.
De dignitate.

PVteus in d. Salamant. dignitas ruralis dicitur, quæ non est vrbana, neque id vitiat rescriptum.

DECISIO MCDLXXIV.
De subscriptione.

IDem in d. Ouiten. pluribus notarijs subscribentibus se quidquam non esse facturos creditur.

DECISIO MCDLXXV.
De consuetudine.

IDem in d. Salaman. variatum est, num consuetudo siue præscriptio cum bona aut mala fide esset, si Capitulum maius Mutinense cum Abbate collegij erecti continuauit præeminentias annis quadraginta, quas ante erectionem obtinuerit cum Archipresbytero: nam videbatur non fuisse in mala fide continuanies. Item priuilegium amissum per non vsum, & consuetudinem bonam fidem non requirere. alleg. est consil. Oldrad. 23.

DECISIO MCDLXXVI.
De consensu.

FAbius in d. Salamantina iterum conclusum scientiam aut consensum non requiri, cum de contrario non appareat in regressu.

DECISIO MCDLXXVII.
De citatione.

IDem in Lucen. si citatus ad certum tempus cum cōmemoratione comparet, & illo die accusat contumaciam, non est inttoducta citatio, licet post multos dies cetera fient sine alia citatione, licet intra Vrbem vsus contradictarum æquior est.

DECISIO MCDLXXVIII.
De pacifico possessore.

IDem in Conchen, non est pacificus possessor, qui coram iudice laico conueniebatur super spolio. Idque non prodest successori, licet Aductsarius, neque spoliatus subrogatus sit.

DECISIO MCDLXXIX.
De probatione per famam.

PEregrinus in d. Toletana, concurrentibus famis contrarijs æquo modo probatis eodem loco, & tempore Beatrix efficitur dubia, vt Bart. ait in l. is potest. cuius opinio a nemine reprehenditur, nisi ab his qui negant id fieri posse, de quo postea.

DECISIO MCDLXXX.
De fide instrum.

REomanus in Bononien. caducitatis, creditur instrumento filij notarij, qui ex instrumentis paternis id descripsit, licet primum instrumentum productum sit imperfectum, cum non constet ex eo extractum.

DECISIO MCDLXXXI.
De priuilegio.

IOannes Paulus in Lucen. datum est priuilegium captum Odo. ad expensas ei, qui in integrum restituebatur post tres & voice sententię se obligauerat, & succubuerat, licet post tres dari non solent.

DECISIO MCDLXXXII.
De prouisione Nuncij.

IDem in Barchinon. cum non constet de præsentatione ant reclamatione patroni, valet prouisio Nuncij, si non habeat accepta beneficia iurispatronatus.

DECISIO MCDLXXXIII.
De legatis.

THomas in Romana. Legatum relictum filiab. fratris cum ad nubiles annos peruenerint, ex benigna interpretatione ad tempus nuptiarum interpretatur.

DECISIO MCDLXXXIV.
De monitorio.

IDem in Rugien. monitorio cum clausula, si senserit quod non potuit liber decerni, &c. non efficit, vt possit damnari, nisi ob contumaciam declarari.

DECISIO MCDLXXXV.
De fideicommisso.
SVMMARIVM.

1 *Nepos positus in conditione non potest reuocare alienationem fideicommissi.*

IN Romana Casalis. Testator decessit quinque filijs & duabus filiabus relictis, filijs, & posthumis masculis hæreditatem, filiabus dotem, eisdem, & nepotibus habitationem reliquit: filios inuicem substituit,
1 si sine liberis masculis: quærebatur, vtrum † nepos fundum a patre alienatum reuocare possit? Responsum receptum esse filios positos in conditione non censeri vocatos. glos. in l. Lucius de hæred. instit. Nec obesse, quod diceretur, si sine filijs masculis. Contra Paris. consil. 44. in 2. vol. licet contra senserit 66. in 3. de ceteris coniecturis videndum.

DECISIO MCDLXXXVI.
De pena priuationis.

IOan. Paulus in d. Cęsaraugustana. Imponebatur pęna priuationis ipso iure non soluentibus iura debita Aerario, & alio capite priuationis tantum venientibus ex resignatione. Quinque visum est declarari hoc per illud, tum fauore religionis, tum quod adderet, vt nihilominus omnia eodem pacto fierent: tres contra, argumento l. Sanctio.

DECISIO MCDLXXXVII.
De regula.

IDem in d. Calaguritana, non ferenda est ignorantia reg. quæ producta fuit contra, licet in alia parte ipsius ei non noceat.

DECISIO MCDLXXXVIII.
De fide instrumentorum.

PRosper in d. Segobien. dicebatur non esse omnes vocatos, cum constaret plures esse, neque de absentia longiori aut legitima appater. Responsum est iuxta Soc. cons. 148. quod instrumentum probet.

DECISIO MCDLXXXIX.
De pensionibus oneribus.

IDem in Vicen. quia pensio imponi non potest tacendo veteres, redacta, & confirmata fuit quædam Sodestinu: sed dubitabatur, an teneretur ad onera cōtribuere

cum

cum non esset libera. Responsum est ad ordinaria non teneri, sed ad extraordinaria. In his autem esse tacentes exactiones laicorum, & si ante pensionem cęptas.

DECISIO MCDXC.

De locatione.

IDem in d. Compostellana. Locatio facta a procuratore censetur facta nomine Domini, & si eius mentio non fieret nisi multis coniecturis aliod appereret, & quia eodem die fit locatio quo alteri absenti prouisum est.

DECISIO MCDXCI.

De citatione.

IN Vlixbon. Marius asserens se esse procuratorem Titij, obtinuit committi caussam contra Seium, & omnes interesse putantes, & in exequutione nominandos: Sempronios asserens se citatum obtinuit committi vt terminus præfigeretur Mario absenti ad docendum de mandato, qno elapso condemnaretor in expensis & lis nulla declaretur. Alleg. Cassad. de subrog. collat. dicere huiusmodi sententias ferri posse. Responsum est Manum esse citandum personaliter, aut de citationis exequutione docendum.

DECISIO MCDXCII.

De positis in conditione.

IDem in d. Romana, coneurrentibus pluribus coniecturis, filij positi in conditione censentur vocati, licet singuli non sufficiant, cum multi sint gradus cum repetitione masculorum, & in transuersalibus. Item omnia bona semper data & ab vlnmo ipsi grauati essent. Item testator expressit vt vltimus filius, aut nepos, aut pronepos, institutus aot substitutos vt supra, possit extendere substitutionem transuersalium, sed propter iuris difficultatem concordari iussum.

DECISIO MCDXCIII.

De mandato.

RAuell. in Cæsaraugustana, sententia lata apparuit aliud mandatum cum soleat sustineri, cum nullum prius fuerat: quęrebator, an substitutio facta vigore prioris inualidi sustineretor? Responsum minimè.

DECISIO MCDXCIV.

De appellatione.

PVteos in d. Parmen. Vallium, non potest appellare aoctor a tertia sententia contra emptoram, com ante conclusionem venerit.

DECISIO MCDXCV.

De testibus.

FAbios in d. Pampilon. Testibos suspectis tum ex consanguinitate, tum ex minus verisimili depositiona non est credendom, alijs contrarium probantibus.

DECISIO MCDXCVI.

De pensionis augumento.

PEregrinus in Romana pensionis, odio priuationis augeri solet pensio.

DECISIO MCDXCVII.

De citatione.

REomanus io d. Aug. Citari potest principalis, licet procuratorem constituerit, & comparere debet, aut mittere procuratorem, ad decis. 21. in iur. regulis.

DECISIO MCDXCVIII.

De iure tertij.

DIe 18. Februarij, Rauellen. In Romana domus, cum requiratur domini voluntas ad declarandū velle agere ad priuationem ob non impletam cōditionem locationis, tertios non potest excludere conductoram perpetuum, vti in pensione & emphyteusi dictum est.

DECISIO MCDXCIX.

De possessione continuata.

IDem in d. Patauina, possessio continoata eius, qui resignauit reseruatis fructibus, & poss. Tū ex reseruatione Pont. Tum ex derogatione statutorum, licet non perceperit eos post scientiam aduersariorum. Itaque bis rectè pronunciatum manutenendum.

DECISIO MD.

De terminis seruandis.

IDem in Illerden. Terminus coram Aud. Ca. ad con-
1 fitendum debitum, & ad videndum se excommonicari, seruatis per assertum procuratorem seruandis, quia non est loco interloquutoriæ, sed pronunciationis diffinitiuæ, vel habentis vim diffinitiuæ, licet fuerit repositum ad vtraque parte, licet ante declarationem ratificetur, non desinit esse male seruatus: nisi ostendat mandatum. Sed habita ratione caussæ relictom est, vt videretur iusta.

DECISIO MDI.

De translatione pensionis.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ex clausula, vel priuilegio, ad quem pertineat.*

PVteus in d. Hispalen. translatæ fuerant malè pensiones vigore priuilegiorum, & clausulæ transferandi, in quibus ex ordine videbatur, Titium esse multò posterioram, cum ex priuilegio tantum posset, & illa excederet diem. Quærebatur, num probatio ex clausula, vel ex priuilegio ad Titium pertineret? Re-
1 sponsum † est, cum appareret Titium ostendisse, illum posse, qnod petebat, transferre, ad aduersarios pertinereq; vt dicerent illud priuilegium esse consumptum. Sed cum Paulus scripsisset, ad singulus pensiones eam qualitatem pertinere, verba scripti significabant posse quamliber quantitatem excedi, modo non singuli non excederent: de mente tamen dubitatur.

DECISIO MDII.

De testibus.

IDem in Romana, Iulius egerat contra Pamphilam & Iuliã, & examinatis testibus cum interrogatorijs examinarentor: Dictum est, negari non solere ante didicita testificata. Sed hoc casu constare Iulium testes examinasse, & ex eo aliquid effluxerat. Itaque articulos dari posse, interrogatoria dari non posse.

DECISIO MDIII.

De sententia.

IDem in Gerund. Pol. Cum constaret exequutionis litteras vidisse Seiom, & mandato postea producto, licet ante sit declaratus, quam de legitima intimatione appateat, non est reuocanda. Nam, & sententia sustinetur, cum post eam constant habuisse mandatum illom procuratorem.

DECISIO MDIV.

De nullitate.

FAbius in d. Aquen. Cum de nullitate oon satis appareret, cum terminus esset præfixus loco substantialium, arbitrio iudicis decidendam esse controuersiam.

DECISIO MDV.

De fide instrumentorum.

IDem in Adrien. Instrumentum publicum non recognitum, neque ob antiquitatem alia ratione mutatum, item quod non sit in vsu, non facit fidem. Idem statutum, vt si quis se licentiauerit sponte, & abierit, magis recipit interpretationem, vt sine licentia & animo redeundi magis, quàm animo non redeundi abierit. Item presbyter nec admittitur vt Diaconus, vbi ordinum distinctio.

DECISIO. MDVI.

De appellationibus.

PEreginus in d. Geranden. Cum videretur stetisse per appellantem, ne intra tempus commissio extraheretur, tamen quia postea fuerat processum in caussa, & iura producta erant, visum est vt de illius modica cognitione videatur.

DECI-

DECISIO MDVII.
De iure patronatus.

IDem in Militen. Sententiam inter patronos non nocet aduersario ad ins patron.

DECISIO MDVIII.
De spolio.

ROmanus in d. Vassen. probabat quis se possedisse aliquot annos, ac postea captam esse possessionem ab aduersario, de cuius continuatione non constabat, sed & post instrumentum fassus esset se possessorem; dictum est restitui non posse, sed stare debere aduersarium in possessione, & sententiam in petitorio prosequendam cum sequestro.

DECISIO MDIX.
De confessione.

IDem in d. Romana melioramentorum, confessio facta coram Principe, potest reuocari constito de errore, neque error probatur ex ignorantia præsumpta, aut ex his rebus, quæ possunt confessis eo occurrere.

DECISIO MDX.
De conductore vectigalium.

IDem in Viterbien. Creditor in certa summa municipij conduxerat vectigalia in quinquennium, & in id tempus quoad deductis trecentis in annos singulos paria faceret, post annos tres locauit in id tempus, in quo ipse retinere poterat mille quingentos Calendis proximis soluendos, sed ea cum conditione, vt si in minori summa creditor esset, quod Calendis Iannarij constare debebat, quod excederet, restitueretur locatori, at que idem creditor atque conductor municipij cum postea neque pecunia soluta esset, neque rationes redditæ municipij, & posterior conductor biennio visus fructibus vectigalium, ac postea rationibus appareret ducenta reliqua esse in nomine municipij, petebat creditor illam summam ex eo quod erat reliquum: replicabatur, statim esse magna ex parte restituendam, cum maioris summæ esset creditor. Triplicatum est in conuentione de ea summa sensisse, quæ ab initio debebatur. Nobis contra visum est, quia non erat credendum ob duorum annorum lucrum, conductorem voluisse tantam pecuniam soluere; sed propter facti obscuritatem ampliatum est.

DECISIO MDXI.
De monitione.

IOan. Paulus in d. Cæsaraugustana. Cum ad priuationem ob non solutionem vigore statutorum religionis requirantur tres monitiones, ac duæ in personam eius factæ constarent, de tertia dubitatum est, quod bis in circa fuerat quæsitus neque repertus. Item eius coloni, item & de vnius constabat nuncio factis; non visum est statuto satisfactum.

DECISIO MDXII.
De statuto.

IDem in Bononien. Cor. Bentiuolij, genere Bononiensis. Sed propter maius crimen exsul, vel potius absens citatus fuerat ex vi statuti Bon. & rescripti per edicta. Dictum est vtrique rei non esse locum. Nam in rescripto narratum erat esse Bononien. & domiciliũ & bona habere, & statutum in lite ratione bonorum procederet etiam si lis non erat, nec ipse domum habebat, sed prædia rustica.

DECISIO MDXIII.
De mandato.

INd. Iacen. Mandatum ad resignandum simpliciter, aut ad permutandum in fauorem personæ procuratori bene visæ coram Vicario secunda permutatione sustinetur.

DECISIO MDXIV.
De acceptatione.

IDem in Leodien. supplicationis coadiutoriæ sumptus efficit vt præsumatur acceptasse in vita. Item quando est appellatum nec constat de processu potest procedi vt in prima, si in cõmissione est, quam & quas, vel cum toto negocio.

DECISIO MDXV.
De acceptatione.

SVMMARIVM.

1 *Moniterium ignorant an habeatur pro monito.*

DEcimanona Februarij Ioannes Paulus in d. Cæ- 1 saraugustana. Dubitatum est, an † ille, qui videbatur non sciuisse se moueri, haberetur pro monito? Et diuisi sumus, cum non constaret monitionis exemplum relictum.

DECISIO MDXVI.
De pensione super pluribus beneficijs.

IDem in Panor. Pensio erat imposita quinquaginta in pluribus beneficijs, mortuo grauato beneficia diuisa sunt, iniquum erat, pro numero beneficiorum pensionem diuidere, sed pro æstimatione singulorum. Nõ igitur potuit vnus, qui vnum obtinet, nihil pingue declarari ob non solutionem non facta æstimatione.

DECISIO MDXVII.
De inhibitione.

THomas in Brixien. Inhibitio post tres ex qualicumque commissione efficit vt attentata dicantur quæ postea fiant, licet parti non iuridice fuerit inhibitum.

DECISIO MDXVIII.
De statuto Bonon.

IDem in d. Bononien. Statutum B. permittens damnatis testari iuxta illud statutum, refertur ad omnes partes illius statuti, in quibus illa forma est, vt secundum ius commune habiles testari possent contra solum Puteum.

DECISIO MDXIX.
De locatione.

PRosper in d. Compostell. Variatum est, an censeretur facta locatio nomine eius, cuius referat, an eius cuius fructus debentur.

DECISIO MDXX.
De absolutoria.

IN d. Leodien. Cum in secunda instantia non constet de prima sententia, & processus, & nihil fuerit deductum pro victore, non potest ferri absolutoria, nisi in commissione sit, quam & quas, aut procedat vt in prima, licet sit cum negocio principali, quia intelligitur de negocio appellationis.

DECISIO MDXXI.
De calumnia.

IDem in d. Vlixbonen. Cum constaret Sempronium fuisse citatum ad Titij requisitionem ex mandato. Item Martium assertum procuratorem ante multo mẽses tunc discessisse, nulla suspicio est calumniæ, quin Sẽpronius liberari possit hac lite. Itaque absoluendus est ab instantia, quamuis 12. Februarij contra.

DECISIO MDXXII.
De citatione.

IDem in Elnen. Ex monitorio decreto contra intrusos, & fructuum, & possessionis occupatores, moniti fuerant aliqui sacerdotes, vt deseruirent nomine Episcopi Eluensis: ipsi dixerunt se nolle, dictum est non posse declarari, cum neque possessio, neque fructus detinentur; dubitatum tamen est de eo cuius nomine seruiebant. Sed quia neque personaliter monitus & decretum erat cum clausula, si scferit, magis placuit vt censeretur esse citatus, & termini conferuarentur in negocio principali.

DECISIO MDXXIII.
De confessione.

PVteus in d. Parm. Casalis. Confessio procuratoris non constito de errore ratificata facto ipso, non potest reuocari. Sed dubitatum est, an censeretur dominus omnium qualitatum certior factus.

DECI-

DECISIO MDXXIV.
De matrimonio.

FAbianus in d. Vicentin. dubitabatur, an in sententia lata super matrimonio deberet filius nominari legitimus. Et qualis erat mora super transactionibus mulieris, quæ dicebat se vxorem, & illum filium, concessum, vt nominaretur.

DECISIO MDXXV.
De lite.

PEregrinus in Gebenden. Dubitabatur ne quis vellet litem mouere in Prouincia, qui Romæ litigabat, volebat ad eam rem vti instrumentis hic productis; dictū est, vt darentur cum cautione non vtendi eis durante lite in alio iudicio.

DECISIO MDXXVI.
De familiaribus.

IDem in Caleraten. Inter familiares descriptos præfertur præsens absenti. Sed Doctor absens eis præfertur; Is autem gradus non probatur instromento, quòd testibus caret, licet haberet Doctores examinis.

DECISIO MDXXVII.
De compromisso.

ROmanus in Hispalen. patebatur pœna decem à fisco, quia contradictum fuerat laudo ab vno qui absens fuerat, licet vocem alteri reliquisset, de cuius nomine absentis appatebat. Item fuerat appellatum ante confirmationem Sedis Apostolicæ in dubio contra fiscum.

DECISIO MDXXVIII.
De citatione.

RAuell. in Aurien. Citatio concepta in personam alicuius, & Titij procuratoris, valet, licet ignoraratur exequutio, in quem facta sit, si constet esse exequutum. Item substituens censetur acceptare.

DECISIO MDXXIX.
De locatione.

IDem in d. Illerden. Locatio facta in triennio sub certa conditione, quæ non est suo tempore adimpleta, si possessio & fructus capti sunt duorum annorum, in 3. censetur etiam ab eis percepisse, nisi probetur protestatum esse, aut prohibitom.

DECISIO MDXXX.
De ratificatione.

PVteus in d. Parmen. Variatum est, nom ratificatio te ipsa facta censeatur cum omnibus qualitatibus.

DECISIO MDXXXI.
De iuramanto calumniæ.

IDem in d. Paduana, Gun. Officium, quòd velo leuato procedat, non excludit quem iurare debere de calum nia, si petatur.

DECISIO MDXXXII.
De diuisione.

IDem in d. Cæsaraugustana. Religionis rectè probata diuisione, communio debet dilucidè probari.

DECISIO MDXXXIII.
De lite.

SVMMARIVM.

1 *Lis per quem actum dicatur.*

FAbius in d. Legionen. & Tamoren. Subrogatio in lite in impetratione facta per obitum efficit, vt licet defunctus tantum citauerit litteris non expeditis cum
1 clausula consueta, censeatur lis, licet non constet de man dato eius, qui exequutus est. Neque regula de subrogan. loquatur in sobrogatione gratiosa, &c. sed collitigantis aduersarij.

DECISIO MDXXXIV.
De excessu vltra dimidiam.

ROmanus in Conchen. Non probatur excessus vltra dimidiam ex articulis aduersarij, in quibus ipse dicit plus vel minus, vt per testes declarabitur, qui tamē id dicunt, &c. Sed si probaretur Cassad. dec. 18. de empt. esset seruanda contra communem, neque iureiurando, neque scientia releuante.

DECISIO MDXXXV.
De correctione.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. licet, C. de præscript. 30. vel 40. annor. dicetur. hodie correcta per cap. vltim. de præscript.*

1 IDem in d. Aoinion. † l. licet, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, est correcta per c. vltimum, de præscript. & Rota tenere solet, in quo Bart. & ceteri variant, vt refert Bald. de præscript. 2. par. q. 13. Itaque non potest obijci triginta aut quadraginta annorum præscriptio, si constet de actione & debito præsertim à 3. cuius non est, vt decis. Tolosan. 74.

DECISIO MDXXXVI.
De mutatione status.

IDem in Paduana, non censetur status eius, quem non constat ex eo capite fuisse sortitum effectum, ita sit, vt qui impetrauit ex ordinaria, vel Apostolica auctoritate, & postea noua prouisione vsus est, non rectè probet, statim ex ordinaria tantum.

DECISIO MDXXXVII.
De statuto.

IOan. Paulus in Hispalen. statutum Hispalen. de reijciendis & reconciliatorum libris, intelligitur de reconciliatis ob hæresim, non ob suspicionem, præsertim sine pœnitentia publica, sed & dispensatio abstergit omnem maculam.

DECISIO MDXXXVIII.
De Auditoris potestate.

IDem in d. Panorm. Non potuit Auditor super validitate & executione procedere, licet vtrumque committere coniunctim & diuisim, nisi constaret iuxta impositum.

DECISIO MDXXXIX.
De remissoria.

THomas in d. Romana legati, reiecta est petitio remissoriæ non releuantis, quoniam constabat, rein quæ petebatur, solutam saltem ex parte, quæ sola debebatur. Item à filia esse legatum renunciatum, & propterea, quæ aliàs dicta sunt non releuant.

DECISIO MDXL.
De regula de publican.

PRosper in Leodien. regula de publican. Requirit & possessionem & continuationem, neque sufficit litem mouisse.

DECISIO MDXLI.
De sententia exequenda.

IN Romana centum florenorum, licet sententia exequi cœperit, tamen si dubitaretur à iudice de eius iustitia, non est in totum exequenda. Com itaque appareret Aud. C. in mille condemnasse, postea calculatores in Rota electi ducenta deberi dixerunt, licet inchoata sit exequutio, in mille relaxari.

DECISIO MDXLII.
De probatione primi extremi.

IDem In Oxomen. Non visum est primum extremum probari per vnum testem de visu, qui erat suspectus propter aliam litem cum aduersario, & alium de audito, quoad reputationem, & de visu in Ecclesia, & duobus de auditu per litteras, &c. Item qui viderunt articulos, non sunt reijciendi.

DECISIO MDXLIII.
De derogatione.

IOan. Paulus in d. Cæsaraugustan. Vltimum statutum religionis propter generale procemium derogat cetera etiam in vacanti & mortuario, licet in ea mente fiat de debitis post adeptam possessionem contractis.

DECISIO MDXLIV.
De electione exequutoris.

IDem in Augustan. Variatum est, num qui executorem elegerat nominationis Imperialis, cum in ipsa nominatione alius esset executor ex rescripto Pont. facere potuisset, quod licet ad Imp. dirigeretur, tamen nominatis potestas dabatur.

DECISIO MDXLV.

De cessione attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Aqua ut citius curreret ad inferius molendinum, si aliquid sit fabricatum, est remouendum.*

THomas in Tiburtina. Dubitabatur, *num qui cessera attentatis, teneretur restituere hæc damna ex riuo priuata?* Nam machina quædam molendinaria ab inferiore dicebatur ædificata: altera est à superiore vicino. Et lite inchoata sepem fecerat superiori, quod aqua citius flueret, atque ita ad eamdem machinam multitudo concurrebat, quia prior aqua vtebatur, etsi inferiori impe-
2 dimento esset. Responsum est, si sepem subuertendam esse, etsi ea sublata aqua nihilominus flueret in machinā, ita quòd similiter multitudo concurreret, alter conqueri non posset, cum alter suo iure esset vsus, sed si sublata sepe aqua consisteret, est damnum resarciendum.

DECISIO MDXLVI.

De publicatione.

PRosper in N. decreta remissoria, si testes hic examinandi sunt. Idem in d. Leodien. Non tenetur ad publicationem acceptationum, qui intra tempus triummensium constitutū nouit expectatiuas reuocatas. Quia regula, quæ id cogit facere durantibus expectatiuis, durat in Pontif. mortuo, ait in Col. Vbald. in tract. de success. ab intestato, par. 1. vers. tertio principaliter, num. 15.

DECISIO MDXLVII.

De filio notho.

IDem in Regien. Sacerdos octogenarius filium nothū hæredem instituit in codicillis, in quibus ita scriptum erat: *Thesea filio suo legitima & naturali legauit.* Item: *Thesia matri Thasei decem.* Quærebatur *si neque testatoris filius probaretur, neque eius legitimus & naturalis, an esset credendum, illum fuisse suum filium?* Et dictum est, quod sic, quia ex coniectura personarum credendum demonstrationis causa fuisse, & quem filij loco amabat, filium appellasse, eumdemq. legitimum, & naturalem, qui esset ex viro & vxore.

DECISIO MDXLVIII.

De decreto.

PVteus in d. Parmen. Visum est minus subtili ratione de magna hæreditate contendi. *Vtrum decreta vti posset, quo pacto alter vsus esset, &c.* Cum de vtriusque partis iniuititia dubitaretur, visum, vt concordia tractaretur.

DECISIO MDXLIX.

De calumnia.

FAbius in d. Oxomen. Quis sub conditione acceptauit, sed postea litem substituit, & post sententiam retinuit possessionem. Dictum est, vt si sciens id fecit, videatur quo iure alter vsus fuerat, cum de calumnia sit dubitandum.

DECISIO MDL.

De negligentia.

IDem in Tarden. Si non motu proprio dicitur, cum (sicut accepimus) potest de obreptione dici, & eum illic sit negligentia notarij: Dictum est factum esse, quo minus consensus in libris Cameræ scriberetur, ac postea appareret partis negligentia, quæ recognosci neglexit mandata. Remissum est ad expeditores, vt recognoscerent, omnia rectè constare.

DECISIO MDLI.

De fraude.

RAuell. in d. Rom. Cōstat de non fraude resignantis, si probatum est de matrimonio egisse eo tempore.

DECISIO MDLII.

De sententia.

IDem in d. Cæsaraugustana, sustinetur sententia quoad videatur de iure claro & liquido aduersarij, quòd in alijs alioquin factum est.

DECISIO MDLIII.

De dispensatione.

IDem in Oueten. Aluarus solus Oueten. Dicebatur dispensatus propter illegitimitatem ob Sebast. in Legion. sede vacante de licentia Oueten. & Capituli, qui postea triginta annis clericus æstimatus est. Dicebatur illa non taneri demonstrate. Sed quia fatebatur in quibusdam rescriptis cum eo auctoritate Apostolica dispensatum, & postea cœpisse ordinem, reiectæ sunt priores litteræ.

DECISIO MDLIV.

De priuilegijs.

FAbius in Abulen. Priuilegia quoad personarum qualitates inspiciuntur tempore datæ: sed in casu eorum quoad deligandum, ac cetera monitoria tempore vacationis secus est, reprobando cons. Gem. 113. & Gem. in c. statutum, in fin. de rescript. in 6.

DECISIO MDLV.

De possessione.

IDem in d. Conchen. Iterum tentum est, violantam possessionem excludi ab alleg. Lap. & regula de annali & trien. Cassador. decis. 5. de restitut. spoliat. neque est legitimè probatum, si modicus excessus possit subuertere probationem.

DECISIO MDLVI.

De fructibus.

PEregrinus in d. Conchen. Vous ex socijs suo nomine & sociorum conduxit fructus, si non probatur alios socios habere, eosq. præsentes, qui per se tractent ea negotia, potest idem petere insolidum omnia. Iasl. l. si vous, de pact.

DECISIO MDLVII.

De protocollo.

DEcanus de Romana transumpti. Licet credatur, cogi posse partem per notarium, qui perdidit protocollum, vt exhibeat instrumentum, quod ei dedit, tamen cum diceretur quis duo testamenta fecisse, & posterius denegeretur à parte, patebatur prius ex actis notarij defuncti transcribi, quod tamen magna ex parte à testatore cancellatum erat, licet à notario subscriptum. Dictum est, quod fidem non faceret non esse transcribendum, sed cum litteris confirmari potest sententia.

DECISIO MDLVIII.

De dotatione.

THomas, æqualitas inter filias non est de necessitate seruanda. Item pater, qui dotat computando legatum certum, non videtur ex bonis proprijs dotare, licet aliàs contra Parif. cons. 30. vol. 3.

DECISIO MDLIX.

De appellatione.

IDem in Bonon. Si dicatur in sententia bene prouocatum & reclamatum, licet non constet de appellatione in scriptis, sustinetur sententia. Item satis constat de absentia eius, qui scriptum fecit alibi, neque post illud scriptum præsens fuit.

DECISIO MDLX.

De vitio spolij.

IDem in Lucen. Si Episcopus successor vtatur his rebus, quibus de iure communi vti potest, non succedit in vitio, neque ergo ea est restitutio, nisi à die præsentationis executorialium lapsum sit quadriennium.

DECISIO MDLXI.

De beneficio.

Fabius

Fabios io d. Gerunden. Licet Ecclesia collegiata sit in diœcesi non tamen, qui expectar beneficium in diœc. potaſt acceptare illic.

DECISIO MDLXII.
De gratijs.

Idem in Abolens. Insolitæ gratiæ in arcæ collatæ à Clemente reuocatæ fuerant. Sed quid si velit quis vti altera parte non insolita, dubitandum est.

DECISIO MDLXIII.
De mandato possessorio.

Peregrinus in d. Romana terreni petebatur mandatum, vt teneretur in possessione is, à quo fuerat auocata per iudicem, & relaxata in fauorem aduersarij, neque ab ea capta. Et quia ille fuerat perperam missus, negatum est, sed iustum est, vt sequestretur, nisi cooſtaret de possessorio iura alterius.

DECISIO MDLXIV.
De procuratore.

Romanus in Penen. Licet Caſſad. dicat dec. 2. de appell. per litis & causæ cessionem reuocatum censeri procuratorem, dubitatum est circa fructus, & expensas, cum possit condemnari, an appellare possit. Et variatum. Agebatur autem non de cessione litis in aduersarium, sed in alium qui litem sustinebat.

DECISIO MDLXV.
De mandato de manutenendo.

In Placentin. Commissum fuerat, vt mandaretur iodicibus, qui erant in possessione, quibus fuerat inhibitum, vt in possessione consisterent. Quærebatur, num statim nulla re verificata posset mandari. Responsum est, videri mandatum de manutenendo concedi nulla re verificata, & posse id fieri, cum nullum esset præiodicium, & in commissione, neque constito, neque prout iuris esset.

DECISIO MDLXVI.
De statuto.

Ioan. Paulus in d. Tiburtina obijciens statutum litis decisorium, vt puta, ne post annum dicatur de nullitate, non tenetur recipere litis ordinatorium: at certè uno do esse procedendum.

DECISIO MDLXVII.
De terminis.

Idem in d. Troiana. Termini euolsi esse dicebantur, & testes deponere terminos fuisse positos vt in inuentario: Quærebatur, *num vulgari scripturæ esset standum, quia laicus inter monachos & monsales inſſit, & illos descripserat?* Dictum est non esse credendum, sed quatenus testes ad id se referant, videndum.

DECISIO MDLXVIII.
De calumnia.

Idem in Lucen. Licet remissoria ad spolium taro conceedatur, vt Caſſador. notat decis. 23. de dilat. tamen non excluditur suspicio calumniæ, vt in Episcopo successore, qui visus est ordinaria iurisdictione, in qua prædecessor tamquam spoliator erat damnatus, sed exequuta sententia.

DECISIO MDLXIX.
De testamento capite damnati.

Thomas in d. Bononien. Testamentum conditum fuerat inter carceres, cum intra duas horas esset capite multandus, qui fratrem occiderat, quia statuto Bononien. continetur, vt damnati possint testari secundum formam statutorum. Obijciebatur, quòd neque coram Sacerdote parochiano, neque cum alijs sollemnitatibus, quas angustia temporis, & loci, item ins appatitor um excessatat, de quibus constabat, data est huic testamento fides.

DECISIO MDLXX.
De regressu.

Idem in Calaguritana. Licet quis habebat regressum, cui renunciauit, aut vti non potuit, non impeditur ordinarius prouidere, & vbi requiritur Capituli consensus in collatione, sufficit si in possessione adhibeatur antequam ius alteri quæratur.

DECISIO MDLXXI.
De Cardinalibus.

Prosper in d. Brixien. Concilio Lateran. Prohibentur Cardinales habere beneficia minoris ducentorum, quo excipiobantur regressus, sed vt interpretarum est eosum, qui in eo facerdotio erant. Nam hodie habere non possunt. Sed quæsitum est, cum Gambara obtinuisset ante promotionem, & in promptione retentio fuisset concessa. Nec obest Concilij exemplum, quòd generalis retentio sufficeret, & ampliatum est.

DECISIO MDLXXII.
De possessore quadragenario.

In Burgen. Vacante patrimoniali beneficio quadragenarius, & baccalarius se opposuerunt, & cum ab interloquutoria appellatum, & causa commissa, ac iudici inhibitum, ac post vtriusque iudicis sententiam constaret, possessorem quadragenarium esse, Quærebatur, num possessio esse sequestranda, vtpote lite pendente acquisita? Dubitationem faciebat, quòd [illegible] possessor non fuisset, quod ex petitione suspicabatur. Sed quia aperta est via ad ostendendum, visum, vt de iure vtriusque partis cognosceretur.

DECISIO MDLXXIII.
De conditione, si sine filijs.

Idem in d. Romana, ex multis coniecturis colligitur, & ex verbis testamenti, quòd pronepos, qui tamen in conditione si nepos sine filijs decesserit, fuit positus, institutus à testatore videbatur. Ab omnibus acceptatum est, vt neque positi in conditione vocati censerentur, neque potuerit fundus alienari, nisi in Legitima & Trebellianica fortasse, vt in 12. Febr.

DECISIO MDLXXIV.
De procuratore.

Rauellen. in N. dubitatum est, num procurator effectus dominus litis possit substituere, non facta mentione, quod esset dominus. Et variatum est.

DECISIO MDLXXV.
De confessione.

Puteus in d. Oueten. Canonicatus. Cum antea damnatus esset Aluasos Solis propter confessiones, quibus dicebat secum auctoritate Apostolica dispensatum, neque ab Ordinario promotum, constito, quòd eodem tempora eum errore correxetat, fides adhibita est litteris clericatus.

DECISIO MDLXXVI.
De præscriptione.

Idem in d. Salamant. Si de Abbatia contentio fuit & seditiosa, ita vt nemo possideret non currit præscriptio.

DECISIO MDLXXVII.
De pacifico possessore.

Fabius in d. Salamantina. Variatum est, *num, quia ingressus fuerat possessionem, dum lis non esset finita ex iure ante litem resignationis, & detentione vtcumq. restitutum resignanti diceretur esse pacificus, vt eius triennalis possessio à successore allegetur.*

DECISIO MDLXXVIII.
De sequestro.

Peregrinus in d. Romana terreni horti, vt non sequestretur possessio, procurator confessus est se possidere; dictum est non sufficere, quia reuocari possit, sed ostendendum alio pacto.

DECISIO MDLXXIX.
De spolio.

Romanus in Cesenaten. Trib. sententijs à Nicolao Vbaldino, & Potestate Anconitano optimis iudicibus latis, fuerat iudicatum, vt duo fratres pro spolio Maluetiorum à fratre illorum illato, duo millia soluerent,

rent, fratres dicebant se neque hæredes, neque tam magnæ summæ detentores, quod per separationem fieri optabant, exclusi sunt, quia probatur fratres bona habuisse post diuisionem viuo fratre factam, & licet appellarentur hæredes, seu bonorum detentores, insolidum etant damnati 12. Martij 1546.

DECISIO MDLXXX.

De cautione.

SAlamantina, non tenetur quis præstare cautionem, nisi petatur.

DECISIO MDLXXXI.

De possessorio.

IDem in d. Patauin. Licet iurium denegatio videatur esse spolium, tamen agere potest retinendæ, qui ad iudicium venit, & si dari potest mandatum tenendi in possessione ciuili quę animo retinetur, c. querelam, de restit. spoliat. Dec. c. Tolos. c. vno, repugnante Puteo.

DECISIO MDLXXXII.

De incola.

IDem in d. est in Tarraconen. Vt Vicarius Episcopi esset incola.

DECISIO MDLXXXIII.

De mandato de prouidendo.

PVteus in Vrgellen. Mandatum de prouidendo cum decreto irritanti, non ligat Pontificis manus ante acceptationem.

DECISIO MDLXXXIV.

De actore contraria allegante.

IDem in Messan. Actor nonnumquam contraria dicens auditur, vt cum de statu dubio alicuius agitur. Itaque, qui petit testamento tutorem dari, non videtur in omnibus testamentum reprobare.

DECISIO MDCLXXXV.

De nullitate.

IDem in d. Romana dotis, seu nullitatis, cum præfixus est à statuto terminus, infra quem dici potest de nullitate, aliàs lis & causa perempta est, & is nullatenus audiatur, non potest ex eodem statuto de nullitate dici, licet nisi terminus præfigeretur, posset.

DECISIO MDLXXXVI.

De subreptione.

FAbius in d. Bonon. Castillionum fuerat impositum silentium super possessione, quia tradita fuerat, & cũ de fructibus cõtenderetur, impetratum fuit rescriptum, vt prius de proprietate cognosceretur; dubitatum fuit, an esset subreptitium, quia non narrabat quot annis ex spolio sumpsisset, sed id non obesse dictum fuit, enim Princeps ignorasset fructus deberi, &c.

DECISIO MDLXXXVII.

De exequutione sententiæ.

IDem in Astoricen. Sententia lata pro Capitulo contra A. qui ante litem in B. religioauerat, & postea tamquã procurator possederat, non potest exequutioni mandari. Contra C. quia D. resignatario B. obtinuit possessionem, quia res inter alios acta alijs non nocet.

DECISIO MDLXXXVIII.

De coadiutora.

PEregrinus in Toletana canonicatus in coadiutoria, cum clausula, & si non exercueris. Item cum quomodocumque vacet, non requiritur consensus eius, qui datur in coadiutorem, & potest post mortem acceptari, licet mandatum fuerit conditionale, vt non aliàs pensio, & resignatio imponi possit, nam id impetratum est: videndum, cum non obsit huic prouisioni indultum.

DECISIO MDLXXXIX.

De cessione.

REomanus in d. Auinonen. Cessio sine causa non valet, sed cum ex causa donationis absenti sit, requiritur ratificatio antequam fuerit reuocata. Parif. cons. 77. vol. 2. tamen non ex obligatione generali reuocata censetur. Item an potuit per obitum cedentis ratificari.

DECISIO MDXC.

De lapsu fatalium.

IDem in d. Cæsaraugustana, sententia nulla excusat à lapsu fatalium, si pro appellante esset subscribenda, neque iudicium criminale obsuit in eo qui succubuit, & postea est prosequuta.

DECISIO MDXCI.

De consensu.

IDem in Militen. Non solum, qui fideiussit pro euictione, sed qui promisit releuare indemnem fideiussorem, censetur consentire alienationi si sciens fecit.

DECISIO MDXCII.

De decimis.

THan. in Vrbeuet. Decimæ de iure Parochiano debentur, nisi probetur ab immemorabili tempora per alios perceptas.

DECISIO MDXCIII.

De collega.

IDem in dicta Cæsaraugustana, si iudex dicat se de consil. aliquid male fecisse, non debent collegæ plecti, nisi constet eos consilium dedisse, neque notarij assertioni statur.

DECISIO MDXCIV.

De legitimatione.

PRosper in Regien. Qui petit legitimari aliquem vt filium suum, censetur postea cum ei in testamento legat, & filium appellat, ea conditione donasse, sed contrarium appatet.

DECISIO MDXCV.

De executorialibus.

IN d. Romana seu Florentina permissum est, vt contra mercatores citato procuratore domino litis executoriales dentur extra curiam, cum sententia iudicis, & calculatoris concordare videatur, & fuerit exequutio in Vrbe incępta.

DECISIO MDXCVI.

De possessore bonæ fidei.

IOan. Paulus in d. Forlinien. Possessor bonæ fidei, qui res subiectas fideicommisso alienat, tenetur ad pretium si in rem suam vertit, aliàs nullam.

DECISIO MDXCVII.

De forma.

IDem in vna Augusten. Princeps dando formam nominati per se, vt exequatur nominato, non tollit aliam rationem exequendi, quam Pontifex omnibus nominatis per eum dedit.

DECISIO MDXCVIII.

De concordia.

THomas in Rauen. Vallium, concordia, quæ cum duabus partibus, & tribus erat facienda, non sufficit si cum maiori parte probetur facta.

DECISIO MDXCIX.

De Nuncio.

IDem in d. Leodien. Potestas data Nuncio in Vngaria, in Bohemia, & extensa in terris Ferdinandi Regis, & vbi Rex fuerit, & in Germaniam, nisi cum Rex, & Nuncius in ea fuerint.

DECISIO MDC.

De remissoria.

PRosper in Vercellen. Concessa est remissoria contra Capitulum ad probandum pecuniam fabricæ apud quosdam canonicos remansisse.

DECISIO MDCI.

De mora.

IDem in d. Senen. Nemo dicitur esse in mora, qui interpellatus non est, & ignorantia pupilli non prodest, ad lucrum.

DE-

DECISIO MDCII.
De regressu.

IDem in d. Brixien. Variatum est cum Concilio Lateranen. quo prohibetur commendari Cardinali beneficia 200. prohibentur regressus, quos ante promotionem habebant, & tunc cum ceteris fuerant vacare declarati, sine declaratione consilij dubitationeo: fecit de lis 331. in non.

DECISIO MDCIII.
De attentatis.

IN d. Oxomen. Petebat remissoriam super spolio attentato sine titulo possessionis, dicebatur constare litem nullam fuisse à spoliatore ante contractum motā, quia commissio nomine spoliatoris per cursorem præsentata, & citatio per affixum procuratorem petita; spolij verò probationem, quia de statuto tempore possessionis non constabat neque de extremo essent satis coniecturæ: itaque denegandam.

DECISIO MDCIV.
De probatione intrusionis.

IDem in Sabin. Intrusio per duos testes ex publica voce, & fama, quorum alter erat viginti annorum, ex litis sustentatione satis probatur.

DECISIO MDCV.
De iureiurando.

RAuel. in d. Sabin. Iusiurandum defertur in rebus non grauibus ob probationes non satis plenas.

DECISIO MDCVI.
De vacatione.

PVteus in Salamantina præeminen. Dum Abbatia vacat antiqua, si vacans est ob seditiones, non potest Capitulum maius cum Abbate implere præscriptionem, resq. dicitur esse grauis cum de perpetuo iudicio, & præiudicio agitur.

DECISIO MDCVII.
De pacifico possessore.

FAbius in d. Salamantina portionis, Petrus, qui ex iure ante litem cœpit possessionem, non colliganti vitiosè lite pendente inter alios, dicitur pacificè possidere, quo ad alleg. Lap. Nam & attentatio, & spolium ab eo, aduersus quem fit, reuocari petendum est. Gomes. q. 11. & 41. de trieo. quæ tamen 41. q. falsa visa est. cap. absente, §. si hi contra quos, vt lite penden. in 6. Semel autem vitiosum, aut attentatum, semper dicitur id vitium durare, quoad eos, quibus tunc ius oritur, secus quoad non subrogatos.

DECISIO MDCVIII.
De derogatione.

PEregrinus in d. Toletana contra F. Pes. dictum in derogatione generali indultorum Cardinalium non contineri ordinarios, neque eum, qui reualidari suam iurauerat.

DECISIO MDCIX.
De obitus probatione.

RAuell. in d. Visum est non probare obitum in mense Octobris, cum vnus testis diceret, post festum Sancti Michaelis die secunda, alter mense Octobris, sed noctu, alius infra festum Sancti Michaelis.

DECISIO MDCX.
De restitutionis remedio.

PVteus in Vrbeuet. Restituendi sunt quocumque pacto titulus in profanis, & in Ecclesiasticis requiritur.

DECISIO MDCXI.
De cantoribus.

FAbius in Burgen. Possunt impediri, qui cantant in Capellis, si obstrepant cantibus in principali parte Ecclesiæ.

DECISIO MDCXII.
De extensione.

IDem in Abulen. Non potest Archiuium notas confectas extra vrbem extendere, aut publicare.

DECISIO MDCXIII.
De conferendi quasi possessione.

REoman. in d. Patauina. Si probetur quasi possessio conferendi à canonicis, licet non probaretur esse collegiatam Ecclesiam contra Ordinarium, satis est, concurrunt tamen multa signa collegiatæ.

DECISIO MDCXIV.
De renouatione.

THomas in d. Bonon. S. Bartholomæi, dubitatum est mutata Ecclesiæ forma, & per partes reædificata, an dicatur à fundamentis renouata.

DECISIO MDCXV.
De absolutione.

IN d. Cluen. Non licet absoluere ad beneplacitum pendente causa nullitatis sine commissione.

DECISIO MDCXVI.
De testibus.

IDem in Romana Casalis, duo testes de visu, duo de auditu, quòd Casale fuit in bonis testatoris, quorum duo erant propinqui plenè probant, sed per iusiurandum supplendum parte præsertim non opponente. Item testamento producto non opus est quærere, an cum illo testator decesserit.

DECISIO MDCXVII.
De Auditore.

IOannes Paulus in d. Zamoren. Ex commissione, vt procedat auditor tamquam ex executoribus datis in bulla, si quis contradicat, non licet decernere mandatum ingrediendi possessionem in præiudicium spolij.

DECISIO MDCXVIII.
De nullitate.

IDem in d. Tiburtina. Licet de nullitate sit ante omnia cognoscendum, si de ea non appareat, non debet iudicari sententiam validam, quoad cetera cognoscantur, quæ ad iustitiam pertinent.

DECISIO MDCXIX.
De spolio.

THomas in d. Columb. Licet probetur spolium, nisi de secundo extremo constet, aut nisi fuerint citati spoliatores, aut possessores, non potest præiudicari ad restituendum.

DECISIO MDCXX.
De Nuncij potestate.

IDem in d. Leodien. Potestas Nuncij Hungariæ non extenditur ad totam Germaniam, nisi cum Rege præsente, aut ipso solo in Germania constituto aliquid contrahatur, aliàs intra dictam.

DECISIO MDCXXI.
De testibus.

IDem in D. Bonon. Testes deponentes de testamenti serie, debent tot numero esse, quot requiruntur in testamento: cetera supplentur in articulo necessitatis.

DECISIO MDCXXII.
De regressu.

PRosper in d. Brixien. Iterum dubitatum est, cum in retentione beneficiorum, cum quis promouetur ad Cardinalatum, an debeat fieri mentio Concilij Lateranen. &c. ad regres. validandos. Et maior pars dixit, quòd debet.

DECISIO MDCXXIII.
De excep. non num. pecun.

IDem in d. Rom. relenanonis. Exceptio non numeratæ pecuniæ obijci potest, cum eodem contextu delegatio, & confessio mutui facta sit, quia eadem facultate præsumitur deceptus.

DECISIO MDCXXIV.
De sequestro.

IDem in d. Tiburtina. Decretum regressus non inficit possessionem quoad iudicem, nisi iustificatis narratis.

Ideo sequestrum non relaxandum, cum altera pars possessionem anteriorem continuatam cum titulo probauerit, licet commissio sit tamquam vnius exequutorum, vt in Zamoran. Ioan. Paulus.

DECISIO MDCXXV.

De monitorio.

IDem in d. Eluen. Monitorium cum clausula, si senserit, &c. est reintegrandum, vt procedatur ad declarationem, neque eodem tempore reintegrandum, & declarandum, quia intimatio requiritur.

DECISIO MDCXXVI.

De locatione.

RAoellen. in d. Illerd. Qui percepit fructus initio anni, licet in fine aliqui non sint percepti ante mortem locatoris, tenetur ad totum pretium, nisi probet in possessione non fuisse.

DECISIO MDCXXVII.

De valoris probatione.

IDem in d. Eloen. Probatio valoris similis in prouisionibus prædecess. non excusatur à regula de exprimédo valore; neque requiritur, quod ante & post probetur, sed decem annorum probandus, concessaq. est remissoria aduersus, &c. qui æstimat 200. vt probaretur de 250. licet superiores, & inferiores prouisiones essent similes, quia medio tempore bellum nocuerat.

DECISIO MDCXXVIII.

De tutore.

PVteus in d. Illerden. Non rectè aduersus tutorem testamétarium intenditur iudicium motum. Item mater tutrix debet suscipere administrationem à iudice.

DECISIO MDCXXIX.

De regressu.

FAbius in d. Tranen. Petebat quis se absolui à molestia illata ab eo, qui rectè prouisus fuerat, nisi ei obesset alterius regressus, dicebatur, teneri iustificare narrata, sed aut etiam patrem suum esse patronum. Et quoniam ex eo ad regressum obtinendum nihil irrepserat, permissum est, cum præsertim sine ea narratione, & tamen potuisset obtinere, & hodie posset alter expedire.

DECISIO MDCXXX.

De re iudicata.

PEregrinus in d. Giennen. Cum aliàs rem iudicatam, nisi constaret esse iniustam, exequi oportere diceretur, & cum valde esset vtriusque partis obscurum ius; dictum est, vt exequeretur cum cautione de restituendo vni ex tribus aduersarijs.

DECISIO MDCXXXI.

De procuratore.

REomanus in Rheodieo. duabus sententijs obiectũ, procuratorem substitutum a substituto post litem contestatam fuisse, & cum id fieri non licere, clarum esset. Sed cum aliud mandatum reperiretur, in quo is erat procurator ex mandato, ex aduerso sustinuit, licet ministri scripserint, latius referendo illud mandatum, in quo fuerat substitutus.

DECISIO MDCXXXII.

De caducitate.

IDem in d. Bonon. Caducitatis, non debet instrumentum rectè a filio conscriptum cum nota patris, in qua deerat dies, pretium confiteri, sed credendum ex alia nota descriptum. Videndum tamen, ac sit alia exceptio, ad quod speciales compulsoriæ dari non possint.

DECISIO MDCXXXIII.

De statuto.

RAuell. in d. Salamantina. Statutum loquens in cautiona in dubio intelligitur à procuratore, aut alio pro eo præstanda si eorum mentio fiat.

DECISIO MDCXXXIV.

De dilatione.

IDem in d. Turritana, dilationes procuratori generali dantur, cum nondum ius, aut noua persona interuenerunt, sed exequutio petitur, non dantur remissoria verò ad fructus liquidandos facilè conceditur; sed dubitatur, cum quis id, in quo obtinuerat sententias, petebat, an dilatio alteri daretur. Et dictum est dari, sed melius facti, si reuocatis per errorem procuratoris gestis, exequutio peteretur, neque videretur rei iudicatæ renunciatum.

DECISIO MDCXXXV.

De iureiurando.

IDem in d. Bononien. Iusiurandum, cum plus quàm semiplene est probatum, in supplementum deferri potest mulieri, & in graui quantitate. Nicol. 26. decis. 85. vbi plerisque.

DECISIO MDCXXXVI.

De remissoria.

IDem in Melphit. Remissoria dari potest vtrique parti ad fructus liquidandos. Put. in d. Ro. nullitatis. Obijciebantur vtrique variæ nullitates, & obiectiones tituli, quod quisque iuris, & c. iustum est concordari cognitio iure vtriusque partis.

DECISIO MDCXXXVII.

De iuramento calumniæ.

IDem in d. Paduana iniuriarum cum procurator repetit in alia petitione actoris allegationes superiores, non censetur repetisse petitionem iuramenti de calumnia a domino intentatam, duobus contradicentibus.

DECISIO MDCXXXVIII.

De relatione.

FAbius in d. Rom. cum Pontifex iubet alium, vt se informet, & referat, non tenetur partes citare. Cum verò ex relatione exequitur, tenetur; sed relata vera nouisse, is qui oppugnat, probare tenetur, præsertim cum possessionem petat.

DECISIO MDCXXXIX.

De regula de impetr.

IDem in d. Cæsaraugust. & Illerden. regula de impetran. certo modo extendit regu. de ann. & de subrogan. & loquitur de pacifico possessore, licet non annale.

DECISIO MDCXL.

De iure patronatus.

PEregrinus in Barchinonen. Ex centum annorum possessione iurispatronatus præsumitur titulus fundationis, nisi ad id tempus aliorum præsentationes locum habuerint. Nam non poterit immemorabilis possessio prodesse.

DECISIO MDCXLI.

De derogatione.

IDem in d. Taruisin. Licet in supplicatione mentio fiat derogationis indultorum Cardin. intelligitur de gratijs, vt vocant, pro venturis, hoc est, Cardin. vt Episcopia Cardin. conferantur concessis. Quod apparet ex coniunctione familiarium. Itaque supplicatio non continet Bullæ remittendæ. Neque obest, etiam si à nobis, &c.

DECISIO MDCXLII.

De re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. is à quo, de re iud. quo casu limitetur. cum decis. sequen.*

1 IDem in d. Giennen. l. is a quo. de re iudic. non † habet locum, cum quis contra plures obtinet rem iudicatam, in quibus est possessor, & vult vni cauere de restituendo, sed cap. suscita. de in integr. restitut. cum quis per iniustam restitutionem auditur ex iudicũ benignitate.

DECISIO MDCXLIII.

De eadem materia.

REomanus in d. Auinion. d. l. is à quo, non habet locũ in possessione vacante, neque in duobus interesse, nec

nec cum possessore collitigante: multò minus si vnus tantum agit contra depositarium, qui ius tertij objicit. Cui satis per cautionem consulitur, præsertim cum per sequestrum possideat. Vitandum itaque num in possessione fuerit ius aliquod cessum.

DECISIO MDCXLIV.

De iudice.

IOan. Paulus in d. Cæsaraugustana, iudex, qui ignorat se declaratum partibus quoque ignorantibus rectè pronunciat. Et vide alleg. Lap. 1.

DECISIO MDCXLV.

De subreptione.

THomas in d. Bon. concessio iuris patronatus, si narratum est sa Ecclesiam ædificaturum, & tamen erat ædificata, censetur subreptitia.

DECISIO MDCXLVI.

De testibus.

PRosper in Bononien. Ferri. testes deponentes de non solutione vectigalis, quorum maximè interest vectigal non esse, non faciunt fidem.

DECISIO MDCXLVII.

De spolio.

IN d. Corduben. licet probetur duos simul possidere, & alter eijciatur, & alter in possessione existat, rectè spolio agitur, nisi constet alium prius cepisse possessionem, & tenuisse.

DECISIO MDCXLVIII.

De litteris Clementis.

IOan. Paul. in d. Cæsaraug. Clementis litteræ, quæ innouando litteras Leonis, iubent post citationem procedi posse aduersus religionem, intelliguntur etiam non expectatis 10. diebus de quib. Leo scripserat. Itam recusatio friuola non requirit mentionem expressam, cum non admittitur: sed & si appelletur ob recusationem iudicis ad quem, debet sententia recusari, si iusta fuerit, confirmari.

DECISIO MDCXLIX.

De restitutione.

THomas in Lucen. deneganda est restitutio post quadriennium, nisi constet legitimè de impedimentis.

DECISIO MDCL.

De vacatione.

PRosper in d. Brixien. per promotionem ad Cardinalatum vacant beneficia maiora dignitatis, puta & parochiæ, vt per Abb. in c. Ecclesia, de elect. quidquid recentiores dixerint.

DECISIO MDCLI.

De regressu.

IN Hispalen. Ioannes ex causa retrocessionis consensit regressui, accessui, & ingressui Francisci, per cuius obitum impetrat Fer. is cedit in Gom. qui per obitum Ioan. impetrat, qui cessit in alium Ferdinandum, in cuius locum subrogatus est Didacus. Objicit Gom. Francisci regressum ex sola supplicatione non esse verificatum, & dictum est, quis accessus quoque esset, & tam prioris, &c. satis est ipsam cessionem Gom. ostendere cum consensu.

DECISIO MDCLII.

De obligatione.

IDem in Ro. vend. hæred. obligationi in forma Cameræ objici potest exceptio non traditionis, sed qui fatetur partem rei fuisse traditam, tenetur probare aliam non traditam.

DECISIO MDCLIII.

De Trebellianica.

IDem in Romana Casalis Trebellianica prohiberi potest expressè, ac tacitè etiam liberis primi gradus, sed per adiectionem in substitutione restitutionis omnium bonorum non censetur prohibita, licet si diceretur tota atque integra aliud dicendum esset alia in Centurio, Cortiun. consi. 16.

DECISIO MDCLIV.

De statuto Bononiæ.

RAuellen. in d. Bononien. statutum Bononien. vt aduersus instrumenta, non excedatur testibus supra certam quantitatem, non habebit locum in solutione facta Romæ, & habitatione.

DECISIO MDCLV.

De calumniosa remissoria.

PVteus in d. Granupol. remissoria calumniosa reijcienda est. Itaque contra probationes per tres sententias confirmatas, reiectus est qui non plenè fumum videbat.

DECISIO MDCLVI.

De pensione.

FAbius in d. Cæsaraug. Veritum est, num noceat successori pensio admissa ex causa cessionis tertij, si non constat cedentem ius illud obtinuisse, aut effectum habuisse.

DECISIO MDCLVII.

De appellatione.

PEregrin. in d. Giennen. si ob negligentiam partis ante præsentatam commissionem appellatio fuerit deserta, commissio nullam tribuit iurisdictionem, ex quo fit, vt nō dicatur renunciatum rei iudicatæ per iura producta admissa per iudicem appellationis, aut locus sit Clem. si appellationem.

DECISIO MDCLVIII.

De resignatione.

ROmana d. Terdon. Clem. regula, vt consensus præstiti, & in mandatis positi intra certum tempus extendantur, aliàs resignatio nulla esset: non tamen beneficium vacabat neque prohibebatur, quia Pontifex dispensare posset, & ex iussu eius extendi. Sed dubitabatur, num esset obreptum Principi, & fraus adhibita. Et cum id alijs iudici in litteris esset commissum, credendum est, recta eum fecisse.

DECISIO MDCLIX.

De intimatione.

RAuellen. in Astoricen. cum ad declarationem ob nō paritionem litterarum executorialium requiratur personalis intimatio, tamen quia hac de causa litigabat, vt ex executione apparet satis factum visum est, si in Ecclesia de qua agitur, & in cathedrali, & dum suæ publicatæ sunt litteræ, & affixæ.

DECISIO MDCLX.

De Archiuio.

PVteus in d. Britonor. scripturæ ex Archiuio productę debent esse publicæ, & recognitę, aut ex horis recognitis supradictæ: nisi inter subditos loco Archiuij agatur, nec creditur iudici, aut notario compulsori.

DECISIO MDCLXI.

De transactione.

IDem in Senen. transactione facta inter fratres & turpem personam ab alio fratre hæredem institutā conuenit, vt post mortem eius personæ bona fratris ad alios peruenirent: dubitabatur, an valeret transactio, quasi votum captandæ mortis esset, aut contra bonos mores, responsum est licere mihi de portione mea, quam cōfessus sum in die mortis transigere, Paris. cons. 26. volum. 1.

DECISIO MDCLXII.

De reuocatione.

IDem in d. Salaman. licuit collegiatæ, & agere, & interrumpere prescriptionem sine Abbate, cum vel negligens, vel collusor esse probetur, neque ius tertij prodest restitutionem petenti.

DECISIO MDCLXIII.

De gratia, quod si neutri.

PEregrin. in d. Tolet. contra Peschetam dictum, cum non constaret de contradictione Capituli intra sex menses, & in confesso esset ipsum possidere ex gratia, quod si neutri, post sex menses non obesse, quòd de consensu Capituli non constaret.

DE-

DECISIO MDCLXIV.
De iurisdictione.

IDem in d. Giennen. a maiori parte dictum est, nullam esse iurisdictionem iudicis ad quem, si ante præsentatam appellationem fuit appellatio deserta: confirmare tamen posse sententiam, & decernere desertam esse appellationem, nec videri auocatorium rescriptum, vt subreptio obesse possit, cum expiret Auditoris iurisdictio lata sententia, neque obesse cetera, quia cum appellatione committitur negocium principale, attenta nullitate, neque ad genus necessaria. Vide dec. Aegid. 100.

DECISIO MDCLXV.
De sequestro.

REomanos in dicta Auinionen. licet ad relaxationem sequestri, & ad traditionem depositi requireretur citatio eorum, qui tunc litigabant, tamen ex quadragiota annorum cautione præstita depositarijs satis erat cautum.

DECISIO MDCLXVI.
De iurepatronatus.

IDem in d. Placent. Clericus supprimi curauerat suum beneficium, & canonicatum creati ex bonis patrimonialibus ad dimidiam partem, cui Pontifex concessit, vt ipse, & hæredes, & primogeniti eorum præsentare possint: dictum est, iuspatronatus in donatione mixtum in præsentatione laicorum esse ex priuilegio. Videdum est, an id priuilegium pinguius esset, quam id cui derogari soleat.

DECISIO MDCLXVII.
De confirmatione.

IOan. Paul. in d. Cæsaraugustana. Clemens Pontifex confirmauit vetera decreta Pontificum in religiosis fauorem lata, potestatemq. concessit, vt quamuis iam esset procurator generalis Romæ, itam ab eo in castellanum amplius deriuatum est, vt quoad pœnas & censuras in ea expressas exequi possent, dubitatumq. de priuationis pœna. Et dictum est, quia in illis esset expressa possessio.

DECISIO MDCLXVIII.
De remissoria.

PRosper in d. Segobien. ratione mali exempli denegata est remissoria quibusdam religiosis tutis contra Abbatem Parezes.

DECISIO MDCLXIX.
De præscriptione.

IDem in d. Calaguritana, contra præscriptionem centum annorum, totidem annorum præscriptio obijci debet in decimis.

DECISIO MDCLXX.
De Concilio Lateranen.

IDem d. Sab. Sabinen. num Concilium Lateran. locum habeat in regressibus. Item in familiaribus tempore resignationis. Item in sex mensibus a pacifica possessione.

DECISIO MDCLXXI.
De obitus probatione.

RAuellen. in d. N. dubitabatur, an in Septembre, vel Octobre mensibus mortuus quis esset? Vnus testis dicebat post duos dies post festum sancti Michaelis, & ita reg. Octobr. alius circa festum sancti Michaelis, alius in mense Octobris noctu, alius se referebat ad litteras Cardinalis, quæ dicebant prima Octobris, & ita concordatis visum est mortuum esse prima Octobris de nocte, qua præcedit secundam.

DECISIO MDCLXXII.
De publicatione.

IOan. Paol. in Maioricen. non sufficit publicatio resignationis in alio loco, quam vbi est Ecclesia, vel in vicino illi, aut in ea regione, neque dubitatio capellani, aut possessio capta iuuant, nisi habuerit effectum cum continuatione.

DECISIO MDCLXXIII.
De antiquitate.

IDem in Vescen. Narratiuæ antiquæ creditur, aut sexaginta, aut 100. annorum, antiquam dicatur, præsertim si effectum est, quòd narratur per aduersarium fateri videatur. Namque impetrauerat quis emphyteosim post obitum alterius emphyteutæ, cuius locationi opponebat postea non esse acceptam emphyteusim.

DECISIO MDCLXXIV.
De clausula constituti.

IAcobus Puteus in Vrbeuetana, vtens clausula constituti, debet probare constituentem tunc possidere.

DECISIO MDCLXXV.
De acceptatione.

IDem in Vercellen. moritur quis quinta Octobr. nocte, fiunt funeralia sexta, acceptat expectans septima Nouemb. post mensem dicitur acceptasse, & post triginta in primam diem, a die notitiæ præsumptæ.

DECISIO MDCLXXVI.
De expensis.

THomas in Placen. non cogitur quis expensas non moderatas soluere.

DECISIO MDCLXXVII.
De vacatione.

FAbius in Oueten. vbi numerus non est certus clericorum, sed patrimoniales admittuntur, non est opus probare vacationem beneficij.

DECISIO MDCLXXVIII.
De acceptatione.

FAbius in d. Cæsaraugustana Cardinal. non habent tempus limitatum ad acceptandum, & facto dicuntur acceptare, & sobrogatio efficit, vt beneficium tamquam litigiosum non potuerit conferri.

DECISIO MDCLXXIX.
De paupertate.

PEregrinus in Hispal. filius diuitis non probat paupertatem ex eo, quòd filius est, vt fructus, & expensæ referuntur in fine litis, cum præstiterit cautionem.

DECISIO MDCLXXX.
De teste.

IDem in Placentin. testis absentatorius, qui habet similem aut eamdem causam, & aliàs fuit reiectus, est examinandus, saluis exceptionibus, & ad partem ponendum dum testimonium, in quo tamen diuisi fuimus.

DECISIO MDCLXXXI.
De articulis.

IDem in Veron. articuli qui obijciunt crimina eius, de cuius iure opponitur, sunt admittendi sine insertione obligationis, aut alterius extraordinariæ, neque est locus c. super his, de accus.

DECISIO MDCLXXXII.
De iurisdictione.

IDem in Giennen. valde difficilis articulus visus est, an habeat iurisdictionem iudex ad quem, cum ante commissionem fuit deserta appellatio, & postea fuerit processum, sed ante conclusionem oppositum de re iudicata: datæ tamen sunt litteræ executoriales cum cautione.

DECISIO MDCLXXXIII.
De præsentatione.

REomanus in d. Mediolan. probatum erat aliquos præsentasse, sed vt singulos, aut vniuersos ignorabat: testes dicebant ad vniuersos pertinere, obtinuerat quis a consulibus vniuersitatis, concessa est remissoria, vt probaret ad vniuersos pertinuisse, & ipsos concessisse consulibus, & in vltimo statu præsentasse, vt vniuersos, sed videndum tamen ex consuetudine esse iuspatronatus.

DECISIO MDCLXXXIV.
De censuris.

In

IN Aurien. causa commissa sine praeiudicio legitimae executionis super nullitate censurarum ob pensionem non solutam, potest cogi notarius transportare registrum.

DECISIO MDCLXXXV.
De reuocatione.

IDem in d. Leodien. reuocatio procuratorum debet intimari parti, antequam consensus praestetur, licet constet de reuocatione, & intimatione, si de tempore nō constet: nihil agitur, & praesertim cum instrumentum sit eiusdem diei.

DECISIO MDCLXXXVI.
De re iudicata.

PVteus in d. Caesaraug. post rem iudicatam, consultum est, si appareret quidquam amplius deberi, quam reseruatum erat, eius ratio haberetur.

DECISIO MDCLXXXVII.
De Archiuio.

IDem in d. Britunorien. Archiuium eius de cuius interesse agitur, non habet auctoritatem debitam.

DECISIO MDCLXXXVIII.
De iudicio.

THomas in Caurien. qui consenserit in iudicium, vt de aliqua re cognosceretur, non potest tamquam ob rem nouiter deductam dilationem petere, sed an ex subreptitia commissione consensisse dicatur. Videndum videtur num euocatoria commissio esset die seq.

DECISIO MDCLXXXIX.
De paupertate.

IDem in Lucen. paupertas, nisi maxima sit, propter quam impeditus fuit, ne impetraret restitutionem intra quadriennium: prodest tamen si constat de laesione, hoc est, de iure eius.

DECISIO MDCXC.
De sententia.

FAbius in dicta Romana de Palumbis, sententia pro Ambrosia, & Monasterio lata, & confirmata post transactionem Ambrosiae io aliud Monasterium eiusdem ordinis non inutilis est.

DECISIO MDCXCI.
De sequestro.

IDem in Racchonat. si lite pendente quis possessionem ingreditur, potest aduersarius petere vt possessio sequestretur.

DECISIO MDCXCII.
De matrimonio.

PRosper in Valētina, fuerat separatum matrimonium propter frigiditatem viri, & ante separationem ex famula vir liberos susceperat, ac postea cum eadem contraxit: dubitabatur num liberi legitimarentur, ac si matrimonium constitisset. Et de famula scientiae non obstare separationem dictum est.

DECISIO MDCXCIII.
De terminis.

PEregrinus in Vien. licet terminus ad dicendum contra iura producta malè seruatur, sed rectè seruatur terminus ad dicendum contra producta, nihil amplius quaerendum.

DECISIO MDCXCIV.
De remissoria.

REmanus in d. Parmien. remissoriae ad aliud iuspatrou, probandum, cum quis tempus immemorabile probauit, non dantur sine suspicione vsurpationis.

DECISIO MDCXCV.
De appellatione.

IN d. Hispal. si sententia transiuit in rem iudicatam ente subscriptionem, non est dandus locus appellationi, interloquutoriam subscribendi.

DECISIO MDCXCVI.
De exceptione.

IOan. Paulus in Placentina Salis, cum renunciatum est compulsarioni, non potest exceptio opponi, praesertim non liquide.

DECISIO MDCXCVII.
De consuetudine.

PRosper in d. Calaguritane, consuetudo praescriptione decem annorum tollitur, sed cum in alterius praeiudicium est praescriptio, cum id homines in legem coniungere nequeant.

DECISIO MDCXCVIII.
De citatione.

IN Gerunden. Ioannes quon. citatio A. & interesse putantibus, vel potius citatione impetrata decessit relicta procuratoribus, Ioannes Coroninus procurator citato Ioanne: dubitabatur, num posset absolui, responsum est decis. 402. in nou. approbatum a Petro contra Aegid. id permittere.

DECISIO MDCXCIX.
De attentatis.

IDem in d. Oxomen. denegata est ad probandum spolium attentatum, cum non constaret de lite, neque de titulis tempore possessionis, neque assertio communis successoris, qui narrat ad instantiam sufficit.

DECISIO MDCC.
De dilationibus.

RAnellen. in d. Oscen. non solent dari dilationes in materia exequutiua, sed ipso facto, cum executoriales sunt intimandae, item subrogatio.

DECISIO MDCCI.
De alienationis prohibitione.

PVteus in Rom. domus prohibita alienari, & in poenam relicta pleno iure ad proximum agnatum, non potest ab eodem proximo alienari.

DECISIO MDCCII.
De abdicatione.

FAbius in d. Bon. citari debuit potestas Ciuiten. cui praeiudicium fiebat in abdicatione Castri. licet quia communis est, informatio non necesse fit.

DECISIO MDCCIII.
De probatione.

PEregrinus in dicta Barchinonen. dubitādum est cum probatio praesentationis anterioris, quam ast eius, quae in memoriali dicitur probata, noceat titulus fundationis praesumptus, cum posset ex reaedificatione esse, aut ex successione: dicitur quod non, vltima Maij 1546. coram eodem.

DECISIO MDCCIV.
De possessione.

REmanus in d. Terdonen. si non constat de confirmatione possessionis per deputationem capellani, non acquiritur possessio.

DECISIO MDCCV.
De exequutione.

RAuellen. in dicta Bononien. Iudaeorum, condemnetus Simon, & executio commissa fuit in bonis mobilibus, & immobilibus proprijs, deinde in cōmunibus: volebat postea in communi domo exequi sententiam: dictum est, citandos alios Dominos, vt fieret exequutio, an alia bona essent.

DECISIO MDCCVI.
De haereditate.

PVteus in d. Parmen. Casalis, petijt Liuia se associari in omnibus bonis paternis, in quibus possessio propter decretum Placentiae, est continuata in haeredem: associata est in quattuor praedijs: deinde petijt, eo quia in parte bonorum perturbatur, vt committeretur, vt euocata possessione ea traderetur, & simpliciter, & tradita possessio Castri tantum, responsum est vigore decreti vltimo

loco

DECISIO MDVII.
De iure patronatus.

IDem in Militen. Sententiam inter patronos non nocet aduersario ad inspatron.

DECISIO MDVIII.
De spolio.

REomanus in d. Vassen. probabat quis se possedisse aliquot annos, ac postea capiam esse possessionem ab aduersario, de cuius continuatione non constabat, sed & post instrumētum fassus esset se possessorem; dictum est restitui non posse, sed stare debere a ducisatium in possessione, & sententiam in petitorio prosequendam cum sequestro.

DECISIO MDIX.
De confessione.

IDem in d. Romana melioramentorum, confessio facta coram Principe, potest reuocari constito de errore, neque error probatur ex ignorantia præsumpta, aut ex his rebus, quæ possunt confessis eo occurrere.

DECISIO MDX.
De conductore vectigalium.

IDem in Viterbien. Creditor in certa summa municipij conduxerat vectigalia in quinquennium, & in id tempus quo ad deductis trecentis in annos singulos pactia faceret, post annos tres locauit in id tempus, in quo ipse retinere poterat mille quingentos Calendis proximis soluendos, sed ea cum conditione, vt si in minori summa creditor esset, quod Calendis Ianuarij constare debebat, quod excederet, restitueretur locatori, at que idem creditor atque conductor municipij cum postea neque pecunia soluta esset, neque rationes redditæ municipij, & posterior conductor biennio vsus fructibus vectigalium, ac postea rationibus appareret ducenta reliqua esse in nomine municipij, petebat creditor illam summam ex eo quod erat reliquum: replicabatur, statim esse magna ex parte restituendam, cum maioris summæ esset creditor. Triplicatum est in conuentione de ea summa sensisse, quæ ab initio debebatur. Nobis contra visum est, quia non erat credendum ob duorum annorum lucrum, conductorem voluisse tantam pecuniam soluere; sed propter facti obscuritatem empliatum est.

DECISIO MDXI.
De monitione.

IOan. Paulus in d. Cæsaraugustana. Cum ad priuationem ob non solutionem vigore statutorum religionis requirantur tres monitiones, ac duæ in personam eius factæ constiterent, de tertia dubitatum est, quod bis in circa fuerat quæsitus neque repertus. Item eius coloni, item & de voius constabat nuncio factis: non visum est statuto satisfactum.

DECISIO MDXII.
De statuto.

IDem in Bononien. Cor. Bentiuolij, genere Bononiensis. Sed propter maius crimen exsul, vel potius absens citatus fuerat ex vi statuti Bon. & rescripti per edicta. Dictum est vtrique rei non esse locum. Nam in rescripto narratum erat esse Bononien. & domiciliū & bona habere, & statutum in lite ratione bonorum procederet etiam si is non erat, nec ipse domum haberet, sed prædia rustica.

DECISIO MDXIII.
De mandato.

IN d. Iacen. Mandatum ad resignandum simpliciter, aut ad permutandum in fauorem personæ procuratori bene visæ coram Vicario secunda permutatione sustinetur.

DECISIO MDXIV.
De acceptatione.

IDem in Leodien. supplicationis coadiutoriæ sumptus efficit vt præsumatur acceptasse in vita. Item quando est appellatum nec constat de processu potest procedi vt in prima, si in cōmissione est, quam & quas, vel cum toto negocio.

DECISIO MDXV.
De acceptatione.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium ignorans an habeatur pro monito.*

DEcimanona Februarij Ioannes Paulus in d. Cæsaraugustana. Dubitatum est, an 1 ille, qui videbatur non scuisse se moueri, haberetur pro monito? Et diuisi fuimus, cum non constaret monitionis exemplum relictum.

DECISIO MDXVI.
De pensione super pluribus beneficijs.

IDem in Panot. Pensio erat imposita quinquaginta in pluribus beneficijs, mortuo grauato beneficia diuisa sunt, iniquum erat, pro numero beneficiorum pensionem diuidere, sed pro æstimatione singulorum. Nō igitur potuit vous, qui vnum obtinet, licet pingue declarari ob non solutionem non facta æstimatione.

DECISIO MDXVII.
De inhibitione.

THomas in Brixien. Inhibitio post tres ex qualicumque commissione efficit vt attentata dicantur quæ postea fiant, licet parti non iuridice fuerit inhibitum.

DECISIO MDXVIII.
De statuto Bonon.

IDem in d. Bononien. Statutum B. permittens damnatis testari iuxta illud statutum, refertur ad omnes partes illius statuti, in quibus illa forma est, vt secundum ius commune habiles testari possent contra solum Puteum.

DECISIO MDXIX.
De locatione.

PRosper in d. Compostell. Variatum est, an censeretur facta locatio nomine eius, cuius referat, an eius cuius fructus debentur.

DECISIO MDXX.
De absolutoria.

IN d. Leodien. Cum in secunda instantia non constet de prima sententia, & processus, & nihil fuerit deductum pro victore, non potest ferri absolutoria, nisi in commissione fit, quam & quas, aut procedat vt in prima, licet sit cum negocio principali, quia intelligitur de negocio appellationis.

DECISIO MDXXI.
De calumnia.

IDem in d. Vlixbonen. Cum constaret Sempronium fuisse citatum ad Titij requisitionem ex mandato. Item Martium assertum procuratorem ante multo mēses tunc discessisse, nulla suspicio est calumniæ, quin Sēpronius liberari possit hac lite. Itaque absoluendus est ab instantia, quamuis 12. Februarij contra.

DECISIO MDXXII.
De citatione.

IDem in Eluen. Ex monitorio decreto contra intrusos, & fructuum, & possessionis occupatores, moniti fuerant aliqui sacerdotes, vt deseruirent nomine Episcopi Eluensis: ipsi dixerunt se nolle, dictum est non posse declarari, cum neque possessio, neque fructus detinentur: dubitatum tamen est de eo cuius nomine seruiebant. Sed quia neque personaliter monitus & decretum erat cum clausula, si senserit, magis placuit vt censeretur esse citatus, & termini conseruarentur in negocio principali.

DECISIO MDXXIII.
De confessione.

PVteus in d. Parm. Casalis. Confessio procuratoris non constito de errore ratificata facto ipso, non potest reuocari. Sed dubitatum est, an censeretur dominus omnium qualitatum certior factus.

DECI-

DECISIO MDXXIV.
De matrimonio.

FAbianus in d. Vicentin. dubitabatur, an in sententia lata super matrimonio deberet filius nominari legitimus. Et qualis erat mota super transactionibus mulieris, quæ dicebat se vxorem, & illum filium, concessum, vt nominaretur.

DECISIO MDXXV.
De lite.

PEregrinus in Gebennen. Dubitabatur de quis vellet litem mouere in Prouincia, qui Romæ litigabat, volebat ad eam tem vti instrumentis hic productis; dictũ est, vt darentur cum cautione non vtendi eis duranta lite in alio iudicio.

DECISIO MDXXVI.
De familiaribus.

IDem in Caleraten. Inter familiares descriptos præfertur præsens absenti. Sed Doctor absens eis præfertur; Is autem gradus non probatur instrumento, quòd testibus caret, licet haberet Doctores examinis.

DECISIO MDXXVII.
De compromisso.

REomanus in Hispalen. petebatur pęna decem à fisco, quia contradictum fuerat laudo ab vno qui absens fuerat, licet vocem alteri reliquisset, de cuius nomine absentis apparebat. Item fuerat appellatum ante confirmationem Sedis Apostolicæ in dubio contra fiscum.

DECISIO MDXXVIII.
De citatione.

RAuell. in Aurien. Citatio concepta in personam alicuius, & Titij procuratoris, valet, licet ignoraretur exequutio, in quem facta sit, si constet esse exequutum. Item substituens censetur acceptare.

DECISIO MDXXIX.
De locatione.

IDem in d. Illerden. Locatio facta in triennio sub certa conditione, quæ non est suo tempore adimpleta, si possessio & fructus capti sunt duorum annorum, in 3. censetur etiam ab eis percepisse, nisi probetur protestatum esse, aut prob bitum.

DECISIO MDXXX.
De ratificatione.

PVteus in d. Parmen. Variatum est, num ratificatio in ipsa facta censeatur cum omnibus qualitatibus.

DECISIO MDXXXI.
De iuramento calumniæ.

IDem in d. Paduana, Gun. Officium, quòd velo leuato procedat, non excludit quem iurare debere de calumnia, si petatur.

DECISIO MDXXXII.
De diuisione.

IDem in d. Cæsarauguſtana. Religionis rectè probata diuisione, communio debet dilucidè probari.

DECISIO MDXXXIII.
De lite.

SVMMARIVM.

1 *Lis per quem actum dicatur.*

FAbius in d. Legionen. & Tamoran. Subrogatio in lite in impetratione facta per obitum effici, vt licet defunctus tantum citauerit literis non expeditis cum
1 clausula consueta, censeatur lis, licet non constet de mandato eius, qui exequutus est. Neque regula de subrogat. loquatur in subrogatione gratiosa, &c. sed colitigantis aduersarij.

DECISIO MDXXXIV.
De excessu vltra dimidiam.

REomanus in Conchen. Non probatur excessus vltra dimidiam ex articulis aduersarij, in quibus ipse dicit plus vel minus, vt per testes declarabitur, qui tamē id dicunt, &c. Sed si probatur Cassad. dec. 18. de empt. esset seruanda contra communem, neque iureiurando, neque scientia releuante.

DECISIO MDXXXV.
De correctione.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. licet, C. de præscript. 30. vel 40. annor. dicetur hodie correcta per cap. vltim. de præscript.*

1 IDem in d. Auinion. † l. licet, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, est correcta per c. vltimum, de præscript. & Rota tenere solet, in quo Bart. & ceteri variant, vt refert Bald. de præscript. 2. par. q. 13. Itaque non potest obijci triginta aut quadraginta annorum præscriptio, si constet de actione & debito præsertim à 3. cuius non est, vt decis. Tolosan. 74.

DECISIO MDXXXVI.
De mutatione status.

IDem in Paduana, non censetur status eius, quem non constat ex eo capite fuisse sortitum effectum, ita sit, vt qui impetrauit ex ordinaria, vel Apostolica auctoritate, & postea noua prouisione vsus est, non rectè probet, statum ex ordinaria tantum.

DECISIO MDXXXVII.
De statuto.

IOan. Paulus in Hispalen. statutum Hispalen. de reijciendis & reconciliatorum libris, intelligitur de reconciliatis ob hæresim, non ob suspicionem, præsertim sine pęnitentia publica, sed & dispensatio abstergit omnem maculam.

DECISIO MDXXXVIII.
De Auditoris potestate.

IDem in d. Panorm. Non potuit Auditor super validitate & executione procedere, licet vtrumque committere coniunctim & diuisim, nisi constaret iuxta impositum.

DECISIO MDXXXIX.
De remissoria.

THomas in d. Romana legati, reiecta est petitio remissoriæ non releuantis, quoniam constabat, rem quæ petebatur, solutam saltem ex parte, quæ sola debebatur. Item à filia esse legatum renunciatum, & propterea, quæ aliàs dicta sunt non releuant.

DECISIO MDXL.
De regula de publican.

PRosper in Leodien. regula de publican. Requirit & possessionem & continuationem, neque sufficit litem mouisse.

DECISIO MDXLI.
De sententia exequenda.

IN Romana centum florenorum, licet sententia exequi cęperit, tamen si dubitaretur à iudice de eius iustitia, non est in totum exequenda. Cum itaque appareret Aud. C. in mille condemnasse, postea calculatores in Rota electi ducenta deberi dixerunt, licet inchoata sit exequutio, in mille relaxari.

DECISIO MDXLII.
De probatione primi extremi.

IDem in Oxomen. Non visum est primum extremum probari per vnum tantem de visu, qui erat suspectus propter aliam litem cum aduersario, & alium de auditu, quoad reputationem, & de visu in Ecclesia, & duobus de auditu per literas, &c. Item qui videtur articulos, non sunt reijciendi.

DECISIO MDXLIII.
De derogatione.

IOan. Paulus in d. Cæsarauguſtan. Vltimum statutum religionis propter generale prooemium derogat cetera etiam in vacanti & mortuario, licet in ea mentio fiat de debitis post adeptam possessionem contractis.

DECISIO MDXLIV.
De electione exequutoris.

Pp Idem

IDem in Augustan. Variatum est, num qui exequutorem elegerat nominationis Imperialis, cum in ipsa nominatione alius esset exequutor ex rescripto Poot. facere potuisset, quod licat ad Imp. dirigeretur, tamen nominatis potestas dabatur.

DECISIO MDXLV.

De cessione attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Aqua vt citius curreret ad inferius molendinum, si aliquid sit fabricatum, est remouendum.*

THomas in Tiburtina. Dubitabatur, *num qui cesserat attentatis, teneretur restituere hac damna ex riuo priuata?* Nam machina quædam molendinaria ab inferiore dicebatur ædificata: altera est à superiore vicino. Et lite inchoata sepem fecerat superiori, quod aqua citius flueret, atque ita ad eamdem machinam multitudo côcurrebat, quia prior aqua vtebatur, etsi inferiori impe-
1 dimento esset. Responsum est, † sepem subuertendam esse, etsi ea sublata aqua nihilominus flueret in machinā, ita quòd similiter multitudo concurreret, alter conqueri non posset, cum alter suo iure esset vsus, sed si sublata sepe aqua consisteret, est damnum resarciendum.

DECISIO MDXLVI.

De publicatione.

PRosper in N. decreta remissoria, si testes hic examinandi sunt. Idem in d. Leodien. Non tenetur ad publicationem acceptationum, qui intra tempus trium mensium constitutū nouit expectatiuas reuocatas. Quia regula, quæ id cogit facere durantibus expectatiuis, durat in Pontif. mortuo, ait in Col. Vbald. in tract. de success. ab intestato, par. 2. vers. tertio principaliter, num. 15.

DECISIO MDXLVII.

De filio notho.

IDem in Regien. Sacerdos octogenarius filium nothū hæredem instituit in codicillis, in quibus ita scriptum erat: *Theseo filio sua legitima & naturali legauit.* Item: *Thesia matri Thesei decem.* Quærebatur *si neque testatoris filius probaretur, neque eius legitimus & naturalis, an esset credendum, illum fuisse suum filium?* Et dictum est, quod sic, quia ex coniectura personarum credendum demonstrationis causa fuisse, & quem filij loco amabat, filium appellasse, eumdemq. legitimum, & naturalem, qui esset ex viro & vxore.

DECISIO MDXLVIII.

De decreto.

PVteus in d. Parmen. Visum est minus subtili ratione de magna hæreditate contendi. *Vtrum decreto vti posset, quo pacto alter vsus esset, &c.* Cum de vtriusque partis iniustitia dubitaretur, visum, vt concordia tractaretur.

DECISIO MDXLIX.

De calumnia.

FAbius in d. Oxomen. Quis sub conditione acceptauit, sed postea litem subsituit, & post sententiam retinuit possessionem. Dictum est, vt si sciens id fecit, videatur quo iure alter vsus fuerat, cum de calumnia sit dubitandum.

DECISIO MDL.

De negligentia.

IDem in Tarden. Si non motu proprio dicitur, cum (sicut accepimus) potest de obreptione dici, & cum illic sit negligentia notarij: Dictum est factum esse, quo minus consensus in libris Cameræ scriberetur, ac postea appareret partis negligentia, quæ recognosci neglexit mandata. Remissum est ad expeditores, vt recognoscerent, omnia rectè constare.

DECISIO MDLI.

De fraude.

RAuell. in d. Rom. Côstat de non fraude resignantis, si probatum est de matrimonio egisse eo tempore.

DECISIO MDLII.

De sententia.

IDem in d. Cæsaraugustana, sostinetur sententia quoad videatur de iure claro & liquido aduersarij, quòd in alijs alioqoin factum est.

DECISIO MDLIII.

De dispensationa.

IDem in Oueten. Aluarus solus Oueten. Dicebatur dispensatus propter illegitimitatem ob Sebast. in Legion. sede vacante de licentia Oueten. & Capituli, qui postea triginta annis clericus æstimatus est. Dicebatur illa non teneri demonstrare. Sed quia fatebatur in quibusdam rescriptis cum eo auctoritate Apostolica dispensatum, & postea cepisse ordinem, reiectæ sunt priores litteræ.

DECISIO MDLIV.

De priuilegijs.

FAbius in Abulen. Priuilegia quoad personarum qualitates inspiciuntur tempore datæ: sed in casu eorum quoad deligandum, ac cetera monitoria tempore vacationis secus est, reprobando cons. Gem. 113. & Gem. in c. statutum, in fine, de rescript. in 6.

DECISIO MDLV.

De possessione.

IDem in d. Conchen. Iterum tentum est, violentam possessionem excludi ab alleg. Lap. & regola de annali & trien. Cassador. decis. 5. de restitut. spoliat. neque est legitimè probatum, si modicus excessus possit subuertere probationem.

DECISIO MDLVI.

Da fructibus.

PEregrinus in d. Conchen. Vnus ex socijs suo nomine & sociorum conduxit fructus, si non probatur alios socios habere, eosq. præsentes, qui per se tractent ea negotia, potest idem petere insolidum omnia. Ias. l. si vnus, de pact.

DECISIO MDLVII.

De protocollo.

DEcanus de Romana transumpti. Licet credatur, cogi posse partem per notarium, qui perdidit protocollum, vt exhibeat instrumentum, quod ei dedit, tamen cum diceretur quis duo testamenta fecisse, & posterius detineretur à parte, petebatur prius ex actis notarij defuncti transcribi, quod tamen magna ex parte à testatore cancellatum erat, licet à notario subscriptum. Dictum est, quod fidem non faceret non esse transcribendum, sed cum litteris confirmari potest sententia.

DECISIO MDLVIII.

De dotatione.

THomes, æqualitas inter filias non est de necessitate seruanda. Item pater, qui dotat computando legatum certum, non videtur ex bonis proprijs dotare, licet aliàs contra Paris. cons. 30. vol. 3.

DECISIO MDLIX.

De appellatione.

IDem in Bonon. Si dicatur in sententia bene prouocatum & reclamatum, licet non constet de appellatione in scriptis, sustinetur sententia. Item satis constat de absentia eius, qui scriptum fecit alibi, neque post illud scriptum præsens fuit.

DECISIO MDLX.

De vitio spolij.

IDem in Lucen. Si Episcopus successor vtatur his rebus, quibus de iure communi vti potest, non successit in vitio, neque danda est restitutio, nisi à die præsentationis exequutorialium lapsum sit quadriennium.

DECISIO MDLXI.

De beneficio.

Fabius

Fabius in d. Gerunden. Licet Ecclesia collegiata sit in diœcesi non tamen, qui expectat beneficium in diœc. potest acceptare illic.

DECISIO MDLXII.

De gratijs.

Idem in Abulen. Insolitæ gratiæ in arcæ collatæ à Clemente reuocatæ fuerant. Sed quid si velit quis vti altera parte non insolita, dubitandum est.

DECISIO MDLXIII.

De mandato possessorio.

Peregrinus in d. Romana terreni petebatur mandatum, vt teneretur in possessione is, à quo fuerat auocata per iudicem, & relaxata in fauorem aduersarij, neque ab ea capta. Et quia ille fuerat perperam missus, negatum est, sed iussum est, vt sequestretur, nisi constaret de possessorio iure alterius.

DECISIO MDLXIV.

De procuratore.

Romanus in Panen. Licet Cassad. dicat dec. 2. de appell. per litis & causæ cessionem reuocatum censeri procuratorem, dubitatum est circa fructus, & expensas, cum possit condemnari, an appellare possit. Et variatum. Agebatur autem non de cessione litis in aduersarium, sed in alium qui litem sustinebat.

DECISIO MDLXV.

De mandato de manutenendo.

In Placentin. Commissum fuerat, vt mandaretur iudicibus, qui erant in possessione, quibus fuerat inhibitum, vt in possessione consisterent. Querebatur, cum statim nulla re verificata posset mandari. Responsum est, videri mandatum de manutenendo concedi nulla re verificata, & posse id fieri, cum nullum esset præiudicium, & in commissione, neque constito, neque prout iuris esset.

DECISIO MDLXVI.

De statuto.

Ioan. Paulus in d. Tiburtina obijciens statutum litis decisorium, vt puta, ne post annum dicatur de nullitate, non tenetur recipere litis ordinatorium: at certè modo esse procedendum.

DECISIO MDLXVII.

De terminis.

Idem in d. Troiana. Termini cuiusli esse dicebantur, & testes deponere terminos fuisse positos vt in inuentario: Quærebatur, *num vulgari scriptura esset standum, quia laicus inter monachos & monsales iussit, & illos descripserat?* Dictum est non esse credendum, sed quatenus testes ad id se referant, videndum.

DECISIO MDLXVIII.

De calumnia.

Idem in Lucen. Licet remissoria ad spolium rato concedatur, vt Cassador. notat decis. 23. de dilat. tamen non excluditur suspicio calumniæ, vt in Episcopo successore, qui vsus est ordinaria iurisdictione, in qua prædecessor tamquam spoliator erat damnatus, sed exequuta sententia.

DECISIO MDLXIX.

De testamento capite damnati.

Thomas in d. Bononien. Testamentum conditum fuerat inter carceres, cum intra duas horas esset capite multandus, qui fratrem occiderat, quia statuto Bononien. continetur, vt damnati possint testari secundum formam statutorum. Obijciebatur, quod neque coram Sacerdote parochiano, neque cum alijs sollemnitatibus, quas angustia temporis, & loci, item ios appatitorum excesserat, de quibus constabat, data est huic testamento fides.

DECISIO MDLXX.

De regressu.

Idem in Calagurritana. Licet quis habebat regressum, cui renunciauit, aut vti non potuit, non impeditur ordinarius prouidere, & vbi requiritur Capituli consensus in collatione, sufficit si in possessione adhibeatur antequam ius alteri quæratur.

DECISIO MDLXXI.

De Cardinalibus.

Prosper in d. Brixien. Concilio Lateran. Prohibentur Cardinales habere beneficia minoris ducentorum, quo excipiebantur regressus, sed vt interpretatum est eorum, qui in eo sacerdotio erant. Nam hodie habere non possunt. Sed quæsitum est, cum Gambara obtinuisset ante promotionem, & in promotione retentio fuisset concessa. Nec obest Concilij exemplum, quòd generalis retentio sufficeret, & ampliatum est.

DECISIO MDLXXII.

De possessore quadragenario.

In Burgen. Vacante patrimoniali beneficio quadragenarius, & baccalarios se opposuerunt, & cum ab interlocutoria appellatum, & causa commissa, ac iudici inhibitum, ac post vtrinsque iudicis sententiam confirmaret, possessorem quadragenarium esse, Quærebatur, num possessio esse sequestranda, vtpote lite pendente acquisita? Dubitationem faciebat, quòd [illegible] possessor non fuisset, quod ex petitione suspicabatur. Sed quia aperta est via ad ostendendum, visum, vt de iure vtriusque patris cognosceretur.

DECISIO MDLXXIII.

De conditione, si sine filijs.

Idem in d. Romana, ex multis coniecturis colligitur, & ex verbis testamenti, quòd pronepos, qui tamen in conditione si nepos sine filijs decessisset, fuit positus, institutus à testatore videbatur. Ab omnibus acceptatum est, vt neque positi in conditione vocati censerentur, neque potuerit fundus alienari, nisi in Legitima & Trebellianica fortasse, vt in 12. Febr.

DECISIO MDLXXIV.

De procuratore.

Rauellen. in N. dubitatum est, num procurator effectus dominus litis possit substituere, non facta mentione, quod esset dominus. Et variatum est.

DECISIO MDLXXV.

De confessione.

Puteus in d. Oueten. Canonicatus. Cum antea damnatus esset Aluarus Solis propter confessiones, quibos dicebat secum auctoritate Apostolica dispensatum, neque ab Ordinario promotum, constito, quòd eodem tempore cum errore correxerat, fides adhibita est litteris clericatus.

DECISIO MDLXXVI.

De præscriptione.

Idem in d. Salamant. Si de Abbatia contentio fuit & seditiosa, ita vt nemo possideret non currit præscriptio.

DECISIO MDLXXVII.

De pacifico possessore.

Fabius in d. Salamantina. Variatum est, *num, quia ingressus fuerat possessionem, dum lis non esset finita ex iure ante litem resignationis, & detentione vtcumq. restitutum resignanti diceretur esse pacificus, & tius triennalis possessio a successore allegetur.*

DECISIO MDLXXVIII.

De sequestro.

Peregrini in d. Romana terreni horti, vt non sequestretur possessio, procurator confessus est se possidere; dictum est non sufficere, quia reuocari possit, sed ostendendum alio pacto.

DECISIO MDLXXIX.

De spolio.

Romanus in Cesenaten. Trib. sententijs à Nicolao Vbaldino, & Potestate Anconitano optimis iudicibus latis, fuerat iudicatum, vt duo fratres pro spolio Maluetiorum à fratre illorum illato, duo millia solue-

rent, fratres dicebant se neque hæredes, neque tam magnæ summæ detentores, quod per separationem fieri optabant, exclusi sunt, quia probatur fratres bona habuisse post diuisionem viuo fratre factam, & licet appellarentur hæredes, seu bonorum detentores, insolidum erant damnati 12. Martij 1546.

DECISIO MDLXXX.

De cautione.

SAlamantina, non tenetur quis præstare cautionem, nisi petatur.

DECISIO MDLXXXI.

De possessorio.

IDem in d. Patauin. Licet iudicium denegatio videatur esse spolium, tamen agere potest retinendæ, qui adiudicium vanit, & si dari potest mandatum tenendi in possessiona ciuili quę animo retinetur, c. querelam, de restit. spoliat. Dec. c. Tolos. c. vno, repugnante Puteo.

DECISIO MDLXXXII.

De incola.

IDem in d. est in Tarraconen. Vt Vicarius Episcopi esset incola.

DECISIO MDLXXXIII.

De mandato de prouidendo.

PVteus in Vrgellen. Mandatum de prouidendo cum decreto irritanti, non ligat Pontificis manus ante acceptationem.

DECISIO MDLXXXIV.

De actore contraria allegante.

IDem in Messan. Actor nonnumquam contraria dicens auditur, vt cum de statu dubio alicuius agitur. Itaque, qui petit testamento tutorem dari, non videtur in omnibus testamentum reprobare.

DECISIO MDCLXXXV.

De nullitate.

IDem in d. Romana dotis, seu nullitatis, cum præfixus est à statuto terminus, infra quem dici potest de nullitate, aliàs lis & causa perempta est, & is nullatenus audiatur, non potest ex eodem statuto de nullitate dici, licet nisi terminus præfigeretur, posset.

DECISIO MDLXXXVI.

De subreptione.

FAbius in d. Bonon. Castilionum fuerat impositum silentium super possessiona, quia tradita fuerat, & cũ de fructibus cõtenderetur, impetratum fuit rescriptum, vt prius de proprietate cognosceretur; dubitatum fuit, an esset subreptitium, quia non narrabat quot annis ex spolio sumpsisset, sed id non obesse dictum fuit, cum Princeps ignorasset fructus deberi, &c.

DECISIO MDLXXXVII.

De exequutione sententiæ.

IDem in Astoricen. Sententia lata pro Capitulo contra A. qui ante litem in B. resignauerat, & postea tamquã procurator possederat, non potest exequutioni mandari. Contra C. quia D. resignatario B. obtinuit possessionem, quia res inter alios acta alijs non nocet.

DECISIO MDLXXXVIII.

De coadiutore.

PEregrinus in Toletana canonicatus in coadiutoria, cum clausula, & si non exercuerit. Item cum quomodocumque vacet, non requiritur consensus eius, qui datur in coadiutorem, & potest post mortem acceptari, licet mandatum fuerit conditionale, vt non aliàs pensio, & resignatio imponi possit, nam id impetratum est: videndum, cum non obsit huic prouisioni indultum.

DECISIO MDLXXXIX.

De cessione.

REmanus in d. Auinonen. Cessio sine causa non valet, sed cum ex causa donationis absenti fit, requiritur ratificatio antequam fuerit reuocata. Paris. conf. 77. vol. 2. tamen non ex obligatione generali reuocata censetur. Item an potuit per obitum cedentis ratificari.

DECISIO MDXC.

De lapsu fatalium.

IDem in d. Cæsaraugustana, sententia nulla excusat à lapsu fatalium, si pro appellante esset subscribenda, nequa iudicium criminale obsuit in eo qui succubuit, & postea est prosequuta.

DECISIO MDXCI.

De consensu.

IDem in Militen. Non solum, qui fideiussit pro enictione, sed qui promisit relauare indemnem fideiussorem, censetur consentire alienationi si sciens fecit.

DECISIO MDXCII.

De decimis.

THan. in Vrbenet. Decimæ de iure Parochiano debentur, nisi probetur ab immemorabili tempore per alios perceptas.

DECISIO MDXCIII.

De collega.

IDem in dicta Cæsaraugustana, si iudex dicat se de consil. aliquid male fecisse, non debent collegæ plecti, nisi constet eos consilium dedisse, neque notarij assertioni statur.

DECISIO MDXCIV.

De legitimatione.

PRosper in Regien. Qui petit legitimari aliquem vt filium suum, censetur postea cum ei in testamento legat, & filium appellat, ea conditione donasse, sed contrarium apparet.

DECISIO MDXCV.

De executorialibus.

IN d. Romana seu Florentina permissum est, vt contra mercatores citato procuratore domino litis executoriales dentur extra curiam, cum sententia iudicis, & calculatoris concordare videatur, & fuerit exequutio in Vrbe incepta.

DECISIO MDXCVI.

De possessore bonæ fidei.

IOan. Paulus in d. Forliuien. Possessor bonæ fidei, qui res subiectas fideicommisso alienat, tenetur ad pretium si in rem suam vertit, aliàs nullam.

DECISIO MDXCVII.

De forma.

IDem in vna Augusten. Princeps dando formam nominati per se, vt exequatur nominato, non tollit aliam rationem exequendi, quam Pontifex omnibus nominatis per eum dedit.

DECISIO MDXCVIII.

De concordia.

THomas in Rauen. Vallium, concordia, quæ cum duabus partibus, & tribus erat facienda, non sufficit si cum maiori parte probetur facta.

DECISIO MDXCIX.

De Nuncio.

IDem in d. Leodien. Potestas data Nuncio in Vngaria, in Bohemia, & extensa in terris Ferdinandi Regis, & vbi Rex fuerit, & in Germaniam, nisi cum Rex, & Nuncius in ea fuerint.

DECISIO MDC.

De remissoria.

PRosper in Vercellen. Concessa est remissoria contra Capitulum ad probandum pecuniam fabricæ apud quosdam canonicos remansisse.

DECISIO MDCI.

De mora.

IDem in d. Senen. Nemo dicitur esse in mora, qui interpellatus non est, & ignorantia pupilli non prodest, ad lucrum.

DE-

DECISIO MDCII.
De regressu.

IDem in d. Brixien. Variatum est cum Concilio Lateranen. quo prohibetur commendari Cardinali beneficia 200. prohibentur regressus, quos ante promotionem habebant, & tunc eum ceteris fuerant vacare declarati, sine declaratione consilij dubitationem fecit de his 331. in nou.

DECISIO MDCIII.
De attentatis.

IN d.Oxomen. Petebat remissoriam super spolio attentato sine titulo possessionis, dicebatur constare litem nullam fuisse à spoliatore aote contractum motã, quia commissio nomine spoliatoris per cursorem præsentata,& citatio per affixionem procuratorem petita; spolij verò probationem, quia de statuto tempore possessionis non constabat neque de extremo effect satis coniecturæ: itaque denegandam.

DECISIO MDCIV.
De probationa intrusionis.

IDem in Sabin.Intrusio per duos testes ex publica voce,& fama,quorum alter erat viginti aonorum,ex litis sustentatione satis probatur.

DECISIO MDCV.
De iureiurando.

RAuel. in d. Sabin. Iusiurandum defertur in rebus non grauibus ob probationes non satis plenas.

DECISIO MDCVI.
De vacatione.

PVteus io Salamantina præeminen.Dom Abbatia vacat anòqua,si vacans est ob seditiones, non potest Capitulum maios cum Abbate implere præscriptionem, resq. dicitur esse grauis cum de perpetuo iudicio, & præiudicio agitur.

DECISIO MDCVII.
De pacifico possessore.

FAbius in d.Salamantina portionis, Petrus, qui ex iure ante litem cœpit possessionem, non colligaoti vitiosè lite pendente inter alios, dicitur pacificè possidere, quo ad alleg.Lap.Nam & attentato, & spolium ab eo, aduersus quem fit,reuocari petendum est. Gomes.q.11. & 41.de trien. quæ tamen 41.q.falsa visa est. cap. absente, §.si hi contra quos,vt lite penden.in 6. Semel autem vitiosum,aut attentatum, semper dicitur id vitium durare, quoad eos, quibus tunc ius oritur, secus quoad non subrogatos.

DECISIO MDCVIII.
De derogatione.

PEregrinus in d.Tolatana contra F.Pes.dictum in derogatione generali indultorum Cardinalium non continari ordinarios, neque eum, qui reualidari suam iurauerat.

DECISIO MDCIX.
De obitus probatione.

RAoell.in d.Visum est non probare obitum in mense Octobris,cum vnos testis diceret,post festum Sancti Michaelis die secunda, alter mense Octobris,sed ooctu, alius infra festum Sancti Michaelis.

DECISIO MDCX.
De restitutionis remedio.

PVteus in Vrbeuet. Restituendi sunt quocumque pacto titulus in profanis, & io Ecclesiasticis requiritur.

DECISIO MDCXI.
De cantoribus.

FAbius in Burgen. Possunt impediri, qui cantant in Capellis, si obstrepant cantibus in principali parte Ecclesiæ.

DECISIO MDCXII.
De extraosione.

IDem in Abolen. Non potest Archiuium notas consectas extra vrbem extendere,aut publicare.

DECISIO MDCXIII.
De conferendi quasi possessione.

REoman.in d. Patauina. Si probetur quasi possessio conferendi à canonicis, licet non probetur esse collegiatam Ecclesiam contra Ordinarium, satis est, concurrunt tamen multa signa collegiatæ.

DECISIO MDCXIV.
De renouatione.

THomas in d.Bonon.S.Bartholomæi,dubitatum est mutata Ecclesiæ forma, & per partes reædificata, an dicatur à fundamentis renouata.

DECISIO MDCXV.
De absolutione.

IN d.Cloen.Non licet absoluere ad beneplacitum pendeote causa nullitatis sine commissione.

DECISIO MDCXVI.
De testibus.

IDem in Romana Casalis, duo testes de visu, duo de auditu,quòd Casale fuit in bonis testatoris, quorum duo erant propinqui plenè probant, sed per iusiurandum supplendum parte præsertim non opponente.Item testamento producto non opus est quærere, an com illo testator decesserit.

DECISIO MDCXVII.
De Auditore.

IOannes Paolus in d. Zamoren. Ex commissione, vt procedat auditor tamquam ex executoribus datis in bulla,si quis contradicat,non licet decernere mandatum ingrediendi possessionem in præiudicium spolij.

DECISIO MDCXVIII.
De nullitate.

IDem in d.Tiburtina. Licet de nullitate sit ante omnia cognoscendum, si de ea non appareat, non debet iudicari sententiam validam, quoad cetera cognoscantur, quæ ad iustitiam pertinent.

DECISIO MDCXIX.
De spolio.

THomas in d. Columb. Licet probetur spoliom, nisi de secundo extremo constet, aut nisi fuerint citati spoliatores,aut possessores,non potest præiudicari ad restituendum.

DECISIO MDCXX.
De Nuncij potestate.

IDem in d.Leodien. Potestas Nuncij Hungariæ non extenditur ad totam Germaniam,nisi cum Rege præsente, aut ipso solo in Germania constituto aliquid contrahatur, aliàs intra dictam.

DECISIO MDCXXI.
De testibus.

IDem in D.Bonon. Testes deponentes de testamenti serie,debent tot numero esse,quot requiruntur in testamento: cetera supplantur in articulo necessitatis.

DECISIO MDCXXII.
De regressu.

PRosper io d. Brixien. Iterum dubitatum est, cum in retentione beneficiorum, cum quis promouetur ad Cardinalatum, an debeat fieri mentio Concilij Lateranen.&c.ad regressus validandos. Et maior pars dicit,quòd debet.

DECISIO MDCXXIII.
De excep.non num.pecun.

IDem io d.Rom.resenationis. Exceptio non numeratæ pecuniæ obijci potest, eum eodem contextu delegatio, & confessio mutui facta sit, quia eadem facultate præsumitur deceptos.

DECISIO MDCXXIV.
De sequestro.

IDem in d.Tiburtina. Decretum regressus non inficit possessionem quoad iudicem, nisi iustificatis narratis.

Ideo sequestrum non relaxandum, cum altera pars possessionem antariorem continuatam cum titulo probauerit, licet commissio sit tamquam vnius exequutorum, vt in Zamoran. Ioan. Paulus.

DECISIO MDCXXV.

De monitorio.

IDem in d. Eluen. Monitorium cum clausula, si senserit, &c. est reintegrandum, vt procedatur ad declarationem, neque eodem tempore reintegrandum, & declarandum, quia intimatio requiritur.

DECISIO MDCXXVI.

De locatione.

RAuellen. in d. Illerd. Qui percepit fructus initio anni, licet in fine aliqui non sint percepti ante mortem locatoris, tenetur ad totum pretium, nisi probet in possessione non fuisse.

DECISIO MDCXXVII.

De valoris probatione.

IDem in d. Eluen. Probatio valoris similis in prouisionibus prædecess. non excusatur à regula de exprimêdo valore; neque requiritur, quod ante & post probetur, sed decem annorum probandus, concessaq. est remissoria aduersus, &c. qui æstimat 100. vt probaretur de 150. licet superiores, & inferiores prouisiones essent similes, quia medio tempore bellum nocuerat.

DECISIO MDCXXVIII.

De tutore.

PVteus in d. Illerden. Non rectè aduersus tutorem testamêtarium intenditur iudicium motum. Item mater tutris debet suscipere administrationem à iudice.

DECISIO MDCXXIX.

De regressu.

FAbius in d. Tranen. Petebat quis se absolui à molestia illata ab eo, qui rectè prouisus fuerat, nisi ei obesset alterius regressus, dicebatur, teneri iustificare narrata, sed aut etiam patrem suum esse patronum. Et quoniam es eo ad regressum obtinendum nihil irrepserat, permissum est, cum præsertim sine ea narratione, & tamen potuisset obtinere, & hodie posset alter expedire.

DECISIO MDCXXX.

De re iudicata.

PEregrinus in d. Giennen. Cum aliàs rem iudicatam, nisi constaret esse iniustam, exequi oporteret dicebatur, & cum valde esset vtriusque partis obscurum ius; dictum est, vt exequeretur cum cautione de restituendo vni ex tribus aduersarijs.

DECISIO MDCXXXI.

De procuratore.

REomanus in Rheodien. duabus sententijs obiectû, procuratorem substitutum a substituto post litem contestatam fuisse, & cum id fieri non licere, clarum esset. Sed cum aliud mandatum repeteretur, in quo is erat procurator ex mandato, es aduerso sustinuit, licet ministri scripserint, latius referendo illud mandatum, in quo fuerat substitutus.

DECISIO MDCXXXII.

De caducitate.

IDem in d. Bonon. Caducitatis, non debet instrumentum rectè a filio conscriptum cum nota patris, in qua deerat dies, pretium confiteri, sed credendum ex alia nota descriptum. Videndum tamen, ac sit alia exceptio, ad quod speciales compulsoriæ dari non possint.

DECISIO MDCXXXIII.

De statuto.

RAuell. in d. Salamantina. Statutum loquens in cautione in dubio intelligitur à procuratore, aut alio pro eo præstanda si eorum mentio fiat.

DECISIO MDCXXXIV.

De dilatione.

IDem in d. Turritana, dilationes procuratori generali dantur, cum nondum ius, aut noua persona interuenerunt, sed exequutio petitur, non dantur remissoria verò ad fructus liquidandos facilè conceditur; sed dubitatur, cum quis id, in quo obtinuerat sententias, petebat, an dilatio alteri daretur. Et dictum est dari, sed melius factu, si reuocatis per errorem procuratoris gestis, exequutio peteretur, neque videretur rei iudicatæ renunciatum.

DECISIO MDCXXXV.

De iureiurando.

IDem in d. Bononien. Iusiurandum, cum plus quàm semiplene est probatum, in supplementum deferri potest mulieri, & in graui quantitate. Nicol. 16. decis. 85. vbi plerisque.

DECISIO MDCXXXVI.

De remissoria.

IDem in Melphit. Remissoria dari potest vtrique parti ad fructus liquidandos. Put. in d. Ro. nullitatis. Obijciebantur vtrique vatiæ nullitates, & obiectiones tituli, quod quisque iuris, & c. iustum est concordari cognitio iure vtriusque partis.

DECISIO MDCXXXVII.

De iuramento calumniæ.

IDem in d. Paduana iniuriarum cum procurator repetit in alia petitione actoris allegationes superiores, non censetur repetisse petitionem iuramenti de calumnia a domino intentatam, duobus contradicentibus.

DECISIO MDCXXXVIII.

De relatione.

FAbius in d. Rom. cum Pontifex iubet alium, vt se informet, & referat, non tenetur partes citare. Cum verò ex relatione exequitur, tenetur; sed relata vera nouisse, is qui oppugnat, probare tenetur, præsertim cum possessionem petat.

DECISIO MDCXXXIX.

De regula de impetr.

IDem in d. Cæsaraugust. & Illerden. regula de impetrao. certo modo extendit regu. de ann. & de subrogan. & loquitur de pacifico possessore, licet non annale.

DECISIO MDCXL.

De iure patronatus.

PEregrinus in Barchinonen. Ex centum annorum possessione iurispatronatus præsumitur tituli fundationis, nisi ad id tempus aliorum præsentationes locum habuerint. Nam non potuit immemorabilis possessio prodesse.

DECISIO MDCXLI.

De derogatione.

IDem in d. Taruisin. Licet in supplicatione mentio fiat derogationis indultorum Cardin. intelligitur de gratijs, vt vocant, pro venturis, hoc est, Cardin. vt Episcopis Cardin. conferantur concessis. Quod apparet ex coniunctiona familiarium. Itaque supplicatio non continet Bullæ remittendæ. Neque obest, etiam si à nobis, &c.

DECISIO MDCXLII.

De re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. is à quo, de re iud. quo casu limitetur. cum decis. sequen.*

1 IDem in d. Gieunen. l. is à quo. de re iudic. non † habet locum, cum quis contra plures obtinet rem iudicatam, in quibus est possessor, & vult vni cauere de restituendo, sed cap. suscita. de in integr. restitut. cum quis per iniustam restitutionem auditur ex iudicû benignitate.

DECISIO MDCXLIII.

De eadem materia.

REomanus in d. Auinion. d. l. is à quo, non habet locû in possessione vacante, neque in duobus interesse, nec

nec cum possessore collitigatore: multò minus si vous ā- tum agit contra depositarium, qui ius tertij obijcit. Cui satis per cautionem consulitur, præsertim cum per sequestrum possideat. Vitandum itaque num in possessione fuerit ius aliquod cessum.

DECISIO MDCXLIV.
De iudice.

IOan. Paulus in d. Cæsaraugustana, iudex, qui ignorat se declaratum partibus quoque ignorantibus rectè pronunciat. Et vide alleg. Lap. 1.

DECISIO MDCXLV.
De subreptione.

THomas in d. Bon. concessio iuris patronatus, si narratum est se Ecclesiam ædificaturum, & tamen erat ædificata, censetur subreptitia.

DECISIO MDCXLVI.
De testibus.

PRosper in Bononien. Ferri. testes deponentes de non solutione vectigalis, quorum maximè interest vectigal non esse, non faciunt fidem.

DECISIO MDCXLVII.
De spolio.

IN d. Corduben. licet probetur duos simul possidere, & alter eijciatur, & alter in possessione eaitat, rectè spolio agitur, nisi constet alium prius cepisse possessionem, & tenuisse.

DECISIO MDCXLVIII.
De litteris Clementis.

IOan. Paul. in d. Cæsaraug. Clementis litteræ, quæ innouando litteras Leonis, iubent post citationem procedi posse aduersus religionem, intelliguntur etiam non expectatis 10. diebus de quib. Leo scripserat. Item recusatio friuola non requirit mentionem expressam, cum non admittitur: sed & si appelletur ob recusationem iudicis ad quem, debet sententia recusari, si iusta fuerit, confirmari.

DECISIO MDCXLIX.
De restitutione.

THomas in Lucen. deneganda est restitutio post quadriennium, nisi constet legitimè de impedimentis.

DECISIO MDCL.
De vacatione.

PRosper in d. Brixien. per promotionem ad Cardinalatum vacant beneficia maiora dignitatis, puta & parochiæ, vt per Abb. loc. Ecclesia, de elect. quidquid recentiores dixerint.

DECISIO MDCLI.
De regressu.

IN Hispalen. Ioannes ex causa retrocessionis consensit regressui, accessui, & ingressui Francisci, per cuius obitum impetrat Fer. is cedit in Gom. qui per obitum Ioan. impetrat, qui cessit in alium Ferdinandum, in cuius locum subrogatus est Didacus. Obijcit Gom. Francisci regressum ex sola supplicatione non esse verificatum, & dictum est, quia accessus quoque esset, & tam prioris, &c. satis est ipsam cessionem Gom. ostendere cum consensu.

DECISIO MDCLII.
De obligatione.

IDem in Ro. vend. hæred. obligationi in forma Cameræ obijci potest exceptio non traditionis, sed qui fatetur partem rei fuisse traditam, tenetur probare aliam non traditam.

DECISIO MDCLIII.
De Trebellianica.

IDem in Romana Casalis Trebellianica prohiberi potest expressè, ac tacitè etiam liberis primi gradus, sed per adiectionem in substitutione restitutionis omnium bonorum non censetur prohibita, licet si diceretur tota atque integra aliud dicēdum esset alia in Centurio, Curtinn. conf. 16.

DECISIO MDCLIV.
De statuto Bononiæ.

RAuellen. in d. Bononien. statutum Bononien. vt aduersus instrumenta, non excedatur testibus supra certam quantitatem, non habebit locum in solutione facta Romæ, & habitatione.

DECISIO MDCLV.
De calumniosa remissoria.

PVteus in d. Granopol. remissoria calumniosa reijcienda est. Itaque contra probationes per tres sententias confirmatas, reiectus est qui non plenè fumum videbat.

DECISIO MDCLVI.
De pensione.

FAbius in d. Cæsaraug. Veritum est, num noceat successori pensio admissa ex causa cessionis tertij, si non constet cedentem ius illud obtinuisse, aut effectum habuisse.

DECISIO MDCLVII.
De appellatione.

PEregrin. in d. Giennen. si ob negligentiam partis ante præsentatam commissionem appellatio fuerit deserta, commissio nullam tribuit iurisdictionem, ex quo fit, vt nō dicatur renunciatum rei iudicatæ per iura producta admissa per iudicem appellationis, aut locus sit Clem. si appellationem.

DECISIO MDCLVIII.
De resignatione.

ROmana d. Terdon. Clem. regula, vt consensus præstiti, & in mandatis positi intra certum tempus extendantur, aliàs resignatio nulla esset: non tamen beneficium vacabat neque prohibebatur, quia Pontifex dispensare possit, & vi iusu eius extendi. Sed dubitabatur, num esset obreptum Principi, & fraus adhibita. Et cum id alij iudici in litteris esset commissum, credendum est, rectè eum fecisse.

DECISIO MDCLIX.
De intimatione.

RAuellen. in Astoricen. cum ad declarationem ob nō partitionem litterarum executoriarum requiratur personalis intimatio, tamen quia hac de causa litigabat, vt ex executione apparet satis factum visum est, si in Ecclesia de qua agitur, & in cathedrali, & domi suæ publicatæ sunt litteræ, & affixæ.

DECISIO MDCLX.
De Archiuio.

PVteus in d. Britonen. scripturæ ex Archiuio productę debent esse publicæ, & recognitę, aut ex horis recognitis supradictæ: nisi inter subditos loco Archiuij agatur, nec creditur iudici, aut notario compulsori.

DECISIO MDCLXI.
De transactione.

IDem in Senen. transactione facta inter fratres & turpem personam ab alio fratre hæredem institutā conuenit, vt post mortem eius personæ bona fratris ad alios peruenirent: dubitabatur, an valeret transactio, quasi votum captandæ mortis esset, aut contra bonos mores, responsum est licet mihi de portione mea, quam eō fessus sum in die mortis transigere, Paris. conf. 16. volum. 1.

DECISIO MDCLXII.
De reuocatione.

IDem in d. Salaman. licuit collegiatæ, & agere, & interrumpere præscriptionem sine Abbate, cum vel negligens, vel collusor esse probetur, neque ius tertij prodest restitutionem petenti.

DECISIO MDCLXIII.
De gratia, quod si neutri.

PEregrin. in d. Tolet. contra Pescheram dictum, cum non constaret de contradictione Capituli intra sex menses, & in confesso esset ipsum possidere ex gratia, quod si neutri, post sex menses non obesse, quòd de consensu Capituli non constaret.

DE-

DECISIO MDCLXIV.
De iurisdictione.

IDem in d.Giennen. a maiori parte dictum est, nullam essa iurisdictionem iudicis ad quem, si ante præsentatam appellationum fuit appellatio deserta: confirmare tamen posse sententiam, & decernere desertam esse appellationem, nec vidati auocatorium rescripeum, vt subreptio obesse possit, cum expirat Auditoris iurisdictio lata sententia, neque obesse cetera, quia cum appellatione committitur negocium principale, attenin nullitate, neque ad genus necessaria. Vide dec. Aegid. 100.

DECISIO MDCLXV.
De sequestro.

REomanus in dicta Auinionen. licet ad relaxationem sequestri, & ad traditionem depositi requireretur citatio eorum, qui tunc litigabant, tamen ex quadraginta annorum cautione præstita depositarijs satis erat cautum.

DECISIO MDCLXVI.
De iurapatronatus.

IDem in d. Placent. Clericus supprimi curauerat suum beneficium, & canonicatum creari ex bonis patrimonialibus ad dimidiam partam, cui Pontifex concessit, vt ipse, & hæredes, & primogeniti eorum præsentare possint: dictum est, iuspatronatus in donatione mixtum in præsentatione laicorum esse ex priuilegio. Vidēdum est, an id priuilegium pinguius esset, quam id cui derogari soleat.

DECISIO MDCLXVII.
De confirmatione.

IOan. Paul. in d. Cæsaraugustana. Clemens Pontifex confirmauit vetera decreta Pontificum in religionis fauorem lata, potastatemq. concessit, vt quamuis iam esset procurator generalis Romæ, item ab eo in castellanum amplius deriuatum est, vt quoad pœnas & censuras in ea expressas exequi possent, dubitatumq. de priuationis pœna. Et dictum est, quia in illis esset expressa possessio.

DECISIO MDCLXVIII.
De remissoria.

PRosper in d. Segobien. ratione mali exempli denegata est remissoria quibusdam religiosis iuris contra Abbatem Parezes.

DECISIO MDCLXIX.
De præscriptione.

IDem in d. Calaguritana, contra præscriptionem centum annorum, totidem annorum præscriptio obijci dabat in decimis.

DECISIO MDCLXX.
De Concilio Lateranen.

IDem d. Sab. Sabinen. num Concilium Lateran. locum habeat in regressibus. Item in familiaribus tempore resignationis. Item in sex mensibus a pacifica possessione.

DECISIO MDCLXXI.
De obitus probatione.

RAuellen. in d. N. dubitabatur, an in Septembre, vel Octobre mensibus mortuus quis esset? Vnus testis dicebat post duos dies post festum sancti Michaelis, & ita reg. Octobr. alius circa festum sancti Michaelis, alius in mense Octobris noctu, alius se referebat ad litteras Cardinalis, quæ dicebant prima Octobris, & ita concordatis visum est mortuum esse prima Octobris de nocte, quia præcedit secundam.

DECISIO MDCLXXII.
De publicatione.

IOan. Paul. in Maioricen. non sufficit publicatio resignationis in alio loco, quam vbi est Ecclesia, vel in vicino illi, aut in ea regione, neque dubitatio capellani, aut possessio capta iuuant, nisi habuerit effectum cum continuatione.

DECISIO MDCLXXIII.
De antiquitate.

IDem in Vescen. Narratiuæ antiquæ creditur, aut sexaginta, aut 100. annorum, antiquam dicetur, præsertim si effectum est, quòd narratur per aduersarium fateri videatur. Namque impetrauerat quis emphyteusim post obitum alterius emphyteutæ, cuius locationi opponebat postea non esse acceptam emphyteusim.

DECISIO MDCLXXIV.
De clausula constituti.

IAcobus Puteus in Vrbeuetana, vtens clausula constituti, debet probare constituentem tunc possidere.

DECISIO MDCLXXV.
De acceptatione.

IDem in Vercellen. moritur quis quinta Octobr. nocte, fiunt funeralia sexta, acceptat expectans septima Nouemb. post mensem dicitur acceptasse, & post triginta in primam diem, a die notitiæ præsumptæ.

DECISIO MDCLXXVI.
De expensis.

THomas in Placen. non cogitur quis expensas non moderatas soluere.

DECISIO MDCLXXVII.
De vacatione.

FAbius in Oueten. vbi numarus non est certus clericorum, sed patrimoniales admittuntur, non est opus probare vacationem beneficij.

DECISIO MDCLXXVIII.
De acceptatione.

FAbius in d. Cæsaraugustana Cardinal. non habent tempus limitatum ad acceptandum, & facto dicuntur acceptare, & subrogatio efficit, vt beneficium tamquam litigiosum non potuerit conferri.

DECISIO MDCLXXIX.
De paupertata.

PEregrinus in Hispal. filius diuitis non probat paupertatem ex eo, quòd filius est, vt fructus, & expensæ reseruentur in fine litis, cum præstiterit cautionem.

DECISIO MDCLXXX.
De teste.

IDem in Placentin. testis absentaturus, qui habet similem aut eamdem causam, & aliàs fuit reiectus, est examinandus, saluis exceptionibus, & ad partem ponendum dum testimonium, in quo tamen diuisi fuimus.

DECISIO MDCLXXXI.
De articulis.

IDem in Veron. articuli qui obijciunt crimina eius, de cuius iure opponitur, sunt admittendi sine insertione obligationis, aut alterius extraordinatiæ, neque est locus c. super his, de accus.

DECISIO MDCLXXXII.
De iurisdictione.

IDem in Giennen. valde difficilis articulus visus est, an habeat iurisdictionem iudex ad quem, cum ante commissionem fuit deserta appellatio, & postea fuerit processum, sed ante conclusionem oppositum de re iudicata: datæ tamen sunt litteræ exequutoriales cum cautione.

DECISIO MDCLXXXIII.
De præsentatione.

REomanus in d. Mediolan. probatum erat aliquos præsentasse, sed vt singulos, aut vniuersos ignorabat: testes dicebant ad vniuersos pertinere, obtinuerat quis a consulibus vniuersitatis, concessa est remissoria, vt probaret ad vniuersos pertinuisse, & ipsos concessisse consulibus, & in vltimo statu præsentasse, vt vniuersos, sed videndum tamen ex consuetudine esse iuspatronatus.

DECISIO MDCLXXXIV.
De censuris.

In

IN Aurien. causa commissa sine præiudicio legitimæ executionis super nullitate censurarum ob pensionem non solutam, potest cogi notarios transportare registrum.

DECISIO MDCLXXXV.

De reuocatione.

IDem in d. Leodien. reuocatio procuratorum debet intimari parti, antequam consensus præstetur, licet constet de reuocatione, & intimatione, si de tempora nō constet: nihil agitur, & præsertim cum instrumentum sit eiusdem diei.

DECISIO MDCLXXXVI.

De re iudicata.

PVteus in d. Cęsaraug. post rem iudicatam, consultum est, si appareret quidquam amplius deberi, quam reseruatum erat, eius ratio haberetur.

DECISIO MDCLXXXVII.

De Archiuio.

IDem in d. Britonorien. Archiuium eius de cuius interesse agitur, non habet auctoritatem debitam.

DECISIO MDCLXXXVIII.

De iudicio.

THomas in Caurien. qui consenserit in iudicium, vt de aliqua re cognosceretur, non potest tamquam ob rem nouiter deductam dilationem petere, sed an ex subreptitia commissione consensisse dicatur. Videndum videtur nom auocatoria commissio esset die seq.

DECISIO MDCLXXXIX.

De paupertate.

IDem in Lucen. paupertas, nisi maxima sit, propter quam impeditus fuit, ne impetraret restitutionem intra quadriennium: prodest tamen si constat de læsione, hoc est, de iure eius.

DECISIO MDCXC.

De sententia.

FAbius in dicta Romana de Palumbis, sententia pro Ambrosia, & Monasterio lata, & confirmata post transactionem Ambrosię in aliud Monasterium eiusdem ordinis non inutilis est.

DECISIO MDCXCI.

De sequestro.

IDem in Racchonat. si lite pendente quis possessionem ingreditur, potest aduersarius petere vt possessio sequestretur.

DECISIO MDCXCII.

De matrimonio.

PRosper in Valētina, fuerat separatum matrimonium propter frigiditatem viri, & ante separationem ex famula vir liberos suscepit, ac postea cum eadem contraxit: dubitabatur num liberi legitimarentur, ac si matrimonium constitisset. Et de famula scientiæ non obstare separationem dictum est.

DECISIO MDCXCIII.

De terminis.

PEregrinus in Vien. licet terminus ad dicendum contra iura producta malè seruatur, sed rectè seruatur terminus ad dicendum contra producta, nihil amplius quærendum.

DECISIO MDCXCIV.

De remissoria.

REmanus in d. Parmien. remissoriæ ad aliud iuspatron. probandum, cum quis tempus immemorabile probauit, non dantur sine suspicione vsurpationis.

DECISIO MDCXCV.

De appellatione.

IN d. Hispal. si sententia transiuit in rem iudicatam ante subscriptionem, non est dandus locus appellationi, interloquutoriam subscribendi.

DECISIO MDCXCVI.

De exceptione.

IOan. Paolus in Placentina Salis, cum renunciatum est compulsationi, non potest exceptio opponi, præsertim non liquida.

DECISIO MDCXCVII.

De consuetudine.

PRosper in d. Calaguritana, consuetudo præscriptione decem annorum tollitur, sed cum in alterius præiudicium est præscriptio, cum id homines in legem coniungere nequeant.

DECISIO MDCXCVIII.

De citatione.

IN Geronden. Ioannes quin. citatio A. & interesse putantibus, vel potius citatione impetrata decessit relictis procuratoribus, Ioannes Coronnus procurator citato Ioanne: dubitabam, num posset absolui, responsum est decis. 402. in nou. approbatum a Petro contra Aegid. id permittere.

DECISIO MDCXCIX.

De attentatis.

IDem in d. Oromen. denegata est ad probandum spolium attentatum, cum non constaret de lite, neque de titulis tempore possessionis, neque assertio communis successoris, qui narrat ad instantiam sufficit.

DECISIO MDCC.

De dilationibus.

RAuellen. in d. Osceo. non solent dari dilationes in materia exequutiua, sed ipso facto, cum executoriales sunt intimandæ, item subrogatio.

DECISIO MDCCI.

De alienationis prohibitione.

PVteus in Rom. domus prohibita alienari, & in pœnam relicta pleno iure ad proximum agnatum, non potest ab eodem proximo alienari.

DECISIO MDCCII.

De abdicatione.

FAbius in d. Bon. citari debuit potestas Ciuiten. cui præiudicium fiebat in abdicatione Castri. licet quia communis est, informatio non necesse fit.

DECISIO MDCCIII.

De probatione.

PEregrinus in dicta Barchinonen. dubitādum est cum probatio præsentationis anterioris, quam est eius, quæ in memoriali dicitur probata, noceat titulus fundationis præsumptus, cum posset ex reædificatione esse, aut ex successione: dicitur quod non, vltima Maij 1546. coram eodem.

DECISIO MDCCIV.

De possessione.

REmanus in d. Terdonen. si non constat de confirmatione possessionis per deputationem capellani, non acquiritur possessio.

DECISIO MDCCV.

De exequutione.

RAuellen. in dicta Bononien. Iudæorum, condemnatus Simon, & executio commissa fuit in bonis mobilibus, & immobilibus proprijs, deinde in cōmunibus: volebat postea in communi domo exequi sententiam: dictum est, citandos alios Dominos, vt fieret exequutio, an alia bona essent.

DECISIO MDCCVI.

De hæreditate.

PVteus in d. Parmen. Casalis, petijt Litia se associari in omnibus bonis paternis, in quibus possessio propter decretum Placentiæ, est continuata in hæredem: associata est in quattuor prædijs: deinde petijt, eo quia in parte bonorum perturbatur, vt committeretur, vt auocata possessione ea traderetur, & simpliciter, & tradita possessio Castri tantum, responsum est vigore decreti vltimo

loco

loco traditam fuisse possessionem, quæ postea perturbata fuit.

DECISIO MDCCVII.

De Archiuio.

IDem in Briton. copiæ antiquæ ex Archiuio alterius prouinciæ non plena, sed antiqua fides adhibetur.

DECISIO MDCCVIII.

De præscriptione.

IDem in d. Salaman. non currit præscriptio sede vacante, etiam in inferioribus Ecclesijs, quoad res magni præiudicij, licet agi possit per Capitulum.

DECISIO MDCCIX.

De exequutore.

FAbius in d. Salamant. exequutor habet iurisdictionem in alijs rebus, quæ concernunt iurisdictionem, sed an faciat possessorem litigiosum? dubitauit 77. Idem requiritur, vt velit ius dicere.

DECISIO MDCCX.

De suspensione exequutionis.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio sententiæ suspendi potest.*
Quod limita, & declara, vt ibid.

PEregrinus in d. Lucen. sollemne dubium fuit, an post rem iudicatam per contradictas vnica sententia lata, & restitutione petita, suspenderetur exequutio. Atque
1 omnes tenuimus generalem † esse regulam suspendi, Doct. in §. condemnatum. l. 4. de re iud. Paris. cons. 100. volum. 5. num. 80. nisi quadriennium sit lapsum; c. 1. de in int. rest. lib. 6. si verò post petitionem exequutionis restitutio petita sit, variatum est, licet Alex. cons. 41. & 123. in 4. volum. post Bal. senserit exequendum. Sed in restitutione propter bonum ius, quod in beneficialibus ex gratia conceditur, variatum fuit, licet Abb. & Ioan. And. in c. suscitata, & in cons. 3. volum. 1. id senserit, ex quo præfixio termini ad verificandum narrata, non iuuat, nisi quoad bonum ius si in ipsa instantia productum sit, ex quo calumniose petita reijcitur. Veteres variarunt, an essent attentata, quæ post restitutionem fierent, vt decis. 379. non quæ ante, vt atiam per Cassad. prima, vt lite pend. dec. 446. in nou. Sed Staphil. distinguit, vna sit, an plures per contradictas, an parte præsente obtentum sit, fol. 162. vbi illud sine dubio dicitur factum in contumaciam, vt per edictum, aut aliàs vocatum audire appellantem a die notitiæ, de quo vide decis. 59. in nouis, & vide Bal. in l. 2. de in integ. rest. post vide infra 594.

DECISIO MDCCXI.

De expectatiuis.

IDem in d. Calciaten. regula de prælatione expectantium, de Doctoribus, & Magistris, & requirit lecturam, intelligitur in Medicis, & Philosophis, vt Glo. & Staphil. intelligunt.

DECISIO MDCCXII.

De prælatione.

REomanus in d. Mantuan. conuenit inter Piperarios & Thom. vires, de quibus agebatur, deponerentur in Techa, iudicatum est Piperarium præferendum esse: dubitabatur, an possint excludi, si probaretur eos contrauenisse? responsum, non posse, non obstan. cons. Anch. 360. qui in re non dubia loquitur.

DECISIO MDCCXIII.

De mandato.

IOannes Paulus in d. Cæsaraugustana, receptor habens mandatum a religione ad petendum debita, non habet ad petendum priuari ob debita.

DECISIO MDCCXIV.

De probatione.

THomas in Suessa. mercatores debent plenè probare se non lucratos ob illas pecunias, & testes de damnis certis loqui, Doctor. in l. 3. in fin. de eo quod certo loco.

DECISIO MDCCXV.

De reuocatione.

IN Leodien. non permissum est sententiam reuocare, de qua non constabat, nisi per insertionem in instrumento appellationis cum insertione notarij actuarij, licet constaret de processu vsque ad conclusionem, neque in fructibus condemnari, qui ab alio percipiuntur.

DECISIO MDCCXVI.

De restitutione.

IDem in d. Salamant. restitutio ab Ecclesia, aut vniuersitate petita impedit exequutionem, sed cum sæpius petita est, & quadriennium lapsum sæpius, neque quidquam noui deductum, præsumitur calumniosa. De impedimentis tamen videndum.

DECISIO MDCCXVII.

De emphyteusi.

IOannes Paulus in d. Visen. extensio emphyteusis, etsi debeat fieri cum eisdem sollemnitatibus, tamen præsumitur in antiquis interuenisse, nisi contrarium appareat ex instrumento, in quo erant conscribenda.

DECISIO MDCCXVIII.

De reseruatione.

IDem in d. Visen. si non constat de acceptatione officij subcollectoris, licet testes deponant de auditu, ac varijs præsumptionibus, non probatur reseruatio ex eius morte, Put. de præb. 12. Cassad. de verb. sig.

DECISIO MDCCXIX.

De vnione.

THomas in Fatfens. Parro. seu Vibeuetana, vnio ne facta duarum Ecclesiarum in diuersis diœc. quarum altera, vt minor alteri accedat, maior Antistes prouidebit, neque requiritur consensus alterius, sup. alleg. 8. secus sicut æquè præsentiales. Et ita intelligitur per Vbal. simili tract. c. 10.

DECISIO MDCCXX.

De remissoria.

PRosper in d. Segobien. concessa est remissoria ad probandum spolium ante metum, & perpetuam mutationem, cuius indictus erat metus, & adhibita ad temporalem mutationem.

DECISIO MDCCXXI.

De successione.

IDem in d. Regien. exclusus est a præscriptione eius qui tamquam spurius testatoris erat institutus, cum ipse legitimus & naturalis alterius esset, vtpotè mala fide ex suis errore, & obstare.

DECISIO MDCCXXII.

De instantia.

IN Placent. dubitabam, num iudicium consentiret cum procuratore eius, qui post mandatum productum cesserat liti & causæ, vel an per audientiam contradictarum citari deberet? Responsum est instantiam peremptam videri, sed vtroque modo citandum & terminos reiteran.

DECISIO MDCCXXIII.

De restitutione.

IDem in d. Salaman. restitutio sæpius petita non datur cum a iudice semel reperitur nisi ex nouis causis. Idem videbatur aliquibus, si a iudice ob temporis lapsum daretur, aut non datur post quadriennium: etsi pro enormissima læsione allegat de subiectione, cum non tanti intersit, vtrum subijciatur Episcopo, an Abbati, de impedimentis iterum videndum.

DECISIO MDCCXXIV.

De iudice.

FAbius in d. Salamantina, acta coram iudice incompetenti, aut coram competenti minus sufficienter facta, non noceat? sed propter ineptitudinem actoris variatum est, quæ valerent in casu proposito.

DECISIO MDCCXXV.

De indulto.

Pete-

PEreg.in d. Tarui. dubitatum est, num indultum Cardinalis censeretur perpetuo reuocatum ex regula inter expectantium regulas competenti. Et plerisque visum non teneri ipsis regulas durantibus expectatiuis.

DECISIO MDCCXXVI.
De extensione consensus.

IDem io d. Terdonen. cum Pontifex commisisset alicui vt videret an narrata vera essent, & iuberet extendi consensum, isque iusserit? credendum est, cum cetera rectè fecisse, sed cum litis mentio facta non sit, videndum an valde obsit.

DECISIO MDCCXXVII.
De valore.

RAuell. io eadem Eluen. obijciebatur excessiuus valor, ex quo factum asse locum diceba tur postea impetrenti, & remissoria decernebatur ad valoris probationem. Opponebatur non fuisse locum secundæ impetrationi, quia in ea asserebatur iuspatronat. Imper. esse, quod contra apparuerat. Sed quia noue prouisio erat ipsiusmet Imper. responsum est id satis esse, cum de præsentationis dubitatione affirmaret cum regulis infectiuis.

DECISIO MDCCXXVIII.
De Nuncij potestate.

PVteus in d. Lamacen. Nuncius non potest admittere rasignationes in certas personas. Ideo neque cōsensum præstare potest post litteras, vt in vrbe, sed de coosensu constare debet tempora litterarum.

DECISIO MDCCXXIX.
De exclusione.

IDem in d. Briton. dictom est, Leonellum exclusisse Rouerellam multitudine probationum, etsi non videretur plenè probasse, neque a remissoria expulerit.

DECISIO MDCCXXX.
De citatione.

FAbius in d. Bonon. in concessione non requiritur citatio, sed in exequutione.

DECISIO MDCCXXXI.
De spolio.

IDem io Sarmet. in iurisdictionis spolio requiritur tituli color, quia ius commone repugnet, ledo nisi euidenter constet in non titolum esse redactum, qualiscumque sufficit, præsertim inter priuatos: videndus tamen Innoc. in cap. bonæ, de postul. præl. qui ait, in remedio recuperandæ allegantem precarium probare debere, licet in corporalibus censeatur possessio precaria.

DECISIO MDCCXXXII.
De noualibus.

PEtegrinus in d. Burgen. Laicus qui probauit immemorabilem possessionem fructuum, & decimarum, cum censeatur ante Concilium cepisse, non debet a noualibus abstinere. Nec obstat cap. tua, de dec. cum ibi de solis decimis dicatur.

DECISIO MDCCXXXIII.
De minore.

IDem in d. Lucen. a maiori parte conclusum est ex solo bono iore minori non concedi restitutionem, nisi per supplicationem, quæ non impedit executionem. Ideò si allegatur aliquid aliud, quod restitutionem mereatur, sustinendum. Si verò terminus elapsus est, neque aliud appareat, relaxandum.

DECISIO MDCCXXXIV.
De indolto.

IDem in Len. indulto Cardinalis non videtur obesse creato in Canonicum cum confirmatione Vicarij, & Pontificis, quia Pontifex non expresse derogauit indulto, & prima creatio erat inutilis, quia fine Episcopo, & confirmatio Vicarij fine mandato ad vacatura, neque obest causa Teruisina, vbi agebatur de reuocatione expectatiuarum odiosa.

DECISIO MDCCXXXV.
De præsentatione.

IOan. Paulus in Aretina confirmauit sententiam ante latam, cum solum obijceretur Petronis, quod non simul præsentauerit, quod in successoribus non requiritur.

DECISIO MDCCXXXVI.
De hypotheca.

THomas in Romana pro N. Hispan. dictum in pecunia, seu pactione militarum cadere hypothecam, licet ipsi milites non obligeotor, ideò emptori hypothecarum præferri.

DECISIO MDCCXXXVII.
De iudice.

IDem in d. Cæsaraugustana, Iudices qui consilium dederunt non possunt declarari, cum sine testibus notarijs fides sit producta.

DECISIO MDCCXXXVIII.
De pensione.

PRosper in Vicen. pensionis damnum passo a titulario ratione pensionum satisfieri ei debet.

DECISIO MDCCXXXIX.
De condemnatione.

IDem in Pacen. non potest condemnari in fructibus perceptis, cum absolutoria detur etiam actori.

DECISIO MDCCXL.
De exequutione.

IN Carpen. sententiæ, de cuius actis non constat esse exequutioni mandata, licet & obsit Aegid. quia super spolio.

DECISIO MDCCXLI.
De sententia.

IDem io Vasionen. Sententia canonizaūs gratiam Vicelegati cum inde sequutis, licet quoad tempus gratia excludi videatur, quia sine testibus, tamē nihil obest, quin possit; cessio quoque possessionis excludit calumniosam suspensionem petitori.

DECISIO MDCCXLII.
De mandato.

IOan. Paulus in Compostellanen. Licet soleat admitti mandari præsentatio post sententiam, vt processus valeat, si tamen post sententiam mandatum confectum est, reijcitur.

DECISIO MDCCXLIII.
De citatione.

THomas in Toletana. Citetus fuit quis super non solutione processll. in eam causam taorum acceptauit: sententia super regresso nulla est, sed iniqua est, vt propter non solutionem vigintiquinque pensionis, beneficium valoris quadriogentotum auferatur, sed satis esset, si augeretur pensio in 40.

DECISIO MDCCXLIV.
De simonia.

PRosper in S. Andreæ. Concordia simoniaca saluo beneplecito Sedis Apostolicæ facta est, & effectum sequuta sine beneplacito, nulla est, neque instrumentum, in quo conditio omissa est, debet corrigi.

DECISIO MDCCXLV.
De iotimatione.

IDem in Senen. iotimatio, vt reddat scripturas, debet fieri procuratori speciale mandatum habenti, neque satis, si ad lites mandatum habet.

DECISIO MDCCXLVI.
De loco loci.

IN d. Corduben. instrumentum, io quo deest locus loci, nisi id consuetudine vsurpatum sit, non facit fidem 738. in antiq. Conditio saluo beneplacito, & alia conditio reciproca in concordia, referuntur ad omnia verba concordiæ, licet in eis sit, vt tunc possessio dimittatur pacifica, & procuratores constituantur ad cedendum iuri, liti & causæ.

DE-

DECISIO MDCCXLVII.
De impedimentis sequestri.

IN d. Salamantina impedimenta sequestri Abbatiæ, & bonum ius excusat Abbatem, quo minus prorogauerit fatalia, aut quadriennium, & ita restituetur, si ea probata sint. Sed de Clero & populo ratione coniuncta postea videndum erit. Concurrat autem in Abbate læsio non modica iurisdictionis. Item impedimenta, quia fructibus caruit: item quia defensor est ceterorum, sed & vinca sententia est, quæ transiuit in rem iudicatam, & remissoriæ deperditæ sunt, & apud alium iudicem constat de bono iure.

DECISIO MDCCXLVIII.
De libris Mercatorum.

IDem in Romana pannorum, qui se obligauit fidem adhibere libris mercatoris, in quibus apparet de die & precio vendito, non potest obijcere venditionem fuisse simulatam, sed fraudulentam potest.

DECISIO MDCCXLIX.
De executore.

FAbius in d. Salamantina, executor merus potest esse simplex clericus, sed mixtus, vt puta si cum clausula, vocatis vocandis, aut amoto illicito detentore, aut tunc requiritur qualitas, c. statutum, de rescript. in 6. videndum est tamen, num expresse censeatur minus habilis datus.

DECISIO MDCCL.
De remissoria.

PEregrinus in d. Brixien. denegata est remissoria in causa matrimonij, cum tantum peteretur aduersarius testes in prouincia examinatos, quibus nihil tueat obiectum, & quorum dicta testificata.

DECISIO MDCCLI.
De venditione.

IDem in Senen. venditio facta ita, vt dominium transferretur, nisi soluto integro pretio, si interim pars partis soluta restituatur, videtur discessum ab emptione, neque videtur grauiter læsa Ecclesia ob fructus pecuniæ illius temporis, quo apud venditorem fuit, cum præsertim administratores sæpe confirmauerint.

DECISIO MDCCLII.
De lite.

REomanus in d. Terdonen. mentio litis non requiritur, cum lis est super possessione tantum Cassa. 4. vt lite pend.

DECISIO MDCCLIII.
De expectatiua.

IDem in d. Tullen. expectatiua est consumpta, cũ scienter id acceptatur. Rom. cons. 329. in quo non habet locum, vt sine vel Ordinatio mense, vel in terminis sanctionis, non constat autem de acceptatione ex noua prouisione, item in resignatione.

DECISIO MDCCLIV.
De mandato.

RAuellen. in Oscen. dederat quis mandatum ad opponendum exceptiones declaratorias, & sic videtur ad suscipiendum causam, non constabat fuisse acceptum: dictum est, parte ab initio legitimè citata non inutile processum.

DECISIO MDCCLV.
De remissoria.

PVteus in d. Brittonorien. remissoria, de qua non constabat esse releuantem, non est danda, ne simul sententia alteri, & alteri remissoria detur, nisi de partium consensu.

DECISIO MDCCLVI.
De electione.

IDem in Salamantina variatum est, num maius capitulum tantum, an simul cum collegiata Ecclesia eligere debent Abbatem ex verbis rescriptis.

DECISIO MDCCLVII.
De cessione.

FAbius in d. Satnen. cessio possessionis vnius ex fratribus ceteris possidentibus & ipso post non quiescente, non tollit quin ante in possessorio, quàm in petitorio etiam contra eum sit iudicatum; titulus quoque coloratus sufficit in iurisdictionalibus.

DECISIO MDCCLVIII.
De sententia.

IDem in Romana Palonun. sententia pro Monacha lata iuuat Monasterio, cui bona acquiruntur, Bal. in Auth. causam. C. de Episc. & Cler.

DECISIO MDCCLIX.
De dote.

IDem in Ruin. dotis contra cons. Soc. 116. & 180. denegata est remissoria ad probandum administrationem tutelæ, vt fieret retentio dotis debitæ ab hæredibus mariti, vt per Neguf. de pign. pat. 5. in 1. memb. num. 41.

DECISIO MDCCLX.
De indulto.

PEregrinus in dicta Taruisen. iterum variatum, num indulta Cardinalium, vbi non sunt Ordinarij, soluntur per regulam inter expectantes posita perpetuo, an ad tempus quo durant expectatiuæ ad eas personas, quæ expectant illo tempore, an ad omnes?

DECISIO MDCCLXI.
De regressu.

IOan. Paul. in Lucen. dictum est, vt verificaretur ius nominatum in regressu qualitercumque, licet nona Aprilis coram me in Hispal. propter ea verba, tam vigore præsentium, quàm prioris tituli contra.

DECISIO MDCCLXII.
De religione.

IDem in Bonon. de Zuccarijs aduersus Apostatas, dictum solere narrari causam discedendi a religione, eaque committi solere aliquibus iudicibus cognoscendas, qui si non iudicialiter procederent, esset ij religioni restituendi, neque præsumitur pro sententia, & executione commissorum.

DECISIO MDCCLXIII.
De exequutione.

THom. in Burg. spe concordiæ dilata exequutione remissoriæ concessum est tempus ad prosequendum.

DECISIO MDCCLXIV.
De fumo.

IDem in d. Oueten. ex actis in alia causa inter alios legitimè factis, & quæ victoriam dederunt, poterit fumus elici ad remissoriam.

DECISIO MDCCLXV.
De præscriptione.

PRosperi dicta Regien. in præscriptione a pupillo inchoata reducuntur tempora pupillaris ætatis, in ipse degeret?

DECISIO MDCCLXVI.
De reuocatione.

IN d. Vasionen. Narrat quis se non credere beneficium vacasse per obitum Agati, cum prius ab Episcopo postea a Vicario collationem impetrasset, quibus vti non poterat, nisi beneficium vacasset per eius mortem quærebatur, nunc reuocata confessione audiri posset? Responsum posse, cum periurio perpetrato amisit beneficium iam collatum, & cum possessionem adeptus fuisset.

DECISIO MDCCLXVII.
De sententia.

IDem in Neap. appellans, qui de sententia, & appellatione docuit, & terminum præfigit aduersario, etiam si per contradictas ad producendum acta, satis dicitur probasse sententiam iniustam, Gui. q. 20. Ale. in c. vt debitas. de appel. in fi.

DE-

DECISIO MDCCLXVIII.
De æstimatione.

IOannes Paulus in d. Tiburtina, cum res esset adiudicata in solutum, neque fuisset in exequutione æstimata, & post aliquot annos petitu esset, vt æstimaretur: quærebatur, cum fructus medio tempore percepti, mala fide percepissent, sed tantum æstimatos, non mala fide esse perceptos.

DECISIO MDCCLXIX.
De attentatis.

IDem in Fulginatensi, licet tertius possessionem lite pendente ingressus non attentet, tamen si hic eo animo ingrediatur, vt vni ex litigantibus possessionem tradat, & tradiderit, attentatum esse videtur, licet in Breui dicatur, sine vitio spolij.

DECISIO MDCCLXX.
De mandatu.

THomas in d. Salamantina, si ante productionem mandati nihil aliud gestum erat, quàm, vt citatio, vel monitorium super regressu, & non solutione decerneretur, & procurator nō deduxit in specie, vtrum causam acceptaret, certa sententia lata super regressu, licet notarius errasset in monitorio in registro scripto.

DECISIO MDCCLXXI.
De simonia.

PRosper in d. S. Andreę concordia simoniaca saluo beneplacito contracta, licet in parte non simoniaca sequuta sit effectum, cum de altera parte non constat, non est iudicanda simoniaca.

DECISIO MDCCLXXII.
De restitutione.

IN d. Salamantina quærebatur, cum consorti litis, populi Metinensis esset restitutio concedenda, quæ Abbati constito de bono iure, & impedimentis esset concessa, responsum est sic, si in vna eademq. causa procederet, cum indiuidua esset res. Sed si diuidua sententiam exequendam, indiuiduam autem allegabant, ex quo Abbas admittebat eorum pręsentationes, & ad Episcopum deferebat quasi vnum ex patronis. Id autem erat probandum, sed dubitabatur, num esset vniuersitas restituenda, quæ non vt vniuersitas, sed vt parochi præsentabat. Item, an esset eorum læsio enormis, & ampliatum est.

DECISIO MDCCLXXIII.
De alienatione.

IDem in d. Romana paruorum, vno teste deponente, mercatorem incipere decoquere, alium esse decoctum, vel vendidisse fictè, non coniungitur, præsertim quia quattuor alij dicunt reputari... mercatorem. Et ipsemet actor eseueret venditionem factam. Sed neque temporis breuitas, aut locus alicuius docet fraudē, cum non constet vtrimque fraudationis animum fuisse. Res autem venales censentur hypothecatæ quoad alienentur, alienatis ijs pretium succedit in eorum locum.

DECISIO MDCCLXXIV.
De fructibus.

PVteus in Meuphien. visum est maiori parti secundum extremum ex confessione Cardinalis, quod procuratorem fecerit, & fructus debitæ perceperit illius Ecclesiæ, licet non dicat, an fructus agrorum, vel Ecclesiæ.

DECISIO MDCCLXXV.
De electione.

IDem in d. Salamantina maior pars tenere videbatur, ad Capitulum spectare electionem Abbatis, præsertim cum ob id consuetudo interempta sit.

DECISIO MDCCLXXVI.
De pensione.

PEregrinus in Gadien. pensio translata ab Episcopo, qui probatur filius hæretici, sed per triginta annos habilis reputatus ad pensionem, & beneficia admissus, est. Vide Aegid. 112. gloss. in Prag. & Sanct. in tit. de collat. fol. 79.

DECISIO MDCCLXXVII.
De sententia.

REomanus in Aurien. Sententia contra interesse partantes ligat scientes sententiam ferri, & se ius habere. Neque debet citari is, de cuius iuris acceptatione non constat, vlt. Maij 1546.

DECISIO MDCCLXXVIII.
De spolio.

RAuellen. in Imol. Creatio in cannonicum spe futuræ præbendæ, non efficit iustam actionem spolij, si alius ipsam præbendam, ac canonicatum vacantem per obitum postea apprehenderit.

DECISIO MDCCLXXIX.
De matrimonio.

IDem in Veneti. Sequestrari potest puella, vt liberè deponat de matrimonio extra oppidum, si Pater potens est, c. cum locum. de spons.

DECISIO MDCCLXXX.
De dominio.

PVteus in Spoletana seu Nursina. Non rectè probatur dominium ex ordine scripturæ, habitatorum vtrorum cum coniecturæ aliud suadeant.

DECISIO MDCCLXXXI.
De sententia.

IDem in subrogan. Aquen. in d. Calaguritana Eremitorij, procurator Collegij, & Titij in causa contra Collegium & Titium super diuersis rebus, & in diuersis instantijs coram eodem iudice produxit mandatū Collegij, & Titij continuatum, ipse tamen se Collegij procuratorem asseruit, dubitabatur, an iudex, qui non citato procuratore aduersus Titium pronunciauit, male fecisset? Responsum est non malefactum, neque enim debuit singula peruestigare aduersarius, nō eo animo produxisse videtur, sed quia erant coniuncta instrumenta.

DECISIO MDCCLXXXII.
De spolio.

FAbius in Sarsin. Cessio possessionis verbalis cum re ipsa quæsierit postea possessionem per breue sine vitio spolio, siue litis, productio non releuat, quo minus debeat de spolio damnari.

DECISIO MDCCLXXXIII.
De præsentatione.

PEregrinus in d. Barchinon. Qui probat a tempore immemorabili se præsentasse, nisi constet ante Ecclesiam liberam, potest allegare quemcumque titulum, licet alij probarentur olim præsentasse, non obstare quo minus possint ij allegare, aut eis successiuè, aut postea dirutam Ecclesiam, vide supra 515.

DECISIO MDCCLXXXIV.
De sententia.

IDem in Patauina sustinetur sententia in negotio principali, licet mandatum dicat, occasione exequutionis datum esse, quia non dicit ad lites occasione executionis mouentis.

DECISIO MDCCLXXXV.
De resignatione.

IDem in d. Placen. a supplicatione signata in vita de voluntate resignantis, procurator qui nihil egit de vita, non potest post mortem consentire a maiori parte.

DECISIO MDCCLXXXVI.
De conclusione.

PEregrinus in d. Auinionen. a maiori parte dictū, quia calumnia præsumeretur ex parte conclusa, qui cum non venirent vt depositarij, allegarent iura cessa, neque plenè incontinēti probarent depositum tradendum cum cautione.

DECISIO MDCCLXXXVII.
De priuatione.

IOannes Paolus in d. Cæsaraugustana testes, qui omnes receptores aiunt simili mandato vti solere etiam ad priuationem, licet non distinguant in modo priuandi, satis docent receptores agere posse.

DECISIO MDCCLXXXVIII.
De confessione.

IDem in d. Tiburtina. Confessio procuratoris de pignore vendito, magis res propterea esse, non nocet ad malam fidem reuocata præsertim.

DECISIO MDCCLXXXIX.
De teste.

PRosper in d. Valent. Testis ex dicto suo in alia causa damnari non potest, sed cum constet aliunde de matrimonio apparere, & de notitia prioris matrimonij.

DECISIO MDCCXC.
De possessione.

IDem in d. Regien. possessio triginta annorum tollit malæ fidei suspicionem, si initium sumpsit ex errore iuris, & facti simul: si autem aliqua alia opinione, non.

DECISIO MDCCXCI.
De prouisione.

AVgustinus in d. Vasion. prouisio Vicelegati in forma probandi facit fidem, etiam quoad diem datæ, licet aduersarius habeat ordinarij prouisionem cum testibus & notario, quia 12. in nouis loquitur aduersus Apostolicum, neque iuuat noua prouisio, quia alter aliam habebat antiquiorem.

DECISIO MDCCXCII.
De teste.

IDem in d. Corduben. Testes, qui probant continuationem nocturnam & incertam, nō excludunt spolium secundum. Item consuetudo, quòd Episcopus interfit, ex eo, quòd testes viderint interuenisse.

DECISIO MDCCXCIII.
De remissoria.

IOannes Paulus in d. Bonon. non data est remissoria volenti probare, sed non rectè religionem professum, vt impediret. Item missionem in possessionem hæreticorum scriptor in euentum religionis, cum constaret viginti annis monachum egisse.

DECISIO MDCCXCIV.
De locatione.

IDem in Placentina. Locatio ad longum tempus est prohibita Ecclesijs ex Concil. Lateranen. nisi in rebus solitis locari, quæ videntur initium cœpisse ante Concil. pro pensione vectigal. in prouincia soluat, sed ex vna approbata non refertur ad alias.

DECISIO MDCCXCV.
De pensione.

IDem in d. Lamacen. pensio cessat de consuetudine per matrimonium pensionarij, & est ad probandum remissoria concedenda sine retardatione pensionis, nisi aliud pro pensione Vectigal. in prouincia soluatur.

DECISIO MDCCXCVI.
De interdicto.

THomas in Columbrien. secundum extremum plenè probatur in remedio reintegrandæ, secus in interdicto vnde vi.

DECISIO MDCCXCVII.
De instrumento.

PRosper in d. Romana reuelationis, l. generaliter. C. de non num. pecun. vt aduersus instrumentum non possit opponi, nisi de alio instrumento, intelligitur, si id actum est in priori instrumento, vt non aliter valeat, Sal. ibi & Ang. cons. 159.

DECISIO MDCCXCVIII.
De eodem.

IDem in d. Sancti Andreæ magis fidum priori instrumento, in quo illa conditio, saluo beneplacito, non fuit, licet dictum sit, vt illud extēderetur iuxta formam Specul. cum constet de simoniaco pacto, & effectu eius ante petitionem beneplaciti.

DECISIO MDCCXCIX.
De sententia.

AVgustinus in d. Gerunden. sentētia lata intra tempus præfixionis termini in vltima audientia sustineretur, nisi de expensis tantum aduersus pauperem agaretur.

DECISIO MDCCC.
De possessione.

PVteus in d. Parmen. licet in instrumento dicatur captam possessionem omnium bonorum corporaliter, & realiter. Tamen cum ex ipsa serie videatur tātum possessionem esse captam, & castrum, esset nota dignom. Diximus tunc captam non esse, neque obesse statutum Placentinum, quòd in ordinarijs non decisorija locum habet, & puta ex instrumento.

DECISIO MDCCCI.
De lite.

FAbius in d. Salamantina litem introduximus ex decreto, appellatione, & inhibitione vigore commissionis, licet ab asserto procuratore obtentam.

DECISIO MDCCCII.
De sequestro.

REomanus in d. Mantuana. Sequester non potest rem alteri ex litigantibus restituere altero non vocato, licet constet de eius contumacia, & sic expectatur conditio, in l. vlt. C. de bon. auth. iud. poss. Curt. in tract. de sequestr. vlt. q.

DECISIO MDCCCIII.
De acceptatione.

RAuellen. in Segunt. per litteras Episcopi, quibus agebatur gratias de diligentia in cōsequenda alternatiua, & ad alienas literas se referebat super sumptibus, ex expeditione non apparebat de acceptatione, cum contrariæ præsumptiones essent, & nonnumquam repesiuntur, qui volunt Martiani & Sept. pro alijs quattuor tradere.

DECISIO MDCCCIV.
De attentatis.

IDem in Romana attentatorum, cum eodem tempore appareat ab altero iudice impetratam inhibitionem, ab altero liberationem, non censetur liberatio attentata.

DECISIO MDCCCV.
De rescripto.

IDem in Tollen. siue Meten. rescriptum auocatorium, in quo falso narratur conclusum in causa, licet alia vera sint, quia id principaliter dat causam auocandi, est malum.

DECISIO MDCCCVI.
De familiaribus.

PVteus in d. Oueten. Conclauistæ scriptorum soni familiares ex priuilegio, licet ita eo dicatur, vt verè & non fictè, neque ex priuilegio, &c. veri autem præferuntur alijs etiam si creati sint in Canonicos.

DECISIO MDCCCVII.
De simonia.

IDem in Melphien. locauerat Episcopus fructus spirituales, & temporales Ecclesiæ pro 120. cum pacto, quod posset Vicarium nominare, & conferre beneficia conductorum, non est dubitatum simoniacum esse contractum, & all. Aegid. 12. concl. Abb. c. querelam, num. 1. de simonia.

DECISIO MDCCCVIII.
De donatione inter virum & vxorem.

Idem

IDem in Bononien. seu Ferrarien. donatio inter virum & vxorem morte confirmatur, & non eget iosinuatione, si est iurata. Idem Sacramentum efficit, vt vim habeat donationis confessio dotis, dubitatur, an posset, vtrumque præstare Sacramentum, responsum est.

DECISIO MDCCCIX.

De Sacerdote.

SVMMARIVM.

1 *Consecratus Romæ non dicitur in aliena Ecclesia constitutus.*

FAbius in d. Andr. Diaconos in alia Ecclesia institutus Sacerdos prohibebatur in maiorem recipi, vt Sa-
1 cerdotem, quærebatur, num qui Romæ esset † consecratus prohiberetur? Responsum non probiberi, cum non sit in alia Ecclesiæ constitutus. Item qui constaret fetuisse vt Diaconum, petebat restitutionem ad id munus, quod est concessum, cum Sacerdoseo vti possit.

DECISIO MDCCCX.

De regressu.

IDem in d. Salamantina del Azogul. clausula irritans in regressu ob non absolutionem non inficit possessionem, nisi post sententiam declaratoriam, licet in alijs inficiat.

DECISIO MDCCCXI.

De indulto.

IDem in d. Carthaginen. dubitabatur, nom vtens indulto Cardinalis absentis teneretur probare de licentia absentem esse? Et diceretur absentem creatum, & postea plura essent priuilegia concessa, in aduersarium reiectum est onus probandi.

DECISIO MDCCCXII.

De procuratore.

PEregrinus in d. Palentina, licet per legitimum procuratorem fuerit supplicatio præsentata, consensus non potest præstari post obitum per eum procuratorem, qui non vsus est mandato in vita, licet in mandato consentiat resignans.

DECISIO MDCCCXIII.

De iure quæsito.

IDem in Briten. Legatus Bononiæ post reuocatas facultates contulit. Item ordinarius suo iure. Post hæc legato restitutæ sunt facultates cum confirmatione gestorum, dictum est, iuri quæsito alterius non esse derogatum.

DECISIO MDCCCXIV.

De dispensatione.

IDem in d. Compostellana. Lis mota sopita fuit per cessionem. & non persequutionem subrogata per triginta annos, deinde datus est ei coadiutor, & cū coadiutore post obitum litigatur, probatumq. est illum filium Sacerdotis. Idemque beneficium obtinuisse, quærebatur num ex longa possessione præsumitur dispensatio, & an hæc possessio fuerit pacifica, dictum est ad causandum præsumptionem dispensationis, argum. Cassad. 5. vt lite non contest. Gom. in regul. de trien. q. 61.

DECISIO MDCCCXV.

De renunciatione.

REomanus in d. Auxtmana renuncians opulentæ hæreditati, ob partum lucrum non censetur fine dolo facto. ex quo iureiurando non firmatur. Sed & renunciatio de qua agebatur, videbatur esse potius liberatio fideicommissi debiti.

DECISIO MDCCCXVI.

De declaratione.

IDem in d. Paduan. declarans semel debet ostendere absolutionem. Sed an probetur declaratio ex litteris brachij sæcularis videndum.

DECISIO MDCCCXVII.

De præsumptione.

RRospar in d. Poluestr. præsumptio est pro iurisdictione Episcopi in iure communi fundata, quæ facit, vt deponentes de visitatione, præferantur deponentibus de exceptione.

DECISIO MDCCCXVIII.

De possessione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio continuata probatur per testes deponentes percepisse vinum & oleum.*

AVgustina in Clusina, possessio capta pro nomine cuius ratificata per ipsum post duos menses, nisi
1 medio tempore fuerit per alium capta, restitui † debet. Probatur autem continuata possessio ex testibus deponentibus percepisse vinum & oleum, &c. instrumento ratificationis & possessionis continuatæ mensis, quibus alter possederat, obtinuerat mandatum de manutenendo, & fructos, eius vigore decretum est, vt purgatis attentatis restitueretur.

DECISIO MDCCCXIX.

De eodem.

IDem in d. Galasquen. citatio exaquora personaliter, prout in ea copia quæ oblata, non displicuit.

DECISIO MDCCCXX.

De possessione procuratoris.

IOan. Paulus in d. Tiburtina. reuocari potest confessio procuratoris in eodem iudicio post sententiam exequutoriam, sed & acceptatio mādati coram quibuscumque iudicibus stipulanti præsenti procuratori licet apud acta sit, generale censetur.

DECISIO MDCCCXXI.

De remissoria.

IDem in d. Bononien. non est cōcedenda remissoria ad probandum quæ erant cognoscēda ab eo iudice, qui cognouit de possessione, neque impediendum iudicium possessorium.

DECISIO MDCCCXXII.

De permutatione.

THomas in Floren. relata est controuersia disputata per Sarnen. q. 3. de publican. decisa postea per duodecim Auditores, vt non habeat locum regula in permutationibus quod Sarnen. annotauit.

DECISIO MDCCCXXIII.

De pensione.

IDem in Gerunden. pensionarius non tenetur ad pensionem si multis annis nullos fructus percepit, neque percipere sperat, & si expressum sit in supplicatione, intelligitur de vno atque altero anno.

DECISIO MDCCCXXIV.

De restitutione.

IDem in d. Corduben. cum constet Ferd. esse restituendum, & satis expectatum sit, & quotidie aliquid, vt probetur indicium ex aduerso producatur. Visum est, vt sententia ferretur, licèt eodem die aliquid produceretur, quod an sit releuans postea videatur.

DECISIO MDCCCXXV.

De eodem.

IDem in d. Clusina cum Rugien. Episcopus esset purgatis attentatis restituendus, cessit attentatis facto deposito, in euentum liquidationis dictum est non satis esse, si aduersarius velit quamprimum liquidare attentata.

DECISIO MDCCCXXVI.

De impositionis solutione.

IDem in dicta Calagorrana consuetudo erat, vt impositio totius cleri, qui sub Archipresbytero est, solueretur tribus patronis. Ita vt harum & Briones tertiam partem, ceteri ceteras soluerent. Lite super hac re mota, impositio quartæ a Pontifice est Cæsari concessa in nouo censu distributa, cuius exequutores susferunt ex nouo censo solui, quærebatur num mandatum, & sententia exequutorum essent attentata, cum

de lite pendente fuissent admoniti. Responsum est, quãdo ipsimet, qui litem allegant, litem mouissent, non esse audiendos.

DECISIO MDCCCXXVII.
De auocatione.

RAuell. in d. Tullen. confirmatum est, quod de conclusione dicebatur, quod esset subreptitia auocatio, neque obesse clausulam statim causæ, quia intelligeretur de non expressis.

DECISIO MDCCCXXVIII.
De pensione.

IDem in d. Vulterrana, pensio debetur a Pontifice assignata, licet nulli sint fructus percepti, quia imponi potest percipiendi onus reale.

DECISIO MDCCCXXIX.
De subiectione.

PVteus in canonicatu ducali, onus multarum rerum Episcopo debitarum, non probat Ecclesiam Episcopo subditam quoad alia, aut eius diœceses esse.

DECISIO MDCCCXXX.
De eodem.

IDem in d. Oscen. Valde dubitatum est, num possent clerici iuberi excedi consensum contra regulam etc.

DECISIO MDCCCXXXI.
De resignatione.
SVMMARIVM.

1 *Procurator resignantis inhibitione nõ efficit litem resignatario.*

FAbius in d. Salaman. portionis, per resignationem reuocatur procurator, vt tenet Rot. 376. in nouis. Rom. cons. 374. Bertrand. 150. volum. 2. contra Guid. q. 547. Neque obest, quod non constet tunc de acceptatione, cum postea sequuta est, & nihil possit medio tempore aduersus resignatarium nouari, arg. c. si tibi absenti. de
1 præben. in 6. Itaque procurator resignantis in inhibitione non efficit litem resignano. Videndum tamen de appellatione extraiudiciali.

DECISIO MDCCCXXXII.
De indulto.

PEregrinus in Tarusina. Posito quod fuerit reuocatum indultum perpetuo per regulam Clementis, quòd non satis firmiter maiori parti videbatur, an reualidatio indulti, vel potius inhibitio, vel cõcordia noceant creato, responsum est nocere.

DECISIO MDCCCXXXIII.
De litteris.

IDem in d. Toletana. Litteræ non sunt committendæ propter conditionem mandati, super Poni. non reijceretur, & videbatur reiecta, si non erat consueta. Petebat enim quis, vt liceret sibi imponere pensionem etiam super quotidianis, & cum clausula transferendi.

DECISIO MDCCCXXXIV.
De acceptatione.

REmanus in Calagurit. Canonicatus, dictum nõ esse in vsu priuilegium scripturarũ, vt possint etiam in mensa ordinarij acceptare non reseruati.

DECISIO MDCCCXXXV.
De testibus.

RAuellen. in Vulterrana pendente quæstione super pensionibus non solutis, non licet testes super reductione pensionis examinare.

DECISIO MDCCCXXXVI.
De possessore.

IDem in N. Reus & possessor potest dare de iure tertij claro etiam per supplicationem, Cassad. secundo de re iudic.

DECISIO MDCCCXXXVII.
De acceptatione.

PVteus in Barchinon. regula de verisimili notitia non habet locum in acceptatione, neque in noua prouisione vigore gratiæ expectatiuæ. Sed dubitabatur num acceptatio facta beneficij viuentis iuuaretur noua prouisione facta die obitus, in quo ampliatum est.

DECISIO MDCCCXXXVIII.
De beneficijs.

IDem in Fulginaten. petita sunt duo beneficia, alterum vigintiquatuor, alterum quinquagintaquinque, cũ potestate augendi seu minuendi. Dicebant expeditores, alterum ex eis augeri non posse, nobis visum est alterum posse, vtrumque non posse. Diuisio enim eo pertinet, vt alteri detrahi, alteri addi possit.

DECISIO MDCCCXXXIX.
De simonia.

IDem in d. Melphien. maiori parti visum est, vt simoniacus esset contractus, cum sub vno pretio, & fructus, & collatio beneficiorum essent comprehensi, licet aliquibus videretur iniquum, vt qui pecuniam dedisset, & fructibus esset spoliatus, & omnia perderet.

DECISIO MDCCCXL.
De testibus.

FAbius in d. Pampiloneo. Visum est verisimilius deponere testes, qui distinguunt rationem in pastuis non in prædijs, quorum fines assignant.

DECISIO MDCCCXLI.
De remissoria.

PEregrio. in d. Palentina. Petebatur remissoria ad probandum procuratorem cœpisse vi in vita mandatis aliquid ageret, qui post mortem consenserit: sed quia calumniosa petitio videbatur, additum est, vt testes nominarentur, cum res esset in curia gesta.

DECISIO MDCCCXLII.
De præsentatione.

IDem in Barchinonen. Possessio iuris præsentandi centum annorum non probatur in instrumentis prouisionum, de quorum effectu non constat, cum antea constet alios præsentasset. Ceterum de potestate Vicarij, de præsentatione, de resignatione illic denunciata creditur propter antiquitatem.

DECISIO MDCCCXLIII.
De possessione.

IDem in Sadicen. possessio pacifica tolerantia non tollitur per molestiam postea illatam, ex nõ causa simil. sed locus est cons. Anchar. 117.

DECISIO MDCCCXLIV.
De cessione.

REmanus in d. Cæsarauguſt. lite mota inter Capitulum, & singulares personas cum Archiepiscop. Capitulum cessit his duobus exceptis, quos Antistes Sacerdotio mouit, quorum alter neque professionem fecerat, neque restituendos in pristinum statum.

DECISIO MDCCCXLV.
De testium examinatione.

IDem in Eluen. Citatio omissa ad videndum iurare testes, nullum efficit testium examen. Sed si cum interrogatorijs facile ex noua commissione fides adhibetur.

DECISIO MDCCCXLVI.
De reseruatione.

IOannes Paulus in Calagurit. licet probaretur scientia subcollectoris a Nuncio, quia non probatur exercitium officij, non visum est esse reseruata eius beneficia, Rota 107. in nouis. & sop. 396. & Put. de probatio. 17. Cassad. de verb. signif. primum.

DECISIO MDCCCXLVII.
De pupillo.

PRosper in Rien. Mala fides tutoris non nocet pupillo, quoad præscriptionem inchoatam.

DECISIO MDCCCXLVIII.
De remissoria.

IDem in d. Segobien. Si post vim & metum fecerunt statuta, & ab eis non est appellatum, neque super rescissione

sciſſione cauſa commiſſa, non eſt remiſſoria ad probandum metum concedenda.

DECISIO MDCCCXLIX.
De reſtitutione.

AVg. in d. Corduben. reſtitutio ad canonicatum, & præbendam comprehen. annexa. Item ius ſpolio violento fructuum diſtributiones, quæ percipi poterunt a die intruſionis debentur, ſoleat fieri proteſtatio, quoad ad diſtributiones.

DECISIO MDCCCL.
De iuriſdictione.

IDem in d. Calagurritana. Ex breui lite pendente impetrato, & eius narratiua minimè tribuitur iuriſdictio, quo ad iudices delegatos, & ſubdelegatos veritate alterius breuis.

DECISIO MDCCCLI.
De fideicommiſſo.

IOan. Paul. in Calaguritan. Fideicommiſſum poſt teſtamentum relictum poteſt per teſtes probari, licet non ſint omni exceptione maiores, neque eſſe prohibentur. Et licet ſimiliter deponant, neque de cauſis iuſtis de fideicommiſſo relinquendo concludenter deponant.

DECISIO MDCCCLII.
De iudice.

THomas in d. Cæſaraug. Conceſſum eſt, vt declarentur iudices, qui noluerunt ſuperſedere, licet ſæpius eſſent admoniti, & expectati, quamuis non ſatis legitime de eorum contumacia conſtaret.

DECISIO MDCCCLIII.
De calumnia.

PRoſper in d. Aug. licet poſt decretum & remiſſoriam teſtes ſint examinati, & citatus aduerſarius ad ſententiam, poteſt iterum peti, neque calumnia præſumitur, ſi iuſto errore ductus eſt.

DECISIO MDCCCLIV.
De conceſſione.

IDem in Vlixbonen. quarta canonica portio debetur Epiſcopo, is autem poteſt Capitulo, aut alijs concedere.

DECISIO MDCCCLV.
De mandato.

AVguſtinus Illerden. mandatum pupilli cum conſenſo tutoris, & decreto iudicis Eccleſiaſtici valet, non verò cum patris tantum. Item in expectatiua in forma pauperum, non tenetur probare ſe nulla beneficia obtinere, neque acceptationem in tempore, cum ſatis ſit, ſi de menſe obitus conſtat, & de die acceptationis ſequenti menſe.

DECISIO MDCCCLVI.
De reſtitutione.

IDem in d. Salamentin. populo non datur reſtitutio propter connexationem, niſi probetur cauſa eius indiuidua cum Abbat. Item non eſt eius enormiſſima læſio ſi non præſentent in ſingulis Eccleſijs Parochiani, Socin. conſ. 166.

DECISIO MDCCCLVII.
De ſubdito.

PEregrinus in d. Briton. Variatum eſt, an reualidatio poteſtatis legati ad non ſubditos extenderetur, & an ſubditus diceretur, qui inhibitionem aut monaſteriorum, aut ſacerdotium haberet.

DECISIO MDCCCLVIII.
De exequutione.

REomanus in dicta Mantuana. Licet Reuer. impediat exequutionem trium ſententiarum, tamen ſi liquido conſtet ipſum non rem petere, ſed pretium quo redimit motes, videndum eſt, an cito probari debitum poſſit.

DECISIO MDCCCLIX.
De alternatiua.

RAuellen. in d. Seguntina data remiſſoria ad probandum acceptationem alternatiuæ, cum non conſtaret ea vſum Epiſcopum, ſed dubitatum eſt, an etiam litteræ requirerentur.

DECISIO MDCCCLX.
De fructibus.

IDem in Barchinonen. viſum eſt, quo ad teg. de non exprimendo, fructus non eſſe, qui præſentibus in ciuitate dantur, licet diſtributiones non ſint, ſed ampliarum eſt.

DECISIO MDCCCLXI.
De ſententia.

IDem in Rom. Legati ſententia, quæ iubat ſtare contractui renunciatio eſt, & ea quæ abſoluit a petitis non differunt.

DECISIO MDCCCLXII.
De acceptatione.

PVteus in Parmen. Cum conſtaret Liuiam intra decennium acceptaſſe poſſeſſionem Caſtri captum vigore decreti Mediolanen. continuans poſſeſſionem in hæredem, licet alio ſtatuto declaratum ſit locum non eſſe ei decreto poſt decennium, cum non conſtet poſt eius in curia eſſe Caſtri non ſubditi, non viſum eſt Liuiam vtraque.

DECISIO MDCCCLXIII.
De conſtituto.

IDem in Placent. Conſtitutum ſuper re incerta non eſt, cum quis licet pro pauca quantitate, conſtitutus fuerat omnium bonorum.

DECISIO MDCCCLXIV.
De remiſſoria.

FAbius in d. Pampillo. Propter multitudinem teſtium executorum in prouincia ſuper re petitorio, licet aduerſario data ſit remiſſoria, ex qua probatur etiam ſpolium, denegata eſt remiſſoria, quæ tunc fuit petita.

DECISIO MDCCCLXV.
De ſententia.

IDem in Romana penſionis. Sententia lata in maiori ſumma multarum penſionum, cum non conſtat de exceptione, non eſt nulla, ſed in penſionibus debitis reformetur.

DECISIO MDCCCLXVI.
De reſignatione.

IDem in d. Salaman. Ex libro Bachodi probatur data commiſſionis ex inſertione, & inhibitione verbali, de præſentatione ante reſignationem non conſtabat, viſum eſt maiori, reſignantem non præiudicaſſe reſignatario, ſi poſtea præſentata fuit ante acceptationem reſignatarij.

DECISIO MDCCCLXVII.
De attentatis.

PEregrinus in Salaman. Abbatiæ. Lis quoad attentata expirat per rem iudicatam, dum ea exequitur manet res litigioſa. Itaque electio, & tempore eſt mala, ſed ex noua prouiſione, quæ habet clauſulas inefficaces cum cauſa abſque eo quòd nulla fuit innatur, niſi ſequuta fuiſſet poſſeſſio cum perceptione fructuum, quæ etiam componetur cum clauſula, & non extendenda.

DECISIO MDCCCLXVIII.
De retroceſſione.

REomanus in d. Abul. Ex inſtrumento conſenſus retroceſſionis non probatur retroceſſio, ſed ex ſupplicatione, & litteris, licet non ſoleat dari, niſi poſt litter.

DECISIO MDCCCLXIX.
De ſeparatione.

PRoſper in d. Valentina. Separato matrimonio propter frigiditatem vnius, non vtriuſque licentia datur contrahendi cum alijs, ſecus ſi propter ſcádalum, aut propter maleficium.

DECISIO MDCCCLXX.
De metu.

Qq 3 Idem

Idem in Segobien. Visum est purgatum metum per statutum,& commissionem,in quibus nihil de statuto licet committarentur appellationes, & constaret appellatum nomine votus tantum, & licet is esset procurator.

DECISIO MDCCCLXXI.
De dilatione.

Augustinus in Oxomen. Licet dilationes dentur ante terminum ad articulandum bene seruatur. Si tamē admissus est quæ postea,& docuit de interesse post sex menses,cum petitur conclusio nō sunt petendæ: quia calumniose videbitur,præsertim prope ferias.

DECISIO MDCCCLXXII.
De petitione.

Idem in d. Alboren. Petitio concepta nomine patris subscripta ab aduocato,& data notario,vt intimetur inserta instrumento intimationis facit fidem cōtra eum, sed quia notarius dixit,Titius qui hoc nomine se dixit appellare: videndum,num sua confessione iugulatur.

DECISIO MDCCCLXXIII.
De restitutione.

Ioan. Paulus in d. Tiburtina. Coniungitur patris,& filij tempus ad restitutionem intra quadriennium petendum. Item sententia præsumitur ex exequutione sententiæ in castro tempore bellorum,& pestis adducuntur. Can. reintegrandæ post mille annos datur. Vide Cassad. 6.de restit.spol.in quo semper in Rota vacatum est.

DECISIO MDCCCLXXIV.
De remissoria.

Idem in d. Bononien. Petebatur remissoria ad probandum religionis professionem, quia opponebatur nō annuisse dictum, cum perseuerantia probaretur aliquot annorum censeri consensisse,si minus expectandum esse, licet de immittendo hæredem in possessionem.

DECISIO MDCCCLXXV.
De eadem.

Idem in d. Calaguritan. Cōcessa est remissoria ad probandum acceptationem, & exequutionem officij subcollectoris.

DECISIO MDCCCLXXVI.
De eadem.

Thomas in Getunden. Dicebatur consuetudo esse in Cathalonia, vt miles mortua vxore dotem retineret. Et licet instrumentum dotis de restituendo aperte caueret, concessa est remissoria, vt probaret stante etiam simili instrumento.

DECISIO MDCCCLXXVII.
De exemplatione.

Prosper in Vlixbonen. Exemplum exempli non facit fidem,si prius exemplum non sollemniter transcriptum, licet posterius recte antiquitas exempli cum effectu sequuto omnem solemnitatem facit.

DECISIO MDCCCLXXVIII.
De remissoria.

Idem in Munnen. Denegata est remissoria ad exequutionem simoniæ per obiectiones testium in prouincia executorum.

DECISIO MDCCCLXXIX.
De intruso.

Augustin.in d. Eluen: permissum est,vt declaret capitulum,qui moniti vt deseruirent nomine Gombaij,dixerunt,se velle pro alio seruire in Ecclesia. Ille autem pro quo seruiebant non est declaratus,quia nō probatur intrusus,vt supra 19. Februar.cont.

DECISIO MDCCCLXXX.
De scriptura.

Idem in d. Albaricinen. visum est verba notarij, cum dixit, apparuisse illum se ita appellari præiudicare, tum quia produxit scripturas pro se facientes, tùm quia ex alijs coniecturis apparebit eum esse.

DECISIO MDCCCLXXXI.
De compromisso.

Idem in d. Auinionen. compromissum expirat triennio, concordia autem seu transactio obest in rebus transactis.

DECISIO MDCCCLXXXII.
De alternatiua.

Rauellen.in d. Seguntina: alternatiue debent litteræ expediri, tum quia gratia est, tum quia adduxit dummodo regula de mēsibus ordinarijs non variis,tum etiam quia supplicationi extra varbum,vt 77.dixit.

DECISIO MDCCCLXXXIII.
De iurisdictione.

Puteus in d. Parmen. Quæsita possessione castri, quæritur eius iurisdictio. Pari.cons.16.vol.4.

DECISIO MDCCCLXXXIV.
De subditis.

Peregrin. in d.Briton. Maiori parti visum est in subditis legationis annumerandum clericum, & Abbatem: Item reualidationem facultatum legati Bonon. ad non subditos extendi.

DECISIO MDCCCLXXXV.
De resignatione.

Romanus in d. Segob. Propter confessionem eius, qui auctor fuit resignationis, & permutationis, non ei permissum ratione ætatis filij ei impugnari.

DECISIO MDCCCLXXXVI.
De remissoria.

Idem in Mediolanen. permissa est remissoria, licet videretur in constitutione non fuisse seruatum ordinē, cap. vlt.de elect.in 6.quia præsentatione factum remanebat, neque oberat deuolutione, quod allegabatur, cum sic constaret de præsentatione.

DECISIO MDCCCLXXXVII.
De Beneficio.

Rauellen.in Lucana, & si quis per generales clausulas vellet capere beneficium tenetur mensem exprimere, vt aliàs decisum est coram Prospero 28. Iunij 1546. Pul.9.in reg.de mense 4.

DECISIO MDCCCLXXXVIII.
De exequutione.

Puteus in Illerden. inhibitio facta procuratori, & eidem resignatario, vt procuratori, non impedit quo minus ab eo veniens possit ab alio exequutionem rei iudicatæ petere.

DECISIO MDCCCLXXXIX.
De precario.

Idem in Parmen. Possessio in corporalem præsumitur precaria, sed quem constet ex decreto possidere cœpisse negat precarium,item nisi titulum ostendat.

DECISIO MDCCCXC.
De restitutione.

Fabius in Compostellana cum in permutantibus non soleat admitti reseruatio regressus,& ... mandatum concessum fuerat cum clausula non obstante, & negligentia notarij concessum, deinde cum iterum esset petitum sine regressu interea coram ordinario permutaret. Sed postea compertum est ex simplici cessione reseruatum regressum, & Bullas expeditas. Quærebatur, an constitio de illis duobus mandatis, præsumeretur fraudem adhibitam,& remissæ sunt ad expeditores.

DECISIO MDCCCXCI.
De eodem.

Idem in Compostel. in exequutione edicti dicebatur publicatas litteras, visum est litteras esse. Item deerant nomina testium,& quia dicebatur in audientia publica admissum est.

DECISIO MDCCCXCII.
De translatione pensionis.

Peregri-

PEregrinus in d. Godicen. Agebatur de nullitate translationis pēsionis, & cum sine retardatione esset causa commissa, aduersarius facto deposito obtinuit, vt non relaxaretur sine cautione; quod cum esset generaliter reformatum non obstantibus, visum est, vt specialiter reformaretur.

DECISIO MDCCCXCIII.

De prælatione.

IDem in d. Caluenten. Verus familiaris præfertur scriptori Apostolico, & militi S. Petri, licet per priuilegium verus sit. Item antiquior nuncius antiquo, vtpote priuilegio postea esset concessus, sed & diligentior in acceptatione, & noua prouisione, & qui diligentior fuit in lita mouen. Et ex alijs omnibus exclusis est Doctor, scriptor, & miles, ex voto maioris partis.

DECISIO MDCCCXCIV.

De restitutione.

IOan. Paulus in Tiburtina. Tempus quadriennio lapsum in vita patris, aut in maiori ætate filij, non dubium est tollere restitutionem, si partem in vita patris, partem in maiori. Idem, sed si initium sit pro tempore in minore ætate dubitatum est, & magis inclinabant vt nō competeret. Cum vero totum in minori ætate dubitatur, num in minori ætate, an postea peti possit restitutio? Sed omni casu constabat ex capite ignorantiæ, aut impedimenti peti posse, & in c. 1. de rest. in integ. lib. 6. post minorem ætatem expectandum.

DECISIO MDCCCXCV.

De familiaritate.

PRosper in N. licet probetur familiaritas, non probato quod esset continuus commensalis, non competit Cardinali prouisio, vtputa in consistorio Cardinalis Toletani.

DECISIO MDCCCXCVI.

De restitutione.

IDem in Glasquen. Concessum est, vt non pateat res iudicatæ restitutioni petitæ ex rescripto propter celerem causæ expeditionem, puta intra tres menses à die exequutionis citationis.

DECISIO MDCCCXCVII.

De eodem.

IDem in d. Mutinen. Regula de annali habet tres partes contra Sarnen. A primo solet derogari de nomine, & cognomine possessionis. Secunda est de intra sex menses. Tertia, vt intra annum sententiam obtineant.

DECISIO MDCCCXCVIII.

De resignatione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia litigiosa non possunt conferri, nisi à Pontifice.*

AVgustinus in d. Albaracinen. pendente lite, resignat litig. in manibus Imperatoris, & ex præsentatione
1 eiusdem Seius ingressus possessionem, cum beneficia 1 litigiosa conferri non possunt ab alijs, quàm à Pontifice, non dubium attentasse Seium aduersus collitigantem.

DECISIO MDCCCXCIX.

De restitutione.

IDem in Carpen. Ægidiana. In omnibus Ecclesiæ locis locum habet, neque potest dici in vsu non esse, neque ob terminorum obseruationem omissam dicitur sententia nulla, nisi probetur solitos seruari. Item si officia sint manualia non competit restitutio.

DECISIO MCM.

De præparatorijs.

IDem in Rom. p. anni obligatio de stando libris facta, in præparatorio tenet in alijs iudicijs.

DECISIO MCMI.

De statuto.

IOan. Paulus in d. Tiburtin. Dubitatum, num statuta Romana Tiburtin. obligarent, & cum id ostenderetur ex quibusdam statutis Romanis, quibus Tiburtinorum mentio fieret, visum est id non probari, cum possent ipsi quod placuisset scribere, non tamen non subditos obligare.

DECISIO MCMII.

De prouisione.

THomas in Conchen. Non visum est sine scrupulo, vt qui mentionem fecit prouisionis, sed censeretur intellexisse de ea, quæ apud acta existeret, etiam cum non collitigante.

DECISIO MCMIII.

De Acolytis.

IDem in Placent. Acolyti beneficia sunt reseruata ad regimen. item in regula Pauli sunt continui commensales familiares.

DECISIO MCMIV.

De gratia.

IDem in Placentina. Visa est gratia subreptitia causata nomine alterius dignitatis erectæ erigendæ ponitur sine eius mentione.

DECISIO MCMV.

De remissoria.

PRosper in d. Segobien. Exclusi sunt omnino à remissoria monachi, cum non constet eos de iniurijs, de motu proprio statim, & ante, & post fuisse conquestos.

DECISIO MCMVI.

De eadem.

AVgustinus in Burg. Denegata est remissoria ad probandum vsum antiquum celebrandi officia in capella alta, & sonora voce cum impedimento maioris capituli, & ad probandum non impedire in secunda instantia, cum visum sit æquum esse, vt alio tempore canerent arbitrio capituli.

DECISIO MCMVII.

De resignante.

IDem in Reatina. Probatur resignans integros fructus, resignatarium dimidiatos percipere, petebatur restitutio aduersus eum, quicum impetrasset, ob non derogatum iuspatronatus dimidios fructus percipiebat, & non probatum esset de consensu resignatarij percipere restitut.

DECISIO MCMVIII.

De residentibus in ciuitate.

RAuell. in Barchinonen. Cōfirmatum est, quòd aliàs placuerat, vt fructus qui debentur residentibus in ciuitate non intelligantur ad exclusionem ob regu. veri valoris.

DECISIO MCMIX.

De immissione.

PVteus in d. Parm. Visum est, vt quoad iurisdictionē tantum immittendus esset in possessione, de mero iure, & imperio considerandum.

DECISIO MCMX.

De appellatione.

FAbius in d. Salaman. Licet de appellatione dubitatum sit, tamen placebat satisfecisse procuratorem cum mandatum insertum intimasse, & parte non petente, originale quoque produxisse.

DECISIO MCMXI.

De possessione.

REomanus in Vrbeuetan. Possessio capta à resignatario non continuata saltem per mensem, non censetur publicata.

DECISIO MCMXII.

De instantijs.

RAuellen. in N. & N. Dictum est in prouincialibus causis sex menses in prima instantia, in secunda quatuor, in tertia tres dies seruari solere, licet mandatum missum esset præsens, cum aliæ scripturæ requirantur; sed arbitrio iudicum longius quoque conceditur iuxta causarum qualitatem. Item aliarum instantiarum discussionem. Sed in vltimis nihil solet dubitabile proponi,

pont, quod non quicumque domi considerauit, erque iudicet ipse, quod sibi faciendum videatur, & potius remittatur Kalen. Octobris.

DECISIO MCMXIII.

De sententiæ rescissione.

ITem sententia non solet rescindi tumultuariè, neque inaudita parte indicandum, vltimusq. dies facillimis causis antea in totum decisis dictus est, in quibus nihil habet, quòd dicat condemnendos, ex quo neque scripturæ admittuntur, neque publicantur testes, neque vlli dilationi, aut targiuersationi locus est.

DECISIO MCMXIV.

De exequutione.

AVgustinus in d. Selamentinæ. Licet fuisset conclusum, & Abbati restitutio deretur constito de bono iure, & impedimentis. Item populo si stetim coniunctionem Castrorum ostenderet, cum temen ab Abbate testium quarta depositio inter alia producta fuisset, ex quibus de bono iure apperebat, licet minus anta probaretur inter alios. Item scriptura in ea causa producta de iure, & coniunctione populi. Item ex alijs da sequestro, ex his omnibus coniecturis permissum est, vt exequutio retardaretur, &c.

SECT. V. LIBRI TERTII, CONTINENS DECISIONES THANI.

DECISIO MCMXV.

De gratiæ impetratione, die Martij 27. Aug. 1532.

SVMMARIVM.

1 *Litteras dari Cardinalibus consuetum est motu proprio.*

FVit expeditio per Cameram, in qua coram Sanct. interfuerunt Reuerend. de Cæsis, R. D. Datar. R. P. Lambertus Corrector, D. Ioan. Vndel Abbreuiator, & Blasius secretarius, & proponendo R. D. Datario super gratia facta Reuerend. de Farnesio, qui Papæ de quodam beneficio supplicauerat, & supplicatio erat signata per fiat vt petitur, & super ea litteras expediueret. Cum secundo expeditet super eadem gretia, si neutri, vigore clausulæ, sed cum dictam secundam bullam per Cameram expediuisset, motu proprio fuit mendatum ebscindi plumbum, non obstante, quod per Cameram esset consuetum pro Cardinalibus deri
1 † litteras motu proprio, licet impetratio fuerit ad supplicationem, ea ratione, quia illud habet locum in prima expeditione, & ad vacature, non in secunda de iam vacante ad excludendum ius tertij.

DECISIO MCMXVI.

De eodem.

SImile peribetur pro alio oratore in Francia, vbi consueuit largius procedi. Tamen & Francigenæ denegatum, eisdem rationibus.

DECISIO MCMXVII.

De eodem.

SVMMARIVM.

1 *Verbum forsan quando in supplicatione admittatur.*

IN eodem Regno Orator, qui obtinuit sibi de certo modo vacan. prouideri in supplicatione erat clausula restrictiua, & deuolutio detur dispositiuè in litteris, in quibus non dispositiuè, sed dubitatiuè dabatur dicendo, forsan tanto tempore, quod fuit mandatum casseri ver-
1 bum † forsan. Cum autem allegaretur bo. mem. Sanctorum quattuor solitum concedere, fuit dictum, quod poteret deri quando narrabatur iurisus, sed non vbi non narrabatur.

DECISIO MCMXVIII.

De litteris subreptitijs.

ORetor cui temquem clerico eret facta gratia, cum in litteris diceretur scholaris, & fieret gratia, cum fuerit clericali charactera insignitus, tamquam subreptitiæ, & non concordantes cum supplicatione non fuerunt expeditæ, licet aliqui dixerunt, si à principio dixisset se scholarem pari formiter gratiam obtinuisset.

DECISIO MCMXIX.

De differentia inter Cancellariam & Rotam.

DIfferentia est inter Rotam, & Cancellariam in vacantibus per mortem eius, qui decessit supplicatione signata, sed litteris non expeditis. Nam Rota tenet, quòd beneficium vacat per mortem habentis supplicationem signatam, quia per eam est facta gratia. Cancellaria contrarium, sed vacat eo modo quo prius. Et ideo cum fuerit cuidam promissum de vecan. in curie, qui litteris non confectis decessit in partibus, & per eius obitum epud Sedem. Tamen litteræ iuxta stylum Cancellariæ comprehendebant primum modum vacandi, & dabatur dispositiuè de reseruato, & de vecan. in curia, & fuerunt litteræ per Cancellariam expeditæ. Motiuum fuit Domini, vel quòd dicta additio fuerit erronea, vel referetur ad aliam variationem non expressam in supplicatione. Et sic modus expressus fuit delus non obstante clausula.

DECISIO MCMXX.

De impetratione per obitum.

IN supplicatione Orator impetrauerat certum beneficium per obitum Iuliani, in litteris exprimebat per obitum Laurentij, nec hebebat in clausulis posse mutere nomen, tamen fuit ei concessum, quia constebat de corpore beneficij, & etiam illud non erat variatio, nec et. am cognomen defuncti.

DECISIO MCMXXI.

De Decanatu.

ORator impetrauerat simpliciter Decanatum, in litteris exprimebat, quod erat dignitas, non tamen principalis curata, & electiue, oec bebebat in supplicatione clausulam qualitatis, quod fuerunt ei negatæ, & mandetum, quòd reformaretur.

DECISIO MCMXXII.

De contento pro continente posito.

ALter qui impetrauerat Parochialem in collegiata, & litteræ erant, & Parochiali collegiata, & sic de contento pro continenta. Fuit dictum, quòd erant bonæ, quia veniebat ex resignatione, & in consensu erat de dicta Parochiali collegiata, licet videatur contra, c. fin. de præbend.

DECISIO MCMXXIII.

De fructibus perceptis indebitè.

QVidam narrauerat se certo tempore possedisse, & percepisse fructus indebitè, & petebat sibi de nouo prouideri, fuerunt negatæ litteræ, & mandetum, quod obtineret rehabilitationem propter fructus perceptos, vide Ioan. And. in add. ad Specul. in tit. de dispen. §. descendum. in verb. supradictas.

DE-

DECISIO MCMXXIV.

De pensione.

Erat reseruata pensio cum duobus decretis annullatiuis, litteræ erant da pensione simplici sine decreto, fuit mandatum, quòd litteræ non expedirentur, licet aliquis diceret, quod alia pars poterat expedire ad parties dicta decreta, tamen cum fuerit pensio reseruata limitata, & qualificata, fuit conclusum vt supra.

DECISIO MCMXXV.

De eodem.

Erat datus executor in eadem Ecclesia, in qua beneficium pensione oneratum existebat. Fuit dictum quòd poterat per Cameram dari, secus per Cancellariam, & maxime, quod erat alter cum eo.

DECISIO MCMXXVI.

De regressu.

Fuerunt etiam negatæ litteræ cuidam, qui in reseruatione regressus pro consensu dabat instrumentum notarij, & extensum de mandato præsidentium, & clericorum Cameræ, quia contra regulam Sanctissimi Domini super extenden. consensibus.

DECISIO MCMXXVII.

De resignatione.

Alter qui resignauerat reseruatis sibi fructibus, & regressu, & prouisus vigore resignationis huiusmodi possidebat, petebat, cum consensus super reseruatione prædicta esset deperditus, litteras expediri cum consensu absque eo, quod de illo constaret. Fuit mandatum R.D. Datario, quod concordaret causam, & faceret resignatarium, vel consentire, vel retrocedere beneficium.

DECISIO MCMXXVIII.

De supplicatione.

In supplicatione non erat dispensatio retinendi Parochialem, vna cũ obtentis ponebatur in litteris, & fuit denegata, quia non concordabat cum supplicatione.

DECISIO MCMXXIX.

De prouisione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vnius saltem diœcesis nominandus est in litteris.*

Occurrit etiam mihi dubitari, quòd cum mandaretur prouideri Oratori de parochiali, in qua narrabatur intrusus, & forma litterarum esset prout debet esse, vocato dicto intruso, & alijs qui fuerint vocandi. Tamen iudices qui dabantur erant in curia, & beneficium in partibus, & sic contra statutum. de rescrip. in 6. cui nõ derogabatur, & sibi vendicat locum in præmissis, & est decis. Rotæ 370. in nou. Habui recursum ad R.D. Lambertum correctorem, qui retulit, quòd bon. mem. Sanctorum quatuor, dabat tales litteras per Cameram, si

1 saltem vnus † iudex nominatus in eis esset in diœcesi: & sic ego aptaui litteras, apponendo vnum iudicem, & videtur quòd possit stare. Nam si Orator ibit coram iudice in diœcesi, nihil est, quòd obstet, nec pars poterit cõqueri, & obseruatur statutum, si autem ibit coram alio, omnia erunt nulla propter decretum appositum in d. c. statutum, & imponatur ei.

DECISIO MCMXXX.

De eodem.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio ipso iure venit, vbi impedimentum perpetuum est.*

Item prouidebatur religioso de prioratu regulari, qui forsan erat hospitale, & tamen committebatur secundum Clem. quia contingit. de relig. dom. cum expressione, quòd dictus Prioratus erat solitus teneri per sæculares, & in litteris exprimebatur, & conferebatur præfato regolari cum dispensatione illum retinendi. Dubitabatur, quia dispensatio non erat in supplicatione. Tamen multi dixerunt, quòd ex eo quod per supplicationem constabat, quòd Orator erat regularis, & erat impeditus impedimento perpetuo, tunc veniebat dispen-

1 satio ipso iure, † secus si impedimentum fuisset temporale.

DECISIO MCMXXXI.

De eodem.

In eadem erat derogatio priuilegiorum & statutorũ in litteris derogabatur statutis hospitalis in Saxia, à quo dictus prioratus dependebat. Dubitaui etiam super his, numquid possit dari. Dixerunt quòd sic, cum in supplicatione fieret mentio dicti hospitalis, secus etiam si in indiuiduo in litteris dixisset, statuto tali quo caueri dicitur, quod quia tunc non liceret per derogationem generalem quam habebat statutum.

DECISIO MCMXXXII.

De iustificatione.

Item Orator habebat in clausulis cum aduocatione causæ, & extinctione litis, quæ clausula est solita iustificari quoad cedentem tantum, vel quatenus non sint alij collitigantes, tamen cum non esset iustificata in supplicatione, vt dixi, dubitaui, an deberet iustificari in litteris. Fuit dictum, quòd non, quia per se intelligebatur quod expressos tantum, & ideo si ex eorum forma non constabat de alio collitigante non erat opus alia iustificatione.

DECISIO MCMXXXIII.

De Abbate.

Item pro præsenti fuit dictum, quòd non requirebatur iuramentum nec munus benedictionis in Abbatem.

DECISIO MCMXXXIV.

De graduatis, die Martij octaua Octobr. 1537.

Fuit expeditio Cameræ generalis in Castro coram Sanctissimo, in qua ijsdem interuenientibus & proponen. Reuerend. de Cæsis, Oratori asserenti se graduatum, erat data dispensatio de quarto incompatibili, & quia in litteris tacebat gradum, fuit mandatum, quòd exprimeret, aliàs denegarentur.

DECISIO MCMXXXV.

De resignatione.

Erat datus regressus ad præposituram resignatam, & accessus ad Canonicatum, & præben. obten. per resignatarium, & sic ad beneficium non resignatum. Fuit dubitatum ex quo, quia tempore datæ dicebatur, quòd Sanctissimus non erat solitus similes accessus concedere, nec minus reperiebatur de ea nota in libro Datarij quoad compositionem. Ideo videbatur extortus præter mentem suæ Sanctitatis, & erat antiquus, & signatus per Casartanum, tamen fuit mandatum, quòd Bulla expediretur, sed componeret cum Datario, vel doceret se composuisse, quia signatura erat sufficiens.

DECISIO MCMXXXVI.

De litteris resignationis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium resignatum litteris non confectis vacat vt prius.*

Quædam in Barchinon. Io qua de vacante apud Sedem prouisus in calce supplicationis habebat, & de consensu Cardinal. Cortonen. quatenus cadat sub indulto, prouisus eodem mense resignauerat, & in resignatione habebat derogationem indulti prædicti Reuerendiss. latissime fuit dubitatum, *an modo in litteris resignationis teneretur apponere consensum prædicti Reuerendiss. vt declararet quod beneficium non erat sub indulto, in quo Domini fuerunt varij.* Ideo Bulla fuit remissa ad Reuerendiss. D. Lambertum, quòd apparet, eo maxime, quia cedebatur litteris non confectis, & non dabatur de primo modo vacandi de quo dari debet, quia fuit dictum, quò tam per Cancellariam, quàm per Cameram bene-

1 ficium, quòd † resignatur litteris non confectis, vacat,

vt

vt prius, & da primo modo dispositiuè est dandum in litteris, non obstan. decis. Rotæ nescio, an sit decis. 358. in nou. Pro stylo facit dictum Compostel. in c. constit. de resc. quod litteræ sunt loco tituli, ergo sine litteris non habetur titulus.

DECISIO MCMXXXVII.

De clausula insolita.

PRouisus de vacante apud Sedem in Castro cum clausula insolita, ac derogatione regulæ de subrogan. in corpore, non repetita in clausulis ad preces cuiusdam militis dubitabatur, *an litteræ dari deberent attentis præmissis*. Et quod bo. me. Card. Sanctorum quatuor litteras prædictas ad biennium, & vltra retinuerat, & eas noluit expedire, vota Dominorum dependebant à gratia, & voluntata Papæ, & Papa remisit pro iustitia. Et Domini responderunt, quòd attento, quòd signatura erat sufficiens, retineri non poterat, sed per Cameram satis est, quod aliquid sit in corpore, licet non repetitum in clausulis, & ideo fuit mandatum expediri, licet videretur quòd gratia fuerit obtenta per importunitatem, quo casu consensus concedentis non arguitur, sed potius dissensus, gl. in c. audacter, 8. q. 1.

DECISIO MCMXXXVIII.

De supplicatione.

ERat reseruata pensio de consensu Francisci Archiepiscopi Sarzaoen. Et in litteris dicebatur Francisci Episcopi Zadien. fuit dubitatum, quia supplicatio erat debilis, nec habebat clausulas prægnantes, nec habebat cognomina, tamen fuit mandatum dari, quia constabat de errore, & de corpore cossentientis, & eius vero consensu.

DECISIO MCMXXXIX.

De capellania.

SVMMARIVM.

5 *Verbum qualitas non supplet ordinem, sed electionem.*

PRouisio de Capellania vacan. per resignationem in 12. anno constituto cum derogatione fundationis, & regula qualitatis. In litteris eisdem dabatur dispensatio retinendi dictam Capellaniam, quatenus esset presbyteralis. Fuit dubitatum, quia de dispensatione prætererit io supplicatione nullum verbum, qualia poterat prouisus exprimere, quòd erat presbyteralis, licet vnus Do-
5 minorum dixerit, † quòd verbum qualitatis, non supplet ordinem, sed electionem, & senteotiam, & poterat dari dicta dispensatio, quia habebat prædictam derogationem fundationis.

DECISIO MCMXL.

De errore nominis.

ORator, qui impetrauerat per obitum Ioannis, & in litteris dicebat per obitum Iuliani, fuerunt negatæ litteræ, non obstaote, quòd in proxima Camera alteri in simili casu fuerint concessæ. Quia ibi constabat de corpore, cum esset certa Parochialis. Hic autem interpretabatur portio in Ecclesia Toletan. in qua multæ suot, & poterat de facili Papa decipi. Ideo fuit dictum, quod probaret, & doceret de vacatione portionis prædictæ.

DECISIO MCMXLI.

De Diœcesi.

QVidam erat prouisus de Parochiali, siue diœcesi, & cedebat, & in cessione exprimebat diœcesim. Alias fuit dubitatum, & mandatum parti, quod probaret dictam diœcesim, quam cum per testes probasset, fuerunt ei litteræ expeditæ.

DECISIO MCMXLII.

De resignatione.

REsignans reseruatis fructibus & regressu, cum resignatarius vigore resignationis possideret, & resignans reseruationem suam expedire non posset, quia cõfessus erat tempore deprædationis vrbis deperditus, & pluries institisset pro expeditione sine consensu, attento casu, & in proxima Camera fuit mandatom R. D. Datario, quod componeret. Qui retulit non composuisse, sed tractasse prædictam concordiam. Fuit dictum: quod concluderet, aliàs darentur litteræ sine consensu attento caso fortuito prædicto, & quod supplicatio super qua resignationem expedierat, erat cum dicta reseruatiooe, & mandatum erat repertum eo modo conditionatum.

DECISIO MCMXLIII.

De executore.

TRes executores in litteris omnes erant in Ecclesia, in qua beneficium erat. Ideo fuit dubitatum, licet in proxima Camera fuerint datæ litteræ ei qui vnum in Ecclesia, & alterum extra habebat. Et fuit dictum, quòd non multum importabat, tamen non erat iuridicum, & Cancellaria non dabat. Ideo fuit mandatum, quod haberet votum Reuerendissimi Anconitani.

DECISIO MCMXLIV.

De resignatione.

REsignans resignabat præposituram, & ex causa resignationis reseruabatur ei regressus per cessum, vel decessum, & omnes fructus, ac cuidam alteri post obitum resignantis certa pensio cum regressu in euentum non solutionis, & inualidati, ac in alios euentus prædictos. Ideo pensionatius io litteris vigore dictæ clausulæ euentus prædicti extendebat etiam regressum per cessom, vel decessum. Fuit dictum, quod non poterat, tum quia signatura noo dabat, tum etiam quòd fuisset ei datus sine causa, & quòd Papa cogitauit ei prouidere de pensione, & validè, non regressum concedere.

DECISIO MCMXLV.

De priuilegijs scriptorum.

FVit dictum super priuilegijs, & exemptionibus scriptorum, quod exceptiones non dantur, sed scriptores vtuntot prima, & generali concessione. Quo verò ad comitatum, & protonotariatum, quòd Reuerendissimus de Cæsis excogitaret.

DECISIO MCMXLVI.

De resignatione.

PRouisus resignat certa beneficia, & præstimonia expressa, & deinde dicit, ac reliquum in Parochiali de N. & consensus io Camera erat modo præmisso in Parochiali de N. resignatarius in litteris N. exprimebat, & super N. huiusmodi illud diuersificando capiebat tria beneficia, & litteræ erant expeditæ, & in Rota productæ, quæ ad Camaram remisit ad corrigendum. Fuit mandatum, quòd informarent pro prima.

DECISIO MCMXLVII.

De eodem.

SVMMARIVM.

1 *Littera de gratia facta ab inferiori, non debent dari dispositiuè, sed assertiuè.*

PRouisus per legatum in partibus resignabat, & vigore clausulæ, si neutri, Orator expediebat litteras cum admissione cessionis alterius. Fuit dubitatum, quia ad iustificandum concessiuæ cedẽtis producebat quendam quinternum, in quo erant supplicationes præfati legati, qui non erat subscriptus, nec aliquo publico testimonio comprobatus. Tamen quia probauit per testes fide dignos, qui recognouerunt scriptorem, & deposuerunt eumdem fuisse deputatum ad registrandum gratias dicti legati, fuerunt expeditæ, sed non dispositiuè, sed assertiuè fuit facta mentio de concessione prædicta.
1 Et fuit dictum, quod numquam io litteris † debet dari dispositiuè de gratia facta ab ioferiore, sed assertiuè modo præmisso.

DE-

DECISIO MCMXLVIII.

De Bulla, die Martij 12. Nouemb. 1532.

FVit expedito coram Sanctissimo Dom. nostro, nam proponen. Reueren. de Cæsis, Bulla Taraconen. quæ per Rotam ad corrigendũ erat remissa, ex eo quòd erat expedita super extensione reseruationis cum reseruationis narratiua, & tamen supplicatio super dicta extensione non reperiebatur. Verum, quia erat annotata in libro Datarij fuit data fides, & remissa tamquam bene expedita, fuit iustificata expeditio. Primò propter casum Vrbis, cum esset ante Sacchum. Secundò, quia tales materiæ non registrantur. Tertio expedita tempore Adriani, & per præsumptionem generalem, quod sit vina, & sollemnis prout dicitur de omnibus instrumentis. Bald. in rubric. de contrahen. empt. C. col. 9.

DECISIO MCMXLIX.

Da litteris subreptitijs.

ILlustris. D. de Cæsis expediebat litteras super Ecclesia Osten. nulla facta mentione de Iaren. tamen in relatione, seu schedula eidem de dictis Ecclesijs tamquam inuicem vnitis prouidebatur, fuit dictum, non posse expediri tamquam essent litteræ subreptitiæ, debent enim insimul expediri, vel dari dismembratio Ecclesiarum.

DECISIO MCML.

De capellanijs.

ORator expediebat litteras super duabus Capellanijs eodem modo vacant. In supplicatione erat vna sola expressa, fuit mandatum, quod altera deberetur, vt concordarent litteræ cum supplicatione.

DECISIO MCMLI.

De dispensatione.

FIlius resignabat in fauorem patris: fuit quæsitum, an deberet dari dispensatio, sicut datur quando pater resignat in fauorem filij ratione prohibitæ successionis, quæ ratio esse communis videtur ad vtrumque casum? tamen fuit dictum, quòd non erat necessaria? est enim hæc communis opinio Doctorum, vt refert Alex. in cap. Apostolica, 8. q. 1. licet Arch. ibi, & Host. essent in contraria opinione.

DECISIO MCMLII.

De errore nominis.

PRonisus per obitum Ioannis nõ potuit expedire per obitum Iuliani, licet aliàs similes litteræ fuerint expeditæ, quia tunc constitit de corpore beneficij, hic autem non. Cum esset portio in Ecclesia Toletana, in qua sunt plures aliæ similes. per Abb. in c. significante. extra de rescript. & Rota in nou. 133. Licet loquatur in rescripto ad lites.

DECISIO MCMLIII.

De indulto.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales non gaudent indulto qui numquam fuerunt in Curia.*

REuerendissimo Hisp. dabatur indultum in forma,
1 fuit dubitatum, *an † deberet dari, quia Reuerend. non gaudent, qui numquam fuerunt in Curia, prout idem Reuerend.* Tamen quia Papa ex recta sententia dederat per breue, & ea conditione, quòd expediret litteras fuit dictum, quòd daretur, viso breui.

DECISIO MCMLIV.

De iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Cessio in his, quæ non sunt solita fieri, præsumitur per importunitatem, & præoccupationem facta.*

PRonisus de vacant. extra Curiam habebat in litteris derogationem iurispatronatus laicorum, etiam in nobilium, in supplicatione erat in corpore, non in clausulis derogatio dicti iurispatronatus nobilium, sine verbo laicorum. Fuit mandatum, quod deleretur dicta derogatio tamquam non solita dari, & quod data etiam nõ erat, quia poterant esse clerici, & nobiles, & ea, quæ sunt solita fieri, si mutantur, vel non solita conceduntur, præsumuntur per importunitatem, vel præoccupationem
1 † concessa. Fel. in cap. cum ille, de constit. col. 2.

DECISIO MCMLV.

De mutatione.

FVit etiam denegata mutatio situationis beneficij in litteris oratori, quia habebat cassatum, verbum, situatione, in litteris supplicationis.

DECISIO MCMLVI.

De eodem.

ALterum fuit concessum mutare nomen beneficij in litteris, quia in supplicatione habebat inuocationem, & denominationem.

DECISIO MCMLVII.

De valore beneficij.

PRonisus in litteris de beneficio valoris 14. quia in supplicatione habebat 30. & cassatum clausulam minuen. Fuit dictum, quòd exprimeret valorem prout in supplicatione.

DECISIO MCMLVIII.

De eodem.

ALter in litteris estimabat octuaginta in supplicatione 46. tantum, tamen ei fuerunt datæ litteræ, quia in supplicatione habebat clausulam augendi, vsque ad verum valorem, licet non habebat clausulam non obstante, quia fuit dictum, quòd eramus extra terminos regulæ, & poterat exprimere quamcumque summam, secus fuisset per clausulam augendo, sine illis verbis, vsque ad verum valorem, tunc enim solum tertia pars posset augeri iuxta terminos regulæ.

DECISIO MCMLIX.

De derogatione.

SVbrogatus in locum conclauistæ expediebat litteras perinde valere, super derogatione particularis statuti Ecclesiæ Gallicen. quo cauebatur, quod ad certos electio pertineret. De quo statuto in precibus nulla fiebat mentio, tamen quia habebat derogationem statutorum Ecclesiæ, quibus de facili derogatur, & erat vltra derogationem generalem, &c. statoris etiam de optando propter illam implicationem etiam concluserunt, quod veniret derogatio præmissa.

DECISIO MCMLX.

Da pensione.

ITem litteræ pensionis cum regressu in euentum non solutionis ad duos menses pro milite S. Petri clerico coniugato iuxta priuilegia militum fuit dictum, quod reseruarentur ad primam.

DECISIO MCMLXI.

Da monitorio.

MOnitoria pœnalia fuit mandatum dari de vacantia apud sedem post expeditionem litterarum de alia reseruatione, quod doceretur de ea, & litteris similiter expeditis doceretur.

DECISIO MCMLXII.

De creatione in canonicum.

CReatus in canonicum cum expectatione præbendæ, confirmabatur à Papa. Fuit dubitatum, quia in supplicatione erat additum, & de cõsensu. Fuit dictum, quòd erat impertinẽter additum illud verbum, & quòd erat bonum, quod cassaretur ex eo, quia iam elegerant. Vnde non requirebatur vlterius consensus.

DECISIO MCMLXIII.

De dispensatione.

DAbatur dispensatio de quarta parochiali ad sex mẽses oratori, qui narrabat secum dispensatum aliàs ad tria. Fuit dubitatum, quia in supplicatione erat additum, & de tertia parochiali ad vnum, & de quarta ad sex menses. Videbatur enim per dictam additionem, quòd gratia restringeretur, tamen quia in litteris vigore

dictæ

dictæ supplicationis quoad tertiam nil ei dabatur, sed de quarta tantummodo ad sex menses. Fuit dictum litteras expediri.

DECISIO MCMLXIV.

De alternatiua.

EPiscopus, qui habebat litteras alternatiuas expeditas sine clausula restrictiua, quòd non posset vti litteris, & regula remissa per Rotam ad corrigendum, fuit mandatum corrigi, quia in supplicatione erat dictum, quòd expedirentur in forma, & summa, & stylus ita dictabat, & fundantur in iure, arg. c. vt quis duas, de elect. lib. 6. & priuilegium videretur amittere qui concessa sibi abuteretur potestate, c. priuilegium, 11. q. 3. Scriben. in c. cum accessissent. de constit.

DECISIO MCMLXV.

De coadiutoria.

COadiutoria super copia subscripta per bo. me. Sanctorum quattuor, & Martinum tunc deputatum ad effectum, summistæ, fuit dictum, quòd expediantur, & sic expeditę Bullę, quibus fuerat plumbum abscissum per Cameram, & fuerunt missæ ad plumbum denouo.

DECISIO MCMLXVI.

De stylo.

PRouisus, qui expedierat litteras suæ prouisionis, & modo resignabat, & in litteris dabatur de primo modo vacandi, fuit dictum, quòd rescriberentur, quia stylus non erat bonus, neque iurisdictionis, cum vacaret per resignationē ipsius, qui expedierat eo modo, quo prius.

DECISIO MCMLXVII.

De scriptoribus.

SCriptoribus Apostolicis dantur Protonotariatus, & Comitatus in forma iuxta eorum priuilegia.

DECISIO MCMLXVIII.

De reseruatione, die 4. Martij 1533.

FVit expeditio bo. me. coram Sanctiss. vbi vltra Reuerendissimum D. Datarium Lambertum, & Blasium, fuit vocatus Auditor Cameræ, in qua Bulla reseruationis pensionis cum regressu pro laico milite S. Petri iuxta eorum priuilegia fuit reiecta, quia data in Castro, & noluerunt approbare priuilegia militum.

DECISIO MCMLXIX.

De prouisione per obitum.

PRouisio per obitum apud Sedem expediri per cessionarium vigore clausulæ in fine supplicationis appositæ, quod omissa cessione posset expediri per obitum, fuit reiecta, quia erat etiam data in Castro, & habebat per Breue, quod videbatur insolitum.

DECISIO MCMLXX.

De pensione.

PEnsio pro milite S. Petri laico coniuncta cum regressu ob non solutionem per duos menses iuxta priuilegia militum, fuit mandatum abscindi plumbum, quia Papa non intendebat confirmare & ponere in vsu eorum priuilegia.

DECISIO MCMLXXI.

De commenda, die Martis 27. Maij 1533.

FVit expeditio coram eodem Sanctiss. Bis interfuerunt Reuerendissimus Dominus Datarius, & Reuerendissimus Dom. Auditor Cameræ, Reuerend. Dom. Lambertus. Ioan. Vinchel, & Blasius, in qua fuerunt proposita infra. Pro Michaele de Planis commenda Prioratus, qui forsan Conuentualis existit vacan. per cessionem commendæ. Fuit dubitatum, quia in supplicatione de conuentualitate verbum nullum, & in clausulis erat cassatum verbum qualit. Fuit dictum, quod prouisio erat per obitum, non erat dubium, quòd prouisio expediri non poterat. In ista opus erat videre mandatum, & sic expedita non fuit, sed remissa Dominis expeditoribus ad primam.

DECISIO MCMLXXII.

De Parochiali.

PLacentin. Pro Reuerend. Dom. Baldo Farratino, quo prouidebatur de Parochiali, ac Capella S. Iacobi sita intra limites Parochialis Ecclesiæ Plebis nuncupatæ Castri Arquati, ac simplicis beneficij Plebaniæ nuncupata in Ecclesia S. Antonij Placentin. Diœc. habebat in clausulis inuocation. & denominatio. Per obitum extra curiam in mente reseruato, & in supplicatione erat de Parochiali, & duob. Canonicatib. Castri Arquati, & S. Antoni Placentin. Diœc. tamen dixerunt, quod non poterat mutari corpus beneficij, & fuit remissa Bulla ad D. Vinchel, vt videret, quod ei dari posset.

DECISIO MCMLXXIII.

De lite.

ZAmoren. si neutri, pro re litigante, cum derogatione regulæ de annali in totum, attenta lite signaturam habebat, quia tamen dicebatur, quod inciderat in regulam, & quòd non erat vocalis, ideo Bulla fuit remissa ad eumdem Ioan. Vinchel.

DECISIO MCMLXXIV.

De mutatione.

ABulen. & Pisanen. Prouisio præstimonij oppidi de Palamos riuos per obitum apud Sedem Palent. Diœc. Orator in litteris mutabat Diœcesim & situationem; in signatura erat de Diœcesi, sed non de situatione, ideo fuit reiecta.

DECISIO MCMLXXV.

De cessione.

MOritan. pro Augustino Murion. Prouisio Parochialis vacan. per obitum apud Sedem, in supplicatione erat simplex cessio, de qua non constabat; erat clausula in fine, quòd esset expedire per obitum, aliàs Bononiæ fuit reiecta, tamen visum fuit modo ex eo, quòd clausula erat sufficiens illum concedere.

DECISIO MCMLXXVI.

De eadem.

FLorentin. Pensio ex cessiona facta in manibus Ordinarij, in qua pro consensu dabatur instrumentum Notarij, fuit reiecta propter regulam.

DECISIO MCMLXXVII.

De subrogatione.

SAlamantin. Prouisio, & vnio ad vitam de vacant. per cessionem commendæ per obitum apud Sedem, in supplicatione erat subrogatio, tamen in clausulis erat, quòd omissa lite litteræ possent expediri, ideo videbantur bonæ litteræ. Tamen dixerunt Papam circumuentum, & Papa mandauit non expediri.

DECISIO MCMLXXVIII.

De familiaritate.

ABulen. Prouisio per obitum familiaris Papæ dum Cardinalatus fungeretur honore, postquam a familiaritate recesserat extra Curiam defuncti in supplicatione de familiaritate prædicta verbum nullum. Tamen erat clausula generalem reseruationem importans, etiam dispositiuè ex quauis causa. Et licet de iure vigore dictæ clausulæ posset dari, tamen ex stylo, & ne aperiatur via ceteris, fuit dictum, quod nō daretur, & quod de familiaritate priore debet fieri specifica mentio. Fuit iterum proposita die 12. Augusti, & similiter reiecta.

DECISIO MCMLXXIX.

De Parochiali.

ZAmoren. Prouisio Parochialis Ecclesiæ S. Saluatoris de Auezanes, & præstimonij in Parochiali de Ponte Antiquo Zamoren. Diœc. per obitum apud Sedem, in supplicatione prouidebatur de Parochiali de Ponte Antiquo, & de præstimonio in parochiali de Auezanes. Nec erat in ea clausula sufficiens, ideo fuit reiecta.

DECISIO MCMLXXX.

De pensione.

Placentin.

PAlentin. pensio 20. Ducatorum super fructibus dimidiæ portionis Ecclesiæ Beatæ Mariæ opidi Vallis dictę Palentin. diœcesis, quæ medietatem fructuum non excedit cum regressu per nullum, vel decessum ad dictam dimidiam portionem. Cuius fructus 24. & sic tamquam sibi ipsi contraria, & repugnans fuit reiecta, cum non possit stare, quod fructus sint 24. & dimidia ascendat ad 24.

DECISIO MCMXXXLI.
De derogatione.

TRidan. Prouisio Parochialis Ecclesiæ per obitum extra Curiam cum derogatione regulæ de idiomate dubium fuit, quia prędicta derogatio, quæ erat in litteris, non erat in supplicatione, sed erat posita in non obstantibus. Et aliqui dixerunt, quod non obstante, & derogatione confunduntur. Tamen omnes tenuerunt contrarium, quia apparet, quòd specificè derogetur dictæ regulæ. Fuit postea expedita per Reuerend. Dom. Ioan. Vuinchel, quia satis erat specifica, si ponebatur in non obstante. Licet non veniat per regulam generalem non obstantibus.

DECISIO MCMLXXXII.
De pensione.

TRanslatio pensionis 16. Ducatorum super beneficio de Tudela dubium, quia transferens super beneficio de Rochetene, & non de Tudela, super quo erat pensio reseruata, cum facultate transferendi, & videbatur aliquibus quòd esset error manifestus, & ideo expediatur ex eo, quòd idem transferens dictum beneficium de medio temerè resignabat, Tamen, quia de illo de Tudela super quo pensio erat verbum nullum, ideo videbatur quibusdam alijs, quòd litteræ nō possent expediri, sed remissæ fuerunt ad primam, & interim melius informando die 12. Augusti expeditæ fuerunt.

DECISIO MCMXXXIII.
De variatione nominis.

BVrgen. Prouisio trium Ecclesiarum certo modo vacan. pro Martino de Meno familiari Scriptoris Apostolici, fuit dubitatum, quia in supplicatione non Martinus, sed Petrus nominabatur, fuit dictum, quod oportebat, quod doceretur, quòd dictus Martinus expeditionem sollicitasset, & fuit remissa ad D. Lambertum die 12. Augusti, iterum fuit proposita, fuit dictum, quòd examinaretur præfatus scriptor tunc dominus suus.

DECISIO MCMLXXXIV.
De pensione.

VRbis cessationis pensionis mille ducatorum pro Reuerēdissimo della Valle, dubitabatur, quia nō dabatur schedula iuxta stylum, sed relatio sumpta ex libro, in quo notantur consistorialia, sed quia constabat Sanctiss. de veritate, fuit mandatum expediri.

DECISIO MCMLXXXV.
De expeditione.

FIrman. Regressus ad Ecclesiam Firman. pro Reuerēd. de Saluiatis per decessum vltimi possessoris expedita super relatione Consistorij, vt proximè de mandato Sanctiss.

DECISIO MCMLXXXVI.
De vnione.

NOuarien. Commenda, & volo ad vitam de vacan. per obitum extra Curiam in mense reseruato, dubium erat, quia in supplicatione non erat, quod expedirentur litteræ in forma gratiosa, nec erat derogatio regulæ de vnionibus committendis. Et aliqui dixerunt, quod dicta regula non habebat locum in volonibus ad vitam, sed in perpetuis tantum, tamen omnes dixerunt contrarium, quod regula sibi vendicat locum in vtroque casu. Tamen fuit mandatum expediri ex eo, quia vnio prædicta erat addita in supplicatione manu referendarij non scribentis supplicationem, quo casu dixerunt, quod dictæ conditiones factæ ex certa scientia per referendarios, importent quòd super his dentur litteræ in forma gratiosa.

DECISIO MCMLXXXVII.
De mutatione.

GErunden. Mutatio vnius collationis, & extensio ad tertiam in mutatione. Cum narraretur prima gratia erat erratum in data, iden litteræ erant remissæ ad corrigendum parte citata, quia nihil fuit in contrarium allegatum, & constabat de errore, fuerunt litteræ correctæ.

DECISIO MCMLXXXVIII.
De correctione.

SArlaten. Commenda Archidiaconatus Sarlaten. in Ecclesia Sarlaten. per resignationem vacan. petebat etiam dictas litteras corrigi, & dicere Archidiaconatum Sarlaten. in Ecclesia Patragoric. non erat verbum diçę. in supplicatione, sed erat clausula, quòd quatenus Archidiaconatus prętereа esset in Ecclesia Petragoricen. possit exprimi. Vt quia fuit productum mandatum in quo resignabatur Archidiaconatus Petragoricen. Fuit mandatum corrigi iuxta tenorem mandati, qui per resignationem vacabat.

DECISIO MCMLXXXIX.
De eodem.

COmmenda monasterij certo modo vacan. cum cessione alterius ex eo, quia aliud monasterium in commendam obtinebat, petebat litteras corrigi in eo, quòd dicebatur, quod monasterium obtentum erat in commendam. Et diceretur, quòd obtinebat in titulum, & hoc fuit concessum. Petebatur insuper, quòd in narratiua poneretur, quòd Rex Christianissimus scripsit pro eo, & erant litteræ Regis eiusdem, qui super his scribebat, licet aliquibus videretur, quod parui momenti foret, tamen Sanctissimus noluit, cum litteræ Regis essent longè post datam litterarum. Et sic non fuit narratiua correcta.

DECISIO MCMXC.
De eodem.

HIspalen. Perinde valere, super exspectatiua ad tres collationes pro Bernardo de Seluiatis, cum derogatione regulæ de non acceptando litteras non expeditas, petebatur, litteras prędictas corrigi quoad dictam regulam, cum similes litteræ pro eodem essent correctæ. Dicebatur, qòòd istæ perinde erant sub alia data. & iden ex diuersis non inferri. Patebatur enim, quòd corrigerentur in narratiua datæ malè replicatæ in corpore, quia gratia erat rationi congrua, in qua de stylo prima data bis nominatur, & nominabatur diuerso modo, primo vno modo, secundo alio. Fuit conclusum, quòd daretur supplicatio, quæ non producebatur.

DECISIO MCMXCI.
De annexis.

SVMMARIVM.

1 *Annexa perpetuo veniunt ipso iure.*

CAurien. Prouisio Parochialis certo modo vacan. petebatur in litteris apponi annexa per viam correctionis. Et quia erat in signatura verbum annexum,
1 fuit dictum, quod si erant annexa † perpetuo ponerentur, & veniebant ipso iure.

DECISIO MCMXCII.
De præsentando.

OScen. Erat reseruatum ius præsentandi vniuersitati de Alatremiten. Oscen. diœc. ad certam portionem graduatum in sacra pagina, petebatur litteras corrigi, & restringi ad Doctoratus gradum. Et licèt videretur, quòd gratia minueretur, tamen ne fieret preiudicium Rectori, & quia litteræ concordabant cum supplicatione, & quia in eorum arbitrio non præsentare nisi Doctorem, ideo non fuerunt correctæ.

DECISIO MCMXCIII.
De plumbi abscissione.

SAlamantin. Regressus ad Canonicatum, & præbeodam Ecclesiæ Salaman. pro Antonio Palenzota, petebatur abscindi plumbum, dictasque litteras deleri, tãquam essent expeditæ super sumpto defectiuo, quia in supplicatione originali erat da dicto regressu addita clausula in fine, quod litteræ expedirentur ad regressũ pro Ferdinando dumtaxat, quæ clausula non fuerat primo registrata. Tamen super sumpto sine dicta clausula erat expeditus regressus pro Antonio Palenzota. Demum cum esset quæstio super his, & supplicatio habita esset pro bona, & sumptum pro defectiuo, fuit mandatum, dictas litteras deleri, & cassari, non obstante, quod dicebatur, quia erat absens, & citatio facta de eo ad hunc actum esset antiqua, quia erat die 5. Maij & quod pendebat caussa criminalis, quo casu aliàs fuit ordinatum in expeditione supersederi. Tamen his non obstantibus fuit mandatum abscindi plumbum, & deleri.

DECISIO MCMXCIV.
De registratione.

VRbis. Periode valere super erectiona mõtis fidei. Data huius Bullæ præcedebat datam Bullæ principalis, quod erat absurdum. Ideo fuit dictum, quòd corrigeretur, & quia registrum asserebatur deperditum, fuit mandatum iterum registrari.

DECISIO MCMXCV.
De suspensione.

HIspalen. Prouisio de primo vacaturo Canonicatu & preben. Ecclesiæ Hispal. cum suspensione gratiarum latissime ex tenden. in litteris erant suspensi etiã accessus, & regressus. In supplicatione erat suspensio in genere sine mentione regressus. Ideò fuit mandatum, quod litteræ corrigerentur, & diceretur, citra accessus & regressus, prout fieri consueuit.

DECISIO MCMXCVI.
De nominatione.

FVlien. Erat exspectatiua expedita in generali expeditione pro eo, qui nominatus erat a milite S. Petri. Verum, quia nominatio erat post datam Bullæ per quatuor menses, orator fecerat corrigere minutam, & poterat nominari sperans locum nominatus ex istis. Vnde pars instabat, quòd litteræ corrigerentur, & reducerentur ad primam formam. Et ita fuit mandatum.

DECISIO MCMXCVII.
De expeditione.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ in forma possunt expediri super quolibet verbo supplicationis.*

QVidam voluit expedire extra expeditionem litteras perinde valere, ego dubitaui, quia in supplicatione non erat, quòd poterat sub dicta forma expediri. Fuit dictum, quòd poterant super quolibet verbo sup-
1 plicationis † expediri litteræ in forma, perinde valere, etiam quod supplicatio non habeat.

DECISIO MCMXCVIII.
De derogatione.

IN gratia, si neutri, derogabatur regulæ de annali in totum attenta lite. Tamen ex narratis constabat litem non esse, quia narrabat orator commisisse caussam litteris non confectis. Dictum quod non erat bene, quia quotiescumque inferretur lis in litteris, non debet derogari dictæ regulæ, cui derogatur attenta lite, & non aliàs.

DECISIO MCMXCIX.
De concessione Romæ, die 12. Augusti 1535.

FVit expeditio coram Sanctiss. D. eisdem interueni. fuit proposita prouisio Cordub. in qua orator impetrauerat in D. ç esi, tamen litteræ etiam de eodem in ciuitate, fuerunt datæ expeditæ, attento, quòd vacatio erat apud Sedem, & persona erat nota, & de dicto beneficio alteri prouisum non fuerat, vt fidem fecit Datarius. Eo sic sciente licere esset dictum, quod de iure non deberat dari vt est glos. in c. accepimus. de ætate & qualitate.

DECISIO MM.
De reseruatione pensionis.

EGiptimen. Oratori prouidebatur de Canonicatu, & præbẽda in Ecclesia Egiptimen. cum reseruatione pensionis 20. ducatorum, quæ medios fructus non excedebat in fauorem alterius, modo cum vellet expedire prouisionem, & virtute clausulæ minuendo, vellet minuere fructus vsque ad 24. fuit dictum, quod non poterat, quia erat repugnantia, quod fructus essent 24. & pensio 20. & non excederet medios fructus.

DECISIO MMI.
De exceptione.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconatum excipiendo, censentur excepta annexa perpetuo.*

CAucen. Prouidebatur de omnibus vacantibus per obitum Ioanis, quod apud Sedem, & in specie de Canonicatu Cauceo. & Parochiali de Latrigal. Sed excipiebatur Archidiaconatus eiusdem Ecclesiæ Caucen. vnà cum dicta Parochiali annexis perpetuo. Ideò orator petebat ad eius vitam annexionem hanc dissolui, attenta mente Sanctiss. quæ erat ei prouidere de omnibus beneficijs, & in specie de Canonicatu, & præbenda ac Parochiali prędicta. Tamen fuerunt negatæ litteræ, qui de dissolutione puta in precibus nullum verbum,
1 & excipiendo † Archidiaconatum dicuntur excepta annexa perpetuo.

DECISIO MMII.
De commissione assertiua.

SVMMARIVM.

1 *Contentum negatur pro continente.*

SAlamantin. Quidam impetrauerat Parochialem de Perignos Salamantin. diœces. eiusdemque, vel simplex beneficium cesserat litteris non confectis. Cessionarius expedierat litteras super simplici seruitorio in Ecclesia Parochiali de Perignos dispositiuè dicendo, quod de simplici seruitorio fuerat auctori suo prouideri concessum, & in Rota prętendebat probasse, quod simplex seruitorium prædictum habebat curã animarum certis mensibus alternatim, & quod in eo loco non erat alia Parochialis. Tamen quia litteræ erant remissæ ad corrigendum, fuit dictum, quod daretur concessio suo auctori assertiuè, & non dispositiue. Vnde, quod eius auctor asserebat, sibi de simplici seruitorio prouideri concessum, illudque reddebat in eius fauorem, & sic in Rota teneretur probare, vel iustificare esse com-
1 prehensum in prima supplicatione, † quia aliàs negatur contentum pro continenta, argum. cap. fin. de prębend. Iterum proposita die 17. Martij, fuit idem ordinatum, quòd omnino dentur assertiuæ.

DECISIO MMIII.
De expeditione per obitum.

SAlaman. Litterę expeditę per obitum vigore clausulæ positæ in cessione, etiamsi per obitum ad instantiam partis remissæ ad corrigendum, & quod daretur de cessione, & non per obitum fuit concessum, quia supplicatio erat sufficiens, & pars fuerat citata, & nihil dixerat nisi de breuitate temporis ad dictum contra.

DECISIO MMIV.
De regressu.

PAlen. Habens regressum de tẽpore Iulij, miserat litteras ad plumbum tempore Leonis in forma rationi congruit. In quibus cum esset schedula tosa, & litterę non erant aliter expeditæ, petebatur iterum expediri sub nomine Clementis, fuit dictum, quod obstabat regula, & quod fuerat negligens, licet econtra allegarat dili-

diligentiam,& quod litteræ erant plumbatæ. Vnde Papa dixit,eum dare regressum de nouo.

DECISIO MMV.

De derogatione.

AVicen. habens derogationem regulę de annali latissimè,quia dicta derogatio erat insolita,& posita in loco suspecto, fuerunt litteræ retentæ, & positæ in expeditione, in qua attenta signatura postquam erant cum dicta clausula, fuit mandatum expediri, & alia similis missa ad plumbum.

DECISIO MMVI.

De prouisione.

LEgion. Tres prouisiones pro Garsia Hubralena prouisio per resignationem,in quibus pro consensu dabat instrumentum Notarij, fuerunt reiectæ vigore de præstan.consensu nuper editæ.

DECISIO MMVII.

Da exspectatiua.

HIspalen. Salaman. & Vigellen. Etiam valet super exspectatiua prioris Vibis remissa ad corrigendum, quia in ea non erat derogatio regulæ, de non acceptando litteris non confectis. Quæ derogatio fuerat et cassata in expeditione super inualiditata gratiæ suæ: & in parte, in qua narrabatur gratia cum data simili,litteris huiusmodi remissis, & quia nullus producebat supplicationem, & Domini essent in voto, attenta prima correctione, quod prior teneretur ad probandum. Vnde pro eius parte dabatur supplicatio cum simili derogatione, sed sub posteriore data fuit dictum, quod daretur copia parti.

DECISIO MMVIII.

De expeditione.

FArren. Gubernium fuit expeditum per Breue pro Reuerendissimo Rauennaten. Fuit, quod daretur sub plumbo iuxta formam Breuis.

DECISIO MMIX.

De regressu.

BVrgen. Regressus ad Collegiatam Ecclesiam Abbatiam nuncupatam de Castro Zeni Burgen. diœc. Sanctiss. tunc in minoribus constituto in forma rationi congruit.

DECISIO MMX.

De derogatione.

CRemonen. Prouisio Capellaniæ ad altare Sancti Ioannis Baptistæ in Ecclesia Sancti Lucæ Cremonen. cum derogatione iurispatronatus in forma remissa per Rotam, quia in supplicatione erat data derogatio iurispatronatus in totum, latissimè attenta lite: in litteris dabatur conditionaliter de lite, & aliàs in forma fuit dictum, quod non poterat dari, quia petitum non fuerat.

DECISIO MMXI.

De regressu.

PLacent. Regressus ad Canonicatum Ecclesiæ Palentin. per decessum de consensu petebat addi,erat per cessum supplicatio,erat sufficiens,& consensus superuenerat,& post fuit dictum,quòd daretur.

DECISIO MMXII.

De præceptoria.

DErtusen. Prouisio præceptoriæ Domus S. Ioannis Hierosolymitani cum derogatione priuilegiorũ, latissima fuit dubitatum,quia in prioribus dabatur oratori possessori de noua prouisiona, in qua dicta derogatio solet dari,& in ea habebat verbum simplicis, cuius vigore litteræ petebantur expediri. Fuit ordinatum, quod vocaretur procurator Ordinis coram Reuerendissimo D Datario.

DECISIO MMXIII.

De extensione exspectatiua.

BRacaren. Palafrenarius petebat expediri litteras super reualidatione,& extensione exspectatiuæ. Dubium erat attenta generali reuocatione gratiarum, an possit expediri. Tamen,quia in supplicatione habebat, quod posset acceptare, litteris non expeditis, fuit dictum quod expedirentur super derogatione prædicta.

DECISIO MMXIV.

De derogatione.

SVMMARIVM.

1 *Ius quæsitum potest auferri impetranti inter prouisionem, & reformationem.*

AVtien. vnio de vacan. apud Sedem cum derogatione iurispatronatus,fuit dubitatum,quia dicta derogatio dabatur per reformationem,quæ nõ erat dotata, sed sub priori data erat manus bon. mem. Sanctorum quattuor, quòd datario non dabatur, fuit reiecta
1 huiusmodi gratia, quia posset auferri † ius quæsitum impetranti inter prouisionem,& reformationem.

DECISIO MMXV.

De reformatione.

TVronen. similis vnio, in qua erat similis reformatio super mense vacationis, quia in supplicatione dicebatur de mense Octobris præteriti, in reformatione erat loco præteriti, præsentis, & non datæ fuerunt litteræ expeditæ, quia dicta reformatio erat signata in signatura Papæ, & constabat de errore euidenti. Et ita placuit.

DECISIO MMXVI.

De reualidatione gratiæ.

VIrdũ. Reualidatio gratiæ exspectatiuæ quoad tres collationes remissa ad corrigendum per Rotã, in qua petebantur apponi certa verba apposita in supplicatione,& pars contentabatur. Ideo fuerunt apposita.

DECISIO MMXVII.

De assassinio.

LVcen. Beneficia quorumdam, qui arguebantur de assassinio non esse in Bullam Alexandri prohibentis collitigantes vulnerari, & de incompatibilitate plurimorum, & de presbyteri odio non dabantur conferri impetranti cum decreto, quòd resignationes per delinquentes factæ censerentur factæ in fauorem, & admouerentur resignatarij a possessione. Fuit ordinatum minutam dari abbreuiatori, vt aptetur ad stylum. Iterum proposita die 17. Martij 1534. fuit ordinatum, quod darentur verba supplicationis.

DECISIO MMXVIII.

De resignatione, die Martis, 17. Martij 1534.

FVit expeditio coram Sanctiss. in Beluedere, vbi interfuerunt Reuerendissimus de Cęsis, Reuerend. D. Vinchel Datarius. Reuerendiss. D. Auditor Camerę. Thomas de Prato Episcopus Visionen. & Blasius Secretarius Lucen. assassinij pluries proposita, in qua agebatur de priuatione,& supplicatione habebat prout de iure. Erat postmodum reformata,quæ dicebat, quòd quatenus constaret de resignatione in fraudem, quod admonerentur resignantes, & resignatarij, & inficiebatur resignatio facta,& facienda. Fuit ordinatum, quod darentur verba supplicationis, postquam supplicatio erat signata. Vide supra dia 12. Augusti.

DECISIO MMXIX.

De mutuatione situationis.

SAlamantin. Frater Felix de Prato resignauerat in Parochiali de N. loci Baldi,& mutabat situationem, & supplicatio habebat, tamen litteræ erant remissa per Rotam, quia dicebatur, quod consensus erat limitatus ad situationem certam, dato, quòd supplicatio esset lata. Fuerunt dictæ litterę remissæ ad Reuerend. D. Ioan. Vinchel Datarium.

DECISIO MMXX.

De extensione.

Hispalen. Reualidatio, & extensio exspectatiuæ, cum derogatione de non acceptando litteris non confectis, remissæ etiam per Rotam, quia in supplicatione non erat dicta derogatio, fuit dictum, quod poterat per Cameram dari, sed non in præiudicium tertij. Ideò si beneficium vacabat ante expeditionē, quod per alium fuit acceptatum, nihil habebat, si verò post, nihil referebat. Ideò fuit ordinatum, quòd partes docerent vacationem.

DECISIO MMXXI.
De cessione per obitum.

Tirasonen. Prouisus de Canonicatu, & præbenda Tirasonen. vacan. in mense reseruato, dabatur dispositiue per obitum Nicolai de Siles, remissę fuerunt per Rotam, quia supplicatio erat simplex, resignatio seu cessio habebat in clausulis quamcumque generalem reseruationem importante etiam dispositiuè non obstante regula, & posse exprimere nomina defunctorum. Tamen fuit dictum, quod non poterat dari dicta reseruatio dispositiuè contra regulam, & derogatio posita in supplicatione respiciebat aliam regulam, Videlicet de exprimendo modo. In Cancellaria fuit iterum proposita die 9. Iulij 1534. & ostensum, quòd dicta regula non obstabat, quia erat Clementis, & gratia erat Leonis. Ideo quòd expediretur.

DECISIO MMXXII.
De remissione.

Salamantin. De Palatios rubios remissa per Rotam fuit proposita die 12. Augusti præteriti. Vide ibi, modo dabatur noua Bulla cum eisdem defectibus, qui erant in remissa. Fuit dictum, quòd diceretur per verbum, asseritur, vt erat ordinatum in prima remissa, vide ibi.

DECISIO MMXXIII.
De derogatione.

Avrien. Vnio de vacan. apud Sedem, & derogatio de iurispatronatus, erat dubium, quia dicta derogatio dabatur per reformationem non datam, erat mortuus bon. mem. Sanctorum quatuor, qui datari non debebat. Tamen fuit dictum, quod poterat esse acquisitum ius alteri, & quod non erat bona, & sic reiecta. Iterum proposita die 9. Iunij 1534. & expedita, quia orator petebat, vel quod datetur pro priori data prout dicebat supplicatio, vel datetur de tempore, quo fuit Datarius Casertanus, cum in supplicatione fuisset eius manus videlicet Ioan. Datarius.

DECISIO MMXXIV.
De reseruatione.

Palentin. Reseruabantur duæ pensiones super certis beneficijs in Ecclesia Valentin. cum derogatione constitutionum Synodalium, & statutorum Ecclesiæ, dubitaui, quia in supplicatione in derogatione procurata erat apposita ista clausula. Vnde attento, quod pro filijs patrimonialibus legitimis & naturalibus, & non ex indulto Apostolico, de quo in his non habebatur mentio, fuit dictum, quod peterentur, aliàs non darentur.

DECISIO MMXXV.
De litigiosis.

Acrigentin. Litteræ per viam si neutri, seu perinde valere, narrantes regulam de annali siue primam, & vltimam partem, & in derogatione dicebatur non obstante voluntate priore, fuit dictum, quod informaretur pro prima, & citaretur pars, quia erat materia litigiosa.

DECISIO MMXXVI.
De impetratione.

Sancti Flori. Impetrabatur Parochialis in diœcesi Sancti Flori siue alterius. Dictum verbum erat cassatum, & litteræ expediebantur in diœcesi Caluaran. fuit dictum, quod poterat, dato quòd iustificaret per litteras officialium Sancti Flori, quòd in eorum diœcesi non erat similis Parochialis.

DECISIO MMXXVI.
De eadem.

Macloniceu. Similis impetratio in diœcesi Maclonien. siue Maleaccen. aut alterius erat deletum Maleacen. & alterius, & relictum verbum Maclonicen. constabat & corporis situatione, & dependen. quia erat Prioratus, tamen vt in proxima, quod non erat bona.

DECISIO MMXXVII.
De exspectatiuæ extensione.

Salaman. Extensio exspectatiuæ, quod familiari fuit dictum, quòd expediretur propter generalem reuocationem, per aliquos tamen Reuerend. proponend. aliter videbatur, ideo fuit dictum, quod informaretur ad primam.

DECISIO MMXXVIII.
De mutatione nominis.

Palentio. Prouisus de portione in Ecclesia B. Mariæ opidi Vallisoleti Palentin. diœces. per obitum Roderici de Artois. Quia in supplicatione dicebatur Antonij de Artois, & non Roderici, & sic mutabatur nomen, fuit dictum, quòd informaret, & doceret, quod tempore impetrationis nullus in dicta Ecclesia esset Portionarius nomine Antonius de Artois. Die prima Decembris 1534. Iterum proposita, & quia in supplicatione erat cassatum nomen, & non constabat de corpore fuit reiecta.

DECISIO MMXXIX.
De errore temporis.

Panormitan. Orator vigore consuetudinis Ecclesiæ optauerat meliorem præbendam, & obtinuerat litteras prouisionis, sed in litteris dicebatur de præsenti mense Februarij, & supplicatio erat data die 22. Februarij. In precibus dicebatur de mense præterito mense Februarij. Fuit dictum, quòd doceret de optione, ex qua poterat constare de errore.

DECISIO MMXXX.
De indulto.

Calaguritan. Indultum vtenti prærogatiuis scriptorum pro eo, qui expediret litteras exspectatiuæ sine dictis prærogatiuis, fuit dictum, quod erat bonum, nec comprehendebatur in generali reuocatione, de qua supra.

DECISIO MMXXXI.
De derogatione.

Olocen. Habens derogationem iurispatronatus in totum attenta lite in supplicatione, & in litteris narrabatur molestia facti inter patronos coram iudicibus sæcularibus, & petebatur dicta derogatio, fuit dictum, quod deleretur, vel narraretur lis, vel aliàs non erat bona.

DECISIO MMXXXII.
De translatione pensionis.

Toletan. Litteræ super translatione pensionis reseruatæ Sanctiss. Domino in minoribus constituto, pro Reuerendissimo de Cæsis de rationibus etiam eum tangentib. in dimissione facta per assumptionem eiusdem fuit mandatum expediri.

DECISIO MMXXXIII.
De eodem.

Pvblicatio canonicatus pro D. Iacobo Cortesio, quia aderat certa clausula, quā Papa alijs denegauit, fuit pronunciatum mandatum expediri, attento, quod habebat iustam caussam.

DECISIO MMXXXIV.
De separatione seu dismembratione.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Clausula in forma rationi congruit, quæ vult prouideri litteris non expeditis.*

2 *Exprimi non potest, quod inest tacitè contra attestationem Papæ.*

3 *Expressa in gratia ea omnia censentur, quæ ex verbis percipi possunt.*

DIe Martis nona Iunij 1554. Expeditio generalis coram Sanctiss. D. nostro in Palatio eiusdem, quibus supra præsentibus Cæsaraugustan. Leo commendauit Monasterium B. Mariæ de Rota Cistercien. Ordinis Cæsaraugust. diœc. vacan. apud Sedem per dissolutionem vnionis de eo factæ per Iulium mense Archiepiscopali Cæsaraugustan. Reueren. de Triuultijs sub data octauo Idus Martij, anno 7. & deinde sub data 6. Non. Iulij anno 8. Idem Leo attestatur, quòd non intellexit caussas, propter quas vnio prima fuerat facta, & quod si eas intellexisset alteri non dismembrasset. Ideo dixit, & mādauit ita iudicari. Successiuè idem Reuer. expediuerat litteras super cōmenda sua cū narratiua caussarum vnionis huiusmodi, in forma rationi congruit, quæ litteræ tunc erant remissæ ad corrigendum per Reuerendissimum Cæsarinum iudicem in caussa. Et de pluribus dicebatur male expedita. Primò,
1 propter clausulam in forma rationi congruit, † quæ voluit prouideri vbi litteræ non sunt expeditæ, sed in casu nostro ostendebantur aliæ litteræ super eadem gratia, & data expeditæ per Leonem sine narratiua caussarum huiusmodi, & sic dicebatur, quod litteræ expediri non poterant. Secundò, quia expressum fuit Cæsaraugustan. tantum. Sed quod caussæ exprimi potuissent in litteris erat propter clausulam supplicationis, quæ dicebat, quod tenor vnionis exprimi posset. Et sic vigore dictæ clausulæ exprimebatur, quod cum constaret expressè. quod Leo attestabatur, quod eas non intellexit, dicebatur, quod contra eius attestationem non po-
2 terat exprimi illud, quod tacitè inest. Tertiò, sic successor, & sic Clemens non poterat attestari Leonem intellexisse illas caussas eidem narratas implicitè contra expressam attestationem Leonis IV. quod licet vigore dictæ clausulæ tenor vnionis, & cet. potuisset exprimi caussa vnionis, tamen nō sequebatur, quòd fuerint expressæ. Et ideo Leoni qui attestabatur, quòd eas non intellexit erat credendum. Ex aduerso dicebatur regulam non obstare, quia si litteræ tempore Leonis erant expeditæ, & imperfectæ, quod deerat poterat suppleri per Clementem in forma rationi congruit. Idem quod
3 in † gratia omnia dicuntur expressa, quæ ex verbis ipsis percipi possunt, & quæ etiam aliàs virtualiter colliguntur, argumento notatorum, & relatorum in cap. translato. de constit. col. 1. & 2. & Fel. 10 addit. ad decretum. col. 3. Bal. in l. ad probationem. l. 1. C. de probat. Ad contrariam attestationem Leonis dicebatur, quod exspectabat ad iudicem iudicare, non ad expeditores, tamen Sanctiss. Dominus noster propter contrariam attestationem Leonis, & clausulas dictæ supplicationis, mandauit quod caussa concordaretur, quæ gratia præualeat, sed expeditorum erat litteras cū precibus concordare, & sic vota maioris partis erant, quod litteræ essent bene expeditæ.

DECISIO MMXXXV.

De errore temporis.

TIrasonen. Litteræ prædictæ erant etiam remissæ, & pluries propositæ aliàs de mense Martij. Sed fuit erratum, quia iudicatæ secundum regulam Clementis, & gratia erat Leonis. Vide supra in expeditione de mense Martij.

DECISIO MMXXXVI.

De quæstione criminali.

SAlaman. Litteræ Fratris Felicis remissæ, & pluries propositæ, quia pendebat coram Auditore Cameræ quæstio criminalis super eis, fuit dictum, quod supersederetur in correctione.

DECISIO MMXXXVII.

De correctione.

CRacouien. Litteræ si neutri remissæ ad corrigendū de eo, quia in eis non retinebatur narratiua supplicationis, in qua erat, quod orator fuerat priuatus, & p ordinariom gratificatus. Fuit dictum, quod debebat iustificata titulū, & dare aliquem titulum, & fuit allegata decisio Rotæ in nou. 238. quæ non multum facit.

DECISIO MMXXXVIII.

De situationis mutatione.

ABulen. prouisio Parochialis Ecclesiæ de Vibelle vacan. de mense reseruato 7. Ianuarij per obitum in partibus remissa ad corrigendum, quia in eis mutabatur situatio, nomen, & cognomen defuncti, & dicebatur quòd eius fructus non excedebant 24. fuit dictū, quòd propter clausulas poterat mutare situationem, nomen, & cognomine, sed non fructus, quia fuerat ei cassata clausula augēdi, & concessum prouideri in supplicatione de tribus beneficijs, quorum omnium fructus insimul 323. & sic expediendo super vno, vtique augebat, & clausula erat cassata. Fuit ordinatum, quod ponerentur etiam alia beneficia.

DECISIO MMXXXIX.

De eadem.

IN eadem perinde valere expeditū, quod Parochialis prædicta non de Ianuarij, sed Februarij mense vacauerat, fuit dictum, quòd fuerat malè expeditum propter regulam, quæ requirit specificam mentionem mēsis in quo vacaret, cum fuerit expressus Ianuarius non poterat dici Februarius.

DECISIO MMXL.

De impetratione.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus non potest esse sine præbenda.*

TOletan. Orator qui impetrauerat Canonicatum expediuerat litteras Canonicatus, & præbendæ. Fuit dictū, q erant bonæ, quia deprimebantur fructus,
1 & † sic nō poterat esse Canonicatus sine pbenda, & venit accessoriè de iure, Fel. in cap. cum M. de const. col. 7.

DECISIO MMXLI.

De resignatione.

PAleotin. Prouisio de Canonicatu Ecclesiæ Valen. vacan. per resignationem, fuerunt denegatæ litteræ, quia constabat q ex eadem resignatione alios Canonicatus similes assequutus fuerat, & resignans in supplicatione, & ex tensione consensus licet haberet duos, resignabat vnū; erat dubia materia, quia resignabat quos obtinebat, sed de quibus per obitum N. ei fuerat prouisum. Et cum orator expedijsset primo super vno modo vellet expedire super alio fuit denegatum. Præsertim quòd mandatum erat limitatū ad vnum licet supplicatio, & consensus fuisset præstitus alternatiuè.

DECISIO MMXLII.

De registratione.

CAchalanen. Prouisio per obitum familiaris Cardinalis de consensu fuit dubitatum, quia litteræ expediebantur modo tempore quo constabat eumdē Cardinalem iam defunctum. Fuit dictum quod non referebat, & poterant expediri, quia etiam non requirebatur amplius eius consensus, & dicti consensus non registrantur, sed remanent in manibus expeditum sine registratione.

DECISIO MMXLIII.

De derogatione constitutum.

PAlatin. Prouisus de vacante per resignationem. Cū derogatione Statutorum & constitutionum etiam Synodalium latissimè cum expressione earū de verbo ad verbum, deprimebat quamdam Cōstitutionem particularem per quam fuit dictum, quòd denegabatur

 aucturi-

& renunciandum. Ex quibus varbis dicitur esse datam facultatem ad litigiosa solummodo, & hic nõ etant huiusinodi. Ergo, &c. Item quemadmodum loquitur de Prioratib. & alijs, dabet intelligi de alijs similibus, & inferioribus non maioribus expressis, & sic non de Monasterijs, ad no. in c. Sedes, de resc. Item quòd non loquitur de perpetuo vnitis prout erat Monasterium, da quo agitur, & maior pars Dominorum erat, quòd litteræ essent malè expeditæ, & dabetet abscindi plumbum. Tamen quia pars ex aduerso non erat audita, licet citata, fuit dictum, quòd videretur commissio circa remissionem litterarum, audiretur pars, & proponeratur ad primam. Item de mense Maij proposita expedita, nisi pro parte Episcopi Cotton. dictum fuerit de recompensa.

DECISIO MMLV.

De datogatione.

CAlag. littaræ prouisionis per obitum extra curiam in vna Calag. iterum facultates pro familiari Scriptoris fuerunt propositæ coram Sanctiss. ex eo, quia in derogationibus quas cum affectu habebat in supplicationibus, tamen quia in extensione darogabatur nouis constitutionibus, & statutis factis contra libertatem Ecclesiasticam, & in opprobrium Sedis, ideo, quia videbatur ex detogationa ipsarum, quod tacitè approbarentur, & haberetur eorum cõsideratio. Ideo fuerunt, expeditæ, sed remissæ ad R. D. Io. Vindel. qui videret, & diceret, quid sibi videretur.

DECISIO MMLVI.

De accessu.

MIliten. erat reseruata pensio in fauorem Iac. Renat. super fructib. Monasterij Sanctorum Heliç, & Gilareti Militen. Diæc. ex cessione sua per bo. me. Cardinalem de Valla, & successores suos, sub pœnis, & censuris absque accessu ob non solutionem, vel reductionẽ, seu inualiditatam ipsius, aut tentatiuñe reductionis prædicti. Et dicta reformatio erat signata absque eo, ꝙ res asset integra, vel de cõsensu soluere debentis, modo à nobis petebantur litteræ super dicto accessu cum narratiua reseruationis pẽsionis prędictæ. Et quia videbatur in solitum expedire accessum sina pensiona, fuerunt propositæ, & dicebatur, ꝙ erant insolitæ, & præter stylum signaturæ. Item quod accessus in isto casu ob non solutionem pensionis, requiritur cõsensus debentis soluere, vel derogatio regulæ sic in eius accessorio. Aliqui tamen dixerunt, quòd signatura erat data licet male. Ideo fuit ordinatum, quòd daretur prædictus accessus de nouo ex nunc, & consensu pensionarij, qui nõ recusabat modo consentire. Et sic litteræ fuerunt portatæ ad R. D. Ioan. Vinchel, vt concordaret partes.

DECISIO MMLVII.

Da derogatione,

SVMMARIA.

1 *Clausulam generalem, non obstan. nõ derogare regula habenti decretum.*

2 *Derogatum legi habenti decretum tunc intelligitur, quando Papa intelligit, & derogat.*

PErinde valere super expactatiua super derogatione regulæ de antelationibus, & pars inferebat tenorẽ regulæ, cui derogabat per litteras. Ex aduerso dicebatur, quòd litteræ fieri non poterant, quç duæ erant regulç loquentes de antelationib. Et in dubio pręsumebatur, quòd Princeps concessisset derogationem, illisque erat minus præiudicialis, quàm alterius in præiudicium tertij. Item prima regula non habebat decretum, & regula secũda habebat clausulas protestationis,
1 & decretum, adeo, quòd † per clausulam generalẽ non obstan. non erat derogatum regulæ, quæ habebat, allegabatur Rom. cons. 488. circa finem, quibus videbatur, quòd imò Patrus simpliciter petendo non obstan. intelligitur petere derogationẽ illius, quæ obstat, & lædit, non illius, quæ non lædit. Idem quòd gratia facta erat
2 motu proprio. Item quod † intelligitur esse derogatum legi habenti decretum, quando Papa intelligit, & derogat. Et sic apparet de voluntate sua derogante legi habente decretum. Ideo fuit dictum, quòd veniebat derogatio dictæ regulæ. Sed limitatio respectu certorum verborum, quæ fuerunt in supplicatione, & de clausula anteferri, quo ad seruandas gratias. Et derogatio dictæ regulæ nihil aliud in effectu, quam antelatio, quæ dari non poterat, nisi quo ad secundas gratias.

DECISIO MMLVIII.

De propositione litterarum.

FVerunt propositæ certæ litteræ eo solum, quod eas recipimus ex manibus partium non plumbatas, vt moris ast. Taman fuit dictum, quod darentur, si concordabant cum supplicatione.

DECISIO MMLIX.

De communicatione.

PErinda valere super communicatione priuilegiorum scriptorum pro Scriptora dubium faciebat, quia in fine supplicationis erant addita hæc verba, vnde. Et litteræ expediantur de expectatiua ad tertiam collationem, & tertium beneficium, non tamen reseruatum seu affectum, nec in mẽtib. Ordinariorum absque eorum consensu, cum prærogatiuis supradictis dũtaxat, ex quibus verbis videbatur restricta tota supplicatio. Et quod dicta communicatio priuilegiorum vigore dictæ restitutionis non poterat dari. Tamen Papa & expeditores intuitu personæ dederunt, & respectu, quòd erat solita concedi dicta communicatio, & quod dicta additio erat facta erronea, & non ad propositum.

DECISIO MMLX.

De correctione.

SEnonen. Commenda Prioratus de Segres Senonen. Diçc. Varcon. per obitum extra curiam dubiũ erat quia in supplicatione non erat Senonen. prout in littaris sed Parisien. dicebatur, quare fuerunt propositæ, & varbum Diœcesis arat cassatum. Tamen pro expeditione ad docendum, quòd constabat de corpore, producebatur quædam attestatio facta in partibus, quòd talis Prioratus non erat in Diœces. Parisien. quòd defunctus talem Prioratum tempore sui obitus possidebat. Fuit ordinatum, quòd haberetur informatio aperta, si impetrans possidebat, quo casu darentur litteræ cum mutatione Diœcesis, alias non, quia dando eas contra possessorem oritatur lis, & littaræ cum aliqua nota, quare remitterentur corrigendæ.

DECISIO MMLXI.

De priuationa.

LItterç de certo modo vacau, in genere fuerunt propositç, quia in supplicatione Orator petebat de vacan. per dolum & fraudem, seu certo, modo, & in fine supplicationis erant addita verba, & litteræ expediantur de priuatione in forma iuris, & prout de iure. Vnde videbatur tota supplicatio restricta, & quòd non possit dari, nisi priuatio in forma. Tamen fuit dictum, quod dicta restitutio reprobatur, solũ quoad priuationem, quæ petebatur, & non vacationem certo modo.

DECISIO MMLXII.

De subrogationa.

SVbrogatio in iure defuncti fuit reiecta, quia in precib. licet esset clausula subrogationis, tamẽ quia narrabat collitigantẽ viuere, non poterat esse expedita per mortem illius, quam Papa non intellexit, nec intelligere potuit esse mortuum, cum ei narraretur, quòd viuebat, vt dictum est, fuit postmodũ expedita, quia habuit supplicationem sufficientem duplicat. sub eadem data.

DECISIO MMLXIII.

De correctione, die 29. Maij 1535.

SVMMARIVM.

1 *Verba, prout ei placuerit, & visum fuerit, reducuntur ad arbitrium boni viri.*

Fuit

FVit expeditio coram Sanctissimo Domino nostro, vbi interfuerunt Reuerend. Sermoneta Reuerendis. de Gimetris, & Reuerendiss. de Cæsis, & alij. Conchen. erant litteræ dismambrationis Leonis Decimi, vnionis cuiusdam Monasterij de Fenero vniti Monasterio de Pia Satnen. diœcef. de consensu Abbatis, & congregationis Montis Oliueti, quæ litteræ fuerunt de mense Februarij propositæ, & tota difficultas erat in mandato, cuius vigore erat facta dismembratio. Et fuit conclusum, quòd erat insufficiens. Primò quia videbatur data potestas concordandi, & cedendi, quoad litigiosa tantum. Item in mandato non erat aliquod verbum, propter quòd procurator possit resignare Mona-
1 steria, Item in mandato erat data ei potestas, † prout ei placuerit, & visum fuerit. Et dicebatur, quòd ista verba ad arbitrium reducebantur boni viri. Item erat mandatum Monasterio, & in particulari, de cuius interesse principaliter agebatur, argumento not. in consilio 331. per Roman. cons. 15. per Federicum de Senis. Et sic fuit conclusum, quòd litteræ erant malè expeditæ. Verum quia ex aduerso dicebatur, quòd fratres excessione huiusmodi habuerunt recompensam, & sic propterea videbantur saltem tacite approbasse dismembrationem dictam. Ideo litteræ fuerunt missæ Reuerendiss. Simonettæ, qui audiret partes, & si coram eo deduceretur, & probaretur aliqua recompensa litteræ corrigerentur, aliàs absciderettur plumbum tanquam per peram, & malè expeditæ.

DECISIO MMLXIV.

De fructuum expressione.

SVMMARIVM.

1 *Exprimere fructus, quos vult quis potest in gratia si neutri.*

COnchen. si neutri pro Ioanne Morillas super Parochiali S. Michaelis Conchen. cuius fructus 60. secundum communem æstimationem, dubitabatur, quia in supplicatione nulli erant fructus expressi, sed habebat clausulam augendi, vel minuendi, quantum opus fuerit, regula non obstan. dicebatur, quòd propterea potuerat exprimere quos voluerat. Et aduerso replicabatur, quòd id, quod non erat non poterat augeri. Et sic duæ essent regulæ, vna quæ vult, quod fructus exprimantur, aliàs gratia fit nulla; altera, quod per clausulam augendo, vel minuendo potest augeri vsque ad tertiam partem, & non vltra, deberet intelligi de secunda regula non de prima. Tamen his non ob-
1 stantibus fuit dictum, quòd poterat † exprimere quos voluerat, quia eramus in gratia si neutri, & sic in secunda gratia, in qua largius procedi cõsueuit, quam in prima. Et constabat de mente Papæ, qui voluerat ei dare beneficium cuiuscumque valoris, tamen erat aliud, quod orator non iustificauerat titulum suum. Ideo fuit dictum, quod iustificaret titulum suum, vel inficeret, & de infectione daretur citra perceptionẽ fructuum, quia narrabat se possidere.

DECISIO MMLXV.

De familiaritate.

SAlamantin. prouisio vnius ex trib. portionib. perpetuis seruitorijs beneficijs nuncupatis Parochialis Ecclesiæ per tres Doctores regentes soliti loci de Palatios Rubios Salamantin. diœcef. per obitum quon. Frãcisci de Bonauilla dubitabatur, quia in precibus prouidebatur de Parochiali, & non de portione, tamen fuit dictum, quòd cum haberent totum poterant habere partem, & eam accepisse. Et fuit ordinatum, quòd diceretur pro prima. Itẽ quia in supplicatione erat, quod orator erat familiaris Sanctissimi, fuit dictum, quod poneretur, & quod omitti non poterat.

DECISIO MMLXVI.

De translatione.

FAciens translationem pensionis cũ potestate transferendi petebat cassari dictam facultatem, quia non habebat in supplicatione, nec in consensu erat remissa ad corrigendum per Auditorem Cameræ, & fuit correcta.

DECISIO MMLXVII.

De reseruatione.

MIles S. Petri cui erat reseruata pensio 150. ducatorum vigore priuilegiorum militum, illã transtulit, & habebat supplicationem desuper signatam per Catarrianum, dubitabatur, quia videbantur approbarẽ dicta priuilegia, quæ numquam fuerunt in vsu etiam tempore Clementis. Et fuit per Reuerendis. de Triuultijs facta fides, quòd Clemens numquam voluit, quod super his priuilegijs coram eo, dum erat in minoribus iudicaretur. Et sic fuit abscissum plumbum.

DECISIO MMLXVIII.

De reiectione.

HAbens nouam prouisionem in priorib. in litteris expediebat per viam simplicis, fuerunt reiectæ.

DECISIO MMLXIX.

De translatione.

PEnsionatius habens facultatem transferendi illam, in articulo mortis transtulit coram notario, & testibus, & pro consensu dabat instrumentum publicum, fuit reiecta, quia obstabat regula Sanctissimi nouiter edita de extenden. consensibus infra certum tempus. Iterum proposita sub die 17. Iulij. & expedita.

DECISIO MMLXX.

De expressione.

PErinde valere super expressione fructuum, erant enim in primis litteris expressi 26. in perinde valere, erant vsque ad mille, & habebat in signatura augendo, vel minuendo vsque quantum opus fuerit, & in secunda expeditione regula non obstante fuit data, & expedita.

DECISIO MMLXXI.

De reseruatione.

SVMMARIVM.

1 *Familiares suos Papa indistinctè excipit.*

SI neutri pro collitigante dubitabatur, *an per clausulam generalem reseruationem importan. ex quauis causa præterquam per obitum apud Sedem possit conditionaliter dari familiaritas Papæ?* Videbatur dicendum quòd sic, quia exceptio firmat regulam. Si enim excipiebatur tantum reseruatio in corpore, ergo omnes ab ea videbantur concessæ, tamen fuit decisum contrarium, & allegabant cons. Aegid. num. 9. Et quia reseruatio familiaris Papæ est magis affecta sanctitati, siue quia vacatio apud Sedem patet, quia in indultis Re-
1 uerendissimorum Cardinalium Papa excipit † familiares suos indistinctè, & in vacantibus in Curia vult consensum Cardinalium, sed in familiaribus suis, vt dictum est indistinctè vult prouidere, & sic litteræ fuerunt reiectæ.

DECISIO MMLXXII.

De correctione.

PRouisus narrabat beneficium esse iurispatronatus, & litteræ erant aliquo modo, volebat eas corrigi, & tolli dictam narratiuam, & corrigere supplicationem poterat, quia dicebat, & quatenus sit de iure patronatus id exprimi possit. Et sic quia poterat exprimere, & omittere fuit dictum, quod tollerentur.

DECISIO MMLXXIII.

De forma rationi congrua.

PRouisus tempore Clementis expediebat litteras suas in forma rationi congruit. Sub data supplicationis signatæ tempore Pauli, in qua erat, quod litteræ possent expediri in forma rationi congruit. Tamen fuit dictum, quod licet supplicatio haberet, erat præter, & contra stylum dare aliam datam coronationis.

DECISIO MMLXXIV.

De cessione.

Proui-

PRouisus de canonicatu vacan. per cessionem, cuius fructus 24. dubitabatur, quia in supplicatione dicebator fructus 40.& super his reseruabatur pensio 20. qui medios fructus non excedunt, fuit dictum, quòd dari non poterant. Tamen Cardinalis voluit, quòd darentur,& quod pensionatius si intendebat litigare, litigaret cum prouiso.

DECISIO MMLXXV.
De registratione.

INdultum pro bon. mem. Sanctorum quattuor erat plumbatum,& non expeditum, petebatur, quod registraretur, modo fuit dictum, quòd aptaretur in forma,& expediretur.

DECISIO MMLXXVI.
De titulo.

EXtra Cameram dubitabatur, numquid Ecclesia Metropolitana esset danda in titulum Diacono Cardinali. Quidam dicebant, quod non, & maximè, quia erat ascriptus ad illum ordinem, quem relinquere non poterat sine voluntate Papæ, nec poterat effici presbyter Cardinalis, sine Papa. Tamen fuit expedita in titulum adueniente ætate legitima. Vnde in administrationem vsque ad 27. & deinde in titulum, quia licet non possit transire ad titulum presbyteralem sine Papa, poterat tamen offerri presbyter, & habere, titulum, & dabantur in exemplum multi Cardinales, qui habebant Ecclesias cathedrales in titulum, & tamen erant presbyteri Cardinales, & poterant habere duas, & tres in titulum. Et fuit expedita Bulla pro Reuerendissimo Tranen. de Episcopatu Parmen. cum retentione Tranen. & montis pilosi in titulum expedita pro Reuerendis. de Borbonio Ecclesiam Senonen. qui erat presbyter Cardin. cum retentione Ecclesiæ Laduuen. in titulum, adeo quod vtriusque vetus præsul existeret, & pro Reuerendissimo de Farnesio nepote Sanctissimi Domini nostri, fuit expedita Ecclesia Auinionen.

DECISIO MMLXXVII.
De vnione, die 27. Iulij 1535.

FVit expeditio generalis coram Sanctissimo Cæsaraugust. perinde valere pro mense Cæsaraugustan. cui aliàs per Iulium fuit vnitum Monasterium B. Mariæ de Ruere, quòd per Leonem. fuit dismembratum, & successiuè per eumdem Leonem. reintegratum dictæ mensæ. Item perindè valere petebatur, quòd litteræ reintegrationis vltimo datę valerent, ac si in eis esset, quod causæ vnionis coram eodem Leone,& Iulio essent legitimè probatæ. Item, quòd si ideo Leo eas memoriæ retinuisset, vtique non dissoluisset, de quibus verbis nihil aliud in supplicatione erat, nisi quòd Leo acceperat, causas ex fide digna relatione. Item habebat clausulam in fine, quod omnia penitus contraria tolerentur, & vtilia persisterent, cuius vigore quærebatur obtinere dictas litteras tanquam eis proprias, tamen omnes dixerunt, quòd vigore dictæ clausulæ non poterat fieri dicta expressio. Et maximè, quod Iulius vniendo fecerat ad supplicationem partis ex causis inibi expressis, quas pars probare tenetur, & modo quòd darentur litteræ quod causæ tunc fuissent plenè probatæ, cum non essent, esset dicere mendacium,& grauarent aliam partem,& exonerarent impetrantem ab onere probandi de veritate causarum,& sic fuerunt de consensu omnium dictæ litteræ datæ Reuerendissimo Domino Casertano, vt apparet in illis iuxta tenorem supplicationis.

DECISIO MMLXXVIII.
De licentia.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius Papæ in data tollit ius concurrentis.*

LIcentia absentandi a Roman. Curia pro Reuerendissimo de Borbonio motu proprio dubitabatur, quia licet preces essent formatæ motu proprio, signatura erat, fiat vt petitur, absque clausula motu proprio. Tamen fuit dictum, quòd pro Cardinale darentur maximè in casu permisso, in quo nulli poterat inferri iniu-
1 ria, secus si essemus † in prouisionibus de vacan. quia tunc tolleretur ius concurrentis in data, per text. in c. si a sede, de præb. in 6.

DECISIO MMLXXIX.
De commenda.

SAlamantin. commenda Parochialis Ecclesię de quadramito,& illi forsan annex. præstimonijs, seu præstimonialis portionis, necnon perpetui beneficij Sacristiæ nuncupati per obitum Card. Caualacen. pro quodam Gulielmo Cassadoro: litteræ erant expeditæ per bo. me. Card. Sanctorum quattuor, & remissæ ad corrigendum per Rotam. Vnde Ioanni Clerici subrogato Marcelli obstabat, quia in precibus Papa motu proprio solum eidem commendari mandauerat dictam Parochialem, habebat litteras, quod si esset parochialis, vel præstimonium, vel portio exprimi,& inuocation. nuncupation. & annexorum vigore dictæ clausulæ capiebat parochialem, & pręstimonium, vel portionem tamquam eidem Parochiali annexa, fuit dictum, quòd non poterat capere nisi vnicum, quòd maluerit, & si alia ei erant annexa perpetuo veniebant sin autem minime. Et sic fuit mandatum.

DECISIO MMLXXX.
De facultate transferendi.

ARet. Pensionarius, qui habebat facultatem transferendi, transtulit in articulo mortis, & consensus præcedebat datam per dies, & de eo dabatur publicum instrumentum, non autem erat in libro Cancellariæ, aut Cameræ prout est de stylo, fuit in Camera pręterita proposita, & reiecta, quia fuit dictum, quod obstabat regula, modo dixerit, quod regula non vendicabat sibi locum in pensionibus, & quòd consensus procederet, datę non erat inconueniens, quia, data trahitur ad consensum, & sic expedita, tamen si regula considerretur, res est dubia.

DECISIO MMLXXXI.
De impetratione.

ORator qui in forma iuris impetrauerat vt Ecclesiã collegiatam, expediebat super Archipresbyteratu eiusdem Ecclesię, fuit dictom, quòd poterat, quia erant litteræ commissæ, & erat procedendum partie iuriata, adeò quod non videbatur, quòd ei fieret iniuria & de iure priuandus veniebat.

DECISIO MMLXXXII.
De monitorio.

MOnitorium pœnale de vacan. in mense reseruato fuit datum, quia docuit de resignatione per testes.

DECISIO MMLXXXIII.
De resignatione.

PErinde valere super derogatione de antelationibus fuit propositum, die 16. Ianuar. 1535. Et dictum tunc, quòd daretur, cum limitatione quoad seruandas gratias, vide ibi modo eum proponeretur de nouo Reuerend. D. Casertanus fuit in eodem voto, & allegauit inconuenienes, quod resultat ex contrario, videlicet, quòd gratia, super qua expeditur dictum perinde valere, est pro pluribus personis, quarum quælibet poterit expedire aliud perinde valere super regula ante ferri in secundis gratijs. Et sic omnes illæ personæ habebant derogationem regulæ. Item habebant ante locationem, & erant prælati abbreuiatores, Referendarij, & prælati domestici Papæ, qui non comprehenduntur in regula, nec est præsumendum, quòd tunc fuerit de mente concedentis illis derogare, & sic non fuit vlterius processum.

DECISIO MMLXXXIV.
De abscissione plumbi,

Accef-

Accessus ad canonicatum, & præbendam ex cessione, cuius litteræ concordabant cum supplicatione, tamen supplicatio erat de anno octauo Leonis, & data erat Thomæ de Prato, & sic decem annos, post dicebatur per falsam suggestionem, quod fuerat deperdita in Saccho. Idem Datarius durauerat, tamen fuit repertum contrarium, videlicet, quòd ex certa scientia supplicatio fuerat lacerata, & cassata, & Reuerend. Simonetta tra attestatus fuit, qui ita pronunciauerat in causa, quod vidit cassationem. Item dicebatur, quod Clemens mandauerat abscindi plumbum ex dictis litteris, quæ fuerant plumbatæ. Et idem Thomas depotuerat, se abscidisse plumbum, prout in commissione habuerat, tamen reperiebantur adhuc plumbatæ, & fuit conclusum, quod ab eis abscinderetur.

DECISIO MMLXXXV.

De resignatione.

Prouisio vacan. per resignationem cum derogatione Clem. de successione de filio in patrem fuerunt datæ, quia Papa scienter fecerat gratiam.

DECISIO MMLXXXVI.

De officio Summatoris, die Iouis, 21. Augusti 1555.

Fuit expeditio generalis coram Sanctiss. apud S. Marcum, in qua interfuerunt Reueren. de Genutijs de Simonetta, de Cæsis, & Reuer. Farnesius Vicecancellarius, & Summista Datarius Cafettanus, & Fa. ...anus de Spoleto pro secretario. Fuit lecta Bulla officij Summatoris pro dicto Illustriss. de Farnesio per Franciscum Bachodi notarium, & Papa admisit illam in forma, & idem Illustris. de Farnesio proposuit tres bullas, vnde.

DECISIO MMLXXXVII.

De titulo.

Titulum Diaconatus pro Illustriss. Crispo, quia non erat supplicatio, sed Bulla erat subscripta per Sanctissimum, & multos Reuerend. Card. item proposuit facultatem testandi pro Illustr. de Cæsis in forma, quia non erat supplicatio, & Papa admisit.

DECISIO MMLXXXVIII.

De abscissione Plumbi.

Litteræ regressus, seu accessus ad canonicatum, & præbendam Ecclesiæ Vallis Dulien. ex cessione iuris alias propositæ concordabant cum supplicatione. Tamen quia supplicatio fuerat missa ad registrum per decem annos, & vltra post datam, & facta fides, quòd supplicatio prædicta fuerat lacerata scienter de mandato Papæ, & quòd Papa mandauerat abscindi plumbum super his litteris, & expeditione proceden. fuerunt remissæ pro concordia, cui, vt fuit relatum non erat locus. Ideo fuit abscissum plumbum, tanquam supplicatio fuerit missa per errorem, & post lacerationem, quæ non probabatur, nisi præsumptiuè, tamen habebat multas præsumptiones pro se.

DECISIO MMLXXXIX.

De subrogatione.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, obtinere, significat plenè, & cum possessione.*

Litteræ commendæ ad tempus cum prouisione, & subrogatione in iure, & Archidiaconatu, & Canonicatu vacan. per cessionem commendæ Salamantin. remissæ per Rotam ad corrigendum ex duplici capite. Primò. quia in litteris dicebatur, quòd cedens obtinebat, & possidebat Archidiaconatum, & Canonicatum prædictos, vt in supplicatione de possessione verbum nullum, sed solum quòd obtinebat. Item & secundò, quia in litteris dabatur subrogatio in iure cedentis, & in supplicatione de subrogatione similiter nullum verbum. Tamen quoad primum dicebatur,
1 quòd verbum, obtinere, significat plenè, & cum possessione. Ideo quia dixit obtinere, potuit addere cum possessione. Quoad secundum fuit etiam dictum ex eo, quòd narrabatur, quòd erat litigiosum, & orator erat admissus, ad cessionem iuris necessariò veniebat subrogatio, & in forma gratiosa per Cameram, quia si placeat eis, & vous cedit, & orator admittitur, vtique necessario subrogatur in illud ius.

DECISIO MMXC.

De correctione.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio non datur sine titulo colorato.*

Commenda Parochialis Ecclesiæ de Quinternio similiter remissa ad corrigendum, & resolutum in expeditione præterita. Tamen fuit collitigans exspectatus ad expeditionem hodiernam, in veritate contra correctionem nihil dicebat, quia constabat notoriè de mala expeditione. Tamen fundabat se, quòd litteræ erãt malè remissæ, quia pendente appellatione ac remissione huiusmodi. Item quia per correctionem tollebatur ius suum in totum ex eo, quia pendebat causa super attentatis, & spolio, & per litteras constabat de titulo suo, licet forsan inualido, & per correctionem tollebatur ei titulus, quo casu non datur ei restitutio, quia non habe-
1 bat titulum coloratum. Tamen fuit dictum, quòd non erat expeditorum videre, si litteræ erant bene, vel male remissæ. Sed solum videre, si concordabant cum supplicatione, vel non, & aperta discordantia illas corrigere, & sic fuit ordinatum.

DECISIO MMXCI.

De reseruatione.

Litteræ reseruationis medietatis fructuum super Parochiali del Gioan. ex resignatione Iulij facta in fauorem alterius, remissæ ad corrigendum, quia in litteris dabatur dicta causa, quòd alter resignabat Parochialem valoris quinquaginta ducatorum in fauorem nepotis, & ex eo reseruabatur tertia medietas fructuũ alicuius Parochialis valoris quingẽtorum, & sic videbatur quod non esset bona causa ex cessione quinquaginta lucrari ducenta. Item in supplicatione dicebatur, ne cedens nimium dispendium patiatur, & in litteris dicebatur, causa prædicta. Item forma litterarum incipiebat a prouisione, & non a resignatione. Fuit tamen dictum, quod dicta clausula ne cedens nimium dispendiũ patiatur, ponebatur de stylo quoties reseruabatur pensio procedente, & non pro tertio. Et sic secundũ stylum non solum poterat omitti, sed nõ debebat poni ad aliud, quæ causa non videbatur sufficiens. Fuit dictum, quod iudex videat hoc, quia præsupponebatur, quod Papa intellexisset, & habuit eam bonam, tamen in hoc videat iudex litteras si concordant cum supplicatione, quoad tertium fuit mutata forma litterarum.

DECISIO MMXCII.

De subrogatione.

Litteræ subrogationis in iure defuncti apud Sedem cum clausula, præterquam per obitum apud Sedem, videbatur, quòd litteræ continerent repugnantiam, cum narraretur, quòd vnus ex collitigantib. obierat apud Sedem, & dabatur collitiganti subrogatio, tamen cum dicta limitatione, præterquam per obitum apud Sedem, tamen litteræ concordabant cum supplicatione, nisi resultaret contrarietas. Præterea fuerunt litteræ remissæ, in R. D. Lambertum, qui videret, an possent dari.

DECISIO MMXCIII.

De resignatione, die Mercurij, 21. Decemb. 1555.

Fuit expeditio generalis, prouisio canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Bergomensis vacan. per resignationem cum derogatione regulæ de 20. supplicatio erat sufficiens, tamen quia fuerat data dicta derogatio præter, & contra voluntatem Clementis Septimi nunc Pontificis, & inhibitum ne consensus extẽderetur. Ideo inhærendo voluntati dicti prædecessoris Papa noluit expedire, & sic fuit reiecta.

DECISIO MMXCIV.
De cessione.

Bulla accessus pro Sanctissimo ad Parochialem de Tindassa Toleta. Diœc. per cessum vltimi possessoris ex causa cessionis factæ in manibus fe. re. Iulij Secundi sub date quinto Idus Iulij, anno 7. Distabat duo, primo, quòd Papa attestaretur in facto proprio in fauorem sui. Item quod erat quinto Iulij quoad primum dubium, quod non erat inconueniens, quod attestaretur in suo facto, quoad secundum, quod pendebat a volūtate suæ sanctitatis. Et aliqui dixerunt, quòd poterat esse, quod per expeditionem huiusmodi supprimerebatur ius tertij. Ideo non fuit expedita, sed reseruata ad primam.

DECISIO MMXCV.
De registratione.

Litteræ Sixti pro fratribus Sanctæ Sabinæ, quib. vt dicebatur erat abscissum plumbum per casum, & non reperiebantur registratæ, petebatur, quòd mandarentur registrari, fuit dictum, quòd informaretur, an essent in possessione eorum, quæ continebantur in Bulla, vel iustificarent expeditionem dictæ Bullæ? die 24. Martij in expeditione generali fuit dictum de possessione, ideo fuit mandatum quod registrarentur.

DECISIO MMXCVI.
De reseruatione.

Litteræ reseruationis annuæ pensionis mille ducatorum, videlicet sancti Genesij de Grisello, & quinquaginta super Sāctæ Crucis Auellen. Monasteriorum fructib. pro Francisco de Soderinis, per Reuerendiss. de Rodulphis persoluen. ex eo, quia bon. mem. Ioannes Cardinalis Hostiens. cesserat regimini Ecclesiæ Vicentin. in fauorem eiusdem de Rodulphis, cum reseruatione alterius pēsionis mille ducat. super dicta Ecclesia de consensu eiusdem Reuerendissimi de Rodolphis, quia consensus dabatur per instrumentum, & quia pars non fuerat audita, neque iudicata, fuit ordinatum, quod vocaretur ad primam.

DECISIO MMXCVII.
De eodem.

Litteræ reseruationis pensionis nonaginta ducatorum pro Nicolao Cortesio super Archidiaconatu Ecclesiæ Semouicen. assignatæ in prouisione consensus, vt dicebatur, fuerat præstitus, sed non extensus, nec reperiebatur, & asserebatur, quod orator erat in possessione percipiendi. Ideo fuit ordinatum, quòd doceret de perceptione, seu possessione sua, & de consensu prædicto coram Datario, & quod expedirentur sine consensu.

DECISIO MMXCVIII.
De translatione.

Translatio pensionis annuæ 37. ducatorum facta per militem sancti Petri vigore priuilegiorum, in fauorem Reuerēdissimi de Grimania, fuit reiecta, quia priuilegia prędicta non erant vsu recepta, quoad translationem huiusmodi. Et fuit dictum, quod fe. re. Clemens inhiberat etiam pronunciari in Rota super priuilegijs prædictis in casu simili.

DECISIO MMXCIX.
De expressione.

Litteræ, perinde valere, super expressione certi pacti omissi in reseruatione annuæ pensionis super Ecclesia Callien. cum derogatione Concilij Lateranen. nouissime celebrati, signatura erat sufficiens, tamen quia signata per Cardinalem non per Papam, ideo propositæ, tamen fuit mandatum expediri postquam concessæ erant.

DECISIO MMC.
De regressu.

Regressus ad Archidiaconatum in Ecclesia Esten. per decessum vltimi possessoris ex causa cessionis dubitabatur, quia in supplicatione dicebatur, quòd cedens intendebat resignare reseruatis regressu infrascripto; & in clausulis dicebatur, & de regressu prædicto in euentis prædictis, tamen in corpore, nec alibi apparebat de aliquo regressu, verū quia erat mandatum, & consensus præstitus iuxta tenorem mandati, in quo dabatur regressus ob non solutionem, & decessum vltimi possessoris, ideo fuerunt pro expeditione attento consensu, & quod obtinenti non fieret iniuria?

DECISIO MMCI.
De confirmatione.

Confirmatio priuilegiorum pro collegio scriptorum de tempore Clementis, anno quarto, fuit dictum ab aliquibus, quod multæ lites ex confirmatione huiusmodi orirentur, ideo non fuerunt expeditæ, sed reseruatæ ad primam.

DECISIO MMCII.
De prouisione.

Commenda Parochialis Ecclesiæ pro constituto in 13. vsque ad 18. & deinde prouisio dubitabatur, quia intitulabatur. Ideo fuit dictum per Dominum Lambertum, quod non poterat fieri, ordinatum, quòd reducerentur.

DECISIO MMCIII.
De extensione, die Martij, 14. Maij 1536.

Expeditio generalis, reseruatio pensionis mille ducatorum super fructibus, &c. Monasteriorum sancti Genesij, & sanctæ Crucis Parmen. & Eugubium. diœcesis pro Francisco de Soderinis, de consensu Illustrissimi de Triuultijs per publica documenta, ex eo, quod quond. Cardinalis de Soderinis cessit regimini administrationis Ecclesiæ Vicentin. in fauorem eiusdem de Triuultijs sub data Non. Aprilis anno primo Sanctissimi Domini Pauli Tertij, & instrumentum consensus, quod producebatur erat sub data Romæ, die 22. Febr. 1534. in quo Illustrissimus de Triuultijs consentiebat reseruationi dictæ pensionis, & promittebat habere confirmationem a Sanctissimo, tunc contra expeditionem videbatur obstare, regula Clementis, & Pauli de extendentis consensibus, & de expediendis litteris per publica instrumenta, quibus ex aduerso respondebatur, quod regula Clementis non vendicabat sibi locum in casu nostro, cum essent mortuæ regulæ, & tractabatur de gratia Pauli. Item quod regula Pauli non obstabat, quia secunda regula, quæ expeditionem prohibet, loquitur tantum in resignatione, & cessionibus, non in pensionibus. Et sic aliqui fuerunt pro pensionis expeditione, aliqui vero contra, quia dictus consensus erat antiquis de tempore Clementis, & regulari debebat secundum regulam Clementis. Item quod regula Pauli, prima videlicet comprehendebat pensiones sine dubio, & secunda cum esset facta ad obuiandum fraudibus, licet ex verbis non posset dici, quod vendicaret sibi locum in pensionibus tamen ex mente regulæ dicebatur, quod comprehandebantur in ea. Et sic licet regula esset exorbitans, & pœnalis, tamen quia ratio esset expressa fieri extensionem ad pesiones, non ratione extensionis, sed comprehensionis attenta ratione. Stantibus igitur votis & dubijs, fuit dictum, quod erat bonum, quod materia concordaretur. Et sic fuit mandatum Reuerendissimo de Chiuellis vna cum Datario, quod concordaret.

DECISIO MMCIV.
De vacatione per obitum.

Commenda canonicatus, & præbendæ Tullen. vacan. per obitum apud Sedem pro bo. me. Cardinali de Medicis motu proprio, vt aliàs fuit dictum, dubitabatur, quia supplicatio erat signata per concessum, licet esset facte seu formata motu proprio, & habebat in clausulis, quod expedirentur litteræ motu proprio, vt alia

mandato, quia mandatum erat ad consentiendum pensioni simpliciter, pars allegabat vltra dictum mandatum, litteras mandantis, quæ dicebantur esse penes procuratorem, qui erat absens, & sic fuit concessa dilatio ad prodncendum eas. Iterum proposita sub die 4. Iulij, & dictum quod corrigatur.

DECISIO MMCXIV.

De consensu.

Litteræ reseruationis pēsionis ex cassatione alterius, & consensus erat a tergo, per Cancellariam, tamen supplicatio non reperiebatur, & erat Regiensis, quod fuerat perquisita, erat prima pensio expedita, consensus, vt dixi, erat in Cancellaria, sed dicti consensus non recipiuntur, nisi visa supplicatione. Ideo fuit votata pro expeditione.

DECISIO MMCXV.

De clausula gratificationis.

Litteræ, perinde valere, super clausula gratificationis orator petebat dictam clausulam extendi, prout verba pati videbantur. Ideo proposita, & quia Domini non erant informati, reseruata pro prima, & dictum, quòd informaretur, iterum proposita, & resoluta, quòd dentur verba supplicationis.

DECISIO MMCXVI.

De correctione.

Mandatum in Francia pro secundo, videlicet & si pro alio scripserim, petebatur corrigi, & dari clausula, si pro alio non scripsimus. Fuit dictum, quòd minus dabatur. Item est istud minus aliqua ratione petebatur, & aliqui fuerunt in voto, quod non darentur, tamen fuit ordinatum, quòd corrigerentur.

DECISIO MMCXVII.

De motu proprio.

Litteræ prouisionis Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Assanen. motu proprio familiari Sanctissimi erat difficultas, quia in supplicatione non Assanen. sed Bassanen. dicebatur, & sic mutabatur diœcesis: fuit dictum, quòd attento, quod gratia erat motu proprio. & si docebatur, quod defunctus alium nō obtinebat, quàm istum, quod darentur docto, vt dixi.

DECISIO MMCXVIII.

De augmento.

Litteræ commendæ plurimorum pro Illustrissimo Campegio vacan. per obitum familiaris sui valoris centum ducatorum dubitabatur, quia volebat valorem augere, & erat in supplicatione etiam cassatum vsque ad quamcumque summam, & sic videtur constare de mente concedentis non velle, quod augeretur, tamen attento, quod nulli poterat fieri præiudicium, & quod dicta clausula erat deleta erroneè, & familiaritas dabatur dispositiuè, fuit dictum, quod expedirentur.

DECISIO MMCXIX.

De correctione.

Salamantin. de Palarios rubios, aliàs expeditio remissa ad dictum Lambertum, & Reuerendissimum de Triuultijs petebatur modo corrigi, & aliqui erant pro correctione, aliqui non, quia cum fuisset expedita, in expeditione non debebat mutari. Fuit mandatum concordari.

DECISIO MMCXX.

De executione.

Noua prouisio pro Nicolao de Palenzuola super Archidiaconatu de Alaua Salamantin. diœces. dabatur supplicatio, in qua non de Archidiaconatu, sed de portione, & de Canonicatu non per obitum nominati in supplicatione, sed per executionem alterius impediebantur, fuerunt missæ ad Reueren. Dom. Lambertum, vt videret.

DECISIO MMCXXI.

De regressu, die 4. Iunij 1536.

SVMMARIVM.

1 *Inclusio vnius non facit venire inclusionem alterius diuersi in mandatis.*

Fuit expeditio generalis. Litteræ regressus ad Canonicatum Ecclesiæ Tolet. per obitum Bartholomæi pro R. Dom. Balthasare de Pistoia, remissæ ad corrigendum per Rotam ad Ioan. Paulum sub eo prętextu quod consensus præstitus in reseruatione regressus huiusmodi non esset sufficiens, cum fuerit præstitus per procuratorem vigore mandati, in quo non erat facultas consentiendi reseruationi regressus, sed erat tantum mandatū generale ad compromittendum, concordandum, cedendum, & consentiendum reseruationi cuiuslibet pensionis annuæ, & regressui in euentum non solutionis. & sic
1 per inclusionem † vnius dicebatur, quod non veniebat inclusio alterius diuersi in mandatis, pręsertim quæ strictè intelligitur, tamen pro Balthasare dicebatur, quòd sub generalitate concordandi veniebat facultas consentiendi regressui. Et ita partes fuerunt interpretatæ, cum consensus fuerit præstitus etiam super regressu. Item ad confirmationem, & robur promissorum ostendebatur supplicatio dicti Bartholomæi, & qui postmodum cedebat canonicatum prædictum reseruata sibi pensione 500. ducatorum, pro cuius ualiditate idem Bartholomæus uoluit facere mentionem regressus prædicti, & habere consensum præfati Balthasaris, & sic arguebatur, quòd idem Bartholomæus consensisset regressui. Vnde eius uigore habuerunt consensum pro bono. Tamen quia illi, qui erant contra expeditionem non uiderunt dictam supplicationem. Ideò fuit reseruata pro prima, fuit expedita die 12. Decemb. constito, quòd dicta supplicatio Bartholomæi ex post habuerit effectū.

DECISIO MMCXXII.

De extensione dispensationis.

SVMMARIVM.

1 *Veniens certo modo, vel per priuationem, per modum odiosum venit.*

Burgen. extensio dispensationis de non promouendo pro oratore, qui Parochialem obtinebat, & fuerat ei amputata manus, litteræ erant remissæ ad corrigēdum per Rotam. Videlicet Ioannis Clerici sub eo prætextu, quod in supplicatione dicebatur, quòd manus fuerat ei casualiter amputata; & in calce supplicationis erat expositum, & cum expressione, quòd manus fuerat oratori casualiter amputata. Et ideò petebatur, quòd dicta verba ponerentur in litteris. Ex aduerso dicebatur, quòd in Bulla casus qui fuerat, exprimebatur ad longum, & id ex narratis resultabat, & non erat de stylo, quòd alias ponerentur in Bulla, exempli gratia derogatur regulę de viginti, quia resignans est absens, hic non ponitur in litteris in regula de annali attenta lite, hic etiam non ponitur, sed satis est, quòd comprehendatur ex narratis, vel iudicetur quod ita sit. Item dicta verba videbantur apposita de mente Papę ad excludendum casum, quod per viam iustitię, vel ob sua demerita manus fuisset ei amputata. Item quod eramus circa obtentum non in obtinendis, & pro eo, qui longo tempore ante possederat. Idem dicebatur, ꝙ dictus casus fuerat in alia expressus Papę, & Papa dispensauerat, sed ad tempus. Et ideo aliqui retorquebant contra litteras dictam pręsumptionem, scilicet, ꝙ quando Papa intellexit, ad longum, non dedit dispensationem, nisi temporalem, sed quando in genere dedit ad vitam, fuit dictum ex pręmissis, quòd Bulla expediretur viso titulo aduersarij, quia dicebatur, quod aduersarius † ve-
1 niebat certo modo, vel per priuationem qui est modus odiosus, si verò per alium coloratum titulum, reseruarentur ad primam.

DECISIO MMCXXIII.

De reseruatione pensionis.

Reseruatio pensionis sex ducatorum cum facultate transferendi, litteræ erant remissæ per Auditorem Cameræ ex eo, quia consensus non erat extensus cum facultate transferendi, tamen quia supplicatio erat sufficiens, & mandatum erat etiam sufficiens, & procurator consenserat, iuxta formam supplicationis sub data tali, &c. fuit dictum, quòd litteræ erant benè expeditæ, & quòd Datarius debebat facere corrigere consensum, & non litteras.

DECISIO MMCXXIV.

De mutatione in collatione.

Narbonen. mandatum in Francia ad collationem Abbatis de gratia Narbonen. orator petebat mutare diœcesim, quia per errorem dictum Monasterium fuerat dictum, quod erat in Narbonen. cum in veritate esset in Carcassonen. & non Narbonen. Et ita docuit per testes, & fuit mutata.

DECISIO MMCXXV.

De derogatione.

SVMMARIA.

1 *Derogatio priuilegiorum populi Romani non solet dari, nisi ex certa scientia.*
2 *Præsentatio clerici habet vim electionis.*
3 *Disputandum non est de mente, vbi verba sunt clara.*

Noua prouisio super Capellania sanctæ Luciæ in Basilica B. Mariæ Maioris de vrbe, pro eo, qui habuit collationem à Capitulo, cum derogatione priuilegiorum etiam disponen. quod beneficia Vrbi, non, nisi oriundis, conferri possint pro Hieronymo clerico Vulteranen. diœces. litteræ erant remissæ per Rotam Io. Paulo ad corrigẽdum, ex duobus. Primò, & in supplicatione dicebatur, quòd Canonici, & Capitulũ præsentarunt in litteris, quòd contulerunt. Item est posita
1 derogatio † priuilegiorum populi Romani, & non solet dari, nisi ex certa scientia. Dicebatur quoad primũ
2 quòd † præsentatio clerici habet vim electionis. c. cum autem. de iurepatrona. Et in supplicatione est, quòd tenor supplicationis possit exprimi. Ideo potest narrari ꝙ orator electus fuit, prout erat in veritate quoad dero-
3 gationem, quod non erat † disputandũ de mente, quãdo verba erant clara & cum derogatio sit in supplicatione ad longum, cum verba latissimè exten. potuit, & debuit dari in Bulla, tamen pars non informauerat, licet fuerat citata, fuerunt litteræ reseruatæ pro prima, quæ fuit dies 21. Decembris, & expeditæ.

DECISIO MMCXXVI.

De expeditione die 22. Decembris.
anno 1536.

SVMMARIA.

1 *Litteræ sub plumbo dari possunt, & debent super qualibet signatura Papæ.*
2 *Breue habetur loco supplicationis.*
3 *Veritas & æquitas debent seruari coram Principe.*
4 *Papa potest cogere partes ad concordiam.*

Fuit expeditio generalis Taruisin. Reuerendissimus de Pisanis, cui per Sanctæ me. Clementẽ Septimũ fuerat data in administrationem Ecclesiæ Taruisi. & habebat Breue suæ Sanctitatis, de die 23. Iulij, in arce sancti Angeli, de capienda possessione, in quo narrabatur prouisio dictæ Ecclesiæ, seu administratio facta eidem Illustrissimo Cardinali, & demum de eadem Ecclesia erat ei prouisum in vrbe veteri de mense Ianuarij cum clausula, sine præiudicio prioris prouisionis, petebat litteras prouisionis huiusmodi expediri sub data Breuis. Cui expeditioni se opponebat Camillus Rubeus, in fauorem cuius erat per eumdem Clementem reseruata pensio 700. ducatorum, super fructibus dictæ Ecclesiæ, tamquam vacan. soluen. per successores etiam motu proprio ob benemerita, & in remunerationem laborum sub die 25. Iulij, in eadem arce, & sic biduum post Breue Reuerendissimi Pisani, pro expeditione pro Illustrissimo, pro qua instabatur, dicebantur plura. Primò allegabatur, ꝙ super qualibet signatura Papæ, vel super Breui ipsius poterant, &
1 debebant dari † litteræ sub plumbo. Item fundabat se super quadam Extrauagante Iulij per Clementem innouata, qua cauebatur, ꝙ in Monasterijs consistorialibus, quia multoties consistoria differuntur, signarentur supplicationes, & demum expedita schedula consistorij sub ea darentur litteræ sub data supplicationis. In qua Extrauagante Papa attestatur, ꝙ suæ intentionis existit, ꝙ per talem signaturam nihil quærebatur, sed tantum seruiebat pro data. Ideò inducebatur pro pensionario propter dictum decretũ, quia in ea Reuerendis. de Pisanis se fundare non poterat. Tamen aduocati Reuerendissimi retorquebant dictam Extrauagantem contra eum super expeditione, & allegabant Rotam resolutam fuisse in hoc, ꝙ Breue haberetur lo-
2 co supplicationis. Ideò † sub eius data petebatur litteras expediri, & q̃d effectus earum disputaretur ex post, ꝙ solum potentis speculationis erat, an possint expediri. Et dicebant etiam & pars fatebatur Rotam resolutam, quod de rigore iuris poterant, sed ex æquitate non debebant, & in hoc se fundabat pars, quod coram
3 principe debebat seruari veritas, & † æquitas excluso rigore, l. Aemilius. C. de minoribus. c. ad petitionem. de accus. arg. l. si seruum. §. sequitur. de verb. oblig. Bald. in c. 1. de no. for. fid. §. fi. in fine, supra quod videbatur de æquitate scripta intelligi, ad not. l. 1. C. de leg. cum simil. Item allegabatur contra expeditionem regula Sanctissimi, quæ prouidet, quod super gratijs prædecessoris, super quibus litteræ expeditæ non sunt, dentur litteræ in forma, congruit, & cum in caussa huiusmodi præsupponebatur, ꝙ litteræ fuissent expeditę tẽpore Clementis, debebant iterum expediri à ratione cessante, cui respondebã. ꝙ vigore regulæ super quolibet omisso verbaliter poterant denouo litteræ expediri, vota fuerunt, ꝙ cum Sanctissimus Dominus noster in hac caussa nihil habeat facere, nisi attestari de facto prædecessoris, nõ poterat super Breui, in quo erat prouisio, & quia in ista materia producebantur etiam litteræ Reuerendissimi Pisani scripta dominio Venetorum, in quibus ipsi fatebantur pensionem huiusmodi impositam super Ecclesia sua. Item quod fuerat toto tempore Clementis, arguebatur contra eum. Pro eius parte dicebatur, litteras huiusmodi non probare consensum, & patientiam suam ei non obstare. Item contra eum erat commissio sanctitatis suæ signata, per quã mandabatur, ꝙ teneretur docere de sua prouisione, aliàs quam per narratiuam Breuis. Vnde stantib. præmissis, & dubietate casus, Sanctissimus ex voto omniũ commisit, quia idem Reuerẽdissimus dicebat pensionem excessiuam, quod pensio huiusmodi minueretur ad tertiam partem fructuum. Verum quia ex hoc poterat iterum oriri lis, ideò fuit determinatum, ꝙ reduceretur ad quingentos ducatos, & data potestas Reuerendissimo de Cæsis, qui referat partibus eam esse mentem Sanctissimi pro concordia, & maximè, quia fuit allegatum, ꝙ Cardinalis erat vir bonus, & disciplinatus, vt inquit Bald. in tracta. si quis. col. 2. & non con-
4 ueniebat de eorum varietate disputare, & † Papa potest partes cogere ad concordiam, cap. cum eius, de electior. & fuit dictum, quod alias super Breui potest dari tantum sub plumbo eiusdem tenoris, quod est generale in omnibus gratijs.

DECISIO MMCXXVII.

De reseruatione regressus.

SVMMARIA.

1 *Argumentum sumendum est potius de consensu non cassato, quàm de cassato.*
2 *Iniuria nemini fit per remissionem, nisi in dilatione temporis.*

Man-

3 *Mandatum generale de resignatione non coprehendit etiam facultatem consentiendi.*

4 *Consensus quandocumque interuenit, valet.*

Litteræ reseruationis regressus pro D. Balthasare de Pistoia, ad canonicatum Ecclesiæ Tolet. ex cessione sua de consensu Bartholomæi de la Coria, vt emulæ per Rotam sub eo prætextu, quòd mandatum vigore cuius dicebatur consensus præstitus, non erat sufficiens, fuerunt aliàs propositæ, & reseruatæ ad istam Cameram, & vltra tunc dicta, quæ videantur, dicebatur, quòd Rota iudicauerat, quia erat præsentata commissio, quæ habebat, quod constito, quòd dictum mandatum nō esset sufficiens, imò litteræ arbitrio Dominorum de Rota remitterentur, & ex eo, quod Rota remiserat vigore sufficientis mandati videbatur factum. Item reperiebatur protocollum Notarij iam defuncti, in quo erat extensus consensus, etiam quoad regressum, & decessum præteriti Bartholomei iuxta formam litterarum, sed erat cassatus. Ideo si debeamus arguere, debemus

1 sumere argumentum potius ex consensu non † cassato, quam cassato. Respondebatur quoad remissionem de Rota, quod Rota de facili remisit, & non iudicauit

2 per mandato, quia † nemini in remissione iniuria fit, nisi in dilatione temporis. Et sic, quod propterea non constabat de insufficientia mandati. At illud de consensu cassato non est consensus, sed capiunt pro nota, & cum primum habent supplicationem concordant cum mandato, & tunc extendunt, prout erat in protocollo. Et ad id quod protocollum fuerat cassatum, constabat responsum ex cassatura, quia iam notarius qui decesserat attestabatur cassasse, qui erat positus in libro resignationum generalium Cameræ Apostolicæ, qui liber non reperiebatur propter casum Vrbis. Ideò dictum mandatum

3 videbatur generale, † & non comprehendere etiam facultatem consentiendi reseruationi regressus, tex. in l. quæsitum, §. si fundum, ff. de fund. instrum. & instrum. leg. Et quod verba sequentia in mandato videlicet, & ad consentiendum pensionis, & regressui in euentum non solutionis, erant posita ad restringendum generalitatem mandati, sed ad augendum vel declarandum, & non debebant contrarium eius, ad quòd erat apposita operari. Item negari non poterat stantibus præmissis, quod res non esset dubia, an ex dicto mandato, vel dictum mandatum esset sufficiens. Ideo si verum erat, quod ex post idem Bartholomæus cessisset canonicatui, & præbendæ prædictis, faciendo mentionem de dicto regressu, velletque suspensionem ipsius, & fuerit vsus dicta supplicatione, in qua erat suspensio regressus huiusmodi, quod videretur tacitè ratificasse, vel declarasse, per prius se dedisse potestatem consentien-

4 di regressui huiusmodi, quia † consensus quandocumque interuenerit valet, Cardin. Floren. consil. 62. Abb. in cap. cum Vas. de his quæ fiunt a maiori parte, Cap. in l. si qui. §. instum. ff. de acq. hered. Et sic litteræ fuerunt remissæ tamquam benè expeditæ, cum etiam pro litter. s præsumatur, argumen. l. cum precibus. C. de probat.

DECISIO MMCXXVIII.

De prouisione.

SVMMARIA.

1 *Forma non est a statuto ordinario, quomodo fiat eius prouisio, vnde quemodocumque constet de eius voluntate valet.*

2 *Verba supplicationis melius est esse frustratoria, quam quod lædant tertium.*

Valent. prouisio parochialis Ecclesiæ de Pego Valent. diæcesi pro Iuliano Mastello assetenti Cardinalem Leodien. cui collatio, & prouisio dictæ parochialis spectat ratione ordinariæ collationis, de ea sibi prouidisse, vel quod prouideretur voluisse in forma rationi congruit. Dubitabatur, quia nulla prouisio Cardinalis ostendebatur, sed tantum certus præsumptus consensus Card. qui eidem Iuliano scribebat, quòd volebat quod prouideretur ei, prout latius scribebat vni alteri procuratori ipsius Reuerendissimi. Item supplicatio erat in forma nouæ prouisionis, & narrabat prouisionem, vel concessionem prouisionis processisse. Et tamen litteræ dicunt Cardin. voluisse, quod prouideretur super quo vota erant varia. Nam aliqui dicebant posse eo modo, quo petebantur expediri, quia cum in supplicatione esset concessum prouideri, quæ verba in Ordinario non habent locum, quia ipse non signat pro supplicatione, nec mandat prouideri, sed prouidet. Ideò vt dicta verba aliquid operentur, dicebatur posse dici loco earum voluisse, quòd prouideretur. Adducebatur

1 etiam, quod † in Ordinario non est statuto forma, quomodo fiat eius prouisio, ideo quomodocumque constet de eius voluntate dicitur prouisionem factam etiam per solam patientiam Cardinalis, in cap. litteras, de supplen. neglig. prælat. aliqui dicebant, quod non debebant dari, quia præiudicabant tertio, qui ex post impetrauerat, & quia ille litteræ Cardinalis non probabant consensum, argum. l. fundi venditor, ff. de acq. poss. & ibi per Pau. de Cast. & Bald. in l. si vt proponis, col. 2. C. quomodo & quan. iudex, vbi dicit, quòd voluntas perfecta. Ideò fuit

2 dictum, quod † darentur verba supplicationis, & quod non esset de stylo, quia melius erat, quod essent frustratoriè apposita, quàm tertium læderent, ad cap. super eod. de offic. deleg. & ibi Bald.

DECISIO MMCXXIX.

De iuramento.

Vicent. pensionis lis proposita, quia in littera erat pensio libera, & exempta. Ideò fuit aliàs dictum, corrigentur modo, quia allegabatur, quòd principalis volebat stare super hoc iuramento partis, fuit dictum, quia pensionarius erat absens, quod si reliquisset procuratorem cum facultate deferendi istud iuramentum, quod deferretur, aliàs impediretur.

DECISIO MMCXXX.

De commenda per obitum.

Svrrent. commenda Monasterij Ordinis Sancti Augustini per obitum extra curiam pro Nicolao Castalano, obstabat, quia in supplicatione erat de beneficio sæculari Abbatia nuncupata, & nullum erat verbum regularitatis. Tamen quia dicebatur gratiam esse factam ex certa scientia Sanctissim. Ideò fuit proposita, quia aliàs expediri non poterat contra regulam Sanctiss. nu. 41. vt credo contra cap. cum de beneficio, de præbend. lib. 6. & consil. 7. Calder. num. 28. eod. titul. Sanctiss. dixit, quod plumbarentur, & darentur R. D. Datario, qui concordaret.

DECISIO MMCXXXI.

De correctione.

Hispalen. pensio 35. ducatorum pro Garsia de Grabaren. cum facultate transferēdi in personam per eum nominatam, & eligendam, litteræ erant expeditæ de tempore Iulij, & petebatur, quod corrigerentur iuxta tenorem supplicationis, & loco verborum vnam personam, ponerentur, vnam vel plures, prout erat in supplicatione, non obstante, quod essent antiquæ, & mortuus esset Garsias. Tamen fuit dictum, quòd poterāt corrigi, quia vbicumque potest dari, perinde valere, potest fieri correctio. Sed in casu nostro potest, & posset dari, nisi obstaret, & sic poss unt corrigi, quia nil obstat, cum regula non loquatur in correctione,

DECISIO MMCXXXII.

De clausula motu proprio.

Prouisio motu proprio de vacan. apud Sedem dubitabatur, quia supplicatio erat signata per fiat vt petitur. Licet esse formata motu proprio, & haberet clausulam, quod litteræ expedirentur motu proprio, Tamen

fuit dictum, quia signatura non respondebat, quod non darentur, licet Sanctorum quattuor olim Summista dedisse sine difficultate.

DECISIO MMCXXIII.

De litigiosis.

PRouisso Parochialis Ecclesiæ quattuor ducatorum. Dubitabatur, quia in supplicatione solum fructus erant 24. & licet haberet clausulam augendo, non habebat derogationem regulæ. Et quia Camera multoties supplet, fuit dictum, quod si erat litigiosa, non fieret suppletio, aliàs fieret.

DECISIO MMCXXIV.

De cessione, die decimaquinta Maij 1533. fuit expeditio coram Sanctiss.

LEgionen. Commenda Prioratus S. Michaelis de Scadula Ordinis Sancti Augustini Legionen. diœcesis vacan. per cessionem Commendæ Episcopi vicen. sub data 16. Calend. Februarij, anno primo Leonis remissæ per Rotam quia est sumptum, & non constat de consensu, & quia pars, quæ erat pro litteris, non erat citata nisi eodem die, & non potuerat informare. Ideo remissa ad primam Cameram.

DECISIO MMCXXV.

De reualidatione, & mutatione.

SVMMARIVM.

1 *Littera non expediuntur post reuocationem expectatiuarum.*

GEbennen. reualidatio litterarum expectatiuæ, & mutatio collectionis earumdem pro Andrea Carello de tempore Leonis, expeditæ per Clementem in forma rationi cõgruit, vt moris est, quib. aliàs fuit abscissum plumbum, vt attestabatur bon. mem. Sanctorum quattuor tunc Summista, qui eo non obstante illas iterum plumbati fecit, sed non expediuit, pars fatebatur abscissum plumbum. Sed sub eo prætextu, quod in eis posita derogatio statuti Ducis Sabaudiæ, quæ derogatio in supplicatione non erat. Ideo dempta derogatione dicebat supplicationes suas non esse inutiles, sed debere sibi in aliquo suffragari, & petebat sibi dari Bullam iuxta tenorem supplicationum. Respondebatur, quod plumbum fuerat abscissum non solum ex caussa præmissa, sed generaliter per Clementem erat mandatum eas cassari, & deleri per suum motum proprium. Iterum dixi Reuerendissimus de Cæsis, quod dictæ litteræ non
1 poterant expediri, † quia post reuocationem expectatiuarum non expediuntur litteræ super eis, & constabat expectatiuas tam Leonis, quàm Adriani fuisse reuocatas, ideo Clemens non potuit expedire litteras expectatiuarum Leonis stante reuocatione. Fuit conclusum propterea, quòd non expedirentur. Dicebatur insuper, quòd videbatur quædam fraus, qui orator erat Hispanus habens expectatiuam in Hispal. & Abulen. extensionem in Corduben. & mutationem, vt dicebatur in Giennen. & falso loco Giennen. fuerat posita Gebennen.

DECISIO MMCXXXVI.

De derogatione statuti de optando.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis remouet obstantias perpetuas non temporales.*

LVcan. petinde valere super derogatione statuti de optando. Dubitabatur, quia in supplicatione est sola derogatio statutorũ generalis, nullius statuti specialis
1 habita ratione, fuit dictum † quòd erat bona, quia clausula generalis remouet obstantias perpetuas non temporales, Ioan. Calder. consilio 1. de rescript. Item dictum statutum requirit specialem derogationem, quæ cum posita non fuerit imputetur, quia non fuisset denegata.

DECISIO MMCXXXVII.

De prouisione vnius per obitum.

NArmorem prouisio Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Rauenen. per obitum vnius cui erat commissum, prouideri etiam per obitum apud Sedem, alterius qui fuerat familiaris bon. mem. Sanctorum quattuor; dubitabatur, quia non docebatur de consensu Cardinalis, & concessio de prouidendo facta pro vno erat limitata, prout de stylo, & consensu Cardinalis Sanctorum quattuor, qui defunctus amplius consentire non poterat, nec sua interest, cum non requirebatur consensus. Tamen fuit replicatum, quòd si alteri prouisum fuisset ex quo de consensu dicti Cardinalis, auferebatur ei ius quæsitum. Ideo quia pars offerebat se probaturam per testes consensum huiusmodi, quod illud probet.

DECISIO MMCXXXVIII.

De translatione ossium parentum.

ZAmoren. indultum transferendi ossa parentum a monasterio B. Mariæ, de monte Merata, Ordinis Sancti Hieronymi, ad locum alibi construendum ad libitum oratoris, cum separatione bonorum, & iocalium valoris quinque millium ducatorum, & redditum 150. ducatorum, annuatim a primo monasterio & applicatione dictorum iocalium, & dotis loco construendo per oratorem, dubitabatur, quia litteræ expediebantur in forma gratiosa, & litteræ super signatæ erant sufficientes, tamen quia materia videbatur scrupulosa, & supplicationes signatæ erant per præoccupationem, & non scienter, fuit dictum, quod abscinderetur plumbum.

DECISIO MMCXXXIX.

De translatione pensionis.

HIspalen. translatio pensionis 150. ducatorum facta a milite S. Petri iuxta priuilegia militib. concessa, erat desuper supplicatio signata manu Papæ. Verum, quia licet caueretur in priuilegiis militum, tamen nunquam fuerunt in vsu, quòd hæc materia videbatur nimium præiudicialis pro habentibus soluere pensiones. Ideo fuit ei similiter abscissum plumbum.

DECISIO MMCXL.

De regressu.

ZAmoren. & Hispalen. regressus pro Balthasare de Pistoia ad plura per eum cessa in Zamoren. & Hispalen. respectiuè diæcesibus de consensu. Dubitabatur, quia in supplicatione, siue in sumpto erat expressum diæc. Zamor. & Hispal. Verum, quia in sumpto dicitur Zamor. & respectiuè diæc. videbatur, quod per errorem capientis sumptum. Et ita in libro fuerit omissa Hispal. diæc. quia consensus concordabat, & in supplicatione D. Balthasar. docuit de sua prima prouisione ad cautelam. Et ideo fuit conclusum, quod expediretur.

DECISIO MMCXLI.

De regressu.

VIrdun. litteræ proinde valere super pensione 300. ducatorum, reseruata super Monasterio Sācti Michaelis, de Sancto Michaele Ordinis S. Benedicti Virdunen. diœcesis. in quib. quod super eodem Monasterio erāt aliæ pensiones, & regressus ad illud, si Franciscus Episcopus Hostien. viuente commendatore premoreretur, reseruatum Iuliano Episcopo Zamoren. mentio facta non fuerat, litteræ sunt remissæ per Rotam, quia de regressu prædicto in supplicatione nulla mētio, sed quando expeditæ fuerunt tunc visum posse expediri. Quia dabatur consensus Presbyteri Episcopi Zamoren. & non videbatur nec erat nota litis pendentia. Sed modo in expeditione fuit dictum, quòd consensus ex tunc Presbyteri Episcopi non inualidabat litteras, neque preces, in quibus de ea non fiebat mentio. Item quod dictus Episcopus iam antea cesserat, & sic modo sua non interest, verum quia pars allegabat se fuisse in possessione percipiendi per 14. annos pensionem prædictam, ex æquitate fuit mandatum supersederi, vt melius concordaretur.

DECISIO MMCXLII.

De seruitorio.

SVMMARIVM.

1 *Præsentia Sanctissimi multa supplet, quæ abbreuiatores supplere non possunt.*

CIuitaten. perpetui simplicis seruitorij in Parochiali Ecclesia S. Martini vacan. per obitum extra Curiam de præsenti mense Octobris, sub data 4. Idus Octobris, anno 2. Dubitabatur, quia in supplicatione dicitur de mense Septembris, vel Octobris vltimi elapsi. Et Cancellaria prout faciebat id noluerat dare. Item dicebatur, quod astringebatur per regulam ad exprimendum mentem, cuius regulæ orator derogationem petierat, & fuerat ei cassata. Idem quod Papa facilius dedit vacationem ante videlicet de Octobri præterito, ex quo iā erat annus, quàm de præsenti in quo erat. Et quo ad Septembrem, quod non erat mēsis Papæ, ideo ei præiudicium non fiebat. Tamen quoad Cancellariā
1 fuit replicatum, quod Camera largius procedit, & † præsentia Sanctiss. multa supplet, quæ abbreuiatores supplere non possunt. Et quia in supplicatione erat, quòd posset exprimere mentem vltra menses specificatos, beneficium erat 24. pro persona nota. vid. familiari Reuerendissimi de Simoneta, cui Papa scienter dederat, & quoad derogationem mensis, quæ dicebatur cassata, quod ea non ponebatur in litteris, nec petebatur, immo præmissis non obstantibus fuit expedita.

DECISIO MMCXLIII.

De resignatione.

COmmenda Prioratus nō Conuentualis vacan. per resignationem, ex eo quòd dictus Prioratus dependet a monasterio per Reuerendissimum Cardinalem obtento, fuit petita derogatio, indulti Cardinalis de Bononia, ad effectum resignationis huiusmodi, quæ fuit concessa, prout apparet in signatura, & de stylo non derogatur in resignationibus. Et quia prædictus Reuerendissimus de Bononia, nona obtinet dictum Monasterium, prout per errorem fuit expressum in supplicatione. Sed Reuerendissimus de Turnone, prout in Bulla exprimitur, dicebatur dictam derogationem oratori suffragari, fuit dictum, quòd poterat mutare nomen prætentum in resignationibus, in quib. vt dictum, non fuisset ei derogatum.

DECISIO MMCXLIV.

De pensione.

PEnsio sex ducatorum tempore Adriani, quæ plumbari non poterat, stāte regula cum sit extra tempus. Verum, quòd sollicitator in tempore concesso ad expediendum litteras Adriani illam dederat, & plumbata non fuit tunc, quia non dabat supplicationem, quam non reperiebat, modo quod reperta fuit, & constabat de diligentia, fuit mandatum plumbari.

DECISIO MMCXLV.

De resignatione cum derogatione, die vigesima mensis Iunij 1537. fuit expeditio generalis.

BErgomen. prouisio Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Bergomen. vacant. per resignationem cum derogatione regulæ de 21. aliàs proposita, & reiecta, quia dato, quòd supplicatio esset sufficiens, tamen dicta derogatio fuerat data contra mentem concedentis, & Papa propter inaduertentiam, vel aliàs imò Clemens mandauit tunc deleri consensum, & litteras super supplicatione prædicta non expediri, & ita fuit ordinatum in expeditione facta de mense Septembr. 1535. coram Paulo; modo inhærendo ordinationi prædictæ, idem conclusum fuit.

DECISIO MMCXLVI.

De prouisione portionis.

SAlamantin. prouisio vnius ex tribus portionibus seruitorijs nuncupatis, cui cura imminet animarū vacan. per obitum extra Curiam Salam. diœc. loci de Palatios rubios, Bulla fuit sæpius proposita, & alias modo prædicto aptata. Dubium erat, quia orator non portionem, sed integram Parochialem impetrauerat, tamen expediebat ex parte, allegabatur decisio Aegid. sub titul. de præben. num. .... in qua dicit, quòd Papæ intentio fuit aliquid conferre, vt no. per Abb. in cap. tin. de præben. tamen quia sæpius fuerat proposita, & erant contra oratorem duæ conformes, fuit remissa ad Reuerendissimum de Iacobatijs pro Concordia.

DECISIO MMCXLVII.

De cessione.

SVMMARIVM.

1 *Verisimile non est Italum gratis cessisse in alienigenam.*

LEgionen. Commendæ Prioratus de Scalida per cessionem commendæ sub data 16. Calendas Februarij, anno primo Leonis, remissæ per Rotā, quia erat sumptum, & non constabat de consensu, & multa allegabātur contra expeditionem. Primò, quia non erat † veri-
1 simile, quod cedens, qui erat Italus, cessisset gratis in Hispanum, & alienigenam. Secundò, idem cedens præsente eodem oratore cesserat in fauorem aliorum. Tertiò erat facta diligentia de requirendo consensu prædicti in Cancellaria, & Camera Apostolica, vt constabat per fidem Notariorum, & non reperiebatur. Ex aduerso quoad primum respondebatur, quòd in his non certus erat locus coniecturæ. Cum Bulla esset expedita in simplici cessione, erat præsumptio litterarum, quæ tollebat præsumptionem primam quo ad cessionem secundo loco factam, respondebatur, quòd non præiudicabat veritati, si primo erat facta in fauorē alterius, nec præsentia illius ei non nocebat, vel si nocebat, hoc spectabat ad iudicem iudicare, non ad expeditores. Tertiò, quoad diligentias factas, esse probatum consensum per testes apud acta etiam examinatos. Et quia Auditor misit testes ad videndum, erat vnus qui rectè probabat, & alter etiam præsumptiuè. Item testes aduersarij probabant in genere illud idem, videlicet cessionem in fauorem oratoris factam. Sed dicebatur fuisse conditionalem, nō puram, ex quorum dictis arguebatur, quòd cessio facta fuerat. Ideo stante præsumptione Ecclesiarum tamdiu per 24. annos, antea expeditarum, consideratis casibus fortuitis, qui ab eo tempore circa fuerunt. Item, quòd Notarij tunc retinebant aliquando consensus prius, & eos non ponebant in libris. Ideo fuit dictum, quòd illa Bulla remitteretur tamquam verè expedita.

DECISIO MMCXLVIII.

De acceptatione.

NOua prouisio pro eo, qui acceptauit de facto post reuocationem litterarū factarum in forma mandati de prouidendo, & possedit etiam de facto, citra tamen perceptionem fructuum. Dubitaui propter illa verba, de facto, quæ non erant in supplicatione, quia tamen habebat clausulam per quam concedebatur quòd posset exprimere caussas infectiuas, & annullatiuas proprij tituli, ideo fuit data & expedita.

DECISIO MMCXLIX.

De vacatione.

PErinde valere, si beneficia comprehensa in litteris vacent per constitutionem execrabilis, vel alio quouis modo, pro eo qui impetrauerat per assassinium, & super priuatione huiusmodi expediuerat litteras, supplicatio erat sufficiens. Tamen dubitabatur, quia in supplicatione narrabatur assassinium, & dicebatur constito de præmissis, procedat. Et in fine supplicationis erat additum, & de priuatione in forma iuris, & prout de iure. Ideo dicebatur, quòd omnia erant data sub eadem conditione, videlicet, si cōstaret de assassinio aliàs derogata.

Tamen fuit dictum contrarium, quod constito referebatur ad delictum narratum, & postea subdebatur sine præmisso, sine alio, & quod vltimus vacationis modus exprimi possit. Et illa verba, de prouisione in forma iuris, & prout de iure, limitabant priuationem tantum eo modo, & non cetero. Ideo fuit dictum, quòd expediretur.

DECISIO MMCL.

De cessione, die 26. Februarij, 1538. fuit expeditio generalis per obitum Reuerendissimi de Cæsis. Proponen.

PEnsio 26. Ducat. ex caussa cessionis pro Ioanne Benedetto Iampedio litteræ fuerunt expeditæ de anno primo, vt constat nobis per insertionem earum in processu authentico, & recognito. Idem constabat per solutionem annatæ factam in Camera, orator tunc petebat litteras a Sanctiss. in forma prouisionis nouæ, quia originales erant deperditæ, & pariter registrum earundem in sacco, & depredatione vrbis, & supplicationem conformem cum litteris, fuit visum, quòd expediretur, ne grauaretur propter amissionem huiusmodi duplici impensa.

DECISIO MMCLI.

De accessu.

SVMMARIA.

1 *Supplicationes resignationum non faciunt aliquam mentionem de procuratore.*

2 *Stylus non dicitur esse in contrarium, cum casus non acciderit.*

ACcessus ad Canonicatum, & præbendam Ecclesiæ Clemen. per obitum vltimi possessoris ex caussa cessionis litteræ fuerant remissæ per Rotam, ex eo, quia in accessu huiusmodi interuenerunt tria mandata. Primum videlicet Baldelij Didel resignantis simpliciter sub die vltimo Februarij 1534. in fauorem nepotis. Secundum die sequenti prima Martij, nepotis ad retrocedendum in fauorem patrui reseruato accessu præcedente. Et tertium eiusdem patrui eodem momento cum eisdem testibus, & Notario ad consentiendum accessui huiusmodi, quorum mandatorum datæ ad assertionem partis exprimebantur in litteris, contra quas tria etiam dicebantur. Primum quòd datæ huiusmodi possunt exprimi, in supplicatione verbum nullum. Secundum, quòd erat contra stylum hactenus vsitatum, quod ponerentur datæ mandatorum in litteris. Tertium, quòd ex hoc tollebant ius aduersarij, quia in Rota erat resolutum, quòd ex vicinitate mandatorum huiusmodi præsumebatur dicta resignatio, & accessus prouenire ex pacto: & sic, quòd esset simoniaca, vnde per expressionem datæ huiusmodi vitium prædictum censebatur purgatum, & sic contra impetrantem; Quibus rationibus respondebatur, quòd dato quòd in supplicatione non esset verbum, quòd importaret expositionem datæ, tamen poterant exprimi, & patebat a simili, quia in omnibus supplicatio-
1 nibus resignationem semper dicitur talis resignat, † & non fit aliqua mentio de procuratore. Tamen in litteris dicitur ad longum per talem procuratorem ad hoc specialiter constitutum. Et sic vbi exprimitur & nomen procuratoris, & mandatum, videtur quòd possit etiam exprimi pars mandati, videlicet, Datæ. Ad secundum, quod non fit de stylo, dicitur, quod non est e-
2 tiam stylus in contrarium, † cum casus non acciderit. Ad tertiam de simonia respondebatur, quod partes inter se nihil fecerunt, sed constituerunt procuratores ad faciendum in manibus Sanctiss. insuper dicebatur, quod erat materia scandalosa, quia ferè omnes resignationes, & cessiones, quæ veniunt de partibus sunt huiusmodi, & soluunt compositiones suas, quæ si reuocarentur in dubium vtique erit damnosum Curiæ. Vota Dominorum fuerunt varia propter scandalum huiusmodi. Et fuit dictum, quod erat bonum facere prouisionem generalem, & Bullæ huiusmodi interim retinerentur sine aliqua resolutione. Fuit iterum proposita die 15. Octobris 1538. & ordinatum quod concordetur.

DECISIO MMCLII.

De concordia.

SVMMARIA.

1 *Clausula quatenus sit licita, & honesta, ponitur quando Papa pacta non vidit.*

2 *Iudex quæriť de subreptione, non expeditores.*

COnfirmatio concordiæ inter Matthæum Iosie ex vna, & quondam Hieronymum Beltrãdi vti procuratorem Petri de Ribeco, per quem Matthæus remisit expensas præfato Petro in caussa facta, & insuper soluit præfato Hieronymo scuta 40. Petro id volente, vt asserebat, litteræ huiusmodi erant remissæ per Rotam, contra quas tria similiter dicebantur. Primò, quod in ea non erãt duæ clausulæ apponi solitæ. Prima videlicet quatenus concordia sit licita, & honesta. Secundò, quia similes concordiæ consueuerunt signari ad supplicationem vtriusque partis, & non vnius, & quod Petrus id vellet non docebatur. Tertiò, quia sub eadem data erat supplicatio cessionis sine mentione concordiæ. Et ista supplicatio secunda, in qua fiebat mentio de concordia non faciebat mentionem de alia, & sic subreptitia videbatur. Ex eo dicebatur, quo ad
1 clausulam † quatenus sit licita, & honesta, quod ista clausula ponitur, quando in genere dantur seu confirmantur pacta, quæ Papa non vidit, sed quando illa vidit non apponitur. Tertiò quoad dictam clausulam, videlicet ad supplicationẽ vtriusque partis, dicebatur quòd supplicatio sua erat pura, & simplex, & sic iuxta tenorem supplicationis debebat dari, vt data erat quo ad verba, id volente Petro, dicebantur quod erant instrumenti facti inter partes quo ad subreptionem, quòd de ea darent in iudicio. Et respondebatur ibi, quòd in expeditione solum non debemus videre, si concordant cum supplicatione expedita. Et non quærere de
2 subreptione, † de quo quærit iudex non expeditores. Fuit dictum, quod non erat necessaria, nec debebat poni, si non erat in supplicatione, tamen quod hoc casu Bulla expediretur in forma commissoria, idest, quod committeretur non in forma gratiosa, prout erat expedita, quo ad reliqua, quod omnia starent dummodo committerentur.

DECISIO MMCLIII.

de correctione.

NVerin. mandabatur prouideri de plurib. Capellanijs in diuersis partibus, & petebatur, quod dictæ litteræ corrigerentur, quia dictæ Capellaniæ non erant in Parochialibus, sed erant Rectoriæ de per se Capellaniæ nũcupatæ. Et signatura erat sufficiens. Tamen quia erat antiqua, videlicet Idus Octobris, anno octauo Clementis. Ideo reseruata ad expeditionem generalem, & fuit dictum, quod corrigerentur iuxta tenorem supplicationis.

DECISIO MMCLIV.

De indulto transferendi ossa maiorem.

ZAmoren. indultum trãsferendi ossa maiorum suorum, cum dote annua 250. ducatorum, & iocalibus valoris quinque millium ad locum per oratorem iam ferè constitutum postquam totaliter fuit completum, litteræ huiusmodi coram Sanctiss. fuerunt aliàs propositæ. Sed tunc petebatur, quòd transferentur ad locum ad libitum oratoris, & fuerunt reiectæ vt scandalosæ, tamen ex post obtinuerunt reformationem a Sanctiss. in plena signatura, quæ est sufficiens. Tamen fuerunt reseruatæ ad expeditionem. Et de voto omnium expeditæ.

DE-

DECISIO MMCLV.

De correctione.

SVbrogatio in iure pro Sanctis. tunc in minoribus constituto ex cessione super Parochiali de Peraffe Toleran. Diœces. litteræ erant expeditæ de tempore Iulij, in quibus tamen non fuit apposita derogatio regulæ de idiomate. modo Reuerendissimus Sanctorum quattuor, in quem Sanctissimus transtulerat, regressum ei competentem ad docendũ de iure suo, petebat, quod corrigerentur, & apponeretur derogatio huiusmodi, & supplicatio erat sufficiens. Tamen quia materia erat litigiosa, & ex voto Reuerendis. Domini Lamberti fuit reseruata, & proposita. In expeditione huiusmodi fuit dictum, quòd melius erat dare per litteras perinde valere, quam per viam correctionis Si tamen aliter vellet idem Reuerendissimus, quod daretur totum id quod vellet, quia dari potest de iure. Sed primus modus videbatur melior & iuridicus.

DECISIO MMCLVI.

De commenda.

SEgobien. Commendæ plurium beneficiorum pro Francisco Solis Milite S. Iacobi de Spata ex cessione bon. memor. Sanctorum quattuor dubitabatur, quia nuper dicta beneficia erant quinque Parochiales, quæ omnes eidem Francisco commendabantur, & in litteris dicebatur, quoad vixerit. Fuit dictum, quòd darentur ad sex menses a die habitæ pacificæ possessionis iuxta stylum.

DECISIO MMCLVII.

De literis si neutri.

LIttetæ si neutri pro Antonio de Palenzola super portione Ecclesiæ Salamantinæ quam Fanciscus in eadem Diœcesi obtinebat, fuerunt retentæ, & reseruatæ ad expeditionem generalem, quia in supplicatione non dicebatur per eius obitum portionẽ vacasse. Et sic erat generalis, & incerta. Tamen idem expediuerat ferè similes per Cancellariam, & petebat alias expediri per Cameram, contra quas tria dicebantur. Primò de incertitudine huiusmodi. Secundo, quod in litteris Cancellariæ narrabat litem inter N. & Petrum Nicolai, & in Camera dicebat inter se, & quendam Hispanum. Tertiò, quod in litteris Cancellariæ narrabat titulum perambulum, in Camera non. Quartò, quia dabatur ei generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausula in Cancellaria, & in Camera petebat etiam per obitum Petri Andr. apud Sedem, & sic dicebatur nõ debere expediri. Quo ad incertitudinem ostendebatur commissio caussæ, quæ certificabat corpus portionis, & quemadmodum dederat Cancellaria, quod daret etiam Camera. Quo ad mutationem collitigantis, quod clausula supplicationis erat sufficiens. Quo ad titulum, quod virtualiter in litteris Cameræ erat idem, cum diceretur quod quilibet collitigantium ad se de iure spectare asserebat quo ad generalem reseruationẽ in corpore iuris, quod etiam habebat per obitum apud Sedem in alia, si neutri, per eum ante impetrati, quam producebat modo ad iustificandum litteras suas, vt corrigerentur cum si neutri non viderat, & petebat copiam, & res videbatur dubia. Fuit dictum, quòd daretur copia parti, & seruaretur ad primam. Fuit proposita die 15. Octobris 1538. Et quia pars fuit citata hora tarda, reseruata & remissa ad expeditores.

DECISIO MMCLVIII.

De variatione nominis super pensione.

PEnsio quadraginta ducatorum ex caussa resignationis nuper factę super fructibus Parochialis Ecclesię Sancti Petri Mirapicen. Diœces. de consensu dubitabatur, quod in supplicatione dicebatur, quod dicta Parochialis est Montis Albani non Mirapicen. & sic mutabatur Diœces. tamen allegabatur error, quia consensus præstitus, & mandatum dicunt de Mirapicens. non de Montis Albani. Fuit dictum, quòd darentur si consensus concordaret.

DECISIO MMCLIX.

De derogatione regulæ de annali.

SVMMARIVM.

1 *Intelligi debet generaliter qui loquitur generaliter.*

PErinde valere cum derogatione regulæ de annali in totum fuit dubitatum, quia signatura dicebat. Et cum derogatione regulæ de annali quatenus opus sit. Erat crux, deinde exten. vnde orator dicebat regulam non esse limitatam. Vnde non est limitanda per expedi-
1 tores. Et qui generaliter loquitur, generaliter † intelligi debet. Respondebatur quo ad limitationem, quòd satis erat limitata per cassaturã. Et fuit dictum, quod darentur iuxta stylum, vel quo ad primam partem.

DECISIO MMCLX.

De eodem.

PErinde valere cum derogatione regulæ super pensione aliàs reseruata tempore Clementis super fructibus Prioratus Sancti Bernardi Ordinis Sancti Augustini, in quibus non fuit dictum, quòd Prioratus dependebat a præpositura Montis Iouis dicti Ordinis. Item quod Prior pro tempore soluebat certum onus Præposito præfato, videlicet ducatos quinque. Super facto huiusmodi erant duæ supplicationes, in quarum prima erat, quod possit exprimi dependentia. In secunda non est de onere nihil, in vtraque tamen fuit dictum, attento quod onus erat perpetuum, & quod supplicationes poterant coniungi, & dependentia exprimi, quod potest exprimi etiam dictum onus annexum pro validitate pensionis prædictæ.

DECISIO MMCLXI.

De commenda per obitum, die 16. Octob. 1538. fuit expeditio generalis.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ possunt ad veritatem rei gestæ probandam quandocumque interuenire.*

COmmenda Parochialis Ecclesiæ del Gro pro quon. Episcopo Salamantin. ad biennium vacan. per obitum apud Sedem, cum decreto quod omnes prouisiones anteriores, & commendæ de ea etiam anteriores factæ essent nullæ; & quod posset capi possessio possessore non citato, nec possit propterea dari de spolio cum derogatione regulæ de non tollendo ius quæsitum, & attestatione, quod prima hora vacationis Papa illam eidem Episcopo commendauerat. Dubitabatur ex pluribus. Primò, quia expediebatur Bulla pro mortuo, quia tunc dictus Episcopus obierat. Secundò, quia habebat multas clausulas insolitas. Tertiò, quia in corpore, & in clausulis petebatur commenda ad vitam, & tamen in additionibus clausularum erat additum & de commenda ad triennium. Et sic ista vltima additio videbatur per totum præter mensem concedentis præstita, quia datauerat eam Episcopus Basconen. qui fuit Datarius post annum, & vltra. Et data supplicationis, & super ea reseruabatur pensio quinquaginta ducatorum pro filio suo. Quibus omnibus respondebatur quo ad mortuum, quòd hoc non erat inconueniens, & singulis diebus tam Cancellaria, quàm Camera expedit litteras pro mortuis, & optima ratione, quia gratia est facta per signaturam, tamen eius probatio requirit litteras,
1 quæ possunt † ad veritatẽ rei gestæ quandocumque interuenire. Quo ad secundum de clausulis insolitis, dicebatur, quod erant solitæ attenta temporis qualitate, & personæ. Nam supplicatio erat data in Castro Sancti Angeli tempore direptionis vrbis, quo tempore multa non concedenda concessa fuerunt. Item

erant

erant de persona grata, & accepta, & bene merita de Sede Apostolica. Et quæ aliàs habebat indultum ad omnia in sua Diœcesi ad instar Cardinalium. Et pro iustificatione ostendebatur aliæ quædam supplicationes, in quibus erant fere eædem clausulæ pro eodem Episcopo, in quibus erat manus bon. memor. Sanctorum quatuor antiquioris, & sic ostendebatur Papam tunc signasse, & concessisse, ex certa scientia. Quo ad tertiam de commenda annali, vel triennali Balneoregien. aduersarius asserebat se non informasse, nec habuisse tempus. Ideò fuit remissa ad expeditores, qui sine Papa expedirent, vel concordarent die vltima Nouembris pro concordia.

DECISIO MMCLXII.

De commenda.

SVMMARIA.

1 *Gratia Papæ consueuit esse perpetua.*
2 *Litteræ ambitiosæ sunt restringendæ.*
3 *Successor non potest declarare mentem sui prædecessoris mortui.*

ERat supplicatio, in qua commendabantur plura simpliciter sine præfixione temporis Episcopo Salamantin. nec minus dicebatur ad vitam, sed simpliciter, commendamus, & commendari mandamus, & in clausulis erant verba infrascripta, videlicet, & de commenda præmissa etiam cum quibusuis obtentis, & obtinendis, etiam ut præmittitur, vel conditionaliter, ita vt liceat prædictis saltem ad annum a die habitæ possessionis pacificè, &c. Rota remiserat sumptum huiusmodi, & quærebat, an vigore dictæ supplicationis, vel clausularum, posset expediri commenda ad vitam, vel ad annum. Dicebatur ad vitam, & quia signatura erat generalis, erat generaliter intelligenda. Et præsertim quia
1 † gratia Papæ consueuit esse perpetua. Item a fortiori, si Papa conferat Prioratum manualem, ex confirmatione ipsius, de manuali efficitur perpetuus, vt per Abb. in c. ad nostram. de confirma. utili, vel inutili. Item quod clausula supplicationis erat alternatiua, & quod in alternatiuis erat alteratio impetrantis, vt per Felin. in capitulo inter ceteras, de rescript. colum. secunda, versic. Fallit quarto. Tamen fuit conclusum contrarium, quia supplicatio simpliciter loquebatur, & non dicebat ad
2 vitam, & † litteræ sunt ambitiosæ, & restringendæ. capitul. quamuis, de præbend. libro sexto. Item consuetudine impetrantis, quia ostendebantur plures supplicationes, vt erat in caussa præcedenti eiusdem impetrantis, quæ ad annum impetrauerat. Ideò quod ex consuetudine ipsius voluerunt, quòd intelligeretur ad annum, & quo ad alternatiuam, cum essemus post eius
3 obitum, non poterat successor † declarare mentem sui prædecessoris, vt est gloss. not. in l. idem præcipimus. §. si plures. ff. de rei vendic. Et sic fuit remissa ad Rotam de voto maioris partis expeditorum ad annum.

DECISIO MMCLXIII.

De infectione tituli.

PErinde valere super litteris accessus pro Episcopo Vicen. ad Prioratum de Scaleta Ordinis S. Augustini Legionen. Diœces. expediri, in quibus dixerat, quod Prioratum huiusmodi obtinebat, & omiserat narrare litem; modo vult, quod litteræ prædictæ valeant ac si esset dictum, quod non obtineret, sed ius prætenderet, & narraret litem pendentem, & volebat etiam exprimere, quod idem orator per prius cesserat in fauorem alicuius, & modo tam ipse, quàm idem alter cedebant in fauorem Philippi, per eius cessum, vel decessum reseruabatur sibi regressus siue accessus. Et sic vult inficere titulum suum primum. Pro validitate sui accessus siue regressus dicebatur. Primo pro expeditione, quod poterat narrare litem, quia in supplicatione erat clausula, quod litigiosi. Ex qua narratiua resultabat necessario, quod poterat etiam dicere, quod non obtinebat, contra prius dicta, sed ius prætendebat, & quod posset inficere titulum suum dabatur reformatio ad supradictum accessum, quæ erat impetrata pro parte Philippi resignatarij, qui habuit reformationem, quod posset exprimere titulum suum, etiam de facto processisse, & in omnibus & per omnia, prout in prima supplicatione. Et sic dicebatur, quòd dicta reformatio debebat esse communis, quia si aliter esset, sequeretur absurdum, videlicet quod Philippus expediat prouisionem suam, & diceret hodie Prioratum vacare. Et cedens si non expediret super reformatione etiam ipse diceret hodie, quod & iam non concordarent, si essent diuersarum datarum. Quibus ex aduerso respondebatur, quo ad litem, fatendo posse exprimere litem, sed non omittere narratiuam primò factam, & quod non poterat inficere suum titulum, præsertim narrante se per prius resignasse in fauorem alterius, modo daretur ei accessus sine causa, cum non haberet ius, sed per cessionem suam esset exclusus. Ratificabatur ad hoc, quòd poterat de nouo acquisiuisse. Tamen quia materia erat litigiosa, & antiqua, & tractaretur de gratia Leonis, licet haberet mandatum expediendi, fuit remissa ad expeditores, qui die vltima Nouembris dicerent, quod poterat dicere, quod non obtinuerat narrando litem, sed quo ad narrando cessionem alterius, & sic inficere titulum, quod non poterat. Et ita determinatum die 20. Februarij 1539.

DECISIO MMCLXIV.

De accessu cum derogatione Regularum.

SVMMARIVM.

1 *Accessus reseruati, qui non erant de consensu, vel bono iure non valerent.*

PErinde valere super litteris accessus pro Sanctiss. aliàs in minoribus constituto expeditis super canonicatu, & præbenda Ecclesiæ Calien. in quibus non fuit facta mentio Constitutionis Leonis, & Adriani. Quibus respondebatur, quod similes accessus reseruati, qui
1 non erant de consensu, † vel ex bono iure non volebat modo suppleri, & quod daretur derogatio dictarum derogationum, habebat vnam reformationem, in qua dabatur derogatio omnium regularum lanissimè extensa. Pars ex aduerso non erat citata. Ideò reseruata, & remissa ad expeditores. Die vltima Nouembris fuit dictũ, quòd vigore reformationis darentur omnes regulæ Clementis, sed non Leonis, nec Adriani.

DECISIO MMCLXV.

De litteris si neutri.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio debet aliquid operari.*

LItteræ si neutri pro oratore super Archidiaconatu Ecclesiæ Calagurritan. orator impetrauerat tamquã de vacan. per resignationem, quæ in veritatem non erat, & vigore clausulæ narrata lite inter duos extraneos, petebat gratiam expediri, asserendo, quod sua sup-
1 plicatio † debebat aliquid operari. Tamen, quia pars non erat citata, fuit remissa ad expeditores. Die vlt. Decembris, quod capiantur vota singularium in domo.

DECISIO MMCLXVI.

De Scholastica vacan.

SVMMARIVM.

1 *Consensus datus post mortem resignantis tunc valet, quando resignans persisterit in eadem voluntate, cum in impedito casu, vel aliquo impedimento potius ostendatur dissensus, quàm consensus.*

PAlati. Prouisio Scholasticæ vacan. per resignationẽ in manibus S. V. supplicatio concordabat, tamen reseruata, quia erat dubiũ de consensu, quia licet consensus

sensus esset a tergo litteratum, tamen dicebatur, quod erat præstitus post mortem per annum, & vltra. Nam resignans erat notarius & constituit procuratorem ad resignandum, de quo mandato ipsemet rogatus erat, & reposuit in capsa, post mortem infra annum fuit transumptatum dictum mandatum, cuius vigore fuit præ-
1 stitus † consensus datus post mortem, an valeat & trahatur retro, quòd hoc habet locum resignante persistente in eadem voluntate. Sed impedito casu, vel aliquo impedimento, vt in casu nostro, potius ostendebatur dissensus quàm consensus. Ideo vna pars petebat litteras remitti ad Clericos Cameræ, qui indicarent de consensu, vti aliàs factum asserebatur. Tamen quia visus ex clericis habebat interesse in caussa non fuerunt ad eos remissæ, sed iniunctum onus impetranti, vt iustificaret consensum suum coram Reuerend. de Farnesio, coram quo produxit tres testes qui deponebant, quòd resignans ægrotans dixerat, quod nihil vacabat per eius mortem. Tamen expeditores die vltima Nouemb. remiserunt ad Reuerendissimum de Iacobatijs pro concordia.

DECISIO MMCLXVII.

De portione integra per litteras si neutri.

Litteræ si neutri super integra portione Ecclesiæ Palentin. pro Antonio Palenxola aliàs proposita in expeditione præcedenti, quia pars citata fuerat hora tarda. Ideo remissa ad expeditores, quòd capiantur vota singulariter, an possit dari per obitum Petri Andreæ, simpliciter expedita, & dentur clausulæ generales prout in supplicatione, sed non deueniatur ad speciem. Die vero 20. Februarij 1539.

DECISIO MMCLXVIII.

De resignatione.

SVMMARIVM.

1 *Indultorum in derogatione debet fieri expressio de reductione, vnione, & supressione præmissis, nisi in oratore sit iusta ignorantia.*

Perinde valere super prouisione Prioratus B. Mariæ de Verallis ordinis S. Benedicti vacan. per resignationem, de quibus litteris non erat facta mentio, quòd per ante Ecclesia Elnen. a qua dictus Prioratus dependebat, erat de regularitate ad sæcularitatem reducta, cum vnione omnium Prioratuum ab eo depẽdentium. Cum primum per cessum vel decessum vacauerint, & sic petebatur, quod litteræ valerent ac si esset dictum de reductione vnione, & supressione præmissis, supplicatio habebat derogationem priuilegiorum & indultorum Ecclesiæ Elnen. a qua Prioratus dependebat. Et
1 sic aliqui dicebant, quod in derogatione † indultorum poterit dicta expressio fieri. Tamen vota omnium fuerunt, quod de rigore iuris expediri non posset. Tamen quod de æquitate, attento, quod dicta reductio, & suppressio non erat in partibus publica tempore expeditionis prouisionis huiusmodi, quòd orator erat in iusta ignorantia, & quod litteræ expedirentur.

DECISIO MMCLXIX.

De regressu.

SVMMARIA.

1 *Regressus non posse suspendi ex tribus demonstratur, vt ibid.*

2 *Subrogationem debet habere plus iuris, quàm habeat ille in cuius locum subrogatur.*

3 *Clausula supplicationis erunt sufficientes, & casus erit dubius non clarus.*

Fuit expeditio generalis coram Sanctis. Subrogatio pro Magdalena de Constal super Abbatia Monasterij Monialium Sãcti Petri de Marticomenta Tullen. Diœc. ex cessione Alexiæ etiam de Constal, cum narratiua tam litis antiquæ super regimine dicti Monasterij inter dictam Alexiam cedentem, & quandam Nicolam, & concordiæ sequutæ, quàm etiam litis nouæ super inualiditate cuiusdam regressus eidem Nicolę Apostolica auctoritate reseruati sine situ, & consensu dictæ Alexiæ, & non suspensione dicti regressus, & omnium aliorum sine consensu, & ex caussa onerosa reseruatorum litteræ erant remissæ per Rotam, contra quas dicebantur tria. Primò, quòd non poterat fieri mentio litis antiquæ cum concordia, & sententia terminatæ per plures annos. Et dato quòd possit fieri, non poterat
1 suspendi † regressus huiusmodi ex tribus. Primò, quia contra mentem concedentis; Secundò quia contra stylum signaturæ; Tertiò contra naturam subrogationis. Quod esset contra mentem concedentis asserebatur constare, quia idem Leo respondebat, quòd illam ex certa scientia confirmauerat, & deinde etiam dedit litteras in forma Breuis, in quibus attestabatur, quod dicta suspensio erat facta contra mentem suam, & reualidabat illam. Secundò contra stylum signaturæ, quia semper in similibus suspensionibus consueuit restringere contra accessus, & regressus, & illos non suspendere. Tertiò contra naturam subrogationis, quia subrogatus non
2 debet habere plus iuris, quam ille in cuius locum subrogatur. Sed isto casu Magdalena, quæ subrogatur in lite Alexiæ, & lis est super regressu, qui si suspenditur, vtique plus iuris habebat, quàm habebat subrogatus. Item dato, quòd possit suspendi, debebant apponi quædam verba, quæ erant in supplicatione, videlicet, quod cessio Nicolæ fiebat in fraudem, & dicebatur, quod ista assertio iustificabat suspensionem huiusmodi, ideo debebat apponi precibus. Ex aduerso respond. quo ad narratiuam litis, quòd clausulæ erant sufficientes & similiter quoad suspensionem huiusmodi. Et ad illud, quod erat contra mentem ratione Breuis, quod non erat expeditorum videre Breue, quod emanauerat multo post datam supplicationis, sed spectabat ad iudicem. Quoad stylum etiam dicebatur, quod similis regressus sine situ, & consensu suspendatur quo ad naturam subrogationis, quod illud procedit in dubio non in casu claro, prout eramus, præsertim quod in similibus ius nostrum non venit ex iure prædecessoris aut cedentis, sed ex gratia concedentis Quoad verba dimissa de fraude dicebatur, quod apponi non debebant, quia ex narratis resultabat fraus, quod satis erat. Inducebatur, quòd erant verba apposita conditionaliter, & poterant omitti ratione maioris expressionis, & verificationis. Domini inclinabant, quod vtraque possent narrari vno
3 eorum excepto. Item suspendi regressus postquã † clausulæ supplicationis erant sufficientes, sed quod deberent apponi illa verba supplicationis de fraude, quia per illa videbatur Papa motus ad suspendendum. Fuit tamen dictum, quod caussa erat magnæ importantiæ, & ideo seruaretur ad primam.

DECISIO MMCLXX.

De correctione litterarum.

SVMMARIA.

1 *Litteræ originales vbi non habentur, registrantur, & in plena audientia corriguntur.*

2 *Correctio litterarum facta ante vacationem beneficij est mala.*

Tullen. gratia expectatiua pro nominato a milite S Petri in prima expeditione, quæ fuerat Calend. Maij 1525. dicebat nominans ex istis, & nominatio fuerat facta 20. August. eiusdem anni, & die 21. Fulminatio. Vnde dictæ litteræ fuerunt per tunc Summistam correctæ, & loco nominationis ex istis fuit additum nominari speras. Vnde anno 1533. coram Clem. dictæ litteræ fuerunt remissæ ad corrigendum. Et cum
1 non habeantur originales, quę fuerunt restitutæ. † Fuit

com-

commissum registrum, & fuerunt in plena audientia
correctæ, & reductæ ad primum modum petitum, vi-
delicet nominauit ex illis, & sic fuit correctum & regi-
stratum. Modo producebantur originales incorrectæ
discordantes a registro, & fuerunt propositæ, dicebatur,
quod illud, quod erat factum per expeditores non debebat al-
terari. Ex aduerso dicebatur si est erratum, & constet de
errore, error est corrigendus. Tamen dicebatur, quod
prima correctio fuerat facta post vacationem beneficij
de quo agebatur. Et sic postquam erat quæsitum ius
parti, & sic malè primò correctæ, & bene reductæ per
expeditores, aliàs fuissent primò correctæ ante vacatio-
1 nem beneficij, quòd eo casu † correctio facta per expe-
ditores fuisset mala, & erronea. Igitur statuatur termi-
nus vtrique parti ad probandum vtrum fuerit facta pri-
ma correctio ante vacationem beneficij, vel post.

DECISIO MMCLXXI.

De comitatu.

SVMMARIVM.

1 *Comitatus incongruum est passim, & in specie cuilibet da-
ri sine certa scientia principis, prout dantur scutiferis &
cubicularijs.*

COmitatus pro milite S. Petri in vim suorum Priui-
legiorum priuilegia erant sufficientia. Tamen vi-
1 debatur incongruum, quòd † cuilibet in specie, & sin-
gulariter darentur, fuit propositum, & dictum, quòd
darentur non passim, sed ex certa scientia Principis pro-
ut dabantur scutiferis, & cubicularijs.

DECISIO MMCLXXII.

De vacatione intra, & extra muros.

SVMMARIVM.

1 *Expeditio debet fieri quando in litteris constat de corpore,
licet fuerit variatum in verbis, intra, vel extra curiam
vacan.*

FVit expeditio generalis coram Sanctiss. prouisio Ec-
clesiæ Sanctæ Mariæ veteris prope, & extra muros
Messanen. vacan. per obitum extra curiam pro familia-
ri suæ Sanctitatis. Dubitabatur, quia in supplicatione
dicebatur prope, & extra muros Messanen. & in litte-
1 ris non extra, sed intra dicebatur. Tamen quia † con-
stabat de corpore, voluerunt quòd expedirentur.

DECISIO MMCLXXIII.

De subrogatione.

SVMMARIA.

1 *Regressus super quo est lis non debet extingui, vel suspendi
quando ex eo sequi debet absurdum.*

2 *Mandata suspensiua vbi sunt clara, & certa, super eis lit-
teræ denegari non possunt.*

SVbrogatio in iure ex cessione super Abbatia Mona-
sterij S. Petri de Vanne conuenta aliàs proposita, de
qua vide in expeditione præcedenti. Modo dubitaba-
tur de tribus; Primò, quod in litteris erat omissum,
quòd clausula videlicet quòd quon. Nicola. propter
fraudem terriæ ferendæ sententiæ cesserat, & petebatur
quòd poneretur in litteris, eo maximè, quia videbatur
Papam motum ad suspendendum quendam regressum
eidem Nicolæ reseruatum, super quo erat lis propter
fraudem allegatam. Et ideo quòd tanquam omissa sup-
pleretur. Secundò, quòd quia in litteris erat facta men-
tio cessionis Nicolæ & reseruationis pensionis in fauo-
rem suum, quòd deleretur de litteris mentio pensionis
[illegible]ctæ, quia in supplicatione verbum nullum de pen
[illegible] huiusmodi, & quia videbatur, quòd reseruatio
p[illegible] excluderet fraudem, Igitur si clausula de frau-
de [illegible]quam omissa supplebatur, & non contrarietur
litt[illegible], dicebatur quòd opus erat delere pensionis hu-
iusmodi mentionem, Tertiò, quia in litteris narratur
lis super regressu dictæ Nicolæ reseruato, & idem re-
1 gressus extinguebatur, dicebatur, quod † non fieret
mentio litis, vel non extingueretur regressus, quia aliàs
sequeretur absurdum, quòd datur lis, & orator subro-
gatur in litem, & tamen extinguatur id super quo liti-
gatur, quod non erat verisimile eo maximè, quia exta-
bat Breue Leonis, licet in data post signaturam suppli-
cationis, per quod idem Leo declarat non fuisse suæ in-
tentionis regressum huiusmodi suspendere. Quibus
omnibus respondebatur quo ad fraudem, quòd ex nar-
ratis resultabat. Item quod conditionaliter apponeba-
tur. Et ideo poterat omitti vigore clausulæ generalis.
Quoad secundum de mentione pensionis dicebatur,
quòd si poterant narrari merita litis, & caussæ & reser-
uatio regressus de quo agitur, sequebatur necessario,
quòd poterat etiam narrari cessio, in qua fuit reseruata
pensio & regressus. Quoad tertium respondebatur,
quòd non erat absurdum, quòd non suspenderetur, &
subrogaretur, quia non extinguebatur. Item quod si
2 mandata † suspensiua essent certa, & clara, non pote-
rant denegari litteræ super ea. Et sic fuit ordinatum,
quòd adderetur clausula de fraude prout in supplica-
tione. in cęteris, quòd Bulla esset bene expedita.

DECISIO MMCLXXIV.

De familiari Cardinalis.

SVMMARIVM.

1 *Generalia quæ nimis sunt & nec constat de corpore, sunt cor-
rigenda.*

PRouisio Parochialis Ecclesiæ de Prouadinis nuncu-
patæ Sregobien Diœc. per obitum familiaris Cardi-
nalis Sentisis, in loco infra duas dietas a Curia non di-
stan. de consensu Cardinalis Bulla erat remissa per Ro-
tam. In supplicatione importabatur Parochialis Sancti
Christophori de Mathena. Item dicta Parochialis de
Mathena modo litteræ erant expeditæ de Paradinis nũ-
cupata. In supplicatione erat omissa nuncupata, & in
litteris omittebatur inuocatio, & situatio. Et licet di-
ceretur quòd erat de consensu Cardinalis, qui debebat
1 attendi, tamen fuit correcta, quia nimis † generalis, &
tanquam non constaret de corpore.

DECISIO MMCLXXV.

De vacatione extra curiam.

SVMMARIVM.

1 *Docetur per testes parte citata non aliter in vacatione per
obitum.*

SImilis erat a Rota remissa videlicet prouisio Paro-
chialis de Gabiosten. Diœc. vacan. per obitum extra
Curiam in mense reseruato, & in supplicatione impe-
trabatur Parochialia loci Cranetes non de Gabi. & pro-
duxerant duos testes, qui deposuerant, quod vacauerat
per obitum Vitrardi de Attana de Gabi. non de Crane-
tes. Fuit ordinatum, quod si doceretur per teste a parte
1 citata, quod † per obitum dicti Vitrardi non vacasset
alia Parochialis, quàm de Gabi. quòd litteræ essent be-
ne expeditæ.

DECISIO MMCLXXVI.

De præstimonijs & vacantia.

PRouisio duorum præstimoniorum & vnius simpli-
cis vacan. apud Sedem per promotionem ad Eccle-
siam Noruinen. & Hispalen. Diœces. in supplicatione ta-
men erat Cadicen. & non Hispalen. & sic petebatur,
quòd suppleretur diœces. omissa. Fuit dictum, quòd Ga-
dicen. in fine posita, ad quam referebantur omnia su-
pradicta, quòd melius erat, & tutius quòd corrigere-
tur supplicatio, & ita fuit ordinatum, attento, quòd va-
catio erat nota.

DE-

DECISIO MMCLXXVII.

De accessu, & regressu.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facta super reseruato dicitur esse nulla.*

ACcessus, & regressus ex causa cessionis ad Canonicatum, & præbend. Ecclesiæ Augustan. cum narratiua, quòd resignans primo in partibus eosdem Canonicatum & præben. in manibus Ordinarij resignauerat, tamen resignatio erat nulla, quia erant reseruati. Ex aduerso dicebatur, quòd orator erat Protonotarius Apostolicus, & soluerat pensionem, de quibus in supplicatione verbum nullum, sed erat quòd posset exprimi titulus oratoris, vigore cuius clausulæ idem orator exprimebat aliàs fuisse dictum, quod debebat dare, quia ex cessione sua prima ipse perdiderat, & si modo daretur, ei daretur sine causa. Ideo, &c. Item proposita, & allegabatur decisio Rotæ 3. de renunc. Bisign. Fuit dictum, quòd informaretur pro prima.

DECISIO MMCLXXVIII.

De consensu, die 23. Iunij 1...

SVMMARIVM.

1 *Papa quando prouidet, & alteri reseruat, non est necessarius alicuius consensus.*

FVit expeditio generalis coram Sanctiss. seruatio medietatis fructuum Parochialis Ecclesiæ S. Sixti Luc. Diœc. pro Noualio in prouisione facta de Parochiali Dominico Centurioni, de cuius consensu cum facultate dubitandi dubitabatur, quia de consensu non
1 docebatur. Fuit dictum, quòd quando Papa prouidet, & alteri reseruat, nõ est necessarius. Item quòd quòd prouisus acceptauit prouisionem cum d. reseruatione, videtur consentire, & quando acceptauerit probabatur, quia in supplicatione erat decretum, quòd prouisus non posset de d. Parochiali concordare, nisi de consensu Horatij, & cum ipse concordauit, voluit consensum præfatum, & Horatius consensit præsente d. Dominico concordiæ per eum fiendæ, & constabat publico instrumento, & ita fuerunt litteræ expeditæ.

Tertiæ Partis Decisionum Diuersorum Auditorum Rotæ Romanæ, Finis.